UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

Visual Library



Th. 2133.

G. 1 V

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



EPHEMEROLOGIVM ECCLESIASTICO-RUBRICISTICUM NOVUM,

CONTINENS

SINGVLARIA

DOMINICARUM AC FERIARUM,

NEC NON

FESTORUM AC PRO-FESTORUM,

Colleg: Sochis SEU JESV paderborna

VIGILIARUM, 1735

Diversis Temporibus ac Locis diversimodè per anni Decursum respectivè Occurrentium & Concurrentium; simúlque

APHORISMOS

Cujuslibet Diei OFFICIUM (in quacunque respectivè Occurrentia & Concurrentia) uti & MISSAS quascunque (etiam Votivas, ac Defunctorum) tam Solennes, quàm Privatas, in quorumliber Locorum Ecclesijs, Breviario ac Missali Romano utentibus, tam intra, quàm extra Chorum debitè ordinandi;

Pro totius Venerabilis Cleri ad Breviarium ac Missale Romanum adstricti quotidiano usu, ac practica in quibuslibet Dubijs Rubricistici Directione, ex ejusdem Breviarij & Missalis Romani Rubricis, harúmque præcipuis Interpretibus, nec non ex variis, quà Summorum Pontificum, quà Sacr. Rit. Congregationum Decretis, ac Ordinationibus &c. depromptos, & in lucem datos

A P. JOANNE BAPTISTA HALDEN è Soc. JESU, SS. Theolog. Doct. ejusdémque in Universit. Oenipont. antehac Profess. Ordin. postea autem ibid. in Colleg. S. J. Stud. Super. ac Templi SS. Trinit. Præfecto.

Cum Facultate Superiorum, & Privilegio Sac. Cæs. Majestatis.

IRSINÆ, Typis & Sumptibus Josephi Schuechagger, Aul. Episc. Typogr. An. 1717.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CELSISSIMO, AC
REVERENDISSIMO
DOMINO, DOMINO
CASPARO IGNATIO,
EPISCOPO, ET S.R.I. PRINCIPI BRIXINENSI, EX COMITIBUS KINIGL, &c. &c.
PRINCIPI, AC DOMINO DOMINO
SUO CLEMENTISSIMO FELICITATEM.

VT hanc obscuri Nominis Scriptionem Tuo Illustrissimo Nomini inscribere, meúmque Tuæ MitræEphemerologium substernere nõ dubitarẽ, *Celsissime ac Reverendissime PRINCEPS*, multa, eáque non levium rationum argumen-

menta me permoverunt. Atque, ut Sexcenta præteream, animum inprimis fecit, & facilem ad Te acceſſum atque admiſſionem adpromiſit Tua Clementiſſima Humanitas, ac humaniſſima Clementia, quæ Tuam Celſitudinem ita omni hominum generi inclinat, támque facilem etiam privatis ad Te aditum & alloquium indulget, ut, qui Dignitate inter Principes excellis, facilitate par infimis eſſe videaris.

Loquuntur hanc Tuam in omnes Clementiſſimam Humanitatem conferta cùm reorum & pœnitentium, tum miſerorum, & cum inopia conflictantium agmina, quibus & aures patientiſſimè in Sacro tribunali accommodas, & cum Libello ſupplici accurrentibus paternam manum tam munificè, tam liberaliter impertiris, ut iſti in *Celſiſſimo ſuo PRINCIPE* Patrem pauperum, illi in *Reverendiſſimo Præſule* ſalutis & animarum

ſua-

ſuarum peritiſſimum Medicum ac Paſtorem vigilantiſſimum, non ſine communi omnium ſolatio experiantur.

Animârunt præterea hoc ipſum ad Te accedendi propoſitum, aliorum, qui me præceſſerunt, veſtigia, qui cùm vel Theſium ſuarum Iconiſmos, vel eruditos ingenij ſui partus, Tuis auſpicijs dedicarent, adeò repulſam à Te non tulerunt, ut potiùs & Laborum ſuorum doctiſſimum Æſtimatorem, & Lucubrationum ſuarum Protectorem atque Patronum in Te potentiſſimum reperirent. Animârunt hæc, inquam, meum in hoc opere & labore propoſitum, ut hæc, quæ ſcripſeram, Tibi uni *Clementiſſime* ac *Reverendiſſime PRINCEPS* inſcribenda eſſe exiſtimarem. Et quid ni hoſce conatus meos Tibi potiſſimùm ſacratos, dicatósque velim *Celſiſſime ac Reverendiſſime PRINCEPS*, cujus ſingularis, ac penè incredibilis Divinæ gloriæ, animarúm-

rúmque Zelus, cùm in reliquis omnibus, tùm præcipuè in rerum ad Divinum cultum, ac Religionem pertinentium ſtudio, Rituúmque Eccleſiaſticorum exactiſſima obſervatione (quam *Codex Sacerdotalis* in Tuæ Dioœceſis commodum recèns impreſſus exactiſſima methodo docet) utiliſſimè, laudabiliſſiméque exercetur. Multa ſunt in hoc ipſo ſcribendi genere, quæ, ut ad majus quà profani, quà Clericalis ordinis emolumentum cederent, tuis Imperijs atque Inſtitutionibus, vel nova in lucem ſunt edita, vel aucta emendatáque, communi omnium uſui atque utilitati fuêre expoſita. In quibus cùm & meam ſubinde opellam in partem operis advocare, atque admittere clementiſſimè dignatus fueris, dubitare non poſſum, quin facilè exorari Te patiaris, ut hujus quoque ſcriptionis patrocinium in Te clementiſſimè ſuſcipias, cui, ut ego animum & manum admove-

rem,

rem, Tu Ipse *Clementißime & Reverendißime PRINCEPS*, mihi penè Auctor, certè Hortator, & Mecœnas esse ultro ac benignissimè voluisti.

Admitte igitur *Celsißime & Reverendißime PRINCEPS* hunc librum tot nominibus & titulis Tuum, quot notis & characteribus exaratum : qui si deessent omnes, omnium loco sufficeret Tuus in hanc minimam Societatem nostram affectus Paternus, & Favor maximus. Eâ enim hucusque benevolentiâ prosecutus es hanc JESU Societatem *Clementißime PRINCEPS*, ut in eadem amanda, & fovenda Sanctissimos Ecclesiæ Principes & Antistites Carolos Borromæos, Franciscos Salesios, Thomas Villanovanos æmulari quàm proximè videaris. Fatetur sanè nostra familia se Tuis meritis ac beneficijs æternùm obæratam esse ac vectigalem : cujus ut ego tributum, seu qualecunque gratitudinis & observan-

tiæ

tiæ mnemoſynon perſolverem, hanc lucubrationem ad Tuas Infulas devotiſſimè deponere, Tuísque Auſpicijs demiſſiſſimè conſecrare volui, ſpe firma & certa fretus fore, ut hujus Ephemerologij obſcuro nomini illuſtre decus accedat, ſi ſub Nominis & Favoris Tui Illuſtriſſimo ſidere in lucem publicam ſit proditurum. Patere igitur *Celſiſſime & Reverendiſſime PRINCEPS*, ut hoc opus ſub Mitræ Tuæ feliciſſimo auſpicio lucem meridianam aſpiciat : quod ut ad Divinæ gloriæ augmentum cumprimis faciat, ex animo deſidero : ita & Nominis Tui Immortalitati dedicatum, ſacrúmque quàm maximè cupio

Celſitudinis Tuæ
Reverendiſſimæ

Infimus ac devotiſſimus

Joannes Baptiſta Halden S. J.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRIVILEGIUM.

EGo Matthæus Peckh Societatis IESV per ſuperiorem Germaniam Præpoſitus Provincialis, facta mihi poteſtate ab Admodum Reverendo Patre Michaële Angelo Tamburino, univerſæ Societatis Præpoſito Generali facultatem concedo typis vulgandi Dño Ioſepho Schuechegger, Aulico-Epiſcopali Typographo Brixinenſi librum, cui titulus Ephemerologium Eccleſiaſtico-Rubriciſticum, à P. Ioanne Baptiſta Halden Societatis IESV Sacerdote conſcriptum, & à Cenſoribus ad id deputatis lectum, probatúmque: nec non utendi Cæſareô Privilegiô, quo prohibetur, ne ullus alius dictum librum recudat, vel intra S. R. Imperij fines, & hæreditarias S. C. M. Provincias importet. In cujus fidem has manu mea ſubſcriptas, & Officij Sigillô munitas dedi. Neoburgi 30. Ian. 1715.

Matthæus Peckh S. J.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Præmonitio ad Lectorem.

NE *Lectori* hujus *Operis* id jure moveat bilem, quòd præter *Errata Typographica*, ac *Orthographica* complura (facilè tamen à quovis Legente vel modicè erudito non tantùm deprehendenda, sed etiam sine Recursu ad Erratorum Tabellas haud difficulter corrigenda) quædam insuper *alia* non modò *Grammaticæ*, ac *Orthographiæ Legibus*, sed ipsis adeò Rubricis, & Veritati reipsa adversantia, tum propter Authoris à loco Impressionis absentiam, tum, quòd seriùs ab eodem fuerint observata, quàm ut absens Typographus de ijs adhuc in tempore emendandis moneri potuisset, in illud nonnullis in locis irrepserint, dum alicubi Vox una, aut altera *Omissa* (*uti infrà* * *n. 1. notatur*) alibi una aut altera imp rtinens *superaddita*, vel *interposita* (*uti* * *2.*) aut una alteri malè *substituta* (*uti* * *3.*) non semel etiam *Festi* aut *Officij Ritus* fuerit præposterè expressus, ponendo *Ritum semiduplicem* pro *simplici*, *vel 1. Classis* pro *2. Classis*, aut vicissim (*uti* * *4.*) ideo si talia sat absona alicubi occurrent, aut aliquid aliud alicubi desiderari, aut perperam asseri videbitur,

(* 1.) P. I. folio 34. *columnâ* 2. *lineâ* 34. fol. 60. *col.* 1. *lin.* 5. f. 70. *c.* 2. *l.* 31. f. 118. *c.* 2. *l.* 9. f. 282. *c.* 2. *l.* 4. f. 314. *c.* 2. *l.* 32. Item P. II. fol. 53. *c.* 2. *l.* 14. f. 61. *c.* 2. *l.* 12. f. 62. *c.* 1. *l.* 14. f. 91. *c.* 2. *l.* 14 f. 106. *c.* 2. *l.* 32. *ac f* 233. *c.* 1. *l.* 7. *&* 12. item f. 241. *c.* 1. *l.* 35.

(* 2.) P. I. fol. 260. *c.* 1. *l.* 28. Item P. II. f. 28. *c.* 2. *l.* 11. f. 34. *c.* 1. *l.* 26. f. 228. *c.* 1. *l.* 24. f. 397. *c.* 1. *l.* 21.

(* 3) P. I. fol. 164. *c.* 2. *l.* 19. f. 170. *c.* 2. *l.* 19. f. 275. *c.* 1. *l.* 18. f. 282. *c.* 1. *l.* 15. Item P. II. f. 17. *c.* 1. *l.* 32. *&* *c.* 2. *l.* 3. f. 40. *c.* 1. *l.* 4. f. 152. *c.* 2. *l.* 7. f. 223. *c.* 1. *l.* 5. f. 240. *c.* 1. *l.* 20. *&* 21. f. 278. *c.* 2. *l.* 6. *&* 7. f. 306. *c.* 1. *l.* 33. Item P. III. f. 151. *c.* 2. *l.* 4. *&* 18.

(* 4.) P. I. f. 135. *c.* 2. *l.* 4. f. 198. *c.* 2. *l.* 17. Item P. II. f. 393. *c.* 2. *l.* 33. f. 447. *c.* 2. *l.* 27.

bitur, placeat Benevolo Lectori *Corrigendorum* & *Addendorum Tabellas* (pro qualibet hujus Libri *Parte* in fine cujuslibet earum extantes) inspicere, & ex ijs hæc quoque *Errata* pro sua humanitate non tantùm corrigere, sed etiam benevolè Homo Homini condonare. Monitum quoque volo *Lectorem* Benevolum, non omnia *Sacrorum Rituum Corgregationis Decreta* hinc inde in hoc Opere à me allegari, tanquam omnia & singula sint certò ac indubitanter authentica, sed eâ tantùm fide illa à me in medium adduci, atque etiam ab alijs recipi velle, quâ illa ex Scriptoribus, qui sua cum facultate Superiorum in lucem ediderunt, excerpsi; tum quia non de omnibus authenticè constat, an extent re ipsa in *Registro* aut *Tabulario Decretorum* Sacrorum Rituum *Congregationis*, aut certè in omnibus, ac prout jacent, cum eo, ac suis Autographis seu Originalibus concordent; tum quia nec aliunde de omnium sufficiente Authentiâ certam obtinere hactenus aut procurare mihi notitiam potui, utì hinc inde in ipso Operis contextu insinuo: unde sicubi vel ex toto, vel ex parte aliter res se habeat, quàm quô modô à S. R. C. prætenditur decisum, id quoque ego eatenus pro indeciso haberi volo, ac recipi, utpote omnia & singula sanctissimæ *Matris Ecclesiæ*, Eújsque supremi in Terris *Hierarchæ* seu *Capitis*, nec non ipsius quoque *Sacror. Rituum Congregationis* non tantùm *judicio*, sed etiam *correctioni* obsequentissimè substernens, paratissimus emendare, mutare, aut etiam revocare, si quæ vel per ignorantiam, vel per inadvertentiam elucubrata, aut tradita à me sunt, quæ limâ indigent, aut liturâ.

Si quid etiam forsan occurrat in eadem hac mea Lucubratione, quòd tangere videatur Apostolicum S. *Congregationis* SS. Rituum & universalis Inquisitionis *Decretum* Annô 1625. editum ac Annô 1634. confirmatum, juxta Declarationem ejusdem Decreti à Ss. D. N. *Vrbano* Papa VIII. Anno 1631. factam, non aliô modô id quoque tradi, accipi, ac intelligi volo, quàm quô id in similibus tradi, accipi, ac intelligi debere præscribit, & requirit illud ipsum, quod venerabundus exosculor, *Decretum*.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SI à Choro, à Navigio, ab Exercitu Ordinem ſuſtuleris, confuſionem induxeris inamœnam, rémque perdideris, ſic Templorum Sacra Myſteria, nisi Ordinem & Diſciplinam habuerint, nec decora eſſe poſſunt, nec utilia ſatis, & religioſa.
Creſolius in Myſtagog. Lib. 3. Cap. 20.

PARS I.

IHS

PARS PRIMA,
Continens
SINGVLARIA
Dominicarum, ac Feriarum, nec non Festorum quorundam (*mobilium*) in quibusdam illarum celebrari solitorum.

TITULUS I.
De *Dominica I.* Januarij, nec non de *Dominica* Epiphaniam subsequente, &c.

Dominica I. Januarij *vacat*, si in eam cadat *Festum Circumcisionis*, aut *dies Octava S. Stephani Protomart.* aut *S. Joannis Apost.* aut *SS. Innocentium M. M.* aut *Vigilia Epiphaniæ*, aut *ipsum Festum Epiphaniæ*, uti dicetur P. II. hujus Ephemerologij.

Vigilia Epiphaniæ cadens in *Dominicam* non anticipatur ad præcedens *Sabbatum*, sed celebratur die suo, ùt aliàs; nisi quòd in *Missa Vigiliæ* tunc dicatur *Credo* per Rubr. Gener. Missal. Tit. XI. ratione nimirum *Dominicæ* occurrentis, quantumvis annò illò *hæc Vacet*, ut paulò antè dictum, & pluribus dicetur P. II. die 5. Jan. Ubi reliqua *ad Vigiliæ Epiphniæ* celebrationem pertinentia declarantur.

Si *Epiphania* venerit in *Sabbato*, tunc in 2. Vesperis illius fit commemoratio *Dominicæ infra octavam Epiphaniæ* cum Antiphonâ ad Magnificat: *Remansit, &c.* Vers. *Omnes de Saba, &c.* Orat. *Vota &c.* uti habetur in Sabbato infra octav. Epiph. *Rubric propr. post 2. Vesp Epiph.*

Dominica cadens in diem *6. Januarij*, hoc est, in *Festum Epiphaniæ*, anno illo *Vacat* juxta jam dicta, & dicenda, fit tamen tunc Sabbato sequente de Dominica I. post Epiph. modô pòst referendô.

Infra octavam Epiphaniæ si occurrat Festum duplex, vel *semiduplex*, transfertur id post Octavam (nisi fuerit Festum *Patroni*, vel *Titularis Ecclesiæ*, vel *Dedicationis ejusdem*) de *simplicibus* verò *infra Octavam* hanc occurrentibus fit tantùm commemoratio; tum quia in Rubrica particulari Octavæ illi præfixa (ac loquente non tantùm de unico illo Festo simplici, quod 11. Januarij in Ecclesia universali infra hanc Octavam occurrit, sed de *Festis simplicibus* in plurali, seu universaliter ac absolutè) solius faciendæ de simplici occurrente suis locis commemorationis, non autem dicendæ etiam nonæ de eo Lectionis fit mentio; tum quia *Directoria* quoque *Particularia* diversarum Diœceseon à me inspecta *simplicibus Festis* infra hanc Octavam occurrentibus nunquam propriam Lectionem, sed commemorationem duntaxat in Officio assignant, quod signum mihi est, infra Octavam hanc de *simplicibus* non solere ex Ecclesiæ more nisi solam fieri commemorationem, non obstante, quòd tam pro Lectione propria de S. Hygino, quàm etiam de Sanctis dictarum Diœceseon, non minùs amplam materiam, quàm pro propriis Lectionibus simplicium, mox post Octavam Epiphaniæ occurrentium, Ecclesiastica Historia, ac Sanctorum Gesta authentica submini strarent: sed hæc salvô meliori aliorum judiciô.

Quomodo verò ordinandum sit Officium infra hanc Octavam, dicetur infra P. II.

Sabbatô infra Octavam Epiphaniæ (nisi Epiphania venerit in Dominica) à Capit. fit de *Dominica infra Octavam Epiph.* ut ibi notatur, cum Commemoratione Epiphaniæ per Antiphonam, quæ occurrit secundùm ordinem Dierum infra Octavam, & Versum: *Omnes de Saba venient, Alleluja, &c.* nisi dicta sit Antiphona: *Omnes de Saba venient, &c.* (uti contingit, si Sabbatum illud incidat in quintam diem infra Octavam Epiphaniæ) tunc enim locô Versus: *Omnes de Saba venient Alleluja, &c.* dicitur ℣. *Adorate DEum, Allel.* ℟. *Omnes Angeli ejus, All* ut ibi.

Dominica infra Octavam Epiphaniæ, seu *Prima* post Epiphaniam, in quamcunque diem Octavæ ea inci-

deri

derit (nisi Festum Epiphaniæ venerit in Dominica) *Officium* totum dicitur de *Epiphania*, præter Lectiones, Capitula, & Antiphonas tum ad *Benedictus*, tum etiam ad *Magnificat*, nec non *Orationem*, quæ dicuntur de *Dominica infra Octavam*, cum Commemoratione de Epiphania, in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, ùt ibi: in I. verò Nocturno tunc ponitur Epistola 1. ad Corinthios, quæ exstat in Breviario post Octavam Epiphaniæ sub Titulo: *Dominica I. post Epiphaniam, quæ est infra Octavam* (atque de ea legitur etiam sequentibus diebus, Lectionibus, quæ aliquando supersunt de Epistola ad Romanos, eô annô prætermissis) in II. & III. Noct. autem leguntur tunc Lect. positæ ibidem in *Domin. infra Oct Epiph.* In Missa [quæ incipit *In excelso throno*] dic. duæ tant. Or. *Gav. To.* 1. *P.* 4. *Tit.* 3.

Quòdsi *dies Octava* Epiphaniæ incidat in Feriam 2. tunc pro Commemoratione Dominicæ in 1. Vesperis diei Octavæ dicitur Versus: *Omnes de Saba venient Alleluja, &c.*

Post Dominicam infra Octavam Epiphaniæ (quando Epiphania non incidit in diem Dominicam) continuantur dies octavæ eodem numero, quo notantur, perinde, ac si Dominica non intercessisset, modò inferiùs P. I. die 7. Januarij exemplificandô.

Quando autem Epiphania venit in *Dominica*, tunc Sabbato sequenti (id est proximè diem octavam Epiphaniæ præcedente) nisi in illud incidat alicubi *Festum Patroni*, aut *Titul. Ecclesiæ* vel hujus *Dedic.* Offic. cum Missa fiet de *Dominica infra octavam Epiphaniæ* in hunc modum: Feria VI. Sabbatum illud præcedente Vesperæ à Capitulo dicentur de *Dominica* cum Commemoratione *Octavæ*: pro Officio autem Sabbati subsequentis in I. Nocturno Matutini Lectiones sumentur ex *Epistola ad Romanos*, ut ibi, *Epistola* verò *ad Corinthios* tunc primùm ponitur ipsâ die Dominica in officio *Octavæ*, idque ex ordinatione Gelasij Papæ; eò quòd *Initia* Librorum S. Scripturæ, quoad ejus fieri potest (inquit Gavantus) magè congruant diei *Dominicæ*, quæ est initium Hebdomadæ, quàm *Sabbato* (ad quod tunc anticipatur *Officium Dominicæ*) aut alteri diei. Lectiones II. & III. Nocturni, ac reliqua Dominicæ infra Octavam propria, dicuntur pariter ùt ibi; Cætera verò, uti infra octavam Epiphaniæ usque ad Vesperas illius Sabbati exclusivè: hæ enim, quando Epiphania venit in *Dominicâ*, integræ dicuntur illô Sabbatô de *die octava Epiphaniæ* sub Ritu *duplici*, recitando omnia, uti in 1. Vesperis Epiphaniæ, excepta Oratione propria (*DEus cujus unigenitus, &c.*) quæ dicitur, uti notatur in die octava Epiphaniæ, cum

Commemoratione Dominicæ infra octavam, eô Sabbatô celebratæ, per Antiphonam: *Fili quid feciſt, &c. ℣. Omnes de Saba, &c.* Oratio: *Vota quæſumus Domine, &c.* juxta mox ampliùs declaranda. Itaque

Si *dies octava Epiphaniæ* venerit in Dominica, nihil fiet de Dominica in ipſa die octava Epiphaniæ, ſed tantùm in 1. Veſperis diei octavæ Epiphaniæ (quæ, excepta oratione propria, dicentur ſicut in 1. Veſperis Epiphaniæ) fit ſola Commemoratio pro ſecundis Veſperis Dominicæ infra Octavam, utpote de qua celebratum fuerat Officium eo die, nisi in eo occurrerit Feſtum *Patroni*, aut *Titularis Eccleſiæ*, vel hujus *Dedicatio*, de quo caſu, ac ordinando tunc officio vide infrà P. II. die 12. Januarij: fit autem Commemoratio illa de Dominica juxta paulò antè dicta per Antiphonam, *Fili quid feciſti, &c.* & Verſum: *Omnes de Saba, &c.* Qui verſus etiam dicitur, quando *Octava Epiphaniæ* venerit in Feria 2. pro Commemoratione Dominicæ in primis Veſperis diei Octavæ, ùt ſuprà annotatum.

Quando *Dies Octava* Epiphaniæ venerit in *Dominica*, tunc ea Dominica juxta ſæpiùs dicta *Vacat*, atque adeò in ipſa nihil fit de *Dominica*, ſed totum officium fit de die octava Epiphaniæ recitando ad *Matutinum* (ut ſuô locô dicitur) Invitatorium, Hymnum, & Pſalmos, ùti infra octavam: Cætera verò (etiam Reſponſorium 1. *Hodie in Jordane*) ſicut in die Epiphaniæ, præter Orationem, & Lectiones: nam in I. Nocturno ponitur tunc *Initium Epiſtolæ 1. ad Corinthios*, & legitur de ea etiam ſequentibus diebus. In II. & III. Nocturno autem dicuntur ea, quæ die octava Epiphaniæ pro 2. & 3. Nocturno aſſignantur in Breviario Romano die 13. Jan.

Quæres: Cur, quando Epiphania occurrit in Dominica, de Dominica infra octavam Epiphaniæ fiat prædictô modô in Sabbato præcedente diem octavam? An non enim (inquiet Nonnemo) ſatis foret in ipſamet die Octava, quæ occurrit in Dominica, facere quidem officium de die Octava, de Dominica autem 1. poſt Epiphaniam facere ſolummodo Commemorationem cum 9. Lectione de Dominica 1. poſt Epiphaniam; ſic enim (perinde ac in alijs duplicibus per annum, occurrentibus in aliqua Dominica, fieri ſolet) & *Diei Octavæ*, & ſimul *Dominicæ 1.mæ* ſatis fieret. Verùm reſpondet Gavantus: id eò fieri, ne ordine perverſo vitæ Chriſti, quæ ab Eccleſia repræſentatur in officio Divino per totum annum, Chriſtus legatur trigeſimum annum agens, antequam repræſentetur duodennis; nam ſi in die Octava, quæ habet Evangelium de Baptiſmo Chriſti, fieret Commemoratio de Dominica

1.ma

1.ma post Epiphaniam, quæ habet Evangelium de Christo duodemi, tam in *Officio*, quàm in *Missa*, legeretur priùs Evangelium de die Octava, quàm de Dominica, quod esset inconveniens, & ordo perversus : fiat ergo (inquit) officium de Dominica in Sabbato, in qua Christus est duodennis ; deinde sequenti die fiat de die Octava, in qua est tricenarius, & sic ordo servabitur historicus Vitæ Christi. Cur autem Lectiones Epistolæ 1. ad Corinthios ex Decreto Gelasij Papæ ponantur tunc primùm in ipsa Dominica 1.ma post Epiphaniam, non autem in officio Dominicæ, si de hoc fiat in Sabbato, dat suprà allatam rationem : Quia nempe *Initia Librorum Scripturæ*, quoad ejus fieri potest, magis congruunt *Diei Dominicæ* (quæ est *Initium* Hebdomadæ) quàm alijs diebus &c.

Quando dies octava Epiphaniæ venerit in Feria 2. pro Commemoratione Dominicæ in 1. Vesperis diei octavæ Epiphaniæ : dicitur Versus : *Omnes de Saba venient, Alleluja*, ut sæpius jam annotatum.

Quando denique dies octava venerit in Sabbato, in 2. Vesperis diei octavæ fiet Commemoratio Dominicæ II. post Epiphaniam.

TITULUS II.

De Sabbatis post Octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam generatim.

SABBATO PRIMO post Octavam Epiphaniæ, utì & reliquis deinceps Sabbatis usque ad Quadragesimam (nisi occurrat *Festum* 9. *Lectionum*, aut *Vigilia*, aut fieri debeat de *Feria*, propter officium *alicujus Dominicæ*, infra hebdomadem ponendum, juxta Rubricam de Dominicis (ut partim jam dictum, partim paulò post dicetur) fit officium de S. Maria hoc modo : In Vesperis Feriæ 6.tæ dicuntur Psal. Feriał. in Psalt. pro ea positicum suis Ant. ; à Capitulo autem fit de S. Maria in Sabb. utì suò locò post Commune SANCTORUM notatur, nisi Feriâ illâ sextâ fuerit Festum 9. Lectionum : tunc enim de S. Maria fit tantùm Commemoratio in prædictis Vesperis, cum Antiphona, Versiculo, & Oratione, ùt ibi : quæ tamen Commemoratio omittitur, quando Feriâ sextâ occurrit *Festum Purificationis*, vel *aliud* ejusdem *B. V. M. Officium*. Post *Orationem* (quæ, utì & Antiphona, va-

variatur pro varietate Temporis, vel antecedentis, vel subsequentis Purificationem) non fit alia, seu ulterior Commemoratio de B. V. posita inter Communes, sed post eam Orationem fiunt tantùm Commemorationes consuetæ de Apostolis, & de Pace, &c. eô modô quô infra P. II. die 14. Januarij dicetur, ante eas tamen fit Commemoratio de Festo simplici, si quod cras occurrat. Quòd si Feria 6.ta præcedente Vesperæ dicantur de aliqua Virgine, aut Muliere (v. g. de S. Agatha) tunc pro Commemoratione B. Mariæ in Sabbato non est dicendus Versus: *Diffusa est gratia, &c.* in Vesperis illius Feriæ VI. præcedentis, utpote jam dictus ratione Festi, sed locô illius, utpote jam dicti, sumendus pro Commemoratione de B. V. in Sabbato Versus: *Benedicta tu, &c.* ex hujus Laudibus, juxta Rubric. general. IX. n. 8.

Si Sabbatum crastinum sit dies prima mensis non impedita Festo 9. Lectionum, tunc hodie in Choro dicuntur Vesperæ Defunctorum, cras verò tertium Nocturnum, & Laud. Defunct. pro eo mense, ut P. II. &c.

Completorium Feriæ illius sextæ pariter dicitur, ùt in Psalterio, n si quòd in fine Hymni: *Te lucis ante terminum*, dicatur: *JEsu tibi sit gloria, qui natus es de Virgine, &c* etiam i in Vesperis (ob occurrens Festum 9. Lectionum) forsan fit tantum facta Commemoratio de B. V. Idem faciendum in Hymno Vesperarum, nisi sit diversi metri, aut propriam habeat clausulam, in casu, de quo *Gav. To. 2. s. 5. c. 6. n.* 15.

Ad *Matutinum* officij de B. V. Maria in Sabbato quod attinet, dicitur Nocturnum Sabbati, ut in Psalterio, excepto *Invitatorio*, *Hymno*, & *Versiculo*, ac Reliquis deinceps, quæ dicuntur (usque ad NONAM inclusivè, qua terminatur hoc officium) uti notantur in officio de B. Maria in Sabbato, cum variatione tamen *Orationis*, & *Antiphonarum*, ad *Laudes*, & ad *Benedictus* (pro variatione Temporis antecedentis, & subsequentis Purificationem) nec non Lectionis tertiæ, quæ pariter est alia alio atque alio Mense, attamen semper de B. V. ex mense currente, non autem de *Festo simplici*, si quod tali Sabbato occurrat: de hoc enim in officio & Missa de B. V. in Sabbato fit tantùm Commemoratio, non autem dicitur tunc de eo Lectio, etiamsi alioquin Lectionem habeat propriam. *Missa* sumitur ex Votivis de S. Maria, & quidem usque ad Purificationem dicitur illa, quæ est à Nativitate Domini usque ad Purificationem, post Purificationem verò illa, quæ est à Purificatione usque ad Pascha; dicitur autem cum *Gloria* sine *Credo*. Oratio 2. de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ tuæ*, vel pro Papa, nisi facienda sit Commemo-

ratio

ratio de Festo simplici occurrente, tunc enim Oratio 2. esset de simplici, 3. de S. Spiritu, nisi hæc quoque per 2. Commemorationem alterius simplicis faciendâ extrudatur. Quòd si ratione mensis dicendum sit *Fidelium*, id semper (etiam in occursu Festi simplicis) dicendum est penultimò locò, sive 3. sive 5. dicantur Orationes. Præf. dicitur de B. V. *Et te in Veneratione B. V. Mariæ, &c.* In fine: *Ite.* Col. alb.

Si in Sabbatum aliquod ante Quadrag. incidat prima dies Mensis non impedita Festo 9. Lectionum, tunc (nisi ejusmodi Sabbato relumenda sit Missa Dominicæ suò locò celebrari impeditæ) in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis dicuntur duæ Missæ conventuales, una post PRIMAM generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, & Benefactoribus, ac alijs, uti notantur in *Missa quotidiana pro Defunctis*; Altera post Sextam de B. Virgine in Sabbato cum Commemoratione simplicis, si quod occurrat, & 3. locò dicendo orationem de S. Spiritu, alioquin hæc erit 2. & 3. *Ecclesiæ* vel pro Papa. In Ecclesijs verò nec Cathedralibus nec Collegiatis, ac Missis privatis dicitur Missa de die, h. e. de S. Maria in Sabbato, faciendo tamen mediante Orat: *Fidelium* (dicendâ penultimò locò) Commemorationem generaliter pro Defunctis. *Rubr. general. Missal. Tit. 5. & 15.* Quòd si quis in Sabbato, quo fit officium de S. Maria in Sabbato, legat Missam Votivam de aliquo alio Sancto, non debet dicere *Gloria* (nisi sit Votiva de Angelis) neque Præfationem de B. V. idque ex Decreto S. R. C. 1684. 2. Dec. ut quidam asserunt; si autem quis vicissim in Sabbato, in quo non fit officium de S. Maria in Sabbato, sed de occurrente v. g. Festo semiduplici, aut Feriâ majore non privilegiatâ, vel Vigiliâ, legat Missam Votivam de B. Virgine (adeoque puram ac propriè dictam de ipsa Votivam) tunc in Missa illa Votiva, etiam privata, de B. V. in Sabbato dictâ dicere debet *Gloria*, non tamen *Credo*: patet ex Missali Rom. Tit. 8. n. 4. olim mendosè (ut ibi notat Gavantus) impresso. Dixi autem: *in Sabbato dicta*; nam in Missis votivis privatis de B. M. V. *extra Sabbatum* dictis non modò non dicitur *Credo*, sed nec *Gloria*, ut notat, ac ex eadem Missalis recogniti Rubrica probat Gavantus proximè allegatus; siquidem illa Missis votivis privatis non nisi *in Sabbato* dictis de B. V. id privilegium tribuit, ut nempe cum *Hymno Angelico* dicantur, idque ideo, quia Sabbatum specialiter dicatum est B. M. V. per ea, quæ narrat Gav. Tom. 1. P. 1. titul. 4. n. 2. ubi etiam, uti & To. 2. S. 8. c. 6. ostendit, Missam quæ de B. V. in Sabbato ratione officij, quod

quod est de præcepto, dicitur, non esse, nec posse dici propriè votivam; tum quia concordat cum *Officio*, quod Sabbatis non impeditis cum Missa (conventuali de B. V.) est de *Præcepto*, &c. tum quia Missa de B. V. in Sabbato ratione officij simplicis debet cantari post SEXTAM juxta Rubr. Gen. XV. n. 2. Votivæ autem Missæ post NONAM, ut *ibid. n.* 5. Dicitur tamen *Gloria in Excelsis*, etiam in *Missa de B. M. in Sabbato*, non quòd sit propriè *Missa votiva de B. M. in Sabbato*, sed quia in officio illius diei dictum est *Te DEum*, per Rubr. Gen. 8. Miss. n. 3. viciſſim esse Missam votivam propriè dictam, quæ in Sabbatis Adventûs cantatur in Ecclesijs Cathedralib us & Collegiatis de B. V. (adeoque hoc Titulo convenire illi Hymnum Angelicum, non tamen Symbolum, seu *Credo*) eò quòd discordet ab officio, esto eam Ecclesia faciat Missam votivam *de præcepto* in ijs Ecclesijs, in quibus cantanda est Missa conventualis de Beata, ostendit sæpè citatus Gavantus Tit. 4. n. 2. & Tit. 8. n. 4. lit. Z. At

Petes 1. mò Quænam dicendæ sint orationes in ea Missa votiva, quam quis dicit de aliquo Sancto aliqua die Sabbati, quâ fit officium de B. Maria in Sabbato? R. Post orationem Missæ votivæ de Sancto juxta dicenda P. III. Tit. *De Missis votivis*, immediatè ponendam esse orationem, quæ dicitur in officio diei currentis, adeoque de S. Maria in Sabbato, 3. tiò verò locò illam, quæ alioqui in Missa diei currentis est secunda, nempe de S. Spiritu, nisi occurrat *Festum simplex*; tunc enim 3. tia debet esse de Festo simplici; quòd si ratione mensis dicendum sit *Fidelium*, tunc istud ponendum est locò penultimò, sive dicantur tres tantùm orationes, sive plures, quæ tamen in Missis privatis votivis semper dicendæ sunt numero impari, uti in Festis simplicibus.

Petes 2. Quænam dicendæ sint orationes 2. & 3. locò, si quis in ejusmodi Sabbato dicat votivam de S. Spiritu? R. 2. dam dici debere de B. V. in Sabbato, 3. tiam verò contra persecutores Ecclesiæ, vel pro Papa, nisi occurrat eo die *Festum simplex*, aut ratione mensis dicenda sit oratio *Fidelium*; nam si occurrat Festum simplex, 3. tia oratio in tali Missa erit de *simplici*; si autem ratione mensis dicenda sit oratio *Fidelium*, hæc rursus debet esse penultima. Præfatio verò in Missa votiva de S. Spiritu dicitur uti in Pentec. omissis tamen verbis: *Hodierna die*. Ratio utriusque responsi constat partim ex dictis, partim constabit ex dicendis in Tit. *De Missis votivis*.

Ad *Vesperas* (nisi cras occurrat Festum, duplex aut dies Octava alicujus Festi, aut *Dominica Septuagesimæ* veniat in ipsa 1. Dominica post

octa-

octavam Epiphaniæ) in Sabbatis, de quibus in Titulo, dicuntur Antiphonæ & Psalmi Feriales, uti in Vesperis Sabbati notantur in Psalterio; at verò Capitulum, & reliqua omnia dicuntur de Dominica, & quidem *usque* ad Septuagesimam, ut ibidem, excepta *Oratione*, quam singulis Dominicis propriam assignat Breviarium in PROPRIO DE TEMPORE: post eam, cum Commemoratione Festi simplicis (si quod cras occurrat) fiunt Commemorationes consuetæ, ut in eodem Psalterio, non tamen illa, quæ est de S. Cruce; quia Officium à Capitulo non amplius est *Feriale*, sed *Dominicale*, seu 9. Lectionum: ad Completorium tamen dicuntur preces, & reliqua, ut ibi, exceptis Dominicis infra octavas occutrentibus, in quibus preces illæ non dicuntur, uti nec suffragia, seu Commemorationes comunes.

TITULUS III.

De Dominicis, ac Feriis post Octavam Epiphaniæ usque ad Dominicam Septuagesimæ generatim.

DOMINICÆ post *Epiphaniam* usque ad *Septuagesimam* possunt esse vel ad summum *Sex*, vel ad minimum *una*; quò enim propior Epiphaniæ, vel ab ea remotior est SEPTUAGESIMA (quæ quidem major aut minor distantia à Paschatis mobilitate pendet) eò plures, vel pauciores sunt Dominicæ infra hoc tempus: positum ea propter est in Breviario Romano officium 6. Dominicarum post Epiphaniam: Quòd si *alicui*, vel *aliquibus* illarum post Epiphaniam celebrandis locus ordinarius non sit, tunc vel celebrantur Sabbato Septuagesimam præcedenti, vel transferuntur post Dominicam 23. post Pentecosten, uti in Rubr. tum Generalib. Tit. 4. à n. 3. tum specialibus Brev. Rom. (nempe Dominica infra octavam Epiphaniæ, nec non ante Dominicam 1. post Epiph. & denique post Dominicam 23. post Pentec.) atque etiam à me, suis Locis annotatur.

Ad *Feriale Officium* istius temporis quod attinet, quando post octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam occurrit fieri de *Feria*, officium fit ut in Psalterio, exceptis ijs, quæ sunt propria: Oratio verò dicitur de Dominica præcedente, & post eam Comemorationibus com-

munibus, seu suffragijs communibus Sanctorum, in fine Laudum ac Vesperarum præponitur Cõmemoratio de Cruce, posita ad finem Laudum feriæ II. quæ Commemoratio de Cruce fit etiam in feriali officio tunc, quando Preces feriales non dicuntur.

Resumitur quoque tunc *Missa Dominicæ præcedentis*, attamen sinè *Gl.* & *Cr.* Orat. 2. usque ad Purificationem: *DEus, qui salutis æternæ &c.* nisi ratione *Mensis*, aut *Feriæ* 2. dicendum sit *Fidelium* (tunc enim hoc dicitur 2.dò seu penultimô locô, 3.tio autem *DEus qui salutis &c.*) 3.tia *Ecclesiæ tuæ*, &c. vel *DEus omnium Fidelium &c.* pro Papa: Post Purificationem verò Oratio 2. est *à cunctis.* 3. ad libit. nisi rursum ratione *Mensis* aut *Feriæ* 2.dæ dicenda sit locô 2. Oratio *Fidelium* & 3. *à Cunctis.* In fine Missæ: *Benedicamus &c.* Col. Virid.

Porrò in prædictis Ferijs inde fit de Feria, ubi desinit Officium præcedentis Diei, ità, ut, si præcedente Die fuerit *Duplex*, vel *Semiduplex*, Officium Feriæ incipiat sequenti Die à Matutino; si autem præcedenti Die fuerit *Festum Simplex*, de Feria fiat à Vesperis illius præcedentis Diei inclusivè: terminatur verò Officium de Feria, subsequente post eam *duplici* vel *semiduplici*, ad Nonam; subsequente verò Festo simplici, de quo fieri debeat cras Officium, ad Capitulum Vesperarum; quia inde fit de de Festo simplici, absque ulla deinceps Cõmemoratione Feriæ, si quod sequatur; si nullum sequatur Festum, nec cras faciendum sit de B. Maria in Sabb. habet Feria currens suas quoque Vesperas, ut in Psalterio.

Ad Matutinum Officij Ferialis *unum* tantùm dicitur *Nocturnum*, cum 12. *Psalmis*, secundùm ordinem Feriarum in Psalterio, & cum 3. *Lectionibus*, ac totidem Responsorijs, uti in Proprio de Tempore, & infrà in Tit. *de Ferijs.* Quando autem, & quomodo dicendum sit Officium de S. Maria in Sabbato, dictum est suprà Tit. præced.

TITULUS IV.
De Dominica II. post Epiphaniam.

De Dominica II. post *Epiphaniam* semper fit Officium ante *Septuagesimam*, & hoc (ut Gav. observat) ex duplici causa. *Primò*, ut ordine historico servato de Vita Christi legatur post ejusdem Baptismum primum Miraculum in Cana Galilææ factũ, antequam quidquam aliud in sequentibus Dominicis de eo narretur.

2. ut

2. tit *Officium*, & Responsoria Dominicarum post Epiphaniam semel saltem dicantur suô propriô tempore, & non omnino omittantur.

Porrò aliter fit de ea Officium tunc, quando Dominica Septuagesimæ venit in Dominica proxima post octavam Epiphaniæ, & aliter tunc, quando in Dominicam illam proximam post octavam Epiphaniæ non cadit ipsa Dominica Septuagesimæ: Nam quando ipsa Septuagesima venit in 1. Dominica post octavam Epiphaniæ, tunc in 1.mo Sabbato post octavam Epiph. Dominicam Septuagesimæ præcedenre, non impedito Festo 9. Lectionum, aut eô per ejusmodi Festum impeditô, primâ Die post octavam Epiphaniæ, in qua non sit Festum *duplex*, fit de Dominica II. post Epiphaniam, Ritu tamen solummodo feriali in hunc modum: Officium (translato Festo semiduplici prima Die post octavam Epiph. occurrente, in primam Diem similiter non impeditam) fit de Feria occurrente, ut in Psalterio, nisi quòd in eo ponantur Responsoria 1.mi Nocturni Dominicæ II. post Epiphaniam, & locô trium Lectionum de Scriptura occurrente legantur tres Lectiones de Homilia ejusdem Dominicæ II. cum ejus Antiphonâ (versu tamen ad Matutinum & Laudes sumpto ex Feria curr.) ad *Benedictus*, & Oration:, nec non cum Commemoratione Festi simplicis (si quod die illo occurrat) sine tamen aliqua de eo Lectione, etiamsi alioqui propriam aliquam habeat: resumuntur quoque suffragia consueta, seu Commemorationes communes, quibus omnibus præponitur illa, quæ est de S. Cruce, & ratione Mensis dicitur Officium Defunctorũ ut infrà: *Miss.* quoque dicitur de *Dominica 2.* post Epiph. attamen sine *Gl.* & *Cr.* Orat. 2. *Fidelium 3. DEus qui salutis æternæ* &c. *Col. viriđ.* Ità Rubric. Breviar. præfixa Dominicæ 1. post Epiphan. & adhuc expressiùs Rubr. Missal. præfixa Dominicæ 2. post Epiphaniam.

Cùm verò Rubricæ modò allegatæ dicant, quòd in casu, quo Septuagesima incidit in Dominicam proximã post octavam Epiphaniæ, *Officium*, & *Missa* de Dominica II. post Epiphaniam modô paulò antè relatô diçenda sint vel in Sabbato Dominicam Septuagesimæ proximè præcedente (uti Romæ, ac alibi observatum anno 1704) vel, si Sabbatum illud sit impeditum *Festo 9. Lectionum*, tunc primâ Die post octavam Epiphaniæ, in qua non sit Festum *duplex* semiduplici in eo occurrente translato in aliam Diem similiter non impeditam (uti practicatum est ab observantibus Rubricas 1693) ideo

Peres 1.mò quodnam semiduplex in prædicto casu (supposito, quod Sabbatum Septuagesimam proximè

ximè antecedens sit impeditum Festo 9. Lectionum) sit transferendū, ut eo die fiat de Dominica II. post Epiphaniam? R. In Ecclesia Universali, ac ijs in locis, in quibus Festum S. Hilarij est tantùm semiduplex, transferendum esse *Festum S. Hilarij*, non obstante, quòd fortè alicubi in eandem diem simul incidat *dies infra Octavam*; hæc enim juxta dicenda non impedit, quò minùs adhuc eo die in dicto casu fiat de Dominica anticipata, Festo semiduplici translato. In ijs verò Ecclesijs, in quibus Festum S. Hilarij aut est *duplex*, aut, eô translatô, celebratur 14. Jan. Festum SS. Nominis JESU, vel aliud particulare Ritu duplici, transferendum esse in dicto casu Festum S. Pauli 1. Eremitæ, nisi & ipsum celebretur Ritu duplici; tunc enim transferendum foret Festum S. Marcelli pro celebrandâ dictô modô illâ Dominicâ II. Ità enim non tantùm docet Gavant: hîc Tom. 2. Sect. 6. c. 8. num. 3. (reprehendens hac in parte errorem quorundam Directoriorum sui temporis) sed etiam apertè indicat *Rubrica Missalis* ultimò recogniti, superiùs citata. At

Petes 2. Quid agendum, si omnia per Hebdomadam Festa alicubi sint duplicia? R. cum cit. Gavant. num. 4. eo in casu satis esse in Sabbato illius Hebdomadæ facere Commemorationem Dominicæ II. post Epiph. in Laudibus ac Missa, cum 9. de ead. Lectione, omissis annô illô Responsorijs de Tempore. Verùm ulteriùs

Petes 3. Quid ibi faciendum in dicto casu, ubi in ea Hebdomada celebratur octava, v. g. Dedicationis Templi, uti fiebat hîc Oeniponti anno 1693. quô prima die post octavam Epiphaniæ currebat etiamnum Octava Dedicationis Templi? R. cum eod. Gav. n. 5. fieri tunc adhuc dictô modô debere de Dominica 2. post Epiphaniam prima die post octavam Epiphaniæ, non impeditâ Festo duplici; Quia enim dies infra octavam non privilegiatam cedit semiduplici, hoc autem, Sabbatô impeditô Festo 9. Lectionum, cedit in nostro casu Officio Dominicæ 2. hinc à fortiori etiam in simili casu cedet ei dies infra talem octavam: omittendæ tamen tunc erunt *Preces*, & *suffragia*, ratione Octavæ in in Officio; & tam in Officio, quàm in Missa facienda erit currentis octavæ Commemoratio, eique etiam subjungenda Commemoratio Festi simplicis, si quod simul eo die occurrat.

Petes denique 4. cùm Rubrica Brev. ac Missal. Roma. jam sæpius allegata dicat: Quando Septuagesima venerit in 1. Dominica post octavam Epiph. tunc in 1.mo Sabbato, non impeditô Festô aliquo 9. Lectionum, faciendum esse de Dominica

minica II. post Epiphaniam; si verò Sabbatum illud fuerit impeditum Festo aliquo 9. Lectionum, etiam *tantùm semiduplici*, tunc 1. Die post octavam Epiphaniæ, in qua non sit Festum duplex, de ea esse faciendum, translato Festo semiduplici die illa occurrente in primam aliam diem similiter non impeditam; an, si in Sabbatum illud, de quo hîc in Rubrica fit mentio, incidat *semiduplex ad Libitum*, Sabbatum illud ob *semiduplex ad Libitum* occurrens censendum sit esse impeditum Officio 9. Lectionum, quò minùs in eo Dominica II. post Epiphaniam possit celebrari, sed celebranda sit prima die post octavam Epiphaniæ, Festô duplici non impedita? Motum est hoc dubium anno 1704. quô *dies Octava* Epiphaniæ (occurrens die 13. Januarij) incidit in *Dominicam 2.dam* post Epiphaniam, in Dominicam verò proximè sequentem incidit *Dominica Septuagesimæ:* quia enim officium ac Missa de Dominica 2.da post Epiphaniam nec fieri poterat in Dominica 2. post Epiphaniam (ob occurrentem in ea diem octavam Epiphaniæ, omne aliud Officium excludentem) nec etiam in Dominica proximè subsequente, ob occurrentem in ea Septuagesimam, ideo dubitatum tunc est, an faciendum de ea esset (Ritu feriali suprà descripto) in 1.mo Sabbato post octavam, non obstante *Festo semiduplici ad Libitum* (nempe S. Canuto Rege ac Martyre) in eo *occurrente*, an verò 1. die post octavam Epiph. ob incidens in Sabbatum illud Festum semiduplex S. Canuti? Prius placuit Auctoribus Directorij Romani, Viennensis, Leodiensis, ac Brixinensis &c. Quorum primum Sabbato Dominicam Septuagesimæ immediatè præcedenti sequentia præmittit: *post Vesperas diei* (quæ erat decima octava Januarij, incidens in Feriam VI. eô annô) *dicuntur Vesperæ Defunctorum pro 1.ma die Mensis Januarij non impedita*, nempe 19. Januarij; cui mox ulteriùs sequentia præmittit: *Hôc annô de S. Canuto Reg. & Mart. nihil fit; quia ponenda est Dominica II. post Epiph.* cujus proin sequenti Sabbato *Officium* ac *Missam* eô modô ordinat, quô infra P. II. die 19. Januarij referemus. Posterius verò Authori Directorij Colonienfis, & non nullis alijs est visum, existimantibus in dicto casu de Dominica 2. post Epiphaniam faciendum fuisse 1. die post octavam Epiphaniæ, nempe 14. Januarij translatô S. Hilariô, aut, si hæc dies alicubi esset impedita alio speciali Festo duplici (v. g. SS. Nominis JESU) tunc die 15. Januarij, translatô S. Paulô 1. Eremita in diem aliam proximè non impeditam; idque ob eam rationem; quòd Sabbatum illius Hebdomadæ ipsis visum fuerit fuisse impeditum per *Festum semiduplex* (ut ut tantùm ad libitum)

S. *Canuti Mart.* licèt autem horum Sententia probabilis videatur P. Claudio la Croix Tom. IV. L. 4. n. 1269. Ego tamen cum prioribus sentio, ac proinde &c. cum Authore Directorij Romani: In dicto casu de Dominica 2. post Epiphaniam faciendum fuisse (modò suprà descriptò, & infrà P. II. die 19. Januarij referendò) illò ipsò Sabbato, in quod tunc incidit Festum S. Canuti, nempe 19. Jan. cum Commemoratione (sine Lectione) Festi simplicis tunc occurrentis; de S. autem *Canuto* annò illò nihil fuisse faciendum ibi, ubi, est *semiduplex* tantùm *ad libitum*: sed omittendum; idque ob Rationem P. II. die 19. Jan. insinuandam: quod etiam ex eo videtur confirmari; quòd Sac. Rit. Congreg. id ipsum in simili ferè casu statuerit: cùm enim Sac. Rit. Congregationi supplicatum fuisset, ut vellet declarare, an, quando certis Communitatibus, aut Ecclesijs, vel Nationibus concessum est de Licentia Sanctæ sedis Apostol. ut semel, aut pluries, per Hebdomadam, vel Mensem recitare ad libitum possint certa quædam Officia, v. g. de Fundatore ordinis, die aliquo Festo duplici vel semiduplici non impedito, an, inquam, id facere etiam possint in Ferijs 4. Temporum, Vigiliarum, Quadragesimæ, ac Adventûs, &c, saltem tunc, quando in ejusmodi concessionibus nulla facta est specialis mentio seu exceptio Dictarum Feriarum, Sac. Rit. Congregatio annò 1706. die 20. Martij Respondit negativè, ac declaravit, ejusmodi Indulta, celebrandi ad libitum certa quædam Officia, non tantùm non habere locum in Vigilijs quibuscunque, ac Ferijs majoribus, sed nec in illa feria, in qua secundùm Rubricas sit *reponendum Officium Dominicæ*. Atque hæc de modo celebrandi *Dominicam II.* post Epiphaniâ tunc, quando *Septuagesima* venit in Dominica proxima post Octavam Epiphaniæ.

Quando autem *Septuagesima* non venit in illa Dominica, quæ proximè sequitur octavam Epiphaniæ, tunc Sabbato 1.mo post octavam Epiphaniæ, nisi in eo occurrat Festum aut Officium 9. Lectionũ, dicuntur Vesperæ usque ad Capitulum de Sabbato, ùt in Psalterio; à Capitulo autem de Dominica II. post Epiphaniam, utì in eodem Psalterio, exceptâ Oratione propriâ, quæ dicitur, utì notatur in Proprio de Tempore: Si verò Sabbatò illò occurrat Festum semiduplex, aut dies infra octavam, Vesperæ usque ad Capit. dicuntur de illo, à Capitulo vero de Dominica sequente cum Commemoratione præcedentis: Quòdsi occurrat dies aliqua infra Octavam, aut cras occurrat Festum simplex, fit etiam de istis Commemoratio ante Commemorationes communes: *Si* denique Sabbatò illò occurrat Festũ,

aut

sit Officium duplex, integræ de isto dicuntur Vesperæ, & Dominicæ crastinæ, hoc est, II. post Epiphaniam, fit tantùm Commemoratio, sumendo *Antiphonam* & *Versiculum* ex Vesperis Sabbati, ùt in Psalterio. Crastinum verò Officium fit tunc de eadem Dominica II. post Epiphaniam (nisi cras occurrat Festum duplex, aut dies octava alicujus Festi) dicendo omnia ùt in Psalterio de Dominica, exceptis lectionibus Nocturnorum, earúmque Responsorijs, nec non Antiphonâ ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, ac Oratione propria, quæ omnia dicuntur, uti notantur in Proprio de Tempore Dominicâ II. post Epiphaniam, cum Commemoratione in laudibus ac Missa diei infra octavam, ac Festi simplicis occurrentis; de quo posteriore in Dominicis post Epiphaniam dicitur etiam 9. Lectio in Officio Dominicæ, si propriam habeat. Ad MATUTINUM dicitur Hymnus: *Primo die &c.* Ad LAUDES verò Hymn: *Æterne Rerum &c.* MISSA dicitur cum *Gloria* & *Credo*, uti notatur in Missali, Orat. 2. (nisi occurrat Festum simplex) *DEus, qui salutis æternæ &c.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro *Papa*, prout notantur hâc eâdem Dominica II. post Epiphan. dicuntúrque etiam in reliquis deinceps Dominicis usque ad Purificationem, si de ijs fiat Officium; post Purificationem verò Orat. 2. *Acunctis* 3. ad libit. nisi occurrat Festum simplex, aut sit Dominica infra octavam; nam si occurrat Festum simplex, Oratio 2. erit de illô 3. *DEus, qui salutis &c.* & ei correspondens *Postcommunio* terminabitur per Verba: *per eundem* Dominum &c. si verò sit *Dominica infra Octavam*, Oratio 2. est de Octava, 3. autem non dicitur, ut habet Rubric. Miss. IX. n. 10. Præfat. cõmunis, nisi occurrat Octavæ habens propriam. In fine ite &c. A die octava Epiphaniæ usque ad Dominicam in Septuagesima exclusivè tam ad Officium, quàm ad Missam de Tempore adhibetur Color viridis, exceptis tamen Dominicis infra octavas occurrentibus: in his enim adhibetur Color octavæ convenies, etiam ad *Officium & Missam de Tempore.*

Si in Dominica II. post Epiph. occurrat *Festum duplex*, aut *dies octava* alicujus Festi, fit de illis, cum Cõmemoratione tamen Dominicæ, in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, & in fine hujus legetur Evangelium Dominicæ currentis, de quæ etiam dicitur 9. Lectio in Officio. Si simul occurrat Festum simplex, etiã hujus fit Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, nisi Festum occurrens in tali Dominica sit 1.mæ aut 2. Classis, nam in Festis 1.mæ Classis nulla fit occurrentis Festi simplicis Commemoratio, in Festis autem 2. Classis fit ejus Commemoratio solummodò in Laudibus, ac Missis privatis. Cæterùm hîc dicta de

Domi-

Dominica II. post Epiph. intelligenda etiam sunt suô modô de Dominica III. IV. V. & VI. post Epiphaniam.

Quid verò observandum sit, quando ob Festum 9. Lectionum occurrens in Dominica, habénsque in primo Nocturno proprias Lectiones, *Initium* alicujus Libri S. Scripturæ, aut *Responsoria* in aliqua Dominica *primo ponenda*, die suo poni non possunt, *dicetur* sequenti Titulo.

TITULUS V.

De Ferijs occurrentibus post Dominicam II. post Epiphan. ac deinceps usque ad Dominicam in Septuagesima generatim.

VAcante die (inquit Gavantus) ab alijs Christi, vel Sanctorum Festis, fit (extra *Dominicas*) de *Feria*, quod *Officium Domini* est, ut quisque intelligat, se DEO deditum huic uni vacare debere: cùm enim horrerent Fideles nominare *Hebdomadæ dies* à Dijs gentium (puta primam *diem Solis*; secundam *diem Lunæ*; tertiam *diem Martis*; quartam *diem Mercurij*; quintam *diem Jovis*; sextam *diem Veneris*; septimam *diem Saturni*, aut more Judaico eos à Sabbato *primam*, *secundam &c. Sabbati* nuncupare, ideo, acsi Dominica *prima Feria* diceretur, optabant reliquos ab ea dies *Feriam secundam*, *tertiam &c.* (retento tantùm nomine *Sabbati* quoad *septimum* illorum) appellari: cui Fidelium Voto gratificaturus S. Sylvester Papa, *Sabbati* & *Dominici* diei Nomine retento, reliquos Hebdamadæ dies, *Feriarum* nomine distinctos, ùt jam antè in Ecclesia Vocari cœperant, *Ferias* mandavit appellari; quô significatur, quotidie Clericos, abjectâ cæterarum rerum curâ, à rebus alijs feriando uni DEO prorsus vacare debere, atque adeò *Ferias*, hoc est, *Festum* agere sine fine: quoniam enim victimæ ut plurimùm feriebantur *diebus Festivis*, & dies, quô solenne Victimarum Sacrificium fiebat, erat *dies Festus*: inde factum est apud Romanos, ut *dies Festi* dicerentur *Feriæ*, vel à *feriendis* Victimis (ut ex Macrobio observat Forestus in Mappa mund. Tom. 2. l. 15. c. 9.) vel à *ferendis* Epulis, ut alij apud Joan. Azor Tom. 2. l. 1. c. 27. conjectant.

Quoties itaque post Octavam Epiphaniæ usque ad Dominicam in Septuagesima occurrit fieri de Feria, Officium sit totum ut in Psalterio (dicen-

[dicendo videlicet *Matutinum*, *Laudes*, ac *Vesperas* cuivis Feriæ ibidem assignatas; *Primam* autem *Ferialem*, & cum Antiphonis, Capitulis, ac Responsorijs brevibus *ferialibus* etiá reliquas *Horas*, ùt ibi] exceptis tamen *Oratione* [quæ semper dicitur de Dominica præcedente] & 3. Lectionibus Nocturni uniuscujusque Feriæ, earúmque *Responsorijs*: quarum *Illæ* Communiter dicuntur de *Scriptura occurrente*, h. e. ex Ss. Litteris, cuivis per Hebdomadam Feriæ in Proprio de Tempore assignatâ; *Hæc* verò, regulariter loquendo, dicuntur, prout in eodem PROPRIO de TEMPORE infra Hebdomadam secundam post Epiphaniam pro singulis ejusdem Ferijs assignantur; nam quæ dicuntur in Ferijs illius Hebdomadæ secundæ post Epiphaniam, dicuntur, seu repetuntur etiam in Ferijs sequentium Hebdomadarum, usque ad Septuagesimam; ùti constat ex Rubr. ibid. in fine Feriæ 2. positâ, nec non ex *Rubr. Gen. Tit.* 27. *n.* 5. habéntque singulæ per Hebdomadem Feriæ Responsoria propria, exceptô Sabbatô, in quo, quando fit de Feria, dicuntur Responsoria Feriæ 4. *ibid.* circa Invitatoriũ quoque Feriæ II.dæ notandum est: quòd post consuetam illius primam Repetitionem statim subjungantur in Psalmo *Venite* hæc Verba: *Jubilemus DEO salutari nostro &c.* omissis primis Verbis Psalmi. Dixi autem: *Communiter* ac *regulariter loquendo* dici *Lectiones*, & *Responsoria* prædictô modô in Officio Feriali: siquidem tam circa *Lectiones*, quàm *Responsoria* observanda hîc venit aliqua limitatio.

Ad *Lectiones* quod attinet; si *Initium* alicujs Scripturæ occurrentis die suo poni non possit, aut non potuerit [ob occurrens v. g. eo die Festum proprias habens Lectiones] tunc illud *Initium* poni debet die proximè sequenti [seu Festo, seu Feriali] alio simili *Initio Scripturæ* ponendo, aut Festô aliquô, proprias vel de Scriptura, vel de Communi Lectiones habente, non impedito; Lectiones verò illi diei de eadem Scriptura assignatæ tunc vel unà cum Superioribus illis Lectionibus initialibus legantur, vel penitus omittantur, ità, ut non oporteat eas ampliùs in alio sequenti die resumere, sed illæ deinceps legantur, quæ sua quaque die occurrunt, aut cum eisdem die isto jungantur.

Quòd si *Initium* alicujus Scripturæ, quod die suo poni non potuit, nec die etiam aliquo subsequenti illius Hebdomadæ poni possit [eò quòd sequentes omnes sint impediti vel aliô simili initiô Scripturæ ponendô, vel Festô aliquô habente alias proprias Lectiones in 1. Nocturno] possit autem poni die aliquo ex antecedentibus intra illam Hebdomadem, tunc omnino *Initium* illud in aliquem ex antecedentibus diebus est

transferendum, ità, ut aliquô modô in ea Hebdomade ponatur, etiamsi plura Initia Scripturæ eodem die poni oporteat, ob plura infra eandem Hebdomadem occurrentia: quo tamen in casu tria sunt cavenda. 1. Ne duo ejusmodi Initia sub una conclusione: *Tu autem Domine &c.* legantur. 2. Ut nullum extra propriam suam Hebdomadam Legatur. 3. Ut Initia Scripturæ, quæ die suo legi non potuerunt, non legantur in Feria, aut die aliqua præcedenti, quando in sequenti datur locus ea legendi. *Rubr. Gen.* Tit. 26. n. 6. & 7. Gav. Tom. 2. Sect. 5. c. 12. à n. 11. Quamvis autem: Gav: ibid. n. 12. dicat: loquendo de *Epistolis S. Pauli*, & de *Libris Regum*, per *Initium Libri* intelligi solummodo 1. *Epistolam S. Pauli*, & 1. *Librum Regum* [eô quòd omnes Epistolæ simul reputentur per modum unius Epistolæ, & omnes 4. Libri Regum itidem simul sumpti constituant tantùm unum Librum] ac proinde si *Initia* posteriorum Epistolarum vel Librorum assignatô locô legi non possint, non esse opus ea postea legere, sed sufficere, quòd de Epistolis Paulinis lecta sit Epistola ad Romanos, aut ad Corinthios, & de Libris Regum lectus sit liber primus vel secundus, & id ipsum etiam sentiat P. Tob. Lohner Instr. Pract. 2. P. 2. Tit. 1. §. 9. n. 5. Aliique plures teste P. Claudio La Croix Tom. & L. 4. Q. 207. de Hor. Can. n. 1285. quòd sibi suffragari existiment Rubric. Gener. Tit. 26. cit. n. 8. Ego tamen cum Auctore Directorij Romani, aliisque apud cit. La Croix in Re Rubricistica Versatissimis Viris, oppositum sentientibus, ac practicantibus sentio, & cum ijsdem admitto quidem, quòd, quando contingit minui Numerum Dominicarum, & Hebdomadarum post Epiphaniam, ob citiùs advenientem Dominicam Septuagesimæ, id, quod supereſt de Epistolis B. Pauli [distributis pro Numero dictarum Dominicarum, & Hebdomadarum] omittendum omnino eô annô sit, quamvis de aliquibus Epistolis nihil sit lectum; quódque id ipsum etiam sit servandum circa Libros Regum [de quibus legitur ab Octava Pentecostes usque ad Dominicam primam Augusti] tunc, quando Numerus Dominicarum, post Pentecosten de eis Libris usque ad Mensem Augusti annotatus, non expletur; hoc, inquam, utrumque admitto, utpote disertè statutum ac ordinatum num. 8. à paulò antè citata Rubrica; quia tamen illa plus non statuit, quàm omittendas esse illarum Dominicarum ac Hebdomadarum Epistolas, ac Libros, etiam quoad horum, ac illarum Initia, quæ ob occurrentem citiùs Dominicam Septuagesimæ, aut Dominicam I. Augusti, omnino pro tali vel tali anno penitus extruduntur, ità, ut ijs cum præcedentibus Dominicis ac

Hebdo-

Hebdomadibus celebrandis ante Dominicam Septuagesimæ, aut Primam Dominicam Augusti, non sit locus, ideo ex Num. 8. prædictæ Rubricæ non rectè infertur, omittenda etiam esse *Initia* illarum Epistolarum S. Pauli [idem est de Libris Regum] distinctarum à *prima*, quæ incidunt in Dominicam, aut Hebdomadem aliquam post Epiphaniam ante Dominicam Septuagesimæ, & Initia illorum Librorum Regum, distinctorum à Primo, quæ incidunt in quamcunque Dominicam aut Hebdomadem ante Dominicam primam Augusti: imò si ejusmodi Epistolarum aut Librorum Initia poni die proprio non possint, poni ea debere vel in die aliquo sequenti, vel, etiam isthôc per Officium diversas à Scriptura occurrente habente Lectiones impeditô, in aliquo præcedenti die infra talem Hebdomadem, suadetur 1. ex eô, quòd id insinuare videatur Rubrica extans Dominicâ infra octavam Nativitatis Domini, ubi sequentia: *Hac nocte ponitur Epistola B. Pauli ad Romanos, & de ea, & aliis ejus Epistolis legitur usque ad Septuagesimam.* Suadetur 2. Autoritate memorati Directorij Romani, quod tanquam Cynosuram omnium reliquorum, ubi manifesta non obstat Ratio, meritò attendimus; tum quia ab ipsa Sacror. Rituum Congregatione [quâ inspectante, ac tacitè saltem approbante, in lucem emittitur] non potest non maximam accipere auctoritatem; tum quia, ut ex Teste pluribus annis Romæ versato accepi, ipse Summus Ecclesiæ Hierarcha in recitando Divino *Officio*, & celebranda *Missa* juxta memoratum Directorium Romanum dirigere se solet: hoc autem Festo S. Agnetis (proprias in I. Nocturno habente Lectiones) anno 1703. incidente in Dominicam 3. post Epiphaniam, posuit Initium Epistolæ ad Galatas Feriâ 2. subsequente, eò quòd Dominica præcedente poni nequiverit; & Festô Purif. B. M. V. anno 1700. cadente in Fer. 3. tiam post Dominicam 4. tam post Epiph. Feriâ 4. tâ subsequente posuit Initium Epistolæ ad Colossens: eò quòd illud suo die, nempe Feriâ 3. tiâ præcedente, non potuerit poni. Pari modô cùm anno 1704. Initium Libri tertij Regum Dominicâ Septimâ post Pentecosten ob Festum SS. Petri & Pauli in ea occurrens poni non posset, posuit illud Feriâ 3. tiâ subsequente in die Octava Nativit. S. Joan. Bapt. Sententiæ auctoritate Directorij Romani stabilitæ accedit auctoritas R. P. Josephi Coquet Ord. SS. Trinit. in Expositione Tabulæ Perpetuæ, extantis ad Calcem Manualis Bauldry num. XXI. ubi eandem etiam ipse tradit.

Ad *Responsoria* quod spectat, si *Responsoria primi Nocturni* ejus Dominicæ, in qua *primò* ponuntur,

propter Festum duplex in ea occurrens, in ipsa Dominica poni non possint, poni debent prima die illius Hebdomadæ, in qua Officium fit de Feria, omissis Responsorijs alijs, quæ fortè in illa Feria propria habentur: Si verò in tota Hebdomade non occurrat dies, in quo fiat de Feria, Responsoria illa ponenda sunt in sequenti Hebdomade, vel Dominica similiter non impedita, dummodo in ea non sint primò ponenda alia Responsoria: tunc enim pro eo anno forent penitùs omittenda. Responsoria quoque, quæ in aliquibus Ferijs per Hebdomadam habentur, si eo die, quò posita sunt, non possunt dici propter Festum occurrens, non sunt transferenda in aliam diem, sed omittenda. *Rubr. Gen. Tit. 27 n 7.* P. Tobias Lohner. Instruct. pract. II. P. 2. Tit. I. §. 10. de Responsor. post Lection. dicend. n. 4. & 5. superaddit modò dictis quædam alia (de mutando scil. Officio *Festi Simplicis* in Officium merè feriale, & transferendo Festo semiduplici in diem aliam, Festo duplici non impeditam, ut Responsorijs, quæ suâ Dominicâ primò poni non potuerunt, aliquando ponendis sit locus) de quibus tamen non modò nihil legitur in Rubric. ab eo citat. post Recognitionē Breviarij Clementinam, sed potiùs oppositum ex ijsdem colligitur: id quod post hæc jam exarata etiam observatum reperio à Barthol. Gavanto Tom. 2. Sect. 5. c. 13. n. 8. In *Feriis* hisce *minoribus*, nisi occurrat Vigilia S. Matthiæ, usque ad Quadragesimam non dicuntur Preces *Feriales*, sed tantùm (ad PRIMAM & COMPLETORIUM) Preces *Dominicales*: dicuntur tamen ad Laudes & Vesperas post Orationem diei, & Commemorationem Festi simplicis (si quod occurrat) Suffragia Sanctorum, & ante illa 1.mô locô Commemoratio de Cruce. Alia nonnulla huc pertinentia vide infrà Tit. *De Dominica III. post Pentec. & Ferijs eam subsequentib. &c.*

MISSA de *Feria* (nisi *Votiva*, vel *pro Defunctis* Missa *de Requiem* extra ordinem Officij dicatur) dicitur post Octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam, quoties non occurrit *Festum*, vel *Octava*, vel *Sabbatum*, in quo fiat *Officium de B. Maria*. Resumitur autem in Ferijs eo tempore occurrentibus Missa Dominicæ proximè præcedentis, sed omisso *Gloria* & *Credo*: dicitur tamen in ijs post Graduale *Alleluja* cum versu subseq. perinde ac in Dominica. Oratio 2. usque ad Purificationem est de S. Maria: *DEus, qui salutis æternæ &c.* 3. vel *contra Persecutores Ecclesiæ*, vel *pro Papa*, prout notantur Dominicâ 2. post Epiph. Post Purificationem verò Orat. 2. *A cunctis* 3. ad Libit. nisi vel ratione *Feriæ II.* vel *ratione Mensis* dicenda sit *secundô* seu penultimô locô Oratio *Fidelium*,

lium, cum correspondente sibi *Secreta*, ac *Postcommunione*, ut postea dicetur. In fine: *Benedicamus.* Col. Virid. Dixi autem: *Nisi Missa Votiva*, vel *de requiem extra ordinem Officij dicatur*: Constat enim 1. ex Rubric. Gener. IV. Missalis, diebus infra Hebdomadem, in quibus Officium non fit de *Festo duplici*, vel *semiduplici*, nec de *die infra Octavam*, nec de *Ferijs Adventûs, Quadragesimæ, quatuor Temporum, Rogationum*, & *Vigiliarum*, sed de *alia Feria* per annum (in qua tamen non sit resumenda Missa *Dominicæ præcedentis*, quæ fuerit *impedita*) dici posse locô *Missæ Ferialis*, etiam *principalis*, seu *Conventualis*, aliquam ex illis *Missis Votivis*, quæ in Missali Romano cuivis Hebdomadæ diei post Missam de Anniversario Dedicationis assignantur, cum Commemoratione tamen Feriæ, de qua factum est Officium, nec aliam, vel alias, quàm eam dicendo, locô Missæ Principalis, quæ cuivis diei propria ibidem assignatur. Constat 2. ex Rubric. Gen. V. n. 1. & 2. Diebus ibi expressis, ac infrà referendis aliquando posse, & interdum etiam debere fieri Missam Principalem generaliter pro Defunctis Sacerdotib. & Benefactorib. ac alijs; vel saltem in Missa de die faciendam Commemorationem pro Defunctis; aut denique in certis Ecclesijs 2. cantandas esse Missas, unam pro Defunctis, aliam de die, ùt ibi.

Vesperæ de Feria currente dicuntur hoc Tempore unà cum Completorio ut in Psalterio (præponendo suffragijs Communibus Sanctorum Commemorationem de Cruce) quoties die postero non est faciendum de Festo, aut de B. V. in Sabbato. Quòd si hodie factum fuerit, de *Feria*, postero autem die faciendum sit de Festo 9. Lectionum, terminatur Officium Feriale ad Nonam, & Vesperæ hodiernæ cum Completorio dicentur de Festo illo subsequente, sine Commemoratione hodiernæ Feriæ; si verò cras faciendum sit de Festo simplici, seu trium Lectionum, aut de B. V. in Sabbato, tunc Vesperæ hodiernæ quidem usque ad Capitulum exclusivè dicentur de Feria currente, ut in Psalterio, à Capitulo autem fiet de crastino Festo 3. Lectionum, aut de B. V. MARIA in Sabbato (omissa Commemoratione de Feria currente, & de S. Cruce) ut suis notatur locis.

Quòd si hodie occurrat *Festum simplex*, seu *trium Lectionum*, cras autem faciendum sit de Feria, aut de alio Festo simplici cras occurrente, tunc, quia Officium Festi hodierni simplicis terminatur ad Nonam, Vesperæ hodiernæ dicendæ sunt de Feria hodierna currente ùt in Psalterio, & quidem totæ, si cras faciendum sit de Feria (ac tunc cum Commemoratione de S. Cruce) vel saltem usque ad Capitulum, si cras occurrat

aliud Festum simplex (de quo fiat Officium) vel faciendum cras sit de B. V. MARIA in Sabbato, modô antè, & suis locis annotatô.

Quia extra Adventum, Quadragesimam, & Tempus Paschale, *Primâ* cuiusque Mensis *die, non impeditâ Festo 9. Lectionum*, tenentur obligati ad Chorum recitare *Officium Defunctorum*, etiamsi omnes dies Mensis usque ad ultimam forent impediti, & mox sequenti die id iterum foret recitandum, ut habet Rubrica Brev. Rom. Officio Defunctorum præfixa, & To. 2. tradit Gav. Sect. 9. c. 2. n. 11. & 15. ideo si aliqua illarum Feriarum, quæ post Octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam occurrunt, sit dies prima Mensis non impedita Festo 9. Lectionum, dicendum ab illis in illa erit Officium Defunctorum, Ritu in eadem Rubrica descripto, ut scilicet (nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum) id in Choro dicatur post Officium diei, id est, Vesperæ post Vesperas, & Matutinum post Laudes diei, dictô post utrasque *Benedicamus*, omissô autem sequente versu: *Fidelium animæ &c.* ut item (omissô *Invitatoriô*, & Psalmô *Venite*) Feriâ II. & V. dicatur I. Nocturnum: Feriâ III. & VI. Secundum Nocturnum. Feria IV. & Sabbato Tertium Nocturnum.

Quia insuper (extra Adventum, Quadragesimam, & Tempus Paschale) prima die cujusque Mensis, non impeditâ Officiô 9. Lectionum, juxta Rubric. Gen. Missal. Rom. Tit. V. dicenda est Missa Principalis (quotidiana) generaliter pro defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs, aut, quando in eadem occurrit *Festum simplex* [quo Nomine hîc etiam venit *B. V. in Sabbato*) vel *Feria* aliqua, *propriam habens Missam*, vel *resumenda* est *Missa Dominicæ præcedentis*, quæ fuit impedita, nec infra Hebdomadem alia occurrit dies, in qua resumi possit, tunc in Ecclesijs *Cathedralibus* & *Collegiatis* duæ dicendæ sunt Missæ *Conventuales*, seu *Principales* [una pro *Defunctis*, altera de *Festo simplici*, vel *Feria* aut *Dominica prædicta*] in Ecclesijs autem alijs, id est, nec *Cathedralibus*, nec *Collegiatis* in Missa de die currente dicendâ, utì & in Missis privatis [ubi ubi demum dicantur] facienda est Commemoratio generaliter pro Defunctis, dicendo penultimô locô Orationem *Fidelium &c*, ideo huic quoque Rubricæ mos gerendus erit, si aliqua Feriarum hujus Temporis sit prima dies Mensis non impedita Officio duplici, vel semiduplici. Putat tamen P. Tobias Lohner Instruct. 1. P. 4. Tit. 3. prædictam Missalis Rubricam *quoad obligationem sub peccato* intelligendam solumodo esse de Missa *Conventuali*, seu *Principali*, nullô autem modô de *privatis*, sive præscribatur ab ea *Missa*, sive solùm *Commemoratio*,

cio, quæ fit per Collectam seu Orationem: *Fidelium*; citátque pro se Claud. Arnaudum Epit. Tr. 1. P. 3. Tit. 5. n. 1. & 2. Quidquid autem sit de culpa Theologica, non tamen salvâ Rubricâ in Missis etiam privatis omitti posse ijs diebus, in quibus vel Missa, vel saltem Commemoratio pro Defunctis ab ea præscribitur, Orationem *Fidelium*, nisi locô Missæ de die currente legatur Missa ipsa quotidiana pro Defunctis per modum Missæ votivæ cum 3. Orationibus, ut ibi, ego infrà P. III. Tit. *de Officio & Missis Defunctorum* §. 2. ostendere conabor.

Feria II. Cujusque Hebdomadæ, in qua hoc Tempore fit de Feria, potest juxta modô allegatam Missalis Rubricam Missa Principalis dici pro Defunctis, nisi resumenda sit in ea Missa Dominicæ præcedentis, ùt suprà; tunc enim in Missa Principali [de die currente dicenda] tantùm fit Commèmoratio pro Defunctis generaliter [utì etiam, si in Feriam II. incidat hoc tempore Festum simplex] modô pariter antè dictô.

In *Missis* autem *privatis*, quæ Ferijs II. non impeditis Officio duplici aut semiduplici hoc Tempore dicuntur, penultimô locô dicitur Oratio: *Fidelium &c.* nisi locô Missæ de die currente dicatur per modum Votivæ Missa de *Requiem*; in Missis enim Defunctorum, in quibus plures dicuntur Orationes, Oratio *Fidelium* semper est ultima; nec in hujusmodi Missis dici potest *Oratio pro Vivis*, aut ea, quæ est *Communis Vivis & Defunctis.* Porrò cùm plures dicuntur Orationes in his & alijs *Missis* Defunctorum [utì semper dicuntur, exceptô die *Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum*; nec non *die Obitûs*, seu *Depositionis Defuncti*, excepto item *die Depositionis Tertiô*, *Septimô*, *Trigesimô*, & Anniversariô ejusdem; in quibus, uti & quandocunque pro Defunctis *Solenniter* celebratur, non nisi una dicitur] tunc, si Missa funebris privata dicatur pro *Sacerdote*, aut *Sacerdotibus*, primô locô dicitur Oratio *Præsta, quæsumus* &c. Si pro pluribus: *Animabus &c.* aut DEUS, *cui proprium*, prout notantur in Missali post Missas Defunctorum, Titulo: *Orationes diversæ pro Defunctis.*

Plura huc pertinentia vide infrà Tit. *de Dominica III. post Pent. & Ferijs infra eam Hebd. occurrentibus*, nec non. P. 3. Tit. *de Offic. & Miss. Defunctor.*

Diebus infra Hebdomadam, in quibus hoc Tempore Officium fit *de Feria*, dici potest aliqua ex Missis Votivis, etiam in *Principali* Missa, quæ vocatur *Conventualis*, attamen nonnisi secundùm Ordinem dierum in Fine Missalis assignatum, & cum commemoratione Feriæ, de qua factum est Officium; modò in ejusmodi Feria non sit resumenda Missa

Domi-

Dominicæ præcedentis, quæ fuerit impedita, & salvis Rubricis suprà allegatis ex Tit. earum V. n. 1. & 2. de dicenda Missa Principali generaliter pro Defunctis 1. die cujusque Mensis non impeditâ Officio 9. Lectionum, & quâvis Feriâ 2. in qua Officium fit de Feria, ut ibi. *Rubr. Miss. Tit. 4. n. 3.* & Gav. *ibid.* Casus autem, in quo in *Ferijs minoribus* hujus Temporis *resumenda* est *Missa Dominicæ præcedentis* (adeoque Missa Principalis generaliter pro Defunctis, aut loco Missæ concordantis cum Officio diei una ex suprà dictis Votivis in ejusmodi Feria cantari non potest) est hic: Quando nimirum Festo duplici DOMINICA fuit impedita, & in Hebdomade eam immediatè sequente contingit fieri OFFICIUM *de Feria*: tunc enim in hac absolutè *Missa conventualis* debet esse de *Dominica*, sicque *resumi* debet Missa Dominicæ præcedentis, de qua, ne tota diceretur Missa eo die, quô occurrebat (sed *Oratio* tantùm, & *ultimum Evangelium*) obstitit occurrens in ea *Festum duplex*: Quæ tamen Rubricarum Missalis Dispositio, eos duntaxat respicit, quibus obligatio incumbit dicendi *Missam Conventualem Officio concordem*: qui proinde in casu posito non possunt facere Missam *conventualem Votivam*, aut *pro Defunctis*, sed debent eam facere de Dominica præcedente, attamen ritu feriali, sine *Gloria* & *Credo*. Quòd si verò in casu, quo Dominicæ præcedentis *Officium* & *Missa* à Festo duplici in ea occurrente fuerunt impedita, infra Hebdomadem occurrant plures Feriæ, in quibus fiat Officium de Feria currente, adeóque in earum aliqua (v. g. Feria 2.) resumi possit Missa Dominicæ præcedentis, Feriâ autem 3.tiâ, aliáve subsequente iterum Officium fiat de Feria ejusmodi minore, tunc, cùm præcedentis Dominicæ Missa jam fuerit semel resumpta, permittunt Rubricæ Missam Principalem *discordare* ab Officio, & *Votivam Conventualem* dici alteri illi Feriæ in Missali assignatam. At verò in Ordine ad dicendam *Missam Principalem generaliter pro Defunctis* in casu, quo resumenda est Missa Dominicæ præcedentis, res paulò aliter se habet: Nam posito, quòd prima Mensis die (extra Adventum, Quadragesimam, & Tempus Paschale) fiat Officium de Feria per annum, & intra eandem Hebdomadam denuo Officium feriale in aliqua Feria recurrat, eô casu primâ illâ Mensis die dicenda est juxta Rubric. V. Missal. n. 1. Missa Conventualis generaliter pro Defunctis (ab ijs scilicet, quos juxta antè dicta hæc Rubrica concernit) ac tum primùm in alia Feria resumenda est Missa Dominicæ præcedentis; si verò infra eandem Septimanam alia similis Feria non occurrat, quâ

Missa

Missa præcedentis Dominicæ resumi possit, tunc in *Ecclesijs Cathedralibus* & *Collegiatis* prima Mensis die, si in ea occurrat Festum Simplex, vel Feria propriam habens Missam (uti habent *Feriæ 4. Tempor.* Item *Vigiliæ*, quæ jejunantur) vel resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis, ob occurrens in ea Festum duplex, cantandæ sunt 2. Missæ, una pro Defunctis, altera de Festo simplici, aut Feria prædicta: In Ecclesijs verò non Cathedralibus, nec Collegiatis dicenda est Missa de die, cum Commemoratione generaliter pro Defunctis per Orat. *Fidelium.* Rubric. Missal. V. cit.

Plura huc pertinentia vide iterum infrà Titulo de Dominica III. post Pentec. &c. superiùs allegato.

Porrò Missa *Conventualis* & *Solennis* in *Festis Simplicibus*, & *Ferijs* per annum dici de ijs debet juxta Rubricas Missal. Rom. *Tit.* 15. post SEXTAM. In *Festis duplicibus semiduplicibus*, *Dominicis*, ac *infra Octavas* de omnibus istis post *Tertiam* in Choro dictam: excipiuntur tamen ab hoc Ordine dicendi *Missam Conventualem* tres illæ, quæ dicuntur in *Nativitate Domini*; siquidem *Prima* illarum dicitur post *Mediam Noctem*, finito *Te Deum Laudamus* in Matutino; quia *Nocte* natus est Christus: *Secunda* in *aurora* (quia eâ horâ creduntur Pastores adorâsse Christum natum) dictis *Laudibus* & *Primâ*: *Tertia* denique *in die* post dictam in Choro TERTIAM, nisi alicubi aliter ex Dispensatione sedis Apostolicæ disponatur. Pro *Defunctis* juxta easdem Rubric: regulariter cantari debet Missa *post Primam.* Dixi *regulariter*; ubi enim dicuntur eorum *Vigiliæ* manè post Matutinum diei, dictis hujusmodi Vigilijs cum Laudibus immediatè dici potest Missa pro Defunctis. Excipe *diem Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum*; eo enim die *Missa Conventualis* de ijsdem dicitur post NONAM; quia eo die est *Principalis.* In die quoque *Depositionis Defuncti*, nec non *Tertiô*, *Septimô*, *Trigesimô*, ac *Anniversariô Solemni* ejusdem, in quo fit Concursus Populi, poterit similiter dici ultimô Locô post *Nonam*; in quo casu (ut Gerlacus Vinitor in Compend. Sac. Rit. P. 4. Tit. 8. n. 7. observat) NONA in Choro cum alijs HORIS immediatè post *Sextam* cantabitur. In Adventu, Quadragesima, 4. Temporibus (etiam illis, quæ veniunt infra Octav. Pentecostes) & Vigilijs, quæ jejunantur, ut ut sint (ob occurrens v. g. in ijs Festum) dies Solennes, *Missa de Tempore* nihilominus cantari debet post NONAM.

Missæ quoque *Votivæ* quia non correspondent Officio, si *Solemniter* celebrentur pro Re gravi, vel publica Ecclesiæ causa cum Populi frequentia, dici debent juxta Rubric. post NONAM.

Missæ denique *privatæ* (sive *Votivæ*, sive de *die currente*) dici possunt, post dictum saltem Matutinum & Laudes, quacunque horâ ab Aurora, usque ad Meridiem; Unâ etiam horâ ante Auroram, & una post Meridiem à *Privilegiatis* sumendo utrobique auroram non physicè, sed Moraliter, & politicè, pro Tempore, quo terminari solet Hominum quies, & inchoari labor, juxta probatam Regionum consuetudinem; modò *Votivæ privatæ*, aut etiam *solennes*, non dicantur diebus à Rubricis Missal. Tit. 4. & 6. aut à Sac. Rt. Congregat. prohibitis. Vide Gavant. Tom. 1. cit. P. I. Titul. 15. n. 1. & 2. Ubi inter alia notat, quòd Missa Parochialis (& à fortiori quæcunque alia) sine cantu dicta non sit *Conventualis* in sensu, quo istam Sumunt Rubricæ Missalis, quantumvis ad eam conveniat Populus, seu Loci Clerus.

Cæterùm Rubricas Generales Missal. Tit. III. n. 1. & Tit. VII. n. 2. de *cantandis* duabus Missis in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis*, in quibus plures Sacerdotes quotidie celebrant, in Ferijs *Adventûs*, *Quadragesimæ*, ac *quatur Temporum*, nec non in *Rogationibus*, & *Vigilijs*, si in ijs occurrat aliquod Festum *duplex*, aut *semiduplex*, vel *dies Octava*, unâ scilicet de *Festo* post TERTIAM, alterâ de *Feria* aut de *Rogationibus*, aut de *Vigilia* occurrente post NONAM, absque ulla utrorumque Commemoratione, has, inquam, Rubricas esse *præceptivas*, & quidem sub gravi (utpote de re gravissima) authoritate, ac Ratione probant Gavantus *Tom.* 1. *P.* 3. *Tit.* 11. *à n.* 7 & Gerlac. Vinitor in *Compend. Sac Rit. P.* 1. *Tit.* 7 *§.* 1. *&* 2. Par ratio est Rubr. Gen. Missal. V. n. 1. præcipiente, ut extra Adventum, Quadragesimam, ac Tempus Paschale, *Primâ* die cujusvis Mensis non *impeditâ* Officio *duplici* vel *semiduplici* dicatur Missa Principalis generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, & Benefactoribus, ac alijs; hoc tamen addito, ut, si in ea occurrat *Festum simplex*, vel *Feria*, quæ *propriam habet Missam*, aut *resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis*, quæ fuit impedita, ac infra Hebdomadam non occurrat alius dies, in quo Missa Dominicæ resumi possit, tunc in *Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis* dicantur 2. Missæ, una pro *Defunctis*, alia de *Festo simplici*, vel *Feria prædicta* per superiùs citatam Rubricam: in Ecclesijs autem non Cathedralibus, nec Collegiatis (respectu quarum non perinde gravis utique datur ad id, quod dicam, obligatio) dicatur Missa de die, cum Commemoratione generaliter pro Defunctis.

Excipiuntur *dies Depositionis Defuncti*, item *Anniversarius* pro Defunctis, in quibus *Missa Conventualis* etiam in Festo semiduplici, imò & duplici, quod non est *de Præcepto*,

seu

seu *Festum Fori* (h. e. habens annexam obligationem audiendi Sacrum, & vacandi ab opere servili) dici potest. Dixi autem suprà 1. In *Eccles. Cathedr. & Collegiat. in quibus plures Sacerdotes quotidie celebrant*; nam in ijs Ecclesijs, in quibus *una* tantùm celebratur Missa in Festis Sanctorum, Missa Conventualis cantanda est de Sancto itidem post TERTIAM, & in ea fieri debet Commemoratio Feriæ; quia respectu talis Ecclesiæ cessat Ratio Rubricæ de cantanda Missa altera de Feria. Dixi 2. Si *aliquibus Ferijs ibi nominatis occurrat aliquod Festum duplex, vel semiduplex, vel dies Octava.* Quibus verbis Rubrica insinuat primò: occurrente *Festo duplici* in Dominica, nunquam fieri duas Missas Conventuales, utì fiunt eo occurrente in Ferijs Privilegiatis; tum quia Missa Dominicæ resumi potest infra Hebdomadem; tum quia utraque dicenda esset post TERTIAM, quod inconveniens censetur. *Gav. Tom. 1. p. 1. Tit. 7. n. 2.* Insinuat 2. Si in Ferijs ibi nominatis occurrat duntaxat *dies infra Octavam*, non perinde dicendas esse in Eccles. Cathedr. & Collegiat. 2. Missas Convenruales, Unam *de Octava*, alteram *de Feria* &c, utì tamen dicendæ sunt, quando in illis occurrit ipsa *dies Octava* alicujus Festi. Rationem Disparitatis dat Gavant. ad cit. Rubr. Gen. III. Missal. n. 1. lit. I. & diserte traditur in eadem Rubr. n. 2. ubi præcipit, ut in *Vigilijs*, & *Ferijs 4. Tempor.* nec non *Fer. 2. Rogat.* quando eæ veniunt *infra aliquam Octavam*, Missa dicatur de *Vigilia, vel Ferijs prædictis* cum Commemoratione Octavæ: quo proinde in casu Missa discordat ab Officio, dicitúrque in Paramentis Violaceis; Altaris tamen ornatu sequente quoad *colorem* non *Missam*, sed *Officium*, extra *Missam* saltem *Principalem.* Verùm excipit eadem Rubrica recentior Missalis ibidem n. 2. *dies infra Octavam SS. Corporis Christi*; nam si infra hanc Octavam occurrat aliqua *Vigilia* (v. g. S. Joann. Baptistæ) in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis omnino cantandæ sunt 2. Missæ Convent: Una de *Octava* post TERTIAM; altera de *Vigilia* post NONAM: Missæ autem privatæ dici jubentur de *Octava*, cum Commemoratione *Vigiliæ* in dato casu. Facit dein ibidem aliam insuper Exceptionem Universim circa *Vigilias*, dum ait: si aliqua Vigilia occurrat in Festo aliquo 1.mæ Classis, tunc nec in *Officio*, nec in *Missa* talis Festi aliquid faciendum esse de *Vigilia*, ne quidem Commemorationem.

SABBATO, infra Hebdomadam II. aut infra reliquas deinceps post Epiphaniam Hebdomadas usque ad Septuagesimam occurrente dicitur *Officium*, & *Missa* modô Superiùs Titulo 2. *de Sabbatis post Octavam Epiph. usque ad Septuages. &c* declaratô,

ratô. Idem est de alijs Ferijs proximè præcedentibus, de quibus pariter fit *Officium* & *Missa*, ut suprà. Tit. 3. &c.

TITULUS VI.

De Dominica III. IV. V. & VI.

post Epiph. in genere.

QUòd si Tempus ab *Octava Epiphaniæ* usque ad *Septuagesimam* fuerit breve, ità, ut *Officia* unius, vel plurium Sequentium *Dominicarum* (nempe III. IV. V. aut VI.) non possint expleri suis diebus, tunc *Officia* illarum, quæ supersunt post Dominicam II. post Epiphaniam, omittuntur pro tunc eô annô, ac resumuntur (quoad *Orationem* tamen duntaxat, *Epistolam*, *Evangelium*, & *Antiphonas* ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*) post Dominicam 23. post Pentecosten, Modô ac Ordine ibidem in propria Rubrica descriptô, utì & Tit. IV. in Rubric. General. num. 3. & 4.

Cùm verò interdum contingat, ut Dominica III. vel IV. vel V. vel VI. post Epiphaniam dictô modô ità Supersit, ut ea poni suô locô nec possit ante Septuagesimam, nec poni etiam possit post Dominicam XXIII. à Pentecoste (utì circa Dominicam VI. contigit 1710. circa IV. verò 1711.) ideo juxta Rubr. Gen. III. n. 4. & 5. ac Gav. To. 2. Sect. 6. c. 8. n. 7. nec non Josephum Coquet in Expositione Tabulæ à n. 16. tunc fiet de ejusmodi Dominica in Sabbato Dominicam Septuagesimæ immediatè antecedente, non impeditô Festo 9. Lectionum, seu occurrente, seu translatô; alioquin in alia die anteriore illius Hebdomadæ similiter non impeditâ (quæ tamen sit omnium proxima ipsi Sabbato) dicendo Sabbatô illô, aut die illâ Officio 9. Lectionum non impeditâ, Officium de Feria currente ùt in Psalterio, cum Commemoratione Festi simplicis, si quod ea die occurrat, legendóque 3. Lectiones de Homilia talis Dominicæ anticipatæ, omissis proin, vel translatis (si sint Initium aliquod, & dies, quo hoc ponatur, Supersit) Lectionibus Scripturæ illius Feriæ, atque etiam Lectione de Festo simplici, si quod fortè occurrat, pariter omissâ; dicendo autem Responsoria Feriæ currentis, nisi fortè tria prima Responsoria Dominicæ anticipatæ nondum illô annô sint recitata; tunc enim Responsoria illius Dominicæ loco Responsoriorum Feriæ currentis poni debent, ex 1. Nocturno ejusmodi

modi Dominicæ anticipatæ ea desumendo. Non dicitur in tali Officio *Te DEUM*; eò quòd sit *Feriale* quoad Ritum, adeoque dicatur tertium Responsorium. Si Responsoria sumenda sint ex Sabbato curr. & ibi non extent, sumuntur ex Feria IV. præced. In Laudibus (pariter de Feria currente dicendis) Antiphona ad *Benedictus*, uti & Oratio (non tamen Versus) est de eadem Dominicâ anticipatâ, eique subjungitur Commemoratio de simplici (si quod occurrat) ac etiam de Cruce, & hæc quidem ante alia Suffragia Communia Sanctorum non tamen ante Commem. Simplicis. *Missa* autem dicetur de ipsa *Dominica* anticip. sine *Gloria* & *Credo* cum Commemoratione *Simplicis*, si quod occurrat, & locô penultimô ponendo Orationem *Fidelium*, si ratio Mensis, aut Feriæ 2. id exigat. alioquin cum Oratione 2.da & 3.tia de Tempore currente. Præf. Commun. In fine *Benedicamus* col. vir.

Quòd si die præced. talem Feriã non occurrat *Officium*, aut *Festum* 9. *Lectionum* Vesperæ diei illius antecedentis totæ erunt *Feriales* de die illa currente, etiamsi postridie occurrat Festum aliquod Simplex; de hoc enim in Vesperis illis facienda est tantùm Commemoratio; de Dominicâ autem (utpote postero die ritu tantùm feriali celebrandâ) nec illâ, nec sequenti die facienda est in Vesperis aliqua Commemoratio. Exemplum Dominicæ quoad *Officium* & *Missam* ex dicta causa (quia scilicet nec post Epiph. nec etiam post Dominicam 23. post Pentec. ei celebrandæ superfuit locus) ad Sabbatum ante Septuages. dictô modô anticipatæ habuimus in Dominica VI. post Epiph. anno 1710. quo Directorium Romanum Officium & Missam rectè sequenti modô ordinavit: Die " Sabbati 15. Februarij de Dominica " 6. post Epiphaniam. Officium sit " Feriale. Ad Matutinum Invitato- " rium, Hymnus, Antiphonæ, Psal- " mi, Vers. &c. ut in Sabb. in quo " dicitur 2.da Antiphona cum 3.io " Psalmo *Jubilate*; tres verò Lectio- " nes de Homilia Dominicæ Sextæ " post Epiph. Tria autem &c. ùt " assignantur in Feria IV. præceden- " te, omisso Hymno *Te DEUM*. Ad " Laudes Antiphonæ, Psalmi, Ca- " pitulum, Hymnus, & Vers. de eo- " dem Sabb. Ad *Benedictus* verò An- " tiph. *Simile est &c.* Cum Oratione " de eadem Dominica, & Comme- " moratione sine Lect. de SS. Faustino " & Jovita Mart. de Cruce, & Suffra- " gijs Sanct. *Missa* de eadem Domi- " nica cum 2.da Oratione de SS. Fau- " stino & Jovita. 3.tia autem à cun- " ctis, sine *Gloria* & *Credo*. Col. virid. " Vesperæ feriales à Capitulo de " Dominica Septuages. Antiph. ad " Magnificat: *Dixit Dominus ad Adam* " &c. Oratio propria. Ad Vers. *Bene-* " *dica-*

" *dicamus Domino* additur duplex " *Alleluja*, & deinceps non dicitur " *Allel.* usque ad Sabbatum Sanctum, " sed ejus loco initio Horarum dici- " tur *Laus tibi Domine &c.* Col. Viol. Hactenus Directorium Romanum. Ex quibus apparet, etiamsi alioqui (si nempe non fuisset anticipata 3. Dominica ad hoc Sabbatum) non fuisset factum Officium de SS. Faustistino, & Jovita, sed de B. V. M. in Sabbato (utpote cui cedit Festum simplex) supposito tamen, quòd ea Dominica fuerit anticipata eô modô, quô dictum, ad Sabbatum Dominicam Septuagesimmæ antecedens, Commemorationem in Officio Dominicæ anticipatæ, ejúsque Missa faciendam fuisse de solis SS. Fastino & Jovita MM. non autem de *B. V. in Sabbato*; per quod tamen non excluditur Commemoratio illa consueta de B. V. quæ, quando Officium sit ritu feriali, post Commemorationem de Cruce unà cum alijs Commemorationibus Communibus, seu suffragijs Sanctorum in ejusmodi Officio est facienda. Atque sic ordinandum est Officium & Missa respectivè etiam in casu, quo Dominica 3. aut 4. aut 5. post Epiph. similiter ad *Sabbatum* Dominicam Septuagesimæ immediatè antecedens anticipatur.

Jam verò Exemplum Dominicæ modô suprà dictô non ad *Sabbatum*, sed ad *aliam Feriam* illius Hebdomadæ, quæ Dominicam Septuagesimæ immediatè antecedit; anticipatæ (nempe ad Feriam IV.) habuimus in Dominica IV. post Epiphaniam anno 1711. cùm enim annô illô ex una parte post Epiph. Superfuerint Dominica 4. 5. & 6. ex altera verò parte post Pentec. fuerint eô annô tantùm Dominicæ 26. adeoque juxta Rubricam extantem post Dominicam 23. post Pentec. Dominica 24. post Pentec. 1711. fuerit tunc illa, quæ alioquin est quinta post Epiphaniam; Dominica 25. autem post Pentec. illa, quæ alioquin est Sexta post Epiph. Dominica verò 26. post Pentec. fuerit ultima ante Adventum, ultima autem ante Adventum semper sit illa, quæ alioquin est 24. post Pentec. & sic Dominicæ IV. non remanserit locus, ideo ne penitùs omitteretur Dominica 4. post Epiph. eô annô quoad Officium & Missam anticipanda quidem ipsa fuerat ad Sabbatum immediatè præcedens, Dominicam Septuages. quia verò Sabbatum illud fuit impeditum Festo 9. Lectionum, ideo anticipata est modô suprà dictô ad diem aliam illius Hebdomadæ proximè ante Sabbatum simili Festo non impeditam, qualis cùm nec fuerit Feria 6. nec Feria 5. immediatè præcedens, sed tantùm Feria 4. ideo anticipatio Dominicæ IV. post Epiph. rectè facta est anno 1711. ad dictam Feriam IV. (intellige ibi, ubi *Fest. S. Agnetis secundò*, cadens anno 1711. in illam

illam Feriam non erat Festum 9. Lectionum) modò suprà dictiò, non obstantibus ijs, quæ habentur in Tab. 15. apud Gavantum, ibi Rubricæ, ac sibi locò superiùs allegatò contrarium in Editione recentiore de anno 1690. in qua non modò in Calendario Romano illis Tabulis præfixo, sed etiam Tom. 2. S. 7. c. 3. agens de Festis mense Januario occurrentibus, die 31. Januari expressè ponit Festum duplex 9. Lectionum, nempe S. Petrum Nolascum (quo ritu donatum asserit à Clemente X. 23. Julij 1672.) & consequenter in Tab. 15. die illo 31. Januarij [incidente in Sabbatum, à *Festo 9. Lectionum* eóque *duplici*, occupatum] non rectè sic ponitur: 31. *Jan. Sab. com. Dominicæ 4. Epiph* cùm ad Feriam 4. præcedentem, nempe ad diem 28. Jan. Officium ejus Dominicæ in tali casu modò supra dictò sit anticipandum, prout dictò annò 1711. id anticipavit DIRECTORIUM ROMANUM, Officium & Missam diei 28. Jan. in hunc modum tunc ordinans: *g. Feria 4. de Dominica 4. post Epiph.* " Officium sit feriale. Ad Matut. " Invit. Hymn. Antiph. Psalm. & " Vers. ut in Feria 4. tres Lectiones " de Homil. Dom. 4. post Epiph. " cum tribus ℟. ex I. Nocturno e- " jusdem Dom. *quia primò ponuntur*; " non dicitur Hymn. *Te DEVM*; " ad Laud. & per Horas Antiph. " Psalm. cap. Hymn. & Vers. ex Fe- " ria 4. Antiph. verò ad Bened. *A- " scendente JESV &c.* ac Orat. *DEus, " qui nos in tantis &c.* ex Dom. 4. " post Epiph. Commem. [sine Lect.] " de S. Agnete *secundò*, ut ibi nota- " tur, item de Cruce, & Suffrag. SS. " In Laud. Missæ de eadem Dom. 4. " post Epiph. cum 2. Orat. *Fidelium* " 3. de S. Agnete secundò, sine *Glor.* " & sine *Credo* col. virid. Vesp. de " S. Francisco Salesio Epis. & Con- " fess. dup. In Hymno dicitur Ver- " sus: *meruit supremos &c.* col. Alb.

Quòdsi inter Festa 9. Lectionum, quibus in dato casu tota Hebdomas est impedita, sit aliquod Festum ad libitum [v. g. S. Canutus Mart. qui hactenus est semiduplex ad Libitum] veniens ante Sabbatum immediatè præcedens Dominicam Septuagesimæ, Festo autem alio 9. Lectionum de Præcepto impeditum, tunc ad diem illum, quò ejusmodi Festum 9. Lectionum ad libitum occurrit, potest quidem anticipari modò prædictò Officium & Missa Dominicæ, quæ nec Sabbatò ante Septuagesimam, nec post Dominicam 23. à Pentec. celebrari potest [omissò pro eo anno Festò 9. Lectionum ad libit.] si tamen alicui placeat die illo facere de *Festo ad libitum* in ejusmodi casu, tunc, quia respectu talis tota Hebdomas est impedita Festis 9. Lectionum, ideo Sabbato Dominicam Septuagesimæ immediatè antecedente à tali juxta pòst dicenda

faci-

facienda est de Dominica anticipata in *Officio* Festi, quod eo Sabbato occurrit, uti & in ejus *Missa*, solummodo Commemoratio, cum 9. de eadem Dominica Lectione in *Officio*, & ultimo Evangelio in *Missa*. Exemplum hujus rei Suppeditavit nobis annus 1712. quò Dominica III. post Epiph. nec poni potuit propriò suò locò post Epiphaniam, nec etiam post Dominicam 23. post Pentec. Hebdomas autem immediatè præcedens Dominicam Septuagesimæ fuit impedita Festis 9. Lectionum *de Præcepto* quotidie, præterquam Feria III. incidente in diem 19. Januarij, quâ, licèt non occurrerit Festum 9. Lectionum *de præcepto*, occurrebat tamen *Festum 9. Lectionum ad libitum*: quò proinde annò DIRECTORIUM *Romanum* ordinavit *Officium* & *Missam* Dominicæ III. post Epiph. aliter pro illis, qui omissò Festò ad libitum eam anticipârunt ad diem 19. Januarij, & aliter pro illis, qui eam anticipârunt [solumodo tamen quoad Commemorationem, & 9. de ea Lectionem &c.] AD Sabbatum Dominicam Septuages. proximè antecedens; nam pro Prioribus *Officium* & *Missam* ità ordinavit: *e.* 19. " *Januar.* Feria 3. de Dom. III. post " Epiph. *Officium* fit feriale [etiam " quoad Versum Matut.] ùt in Feria " 3. currente: tres verò Lect. de Ho- " mil. Dominicæ 3.tiæ post Epiph. " & tria Responsoria, uti ponuntur " in 1. Noctur. ejusdem Dominicæ " omissò Hymn. *Te DEVM.* Ad " Laud. & Hor. omnia de eadem " Feria, exceptis Antiphonâ ad *Be-* " *ned.* & oratione propr. de eadem " Dominica 3.tia post Epiph. Com- " memoratio [sine Lect.] de SS. Ma- " rio & Soc. Mart. item de Cruce, & " Suffrag. Sanctorum in Laud. Dici- " tur 2.dum Nocturnum & Laud. " Defunct. Missa de ead. Dominica " 3.ia post Epiph. cum 2. Oratione " *Fidelium*, 3.tia de SS. Mario & Soc. " Mart. sine *Glor.* & *Gredo.* Col. vi- " rid. Vesp. de SS. Fabiano & Seba- " stiano Mart. dupl. Col. Rub.

Pro Posterioribus autem, h. e. illis, qui in dato casu die 19. Jan. celebrârunt sub Ritu semiduplici ad Libitum Festum S. Canuti Mart. adeóque Dominicam 3.tiam, quæ superfuit post Epiphaniam, non ad illum diem, in dato casu anticipârunt, sed ad sequens Sabbatum, incidens eô annô in diem 23. Januarij [quo in Ecclesia Universali celebratur Festum S. Raymundi de Pennafort, quod est Festum 9. Lectionum *de Præcepto*] idem DIRECTORIUM *Romanum Officia* & *Missas* à die 18. Januarij usque ad 23. ejusdem inclusivè dicendas in fine illius Libelli Sequentem in modum ordinavit: " *d.* 18. *Fer.* 2 In 2. Vesp. de Cathedr. " Rom. S. Petri Apost. dupl. com. S. " Pauli Apost. S. Canuti Reg. Daniæ " Mart. & SS. Marij &c. Mart. Col.

" Alb.

" Alb. *omittuntur Vesperæ Defunctor.*
" 19. *Fer.* 3. Canuti Reg. Dan. Mart.
" semid. ad libit. Off. de Comm. un.
" Mart. Lect. 1. Noct. de Script.
" occurr. rel: ùt in propr. loc. 9. Lect.
" & Comm. SS. Marij &c Mart.
" In Laud. omitt. 2. Noct. & Laud.
" Defunct. Missa: *In Virtute*, in qua
" *Gloria.* 2. Orat. de SS. Mario &c
" Mart. 3. Orat. *DEus, qui Salutis.*
" Col. Rub. Vesp. de SS. Fabiano, &
" Sebastiano Mart. dupl. Comm. S.
" Canutj. Col. Rub. 20. *Feria* 4. In
" Festo SS. Fabianj & Sebastianj
" Mart. Lect. 1. Noct. de Epist 2. ad
" Corinth. curr.
" 22. *Fer.* 6 In Festo S. Vincentij
" & Anastasij Mart. Lect. 1. Noct.
" de Epist. 2. ad Corinth. curr.
" 23. *Sabb.* In Festo S. Raymundj
" de Pennafort. Conf. Lect. 1. Noct.
" de Epist. 2. ad Corinth. curr. rel.
" ùt in propr. loc. 9. Lect. Homil.
" & Comm. Dom. 3. post. Epiph.
" Antiph. *Cùm descendisset JEsus* ℣.
" *Repletj &c.* Orat. propr. & S. E-
" merentianæ Virg. & Mart. in
" Laud., & Missa; in qua *Glor.* &
" Evangel. ejusd. Dom. in fine. Col.
" Alb. In 2. Vesp. à cap. de Dom.
" Septuag. Antiph. ad Magn: *Dixit*
" *Dominus ad Adam &c.* Orat.
" propr. & Comm. S. Raymundi;
" & ad ℣. *Benedicamus Domino* ad-
" ditur dupl. *Allel.* & deinceps non
" dicitur *Allel.* usque ad Sabb.
" Sanct. sed ejus locô in initio
" hor. dic. *Laus tibi Domine, Rex*
" *æternæ gloriæ.* Col. viol. Hactenus DIRECTORIUM Rom: 1712.

Sive autem in *Sabbato*, sive in aliquo alio infra Hebdomadem die non impedito Festo 9. Lectionum modô paulò antè declaratô una ex 4. dictis Dominicis celebretur, nunquam tamen dicuntur in ea *Preces Feriales*; neque in Vesperis seu illius, seu præcedentis diei fit aliquid de Dominica anticipata: unde si dies crastina sit Dominica Septuagesimæ, tunc Vesperæ Sabbati hodierni sunt in tali casu usque ad Capitulum de Sabbato currente ut in Psalterio per annum, à Capitulo autem (sine Commemoratione Dominicæ anticipatæ ad hodiernum Sabbatum) dicuntur de Dominica Septuagesimæ subsequente cum duplici *Alleluja* ad Versum *Benedicamus*, cúmque ejusdem Dominicæ Septuagesimæ annuntiatione ad hodiernam PRIMAM in Martyrologio, & Commemoratione Festi simplicis, si quod cras occurrat, in 1. Vesperis & Laudibus crastinæ Dominicæ. Et hæc de casu, quô aliqua ex supra dictis 4. Dominicis (nempe vel 3. vel 4. vel 5. vel 6. post Epiphaniam) eò quòd proprio suo die celebrari nequeat, ad Sabbatum, aut aliam Feriam *Festo 9. Lectionum*, aut die *infra* aliquam *Octavam* non impeditam infra Hebdomadem, quæ Dominicam Septuagesimæ

proximè antecedit, anticipatur; hoc tamen insuper hîc annotando, quòd nempe, si reliquis diebus, post factum de ejusmodi Dominica infra illam Hebdomadam dictô modô Officium, legendum aliquid superfit de Scriptura ejusdem Dominicæ extra propriam sedem celebratæ, ac eam sequentium Feriarum, tunc ità disponendæ sint Lectiones, ut (si fieri possit) omnia Initia Epistolarum S. Pauli, quæ ab ultima Dominicâ post Epiphaniam proprio die celebratâ, usque ad Sabbatum Dominicæ infra Hebdomadam positæ (ut dictum est) assignantur, in ipsa Hebdomada Septuagesimam præcedente legantur, omissis alijs, quæ sunt assignatæ præcedenti Hebdomadæ, uti in suæ Tabulæ expositione monet suprà cit. Coquet n. 21. id colligens ex Rubr. Gen. Tit 26. n. 6. 7. & 8.

Quòd si contingat, ut ob citiùs advenientem *Dominicam Septuagesimæ* numerus Dominicarum & Hebdomadarum post Epiphaniam ità minuatur, ut de aliqua, aut aliquibus Epistolis S. Pauli [pro numero 6. Dominicarum & Hebdomadarum, quæ post Epiphaniam absolutè occurrere possunt, distributis] nil legi possit, ne initium quidem alicujus, aut aliquarum, tunc eô annô id, quod supereft de illis per cit. Rubr n. 8. est omittendum, quantumvis de aliquibus Epistolis illius nihil sit lectum.

Quòd si tota Hebdomas, Dominicam Septuagesimæ immediatè antecedens, infra quam ex causa suprà dictâ de Dominica vel 3. vel 4. vel 5. vel 6. extra propriam diem esset agendum, sit impedita vel *Festis 9 Lectionum de præcepto* [seu *occurrentibus*, seu etiam *translatis*] vel *aliquâ Octavâ*, tunc juxta Rubricam ibid: citatam n. 4. ac 5. sufficit in Sabbato Dominicam Septuagesimæ immediatè præcedente facere Commemorationem in *Officio* & *Missa* Festi aut Octavæ eô Sabbatô occurrentis de ejusmodi Dominica anticipata, cum nona de eadem in Officio Lectione, ac ultimo Evangelio in *Missa*. atque hoc etiam in casu (ut notat Coquetius) quô Sabbato illo occurrit fieri de Festo duplici 1. classis: si enim hujusmodi Festum non excludit à suo *Officio* & *Missa* Commemorationem Feriæ cujuscunque Majoris, & nonam de hac Lectionem, ac ultimum Evangelium, si propriam habet Homiliam, & proprium Evangelium, à fortiori non excludet Commemorationem &c ejusmodi Dominicæ; cùm nulla Dominicarum ex toto omitti debeat, uti alibi declarat Gav. Lectiones quoque pro 1. Nocturno Festi occurrentis sumentur in ejusmodi casu ex eadem Dominica anticipata, nisi Festum illud proprias, aut de Communi Sanctorum in 1. Nocturno habeat

beat Lectiones : *Antiphona* quoque & *Oratio* pro facienda Commemoratione Dominicæ in Laudibus Festi sumentur ex ipsa Dominica anticipata : Versus autem est ferialis. *Repleti sumus manè Misericordia tua &c.* ùt in Psalterio Feriâ eo die occurrente.

Quòdsi igitur contingat, ut de aliquâ ex dictis Dominicis, v. g. tertiâ post Epiphan. nec proprio suo die agi possit, nec Offic. ad Sabbatum Dominicam Septuagesimæ proximè antecedens, nec ad aliquam anteriorem Feriam anticipari possit; eò quòd tota Hebdomas sit impedita Festis 9. Lectionum, etiam translatis, vel aliquâ Octavâ, nec ei celebrandæ superfit locus post Pentecosten, tunc Sabbatô Dominicam Septuagesimæ immediatè antecedente in Officio Festi (etiamsi hoc sit 1.mæ classis) aut Octavæ currentis, legitur 9.na Lectio de Homilia illius Dominicæ anticipatæ, unà cum Commemoratione de eadem in Laudibus per Antiphonam & Orationem propriam, per Versum verò ferialem : in Missa quoque fit tunc similiter Commemoratio de illa Dominica, cum ultimo de eadem in ea Evangelio. Sic cùm anno 1682. Dominica Septuagesimæ incideret in Dominicam 3.tiam ab Epiphania : de Dominica 3. autem post Epiphaniam (per Dominicam Septuagesimæ in ea occurrentem anno illo exclusâ) nec fieri potuerit Officium post Pentecosten (eò quòd dictô annô fuerint Dominicæ post Pentecosten 27.) ac proinde Dominicâ 24. juxta Rubricam Gen. IV. de Dominicis num. 4. ponenda fuerit Dominica 4. post Epiphaniam (quamvis ob Festum omnium Sanctorum tunc occurrens, tantùm cum 9. Lectione in Officio, ejúsque Commemoratione in eod. Officio, ac Missa: & ultimi Evangelij de eadem Dominica in Missa Festi Lectione) nec in Sabbato præcedente Septuagesimam, nec aliâ præcedente Feriâ Hebdomadæ illius antecedentis Septuagesimam (ob continuò occurrentia Festa duplicia, aut semiduplicia) ideò, nè penitùs omitteretur, juxta Rubricam eandem *num.* 5. ac 4. Sabbatô Dominicam Septuagesimæ præcedente in Festo S. Timothei facta est Commemoratio dictæ Dominicæ 3. post Epiphaniam in Laudibus & Missa tantùm, cùm Antiphona & Orat. eidem Dominicæ propriâ [versu autem feriali] necnon cum Lectione 9. de Homil. Dominicæ III. & Evangelio ejusdem in fine Missæ Festivæ, in qua proinde 3. Oratio fuit *DEus, qui salutis &c.* Lectiones autem in 1.Nocturno Festi sumebantur ex eadem Dominica 3. post Epiphaniam. In Vesperis verò neque herì neque hodie factum est aliquid de hac Dominica III. eò

quòd hujusmodi Dominicæ anticipatæ, seu suô locô celebrari impeditæ, nonnisi Ritu feriali, ùt suprà dictum, celebrentur.

TITULUS VII.

De Dominica III. post Epiphaniam, & Ferijs infra Hebdomadam III. post Epiphaniam occurrentibus in particulari.

IN Vesperis Sabbati, Dominicam hanc præcedentis, quando de ea fit Officium, dicuntur omnia [excepta Oratione propria] utì in Vesperis Sabbati ante Dominicam II. post Epihphaniam, modô superiùs in fine Tituli 4. *de Dominica II. post Epiph.* declaratô. Reliquum quoque *Officium* hujus Dominicæ [utì & reliquarum usque ad Septuagesimam, quando de ijs fit Officium] dicitur eô modo, quô dici debere in Dominica II. suprà ex instituto est declaratum, exceptis *Lectionibus* triû Nocturnorum, & *Antiphonis* ad *Benedictus*, & ad *Magnificat* in 2. Vesperis, quas habet proprias [si de ea dicatur Officium] unà cùm *Oratione*, quæ dicitur, utì in 1. seu hesternis Vesperis. In I. Nocturno hâc Dominica ponitur INITIUM Epistolæ ad Galatas, quod quando ob occurrens Festum habens proprias Lectiones In 1. Nocturno [v. g. Conversionis S. Pauli] Dominicâ hâc poni non potest, ponendum est infra Hebdomadem, die proximè similiter non impedita, modô suprà declaratô.

MISSA Dominicæ III. post Epiphaniam pariter est propria, dicenda cum *Gloria*, *Credo*, & reliquis, ùt in Dominica II. post Epiph.

Quòd si in ea occurrat Festum duplex, fit de eo, cum Commemoratione Dominicæ in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, cum 9. Lectione de eadem Dominica, ejusdémque Evangelio in Fine Missæ, ut ibid. De *simplici* occurr. verò dicitur 9. Lectio [si propriam habet, & si habet duas, ex duabus fit una] atque de eodem fit Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus ac Missa Dom. Si in ea occurrat *dies infra Octavam*, fit de ea pariter Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa Dominicæ; hæc in hac dicitur 3. Oratio nisì insuper occurrat Festum simplex.

In 2. quoque *Vesperis* omnia dicuntur, utì Dominica præcedente. Quomodo autem sit procedendum tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam*,

Missam, quando Dominicæ III. aut alteri post Epiph. ante Septuagesimam celebrandæ nullus supereſt Locus, ob Brevitatem Temporis inter Octavam Epiph. ac Septuagesimæ intermedij, constat ex dictis Tit. proximè præcedenti. Quibus ex Gav. hîc addo sequentia: Ubi contingit minui Numerum Dominicarum post Epiph. adveniente citiùs Dominica Septuagesimæ, & ideo Feriâ 3.tiâ vel aliâ die proximâ fit de Officio Dominicæ III. vel sequentiũ anticipatè, tunc statim, ac factum est Officium Dominicæ, in sequentibus diebus legi debent Epistolæ S. Pauli, quæ positæ sunt in Dominica anticipata, id quod in postrema Breviarij Recognitione est decretum Teste eodem Gavant. Tom. 2. Sect. 5. cap. 12. n. 13.

Feria II. & reliquis infra Hebdomadem III. post Epiphaniam, in quibus fit de Feria, tam quoad Missam, quàm quoad Officium aguntur omnia respectivè eô proportionaliter modô, quo dictum suprà Tit. V. de Ferijs post Dominicam II. post Epiph. Porrò

Feriâ IV. hujus Hebdomadæ ponendum est in Officij Nocturno *Initium Epistolæ B. Pauli Apost. ad Ephesios*: quòd si die illo, ob occurrens Festum proprias habens Lectiones in 1. Nocturno, poni non possit, ponendum est alia infra Hebdomadem die similiter non impedita, ut pariter suprà declaratum.

TITULUS VIII.

De Dominica IV. post Epiphaniam, & Ferijs infra Hebdom. IIII. post Epiphaniam occurrentibus.

Quæ de Dominica III. post Epiph. & Feriis infra Hebdomadam III. post Epiph. occurrentibus, utroque Titulo proximè præcedenti à me sunt tradita, etiam Dominicæ ac Feriis *Hebdomadæ IV.* sunt applicanda, ac in earum celebratione observanda; cùm Rubricæ tam *Missalis*, quàm *Breviarij Rom.* ibidem à me allegatæ, ac expositæ, utrisque sint *Communes*, sive ejusmodi Dominica supersit post Epiphaniam, sive non supersit.

Propria tamen Dominicæ IV. post Epiph. sunt sequentia: In 1.mo Nocturno Officij hodierni ponitur Initium Epistolæ 1. B. Pauli Apost. ad Philippenses, ut ibi. Idem est de Lectionibus II. & III. Nocturni, quæ pariter extant in loco. Ad *Benedictus*

Antiphona: *Ascendente JESV*; ad *Magnificat* in 2. Vesperis: *Domine, Salva nos &c.* Oratio propria, uti & *Missa* in qua *Gloria*, & *Credo*. Quòd si hæc Dominica venerit ante Festum Purificationis B. V. M. Oratio 2. erit de S. Maria: *DEus, qui salutis æternæ &c.* 3. Contra Persecutores Ecclesiæ, aut pro Papa, ut ibi; Si verò venerit post Festum Purificationis, tunc 2. Oratio erit ad poscenda suffragia Sanctorum, quæ incipit: *A Cunctis*; Tertia autem dicetur ad libitum Sacerdotis. Circa has duas Orationes Gavantus Tom. 1. Tit. 9. n. 2. item 15. in fine, & 16. lit. I. monet sequentia: 1. mò in Oratione *à Cunctis* Littera N. exigit Nomen *Patroni*, seu *Titularis Ecclesiæ*, in qua celebratur. 2. dò quòdsi *Patronus* illius Ecclesiæ sit S. *Michaël*, aut *S. Joan. Baptista*; tunc in Oratione *à Cunctis* juxta Rubric. recentior. Missal. Nomina dictorum Sanctorum præponenda sunt Nominibus SS. Apostolor. Petri & Pauli. 3. tiò si dicatur Missa [v. g. Votiva] de *ipso Patrono*, seu *Titulari*, qui alioqui nominandus est ad Litteram N. in Oratione *à Cunctis*, tunc, ne de eodem bis fiat explicita mentio in Collectis, vel debebis omittere *Patroni* Nomen in Oratione *à Cunctis*, vel ejus locò aliud poteris nominare pro tua Devotione. 4. tò In 3. tiâ Oratione *ad libitum* cavere debet Sacerdos pro sua modestia, ne coram Prælato suo, aut Persona Principe, dicat Orationem, quæ habet Titulum: *pro seipso Sacerdote*: tunc enim orandum potiùs ex reverentia pro ipso Episcopo, seu Principe præsente. 5. tò Quando contingit à summo Pontifice, aut Episcopo Diœcesano &c mandari, ut pro publica Ecclesiæ causa quotidie [post Orationes diei] dicatur certa Oratio, v. g. *DEus Refugium &c*, aut alia, tunc hæc supernumeraria Oratio vel dicenda est locò Orationis tertiæ ad libitum, vel addenda præscriptis à Missali, tanquam Commemoratio, in duplicibus, *Dominicis*, & *Festis semiduplicibus*: Decrevit tamen S. R. C. 1627. 28. Aug. omitti *regulariter* debere prædictam Orationem in Festis 1. mæ Classis, nisi scilicet [inquit Bauldryus] aliud expresè statuatur à Majoribus, hoc est, à Papa, seu Sacr. Rit. Cong. aut etiam Episcopo, si opus sit, quoad certum tempus tantùm; Imò & in Festis 2. dæ Classis [teste eod. Gavanto Tit. 9. n. 16. cit.] Usus Communior insigniorum Ecclesiarum Urbis est, ut neque dicatur in Missis etiam privatis, ne dum in solemni, eámque consuetudinem ibid. approbat Gavantus, & Directorium quoddam Parisinum, ad ejus calcem hoc subjungens Monitum: Cùm aliqua Oratio quotidie dicenda est in Missa ex mandato Episcopi, S. R. C. decrevit, ut omitteretur in Festis 1. Classis; pari jure omittenda est in

Domi-

" Dominica Palmarum: & in Vigilia
" Pentec: juxta usum insigniorũ Urbis
" Ecclesiarum &c. Ceteris diebus dici
" debet: dicitur autem tanquam *ad-*
" *ventitia*, ità, ut semper ei præmit-
" tantur *illæ*, quæ jam *aliunde* præ-
" scriptæ sunt. Quòd si contingat,
" ut 3. Oratio recitanda sit ad libi-
" tum, hæc *adventitia* tertium obti-
" nere locum poterit, vel alia quæ-
" liber, quam ista 4. locô subsequa-
" tur. Hactenus illud Director. ac proinde in *Festis semiduplicibus* [in quibus alioqui Orationes dicendæ sunt numero impari, & quidem regulariter tres, idque vel in honorem SS. *Trinitatis*, ùt vult Innocent. III. vel quia Christus *ter* oravit in horto, ùt censet Micrologus, vel in ejus memoriam, qui 3. *tia die* resurrexit, ut scribit S. Clemens] potest Oratio à Superioribus præscripta dici [post præscriptas tamen à Missali] etiam *quartô locô*, non superadditâ Oratione *quintâ*: quia hæc Oratio habetur in ejusmodi Festis pro non adjecta: at verò in *Festis simplicibus* [par ratio est de *Missis Votivis privatis*, utpote ritu simplici dictis] ac Ferijs per annum, si ejusmodi Oratio extraordinaria veniat *quartô locô*, semper ei addenda est *quinta*, ut notat Gav: & Bauldry; cùm *hujusmodi Festa*, ac *Feriæ* aliunde *quinque*, aut etiam *septem* admittant; *quinque* quidem ob *quinque partitam* Christi Passionem, *septem* verò, vel quia Christus in Oratione Dominicali *septem* instituit *petitiones*, vel ob *septiformis* gratiæ spiritum, ut exponunt Microl: & Innoc. apud Gavantum: *Tom 1. P. 1. Tit. 9.* ubi advertit, ideo in semiduplicibus dici regulariter *tres*, & in simplicibus *quinque*, aut *septem*; quia DEUS numero *impare* gaudet: cúmque Numerus impar sit indivisibilis, ideò *Vnionem* hôc locô Ecclesiæ Orantis significat. Quæ omnia confirmantur auctoritate Gavanti locô suprà cit: & Bauldry P. 3. c. 7. Tit. de Orationib: ità scribentium: In Missis, in quibus tertia Oratio est *ad libitum*, potest dici Oratio *DEus refugium* [vel alia similis à Superiore ad Tempus præscripta] ea tamen ratione, ut serves *in tali casu* debitum numerum & ordinem, videlicet quatuor in Dominicis, & semiduplicibus; quinque in simplicibus, Ferialibus, & Votivis. Addit Bauldry: Cùm [juxta ipsum] in *Assumptione Habitus*, & *Professione Monialium*, siquidem fiant aliquo *die Festo*, non sit dicenda Missa Votiva de S. Spiritu, sed Missæ diei addenda solummodo Oratio de S. Spiritu, hanc Missæ festivæ Orationibus similiter ità esse addendam, ut nulla omittatur ex assignatis in Missali pro Missa currentis diei, & siquidẽ tertia sit ad libitum, posse eam dici de S. Spiritu. 6. tò quando Oratio *à Cunctis* dicitur ultimô locô, tunc ipsa cum correspondente sibi Post-Communione terminanda est

per Verba: *per eundem Dominum &c.* 7.mò Tò *ad libitum* non significat hôc locô, quòd, quaſcunque velis, Orationes dicere poſſis, ſed quòd dictis ijs, quæ in Rubricis Miſſalis pro tali Miſſa aſſignantur pro Oratione 2.da vel 3.tia reſpectivè, tunc [ſi Miſſa plures patiatur] ſuprà non præſcriptas addere poſſis aliam, vel alias, quæ tibi magìs placent, attamen cum debito *ordine*, ac *numero* pro qualitate Miſſæ: non enim licet relinquere eas Orationes, quæ ſecundô vel tertiô locô dicendæ à Rubricis determinatè in Miſſali aſſignantur, & in earum locum ſufficere alias, à Miſſali non præſcriptas, eſto ſit forſan aliqua harum ob publicam neceſſitatem ad Tempus præſcripta ab Epiſcopo, veluti *DEus refugium &c:* nam neque ob hujusmodi Orationem ſupernumerariam ac extraordinariam omitti poſſe aliquam ex aſſignatis deciſum ferunt à S. R. C. 1684. 2. Decembr.

Quòdſi tertia Oratio ſit *ad libitum*, poterit quidem illa etiam eſſe de *Sancto aliquo* pro tua Devotione, eô illam modô dicendo, quô alioqui dicitur in Miſſa ejus Votiva, ùt infrà, Titulô: *de Miſſis Votivis*: licebit quoque in caſu, quo tertia Oratio eſt ad libitum, pro tertia Oratione aſſumere aliquam ex Miſſis Votivis *pro pace*, pro *Belli* aut *Peſtis* avertenda Calamitate, aut pro *Infirmo*, vel *Morituro &c*, exſtantibus in fine Miſſalis, ùt locô pòſt citandô tradit poſt alios Tob. Lohner: quòd ſi tamen plures ejusmodi Orationes Supernumerarias admittat qualibas Miſſæ, in ijs dicendis attendi debet præter debitum numerum etiam dignitas eorum, de quibus eſt Oratio, ùt ſuprà, & in Miſſali Rubr: Gen: VII. n.5. ubi cùm ea præmiſiſſet, *Orationes Votivas* poſtremum occupare locum in Comemorationibus, quæcunque illæ ſint [eò quòd non concordent cum *Officio*] mox ſubjungit, in ejusmodi *Orationibus Votivis*, ſeu ſupernumerarijs ſervandum eſſe *ordinem dignitatis*; puta, de S. Trinitate, de S. Spiritu, de SS. Sacramento, de S. Cruce ponendo Orationem Votivam ante Orationem Votivam de B. Maria, & Orationem Votivam de Angelis, vel S. Joanne Baptiſta, ante Orationem Votivam de Apoſtolis, & ſic de alijs. 8.tavò Quando dicitur Oratio *à Cunctis*, vel *Eccleſiæ*, non eſſe dicendam Orationem *contra Paganos*, aut aliam hujusmodi [eò quòd ſufficienter una contineat, quod altera] nec poſſe *Nomen Paganorum* mutari in Nomen *Turcarum*, *Hæreticorum &c*, quando dicitur Collecta, vel Miſſa *contra Paganos*, pariter ferunt eſſe reſponſum à S. R. C. 1688. 16. April. & 29. Julij. Plura huc pertinentia Vide infrà P. II. die 3. Febr. item in Rubricâ gener. VII. & IX. Miſſal.

Petes 1.mò An tanquam Oratio

tio ad *libitum* in Festis semiduplicibus possit etiam poni Oratio *Fidelium*, aut alia *pro Defunctis*, v.g. pro Defuncto Sacerdote, vel Patre, aut Matre celebrantis &c, locô alterius Orationis ad libitum? Respondet P. Lohner Instruct. I. pract. P.IV. Tit. 3. §. 2. n. 4. affirmativè contra nonnullos de hoc dubitantes, quorum Rationem dubitandi ibid. solvit, & suam Sententiam in Communi praxi, & idonea simul fundat ratione: rectè tamen ibid. monet, quòd, quando Orat: *Fidelium* per modũ Collectæ in ejusmodi Festo semiduplici dicitur, dici id debeat 2.dô seu penultimô locô, illius scil. Collectæ seu Orationis locô, quæ alioqui secundum seu penultimum locum requireret, si non diceretur Oratio *Fidelium*, aut alia pro uno, aut pluribus Defunctis in tali Missa: Quandoquidem universali apud Rubricistas receptum est Regulâ, quòd, sicut in Missis *de Requiem*, in quibus plures dicuntur Orationes, Oratio *Fidelium* semper debet poni ultimô locô, ità in *Missis Vivorum*, in quibus dicuntur 3. aut etiam plures Orationes, Oratio *Fidelium* (idem erit, si locô hujus Oratio alia pro uno, aut pluribus Defunctis dicatur) locum penultimum sibi vendicet, & hoc etiam in casu, quo in hujusmodi Missa facienda est Commemoratio de occurrente Festo simplici.

Petes 2.dò: cujusnam sit præscribere Orationem supernumerariam modô suprà dictô pro *publica causa*, aut *necessitate* in duplicibus, semiduplicibus, & Dominicis dicendam: an nempe id etiam possint Superiores Regulares, an verò solummodo Papa, ac Episcopi locorum ordinarij? Rs. 1.mò certum mihi videri, posse illos determinare unam, posito, quòd à Pontifice indicta sit una indeterminata. Resp. 2. Posse meô judiciô (salvo meliori) ad certum tempus ex justa & gravi causa ejusmodi Orationem præscribi (ita tamen addendam, ut nulla ex assignatis in Missali omittatur) etiam à Superioribus Regularibus, per se loquendo, ac juxta statuta seu consuetudinem sui ordinis; cùm enim Rubricistæ, nominatim Gavantus, Bauldry, & alij, cùm agunt de casu, in quo *accidit* (sunt eorum verba) *ut à superiore* aut *superioribus decernatur, ut pro publica causa dicatur Oratio: DEus refugium, aut alia*, loquantur de Superiore Ecclesiastico generatim, sine exclusione Regularium, etiam his videtur competere potestas indicendi ad Tempus (quod regulariter in nostra Societate est trium Mensium) ejusmodi Orationem supernumerariam; id quod etiam in praxi receptum videmus. Quinam autem Superioris regularis nomine intelligantur, vide apud P. Gobat Tom. 1. P. 1. Tr. 8. n. 417. & 418. ac ibi citatos: Quid

verò nominatim *Superioribus* tam *Provincialibus* quàm *Localibus* nostræ Societatis sit observandum juxta suum Institutum ac suas Constitutiones circa indicendas suis Subditis pro occurrentibus necessitatibus Orationes extraordinarias &c, habetur in eorum Regulis c. 2. in fin. &c.

Petes 3. An etiam pro necessitatibus privatis superaddi possint Orationibus à Missali præscriptis Orationes Votivæ, v. g. pro infirmis, & alijs? R. Extra Festa 1.mæ & 2.dæ Classis concedi id quidem à Bauldryo & alijs apud Andr. Piscara; rectè tamen addit uterque, melius & consultius esse abstinere ab hujusmodi Orationibus, ac strictè observare Rubricas Missalis, sicque per obedientiæ meritum, aut etiam magis feriam ejusmodi privatæ necessitatis sub *Memento* factam Commendationem, Votivas ejusmodi Commemorationes compensare.

Si in hac, aut sequentibus 2. Dominicis occurrat *Festum simplex*, aut *dies infra Octavam*, fit de ijs Commemoratio modò in Dominica II. & III. declaratò.

Feria III. infra Hebdomad. IV. post Epiph. ponitur in Officio *Initium Epistolæ B. Pauli Apost. ad Colossenses*: & *Feria V. Initium Epistolæ* 1. *ad Thessalonicens. Sabbatò* autem *Initium* 2. Quæ *Initia* (idem est de *Initio Epistolæ*, quæ dicitur in 1. Nocturno præced. Dominicæ) si die suo ob occurrens Festum habens proprias Lectiones in 1.mo Nocturno, poni non possint, ponuntur die alio non impedito, modò superiùs declaratò.

Feriis infra hanc Hebdomadem occurrentibus, siquidem fiat *Officium* de *Feria*, resumitur *Missa* Dominicæ proximè præcedentis (nisi fiat, aut facienda fit *Missa de Requiem*, aut dicatur *Missa Votiva &c.*) cum Orationibus in ea assignatis, attamen sine *Gloria* & *Credo*, cum *Benedicamus Domino* in fine Missæ. *Col. Virid.* Vide dicta superiùs Tit. V.

TITULUS IX.

De Dominica V. post Epiph. & Ferijs infra Hebdomadam V. post Epiphaniam occurrentibus.

Quæ suprà *Tit. 7. de Dominica III.* post Epiph. & *Ferijs, infra Hebdomad. III. post Epiph. occurrentibus*, à me sunt tradita, huic quoque Dominicæ, ac Ferijs infra Hebdomad. V. post Epiph. occur-

occurrentibus ob rationem Tit. præced: allegatam sunt applicanda, sive suô locô celebretur, sive aliô.

Propria tamen Dominicæ V. post Epiph. sunt ea, quæ sequuntur: In I. Nocturno Officij hodierni ponitur Initium Epistolæ 1. B. Pauli Apost. ad Timoth. ùt ibi. Lectiones quoque II. ac III. Nocturni dicuntur ùt ibi in proprio de Tempore: ex quo etiam sumitur Antiphona ad *Benedictus*, & ad *Magnificat* in 2. Vesperis. Oratio propria (ex Vesperis hesterni Sabbati) utì & *Missa*, in qua *Gloria* & *Credo* Oratio 2. *A cunctis*. 3. ad Libitum in fine: *Ite*. Col. virid.

Feriâ III. infra Hebdomadam V. post Epiph. ponitur in Officio *Initium Epistolæ 2.dæ B. Pauli Apost.* ad Timoth. *Feriâ* autem V. Initium Epist. ad *Titum*; ac denique *Sabbato* ejusdem Hebdomad. *Initium Epist.* ad *Philemonem*. Quæ Initia Lectionũ de Sacra Scriptura, si die suo poni non possint [ob occurrens Festum habens propr. Lectiones] ponuntur die alio non impedito, juxta superiùs tradita.

Feriis infra Hebdomadem hanc *occurrentibus*, si quidem fiat de *Feria*, tam quoad *Missam* [quæ resumitur ex Dominica immediatè præcedente] quàm quoad *Officium*, omnia aguntur eô respectivè ac proportionaliter modô, quô suprà *Tit.* V. dictum.

TITULUS X.

De Dominica VI. post Epiph. & Ferijs infra Hebdomadem VI. post Epiphaniam occurrentibus.

Huic quoque *Dominicæ*, ac *Hebdomadæ* ea sunt applicanda, quæ suprà de *Dominica III.* post Epiph. & *Ferijs Hebd. III.* post Epiph. sunt tradita, sive suô locô celebretur, sive non.

Propria tamen huic Dominicæ [nempe VI. post Epiph.] quando suô locô celebratur, & Ferijs eam subsequentibus sunt sequentia: In I. Nocturno hodierni Officij ponitur *Initium Epist. B. Pauli Apost. ad Hebræos*, & de ea legitur in sequentibus Ferijs, usque ad *Dominicam in Septuagesimæ*. Lectiones quoque II. & III. Nocturni dicuntur de ea, utì notantur in loco, hoc est, in PROPRIO *de Tempore*. Exinde quoque sumuntur Antiph. ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, in 2. Vesp. cum *Oratione*, quæ pariter est *propria*, utì & *Missa*, in quâ *Gloria* & *Credo*. Oratio 2. *à Cunctis* 3. *ad Libitum*,

nisi facienda sit Commemoratio occurrentis *Festi simplicis*, aut *diei infra Octavam*; nam in occursu Festi *simplicis* Oratio 2. erit de *simplici*. 3. à cunctis. In occursu autem *diei infra Octavam* fit Commemoratio *Octavæ*, nec dicitur 3.tia Oratio, nisi insuper occurrat Festum *simplex*, ut suprà in simili jam monui. In fine Missæ: *Ite.*

In *Ferijs* Hebdomad. VI. post Epiph. resumitur pariter Missa Dominicæ proximè præcedentis (nisi fiat aut faciendum sit de *Requiem*, vel dicatur Missa Votiva, &c.) cum Orationibus in ea assignatis, attamen sine *Gloria* & *Credo*, & cum *Benedicamus Domino* in ejus fine. *Col. Virid.* Vide dicta superiùs Tit. V.

TITULUS XI.

De Dominicis, ac Ferijs à Septuagesima usque ad Quadragesimam.

SEPTUAGESIMA (ut quidam apud Henric. Pisart *Direct. Canon. cap. 5. Proprij de Temp.* volunt) ex eo dicitur, quòd *Septies* habeat *decem*, id est, *Septuaginta* dies ab ea Dominica usque ad Sabbatum in albis, quô terminatur; SEXAGESIMA ex eo, quòd complectatur dies *Sexaginta*, finitúrque Feriâ IV. post Paschа: QUINQUAGESIMA, à 50. dierum numerô ità dicta, ipso die Paschatis finitur; QUADRAGESIMA denique in Cœna Domini absolvitur: habet autem Quadraginta duos dies abstinentiæ à carne usque ad Pascha, è quibus si demas 6. Dies Dominicas erunt Triginta sex, hoc est, decima anni pars, qui communiter constat diebus 365. quibus postea S. Gregorius M. insuper quatuor primos adjecit jejunij dies, ut ità non modò *Decima anni* solveretur DEO, sed etiam jejunium 40. dierum CHRISTI DOMINI perfectè imitaremur.

Porrò hæc SEPTUAGESIMA dierum (ùt quidam AA. notant) quam in præsenti observat Ecclesia, indicat illos 70. annos, quibus Filij Israël fuerunt sub servitute Babylonica, & sicut illi eo Tempore deposuerunt organa sua, dicentes: *Quomodo Cantabimus canticum Domini in terra aliena?* ità & nos deponimus *Alleluja*, quod est lætitiæ signum, quod huic Dominicæ ac Tempori non convenit, utpote in quo recolitur peccatum Adæ, ejúsque per Passionem Christi Servatoris, pro nobis tam dira passi, imò & mortui in Cruce, expiatio; adeoque est *Tem-*

pus

pus luctûs, cui *Cantica lætitiæ* non congruunt, unde & in Missa dicitur *Tractus*, id est Canticum luctûs, ità dictum (ùt videre est apud Gavant. Tom. 1. P. 1. Tit. 10. n. 5. lit. Z.) quòd *tractim* cantetur, & veluti tractæ voces lugubres gemitibus & suspirijs admixtæ sint, atque huic Tempori ex eo etiam capite vel maximè conveniens, quòd in eo tum mortem, quæ in mundum per invidiam Diaboli intravit, ùt notat Rupertus; tum vitæ præsentis miseriam, ùt observat Innocentius III. lugeamus. Qua de re pulchrè omnino Leo Papa IX. in hunc modum discurrit: *Hi duo solummodo Hymni ab Angelis in novo Testamento inveniuntur decantati*, Alleluja, *atque* Gloria in Excelsis DEO, *quos pariter* in Septuagesima *intermittimus*; *quia peccato hominis veteris à concentu Angelicæ Jubilationis expulsi in hujus miseræ vitæ Babylonem, super flumina ejus sedemus, & flemus, dum recordamur illius Sion, in qua DEVM decet Hymnus.* Quæ porrò S. hic Pontifex subjungit, vide apud cit. Auct. utì & apud Gavantum Tom. 1. cit. P. 4. cap. 5. plures alias de 4. memoratis Dominicis, ac Temporibus, necnon eorundem Mysteriis Sacras Eruditiones: Item apud Gulielmum Durandum hîc in Rationali Divinor. Officiorum, & Joan. Beleth in Explicat. Divinor. Officiorum à c. 77. ubi inter alia advertit, in Officijs Divinis hoc *Tempore Luctus* intermitti ab Ecclesia tria *Cantica Lætitiæ*, scilicet: *Alleluja*, & (siquidem *Officium* & *Missa* fiant de Tempore) *Te DEum Laudamus*, ac *Gloria in Excelsis*. His prænonitis, ac præmissis sit

§. I.

De Sabbato ante Septuagesimam.

Sabbatô ante Septuagesimam in Martyrologio (quod ad Primam ante Versum: *Pretiosa* regulariter pro sequenti die legitur in Choro) annuntiatur hodie 1.mô locô *Dominica crastina Septuagesimæ*, juxta regulam 6. Martyrologij Romani.

Si hodie fuit factum de S. Maria in Sabbato, aut Ritu feriali de Dominica 2. vel aliâ post Epiphaniam superstite, quæ die propriè Dominico (ut interdum juxta dicta superiùs contingit) celebrari non potest, tunc in Vesperis hodiernis dicuntur Psalmi feriales cum suis Antiphonis, prout notantur Sabbatô ad Vesperas in Psalterio; à Capitulo autem (quod

proprium habet crastina, ac eam sequentes duæ Dominicæ) fit de *Dominica in Septuagesima*: Hymnus & Versus ex Vesperis Sabbati per annum. Antiphona ad *Magnificat*, & Oratio propria, prout notantur in Sabbato ante Septuagesimam. Ad Versum: *Benedicamus Domino*, & ad ℟. *DEO gratias*, additur duplex *Alleluja*, ùt ibi; nec ampliùs deinceps dicitur *Alleluja* usque ad Sabbatum Sanctum, sed ejus locô Initiô Horarum, ubi post *DEus in Adjutorium &c* dicebatur *Alleluja*, dicitur *Laus Tibi Domine, Rex æternæ Gloriæ*: At verò in alijs locis locô *Alleluja* nil prorsus est addendum à Recitantibus *Officium*, ùt monet ibidem Rubrica, & Gavantus. *Col. Viol.* Dixi: à *Recitantibus Officium*: nam à Musicis (ùt apud Gav. Tom. 2. S. 6. c. 9. n. 3. Joan. Beleth. de Div. Offiic. cap. 79. testatur) in Antiphonis, & Responsorijs pro *Alleluja* dicitur: *in æternum*; At verò à Recitantibus Officium [idē est de *Missa*] omittitur *Alleluja*, etiam in Antiphonis, & Responsorijs, ubi alioquin est, & ejus locô nihil dicitur. *Gav. loc. cit.*

Si in *Sabbato* Dominicam Septuagesimæ præcedente celebratur *Festum semiduplex*, tunc hodiernæ Vesperæ [si cras fiat Officium de *Septuagesima*] dicentur usque ad Capitulum de Festo, à Capitulo autem de Dominica Septuagesimæ, modô paulò antè descriptô. *Col. Viol.*

Si autem in Sabbato ante Septuagesimam celebretur aliquod *Festum duplex*, tunc in hujus Vesperis secundis fiet de *Dominica*, quæ dicitur in *Septuagesima*, post Orationem Festi solummodò Commemoratio, & in fine illarum dicetur: *Benedicamus Domino Alleluja, Alleluja &c*, ùt suprà, ac suô locô. *Col. competens Festo.* COMPLETORIUM dic: more solito, omisso, ùt suprà, *Alleluja* ad *DEus in Adjutorium &c*, pro quo ibi humiliori latinâ linguâ dicimus: *Laus tibi Domine &c*; quia Tempori huic juxta dicta congruit *Humilitas*, ob memoriam peccati originalis, *Alcuin: apud Gavant. loc. cit.*

Si Dominicâ in Septuagesima *Festum solenne* alicujus loci [puta *Patroni*, vel *Titularis Ecclesiæ*, aut *Dedicationis* ejusdem] alicubi occurrat, iterum Vesperæ Sabbati præcedentis erunt integræ de tali Festo, cum Commemoratione Dominicæ, ac addito in fine ad *Benedicamus Domino* duplici *Alleluja &c*: cùm Dominica Septuagesimæ, utpote tantùm Dominica 2.dæ Classis, ejusmodi solenne Festum non excludat, seu faciat transferri. Vide dicenda inferiùs P. II. & III.

Si in *Sabbato* ante Dominicam Septuagesimæ, aut aliquam aliam ejusmodi *Dominicam majorem privilegiatam* [cujusmodi sunt omnes Dominicæ 1. & 2. Classis] occurrat Officium de *septima die infra* aliquam

Octa-

Octavam, tunc ex Decr. S. R. C. de die 9. Novemb. 1622. & 1681. 1. Mart. Psalmi Vesperarum erunt de Psalterio, Capitulum de Dominica sequenti, de die autem Octava in hodiernis Vesperis, & crastino Officio Dominicali fiet tantùm Commemoratio, dicendo in hodiernis Vesperis Antiph. & Vers. uti in 1. Vesperis Festi; omittuntur tamen in tali occurrentia Suffragia in utrisque Vesperis, & Laudibus; nec non *Preces* ad *Primam*, & *Completorium*, in gratiam diei Octavæ. *Gavant. Tom. 2. sect. 3. cap. 8. n. 13.*

Si denique in *Sabbato* ante Septuagesimam, aut aliam hujusmodi Dominicam Privilegiatam, occurrat *Festum semiduplex*, & simul *dies septima infra Octavam* alicujus Festi, quod habet Octavam, tunc in Vesperis illius Sabbati *Antiphonæ* & *Psalmi* erunt de *Festo semiduplici*, à Capitulo autè fiet de *Dominica illa privilegiata*, cum Commemoratione primò Festi semiduplicis (utpote habentis in hoc casu saltem dimidium Vesperarum) & postea primum *diei Octavæ* (in crastinam Dominicam privilegiatam incidentis) uti in 1. Vesperis Festi; eò quòd (non obstante quòd dies Octava habeat alioqui Ritum duplicem) toto sequenti die Dominico nihil habeat in tali casu *dies Octava*, nisi *meram Commemorationem*, ob occursum Dominicæ Privilegiatæ; *Festum* autem *semiduplex*, Sabbato ante Dominicam privilegiatam occurrens, habeat saltem *dimidium Vesperarum*. Ex quo rectè colligit, ac infert Gavantus dari casum, in quo *dies Octava* (quæ est *duplex*) cedat in concursu Festo semiduplici. *Gav. Tom. 2. sect. 3. cap. 8. n. 22.*

Quarundam Ecclesiarum (saltem in hac nostra Germania) consuetudo habet, ut à Vesperis Sabbati Dominicam Septuagesimæ præcedentis obvelentur ex parte *Imagines Altarium* Velis Violaceis, perinde ac in Adventu.

§. II.

De Dominica in Septuagesima.

SI in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, aut Quinquagesimæ occurr. Festū duplex, vel semiduplex, transfertur illud in primam diem, simili Festo non impeditam, ùt dicitur in Rubrica de Translatione Festorum. Excipiuntur tamen triplicis generis Festa, quæ solenniter ac Ritu duplici 1.mæ Classis alicubi celebrantur (nempe *Patroni*,

trani, ac *Titularis Ecclesiæ*, nec non *Dedicationis* ejusdem) hæc enim occurrentia in *Dominicis 2dæ Classis* (cujusmodi sunt 3. prædictæ) aut in *diebus infra Octavam Epiphaniæ*, juxta cit. Rubric. non transferuntur, sed eodem, quo occurrunt, die celebrantur, cum Commemoratione tamen in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa de *ejusmodi Dominicâ*, aut *die infra illam Octavam*, utpote privilegiatam, *simul occurrente*, nec non cum 9. Lectione de Homil. Dominicæ, & Evang. ejusdem in fine Missæ. Econtra excludunt hujusmodi *Festa Solemnia* [idem est de aliis *Festis* 1. *Classis*] in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa Commemorationem *simplicis*, uti & *dierum infra Octavam* [nisi sint dies alicujus Octavæ privilegiatæ, quales sunt Epiphaniæ, Paschæ, Nativitatis, & Corporis Christi] item *Vigiliæ*, nisi sit privilegiata [uti est Vigilia Epiphaniæ] & *Feriæ*, nisi sit Feria major; Nam Vigiliæ Epiph: ac Feriæ cujuscunque majoris respectivè concurrentis aut occurrentis etiam in duplicibus 1.mæ Classis facienda est suis locis Commemoratio, cum 9. Lectione in *Officio*, ac Evang: de ijsdem in fine *Missæ*. Admittunt quoque Commemorationem diei Octavæ occurrentis, item Duplicium 2. Classis, concurr: in primis, ac secundis Vesperis; At verò aliorum *Festorum duplicium* [etiam majorum] & *Semiduplicium* concurrentium non nisi in secundis Vesperis. In 1. quoque Vesperis Duplicium 1.mæ Classis non fit Commemoratio Dominicæ antecedentis [nisi fuerit Dominica major, seu privilegiata, hoc est, 1.mæ aut 2. Classis] nec diei Octavæ die illo celebratæ, nisi fuerit privilegiata.

In 2. autem Vesperis excludunt Commemorationem diei infra Octavam, etsi postero die fiat Officium de illa, nisi [quæ exceptio semper in similibus est intelligenda] ea fuerit dies Octavæ privilegiatæ. His præmissis, ac prænotatis

Officium Dominicæ in Septuagesima [par ratio est de Officio sequentium 2. Dominicarum] ex suppositione, quòd de ea fiat, sic ordinatur: Quia in hac & seqq. 2. Dominicis *Invitatorium* est *Præoccupemus faciem: Domini &c*, ideo in 1. Versu Psalmi: *Venite, exultemus &c* omittitur *Præoccupemus faciem ejus*, & ejus locô repetitur à Choro (idem est de Socio Chorum repræsentante in privata recitatione) dictum Invitatorium. *Hymnus* [*Primo die, quo Trinitas &c*] *Antiphonæ, Psalmi*, & *Versiculi Nocturnorum* dicuntur ùt in Psalterio per annum. Lectiones I. Nocturni de Scriptur. occurrente [*Incipit Liber Genesis*] II. & III. Nocturni, uti notantur in loco in Proprio de Tempore; & in fine ultimæ in hac, ac

sequen-

sequentibus Dominicis usque ad Pascha locô Hymni: *Te DEum* semper dicitur Responsorium nonum suis locis annotatum, nec legitur 9. Lectio de *Festo Simplici* occurrente in ejusmodi Dominicis, etiamsi alioqui propriam [Unam vel duplicem] Lectionem id habeat. *Rubr. Gen. Tit. 9. n. 10.* Quia nempe ejusmodi Responsorium Lectioni nonæ de Sancto non conveniret.

Ad *Laudes* Antiphonæ propriæ: in ijsdem Psalmus primus *Miserere*, ut Fer. 2. in Psalterio, secundus *Confitemini ex* PRIMA Dominicæ: Reliqui, ùt in Dominica, ac Festis per annum: Hymnus: *Æterne rerum Conditor &c.* Capitulum, Versus, Antiph: ad *Benedictus* & Oratio [ex hesternis Vesperis] propria. Ad PRIMAM Antiphona ante Psalmos propria: Pro Psal. *Confitemini* dic: Psal. *Dominus regnavit*, ex Laudibus Dominicæ: Reliqua [etiam Lectio brevis] utì in Dominicis per annum.

Ad HORAS Antiphonæ, & Capitula propr. Oratio eadem, quæ in hesternis Vesperis, ac hodiernis Laudibus. Reliqua utì in Dominicis per annum. MISSA propr. cum *Credo* sine *Gloria*: In ea, si *Dominica Septuagesimæ* [idem est de Dominica *Sexagesimæ*, ac *Quinquagesimæ*] venerit ante Festum Purificationis, vel in ipsa die Purificationis, Oratio secunda est *DEus, qui salutis æternæ &c* I correspondens autem huic *Secreta* juxta Rub. Missal. tunc non est: *Muneribus nostris &c*, utpote coincidens cum Oratione currentis Dominicæ, sed: *Tua Domine &c*, ex Missa Votiva de S. Maria post Purificationem] tertia *Ecclesiæ*, vel pro Papa, utì notantur in Dominica II. post Epiph. Si verò venerit post Festum Purificationis, Oratio 2. erit *A cunctis*. 3. ad Libitum. In ijsdem Dominicis [utì & in Festis] post Graduale [omissô in Festis *Alleluja*, ac Versu seq.] dicitur Tractus, ùt ibi, non item in *Ferijs*, in quibus resumitur Missa præced. Dominicæ; nam in his tantùm dicitur Graduale, omisso Tractu. Præf. Commun. à Septuages. usque ad Feriam IV. Ciner. in Missa Dominicali ac Feriali, & in fine; *Benedicamus*. Quòd si in hac, aut alia *Dominica Privilegiata* occurrat *Dies Octava* alicujus Festi [v. g. *Patroni*, aut *Dedicationis*] fit eô annô de *Die Octava* [utpote non transferibili quoad suum Officium & Missam in aliâ diem] tam in *Officio* quàm *Missa* Dominicæ duntaxat Commemoratio, non tamen dicuntur tunc in Officio talis Dominicæ Preces Dominicales ad Primam & Completorium, nec Suffragia Sanctor: ad Vesperas ac Laudes, nec etiam tunc dicitur in Missa talis Dominicæ tertia Oratio: cùm enim in *Dominicis infra Octavam* dicantur tantùm duæ Orationes (nisi fortè facienda sit Commemoratio Festi Simplicis occurrentis)

à fortiori nonnisi duæ erunt dicendæ in casu, quô *Dies* ipsamet *Octava* occurrit in Dominica, utpote nobilior tam *die infra Octavam*, quàm etiam *Dominicâ infra Octavam*, utì cum Gav. discurrit Bauldry P. 3. c. 7. in Tit. de Orat.

Quòd si in aliqua dictarum 3. Dominicarum occurrat *Festum Simplex*, fit de eo Commemoratio etiam in *Missa*, & Oratio, quæ alioquin esset secunda, dicitur tunc 3. locô, concludendo Postcommunionem, Orationi *DEus, qui salutis &c* correspondentem, per verba: *per eundem &c*, si sit ultima. Quòd si *dies Octava*, aut *dies infra Octavam* in ejusmodi Dominica occurrat, fit etiam hujus Commemoratio in Missa, non tamen dicitur tunc 3.tia Orat: nisì fortè simul occurrat Festum simplex, aut simul alia dies infra Octavam.

Quando in *Dominica Septuagesimæ* (par Ratio est de Dominica *Sexagesimæ*, ac *Quinquagesimæ*, aliisque hujusmodi Dominicis 2. Classis) non occurrit Festum *Patroni*, vel *Titularis*, vel *Dedicationis propriæ Ecclesiæ*, nec postero die Festum duplex, Vesperæ hodiernæ dicuntur de ea, & *Psalmi* quidem cum suis *Antiphonis*, utì & *Hymnus* cum suo *Versu*, ùt in Psalterio; at verò *Capit. Antiph.* ad *Mgnificat*, & *Oratio*, utì notantur suô locô.

Quòd si verò in hujusmodi Dominica privilegiata, aut die eam subsequente occurrat Festum *Patroni*, aut *Titularis Ecclesiæ*, vel *Dedicatio* ejusdem, semper de ea non tantùm in Laudibus, ac Missa, sed etiam in Utrisque Vesperis Festi fieri debet Comemoratio, ùt suis à me locis declaratur, ac etiam notatur in Rubric: de Dominicis 2. Classis.

Quòd si in tali *Dominica Privilegiata* occurrat *dies Octava*, Dominica ejusmodi etiam in 2. Vesperis conservat Sedem sibi acquisitam, ità, ùt de *die Octava* fiat juxta suprà dicta etiam in his tantùm Comemoratio, ùt in 2. Vesperis Festi. Quòd si Dominica ipsa in 2. Vesperis concurrat cum sequenti *Festo duplici*, Vesperæ quidem erunt de sequenti Festo duplici, Commemoratio tamen diei Octavæ, in tali Dominica occurrentis, adhuc fiet post Commemorationem Dominicæ; non obstante, quòd dies Octava habeat *Ritum* alioqui *duplicem*, non item Dominica ejusmodi. Quòd si autem Dominica Privilegiata in Vesperis secundis concurrat cum *Festo* duntaxat *semiduplici*, tunc Vesperæ erunt de Dominica cum Commemoratione diei imprimis Octavæ (ùt in 2. Vesperis Festi) ac postea primùm sequentis *Festi Semiduplicis*, utì in 1. Vesperis ejusdem; quia in pari Gradu Commemorationis nobilior est *diei Octava*, quàm *Festi Semiduplicis* Commemoratio. Gav. Tom. 2. f. 3. c. 8. n. 14. *Col. Viol.*

§. III.

§. III.

De Ferijs infra Hebdomadem Septuagesimæ, Sexagesimæ, ac Quinquagesimæ, usque ad Fer. IV. Ciner. exclusivè occurrentibus generatim.

OFFICIUM FERIALE hujus Temporis, seu *Officium Simplex de Tempore occurrenti*, fit ut *in Psalterio* per annum (etiam quoad Invitatorium, & Antiphonas ad Laudes) ac PROPRIO de TEMPORE, in quo singulis Ferijs assignantur *propriæ Lectiones*, utì & *Responsoria propria* pro *singulis Ferijs secundis*, at verò in reliquis Ferijs (cùm propria in ijs Responsoria post Lectiones non assignantur) sumuntur Responsoria ex Dominica præcedenti, in qua primò sunt posita, hoc Ordine: Ex I. Nocturno Dominicæ præcedentis sumuntur pro Feria V. Ex II. Nocturno pro Fer. III. & VI. At verò pro Feria IV. & *Sabbato* (si in hoc fiat de Feria, utì in Vigilia S. Mathiæ) ex III. Nocturno, nisì aliter notetur. *Oratio* in Officio feriali hujus Temporis dicitur sicuti in Dominica præcedente, cui *in Laudibus*. & *Vesperis ferialibus* subjungitur (& quidem semper primô locô) *Commemoratio de S. Cruce*, ac *Commemorationes Communes*, seu *Suffragia Sanctorum*, in Psalterio ante Completorium posita. Infra Hebdomadem quoque, quando fit *de Feria*, repetitur Missa Dominicæ, attamen non modò sine *Gloria*, sed etiam sine *Credo*, & *Tractu*; hic enim à Septuagesima usque ad Feriam IV. Cinerum dicitur tantùm in *Dominicis* ac *Festis*, in *Ferijs* autem dicitur solummodo Graduale cum suo Versu. *Oratio* 2. in Missis de Tempore usque ad Festum Purificationis est: *DEus, qui salutis æternæ &c.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro *Papa*; post Purificationem verò, usque ad Fer. IV. Cinerum Oratio 2. *A Cunctis.* 3. *ad Libitum*, nisì *ratione Mensis*, aut *Fer. II.* dicendum sit *Fidelium*; tunc enim, si dicantur tantùm 3. Orationes, Oratio 2. erit *Fidelium*, at verò *tertia* erit illa, quæ alioqui foret secunda; si verò dicantur plures, quàm 3. Orationes [quæ tamen & ipsæ dici semper numero impari debent] Oratio *Fidelium* sibi penultimum vendicat locum in hujusmodi Missis de Feria. In ijsdem Missis de Temp. dicitur Præfatio Comunis, & in Fine: *Benedicamus.*

Si in harum Feriarum aliquam incidat *prima dies* Mensis, non impedita Festo duplici aut semiduplici,

dicitur *Missa Principalis* [Vulgò *Conventualis*] generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, & Benefactoribus, & alijs; uti in Missa quotidiana pro Defunctis; Si verò 1.mâ die Mensis non impeditâ Festo 9. Lectionum occurrat hoc Tempore *Festum Simplex*, vel *Feria propriam habens Missam*, in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* dici debent duæ Missæ, una [post *Primam*] pro *Defunctis*, altera [post *Sextam*] de *Festo Simplici*, aut Feria prædicta Horâ eidem competente. In Ecclesijs verò non Cathedralibus, nec Collegiatis ac Missis privatis dicatur *Missa de die*, cum Commemoratione generaliter pro Defunctis, ùt suprà. Porrò in utroque hoc casu pridie talis diei non impeditæ Festo Duplici aut semiduplici, post Vesperas diei dicuntur *Vesperæ Defunctorum*, ipsâ autem primâ die Mensis non impeditâ ejusmodi Festo, post *Laudes diei* dicuntur *Matutinum* & *Laudes* ejusdem Officij defunctor. modô suprà relatô.

Quâvis quoque *Feriâ II.* in qua hoc Tempore fit Officium de Feria, Missa Principalis dici potest pro Defunct: Si tamen fuerit *propria Missa de Feria*, aut die illo fiat de *Festo Simplici*, tunc *Missa* etiam *principalis* dicitur de die, attamen in ea facienda est suô locô Commemoratio generaliter pro Defunctis. *Rubr. Gen. V. n.2.*

Horæ Parvæ, *Vesperæ*, ac *Completorium* Officij ferialis dicuntur hoc Tempore, prout per annum notantur in Psalterio pro Officio feriali; nisi quòd in Vesperis Antiphonæ propriæ ad *Magnificat* ferè omnibus Ferijs infra Hebdomadas Septuagesimæ, Sexagesimæ, ac Quinquagesimæ occurrentibus, assignentur: excipitur *Feria VI.* in qua nulla est talis Antiphona; quia in Vesperis illius diei fit [saltem à Capitulo] de S. Maria in Sabbato, nec amplius aliquid de Feria, nisi sequenti Sabbato occurrat Vigilia S. Matthiæ: tunc autem, uti & in Feria V. Sexagesimæ [in qua pariter nulla assignatur Antiphona propria ad *Magnificat* pro Officio feriali] dicenda est ad *Magnificat* in Officio feriali ejusmodi Feriæ *quintæ*, aut *sextæ*, Ultima Antiphona ex ijs, quæ in præcedentibus illius Hebdomadæ Ferijs, ob occurrens in ijs Festum, dici non potuerunt. Quòd si verò omnes præcedentium illius Hebdomadæ feriarum Antiphonæ diebus suis sint dictæ, tunc pro Feriâ illa V. aut VI. illius Hebdomadæ sumenda est Antiphona de Psalterio ex Vesperis feriæ currentis, id quod semper faciendum est, quando Antiphonæ propriæ non habentur, ùt monet Rubrica, extans ad Finem Feriæ IV. infra Hebdomadam Sexagesimæ: ac nominatim id observandum Feria VI. in anno bissextili. Unde [Teste Gavanto] perperam quædam Ecclesiarum particularium Directoria seu Calendaria

daria assignant in ejusmodi casu Antiphonas de Ferijs Septuagesimæ; quia illarum Antiphonæ, si fortè ob Festa Sanctorum, infra earum Hebdomadem occurrentia, dici non potuerunt, nequaquam resumuntur in sequenti Hebdomade.

Sabbatò ante Dominicam in *Sexagesima* quoad omnia proceditur respectivè, uti in *Sabbato* ante Dominicam in *Septuagesima*, ac Sabbato post Dominicam II. post Epiph: nisi quòd à Tempore Completorij, quod dicitur pridie Dominicæ in Septuagesima, non ampliùs dicatur Canticum Domini *Alleluja* usque ad Sabbatum Sanctum, ùt ibi.

§. IV.

De Dominica in Sexagesima, ac Ferijs infra ejus Hebdomadem occurrentibus in particulari.

IN his tam quoad Recitationem *Officij*, quàm Celebrationem *Missæ* eadem in Praxi cum proportione sunt observanda, quæ utroque præcedenti §. de *Officio*, ac *Missa* Dominicæ in *Septuagesima*, & *Feriarum*, infra ejus Hebdomadem occurrentium in medium sunt allata.

Propria tamen *Dominicæ in Sexagesima*, & *Ferijs* infra ejus Hebdomadem *occurrentibus* sunt sequentia: 1. Habet Dominica in Sexagesima *proprias Lectiones* [idem est *de Ferijs*] & *Responsoria propria* in suis Nocturnis. 2. *Proprias Antiphonas*; & Capitula ad Laudes, & per Horas. 3. *Proprias* item Antiph: ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, cum *propria Oratione*: in qua sùm tantùm implicita, seu tacito nomine ac cognomine, *S. Pauli Apostoli* fiat mentio, ideo sicuti illa in *Officio* non excludit *Commemorationem Communem* hujus S. Apostoli in consuetis Suffragijs Sanctorum, quò minùs in illa Commemoratione ejus Nomen explicitè exprimatur, ità neque in *Missa* excludit Orationem *A Cunctis*, nec ab ista explicitam mentionem S. Pauli, ùt notant Gavantus *Tom. 1. P. 4. Tit. 5. n. 15. & Tom. 2. Sect. 6. c. 9. n. 6.* Item Michaël Bauldry P. 4. c. 3. a. 3. n. 19. Idem dicendum respectivè, si Festum Conversionis S. Pauli, eò quòd tanquam *Titulus Templi* sit duplex 1. Classis, eâdem Dominicâ alicubi celebretur, cum Commemoratione ejusdem Dominicæ occurrentis, uti &, si Festum Cathedræ S.

Petri 22. Februarij [quòd paritèr alicubi sit 1.mæ Classis] in eâdem Dominicâ occurrens celebretur: tunc enim Commemorationi 1.mæ de S. Paulo supperaddenda est etiam Commemoratio de Dominica currente, non obstante, quòd in Oratione illius Dominicæ [nempe *Sexagesimæ*] fiat rursum mentio, attamen suppresso nomine, de S. Paulo, ùt monet cit. Bauldry; Rationem verò hujus rei Gavantus suprà cit. dat hanc: quòd regula illa: *ne de eodem bis fiat in eodem Officio*, valeat solummodo in *Festis*, *Votivis*, ac *Commemorationibus*, in quibus fiat explicita mentio de eodem: *Titulus* autem *Stationis* [quæ est ad S. Paulum in *Sexagesima* juxta Missale Romanum] non est *Festum*, neque de se *Commemoratio* [qualis est v. g. Oratio *A Cunctis*] neque quid *Votivum*, nec denique in Oratione hujus Dominicæ *S. Pauli* Nomen, aut *Apostoli* cognomen explicitè exprimitur, sed tacito tam nomine *Pauli*, quàm cognomine *Apostoli*, occultiori Compellatione *Doctoris Gentium* eum in prædicta Collecta Ecclesia nominat. Denique illud etiam in Collecta hujus Dominicæ præter Regulas ordinarias occurrit, quòd Collecta seu Oratio in *Officio* & *Missa* hujus *Dominicæ* dicatur sine Collecta speciali de S. Petro, qui alioquin in Festis eorum, & Comemoratione per annum nunquam dividuntur.

Feria II. post Sexages. propria habet Responsoria: in reliquis Ferijs sumuntur ex Dominica proximè præcedente, Ordine præcedenti §. descripto; nisi quòd Feria IV. & Sabbato hujus Hebdomadæ [si in ijs fiat de Feria] locô tertij Responsorij Dominicalis dicatur post tertiam Lectionem harum Feriarum Responsorium primum Feriæ II. proximè præcedentis: *In articulo diei &c.* Si infra hanc Hebdomadem die aliquo, quô fit de Feria, dicatur Missa Votiva *de Passione Domini*, tunc secreta 2. sumi debet ex Missa Dominicæ Quinquagesimæ, juxta ea, quæ alicubi tradit Gav.

Pro FERIA II. III. & IV. hujus Hebdomadæ Antiphonæ *ad Magnificat* assignantur à Breviario Romano *propriæ*, quæ si ob occurrens Festum non potuerunt dici in Ferijs modò dictis, & in sequenti Feria V. aut VI. [pro quibus Antiphonæ propriæ non assignantur] occurrat Officium fieri de Feria, tunc pro Antiphona *ad Magnificat* Feriæ V. aut VI. subsequentis assumenda est ultima ex prætermissis; quòd si omnes fuerint expletæ, seu jam dictæ, sumendæ sunt *de Psalterio* ex Vesperis feriæ currentis, quod cum proportione semper juxta superiùs dicta circa Antiphonas est observandum, quando propriæ in loco non assignantur. Ac nominatim Feriâ VI. in anno bissextili cadente extra Quadragesimam.

Sabba-

Sabbatô ante Dominicam in Quinquagesima, omnia aguntur, uti in Sabbato ante Dominicam *in Sexagesima*, ac *Septuagesima*.

Quid observandum [nominatim circa Jejunium] si in Feriam V. hujus Hebdomadæ incidat Vigilia S. Matthiæ, dicetur P. II. die 23. Febr. &c.

§. V.

De Dominica in Quinquagesima, & Feria II. ac III. infra eam Hebdomadem occurrente.

Officia, & *Missæ* hujus Dominicæ, harúmque 2. Feriarum eôdem proportionaliter modô dicuntur, ac ordinantur, quô *Officia* & *Missæ*, præcedentium 2. Dominicarum, ac Feriarum præcedentis utriusque Hebdomadæ. Quid observandum, si in aliquam hujus Hebdomadæ Feriam incidat Vigilia S. Matthiæ, dicetur P. II. 23. Februarij.

Propria tamen ipsis sunt sequentia: 1. Habet Dominica Quinquagesimæ *proprias Lectiones* [idem est de Ferijs eam subsequentibus] ac *propria Responsoria* in suis Nocturnis. 2. Habet eadem Dominica *proprias Antiphonas*, & *Capitula* ad *Laudes*, & per *Horas*. 3. proprias quoque habet Antiphonas *ad Benedictus*, & ad *Magnificat*, cum propria *Oratione*.

In *Comprecatione* 40. *Horarum*, quæ hâc Dominicâ & *Feriâ* II. ac III. subsequente propositis Indulgentijs plenarijs, à Sede Apostolica extra annum Jubilæi concessis &c, in Templis Societatis JESU coram SS. Sacramento, in Summo Altari exposito, institui solet, triduo hoc antecinerali quoad *Missam Solennem* observatur hactenus ferè in nostra Germania id, quod tradit Gav. Tom. 1. P. II. Tit. 14. n. 2. 3. & 4. & ex eo, ac alijs Lohnerus Instr. 1. P. 4. T. 1. n. 8. ubi ait: Quando exponitur Ven: Sacramentum pro Oratione 40. Horarum, Missa Solennis dici debet de eodem *Ven: Sacramento*, prout inter *Missas Votivas* in fine Missalis assignatur [non autem *Festiva* Corporis Christi, nisi infra Octavam Corporis Christi casus accideret, ùt rectè monet Gavantus] cum unica tantùm Oratione, *necnon* cum *Gloria* & *Credo* [quia est publica causa] & in ejus fine dicitur Evangelium S. Joannis. *Missæ* autem *privatæ*, Teste eodem Lohnero, si occurrat *Festum duplex*, aut *Dominica*, dicuntur de die *currente*, addita Commemoratione de Ven: Sacramento, ordine tamen à Rubrica General. VII. Missalis n. 5. præ-

præscripto. Præfatio in Missa dicta Votiva Solenni dicitur de Nativitate, at verò *Communicantes* Commune: Col. Alb. Quòd si in *Dominicam majorem primæ* vel *secundæ Classis* (qualis est *Dominica Quinquagesimæ*) aut in *Festum primæ* vel 2.*dæ Classis* incidat hujusmodi *Comprecatio*, tunc in Ecclesijs, in quibus unica tantùm dicitur Missa, ea non est juxta prædictos AA. dicenda de *Venerabili*, sed de *Dominica* vel *Festo* ejusmodi *primæ* vel 2.*dæ Classis*: Si verò plures & earum aliquæ de *Festo* vel *Dominica* ejusmodi *primæ* vel 2.*dæ Classis* dicantur, tunc poterit (inquit Lohnerus) Missa *Votiva* Solennis de Venerabili, sine Commemoratione Festi aut Dominicæ *occurrentis* cantari & sine hujus Evangelio (NB) in fine ejusmodi Missæ Votivæ. Gavantus verò locô citatô ità scribit: Si accidat, ut ejusmodi Comprecatio coram exposito in Altari SS. Sacramento instituatur in *Festo primæ*, vel 2.*dæ Classis*, aut in *Dominica privilegiata primæ* vel 2.*dæ Classis*, tunc in *Ecclesijs Collegiatis* vel duæ cantentur Missæ, altera de Festo, seu Dominica post Tertiam, altera Votiva de Sacramento post Nonam; vel una *tantùm* cantetur de *die currente* cum Commemoratione tamen SS. Sacramenti: Quod ultimum (ait idem) fit Romæ in Capella Papæ in prima Dominica Adventûs, & in alijs diebus Festis Solennibus in Ecclesijs majoribus Urbis. Quod ipsum hodie universim in ejusmodi Festis & Dominicis primæ & 2.dæ Classis Romæ observari colligitur ex ijs, quæ leguntur apud Franc. Monacelli P. II. Formularij Legal. practic. Tit. 13. ubi à pag. 44. Instructionem seu Ordinem servandum in expositione solenni Eucharistiæ ad mentem SS. D. N. Clementis XI. per Eminentiss. Card. de Carpegna suæ Sanctitatis Vicarium Generalem ibidem publicatum 20. Januarij 1705. & Italicè impressum refert: Eámque Ordinationem etiam à Nostris *Dominicâ in Quinquagesima* in expositione SS. Sacramenti pro 40. Horarum Comprecatione Romæ observari inde Scriptô simul & oretenus à Teste oculato accepi: dum eâ Dominicâ juxta Præscriptum allegatæ Ordinationis in Altari, in quo exponitur Venerabile, *Missa Solennis* non cantatur de Venerabili, sed de Dominica Quinquagesimæ cum Commemoratione de Venerabili Sacramento, & quidem sub una eadémque conclusione cum Oratione solius Dominicæ, in Paramentis Violaceis: præter hanc autem *Missam solennem* de die currente dictô modô cantatam, juxta eandem ordinationem in Altari, in quo exponitur Venerabile, nullæ aliæ dicuntur Missæ, nec Vesperæ cantantur ibi, ut inde ad me rescriptum. In Missis verò privatis (si non occurrat Festum 1.mæ aut 2.dæ Classis) dicenda est Oratio de

SS. Sa-

SS. Sacramento per modum Commemorationis seu orationis Votivæ, attamen ordine à Rubr. Missalis Tit. 7. n. 5. præscriptô.

Feria II. post Quinquagesimam habet *propria Responsoria* post Lectiones sui Nocturni. Feriâ autem III. Sumuntur Responsoria ex II. Nocturno Dominicæ præcedentis. At verò ad *Magnificat* utraque prædicta Feria habet *proprias Antiphonas.*

Feria III. post Dominicam Quinquagesimæ (sive *de ea*, sive *de Festo* fiat Officium) annuntianda est in Choro in Martyrologio ad Primam primô locô *dies Cinerum.* Si Feria 3. post Dominicam Quinquagesimæ alicubi occurrat *dies Septima* infra Octavam alicujus Festi (v. g. *Purificationis B. V.* ubi hæc est *Titulus Templi*, aut *Patroni Principalis* Diœcesani) Vesperæ dicantur de Feria currente, nil ampliùs dicendo aut faciendo de *Octava* post Nonam, utpote post quam currens Octava immediatè cessat in tali casu, uti expressè cum alijs tradit Bauldry P. 4. c. 3. a. 3. n. 20. Cùm enim juxta Rubric: Gener: VII. n. 1. à Feria IV. Cinerum usque ad Pascha (seclusô speciali Privilegiô) non modò nulli Festo Concedatur *Octava*, sed etiam cesset *Officium* cujuscunque *Octavæ* jam antecedenter inchoatæ, ità ut sicubi aliquod Festum alioqui celebrari solitum cum Octava, paulò ante Quadragesimam (h. e. ante Feriam IV. Cinerum) venerit, & jam per aliquot dies factum sit Officium de ejus Octava, adveniente Quadragesimâ nihil ampliùs de *Octava*, ne *quidem* Commemoratio, fieri debeat, inconveniens omnino foret, die Septima infra Octavam alicujus Festi, cadente in Feriam III. ante cineres, Feriâ illâ III. in Vesperis aliquid ampliùs facere de Octava, de qua sequenti die, nempe Feriâ IV. Cinerum, nihil ampliùs fieri potest: cùm, uti notat, ac probat Gavantus Tom. 2. Sect. 3. c. 8. n. 9. & 13. nequaquam conveniat, ut habeat in 1. Vesperis aliquid illud Festum, aut Officium, quod nihil omninò habere debet in Laudibus & Vesperis secundis. Dixi tamen 1.mò *dies infra Octavam.* Nam si Feriâ III. ante Cineres occurrat Festum 9. Lectionum aut *ipsa dies Octava alicujus Festi*, Vesperæ utique non de *Feria*, sed de ejusmodi *Festo*, aut *die Octava* Feriâ illâ III. perinde ac alijs diebus, erunt dicendæ: secùs est, si dies Octava alicujus Festi primùm in crastinam Feriam IV. incidat; cùm enim dies Octava in tali casu neque transferri, nec Feriâ IV. Cinerum ullatenus celebrari queat, ideo, ùt paulò antè dictum, nec convenit de ea die præcedente Vesperas dici, nec fieri etiam Commemorationem. Dixi 2. *dies septima infra Octavam*; quia *si alia dies infra Octavam*, quàm *septima*, alicubi occurrat Feriâ III. ante Cine-

res, non apparet, cur de ea non dicantur Vesperæ, aut, occurrente simul Festo alio 9. Lectionum, non fiat Commemoratio, perinde ac alijs diebus infra Octavam occurrentibus solet; cùm tanquam Semiduplex verè requirat secundas Vesperas, aut simul Commemorationem (nisi fortè Solennitas Festi eâ Feriâ III. occurrentis aliquando, aut alicubi obstet) nec eæ contra dies *alias* infra Octavam pugnent Rationes, quæ contra *septimam* à Gavanto adducuntur, de qua etiam sola locis citatis is loqui videtur, atque etiam hôc pactô cum eo conciliari posse P. Tobias Lohner Instr. Pract. II. P. 1. Tit. 3. n. 4.

Si Feria III. post Quinquagesimam non fiat de aliquo Festo 9. Lectionum, Feriâ autem IV. Cinerum subsequente occurrat *Festum simplex*, Vesperæ Feriâ illâ III. erunt de Feria Communi per annum, non autem de sequenti, ne quidem à Capitulo, attamen cum Commemoratione Festi Simplicis, in sequenti Feria IV. occurrentis: quod non ideo fit, quòd sequens Feria habeat 1. Vesperas; sed quia, cùm Festum simplex in sequenti die non habeat Officium, propter Feriam IV. Cinerum in eo occurrentem, & contra celebrationem cujuscunque Festi privilegiatam, etiam non convenit ejusmodi Festum simplex habere primas Vesperas in die præcedenti, ut dicitur Rubr. Gen. XI. n. 10. ubi id ipsum etiam asseritur pro Casu, quo Festum Simplex venit in *Feria IV.* vel VI. *Quatuor Temporum*, aut in Vigilijs, quæ jejunantur, in quibus casibus Vesperæ antecedentes seu pridianæ (nisi ea die celebratum sit Festum 9. Lectionum) pariter ob dictam rationem dici debent de Feria communi per annum, seu die illo currente, cum Commemoratione tantùm Festi Simplicis, in sequenti *Feria majore*, aut *Vigilia* occurrentis. Eandem ob causam, si Festum simplex occurrat *Feria V.* in Cœna Domini, in qua de eo juxta Rubricas non debet fieri Commemoratio, nulla etiam fieri de eo debet Commemoratio in Vesperis Feriæ IV. præcedentis. Rub. Gen. XI. n. Cit.

In *Vesperis* hujus Feriæ nihil fit de sequenti Feria IV. Cinerum, sed (si sint de Feria) dicitur in illis Oratio Dominicæ præcedentis, non autem ea, quæ est propria sequenti Feriæ; nec ante Orationem dicuntur hodie *preces feriales*, nisi in hodiernam Feriam tertiam incidat Vigilia S. Matthiæ: tunc enim, si hodie factum sit de Vigilia, in Vesperis hodiernis dicuntur *preces feriales*, quamvis dicenda sit Oratio Dominicæ præcedentis in Vesperis hodiernis ferialibus, non autem Oratio *Vigiliæ*, uti expressum habetur in Rubr. Breviarij Tit. 34. n. 5. Dicuntur autem (ut ibidem monent Rubricæ n. 3. & 4.) *preces feriales*, quotiescunque dicuntur, flexis

flexis genibus (quod tamen ultimum nonnulli ad solum Chorum restringunt) & ab Hebdomadario quidem usque ad Versum: *Dominus Vobiscum* ante primam Orationem, à Circumstantibus autem usque ad Versum: *Benedicamus Domino* post ultimam Orationem. Dixi autem: *Preces feriales* (quæ ad Laudes Feriæ II. & per Horas distinctæ extant in Psalterio) dici flexis genibus solummodo respectivè ad Laudes, Horas, & Vesp: &c, in Ferijs Adventûs, Quadragesimæ, Quat. Temp. & Vigiliarũ, quæ jejunantur (exceptâ *Vigilia Nativitatis*, & *Pentecostes*; exceptis quoque *Ferijs Quatuor Tempor: Pentecostes*) nam ad *preces Dominicales*, quæ in alijs Ferijs per annum ad *Primam* & *Completorium* dicuntur, non flectuntur genua. Plura huc pertinentia vide infra P. II. die 23. & 24. Febr. nominatim de casu, quo Vigilia *S. Matthiæ* cadit in hanc, aut præcedentem Feriam: de quo fusè etiam Gob. Tr. 5. à. n. 112.

Hodie serò clauduntur Nuptiæ juxta Decr. Sacri Concilij Trid. Sess. 24. c. 10. de Reform. Matrim.

Quarundam Ecclesiarum consuetudo habet, ut toto sequenti Tempore Quadragesimali plenè obvelentur imagines Altarium.

§. VI.

De Feria IV. Cinerum, & Cæteris usque ad Dominicam I. in Quadragesima eam subsequentibus.

QUia Feria IV. Cinerum (ità dicta à *Cineribus*, qui ab Ecclesia hac die *benedici*, & Capitibus Fidelium eô Consilio *imponi* solent, ut suæ mortalitatis, ex peccato ortum trahentis admoniti, Pœnitentiam solennem, cujus *Initium* hæc Feria existit, cum Ninivitis à *Cinerum inspersione* incipiant) est privilegiata contra quodcunque Festum 9. Lectionum, etiam 1,mæ aut 2.dæ Classis, in ea occurrens, ità, ut nec Missam Votivam Solennem de eo dicere hodie liceat per Rubric. Missal. VI. ideo, si hodie occurrat *Festum duplex*, aut *semiduplex*, transfertur in diem proximam, Officiò 9. Lectionum non impeditam. De *Festo* autem *simplici*, si quod hodie occurrat, fit tantùm Commemoratio (in *Laudibus*, ac *Missa*) sine *Lectione* de eo, etiamsi propriam alio-

qui habeat: in Vesperis quoque hodiernis de crastino *Festo simplici* fit tantùm Commemoratio, sive illæ de *Feria* currente, sive de *Festo 9. Lectionum* cras occurrente dicantur.

Ab hac die JEJUNIUM *servatur quotidie (exceptis diebus Dominicis) usque ad Pascha, & hodie ante Matutinum dicuntur in Choro Psalmi Graduales*, ùt infrà. Quando in Fer. IV. Cinerum incidit Festum S. Matthiæ; tunc illud transfertur in Feriam V. subsequentem in *solo Choro* (id est, solummodo quoad *Officium* & *Missam*) non autem in *foro*, in hoc enim, h. e. quoad *obligationem audiendi Missam, & abstinendi ab operibus servilibus*, affixum manet suo diei, utì & suo, nempe Feriæ III. præcedenti, ejus *Vigilia*; cùm nulla sit causa eam transferendi, & jejuniũ ex justa causa, ac abstrahendo à speciali prohibitione, possit ab ea separari, ùt patet in casu, quò Festum S. Corp. Christi incidit in Vigiliam S. Joann. Bapt. item in alio, de quo P. La Croix Tom. 3. l. 3. P. 2. n. 1273.

Ad *Officium Feriale* tam hujus, quàm sequentium 3. Feriarum quod attinet, in hac, & sequentibus Ferijs usque ad Vesperas sequentis Sabbati *Hymni*, *Capitula*, & alia omnia, si fiat de Feria, dicuntur ùt in Psalterio per annum, exceptis Lectionibus Nocturni, earúmque Responsorijs (quæ extant in loco) nec non Antiph. ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, ac *Orat.* propr. Ad Laudes, Horas, Vesperas, & Completorium dicuntur *preces feriales*, & quidem flexis genibus (saltem in Choro) ùt ibidem in Psalterio: dicuntur quoque hodie, & per totam Quadragesimam duæ Orationes in *Feriali Officio*, quarum secunda est *Vesperarum* propria, & est illa, quæ in *Missa feriali* dicta fuit super Populum. Post Orationem verò diei, aut, si occurrat simul Festum simplex, post hujus Comemorationem fit in Feriali Officio Commemoratio de S. *Cruce*, cui subjunguntur *Commemorationes Communes*, seu *Suffragia Sanctorum* in Laudibus, ac Vesperis, ùt infrà P. II. usque ad Vesperas Sabbati ante Dominicam Passionis. PSALMI GRADUALES (qui ab hac Feriâ IV. Cinerum inclusivè singulis Ferijs quartis Quadragesimæ usque ad majorem Hebdomadem exclusivè in Choro ante Matutinum, etiam parvi Officij B. V. M. ubi hoc in Choro Officio diei præponitur, dicuntur) omittuntur in Festis 9. Lectionum. Quòd si alicubi detur antiqua consuetudo eos recitandi Feriâ III. præced. post Completorium, retineri eam posse censuit S. R. C. apud Arnaud. *Tr. 2. P. 4. in Appendicib. Breviar. Tit. 3. n. 1. & Tit. 4. n. 2.*

FERIA IV. CINERUM finitâ NONA post dictum *Benedicamus* fit ante Missam Conventualem [at sine Dalmaticis] solennis *Benedictio*, ac *Distri-*

tributio Cinerum, qui (sive *privatim*, ante Missam v. g. primam, sive *solenniter* ante Missam Principalem benedicantur) ex Decreto S. R. C. de anno 1603. 23. Maij debent esse aridi, non autem in modum Luti, ac facti de ramis olivarum, vel aliarum arborum præcedenti anno benedictis: ijdem in Vase ex argento, aut aliâ Materiâ honestâ confecto, poni debent in Cornu Epistolæ, inter Missale, ac Cornu Altaris, & in hoc sex Cerei accensi ardere. Diaconus & Subdiaconus nec hoc, nec alijs diebus in Quadragesima utuntur *Dalmaticis*, & *Tunicellis*, nisi in Festis, & diebus suô locô exceptis.

Modus sive *Ritus* sactos Cineres tum *benedicendi*, tum etiam *distribuendi*, extat in Missali Romano ante hodiernam Missam; & fusiùs tam pro majoribus, quàm minoribus Ecclesijs declaratur ab Arnaudo Tr. 1. P. 4. Tit. 6. Bauldryo P. 4. a. 1. 2. & 3. Gerlaco Vinitore *hîc*, & P. Tob. Lohner. Instruct. pract. I. P. 4. Tit. 10. Orationes, quæ dicuntur in Benedictione Cinerum, dici debent junctis manibus.

Missa hodie, & sequentibus Ferijs dicitur uti notatur in loco, sine *Gloria* & *Credo*, Orat. 2. *A Cunctis*. 3. Pro Vivis & Defunctis [*Omnipotens sempiterne DEus*] nisi facienda sit Commemoratio Festi simplicis occurrentis, tunc enim tertia erit *à Cunctis*. Animadvertere hîc juvat, haud immeritò improbari à Gav. Tom. 1. P. 1. Tit. 9. n. 16. Ritum illum quorumdam sui Temporis, 4. Orationes dicentium in Dominicis & Ferijs Quadragesimæ, primam scilicet de Feria [extra Dominicam] secundam de Vigilia; tertiam *A Cunctis*, & quartam *Omnipotens &c &c*: *vel* ergo, inquit, *adde* quintam, *vel deme* quartam. Post Graduale dic. *Tractus* Graduali Feriæ 4.tæ Cinerum subscriptus, qui idem similiter dicitur quavis Fer. II. IV. & VI. usque ad Fer. IV. Majoris Hebdomadæ in *Missa Feriali*, nisi proprius assignetur. Præfat. Quadragesi. *Qui Corporali Jejunio*, quæ quotidie dicitur [etiam in Festis, si in eis propria non habeatur] usque ad Dominicam Passionis exclusivè. Post ultimam Postcommunionem, dictô à celebrante more aliàs usitatô *Oremus*, Diaconus [si in Officio Diaconatus serviat] vertens se ad populum junctis manibus dicit: *Humiliate Capita Vestra DEO*: Alioquin, uti & in Missa privata, ipse Sacerdos Celebrans, persistens in eodem loco ante Librum, id ipsum junctis manibus dicit, Caput inclinans Cruci, ac postea extensis manibus eadem voce subjungit Orationem super populum in fine Missæ annotatam. Qui modus dicendi Orationem super populum servatur etiam deinceps in omni ac sola Missa feriali de Tempore usque ad Feriam IV. Majoris Hebdomadæ inclu-

inclusivè, non autem in *Missis Festivis*, ac *Votivis*, etiam illis, quæ dicuntur in *Colore Violaceo*. Denique in fine Missar. Ferial. dicitur pro more junctis ad pectus manibus versus Altare: *Benedicamus &c.*

Hac die non possunt dici *Missæ Votivæ privatæ* (etiam *de Requiem*) bene tamen in alijs Ferijs usque ad Hebdomadem majorem exclusivè, non obstante, quòd omnes *Feriæ Quadragesimales* sint *Feriæ Majores*, hoc est tales, de quibus semper fieri debet ad minimum Comemoratio: cujusmodi *Feriæ majores* sunt etiam ulteriùs *singulæ Feriæ Adventûs*, item *Feriæ* 4. *Temporum*, ac tandem *Feria 2.da Rogationum.*

Qui habent Privilegium celebrandi *Octavas* in Quadragesima, non ideo debent facere Commemorationem de *Octava* in Feria IV. Cinerum, prout decrevisse fertur *S. R. C.* 1682. 24. *Jan.* alijs verò infra ejusmodi Octavam diebus à taliter Privilegiatis observandum est id, quod Rubricæ Missal. Tit. III. n. I. & II. præscribunt: vide Gav. ibid.

Quibus à Sede Apostolica concessum est, ut semel vel pluries singulis hebdomadibus, vel mensibus possint dicere *Officium* & *Missam* de SS. v. g. Sacramento (vel certis Sanctis) diebus Festo duplici, vel semiduplici non impeditis, non possunt id facere vi ejusmodi Indulti in diebus Quadragesimæ, aliisque Ferijs majoribus, ac Vigilijs &c, etiamsi in Indulto nulla Sit facta specialis mentio de hujusmodi diebus; ita enim Decreto generali declaravit S. R. C. 1706. 20. Martij, exstante apud Franc. Monacelli P. 2. Formular. Leg. Tit. 13.

Vesperæ hodie ac duobus sequentibus dieb. dic. Horâ consuetâ; & siquidem postero die non occurrat Festum 9. Lectionum, dicuntur sicuti in alijs Ferijs per annum, cum *Oratione* tamen, ac etiam *Antiphonâ propria* ad *Magnificat*: dicuntur quoque *preces feriales* flexis genibus ad Vesperas, & ad Completorium Officij Ferialis, ùt suprà.

Quando in Quadragesima occurrit fieri Officium de Festo 9. Lectionum, Lectiones pro I. Nocturno, si proprijs careat, sumendæ sunt de Communi Sanctor. Præterea

Quando Tempore Quadragesimali *Officium* fit de *Festo*, in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur 2. Missæ Conventuales, una post Tertiam de *Festo*, cum colore eidem Festo conveniente: Altera post Nonam in colore Violaceo *de Feria* currente. In ea, quæ dicitur *de Festo*, si sit Festum Duplex, nulla fit Commemoratio, nisi Festi Simplicis occurrentis: si autem sit Festum semiduplex, 2.da Oratio erit de Festo simplici occurrente, 3.tia *A Cunctis*, vel si non occurrat Festum simplex, 2.dô locô dicetur *à cunctis*, 3.tiô *Omnipotens*

tens sempiterne &c; & sic usque ad Dominicam Passionis; post Dominicam Passionis verò dicuntur Orationes in Missa Conventuali *de Festo*, ùt infrà Feriâ II. post Dominicâ Passionis, ac P. II. post initium mensis Martij notantur. In eadem Missa Conventuali *de Festo* [sive hoc sit *duplex*, sive tantùm *semiduplex*] semper dicitur *Gloria*, & Tractus post Graduale, Præfatio item [nisi propriam habeat] Quadragesimalis, usque ad Dominicam Passionis. In ea verò Missa Conventuali, quæ dicitur *de Feria*, usque ad Dominicam Passionis Oratio 2.da semper est *à cunctis*, 3.tia verò pro Vivis & Defunctis, ac Præfatio Quadragesimalis; post Dominicâ verò Passionis Oratio 2.da *Ecclesiæ*, vel pro Papa tantùm [sine Commemoratione Festi simplicis occurrentis] ac Præfatio de Cruce, ùt in Missali. In utraque autem prædicta Missa Conventuali [hoc est tam eâ, quæ dicitur *de Festo*, quàm illâ, quæ dicitur *de Feria*] semper ultimò locò dicitur Evangelium S. Joannis. In priori non tantùm semper dicitur *Gloria*, sed & *Credo*, si qualitas Missæ id requirat [v. g. in Festo Doctoris Angelici] in Posteriori autem omittitur semper tam *Glor.* quàm *Credo*, & in ejus fine [post dictam Orationem super Populum, Ritu superiùs descripto] dicitur: *Benedicamus Domino &c.*

Missæ privatæ verò à Feriâ IV. Cinerum exclusivè usque ad Dominicam Palmarum itidem exclusivè, dicuntur de Festo duplici vel semiduplici infra Hebdomadem occurrente, cum Commemoratione Feriæ, ac Festi Simplicis occurrentis, nec non cum Tractu, *Gloria*, ac Præfatione de Tempore [nisi propriam habeant] aliisque respectivè, ùt suis locis notantur. Si non occurrat Festum 9. Lectionum, dicuntur eædem Missæ privatæ de Feria currente, ùt suprà, nisi legatur Missa Votiva, aut Missa *de Requiem* in Ferijs, in quibus hæ Missæ non prohibentur.

Si in Feriam V. post Cineres incidat Festum Sanctorum 40. Martyrum, seu dies decimus Mensis Martij, tunc Oratio secreta pro Feria currente accipienda est ex Feria 6.ta Cinerum subsequente, quia secreta Festi, & Feriæ currentis tunc coincidunt. *Gavant. Tom. I. P. I. Tit. 7. n. 8. lit. Q.*

Quâvis Feriâ VI. Quadragesimæ, in qua Officium fit de Feria currente, usque ad majorem Hebdomadem exclusivè dicuntur in Choro post Laudes diei [dictô *Benedicamus Domino*, & *DEO gratias*] Psalmi Pœnitentiales. Quòd si alicubi antiqua, ac inveterata detur consuetudo eos recitandi Feriâ V. præcedente post Completorium, retineri eam posse censuit S.R.C. 2. Aug. 1603. Teste Arnaudo in Append. Epitomes Tit. 4.

§. VII.

§. VII.

De Sabbato post Cineres, seu primô in Quadragesima.

SABBATÔ post Cineres [hoc est Primô in Quadragesima] *Missa*, & *Officium* usque ad Vesperas exclusivè dicuntur sicut 3. præcedentibus Ferijs, Ritu, proximè præcedenti §. annotato. At verò *Vesperæ* hodie, & deinceps usque ad Pascha, ex Decr. Concil. Cabilon. *de Consecr. dist. 1. C. solent* dicuntur *in Choro* Tempore Quadragesimali ante Comestionem tam in *Festis*, quàm in *Ferijs*, non item in *Dominicis*; in his enim dicuntur horâ consuetâ. Dixi tamen *in Choro*: *Nam extra Chorum* [inquit hîc Gavantus] *non tenemur ante Comestionem recitare Vesperas; quia Concil. Cabil. intelligitur de Publica in Choro recitatione: Cui tamen congruum est, ut conformemur in privata quoque Vesperarum recitatione.* Dicuntur autem illæ [eodem Auctore Teste] ante Cœnam, seu comestionem, diebus, quibus præscribitur Jejunium in Quadragesima, ideo; quia antiquitus solvebatur Jejunium Horâ Cœnæ in Quadragesima post Vesperas; licèt autem Horam solvendi Jejunium, seu comedendi, nunc anticipemus, retinemus tamen Vocabulum *Cœnæ*, cui etiam benedicimus ea Prece, quæ adhibetur alioquin ad Cœnam, & incipit: *Edent Pauperes &c.*, uti in fine Breviarij: *Quia verò non possumus Jejunare diebus*, & *Noctibus* (sicuti fecit Christus) *jejunemus saltem usque ad Horas diurnales inclusivè*, hoc est, *dictas Vesperas*, uti ait Archidiac. *in C. solent. de Consecr. Dist.* Dixi 2. *Tempore Quadragesimali*; Quia diebus Jejuniorum extra Quadragesimam, etiam in Sabbato occurrentibus, nequaquam dicendæ sunt Vesperæ (nisi privatim eas recitantem excuset legitima causa) eo tempore, quo dici solent in Sabbatis, aut Ferijs Quadragesimæ. Pari modo in *Solis Sabbatis Quadragesimæ* (NB.) standum est extra tempus Paschale *ad Signum Salutationis Angelicæ*, quod datur in *meridie*: quia nempe in *his solis*, non autem *alijs Sabbatis* per annum, Vesperæ pro sequente unaquaque Dominica (quibus solis à Tempore primarum Vesperarum uti & toto tempore Paschali in memoriam Resurrectionis Dominicæ, ejusmodi Preces publicæ dicuntur stando) dicuntur ante *meridiem*: cùm ergo illis alijs Sabbatis, extra Quadrage-

dragesimam & tempus Paschale occurrentibus, incidente in ea Jejunio de Præcepto (alicujus v. g. *Vigiliæ*) Vesperæ Dominicales ante meridiem non perinde, ac in Quadragesima, dicantur, adeóque Officium Dominicæ nondum sit inchoatum, incongruè Preces Angelicæ Salutationis *stando* dicerentur, utpote quæ (uti & aliæ, eæ præsertim, quæ juxta Ritum Rom. Ecclesiæ publicè in Choro peraguntur, ubi aliter Rubricæ non præscribunt) non nisi aut ratione Dominicæ, aut ratione Temporis Paschalis *stando* dici solent à Fidelibus, ut memores videl. sint, se cum Christo resurrexisse à morte animæ in Spem vitæ æternæ, ut Concilia loquuntur apud Laymanum *L. 4. Tr. 7. C. 1. n. 2.* Quia autem hodierno Sabbato, ac reliquis deinceps diebus usque ad Pascha, exceptis *Dominicis*, modò prædictò separantur Vesperæ à Completorio, ideo oritur hîc quæstio : An Completorio, quando separatur à Vesperis, præmittenda sit Oratio Dominica &c. Ad quam 1. mihi videri non præmittendam. Colligo hanc meam Responsionem ex Rubrica 1.ma, Matutino Dominicali ante Orationem Dominicam præfixâ, ubi expressè dicitur : *Pater noster*, & *Ave Maria* dici *ante Matutinum, & omnes Horas, præterquam ad Completorium.* Modum ulteriorem dicendi Officium de tempore in Sabbatis & Dominicis Quadragesimæ usque ad Sabbatum Dominicæ Passionis, videin Breviario : quod ut rectè tam intra, quàm extra hoc Tempus, circa cantum Hymnorum *quoad Notas* in Choro Ordinetur, monet Henric. Pisart in Direct. Canon. C. 6. Propr. de Tempor. curandum esse, ut quando in aliquo Hymno concurrunt duæ vocales (utì in Stropha quarta Hymni Vesperarum Quadragesimalium : *Audi benigne Conditor* versu 3. *culpæ ut &c.*) fiat elisio primæ illarum vocalium, faciendo ex duabus syllabis quasi unam, quæ respondeat Notæ ijs appositæ, vel ità utramque pronuntiando, ut quasi una esse censeatur, vel ex Nota una correspondente faciendo duas breves; nisì enim hoc fiat (inquit) in carmine supererit una syllaba, & deficiet una Nota.

TITULUS XII.

De Dominica I. in Quadragesima.

QUemadmodum FERIA IV. CINERUM est *Initium Fœnitentiæ*, ità *Dominica I. post Cineres*, Teste Gavanto, est *Caput Quadragesimæ*, ità dictæ à *Quadragenario* Dierum magni Jejunij *Numero*, non tantùm à Moyse & Elia, sed etiam à Christo ipso (totidem diebus, imò & noctibus Jejunante) approbatô. Est autem DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ una ex illis *Dominicis Majoribus*, quæ à Rubricistis vocantur *I. Classis*; eò quòd earum Officia nunquam aut omittantur, aut transferantur, adeoque est *Privilegiata* contra quodcunque Festum 9. Lectionum, etiam 1. Classis, ità, ut nequidem Missam Votivam Solennem de illo dicere hodie liceat per Rubric. Gener. VI. Missal. Unde si Festum quodcunque *duplex*, aut *Semiduplex* in ea occurrat, transferri illud indispensabiliter debet in proximè sequentem diem, nullô Officiô duplici aut Semiduplici impeditam: De *Festo* autem *Simplici* in hac Dominica occurrente fit tantùm Commemoratio (sine nonâ de eo Lectione, etiamsi alioqui habeat propriam) in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa hujus Dominicæ, utì & quatuor sequentium Dominicarum, si aliquod in ijs occurrat.

Ad *Officium* hujus ac sequentium 3. Dominicarum quod attinet, fit illud *Ritu Semiduplici* sequentem in modum: Ad *Matutinum* dicitur Invitatorium: *Non sit vobis vanum manè surgere ante Lucem &c.* Quod dicitur in *Dominicis* tantùm, usque ad *Dominicam Passionis*. Hymnus Matutini: *Ex more docti mystico &c.* Cujus Versiculum illum: *Memento, quòd fumus tui, licèt caduci, plasmatis*, ut in gratiam rudiorum Clericorum explicarem, eúmque ad sensum Grammaticalem hîc reducerem, cùm Nonnemo me hortatus fuerit, ajo: Versiculi illius hunc esse meô judiciô sensum: *Memento Domine, quòd simus opus manuum tuarum, licèt fragile*, id est, ad *casum, & lapsũ proni, seu proclives*, utì habetur Jobi 10. &c. Antiphonæ, Psalmi, ac reliqua dicuntur ùt in Psalterio per annũ; exceptis *Versibus Nocturnorum* (qui dicuntur, ùt ibid. in Quadragesima) *ac Lectionibus*, & *Responsorijs*, quæ singulis Dominicis propria assignantur in PROPRIO *de Tempore*: Non dicitur *Te DEum*

(sed

(sed ejus locô nonum Responsorium) nec nona Lectio de *Festo simplici*, si quod occurrat, ùt paulò antè monui.

Ad *Laudes* in hac, & seqq. Dominicis ad Psalmos (quorum primus semper est *Miserere*, secundus *Confitemini Domino*, reliqui cum cantico 3. Puerorum, ùt in Dominicis per annum) nec non ad *Benedictus*, & ad *Magnificat* Antiphonæ sunt propriæ : ad easdem Laudes habetur proprium *Capitulum*, cum *Hymno*, ac *Versiculo* ùt ibi, nec non cum *Oratione*, currenti Dominicæ propriâ : huic dein subjungitur Commemoratio de Festo Simplici (si quod occurrat) ac tandem Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctorum : Hæ tamen ultimæ non nisi usque ad 1. Vesperas Dominicæ Passionis exclusivè.

Ad Primam in hac & Seqq. Dominicis usque ad Pascha *Antiphona* propria ex Proprio de Tempore. Pro Psalmo : *Confitemini Domino*, Psalmus : *Dominus regnavit &c.* ex Laudib. Dominicæ. Ad Absolut. Capituli Lectio Brevis : *Quærite Dominum &c.* ùt in Psalterio Tempore Quadragesimæ, & dicitur in Dominicis & Ferijs usque ad Dominicam Passionis exclusivè. Reliqua ùt in Dominicis per annum.

Ad Tertiam, Sextam & Nonam in hac, & Seqq. Dominicis usque ad Pascha *Antiphonæ*, *Capitulum*, & *Responsoria brevia* propria ex Proprio de Tempore. Reliqua ùt in Dominica per annum.

Missa in hac, & seqq. Dominicis dicitur, ùti notatur in Proprio *Missarum de Tempore*, sine *Gloria*, attamen cum *Tractu*, & *Credo*. Oratio 2.da *A Cunctis*. 3. *Omnipotens sempiterne DEus*, ut ibi. Quòd si occurrat Festum Simplex, fit de eo Commemoratio, & tunc 3. locô dicitur Oratio : *A Cunctis*. Præfatio Quadragesimal. *Qui Corporali Jejunio &c.* In Fine : *Benedicamus Domino &c.*

Vesperæ, si cras occurrat Festum Duplex, dicuntur de Festo, cum Commemoratione Dominicæ cum eo concurrentis, etiamsi id foret 1. vel 2. Classis ; non tamen tunc fieret Commemoratio Festi Simplicis cras simul occurrentis, quam duplex, quod non est 1.mæ aut 2. Classis, alioquin admittit. Color conveniens Festo. Si verò cras non occurrat Festum duplex, totæ Vesperæ dicuntur de Dominica : Antiphonæ & Psalmus *Dixit Dominus &c.* cum reliquis de Dominica, ùt in Psalterio. Capitulum, ut in 1. Vesperis, ac Laudibus Dominicæ currentis : Hymnus : *Audi benigne Conditor &c.* cum Versu : *Angelis suis &c.* & Antiphona propr. ad *Magnificat*, ex Proprio de Tempore, cum Commemoratione Festi Simplicis, aut Semiduplicis, si tale

cras occurrat : Reliqua ùt in alijs Dominicis per annum. *Col Violac.* Et sic fit etiam in seqq. Dominicis usque ad Dominicam Passionis exclusivè. Quòd si cras Officium fiat de Feria, post Vesperas hodierni Officij dicuntur in Choro VesperæDefunctorũ ùt suprà *fol.*22. Quod etiam observatur in seqq. Dominicis usque ad Dominicam Palmarum exclusivè.

TITULUS XIII.

De Ferijs infra Hebdomadam I. Quadragesimæ &c. occurrentibus.

AD *Officium Feriale*, ac *Missas Feriales* hujus, ac seqq. 3. Hebdomadarum quod attinet, ea sic Ordinantur.

Quando non occurrit Festum 9. Lectionum, de quo die illo fieri debeat, *Officium* & *Missa* fiunt Ritu Simplici, ac *sub* colore Viol. de Feria currente; & OFFICIUM quidem usque ad Dominicam Passionis in hunc modum : *Ad Matutinum* Invitatorium Feriæ currentis de Psalterio : Hymnus : *Ex more docti mystico* ex Dominica præcedente. Antiphonæ, & Psalmi Nocturnales de Feria currente, ut in Psalterio : Versus post ultimam Antiphonam Nocturni, ut ibid. in Quadragesima : Lectiones tres propriæ de Homil. in Evangel. prout notantur pro quavis Feria currente in Proprio de Tempore. Responsoria post eas, quando propria alicubi non assignantur, sumuntur ex Nocturnis Dominicæ proximè præcedentis hoc ordine : Feriâ II. & V. (nisi quandoque, ut modò dictum, aliter notetur) dicuntur tria Responsoria I. Nocturni. Feriâ III. & VI. tria Responsoria II. Nocturni. Feriâ IV. & Sabbatô tria Responsoria III. Nocturni Dominicæ præcedentis.

Ad Laudes Antiphonæ & Psalmi de Feria currente, ut in Psalterio per annum. Capitulum : *Clama, ne cesses &c,* extans Fer. II. infra Hebd. primam Quadragesimæ in Proprio de Tempore. Hymnus : *O Sol salutis &c,* ex Laudib. Dominicæ præced. Versus : *Angelis suis &c.* ex ead. Dominica. Antiphona ad *Benedictus*, & Oratio quotidie propria; cui ultimæ præmittuntur, & quidem flexis genibus (saltem in Choro) Preces feriales, positæ in fine Laudum Feriæ II. in Psalterio, subjungitur verò Commemoratio de S. Cruce, dein Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctorum, ut suprà : ante has omnes

verò

verò Commemoratio de Festo Simplici, si quod occurrat.

Ad Primam Antiphona : *Vivo ego &c.* uti notatur Feria II. infra Hebd. primam Quadragesf. atque etiam in Psalterio in Officio feriali ad Primam Tempore Quadragesimæ. Psalmi, Capitulum, & reliqua uti in Officio Primæ ferialis per annum; nisi quod dicantur (flexis, ùt suprà genibus) Preces feriales ibidem positæ, & ad absolutionem Capituli dicatur : *Quærite Dominum &c.* uti ibid. Tempore Quadragesimæ.

Ad Tertiam, Sextam, & Nonam Psalmi, ùt in Feriali Officio per annum : Antiphonæ & Capitula verò prout notantur Feriâ II. infra Hebd. I. Quadragesf. atque etiam in ipso Psalterio pro Officio feriali in Quadragesima : Idem est de Responsorijs brevibus Horarum, quæ dicuntur, ùt ibi, & coincidunt cum Responsorijs brevib. Dominicæ præcedentis, iisque (flexis, ùt suprà, genibus) subjunguntur Preces feriales ibid. in Psalterio positæ : Oratio eadem, quæ in Laudib. *Col. Violac.*

Missa, quando Officium fit de Feria, & non dicitur Missa de *Requiem*, vel Votiva, dicitur prout notatur in Proprio de Tempore (in quo cuivis Feriæ currenti per totam Quadragesimam propria assignatur) sine *Glor.* & *Cred.* Oratio 2. & 3. usque ad Dominicam Passionis ùt in Dominica præcedente : De Festo simplici fit tantùm Commemoratio, ùt ibi; Præfatio Quadragesimalis : *Qui Corporali Jejunio &c.* & in fine post *Humiliate Capita Vestra DEO &c.* Oratio supra Populum, ac *Benedicamus*, ùt suprà Fer. IV. Ciner. Feriâ II. IV. & VI. post Graduale dicitur Tractus, positus in Missa ejusd. Fer. IV. Ciner. *Col. Viol.*

Vesperæ Feriales Tempore Quadragesimæ quoad *Antiphonas*, & *Psalmos* dicuntur de Feria currente, ùt in Psalterio per annum : Capitulum (*Inter Vestibulum, & Altare &c.*) dicitur uti notatur Fer. II. infra Hebd. I. Quadragesf. in Proprio de Tempore, atque etiam in Psalterio in Vesperis Feriæ II. ad finem pro Tempore Quadragesimæ. Hymnus : *Audi benigne &c.* ex ead. Dominica. Antiphona ad *Magnificat*, & Oratio quotidie propria, cui ultimæ præmittuntur Preces Feriales positæ in Laudibus Feriæ 2.dæ in Psalterio (nisi quòd loco Psalmi *De profundis* dicatur in hujusmodi Vesperis Psalmus *Miserere*) ac subjunguntur Commemorationes de Festo Simplici occurrente, de S. Cruce, & reliquæ, ùt suprà in Laudib. *Col. Viol.*

In *Completorio* Officij ferialis hujus Temporis pariter dicuntur Preces ibi positæ flexis genibus.

Atque hic modus dicendi *Officium*, & *Missam* de Feria Quadragesimæ illis diebus, in quibus non occurrit Festum aliquod 9. Lectionum, servatur etiam in sequentibus Hebdomadibus, usque ad Vesperas Sabbati antecedentis Dominicam Passionis. Quando autem occurrit infra Hebdomadam Festum 9. Lectionum, seu Duplex, seu Semiduplex, fit de eo cum 9. Lectione de Feria currente ejusdémque Comem. in Vesperis, Laudibus, ac Missa ùt infrà. P. II. De Festo autem Simplici occurrente in Feria Quadrages. nihil fit, nisi sola Commemoratio in Laudibus, ac Missa, & pridianis etiam Vesperis usque ad Vesperas Feriæ IV. majoris Hebdomadæ exclusivè, ùt dicetur ibid. De Vigilia autem S. Mathiæ Apostoli, occurrente in Quadragesima, nihil fit, nisi tantùm Commemoratio in Missa post Orationem de Feria currente, sive de hac, sive de aliquo Festo (v. g. translato) dicatur Missa; nec in hujus fine legitur Evangelium de Vigilia, si fiat de Festo, sed de Feria currente Quadragesimæ.

Feria II. infra Hebdomad. I. Quadrages. si fiat de ea, Responsoria, pro 3. Lectionibus de Homil. in Proprio de Tempore assignata, sumuntur ex I. Nocturno Dominicæ præced. & post Laudes diei dicitur in Choro I. Nocturnum, & Laudes Officij Defunctorum, ùt in Rubrica, præfixâ I. ejus Nocturno: quod ipsum similiter dicitur etiam in alijs Ferijs secundis Quadragesimæ non impeditis Festo 9. Lectionum, usque ad Majorem Hebdomadem exclusivè. In Missa dicitur Tractus. *Col. Viol.*

Feria III. ejusdem Hebd. I. in Quadrag. Responsoria pro Lectionib. Officij ferialis sumuntur ex II. Noctur. Dominicæ præced. Si in Feriam hanc III. incidat dies 10. Martij, adeoque Festum SS. 40. Martyrum Sebastenorum, tunc Post-Communio 2. quæ est de Feria currente, sumi debet ex Feria IV. sequente, juxta ea, quæ habet Gav. *Tom. 1. P. 1. Tit. 7. n. 8. lit. q. circa fin.* ob paritatem Rationis.

Feria IV. Hebd. I. Quadr. est Feria IV. quatuor Temporum in Vere. De qua si fiat Officium, Responsorium I. & II. sumuntur ex III. Nocturno Dominicæ præced. at verò loco III. Dominicalis, ibidem positi, dicitur infra Hebdomadem hodie, ac Sabbato sequenti Responsorium: *Abscondite Eleemosynam &c.* ùt ibi. Hâc quoque Feriâ IV. & cæteris deinceps Ferijs per Quadragesimam, non impeditis Festo 9. Lectionum, usque ad Hebdomadem Majorem, dicuntur in Choro ante Matutinum *Psalmi Graduales* suprà *fol. 60.* In Missa feriali post *Kyrieleison* dicitur *Oremus, Flectamus genua &c.*

nua &c. cum duplici Lectione, post quarum primam dicitur tantùm *Graduale*; post alteram verò Solummodo *Tractus* sine Graduali, ut ibi. *Col. Viol.*

Fer. V. Hebd. I. Quadr. Responsorium primum post Lectionem primam ferialis Officij est *Tribularer &c.* ùt ibi : Reliqua duo ùt in I. Nocturno Dominicæ præced. 2. & 3. locô.

Feria VI. Hebd. I. Quadr. est Feria VI. Quatuor Tempor. in Vere, de qua si fiat Officium, Responsoria post Lectiones Noct. sumuntur ex II. Noct. Dominicæ præced. In Choro post Laud. diei dic. *Psalmi Pœnitentiales cum Litanijs, flexis* (saltem in Choro) *genibus*, ùt suprà *fol. 63.* ac in Mis. post Grad. *Tractus*: quod utrumque similiter etiam observatur in reliquis deinceps Ferijs Sextis per Quadrag. usque ad Majorem Hebd. exclusivè. *Col. Viol.*

Sabbatum infra Hebd. I. Quadrag. est Sabbatum quatuor Temporum in Vere : in quo collatio SS. Ordinum. Responsoria post Lect. Noctur. in Officio feriali dicuntur ùt Fer. IV. præcedente; & in Missa feriali hodierna post *Kyrie eleison* dicitur : *Oremus, flectamus genua*, ac universim 6. Lectiones, cum *Tractu* post ultimam illarum, ùt ibi. *Col. Viol.*

Si hodie factum sit de Feria, & cras non occurrat alicubi Festum I. Classis, Vesperæ hodiernæ usque ad Capitulum erunt feriales, adeoque dicentur ùt in Sabbato per annum, cum Antiphonis & Psalmis de Psalterio, ùt ibi : à Capitulo autem erunt de Dominica seq. hoc est secunda in Quadrag. dicendo omnia prout notantur suô locô in Proprio de Tempore, eáque proportionaliter observando, quæ annotata sunt ad I. Sabbatum in Quadrag. *fol. 64.* Eodem quoque modô fiet in sequentibus Sabbatis, usque ad Sabbatum ante Dominicam Passionis exclusivè.

TITULUS XIV.

De Dominica II. in Quadrages. & Ferijs infra Hebdom. II. Quadragesimæ occurrentibus.

Dominica II. in Quadrag. est una ex illis, quæ dicuntur *Dominicæ Majores*, seu *solennes II. Classis, Majores* quidem, quòd non perinde ac *Dominicæ Minores* (alio nomine *Communes*, seu *per annum*

annum dictæ) cuicunque Communi duplici cedant; *secundæ* autem *Classis*, quod non perinde, ac Dominicæ *Majores* 1. *Classis*, sint contra quodcunque Festum, etiam I. Classis, privilegiatæ : tametsi enim & ipsæ non tantùm nulli Festo Duplici *Minori*, aut *Majori* per annum, sed nec duplici 2. Classis cedant (ut patet in Casu, quò Festum S. Josephi, aut Annuntiationis B. V. in ejusmodi Dominicam 2. Classis, v. g. Dominicam IV. Quadragesimæ cadit) cedunt tamen Duplicibus I. Classis, occurrente in illis *Patrono primario*, vel *Titulari Ecclesiæ*, aut *Dedicatione ejusdem* : licèt autem tunc hujusmodi Dominicæ 2. Classis omittantur (hoc est de illis nec *Officium* dicatur, nec *Missa*) semper tamen etiam in tali occurrentia de ipsis dicenda est 9. Lectio, ac facienda Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa Festi; atque in hac de ijsdem dicendum etiam ultimum Evangelium, si v. g. alicubi S. Josephus sit Patronus Ecclesiæ, & ejus Festum in Dominicam III. aut IV. Quadragesimæ cadat. His prænotatis

In Ecclesia universali, ac seclusò Casu, quo *Patronus*, aut *Titularis Ecclesiæ*, vel hujus *Dedicatio* alicubi in tali Dominica 2: Classis occurrit, Officium de *Dominica II. Quadrag.* ac seqq. duab. Dominicis fit Ritu semiduplici 2. Classis, eò proportionaliter modò, quò suprà Dominicâ I. Quadr. est declaratum. Idem est de Missa, quam pariter, ùt illa, propriam habent, & eodem per omnia proportionaliter modò dicendam, ùt ibi.

Idem quoque est de *Officio*, & *Missa* Feriarum infra Hebd. 2. Quadragesimæ occurrentium, quæ similiter dicuntur modò, ac Ritu Tit. præcedenti descriptò, exceptis ijs, quæ propria sunt Ferijs 4. Temporum, & insuper his, quæ sequuntur.

Feria II. Responsorium 1. & 2. in loco. 3. ùt in I. Noct. Dominicæ præced. Si Feria hæc incidat in diem 4. Martij, tunc in Missa de S. Casimiro Post-Communio tertia (de S. Lucio Pap. ac Mart.) sumi debet ex Missa *Statuit*, de Communi Unius Mart. Pontif. ne scil. coincidat cum Post-Communione de Feria.

Feria. III. Responsoria omnia ex II. Nocturno Dominicæ præced. Fer. IIII. ex III. Nocturno ejusdem.

Fer. V. ex I. Nocturno Fer. VI. ex II. Nocturno. Sabbatò Responsor primum proprium : 2. & 3. ùt in III. Nocturno sæpius memoratæ Dominicæ.

TITU-

TITULUS XV.

De Dominica III. in Quadrageſima, ac Ferijs infra Hebdomadem III. Quadrageſimæ occurrentibus.

DOMINICA III. in Quadrageſima eſt Dominica Major 2. Claſſis, ac proinde eodem proportionaliter Ritu ac modo (tam quoad *Officium*, quàm quoad *Miſſam*) celebratur, quô Dominica II. Quadrageſimæ proximè præcedens.

Idem eſt de FERIIS infra Hebd. III. Quadrag. occurrentibus, quæ pariter, tam quoad *Officium*, quàm quoad *Miſſam*, ad normam Feriarum proximè præcedentium celebrantur, exceptis his, quæ ſequuntur.

FERIA II. Reſponſoria omnia poſt Lect. Nocturni, utì notantur in PROPRIO de Temp. Si in hanc Feriam II. incidat Feſtum S. Thomæ de Aquino, tunc Poſtcommunio pro SS. Perpetua & Felicitate, utpote coincidens cum feriali, eſt commutanda cum alia, adeoque ſumenda ex Miſſa *Dilexiſti*, de Communi Virginum tantùm.

FERIA III. Reſponſor. primum propr. 2. & 3. ex II. Noctur. Dominicæ præced.

FER. IIII. & Sabbatô ex III. Noct. ejusd. Dominicæ. Fer. V. ex I. Noct. FER. VI. ex II. Nocturno illiuſmet Dominicæ.

Nota, quòd etiamſi Feriâ V. hujus tertiæ Hebdomadæ Quadrageſimæ dicatur in Miſſa feriali Oratio de SS. Coſma & Damiano (ratione ac Titulô *Stationis* in eorundem Baſilica Romæ) debeat nihilominus fieri de illis tanquam Martyribus Commemoratio in Laudibus, in ijs Eccleſijs, in quibus ſunt *Patroni*, aut *Titulares*, inter ſuffragia conſueta tanquam Titularium propriæ Eccleſiæ, atque etiam in Oratione *A Cunctis* in Miſſa. Ità Gav. Tom. 1. P. 4. Tit. 5. n. 15. Bauldry P. 4. c. 5. n. 3.

TITULUS XVI.

De Dominica IV. in Quadrageſima, & Ferijs infra Hebdom. IV. Quadrageſimæ occurrentibus.

DOMINICA IV. in Quadrageſima (quæ ab Introitu Miſſæ dicitur *Lætare*) eſt pariter *Dominica Major*, ſeu *privilegiata 2. Claſſis*, ac proinde & ipſa tam quoad *Officium*, quàm quoad *Miſſam* eodem proportionaliter *Ritu* ac *Modo* celebratur, quô II. & III. in Quadrageſima, de quibus Titulis 2. proximè præcedentibus. Illud tamen habet peculiare, quòd, cùm *Lætitiam* indicet iſthæc Dominica, Diaconus & Subdiaconus in Miſſa ſolemni utantur Dalmaticis & Tunicellis Violacei Coloris, ac pulſentur Organa (ſed ad Miſſam ſolennem tantùm) uti in Dominica 3. Adventûs, quæ ob ſimilem cauſam dicitur Dominica *Gaudete*, ùt ibi: Altare quoque paratur feſtiviùs, quàm in alijs Dominicis: poſſunt enim adhiberi flores, & Imagines, aut Reliquiæ, non verò in alijs Dominicis. *Baldry P. 4. c. 5. n. 4.*

FER. III. infra Hebd. IV. Quadr. Reſponſ. 1. & 2. propr. 3. ùt in II. Noct. Dom. præced. Fer. IIII. (in qua poſt Kyrie eleiſon *Oremus, flectamus genua*, ac duplex Lectio) uti & Sabbatô ex III. Noct. Dominicæ præced. FERIA V. ex I. Noct. ejusd. Dominicæ. FER. VI. ex II. Noct. illius. Reliqua, ùt in loco.

TITULUS XVII.

De Sabbato ante Dominicam Paſſionis.

SABBATO huic (dicto *Sitientes*, eò quòd *Introitus* hodiernæ Miſſæ incipiat ab hoc Verbo) ex Decr. Gelaſij I. Diſt. 75. conceſſa eſt Ordinatio Presbyterorum, ac SS. *Ord. Collatio*. Ante primas Veſperas Dominicæ de Paſſione, etiamſi ſint de Sancto, tegun-tur ex Cæremon. Epiſc. L. 2. c. 20. Sabbatô iſthôc Cruces & Imagines Salvatoris per Eccleſiam Velis *Violacei Coloris*, in quibus non appareat ulla figura, ſeu Imago, ne quidem Inſignia Paſſionis; nullæque ponen-

ponendæ sunt super Altare Imagines Sanctorum : & *Cruces* quidem ità velatæ manent usque ad Feriam VI. in Parasceve (nisi quòd Feria V. in Cœna Domini Crux Altaris, in quo celebratur, tegi debeat Velô Albô in *Missa*, & ad *Mandatum*, non item Crux Processionalis; hæc enim, & cæteræ omnes, tunc etiamnum Velô Violacei Coloris debent esse tectæ, exceptâ illâ, quæ prostat in Altari illius Sacelli, ad quod Feriâ illâ V. deportatur SS. Sacramentum, ut ibi asservetur ultimô triduô Hebdomadæ Sanctæ) in Parasceve verò Crux, quæ est super Altare majus, velatur, ùt infrà, velô nigri Coloris, usque dum Crux adoranda ab Officiatore fuerit detecta; tunc autem non tantùm ipsa, sed Cruces quoque aliæ omnes sunt detegendæ, non item Imagines Altarium; hæ enim omnes tectæ manent usque ad finem Litaniarum Sabbati Sancti. Ità Gavantus, addens alicubi : significari hoc Ritu (tegendi Imagines Salvatoris, & Icones Altarium, à Tempore Dominicæ Passionis) jam Christum non in palàm ambulâsse apud Judæos hoc Tempore, imò ab eis se abscondisse (ut in Evang. crastinæ Dominicæ dicitur) nec non majorem illam, quæ hujus Temporis Officijs Ecclesiasticis, ac Mysterijs convenit, Tristitiam.

Si hodie factum est *Officium* de Festo Duplici, Vesperæ hodiernæ integræ erunt de illo, cum Commemoratione *Dominicæ* crastinæ de *Passione*, ùt in Proprio de Tempore, nec non *Festi Simplicis*, si quod cras occurrat; nec omitteretur hodie *Gloria Patri* in Responsorio brevi ad Completorium. Si verò factum est de *Festo* duntaxat *Semiduplici*, tunc Vesperæ usque ad Capitulum erunt quidem de illo, at verò à Capitulo de *Dominica Passionis*, dicendo omnia, uti notantur Sabbatô ante Dominicam Passionis in Proprio de Tempore, cum Commemoratione *Festi* hodierni *Semiduplicis*, atque etiam *Festi* crastini *Simplicis*, si quod cras occurrat; omissis tamen Commemorationibus Communibus, ac suffragijs Sanctorum, utpote quæ ab hoc Sabbato usque ad Fer. II. post Octavam Pentecostes non ampliùs fiunt, uti nec Commemoratio de Cruce (nisi in Officijs quibusdam Temporis Paschalis, ùt ibi) omisso quoque *Gloria Patri* in Responsorio brevi ad Completorium : licèt enim id dicatur non tantùm in *Festi Duplicis* cum *Dominica Passionis*, aut *Palmarum* concursu (utpote cujus Completorium, perinde ac Vesperæ, est festivum) sed etiam in casu, quô in Vesperis secundis Dominicæ de Passione fit tantùm Commemoratio de Festo Semiduplici sequente (quia nempe *Festum Semidupl. sequens* per

illam Commemorationem jam est inchoatum, inchoato autem Festo per Commemorationem Semiduplicis, ea, quæ sequuntur, *festiva* censentur ea ratione, quâ pridie alicujus Sabbati, quô fiet de S. Maria in Sabbato, Hymnus Completorij etiam jam tunc terminatur per verba : *JEsu tibi sit Gloria, qui natus es, &c.* quando de S. Maria in Sabbato facta est in Vesperis illius diei tantùm aliqua Commemoratio) non tamen Teste Gavanto Tom. 2. sect. 6. c. 12. n. 8. dicendum id est in Responsorio brevi Completorij tunc, quando in primis Vesperis Dominicæ Passionis, aut Palmarum facta est Commemoratio *Festi Semiduplicis*, talem Dominicam *præcedentis*; quia Completorium, sequens primas Vesperas Dominicæ Passionis, aut Palmarum, in hoc posteriore Casu, seu concursu plus habet de ratione *Dominicæ* jam inchoatæ in Vesperis, quàm de ratione *Festi Semiduplicis* jam finiti : consequenter debet omitti *Gloria Patri* in dicto Responsorio, ut ratiocinatur loc. cit. Gavantus, assignans rationem disparitatis non tantùm inter hunc, & præcedentem casum, sed etiam cum alio simili. *Col. Violac.*

Si denique Sabbato ante Dominicam Passionis non fuit factum de *Festo aliquo 9. Lectionum*, sed de ipsa *Feria currente*, tunc hodiernæ Vesperæ usque ad Capitulum dicuntur uti in Sabbato per annum, sumendo Psalmos unà cum suis Antiphonis de Psalterio; à Capitulo verò fiet de *Dominica Passionis*, dicendo Capitulum, Hymnum (*Vexilla Regis*) Versum, ac Antiphonam ad *Magnificat*, nec non Orationem, uti notantur in Proprio de Tempore, cum Commemoratione Festi Simplicis tantùm, si quod cras occurrat : nam, ùt antè dictum, ab hoc Sabbato usque ad Fer. II. post Octav. Pentecostes, cessant Commemorationes consuetæ de Cruce, de S. Maria, & aliæ in Psalterio positæ, esto dicatur quædam *alia Specialis*, in *Ferijs*, & *Semiduplicibus* Tempore Paschali post Dominicam in Albis extra Octavas occurrentibus. *Col. Violac.*

Ad Completorium in Responsorio brevi in *Officio de Tempore* non dicitur *Gloria Patri*, sed solùm repetitur Responsorium : quod idem etiam servatur in Responsorijs brevib. aliarum Horarum *in Officio de Tempore Passionis*, uti & in cæteris Responsorijs illius Temporis, nec non ad ultimam Invitatorij Repetitionem in eodem Officio de Tempore : idque ex Decreto Concilij Toletan. 4. Can 15. ubi ait: *Gloria Patri* in fine Responsoriorum in lætis sequitur, in tristioribus verò repetitur Principium : quod ideo fit, *ut compaginemur humilitati Christi,*

Christi., omittendo Excelsa nostra eo Tempore, quô ipsa Trinitas dehonestatur in Persona Christi, ùt loquitur Alcuinus. In *Psalmis* tamen nondum tacetur *Gloria Patri*; quia Psalmi, ùt notat Guil. Durandus L. 6. Rat. c. 60. significant *Opera*, at nondum Judæi *operibus*, sed *linguis* tantùm de Nece Christi agunt: in triduo verò Major: Hebdomadæ removetur id etiam à Psalmis; quia ipso opere compleverunt Necem Christi.

Dixi autem: *In Officio de Tempore*; nam quando Tempore Passionis Officium fit de *Sancto*, non omittitur *Gloria Patri* ad Responsorium breve. Quid autem sit observandum ex sensu Gavanti, si in Sabbatum præcedens Dominicam Passionis, aut Palmarum, incidat *Festum Semiduplex*; item, si *Festum Semiduplex* sequatur Dominicam Passionis, dictum est paulò antè.

TITULUS XVIII.

De Dominica Passionis, seu quinta in Quadragesima, & Ferijs infra Hebdomadem Passionis Occurrentibus.

DOMINICA De PASSIONE inde suum sortita est Nomen, quòd, cùm sub Vesperum Sabbati, eam præcedentis, coactum fuerit à Judæorum Principibus Concilium adversus JESUM, ut eum morti traderent (ùt verosimiliter L. 5. c. 1. probat Rupertus) CHRISTI PASSIO ab hoc Tempore clariùs repræsentari, & major etiam ea propter tristitia in Officijs Ecclesiasticis demonstrari incipiat: unde & *Cantores* ex præscripto Cæremonialis Episc. L. 2. c. 20. *ab hac Dominica V. Quadragesimæ usque ad Pascha, exceptâ Feriâ V. in Cœna Domini, non utantur cantu figurato, sed Gregoriano*: Id quod saltem diebus, in quibus fit Officium de Tempore, observatur. Est autem DOMINICA Passionis Dominica *Major* 1. *Classis*, id est *privilegiata* contra quodcunque Festum 9. Lectionum in ea occurrens: In Ecclesijs tamen, ubi hodie est *Titulus Ecclesiæ*, vel *concursus populi ad celebrandum Festum, quod transferri debet* (v. g. S. Josephi, aut Annuntiationis B. V. M.) possunt juxta Rubr. Gener. VI. Missal. hâc Dominicâ cantari duæ Missæ, una *de die*, Altera *de Festo* post Horam utrique congruentē, de qua Rubr. Gen. XV. Missal. n. 2. & Gav. Tom. 1. P. 1. Tit. 6. & 15.

Dicitúrque in Missa de Festo Psalmus *Judica*, *Gloria*, *Credo*, & Tractus, præf. de Festo, si propriam habeat, sine aliqua Commemoratione : in fine *Ite*, & Evang. S. Joann. Admittit quoque hæc Dominica Commemorationem *Festi Simplicis* in Vesperis, Laudibus, ac Missa, non item nonam de eo *Lectionem*.

Officium Dominicæ de Passione sic ordinatur : Ad Matutinum dicitur Invitatorium : *Hodie si vocem Domini audieritis &c.* ut̀ notatur in Proprio de Tempore. In stropha penultima Psalmi *Venite &c.* omittuntur verba illa : *Hodie si Vocem ejus &c.* & locô illorum repetitur à Choro (aut Socio illum repræsentante) Invitatorium : *Hodie si Vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra* :deinde sequitur : *Sicut in exacerbatione &c.* In fine Psalmi *Venite* non dicitur : *Gloria Patri &c.* totô hoc Tempore Passionis (nisì fiat Officium de Festo) sed repetitur Invitatorium, ùt ali às in fine. At cùm dubitaretur : an in Officio de Tempore Passionis post Versum : *Quadraginta annis &c*, dictô ex integro Invitatorio : *Hodie si vocem Domini &c*, omisso *Gloria Patri*, dici debeat : *Nolite obdurare corda vestra*, ac tum primùm integrè repeti Invitatorium : *Hodie si vocem Domini &c.* Sac. Rit. Congregatio die 2. Jan. 1667. apud Henric. Pisart in *Dir. Can. c. 6. Propr. de Temp.* respondit : omissis *Gloria Patri*, & *nolite obdurare corda vestra*, repeti tantummodo debere Invitatorium : *Hodie si Vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra* : addítque idem Pisart, id ipsum ab eadem S. R. C. confirmatum esse 1683. 24. Julij, conformiter Rubricæ Dominicæ Passionis. Id ipsum etiam servatur hoc Tempore in Responsorijs majoribus ad *Matutinum*, & in Responsorijs brevibus *Horarum* ac *Completorij*, in quibus similiter omisso *Gloria Patri* repetitur Responsoriũ usque ad Versum in Officio de Tempore Passionis, ùt suprà insinuatum. Hymnus Matutini : *Pange Lingua &c.* ùt in Propr. de Tempore. Antiphonæ & Psalmi ad 3. ejus Nocturnos, ut in Psalterio in Dominicis per annum. Versus in Fine Nocturnorum, ùt ibid. notantur pro Tempore Passionis. Lectiones & Responsoria 3. Nocturnorum propr. ex Proprio de Temp.

Ad Laudes Psalmus 1. *Miserere*. 2. *Confitemini*, reliqui cum Canticо 3. Pueror. ùt in Dominicis per annum : at verò Antiphonæ (etiam ad *Benedictus*) Capitulum, Hymnus, Versus, & Oratio propria ex Proprio de Tempore, cum Commemoratione Simplicis, si quod hodie occurrat, omissis verò Commemorationibus Communibus, seu

Suffra-

Suffragijs Sanctorum, non tamen Precibus Dominicalibus ad *Primam*, & *Completorium*.

Ad PRIMAM Antiphona propr. In eadem locô Psalmi *Confitemini* dicitur Psalmus *Dominus regnavit &c.* Reliqua ùt in Psalterio in Dominicis per annum, nisi quòd omittatur *Gloria Patri &c.* in Responsorio brevi; & ad Absolutionem Capituli ab hodierna Dominica usque ad Feriam V. in Cœna Domini exclusivè dicatur in Officio de Tempore (etiam in Ferijs) Lectio brevis : *Faciem meam &c.* ùt in Psalterio Tempore Passionis.

Ad TERTIAM, SEXTAM, ac NONAM Antiphonæ, Capitulum, & Responsor. brev. utì notantur in Proprio de Tempore. Oratio eadem, quæ in Laudib.

MISSA propr. cum Tractu, & *Credo*, attamen *sine Gloria in Excelsis &c.* In eadem Missa hodierna, ac cæteris deinceps Missis de *Tempore* usque ad Sabbatum Sanctum exclusivè post *Introibo &c.* non dicitur Psalmus *Judica me DEus*; nec *Gloria Patri* ad Introitum, nec ad finem Psalmi *Lavabo &c.* Id ipsum etiam hâc, & sequente Dominicâ omittitur ad *Asperges &c.* post Psalmum *Miserere*, ùt in Missali in Rubrica : *De Aspersione Aquæ benedictæ.* Ab hâc die usque ad Feriam V. in Cœna Domini in Missis de Tempore (excipitur Dominica Palmarum) post Orationem diei dicitur Oratio vel contra Persecutores Ecclesiæ, vel pro Papa, utì notantur hâc Dominicâ; & quia non dicitur in his Missis tertia Oratio, ideo etiam cùm occurrit *Festum Simplex*, Oratio 2. est de illo tantùm in Missis de Tempore. Dixi : *In Missis de Tempore*; nam si infra hanc Hebdomadem fiat Officium *de Festo Semiduplici*, tunc in Missis privatis dicuntur 3. Orationes, quarum 2. est de Feriâ currente, 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, nisì simul occurrat *Festum Simplex*; tunc enim 3. est de illo Simplici in *Missis* ejusmodi *privatis*; at ubi infra Hebdomadem Passionis in ejusmodi Festo Semiduplici cantandæ erunt duæ Missæ Conventuales (utì in Ecclesijs Cathedr. & Collegiatis) una *de Festo*, altera de *Feria*, in *Missa de Festo Semid.* 2. Oratio erit *Ecclesiæ*, vel pro Papa, aut, si occurrat *Festum Simplex*, de Festo Simplici; in Missa verò de *Feria* Oratio 2. erit *Ecclesiæ* vel pro Papa, non autem de Simplici, etiamsi tale simul occurrat : neque dicetur 3. Oratio tam in Missa Conventuali *de Festo*, quàm in Missa Conventuali *de Feria*, ut suô locô dicetur & videri potest Arnaudus Tr. 1. P. 1. Tit 9. n. 3. & 4. Item Bauldry P. 3. c. 7. in Tit. de Orat. n. 4. ubi addit : In ijs Ecclesijs, in quibus dicitur tantùm unica Missa hoc Tempore in Festo Semiduplici, ibi,

ibi dicendam eam esse de Festo, & in ea perinde, ac in Missis privatis, dicendas esse tres Orationes, quarum secunda sit de Feria, tertia *Ecclesiæ* vel pro Pap. Quod ipsum etiam asserit de Missis *votivis privatis*, si quæ in Ferijs hujus Hebdomadæ dicantur; nam & in istis dicendas esse tres Orationes.

Præfatio Missæ dicitur de Cruce in hodierna ac reliquis quoque deinceps Missis usque ad Feriam V. in Cœna Domini inclusivè, etiam in *Festis*, ac *Missis Votivis*, nisi propriam habeant, aut nisi dicatur *Missa de Requiem*; in hac enim semper dicitur Præfatio Communis, & *Communicantes* Commune, quocunque Tempore dicatur. In fine hodiernæ Missæ *Benedicamus &c. Col. Violaceus.*

Vesperæ hodiernæ, si cras occurrat Festum Duplex, erunt de illo, cum Commemoratione Dominicæ hodiernæ, atque etiam Festi Simplicis, si quod cras occurrat, nisi Duplex illud sit 1. aut 2. Classis; tunc enim fieret Commemoratio solius Dominicæ in hodiernis Vesperis. Quòd si verò cras non occurrat Festum Duplex, tunc Vesperæ hodiernæ totæ erunt de Dominica currente, dicendo illas quoad Psalmos, & Antiphonas Psalmorum utì in Dominicis per annum: Capitulum verò, & Hymnus (*Vexilla Regis*) ac Versus dicentur ùt in 1. Vesperis Dominicæ currentis, prout notantur in Proprio de Tempore, in Sabbato ante Dominicam Passionis. Antiphona ad *Magnificat* propria: Oratio eadem, quæ in Laudibus, ac per Horas; & fit Commemoratio de Festo Semiduplici, vel Simplici cras occurrente, si ejusmodi Festum cras occurrat, *Col Violac.* Quòd si cras Festum Duplex, aut Semiduplex non occurrat, tunc hodie post Vesperas diei dicto *Benedicamus*, dicuntur Vesperæ Defunctorum.

De non dicendis hoc Tempore Commemorationibus Communibus, seu Suffragijs Sanctorum *post Vesperas*, *ac* Laudes, déque omittendo *Gloria Patri* in Responsorijs brevib. Horarum, ac *Completorij &c.* dictum est herì. Si in hanc Dominicam incidat Festum Annuntiationis (utì anno 1703.) aut S. Josephi, transferuntur in Ecclesia universali *in solo Choro* in diem proximam non impeditam (id est, solummodo quoad *Officium* & *Missam*) non autem etiam *in foro*, seu quoad obligationem audiendi Missam & abstinendi ab opere servili: Quòd si dies illa non impedita sit Feria II. mox subsequens, tunc 1. Vesperæ Festi in eam translati totæ erunt in Dominica Passionis de Festo translato subsequente, cum Commemoratione Dominicæ, & ad Completorium dicetur *Gloria Patri* in Responso-

sponsorio brevi, nec non in fine Hymni (si Vesperæ fuerint de Festo Annunt.) Versus : *JEsu Tibi sit Gloria, qui natus es &c.* Col Alb.

Fer. II. & reliquis Ferijs hujus Hebd. post Dominicam Passionis, nisi occurrat Festum 9. Lectionum, fit de ea Officium feriale in hunc modum : Ad *Matutinum* dicitur Invitatorium, Psalmus *Venite* (omisso in fine *Gloria Patri &c.*) & Hymnus *Pange Lingua*, ùt in Dominica Passionis, at verò Antiphonæ, & Psalmi de Feria currente, ùt in Psalterio per annum : Versus post Psalmos, ùt ibid. Tempore Passionis. Lectiones, & Responsoria, utì notantur pro Feria currente in Proprio de Tempore.

Ad *Laudes* Antiphonæ & Psalmi de Feria currente, ùt in Psalterio per annum : Capitulum *Venite, mittamus Lignum &c.* utì notatur Feria II. post Dominicam Passionis : Hymnus *Lustra sex &c.* ex Laudibus Dominicæ hesternæ : Versus : *Eripe me de inimicis meis &c.* ùt ibid. Antiphona ad *Benedictus*, & Oratio propria, utì notantur in Proprio de Tempore pro Feria currente, cum Commemoratione Festi Simplicis occurrentis, si tale forsitan occurrat : attamen sine *Commemorationibus* Communib. & Suffragijs Sanctorum, etiam de Cruce. Ad *Laudes* & *reliquas Horas* dicuntur Preces feriales flexis genibus in Officio feriali usque ad Fer. V. in Cœna Domini, positæ in Psalterio post Laudes feriæ II. ac suis respectivè locis.

Si *Feriâ* II. hodiernâ non occurrat Festum 9. Lectionum, tunc hodie in Choro post Laudes Diei (dicto *Benedicamus*) dicitur etiam Matutin. & Laud. Officij Defunctorum.

Ad Primam hodie & seqq. Ferijs, usque ad Majorem Hebdomadem exclusivè, dicitur Antiphona : *Libera me Domine &c.* & ad Absolutionem Capituli usque ad Feriam V. in Cœna Domini exclusivè Lectio brevis : *Faciem meam non avertì &c.* prout notantur Feriâ 2. hodiernâ in Proprio de Tempore, atque etiam in Officio feriali ad Primam extra Tempus Paschale pro Tempore Passionis : reliqua ùt in feriali Officio per annum, nisì quòd in Responsorio brevi omittatur *Gloria Patri &c.* dicantúrque Preces feriales flexis genibus ùt ibi.

Ad Tertiam, Sextam, & Nonam hodie, ac seqq. Ferijs hujus Hebdomadæ Antiphonæ ante Psalmos uniuscujusque Horæ, utì & Capitulum, Responsorium breve, & Oratio dicuntur prout notantur hâc Feriâ II. in Proprio de Tempore, atque etiam in ipso Psalterio ad finem cujuslibet Horæ parvæ pro Tempore Passionis ; Reliqua verò dicuntur utì in Ferijs per annum,

nisi quòd dicantur Preces feriales flexis genibus ad singulas Horas, ùt suprà.

Si *hodie*, aut *aliâ Feriâ* hujus Hebdomadæ occurrat Festum Duplex, aut Semiduplex, fit de eo *Officium*, & *Missa*, ùt suò locò notantur; & in hac (utì & in *Missis Votivis* hujus Hebdomadæ, etiam eâ, quæ dicitur de *Passione*, aut de *S. Cruce*) dicitur Psalmus *Judica*, item *Gloria Patri* ad ad Introitum, & ad Psalmum *Lavabo &c.* nec non (præter alia, cuivis Festo alioqui convenientia) etiam *Tractus* post Graduale cuivis *Missæ Festivæ* proprius: idem in *Missis* quoque quibuscunque *Votivis* hoc Tempore dicitur. In Missa de *Duplici* Oratio 2. est de Feria curr. cui subjungitur Commemoratio de Festo Simplici, si quod occurrat : At verò in Missa de *Festo Semidupliti*, 2. Oratio est de Feria. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. nisi facienda sit Commemoratio de *Festo Simplici* occurrente; tunc enim 3. erit de illo (omissa Oratione pro Eccles. vel Pap.) in Missis privatis ùt suprà. In ijsdem quoque Missis (tam *festivis* scilicet, quàm *Votivis*) infra hanc Hebdomadem celebratis, dicitur Præfatio de S. Cruce, nisi propriam habeant : In fine quoque *Missarum Festivarum* dicitur *Ite*, & in his posterioribus ult. Evangelium de Feria currente. Si verò hodie, aut aliâ Feriâ hujus Hebdomadæ non occurrat *Festum 9. Lectionum*, tunc sicut *Officium*, ita etiam *Missa* (nisi placeat dicere *Votivam*, aut facere *de Requiem*) dicitur de *Feria currente*, utì notatur in Proprio de Tempore, sine *Gloria*, & *Credo*; omissô item post *Introibo* Psalmô *Judica me DEus*, nec non *Gloria Patri* ad Introitum, & ad finem Psalmi *Lavabo*. Oratio 2. *Ecclesiæ* vel pro Papa tantùm, nisi occurrat *Festum Simplex*; nam si tale occurrat, tunc omissa Oratione contra Persecutores Ecclesiæ, vel pro Papa, fit tantùm Commemoratio *Festi Simplicis* occurrentis, nullâ additâ ad illam alia Oratione in ejusmodi Missa feriali. Præfatio de S. Cruce. In fine *Benedicamus*.Col. Viol.

Porrò hactenus dicta de modo dicendi *Missas Festivas*, ac *Feriales* infra hanc Hebdomadem, intelligenda sunt de Missis privatis (in quacunque demum Ecclesia legantur) ac ijs duntaxat solennibus, quæ extra *Eccles. Cathed.* & *Colleg.* decantantur : nam (ùt jam suprà Tit. 11. §. 7. de Fer. IV. Cinerum est adnotatum) quando infra hanc Hebdomadem occurrit *Festum 9. Lectionum*, tunc in *Ecclesijs Cathedralibus* & *Collegiatis* fiunt *duæ Missæ Conventuales*; Prima scilicet post dictam in Choro *Tertiam, de Festo*, in Colore eidē Festo conveniente. Secunda post *Nonam* in colore Viol. de *de Fer, curr.* ùt in Propr. de Tempore,

In

In ea, quæ dicitur *de Festo*, si sit Festum *Duplex*, nulla fit Commemoratio, nisi Festi *Simplicis* occurrentis; si autem sit Festum *Semiduplex*, 2. Oratio erit de *Festo Simplici* occurrente tantùm (si tale eo die occurrat) omissâ tertiâ pro Ecclesia, vel Papa. Si verò non occurrat Festum *Simplex*, 2. Oratio in ejusmodi Missa Conventuali Festivâ erit *Ecclesiæ*, vel pro Papa tantùm; in neutro enim casu tunc tertiam addendam esse in ea Missa Orationem, notat Gavant. Tom. 1. P. 1. Tit. 9. n. 5. & 8. ubi ex Durando subjungit quoque causam, cur *Tempore Passionis*, Paschæ & Pentec. minuatur numerus Orationum in *Missa*, & Commemorationum seu suffragiorum in *Officio de Tempore*, ità, ut non nisi Simplicis occurrentis tunc Temporis fiat Commemoratio. Reliqua in *Missa Conventuali Festiva*, dicuntur ùt suprà, scilicet cum *Gloria*, Tractu post Graduale, Præfatione de Passione (nisi propriam habeat) & in fine *Ite*, & Evang. S. Joannis. Color Festo conveniens. In *Missa* verò *Conventuali altera*, quæ (sine *Glor.* & *Cred.*) dicitur *de Feria*, Oratio 2. *Ecclesiæ*, Vel pro Papa tantùm; nec fit in ea Commemoratio ullius Festi die illo occurrentis: *Gav. loc. cit. n. 5. in fin.* Præf. de S. Cruce. In fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joannis, *Col. Viol.* In *Missis Votivis privatis* (etiamsi sint de Cruce, aut Passione) quæ hoc Tempore leguntur, dicuntur 3. Orationes ad eum modum, quô in Semiduplicibus hujus Temporis; quia Missæ Votivæ non sunt *Missæ de Tempore*, ut notat Gerlac. Vinit. P. 1. Tit. 9. §. 8. & 14. & ex eo Lohn. Instr. 1. P. 2. Tit. 11. n. 7.

Vesperæ (Si neque hodie, neque cras occurrat Festum 9. Lectionum) dicuntur de Feria currente in hunc modum: Antiphonæ, & Psalmi de Feria currente, ùt in Psalterio per annum: Capitulum: *Tu autem Domine Sabaoth &c.* utì Feria II. in Propr. de Tempore. Hymnus (*Vexilla Regis*) & Versus (*Eripe me Domine ab homine malo &c.* ex 1. Vesperis Dominicæ præcedentis. Antiphona ad *Magnificat* & Oratio (cui præmittuntur Preces feriales flexis genibus) propria ex Proprio de Tempore. Ad *Completorium* in Responsor. brevi omittitur *Gloria Patri*, & ante Orationem pariter dicuntur Preces feriales flexis genib. ùt ibi. *Col. Viol.*

Feria III. IV. V. VI. ac Sabbatô Seqq. usque ad Vesperas ante Dominicam in Palmis exclusivè *Officium* & *Missa* dicuntur ad Normam Feriæ II. proximè præcedentis, hoc est, modô paulô antè hîc annotatô; nisi quòd Fer. IV. ante Matutinum dicantur in Choro *Psal. Gradual. &c.* Feriâ VI. verò post Laudes

des diei dicantur in Choro *Psal. Pœnitential.* cum *Litanijs* flexis genibus, si Officium fiat de Feria; ac demum Sibbatô ad Primam ante Versum : *Pretiosa &c.* annuntianda sit in Choro à Lectore Martyrologij seu Hebdomadario *Dominica Palmarum*, & quidem ante Festa seu primô locô.

Notandum quoque est, Feriâ VI. post Dominicam Passionis alicubi, & nominatim in Nostra Germania, celebrari ex Indulto Apostolico Festum 7. Dolorum B. M. V. sub Ritu Duplici, dicendo *Officium* & *Missam*, prout respectivè notantur vel in Proprio Sanctorum post Festum Annunt. in aliquibus Missalib. vel in Supplemento Breviarij, ac Missalis Romani, ubi huic Festo adscribitur quidem *Ritus Duplex* (attamen sine addito) pro omnibus Hispaniarum Regi subjectis : cùm ergo, quotiescunque pro Officio aliquo concessus reperitur *Ritus Duplex* absque expressione *Majoris* vel *minoris*, concessio intelligenda sit de *Duplici minore per annum*, etiamsi ad honorem DEI paræ extiterit facta (uti à S.R.C. 1683.20.Novembr. decretum esse asserit Henr. Pisart *Direct. Canon. Ref. 6. in tit. 1. Rubr Breviar.*) ibi sub Ritu tantùm *Duplici minore* erit celebrandum : at verò Directoria Diœcesana Germaniæ tribuunt huic Festo passim *Ritum Duplicem Majorem* : quo verò jure aut fundamentô id faciant, mihi non constat : legi apud quemdam Anonymum in fine hujus Officij Indultum Clem. X. in quo 1674. 1. Mart. ad Instantiam Augustiss. Imperatric. Eleonoræ concedit Pontifex, ut Feriâ VI. post Dominicam Passionis in ejus Sacello aulico, ac etiam in Germania Festum 7. Dolorum cum ejus Officio proprio possit celebrari; de Ritu autem non alia ibi fit mentio, quàm quòd eô modô, quô in Italia, Regnisque Hispaniarum de Indulto Sedis Apostolicæ celebratur, etiam isthic illud liceat celebrare. Fortè ex eo, quòd omnia *Festa Duplicia* B. M. (idem est de eorũ Octav.) concurrentia cum alio Duplici minore habeant Vesperas integras ex Decreto S. R. C. de anno 1691. Die 11. Augusti emanato, Directoria suprà dicta Diœcesana intulerunt, Festo Sept. Dolorum B. V. *Ritum Dupl. Majorem* competere; at hoc non sequi, alibi dicetur. Interim quævis Diœcesis, ac Provincia, cui indultum est celebrare memoratam 7. Dolorum Festivitatem, quoad Ritum se diriget juxta Tenorem Indulti, cujus Copiam fortassis reperies in Bullario Cherubini, aut ejus Supplemento, quo ego impræsentiarum careo.

Quòd si Feriâ VI. post Dominicam Passionis occurrat Festum aliud 1. vel 2. Classis, tunc Festum Sept. Dolorum transfertur ad Sabbatum

batum proximum ante Palmas, non impeditum Festo 9. Lectionum, si autem hoc sit impeditum Festô aliô 9. Lectionum, illô annô omitti debet Festum Dolorum, nec unquam transferri ad Tempus Paschale, uti constat ex Rubric. propr. ei præfixâ. Posse tamen dici Missam Votivam de hoc Festo, seu Mysterio, etiam Tempore Paschali, constat ex Rubricis ipsius Missæ, quæ inter alia monent: Sequentiam *Stabat Mater &c.* dicendam solummodo in *Die Festivitatis*, non item *in Missis votivis*; *Tempore* autem *Paschali* (omissô Graduali, & Tractu) in ijsdem *Missis votivis* dicendum esse *Alleluja*, *Alleluja*, ac reliqua ùt ibi. Circa Officium verò hujus Festi observandum est 1. Hymnos Horarum terminari versu: *JEsu tibi sit Gloria, qui natus es &c.* 2. ad Primam in Responsorio brevi dicendum: *qui passus es pro Homine.* 3. In eodem Officio faciendam Commemorationem de Feria currente, ac Festo Simplici occurrente cum 9. Lectione de eadem Feria, & ultimo ejus Evangelio in *Missa*, in qua *Gloria*, *Credo*, Tractus, & Sequentia; item Commemoratio Feriæ occurrentis, ac Simplicis unà forsan occurrentis: Præfatio de B.V. *& Te in Transfixione* Col. Alb. Ubi fiunt 2. Missæ Conventuales, Una de Festo, altera de Feria, in 1. dic. *Glor. Cr.* Præf. *& Te in Transfix.* ac ult. Evang. S. Joan. nec in ea fit Commemoratio Feriæ. In 2. verò nec *Glor.* dicitur nec *Credo*: at Præfat. de Cruc. *Benedicamus.* ult. Evang. S. Joan. *Col. Viol.* Quando in diem antecedentem, aut subsequentem hoc Festum *&c*, incidit *Festum Annuntiationis B. M. V.* tunc in 2. aut 1. Vesperis Annuntiationis non est facienda Commemoratio *Festi 7. Dolor.* sed tantùm *Feriæ.* Quando autem incidit in diem 18. Martij (uti contigit 1712.) tunc Vesperæ II. dicendæ sunt integræ de Festo sequenti S. Josephi, cum Commemoratione tamen de Festo præced. & feriæ, necnon ad Hymnum Completorij dicendo: *JEsu tibi sit Glo. &c.*

Ad *Vesperas* Sabbati ante Palmas quod attinet, Vesperæ eôdem proportionaliter modô sunt dicendæ, quô Sabbatô ante Dominicam Passionis proximè præcedente, ùt ibi pluribus declaratum. Idem est de Completorio istius Sabbati.

TITULUS XIX.

De Dominica in Palmis, ac Ferijs Hebdomadæ Majoris.

DOMINICA in PALMIS (Vulgò *Dominica Palmarum* seu *Ramorum*, aut etiam *Florum* dicta, à *Ramis* scilicet *Olivarum*, aut *Palmarum*, vel *aliarum Arborum*, in ea benedici, ac distribui solitis) est *Dominica Major* 1. Classis : adeoque *privilegiata* contra quodcunque Festum 9. Lectionum in ea occurrens; imò non tantùm ipsa, sed tota *Hebdomas Major*, sive *Sancta* [ità dicta ob Sacratissimum Dominicæ Passionis Sacramentum, & varijs insuper alijs Nominibus jam olim compellata, utì apud Gav. To. 1. P. 4. Tit. 7. n. 6. & S. Boussac in Noctib. Theol. Dissert. 2. videre est] & quia simili modo etiam eam subsequens Hebdomas Paschalis est privilegiata, ideo si ab hac Die usque ad Octavam Paschæ inclusivè occurrat aliquod Festum 9. Lectionum, transferri illud debet post Octavam, ut habet Rubric. Propr. hîc : imò non tantùm celebrari non potest in *Dominica Palmarum*, ac tota *Majori Hebdomade* ullum Festum 9. Lectionum, sed nequidem *Missa Votiva Solennis* de Festo occurrente, etiam in *foro* celebri [v. g. de Annuntiatione B. M. V.] in tota Majori Hebdomade dici; idémque etiam est de *Dominica Resurrectionis*, & *Feria II. ac III.* eam subsequente, in quibus pariter nec ullũ aliud Festum, aut Missa de eo Votiva solemnis in gratiam populi, magno numero ad illud concurrentis, celebrari potest, utì constat ex nova Rubrica Gen. Missalis *Tit. 6. n.* 1. posset tamen cantari ejusmodi Missa altera de tali Festo in alijs Ferijs intra Octavam Paschæ. *Rubr. cit.* & Arnaud. *Tr.* 1. *P.* 4. *Tit.* 15 *n.* 4. *De Festis Simplicibus* quoque à Feria V. in Cœna Domini usque ad Feriam tertiam Paschæ inclusivè occurrentibus, nulla fit Commoratio, esto de illis extra modò dictos dies occurrentibus fiat tam hac, quàm sequenti Hebdomade [sine Lectione tamen] regulariter aliqua in Officio, ac Missa Commemoratio. Quid autem Circa *Festa Fori*, tum hâc Dominicâ, tum infra Hebdomadam Majorem, ac sequentem Hebdomadem Paschalem occurrentia, ulteriùs sit observandum, dicetur inferiùs paulò pòst, & P. II. Die 19. & 25. Martij.

Celebratur DOMINICA PALMARUM Officiò Semiduplici 1. Classis

eôdem

eôdem proportionaliter modô ac Ritu, quô Dominica Passionis, ùt in Psalterio, ac propriô Locô. *Col. Viol.* *Ad Asperges* post Psalmum *Miserere* non dicitur *Gloria Patri &c.* sed hôc omissô immediatè repetitur Antiphona : *Asperges me &c.*

Completâ Tertiâ post dictum *Benedicamus* [sine *Fidelium animæ &c.*] fit ante Missam Conventualem more solitô Aspersio Aquæ benedictæ, & post hanc solemnis *Benedictio*, ac *Distributio Ramorum*, quam sequitur *Processio* Solennis Ritu descripto hoc die in Missali Romano, & accuratè declarato à Gav. P. 4. Tit. 7. à n. 7. & à Bauldry P. 4. *Manual. Sacrar. Cæremoniar. c. 6. a.* 2. & 3. additis ijs, quæ habet *P.* 1. *c.* 9. *n.* 18. succinctiùs verò à Gerlaco Vinitore in *Comp. Sac. Rit. P.* 6. *tit.* 6. & Arnaud. tr. 1. P. 4. Tit. 7. qui monent inter alia, ut illi, qui sub *Proces.* à dextris incedunt, dextrâ quoque manu ramos portent; qui verò à sinistris incedunt, eos sinistrâ deferant; Alteram verò manum tam hi, quam illi, pectori admoveant, nisi sustentando Libro Rituali, aut aliô ea occuperur.

Post Processionem celebratur *Missa Principalis*, & *Rami* solùm tenentur in manibus eo Tempore, quô cantatur *Passio*, & *Evangelium* [etiam ultimum] in *Missa solenni*, & quidem à Celebrante, & ejus Ministris in manu sinistra : alij verò omnes tenent eos dextrâ, præter Cantores Passionis, & eorum Acolythos, qui eos nullatenus tenent. *Bauldry P.* 4. *c.* 6. *art.* 3. *n.* 7. *& 13.*

Porrò in *Missa* [etiam *privata*] non dicitur post *Introibo &c.* Psalmus *Judica me DEus &c.* nec *Gloria Patri* ad Introitum, nec ad finem Psalmi *Lavabo &c.* nec *Gloria in excelsis &c.* nec nisi unica Oratio, ùt ibi, etiamsi in Officio facta fuerit ad *Laudes* & *hesternas Vesperas* Commemoratio *Festi Simplicis* occurrentis, utì præscribitur in Rubr. Gener. *Missal. Tit.* 7. *n.* 1. habuimúsque Exemplum annô 1707. in S. Aniceto, de quo fiebat Commemoratio in Laudib. ac 1. Vesperis, non item in Missa Dominicæ Palmarum. Idem est de Oratione ad Tempus alioquin indicta à Superiore Ecclesiastico, v. g. Episcopo; nam & hanc juxta alibi dicta omittere oportet in quacunque Missa hodiernæ Dominicæ. Cùm Celebrans in Miss. priv. & Subdiaconus in Missa solenni dicit in Epistola : *ut in Nomine JEsu omne Genu &c.* ipse, & omnes alij, etiam Celebrans, genuflectunt, usque ad Verbum : *Infernorum* inclusivè. Post Tractum immediatè dicitur *Passio D. N. J. C. secundùm Matthæum*, quæ absolutè incipitur, id est, nec dicendo *munda Cor meum*, nec petendo

Benedi-

Benedictionem, nec dicendo *Dominus Vobiscum*, nec respondendo *Gloria tibi Domine.* In Missa quoque solenni nec Luminaria deferuntur, nec etiam Incensum; denique nec Celebrans [Missam etiam privatam] nec Diaconus, dum pronuntiant: *Passio Domini nostri &c.* Librum signant, aut se ipsos. Quando cantando, aut legendo Passionem pervenitur ad mortem Christi, fit genuflexio utroque Genu, & quidem in Missa solenni à Cantoribus Passionis versus Librum, à Celebrante autem & Ministris super suppedaneum in medio Altaris: quod ipsum secundùm Communem [nostræ saltem Germaniæ] Praxin à celebrantibus observatur etiam in Missis privatis, licèt in his Gerlac. cum Bauldry versus Librum faciendam esse contendat: fitque Pausa spatio Unius *Pater noster* juxta Gavant. To. 1. P. 4. Tit. 9. n. 7. quâ factâ Celebrans, si ipse legat Passionem, surgit, & factâ Cruci debitâ Reverentiâ rediens ad Librum, prosequitur residuum: Ubi verò devenerit ad eam Partem, quæ dicitur in Tono, aut Locô Evangelij, antequam eam legat, redit ad medium Altaris, & inclinatus more consueto dicit *munda Cor meum*, & : *Jube Domine Benedicere &c.* quibus dictis redux ad Librum in Cornu Evangelij, & nec Librum, nec se ipsum signans, nec dicens *Dominus Vobiscum*, reliqua absolvit, osculando in fine Librum, dicendóque : per *Evangelica Dicta &c.* ad quod Minister respondet : *Laus tibi Christe.* In Missa autem solenni, in qua Passio non decantatur à Celebrante saltem solo, sed ab ejus Ministris [3. v. g Diaconis, in eodem, vel, ad majorem commoditatem, in tribus, sed nudis Pulpitis, ad Cornu Evangelij collocatis] non tantùm petitur Benedictio à Diacono ultimam Passionis Partem in Tono Evangelij decantaturo, reliquáque prædicta observantur, sed etiam defertur Incensum [attamen sine Luminaribus] & incensatur Liber. Dum etiam Passio in ejusmodi Missa solenni dictô modô canitur à Diaconis, ipse Celebrans eam submissè legit in Cornu Epistolæ, Ministris ad latus ejus stantibus, ut in Introitu Missæ, & ubi pervenit ad mortem Christi, non genuflectit, sed totam absolvit stando : addit Vinitor, Celebrantem non flectere, nisi simul cum Cantoribus. Porrò Diaconi Passionem Cantantes singuli debent esse induti Amictu, Albâ, Cingulô, Stolâ Diaconali Violaceâ, nec non Manipulô similis coloris, ac procedere de Sacristia hoc ordine, ut is, qui *Evangelistam* refert, Librum deferat ante pectus, & sit primus, eum sequatur ille, qui *Turbam*, & hunc is, qui Christum re-

præsen-

præsentat: factis autem debitis Reverentijs Altari, accedere ad cantandum, medium locum relinquentes agenti Personam Christi, & dexteram Evangelistæ. Quòd si Celebrans cantet Passionem, cantabit illam in Cornu Evangelij, & non Epistolæ. Notæ illæ: ✠. C. S. quibus in Missali discriminantur Textus cujuslibet Passionis, denotant, quid à quolibet Diacono [si à pluribus decantetur] sit decantandum: Nam ✠ denotat *Christum*, C. *Chronistam*, seu *Evangelistam*. S. *Synagogam*; vel [ut alij exponunt] ✠ *Christum*, C. *Cantorem*, S. *Succentorem*, seu *Subcantorem*.

Atque prædicta omnia etiam alijs Diebus, in quibus legitur Passio, sunt observanda, præterquam in Paraseeve, in qua ante id, quod ultimò legitur in Tono ac Locô Evangelij, dicitur quidem *Munda Cor meum*, ùt alijs diebus, non tamen petitur Benedictio, nec deferuntur Luminaria, neque Incensum, nec denique Celebrans in fine osculatur Librum. In Missis privatis non extinguuntur Lumina in Altari, dum legitur Passio: & tam in ijsdem, quàm Missa solenni dic. hodie *Credo* [sine *Gloria*] ac Præf. de S. Cruce. In fin. *Benedicamus*, & in *Missis privatis* [imò & *Missa solenni*, ubi *non benedicuntur* Rami] ultimum Evangel. *Cùm appropinquasset JEsus &c.* ex Benedictione Palmar. at verò in fine *Missæ solennis*, ubi *benedicuntur Rami*, dicitur in fine Evang. S. Joan. *Col. Viol.* In Altari, ad quod *benedicuntur* Rami [hodie aliquanto remissiùs parando] juxta Bauldryum ponendi sunt locô *florum* inter 6. Candelabra *Rami Palmarum*, aut *aliarum Arborum*, aurô, vel argentô ornati.

Ad *Vesperas* Antiphona, & Psalmus *Dixit Dominus*, cum reliquis de Dominica. Capitulum, ùt in Laudib. ac 1. Vesperis. Hymnus [*Vexilla Regis &c.*] & Versus [*Eripe me Domine ab Homine malo*] ex ijsdem 1. Vesperis. Antiph. ad *Magnificat* propr. Si cras occurrat *Festum Simplex*, fit de eo in hod. Vesper. Commemoratio. Ad Completor. in Responsor. brev. omittitur *Gloria Patri*. Col. Viol. Non fieri hac quoque Hebd. in Laudib. ac Vesper. Commemorationem de S. Cruce, nec alias Communes; sed tantùm dici consuetas Preces ad *Primam*, & *Completorium*, nec non [in feriali Officio] ad reliquas quoque Horas, constat ex Dictis Hebd. præcedente.

Hodie ex Decreto Eugenij IV. *incipit Tempus Communionis Paschalis, & durat usque ad Dominicam in Albis inclusivè, ubi alia non est Locorum Consuetudo*: qua de re erudita, ac admodùm practica vide apud

P. Georg. Gobat in Alphab. Communic. seu Tr. 4. à n. 32.

Infra hanc quoque, & sequentem Hebdomadam non possunt dici Missæ Votivæ privatæ, etiam de Requiem, etiam præsente Corpore. An autem, & quando infra utramque eam Hebd. dici possit *Missa Votiva solennis*, dictum est suprà initiô hujus Tit.

Feriâ II. III. & IV. infra Major. Hebdomadem *Officium*, & *Missa* eô proportionaliter modô dicuntur, quô infra Hebdomadam Passionis, nisì quod ad *Laudes* & per *Horas* propriæ habeantur Antiphonæ, cuilibet dictarum Feriarum in Proprio de Tempore assignatæ; quódque infra hanc Hebd. nec *Fer. II.* dicatur *Officium Defunctorum*; nec Feriâ IV. *Psalmi Graduales.*; nec Fer. VI. *Psal. Pœnit.* Ijsdem 3. Ferijs peculiaria quoque sunt Seqq.

1. Feriâ III. dicitur in Missa [ad Normam præcedentis Dominicæ] *Passio secundùm Marcum*, & in fin. Evang. S. Joan.

2. Feriâ IV. Ad Primam legitur Martyrologium perinde, ac alijs diebus, pro sequenti die, nisì quòd primô locô, hoc est, ante Festa, annuntietur *Cœna Domini.* In Missa hujus ejusdem Feriæ ad Verba illa Introitûs: *In Nomine JEsu &c* non genuflectitur à Celebrante. In ead. Missa post *Kyrie eleison* dic. *Oremus, flectamus genua &c.* cùm duplici Lectione, ac post *Tractum* posterioris *Passio D. N. J. C. secundùm Lucam.* Reliqua, ùt heri. Ubi desunt, consecrantur hodie *parvæ Hostiæ* pro cras Communicaturis &c.

Si cras occurrat Festum Simplex, tunc, quia cras de eo ne quidem Commemoratio fieri potest [cùm à Feria V. in Cœna Domini usque ad Fer. III. Paschæ inclusivè nulla fiat juxta Rubric. suprà cit. Festorum trium Lectionum Commemoratio] eapropter nulla etiam fit de eo Commemoratio in Vesperis hodiernæ Feriæ IV. præcedentis, ùtì expresè dicitur Rubric. Gener. XI. n. 10. Habuimúsque Exemplum hôc annô 1710. in S. Aniceto Pap. & Mart. cujus Festum [*Simplex*, seu 3 *Lectionum*] quia occurrit ipsâ Feriâ V. in Cœna Domini Festi Simplicis Commemorationem excludente, ideo nec in Vesperis Feriæ IV. præcedentis fieri potuit de eo Commemoratio.

TITU-

TITULUS XX.

De Ultimo Triduo Majoris Hebdomadæ, & imprimis de Matutinis Tenebrarum, sub Vesperum Feriæ IV. V. ac VI. Sanctæ illius Hebdomadæ decantandis.

QUoniam Feriâ IV. Majoris Hebdomadæ sub Vesperum [hoc est dictô in Choro Completoriô, ac Antiphonâ de B. M.] in *minoribus* juxtà, ac *Majoribus Ecclesijs* post prævium Campanarum pulsum decantatur Officium Matutinale pro sequenti die [quod Vulgus, imò & Rubriciſtæ *Matutinas Tenebrarum* appellant] ideo ex Præscripto Cæremonial. Episc. L. 2. c. 22. paranda est hoc die pro Matutinis illis Tenebrarum Ecclesia, ùt in Dominica præcedente, attamen aliquantò parciùs, seu remissiùs, sine floribus nimirum, aut Imaginibus ad Altare: in quo si asservetur alioqui Venerabile Sacramentum, transferendum id erit hora ante Matutinas competente in aliquod Sacellum, Velis seu pannis, non tamen nigris, decenter exornatum, ibique cum Luminibus, & accensis Lampadibus, quæ nunquam extingui debent, interea asservandum.

Porrò *Altare Templi*, ad quod *Matutinæ* decantantur, hac & seq. Feriâ ornatum esse eo Tempore debet *Paramentis Violaceis*, prout Diebus Dominicis per Quadragesi. ac super illud collocari 6. Candelabra ex Materia obscura, cum totidem Cereis, è Cera Communi, seu flava.

A Latere Epistolæ in Plano Presbyterij [h. e. Chori, olim *Laicis*, fœminis præsertim, inaccessibilis] ponendum Candelabrum ligneum triangulare, accommodatum ad sustinendos 15. Cereos integros, itidem Ceræ Communis, seu flavæ, non minores 2. vel 3. Uncijs, & quotidie hôc triduô, si fieri queat, renovandos.

Quia *Matutinæ*, sub Vesperum Feriæ IV. Major. Hebd. celebrari solitæ, spectant ad sequentem Diem, quæ solemnis est, ratione *Cœnæ Dominicæ*, ideo quamvis *Officium* ipsum ratione *Dominicæ Passionis*, quæ præcipuè recolitur, sit *luctuosum*, Campanarum tamen sonitus festivus esse debet usque ad *Gloria in Excelsis* sequentis Diei, ùt vult Bauldry.

Horâ igitur Competenti [scilicet mediâ inter meridiem, & solis occasum] incipiunt pulsari Campanæ,

panæ, ùt circa Solis occasum terminentur *Matutinæ*.

Antequam eæ inchoentur, accenduntur suprà dictæ 15. Candelæ, & sex Cerei Altaris, simúlque parantur unum, vel duo Operculà, quibus suo tempore, per unum aut plures Ministros, ad id deputatos, extinguantur.

Quid porrò non modò in *decantandis Matutinis* Tenebrarum Feriæ IV. V. ac VI. Majoris Hebdomadæ, sed etiam universim ultimò illius Sacræ Hebdomadæ Triduò in Ecclesijs tam Majoribus, quàm minoribus in Choro sit observandum, accuratè exequitur Michaël Bauldry Manual. Sacrar. Cæremoniar. P. 4. c. 8. & Seqq. & post eum ac Arnaudum suprà cit. Gerlacus Vinitor P. 6. à Tit 7. quos consule; utì & Libros ac Libellos, totum *Officium Hebdomadæ Sanctæ*, & *Paschalis*, unà cum Rubricis, aut etiam Notis musicis separatim impressum, continentes: *Mysticas* verò *Expositiones* Cæremoniarum, non modò in *Officijs* ac *Missis* sacræ hujus Hebdomadæ, sed etiam in reliquis per annum *Officijs Divinis*, ac *Missis* quotidie intervenientium, vide apud Gav. in Thesaur. Sacr. Rit Tom I. & II. ac fusiùs apud Guil. Durandum in Rationali Divinor. Officior. Joan. Beleth, & Joan. Stephan. Durantum in Libr. de Ritib Eccl. Cathol. &c.

Quid autem in privata non modò *Matutini* ac *Laudum*, sed etiam reliquarumHorarum Recitatione, atque etiam aliàs Seqq. 3. diebus sit Observandum, dicetur §. §. Seqq. sit igitur

§. I.

De Feria V. in Cœna Domini.

HAc Die (utpote, Teste Bauldryo, Solennissimâ) Altare majus, seu illud, in quo hodie *celebrabitur*, parandum est pretiosioribus *Ornamentis albis*, ità tamen, ut ad subsequentem *Denudationem* Altarium facilè removeri possint; Crux quoque in eo posita durante *Missa*, atque etiam dum canitur *Nona*, velata esse debet Velò *Coloris albi*; Idem est de Cruce illius Altaris, coram quo fit *Mandatum*, seu Pedum Lotio, quæ pariter tecta esse debet velò albò. Reliqua verò Altaria omnia (exceptò illò, quod est in Loco,

pro

pro asservatione Vener. Sacramenti deputato) parata remanent ornamentis Coloris Violacei. Simili modo *Cruces in ijs positæ*, uti & *Crux Processionalis*, hoc est ea, quam Subdiaconus in hodierna Processione portabit, obvelatæ esse, ac remanere debent velis *violacei Coloris* : ut tamen prædicta Altaria post Vesperas faciliùs denudari possint, de eorundem Tobaleis removendæ erunt antecedenter aciculæ, seu spinulæ.

Præter *Altare* & *Locum*, in quo hodie celebratur Missa Principalis, parandus insuper est quidam *alius locus*, (qui quidem ex Decreto Sac. Congr. super Negotia Episcopor. 6. Aug. 1591. deberet esse intra Ecclesiam) à priori illo distinctus, isque velis pretiosis (nequaquam tamen nigris) nec non Luminibus, floribus, ac Thymiamaterijs, quoad fieri potest, est exornandus, ità, ut, quod ibi appareat, *Solemnitatem*, ac *Splendorem*, non verò *luctum*, aut *tristitiam* ullô modô demonstret : quia hic Locus, ut notat Gavantus, non est *Sepulchrum Defuncti*, sed Regia Christi Viventis, utpote qui verè vivit & regnat Triumphator Mortis, etiam in Repræsentatione suæ Necis, ac Mortis : Unde & Crux in Loci hujus Altari posita velata esse debet velô *albi Coloris*; necnon perinde, ac in Ara principe, collocari in eodem 6. Candel, pulchrè elaborata cum totidem Gereis Ceræ albo non tamen Reliq. Sanct. neq. Imag.

Ad Officii Divini per hoc Triduum Recitationem quod attinet, Hodie ac Seqq. 2. Diebus, dictô Secretò *Pater noster*, ac *Ave Maria*, nec non ad Matutinum, & in Principio Primæ *Credo*, omnibus alijs prætermissis, absolutè incipitur, ac dicitur *Officium* ùt in Proprio de Tempore, & ad *Matutinum* quidem, *Laudes*, ac *Vesperas*, id inchoatur ab Antiphonæ primi Psalmi, in jisque Antiphonæ perinde, ac in Festo Duplici, duplicantur; cùm revera fiat *Officium Duplex*, & quidem 1. *Classis* hôc triduô.

In fine Psalmorum non dicitur *Gloria Patri* in ulla Hora, nec etiam in Responsorijs post Lectiones Nocturnor. Ad *Matutinum*, ac *Laudes Tenebrarum* in fine cujuslibet Psalmi extinguitur una ex 15. Candelis, positis in Candelabro triangulari, eô locô ante Altare in Cornu Epistolæ collocando, quô Subdiaconus consistere eo Tempore solet, quô Celebrans Introitum Missæ dicit : primô autem locô extinguitur ea, quæ est ultima in Latere Evangelij, deinde ab alio Latere, & sic successivè etiam reliquæ. *Cæremonial. Episc.* ac *Ord. Roman.*

Post Versiculos Nocturnorum dicitur secretò *Pater noster &c.* nec

in fine pronuntiatur : *& ne nos &c.* nec dicitur *Absolutio*, nec petuntur, aut dantur *Benedictiones* ante *Lectiones* : in *harum* quoque fine non dicitur : *Tu autem &c.* primæ tamen 3. Lectiones, desumptæ ex Threnis seu Lamentationibus Jeremiæ, terminantur per Verba illa : *Jerusalem, Jerusalem &c.* debéntque Litteræ Hebraici Alphabeti, singulis Threnorum Versibus præfixæ, etiam ab eo dici, qui legit eas Lectiones.

Ad *Laudes* omnia, ut in propr. Loco : in ijs *Capitulum*, & *Hymnus* non dicuntur. Versus, & *Antiphona* verò ad *Benedictus*, ùt ibi. Cùm repetitur *Antiphona* post *Benedictus*, suprema illa Candelabri triangularis Candela, quæ omnibus alijs ante *Benedictus* circa eam extinctis, & cæteris quoque sex, in Altari collocatis, sub decantato in Choro *Benedictus* pariter, ùt ibi, alternatim extinctis (incipiendo à Versu : *ut sine timore*) sola remansit inextincta, accipitur de summitate Candelabri illius triangularis, & absconditur in Cornu Epistolæ retro Altare, aut aliô modô, ut lumen nullo modo appareat, ibique accensa tenetur, aut manet, usque dum absolutô Officiô rursus ostendatur : extinctâ autem sub ultimo Versu Cantici *Benedictus*, ultimâ Altaris Candelâ similiter extinguuntur etiam reliqua *Luminaria*, ac *Lampades* per Ecclesiam. Post repetitam verò post *Benedictus* prædictam Antiphonam, dicitur Versus : *Christus factus est pro nobis obediens usque ad Mortem &c.* ùt ibi, omnibus, quamprimùm is incipitur, genua flectentibus : eô finitô dicitur *Pater noster* totum sub silentio : Postea Psalmus *Miserere*, aliquantulùm altiùs : quô absolutô, ab Officiatore (qui manet genuflexus) fine *Oremus* dicitur simili Voce Oratio : *Respice quæsumus Domine &c.* & sic terminantur hoc Triduo omnes Horæ, etiam *Matutinum*, si ex causa *à Laudibus* separetur : Quæ posteriores si decantantur in Choro, finita prædicta Oratione modestè aliquantulum fit *fragor* ac *strepitus* (significans vel Tenebras in Christi morte cum Terræmotu, vel Concrepationem Judæ, & Tumultum Cohortis ex mente Durandi) quò usque scilicet Minister Candelam, à se tantisper absconditam, ac etiamnum ardentem mox rursum proferens de sub Altari in summitate triangularis Candelabri reposuerit : tum enimverò omnes surgunt, & in silentio discedunt. Porrò *occultata Candela*, & rursus *ostensa Populo* [ut fragor cesset] vel signat Virginem Matrem, in qua super Apostolos fides excelluit; vel denotat ipsum Christum, mox redivivum futurum, ut vult Amalarius; vel fidem Ecclesiæ eo Tempore occultatam, ùt

Duran-

Durandus in Rat. apud Gav. exponit. Quia verò nulla vel in Rubricis, vel in Gavanto fit exceptio, ideo cenſet Piſartus in Direct. Can. c. 6. Propr. de Temp. quòd etiam Lampas ante Venerabile extingui debeat, quæ tamen poſt factum fragorem ſit reaccendenda, priusquàm ultima Candela extinguatur.

Prima, Tertia, Sexta & Nona (hôc Triduô in Choro Voce demiſsâ juxta propr. Rubric. recitandæ) dictis *Pater noſter*, *Ave Maria*, & ad Primam *Credo*, inchoantur à Pſalmis conſuetis (qui ad Primam ſunt, ùt in Feſtis per annum) iísque finitis dicitur flexis genibus Verſus : *Chriſtus factus eſt pro nobis &c*, utì in Laudibus currentis Diei, & dicto ſecretò *Pater noſter* Pſalmus *Miſerere*, eóque finito ſine *Oremus* Oratio : *Reſpice, quæſumus &c.* utì ibidem, at ſine fragore.

Totô hôc Triduô non annuntiatur aliquid de Martyrologio, nec dicitur *Pretioſa*, nec aliquid aliud ultra prædicta. Tam ad Horas *minores*, quàm *Veſperas* accenduntur hodie Cerei Altaris : ſub *Nocturnis* ac Laudibus pariter quidem totô hoc Triduô accenduntur, at extinguuntur, dum cantatur *Benedictus*, ùt ſuprà.

Ad Missam Feriæ V. In Cœna Domini quod atinet, *Miſſæ privatæ* [inquit Bauldry] *dici non debent regulariter hoc die, nisì ex neceſſitate, ídque Tempore adeò congruo, & convenienti, ut Populus non diſtrahatur ab Officijs Divinis, & cum Licentia Superioris* : imò verò extat Decretum Sac. Rit. Congr. de anno 1608. 17. Sept. quô omnes de Clero, etiam Canonici, Euchariſtiam ſumere de manu Celebrantis Feriâ V. in Cœna Domini juxta morem Univerſalis Eccleſiæ jubentur; ídque conformiter Canoni Soteris *in Cœna diſt. 2. de Conſecr.* ac in memoriam, quòd Chriſtus Dominus hac die manu propria omnes Apoſtolos Communicavit : quod tamen Decretum non omni in Loco æqualiter receptum eſſe ipſa Experientia ac Praxis docere videntur. Videri poſſunt Jo. Azor *L.* 10. *c.* 24. *q.* 5. Franc. Suarez *To. P.* 3. *D.* 40. *S.* 2. necnon Sotus, Navarrus, & Gob. Tr. 4. à. n. 46. & Tr. 3. n. 219. Rectè etiam addidit Bauldryus ſuo Pronuntiato particulam : *regulariter*; nam incidere poteſt Caſus, quo *Miſſæ privatæ* ſolito plures (ante finitam tamen *Miſſam ſolennem*, & ante *inchoatas* Diei illius *Veſperas*) non modò poſſunt, ſed etiam debent dici hac Die, ut cùm *Feſtum S. Joſephi* incidit in Feriam V. in Cœna Domini, prout incidebat anno 1693. Quem Caſum prævidens Sacr. Rit. Congr. anno 1692. 13. Septembr. edidit Decretum Generale, quô ſtatuit : In tali Occurrentia *Officium*

ficium de S. Josepho *transferendum* quidem esse ad aliam diem juxta Rubricas Breviarij Romani, & Decreta ipsius Congregationis, attamen *Præceptum audiendi Missam*, & *vacandi ab Operibus Servilibus*, non esse *transferendum*, sed *servandum* omnino in *prædicta Feriâ V. majoris Hebdomadæ*, ac eapropter per Ordinarios Locorum accuratè providendum, ut eo die aliquæ *Missæ privatæ* (verumtamen ante Celebrationem solitæ Missæ Conventualis celebrandæ) non desint quidem pro *Præcepti adimplemento*, haud tamen propterea antiquus mos Cleri (in Missa solenni ejus diei, quô Ecclesia Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti Institutionem, & Memoriam recolit, more laico communicare soliti) summa Religione hactenus retentus, ullatenus omittatur. Quod ipsum observandum erit, si Festum Annuntiationis B. M. V. occurrerit in prædictâ Feriâ V. aut aliquod aliud *Festum fori* in aliqua Diœcesi. Comunicare autem debent Presbyteri ex *Concil. Braccar. 3. cap. 3.* cum Stola de collo pendente, & Sacerdotes quidem ac Levitæ ante Altare intra ipsum Presbyterium, Populus verò extra Presbyterium, seu Chorum *ex Concil. Tol. 4. c. 17.* (ùt citat Dominic. Macrus) *&c* Quod tamen ultimum hodie multis in Locis non ampliùs est in usu. Si quoque sine Stola Presbyter more Laico Communicet, non delinquere illum mortaliter, absente Scandalô & Contemptu, tradunt D. D. apud Bonac. *D. 4. q. 6. p. 2. Propr. 2.* An in *Cœna Domini*, aut *Paraseeve* alicubi, aut aliquando bis liceat eidem Parocho Celebrare, discutit Gob. Tr. 3. à. n. 187.

Missa. Solennis, quantùm fieri potest, cantanda est hodie à Superiore Loci: Cui Ministri in Dalmaticis & Tunicellis perinde ac in Missa solenni festiva, assistere debent ibi, ubi adhibentur: quia & hæc est Missa solennis, & festiva. *Arnaud. Tr. 1. P. 4. Tit. 8. n. 1.*

In Principio *Missæ* (sive solenniter dicatur, sive non solenniter) omittitur hodie quoque post *Introibo* Psalmus: *Judica me DEus &c.* & *Gloria Patri* ad Introitum, & ad finem Psalmi *Lavabo.* Dicitur tamen *Gloria in excelsis* (à cujus initio usque ad finem pulsantur Tintinnabula, &, usque dum totum à Musicis fuerit decantatum, etiam Campanæ, & Organa, quæ Tintinnabula postea silent, adhibitis eorum locô Instrumentis seu Crepitaculis ligneis usque ad *Gloria in Excelsis* in Sabbato Sancto) item *Credo*, ac Oratio Unica. Præfatio de S. Cruce; *Communicantes* autem, ac *Hanc igitur*: & : *Qui pridie* propria, ùt ibi. Non datur Pax (in Detestationem Osculi Judæ) dici-

dicitur tamen de More : *Dona nobis Pacem*,

Porrò in hac Missa duas hodie ad minimum Hostias Majores Celebrans offert ac consecrat, *unam* nempe pro hodierno suo Sacrificio, unà cum toto Sacro Sanguine in eo absumendam; *Alteram* verò pro die subsequente, quò non *conficit*, sed tantùm *sumit* [sub una solùm specie] Sacramentum jam pridie confectum : quòd si alicubi sit moris, uti est in hac nostra Superiore Germania, ut in eleganter constructo Cenotaphio Die Paraskeves ac Sabbati Sancti exponatur Venerabile Sacramentum in Hierotheca [quam vulgò *Monstrantiam*, seu *Ostensorium* appellamus] tunc in tali Loco etiam *tertia* Hostia Major, si aliqua jam antecedenter consecrata non adsit, in hodierna Missa erit offerenda ac consecranda, uti & *Hostiæ minores* tot, quot pro hodie Communicaturis, aut etiam pro Infirmis hoc triduo Communicandis, sufficient : cum hoc tamen discrimine, quòd Hostiæ illæ majores [seu duæ tantùm sint, seu tres] super eandem patenam sint offerendæ; at verò minores Sacræ Pyxidi, vulgò *Ciborium* dictæ, alteríve simili Thecæ Eucharisticæ [remotò Tempore oblationis operculò] super ipsum Corporale prope Calicem, collocandæ, imponi debeant, ac Unà cum majoribus, intentione ad eas directâ, *offerri*, attamen absque ejusmodi Thecæ, etiam oblationis Tempore, interveniente Elevatione : factâ tam majorũ, quàm minorum Hostiarum Oblatione, Minorum Pyxis inter Calicem & Secretarum Tabulam, Si spatium patitur, à Celebrante est collocanda; Majorem verò in crastinum reservandam [seu Una sit, seu duplex &c.] in parte dextra Corporalis è regione illius Hostiæ, quam hodie sumet, collocabit; nec tamen cum hac posteriore, aut illam, aut ullam aliam elevabit post factam illarum Consecrationem. Quamvis in hodierna Missa solenni non detur Pax [ex causa suprà indicata] nihilominus tamen ad tertium *Agnus DEI* dicitur pro more *Dona nobis Pacem*. In eadem Missa Solenni Celebrans ante Ablutionem digitorum reverenter ponit Hostiam reservatam in alio Calice, sub Sacri Sanguinis sumptione, cum Patena, Palla, ac Velo parvò, eóque albò, à Diacono ad se allato, quem Diaconus primùm Pallâ, deinde patenâ cooperit, & expanso desuper prædictò velò in medio Altaris collocat, positò priùs post Sacri Sanguinis sumptionem *Calice* altero *Missæ* in parte Evangelij super idem Corporale, Choro interim *Communionem* cantante; quâ absolutâ Celebrans, post factam in medio genuflexionem, retrahit se aliquan-

quantulùm ad latus Evangelij cum Subdiacono : Deinde Diaconus, profundè inclinatus in Cornu Epistolæ facit Confessionem, & quidem [saltem in Majoribus Ecclesijs] altâ & clarâ voce, cum Cantu, & in Tono, qui notatur in fine Cæremonialis Episcopor. vel aliàs secundùm Locorum consuetudinem. Post hæc Celebrans in Cornu Evangelij dat pro more Communicaturis absolutionem, eáque data, & dicto *Ecce agnus DEI &c.* communicat primò Diaconum & Subdiaconum, tum Sacerdotes, habentes stolam albam, vel pendentem à collo, vel ad modum Crucis ante pectus dispositam [nam utrumvis 1679. 30. Septembr. declarâsse fertur Sac. Rit. Congregatio] deinde alios Clericos secundùm Ordinem sui Gradus ad Altare accedentes [duobus Acolythis ante illud genuflexis, ac facie ad se invicem Versa linteum mundum extensum ambabus manibus per 4. angulos, velut jacens, durante Sola Communione sustentantibus] ac denique ad Cancellos, linteô instratos, utriusque Sexus Laicos, incipiendo à Latere Epistolæ, curandóque ut omnia tum à se, tum à Ministris tam in hoc Actu, quàm etiam deinceps in Sequentibus peragantur eô Ritu, ac Modo, qui à Bauldryo P. 3. c. 11. a. 10. & P. 4. c. 9. a. 2. à n. 9. nec non à P. Hippolyto à Portu Vicentino in præstanti ac recèns edito opere Liturgico-morali de Cultu DEI & Hominum P. 3. c. 1. per 3. artic. Aliisque fusè declaratur.

Finita prædictorum omnium Communione, Celebrans ad Altare reversus infusô in Calicem Vinô Purificationem, ac deinde Ablutionem digitorum sumit, non extra Gradus Altaris, sed solitô locô, observatis tamen debitis genuflexionibus ob præsentiam in Ara SS. Sacramenti : hôc factô Subdiaconus *Calicem Missæ* eô modô extergit, quô in Missa solenni, illúmque sine Velo tectum reportat ad Credentiam, facta priùs ab ipso quoque in medio genuflexione : Celebrans autem ibi ad Cornu Epistolæ accedens dicit Communionem, &, post dictum in medio *Dominus Vobiscum*, etiam Postcommunionem : Quotiescunque autem Celebrans (idem est de Ministris) accedit, vel recedit à medio Altaris, vel transit ante Sacramentum in Calice reservatum, profundam facit genuflexionem in reverentiam SS. Sacramenti, licèt in calice lateat, & sub Velô; cúmque (osculato priùs Altari, ac facta genuflexione) dicturus est *Dominus Vobiscum* non vertit se ad Populum in medio Altaris (nè Sacramento terga Vertat) Sed à Latere Evang. *Rubr. hîc.* quæ omnia etiam obser-

van-

vantur ad *Ite Missa est* (quod dicitur in hodierna Missa) & cùm daturus est Benedictionem, dictô scilicet *Omnipotens DEus* genuflectendo, & in Latere Evangelij eam impertiendo (ut rursum monet hîc Rubr.) non perficiendo Circulum, neque redeundo iterum in medium, sed statim se convertendo ad idem Latus Versùs Altare, ut pariter hîc contra Gav. Castald. & Arnaud. ex eo probat P. Hipp. à Portu, quòd reditus ille foret inutilis ; cùm possit accedere ad Cornu Evangelij ex eo loco, in quo dat Benedictionem, & defacto in Missa coram venerabili Gavantus *ipse*, Arnaudus, & alij Doctores excludunt talem reditum : quænam ergo (inquit P. à Portu) disparitas ?

Ad *Benedictionem* Ministri omnes genuflectunt, ut in Missa solenni, & se signant ad Initium Evangelij S. Joannis cum Celebrante, qui propter Reverentiam SS. Sacramenti non signat Altare (quia, ibi, ut notat Gav. infrà citandus, immediatè adest Auctor Benedictionum) sed tantùm se ipsum, nisi dictum Evangelium fortè legat ex Tabella, aut Libro ; tunc enim priùs etiam Librum vel Tabellam signat. Ubi demum ad illa Evangelij Verba : *& Verbum Caro factum est* pervenerit, genuflectit Celebrans (& cum eo etiam Ministri) non nihil Versus Sacramentum. Gavant. P. 4. Tit. 8. n. 8. Quæ omnia (NB) etiam in alijs Missis, coram SS. Venerabili Celebratis suô modô sunt observanda.

Communione ac *Missa* solenni prædictum in modum absolutâ, ordinatur ac instituitur Processio pro deferendo ad Locum paratum (qui deberet esse, per se loquendo, intra Ecclesiam, id est, in aliqua hujus Capella, seu Sacello) SS. Sacramento : instituitur autem eô modô ac Ritu, qui ad hunc diem describitur in *Missali Romano*, fusè verò, ac admodum practicè post Gavantum, Loc. cit. n. 9. & Cæremoniale Episcopor. L. 2. c. 23. exponitur à Bauldryo P. 4. c. 9. art. 3. Gerlac. Vinit. P. 6. Tit. 8. à n. 14. & P. Hippolyto à Portu Vicentino in Tract. Rubricistico cit. P. 3. c. 1. a. 3. Inter alia autem Notanda sunt nominatim Seqq. 1. non modò Velum parvum, quô tectus esse debet Calix, in quo deportatur Venerabile Sacramentum, oportet esse *Album*, sed etiam illud Velum oblongum, quô tegendi sunt humeri Celebrantis, hodie deportaturi, & cras reportaturi idem SS. Venerabile, hodie quidem in *Pluviali albo* sine manipulo (Diacono & Subdiacono similis Coloris Paramenta, sibi propria, itidem sine manip. proprio, gestantibus) cras autem in *Casula Coloris ni-*

vis nigri, cum manipulo. 2. Is, qui præfert Crucem (sive sit Subdiaconus, sive Alius) uti & duo Ceroferarij, neque cùm ab Altari discedit Processio, neque, cùm ad locum paratum ea pervenerit, genuflectunt cum alijs, sed semper in Loco congruo subsistunt, quasi immobiles. *Crux* autem illa *Processionalis* (à Subdiacono parato, id est induto Amictu, Albâ, Cingulô, & Tunicellâ Albi Coloris, sinè manipulo, ac diverso ab eo, qui Officiatori unà cum Diacono in Missa & Processione assistit, juxta Rubr. Missal. deferenda) debet esse tecta *Velô Violacei Coloris*, ut loc. cit. monet Gavantus, & teste eodem, habet mos Romanus, quem quia etiam Bauldry P. 4. c. 5. n. 6. & c. 9. a. 1. n. 1. non modò ex Gavanto referre, sed etiam approbare videtur, vero similiter per errorem typi num. 7. ejusdem articuli Voci *Violaceo* Substituta est Vox *albo*. 3. Qui Comitantur hanc Processionem debent gestare Intortitia, aut saltem Candelas accensas, & illi quidem, qui à dextris incedunt, debent eas manu dextrâ deferre, manu verò sinistrâ ij, qui à sinistris, ad æqualem utrinque altitudinem elevatas, gestare; alteram verò manum tam hi, quàm illi vel admotam pectori tenere, vel deferendo Libro Rituali, aut precatoriô pariter occupare. 4. Quia in ijs Processionibus, in quibus defertur aut circumfertur Venerabile Sacramentum, *Locus dignior* censetur Is, qui vicinior est Venerabili Sacramento, ideo inter Incedentes *ante* Venerabile servatur hic Ordo, ut, qui sunt juniores in aliquò Corpore seu Collegio, incedant ante seniores, &, si per angustiorem locum sit transeundum, junior præcedat, senior subsequatur, statimque dum angustiam loci transierint, eôdem modô, quô priùs, se jungant : Inter Incedentes verò *post* Venerabile oppositus servatur Ordo, ut scilicet seniores seu digniores incedant ante Juniores seu minùs dignos, & si, per angustiam loci sit transeundum, Senior seu dignior præcedat juniorem, seu minùs dignum : Ubi autem Procedentium dispar fuerit numerus, duo *ultimi* medium habebunt seniorem, qui etiam poterit solus, maximè si fuerit Prælatus, aut loci superior, post alios incedere, siquidem sit in Agmine illorum, qui incedunt ante Venerabile : solent autem in Processionibus hujusmodi (in *Majoribus* saltem *Ecclesijs*) Clerici tam Regulares, quàm Sæculares (suo quilibet Ordine ac loco, pari passu, ac æquali inter se servata distantia) ante Venerabile incedere, post Venerabile verò seu Umbellam [vulgò Baldachinum] Loci Princeps, seu Prælatus, si tales adsint, aut certè

certè Magistratus cum suis Civibus, quos inter primum locum obtinet ejus Caput, aut Gubernatores : incedunt autem omnes [& quidem ij, qui Prælati non sunt, bini & bini] detectis capitibus devotè Orantes, ac cum Intortitijs, seu facibus accensis, quæ sicuti ante Elevationem Sacramenti sunt accendendæ, ità non antè etiam extinguendæ, quàm Sacramentum depositum fuerit in eo Tabernaculo, in quo cum minorum quoque Hostiarum particulis, seu formulis [illuc ut infrà deferendis] usque in crastinum asservabitur : id autem Tabernaculum eô modô debet esse conformatum, quô à Bauldryo P. 4. c. 9. a. 1. n. 4. Editionis novæ describitur; ejúsque clavis ex Decreto S. R. C. de anno 1616. 30. Jan. nequaquam Homini laico, quantumvis nobili, concedenda, sed ei potiùs est tradenda, qui Sequenti die est Celebraturus. 5. Non est danda Benedictio cum Venerabili, utì Locô suprà cit. n. 9. lit. S. insinuat Gavantus; & quoniam ex Decreto Sac. Congr. Super Negotia Episcopor. die 6. Aug. 1591. nec hodierna, nec crastina Processio cum Venerabili Sacramento instituenda est *extra Ecclesiam* [utpotè intra quam supponitur existere locus paratus pro eo asservando] ut alioquin interdum extra eam instituitur, v. g. in die Theophoriæ &c. nec Venerabile defertur in Vase diaphanô [vulgò *Monstrantiâ*] sed calice penitùs cooperto, ideo nec è Ritu, nec mente Ecclesiæ videtur esse, ut etiam per ipsum Templum eô modô circumferatur, quô alicubi circumfertur in Triduo antecinerali sub finem comprecationis 40. horarum, sed juxta Rubricam Missalis rectà hodie procedendum ad locum seu Sacellum, in quo asservandum est hôc triduô SS. Sacramentum, & cras similiter rectà inde procedendum cum Eodem per Templum ad Altare hodiernarum ac crastinarum functionum : imò P. Hippolytus à Portu Vicent. hîc n. 13. vult, nec *Instrumentum ligneum* pulsandum esse *in hac Processione*, citans pro se Bauldryum *hîc c. 9. art. 2. n. 3.* verùm Bauldry ibi tantùm loqui videtur de Instrumento ligneo majore, quod triduô illô vicem sustinet majorum Campanarum, attamen toto eo tempore non nisi ad convocandum Populum adhibetur.

Clausô per Diaconum Tabernaculi illius ostiô, Celebrans, ac omnes alij (exceptô Subdiaconô Crucis prælatæ Bajulô, & utrôque Ceroferariô) genuflexi manent, Orantes aliquantulùm, ac postea (ubi non est consuetudo recitandi in eodem loco Vesperas) facta Sacramento reverenti genuflexione in Sacristiam redeunt, solis Cero-

ferarijs ardentes etiamnum Candelas deferentibus, Thuriferarijs autem in hoc Reditu Crucem præcedentibus : Mox ut ad Sacristiam pervenit Celebrans, cum suis Ministris inclinat se de more Imagini, quæ ibi est, depositisque ibi Pluviali ac Stolâ Albâ, cum aliquo Acolytho se confert in Chorum : quò ubi pervenerit dicto priùs Secretò *Pater Noster* & *Ave Maria*, factóque sibi Signo Crucis incipit 1. Antiphonam *Vesperarum*, quam Chorus prosequitur, quemadmodum & Psalmos (at omnia sine Cantu) utì in Breviar. Romano in Proprio de Tempore : dicuntur autem *Antiphonæ* ante & post Psalmos integræ, sicut in Festis Duplicibus. *Capitulum*, *Hymnus*, & *Versus* non dicuntur in Vesperis in hoc Triduo, sed repetitâ post ultimum Psalmum Antiphonâ, statim Celebrans subjungit Antiphonam ibidem positam ad *Magnificat*, quæ hodie est : *Cœnantibus autem illis &c.* & pariter duplicatur, hoc est, integrè dicitur ante & post Canticum *Magnificat*, ei secundò dictæ subjungitur Vers : *Christus factus est pro nobis obediens usque ad Mortem*, postea *Pater noster*, *Miserere*, & Oratio : *Respice Quæsumus* ut suprà in Laud. *Col. Viol. Hodie in Cathedrali fit Consecratio Sacror. Oleorum, & S. Chrismatis.*

Dum dicuntur *Vesperæ* Sacerdos Cottâ (id est Superpelliceô) ac stolâ albâ, nec non Velô Albô Circa humeros paratus, defert de Altari Ecclesiæ Particulas, seu formulas minorum Hostiarum, reservatas pro Infirmis &c. (præcedentibus ipsum duobus Ceroferarijs, ac alijs, si fieri potest, ferentibus faces accensas) ad Locum, in quo Calix fuit positus, aliúmve honestum, & decenter Ornatum : tum extinguuntur eæ Lampades, quæ ardent Ordinariè in Templo ante Tabernaculum Altaris, Ostiolum verò ejusdem Tabernaculi relinquitur apertum, nè Populus ibi adoret, quod non est. *Cæremon. Episc.* Hôc triduô omnes (cujuscunque sint Conditionis) transeuntes ante Crucem, quæ est in Altari Majori &c. genuflectunt, exceptô Celebrante parato, nisi aliud suis locis notetur ; Quia nempe hoc Tempore *fulget Crucis Mysterium.* Sacr. Rit. Congr. apud Castald. in Prax. Cærem.

Ad Horas hodie Col. Viol. Ad Missam, & Processionem Col. Alb. exceptô Crucis Processionalis Velamine, quod est Violaceum, ùt dictum.

Post *Vesperas* Celebrans indutus albâ parat se in Sacristia stolâ duntaxat Violaceâ in modum Crucis ante pectus, Diaconus aliâ stola Diaconali (ejusdem Coloris) super sinistrum humerum, & Subdiaconus solâ albâ ; atque ita pa-

rati

ratì procedunt cum alijs Miniſtris indutis Cottâ, aut Albâ, ad Denudationem *Altarium*, eam inchoando ab Altari ſummo, ante quod omnes genuflectunt, propter Crucem deſuper poſitam, excepto Celebrante parato, qui tantùm profundè ſe inclinat, ejus *Denudationi* alta Voce (ut exaudiri poſſit à Choro) præmittens Antiphonam: *Diviſerunt ſibi &c.* quæ tamen non duplicatur: Deinde Cantor aut Cantores incipiunt Pſalmum: *DEus, DEus meus reſpice in me &c*, quêChorus proſequitur, atque etiam Celebrans (ſubmiſsâ quidem, attamen intelligibili Voce) unà cum ſuis Miniſtris: cum quibus interim remover tum ab ipſo Altari ſummo, tum etiam à Cæteris Mappas ſeu Tobaleas cum Pallijs, & alijs Ornamentis, relictâ tamen in ſingulis Cruce velata, & Candelabris deſuper poſitis: auferuntur etiam alia Ornamenta, ſi quæ adſunt, etiam Conopeum de Tabernaculo, in quo Ordinariè aſſervatur SS. Sacramentum, niſi in eo ſint ſtatuæ ſeu Imagines, tunc enim (apertô tamen oſtiolô) præſtat tegi, & quidem velô Violaceô, ùt vult Bauldry pòſt citandus, Cantoribus interim Pſalmum prædictum ità morosè decantantibus, ut Is non niſi denudatis omnibus Altaribus finiatur.

Factâ Altarium Denudatione Celebrans, ejúſque Miniſtri revertuntur in Sacriſtiam, ad faciendum ibi *Mandatum* (ſi alicubi ſtatim fieri debeat) ſeu *Sedum Lotionem*, eô modô, quô præſcribitur in Miſſali Romano, & fusè declaratur à Bauldryo P. 4. c. 9. a. 5. & 6. item Gerl. Vinit. P. 6. Tit. 10. Sacriſta autem aufert *velum album* à Cruce Altaris ſummi, eámque rurſus tegit Violaceô uſque in Craſtinum: tunc enim ſummo manè tegenda *eſt velô nigro*, niſi ubi eſt conſuetudo, ut etiam cras uſque ad ejus Denudationem maneat cooperta *velô Violaceô*. Conopeum verò (ut notat ſuprà cit. Bauldry art. 4. n. 6.) Tabernaculi SS. Sacramenti in quibusdam Eccleſijs ſemper eſt *Coloris Violacei*; quia eſt velut Domus Regia Chriſti viventis, ad modicum tempus abſentis; in alijs verò eſt *coloris nigri*, ut ſit conforme Paramentis Celebrantis, in alijs denique omnino denudatur, quia tunc eſt vacuum; & hic uſus præ cæteris placet Bauldryo, utpote conformis uſui Urbis, & præcipuè Baſilicæ S. Petri, niſi Imagines circa prædictum Tabernaculum proſtent; tunc enim & ipſe vult illud contegi velô coloris Violacei; ejus verò Oſtiolum ſemper manere debet apertum, ne Populus adoret, quod non adeſt ampliùs.

Benedictio Mensæ hodie propria,

pria, uti & cras, ac perendie, ut suô locô, nempe in fine Breviarii ac Diurnalis, ubi disertè monet Rubrica, hodie & cras in fine Cœnæ non tantùm ante, sed etiam post Orationem : *Respice quæsumus Domine &c.* dicendum esse (attamen Secretò) *Pater noster &c.* quod bene notandum, ac etiam observandum.

Ad Completorium (sub quo hodie & cras non accenduntur cerei in Altari) non dicitur *Jube Domne*, nec *Lectio brevis*, nec *Adjutorium*, nec etiam *Oratio Dominica*, sed facta *Confessione*, & *Absolutione* incipitur à Psalmo : *Cùm invocarem &c.* Dictis Psalmis dicitur : *Nunc dimittis*, eique dicto subjungitur Vers : *Christus factus est pro nobis Obediens &c.* ac reliqua, ut suprà *ad Laudes* : Sic enim usque ad Vesperas Sabbati Sancti exclusivè terminantur omnes Horæ in hoc Triduo, neque aliquid aliud additur.

Signum pro *Salutatione Angelica*, & alijs totô, quô Campanæ silent, Tempore datur Tabulâ seu Instrumentô ligneô, omnibus ad id genuflexis : *Bauldry*. De Benedictionibus Oleorum Sacrorum, quæ fiunt ab Episcopis in Cœna Domini; uti & de Reconciliatione Pœnitentium, quæ fit eadem Feria V. Cœnæ Domini, videndum est Pontificale Romanum P. III. De Nonnullis quoque alijs huc pertinentibus utiliter videbis Enchiridion, seu Manuale *Episcoporum*, appressum Tomo 2. Gavanti [qui illius est Auctor] Verbo : *Eucharistia* : ubi inter alia habetur. In Ecclesijs parochialibus asservari quidem posse S. Eucharistiam extra hoc triduum in Altari majori ; at verò in Ecclesijs Cathedralibus Tabernaculum SS. Sacramenti non debere esse in Altari majore, idque propter functiones Pontificales, quæ fiunt versis renibus ad Altare, constat ex Decreto Congreg. Episcop. de anno 1594. Ne autem fiat Concio *capite tecto* Coram SS. Sacramento in Altari exposito, definit S. R. C. 1630. 16. Febr. apud cit. Gav.

§. 2.

De Feria VI. in Parasceve.

Parasceve vox græca est, significans *Præparationem*, per Antonomasiam tributa huic Feriæ, quòd ea die, quâ Servator noster affi-

affixus eſt Crucis Judæi ſibi præparârint neceſſaria ad Celebrandum Paſcha.

Feria VI. in Parasceve debet Altare majus à Tempore *Matutini Tenebrarum* eſſe omnino nudum (idem eſt de ejus Gradibus) ſuper illud tamen collocata remanere Crux, & quidē grandioris formæ (nisi alicubi pro *Adoratione* alia diſtincta, eáque Major, ante Adorationem ſimiliter cooperta, adhibeatur) ab hodierno manè obvelata Velô nigrô, ità tamen accomodatô, ut ſuo Tempore facilè detegi poſſit: juxta Crucem ſtatui debent ſex Candelabra coloris obſcuri (ferrea, aut lignea) cum candelis ceræ Communis, non albæ: aliud verò nihil his ibi apponi. Credentia quoque ſimplici tantùm Linteo debet eſſe inſtrata, & in ea tantùm neceſſaria ad ſubſequens Officium, ac reportandum SS. Sacramentum collocari, ac nominatim velum album oblongum pro tegendis humeris Celebrantis, quando id reportabit.

Pridie hujus Feriæ in Eccleſijs *Majoribus*, ac etiam quibusdam *Minoribus* decantatur *Matutinum Tenebrarum* unà cum *Laudibus* Diei, utì in Proprio de Tempore, ad Normam omnino Officij præcedentis diei. Omnia in *Matutino* ac *Laudibus* ſunt propria (etiam Antiphona ad *Benedictus*) ùt ibi: tam *Laudes* tamen, quàm reliquæ *Horæ omnes* terminantur, ut herì, niſi quòd ad Verſum: *Chriſtus factus eſt pro nobis obediens &c.* addatur hodie in fine ſingularum Horarum: *mortem autem Crucis.*

Ad *Omnes Horas* Col. Paramantor: Viol. at Cæremoniæ ad Aram fiunt in Paramentis nigris, ùt infrà.

Horæ *diurnæ*, ſeu *Minores* [ad quas, hodie ſine Lumine ad Altare, ac in directum Voce humili in Choro recitandas, datur Tempore competenti pulſatâ ligneâ Tabulâ Signum] dicuntur ùt herì.

Finitâ Nonâ Sacerdos, hodie fungens munere Officiatoris, Ejuſque Miniſtri, induti omnes Paramentis *nigri Coloris*, ſine Luminaribus ac Incenſo procedunt ad Altare, ibique ea peragunt, quæ in Miſſali Romano pro Feria VI. in Paraſceve (in qua, propter Celebritatem *Sacrificij Cruenti*, quô ipſe Chriſtus ſe obtulit in ara Crucis, quod Eccleſia ſpecialiter die Paraſceves recolit, non licet ulli Sacerdoti Celebratione alicujus Miſſæ offerre *incruentum*, nisi forte in caſu Neceſſitatis pro miniſtrando S. Viatico, de quo Gobat oper. moral Tr. 3. à n. 213. & ego in meo Paſtore Bono P. 1. Dote 3. c. 3. q. 12.) ipſis peragenda ad longum præſcribuntur, ac fusè hîc à Gav. Bauldry: Vinit. Lohner, & Hippol. à Portu (licèt non in omnibus

bus invicem conſentiant) declarantur. Ex quibus aliqua pro Praxi juvat hîc annotare 1. Candelæ Altaris (numerô Sex) primùm circa finem Adorationis Crucis ſunt accendendæ. 2. Eo Tempore, quô ſub initium rei Divinæ ad Gradus Altaris cum Miniſtris ſe proſternit Sacerdos, omnes de Choro genuflectunt, & Caput inclinant, omnésque alij in Eccleſia præſentes. 3. Ad eam Partem Paſſionis, quæ hac die ſub ejus finem cantatur in Tono Evangelij, non petitur hodie *Benedictio* (ſed tantùm dicitur : *Munda Cor meum &c.*) neque deferuntur Luminaria, neque incenſum, nec Celebrans in fine oſculatur Librum. 4. Quando Crux jam adorata defertur hodie ad Altare, non modò Subdiaconus, ſed etiam Celebrans, ac Circumſtantes genuflectere debent in honorem D. N. Crucifixi : idem quoque facere debent Tranſeuntes ante illam. *Direct. Rom.* 5. Cruce Altaris ſummi diſcooperta, mox etiam à *reliquis* per Templum *Crucibus* vela removentur, non tamen ab *alijs Imaginibus* : hæ enim tectæ manent uſque ad finem Litaniarum craſtinæ diei. 6. In Adoratione Crucis ſervanda eſt. 1. Uniformitas tum in Interſtitijs trium genuflexionum (ut ſcilicet poſt ſingulas illarum ab adorante recitetur Verſus : *Adoramus Te Chriſte, & Benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam redemiſti Mundum*) tum etiam in figendis oſculis Membrorum Crucifixi, ut nimirum primum figatur Dextræ, ſecundum ſiniſtræ, Tertium Pedibus, quartum denique Lateri. 2. Obſervandus eſt debitus Ordo inter ipſos Adorantes, qui requirit, ut Laici (etiam Principes) non niſi poſt Clerum, è Clero autem poſt Celebrantem Prælati Eccleſiaſtici, ſi qui adſint, poſt hos Miniſtri Altaris, deinde alij Clerici & Laici, utrique pro ratione ſui Gradus, ac Dignitatis (ſemper tamen bini & bini) adorent; útque Is, qui eſt dignior, adeóque ad dextram Crucifixi, ubi ſua Oſcula finivit, genuflexus expectet, donec & Socius ſua abſolverit, ac tunc ſtatim ambo ſurgant & genuflexione Verſus Crucem facta ſimul diſcedant. 3. Ut omnia prædicta decentiùs ac celeriùs fiant obſervandum eſt, ut, quando duo Primi, aut Primus genuflectit ſecundò, alij duo accedant, & hi tunc genuflectant pro prima Vice; quando verò ille tertiò, hi tunc ſecundò, ſeu pro ſecunda vice; ac ſic deinceps, ſive unus, ſive duo ſimul procedant ad adorandum.

Circa finem Adorationis Ceroferarij accendunt 6. Cereos Altaris, & duos de Credentia, pro reportando è Sacello, ad quod heri delatum eſt, SS. Sacramento : ad

quod

quod proin, poſt extenſum ſub finem adorationis à Diacono in Altari more ſolito Corporale, poſitúmque juxta hoc Purificatorium, & reportatam reverenter ad idem Altare Crucem, (ſi pro Adoratione de eo antecedenter fuit ſublata) inſtituitur poſt Crucis adorationem eô modò Proceſſio, qui in Miſſali Rom. & ab Auctoribus ſuprà cit. fusè deſcribitur, ac explicatur. Subdiaconum (qui diverſus eſſe debet ab eo, qui aſſiſtit Celebranti) inter duos Ceroferarios cum ſolo manipulo ſuper Albam, atque adeò abſque Dalmatica incedentem, Crucémque diſcoopertam hodie præferentem præcedunt Thuribularij cum ſuis Thuribulis & Naviculis, ſequuntur verò Clerici bini & bini cum Candelis nondum accenſis, hos Miniſtri reliqui, ac ultimo Celebrans, manibus junctis. Reliqua ab ipſo, Ejúſque Miniſtris fiunt, ùt ibi. A Comitantibus verò hanc Proceſſionem, eadem cum Proportione ſunt obſervanda, quæ in heſterna : & reportatô ad majus Altare Sacramentô, ad illud reliquæ hujus diei Cæremoniæ abſolvuntur, ùt in Miſſali Rom. ijs abſolutis Celebrans cum Miniſtris deſcendit in planum, ubi, facta ab omnibus Genuflexione, accipit Biretum, ſine oſculis ſibi à Diacono prorrectum ; & cum ijsdem (ubi alia non eſt Conſuetudo) in Sacriſtiam, ſine Candelabris, ac manibus junctis, recedunt eô modô, quô venerant, ibíque factâ Imagini aut Cruci reverentiâ omnes deponunt Paramenta, & cum Cottis ſeu ſuperpelliceis tantùm aſſiſtunt Veſperis in Choro : ubi eæ dicuntur [attamen ſine Cantu] omnino ùt heri, exceptâ propriâ Antiphonâ ad *Magnificat* : *Cùm accepiſſet acetum &c.* & ad eas duæ ſaltem ardere debent Candelæ, quæ ijs finitis extinguuntur, Acolythis interim, cum genuflexionibus Cruci debitis, Altaria ac Credentiam denudantibus, omniáque Paramenta in Sacriſtiam reportantibus ; Crux tamen in Ara principe, ac Cæteris proſtare debet per totum Diem, &, ſi quæ ſub initium Adorationis detegi non potuerunt, detegi ſaltem mox poſt Veſperas debent. Quòd ſi alicubi ſit moris, ut Imago Crucifixi finitis Veſperis pro Populi Adoratione deponatur in Sepulchrum, id eo modo ac Ordine fiet, quem videre eſt apud Gerlac. Vinitor. *P. 6. Tit.* 12.

Benedictio Menſæ hodie rurſus eſt propria. Completorium verò dicitur, ut die præcedenti, iterum ſine Lumine. Matutinum denique *Tenebrarum* cum *Laudibus* pro ſequenti Die decantatur in Choro horâ conſuetâ, dicendo omnia uti in Proprio de Tempore ad Normam utriuſque Diei proximè præcedentis, niſi quòd ad Verſum :

Chriſtus factus eſt pro nobis obediens &c. addantur in fine *Laudum*, ac *Horarum* craſtini Officij uſque ad *Veſperas* excluſivè hæc Verba : *propter quod & DEus exaltavit illum, & dedit Illi Nomen, quod eſt ſuper omne Nomen.*

Quæri hîc poteſt pro Coronide 1. An occurrente *Feſto* aliquo *fori*, v. g. *Annuntiationis* B. V. M. aut *S. Georgij* (quorum prius in Eccleſia univerſali, alterum in quibuſdam Germaniæ Diœceſibus eſt *Celebre in foro*, ſive, ut Canoniſtæ cum Theologis moralibus & Rubriciſtis loquuntur, *Feſtum de præcepto*) in Paraſceve teneantur Fideles intereſſe illi Officio, quod locô Miſſæ Die illo celebratur manè ad Altare, aut ſaltem abſtinere ab opere ſervili? 2. An in eo caſu ratione *Feſti B. V. annuntiatæ*, aut alterius occurrentis in Paraſceve, poſſit miniſtrari S. Euchariſtia alijs, quàm Infirmis, vel etiam Sacrum dici? Ad 1. cum Gav. To. 1. P. 4. Tit. 9. n. 24. Gob. Oper. moral. Tr. 3. n. 213. nec non Tr. 5. n. 89. Diana P. 2. Tr. 14. Reſol. 62. & alijs Communiter contra Vaſquez &c. 8. Quoad 1. Partem negativè, quoad 2. verò Partem affirmativè. Pars primaProb. imprimis auctoritate Sac. Rit. Congr. quæ 1622. 19. Febr. diſertè declaravit : Si Feſtum Annuntiationis B. V. incidat in Paraſceven, non teneri Fideles ad audiendam Miſſam, non obſtante quòd tunc Temporis non fuerit ſolitum in *foro* transferri (ùt juxta mox dicenda hodie ſolet, ſi in Fer. VI. aut Sabbatum Hebd. majoris incidat) ſed tantùm *in Choro*. Hinc cùm 1633. memoratum Annuntiationis Feſtum in Fer. VI. Paraſceves incidiſſet, Roma ipſa ſuos Quirites ab obligatione *aſſiſtendi Officio illius diei* liberos pronuntiavit, non item ab *obligatione abſtinendi à Labore ſervili*. Et Ratio Primi eſt; quia Officium illius diei *propriè* non eſt *Miſſa* (eſto Vulgus ex ignorantia ità vocet) cùm nulla tunc fiat Conſecratio : atqui nec Lex Eccleſiæ de *Sanctificandis diebus Feſtis*, quatenus eſt *affirmativa*, nec de ſe, neque ex Conſuetudine obligat Fideles niſi tantùm ad audiendam *Miſſam* : ergo cùm nulla tunc dicatur, ad nullam tunc poterit obligare. Ratio 2. Partis eſt; quia Lex Eccleſiæ, quatenus eſt Negativa id eſt, de non faciendo opere ſervili &c. adhuc tunc poteſt obſervari, quando ejuſmodi *Feſtum fori* incidit in Paraſceven, & tantùm *in Choro* transfertur. Verùm, quantum attinet ad Feſtum B. V. ab Angelo ſalutatæ, ſi id incidat in *Fer. VI. Paraſceves* (ùti incidit 1712.) aut in *Sabbatum Sanctum*, ex Decr. S. R. C. de Anno 1690. 11. Mart. transfertur nunc ex eo Tempore non tantùm *in Choro* (quod ſolum eò uſ-

uſque jubebant Rubricæ Miſſalis) ſed etiam *in foro*. Quòd ipſum quia forſan circa Feſtum S. Georgij, incidens in Paraſceven, ibi obſervatur, ubi eſt *Feſtum fori*, conformiter Bullæ Alex. VIII. 1690. 11. Martij, ideo hodie omnis quoad hoc punctum ceſſare videtur difficultas. Plura de occurrentia utriuſque hujus Feſti in Feria VI. Paraſceves, aut in Feria V. in Cœna Domini, aut in Sabbato Sancto, vide apud P. Gob. Tr. 3. cit. à n. 222. uſque num. 30. R. ad 2. cum ſuprà cit. DD. iterum negativè; quia S. R. C. in ſuprà cit. Decr. Sancit, ſervandam eſſe univerſalis Eccleſiæ præſentem Conſuetudinem, non miniſtrandi niſi Infirmis hac Die S. Euchariſtiam. Morem verò eam *circumferendi* proceſſionaliter *in Nocte Feriæ VI. Paraſceves* tanquam Abuſum, alienum à Ritu, & legitimo ſenſu Sac. Rom. Eccleſiæ (quæ occultat his Diebus Euchariſtiam, & propterea in aliud Tempus diſtulit Proceſſionem, ac Feſtum SS. Corporis Chriſti) abrogavit S. Congr. Cardinal. ſuper Negotia Epiſcopor. 22. Mart. 1596. Ad 3. ſimiliter R. cum Communi Negativè. Quia ob Rationem ſuprà inſinuatam Fer VI. Paraſceves Sacrificium penitus interdicitur *c. Sabbato, de Conſecr.* diſt. 3. An verò, & quibus ex cauſis, in certis quibusdam Caſibus (v. g. ſi deſit Viaticum pro Communicando Infirmo, aut Parochus pridie Paraſceves fuerit oblitus conſecrare majorem Hoſtiam pro Officio ſequentis Feriæ VI.) per accidens in Paraſceve liceat dicere Sacrum (v. g. Votivum de Paſſione Domini) utì etiam, ſi ponatur licere, utrùm tunc Fideles teneantur tali Sacro intereſſe, ſi Feſtum Fori incidat ſimul in Paraſceven, hæc, inquam, & ſimilia, accuratè examinat, ac doctè reſolvit P. Gob. Tr. 3. ſuprà cit. à n. 213. & 216. nec non Tract. 5. à. n. 88. Tametſi omni tempore [Teſte Gavanto To. 1. P. 1. Tit. 5.] Cadavere præſente celebrari poſſit (horâ & locò competente) pro Defunctis, eſto non ſemper de *Requiem*, non tamen id licet in *Die Paraſceves*, quo Corpus Chriſti nec myſticè debet immolari: unde eo in Caſu differendæ ſunt Exequiæ, ubi viget Conſuetudo ſepeliendi Defunctos ſimul cum Miſſa. Vid. *Ritual. Rom. & Gav. To. 1. P. 1. Tit. 5. cit.*

§. 3.

De Sabbato Sancto.

SABBATÔ SANCTÔ [ità antonomasticè dictô, vel quòd hodie ad suscipiendam *Sancti Luminis* Claritatem nova Ecclesia *Sacro* Baptismatis fonte *Sanctificetur*; vel quòd *Sanctus Sanctorum* hac Die requieverit in Sepulchro] manè mundatur Ecclesia, & quoad fieri potest, pulcherrimè exornatur. Altaria operiuntur Paramentis albis pretiosioribus, ità tamen, ut *Antependia alba* non appareant, sed *Violaceis* sint obtecta usque ad finem *Litaniarum*, quo Tempore hæc debent removeri, illa autem apparere, simúlque tunc etiam, antequam inchoetur Missa, Gradus Altaris [priùs nudi] festivis tapetibus contegi. Lampades ante Altare sint extinctæ, donec novus Ignis sit benedictus; at verò Cerei Altaris [qui debent esse ex *Cera alba*, ac numerô *Sex*] non acceduntur, nisi post Litanias finitas : eò usque etiam tectæ manent *Imagines omnes*, præter *Cruces*, jam heri discoopertas. Quæ porrò pro Sacris hujus diei Cæremonijs sint præparanda accurratè hîc tradunt Auctores præced. §. relati. His præmissis

SABBATÔ SANCTÔ [in quò in Ecclesijs Cathedralibus Collatio SS. Ordinum] OFFICIUM privatim dicitur Ritu iterum duplici 1. Classis utì notatur in PROPRIO de Tempore, eô de reliquo modô usque ad Vesperas hodiernas exclusivè, quô Feria V. & VI. præcedente.

Ad Cæremonias autem publicas hujus diei quod attinet, modum eas ex Præscripto Rubricarum Missalis Romani &c. tum à Celebrante, tum etiam à Ministris ejusdem decenter obeundi, tradunt hîc ijdem AA. Nominatim Bauldry P. 4. c. 11. totô, & Hippolit. à Porta Vicent. P. 3. c. 3. itidem toto. Ex quibus hoc die observari solita ex usu Ecclesiæ hîc tantùm summatim refero, & sunt sequentia : Altaribus modô paulò antè relatô vestitis ac exornatis, nec non ijs, quæ ad hodiernæ diei Cæremonias decenter obeundas necessaria sunt, tempestivè præparatis, Tempore competenti datô signô dicuntur HORÆ diurnæ, Candelis Altaris necdum accensis usque ad Principium Missæ : interim excutitur Ignis de silice extra Ecclesiam, & ex eo accen-

cenduntur Carbones : dictâ Nonâ [sub qua omnis antiquus Ignis, qui est intra Ecclesiam, est extinguendus] Sacerdos indutus Amictu, Albâ, Cingulô, & stolâ, ac Pluviali Violacei Coloris, vel saltem sine Casula; Diaconus stolâ violaceâ, Subdiaconus autem in stola alba, procedunt cum Clero extra Ecclesiam ad benedicendum novum Ignem hoc Ordine : Præcedunt 3. Acolythi, primus, & solus quidem, cum Vase Aquæ benedictæ & Aspersorio : secundus est Thuriferarius cum Navicula, & Thuribulô vacuô, habens à sinistris alium Acolythum, deferentem Pelviculam cum 5. granis Thuris : hos sequitur Subdiaconus sine Comite incedens, ac Crucem more consueto ità præferens, ùt Imago terga Vertat ijs, qui sequuntur, quasi præire videatur Clero, proximè post Subdiaconum per Ordinem ac in silentio incedenti : hunc denique sequitur Celebrans cum Diacono à sinistris, manibus junctis, ac omnes nudo Capite præter ipsum Celebrantem. Ubi pervenerint ad Locum designatum, Subdiaconus stat ad Portam Ecclesiæ, ei terga vertens, faciem verò suam, & Imaginem Crucifixi obvertens ipsi Celebranti : Clerus hinc inde pro more ità se dividit, ut Juniores viciniores sint Cruci, Seniores verò Officiatori, seu Celebranti, ad ejus dextram Diaconus, & Acolythi duprà dicti consistunt.

Tum ex Libro Missalis [vel sustentato ab aliquo Acolythorum vel posito super Pulpito] modô in eodem descriptô, & à Gav. Bauld. Vinit. Lohn. & Hipp. à Portu fusè declaratô, *benedicitur* à Celebrante *novus Ignis*, post hunc 5. Grana *Cerei Paschalis* : tum Diaconus assumens Dalmaticam albi Coloris, Arundinem cum 3. candelis, ejus summitati triangulariter infixis, modo in Missali descripto, & à P. à Portu explicatô infert Templo, ibique ad candelam, de novo igne foris accensam, accendit successivè 3. illas candelas, summitati Arundinis infixas, post singularum accensionem cantans : *Lumen Christi*; & post cætera ibidem in Missali præscripta ad Pulpitum seu legile cantat Præconium : *Exultet &c.* ùt ibi, circa quod annotandum hîc existimavi, quod nuper aliud agens legi in Hierolexico eruditissimi viri, *Dominici Macri* [quem Scriptores Itali *Magrium* communiter appellant] ex insula Melita Oriundi, à D. Carolo Macro, Authoris fratre insigniter locupletato, ubi *lit. C.* verbo : *Cereus Paschalis* circa finem hæc leguntur : *Sedente Leone Papa X. annô 1519. disputatum fuerat, quomodo deberet cani solita Imperatoris Acclamatio in dicto Præconio annotata, cùm Cæsar vitâ functus erat*

Alia

Aliqui relinquendam existimaverunt; *sed post maturam discussionem refert Paris de Grassis Cæremoniarum Director, se hoc consilium præbuisse, ut nempe mutarentur illa verba sic* : Respice etiam ad Romanum Imperium, cujus tu DEUS Fidelium vota præ-noscens &c. *Quæ opinio à prafato Pontifice approbata fuerat. Ac in similem casum de anno 1678. cùm incidissemus* : *dubitantibus de omissione hujus Orationis Cæremoniarum Magistris, Resolutionem prædictam præbui, quam ex ManuScriptis Angeli de Rocca in Bibliotheca Angelica asservatis desumpseram, & ab Alexandro VII. tunc regnante approbata, & à Sac. Rit. Congregatione observari mandatum fuit, nec non pro Die Feriæ VI. in Parasceve dicendum esse* : Oremus & pro Romano Imperio, ut tu DEUS &c. *Hæc ibi* : Si Ecclesia habeat fontem Baptismalem, post lectas 12. Prophetias *novus* quoque *Fons*, seu *Latex Baptismalis*, & si aliqui baptizandi sint Cathecumeni [sufficienter instructi, & sub Lectione Prophetiarum ante Atrium, seu in Aditu Ecclesiæ, non autem intra ipsam Ecclesiam, priùs Catechizandi, ac disponendi per actus Fidei, Spei, ac doloris, si sint adulti, ùt in Rituali Romano *Tit. De* Baptismo Adultorum] ij non nisì his peractis, factâque *Fontium Benedictione*, in Ecclesiam introducuntur, ac modò in eodem Rituali Romano exactè traditò Baptizantur.

Post Fontis Benedictionem, ac collatum Baptisma, si qui fuerint baptizandi, vel, ubi non est *Fons Baptismatis*, finitâ ultimâ Prophetiâ cum sua Oratione, cantantur *Litaniæ*, & post has *Missa solennis* [finique intra hanc in Ecclesijs Cathed. *Collatio SS. Ordinum*, ut in Pontificali Roman. P. 1. Tit. 2.] cum Psalmo : *Judica me DEus*, *Gloria in excelsis*, ac *Gloria Patri* ad Psalmum *Lavabo*, aliisque huic Missæ proprijs [attamen sine *Introitu*, *Credo*, & Offertorio] nec non cum *Vesperis* post Sumptionem SS. Sacramenti, in Choro decantandis; peragendo hæc omnia modo ac Ritu descriptò in eodem Missali Romano, & à sæpiùs citatis Rubricarum Ecclesiasticarum Interpretibus declaratò : Ex quibus tamen pro Praxi rursum seqq. hîc juvat annotare : 1. In dando signo pro inchoando Officio hodiernæ Diei habenda respectivè est ratio Eccl. Metropolitanæ, Cathedralis, aut Matricis, nè hæ ab alijs Ecclesiis inferioribus in eo inchoando [præsertim quoad *Missam*] præveniantur 2. In fine Litaniarum removentur Vela ab Imaginibus Altarium &c. accendunturque Luminaria Altaris [& quidem juxta Ordinem Romanum apud Gav. hîc ad *Agnus DEI* in Litanijs decantatum; eò quòd per Agnum DEI Christum nobis communi-

municatum sit Lumen fidei. *Amalar. L.* 1. *c.* 30] ac amoto ab Altari Antependiô *Violacei Coloris*, ornatur id *albo*, simúlque Credentia rebus ad Missam solennem necessarijs pro more instruitur. 3. In fine Litaniarum cantandum est *Kyrie eleison* solenniter, at ità lentè, ut Sacerdos, & Ministri queant interim procedere ad Altare, & post Psalmum *Judica* facere confessionem, ac incensare Altare pro more : Circa ipsas autem Litanias [finitâ ultimâ Prophetiâ cum sua oratione, ubi non est fons Baptismalis, ante Missam decantandas, ut in Missali] præter ea, quæ P. II. die 25. Aprilis, & infra Fer. 2. Rog. dicentur, monendum illud hîc occurrit, quòd Sede Apostolica vacante omitti in ijs debeant verba illa : *Domnum Apostolicum &c.* 4. Ad intonatum *Gloria in Excelsis*, & non priùs [uti hîc monet Hippolytus à Portu] pulsantur Tintinnabula, ac Organa [ubi habentur] & omnes Campanæ Templi, modò in Ecclesia Metropolitana, Cathedrali, aut Matrice priùs sint pulsatæ, uti Sac. Rit. Congregat. 21. Martij 1609. decrevit. Quòd si fortè pulsatæ in illa nondum sint, pulsantur isthic tantùm Campanulæ, ac Tintinnabula, quæ sunt intra parietes Ecclesiæ, & in Capellis, postea verò dato Signô à Metropolitana, Cathedrali, aut Matrice, pulsantur quoque majores, quæ sunt in Campanili, licèt longè post *Gloria in excelsis*. Gav. Arnaud. Gerlac. Hippol. à Portu, &c.

Porrò ex Decreto ejusdem Sac. Rit. Congregat. de anno 1608. 9. Februar. sub nomine *Matricis* in Diœcesi venit quoque Ecclesia Parochialis, &, si plures sint Parochiales, ea, quæ alijs major est dignitate. Eadem Sac. Rit. Congregat. 1619. 23. Febr. declarâsse fertur : Etiamsi Collegiata habeat omnimodam præcedentiam supra Matricem, non tamen posse priùs pulsare Campanas in Sabbatô *Sancto ad* Hymnum Angelicum. Notandum autem est, quòd, quando ad illum pulsantur, non debeat earum sonitus cessare, antequam totus sit decantatus : Tintinnabula autem pulsari, usque dum illum dicendo absolverit Celebrans. 5. Quando idem celebrans cantatâ à Subdiacono Epistolâ gradatim ter intonat *Alleluja*, omnes, qui sunt in Ecclesia, stant. 6. Ad Evangelium non deferuntur lumina, sed tantùm Incensum, Ceroferarij autem stant manib. junctis à Lateribus Subdiaconi, & tunc se signant cum Diacono. 7. In Præfatione [quæ est propr. uti & *Communicantes*, & *Hanc igitur*,] dicitur hodie : *Te quidem Domine omni Tempore, sed in hac potissimùm Nocte, &c.* & infra Actionem : *Communicantes, & Noctem sacratissimam celebrantes, &c* ùt ibi. 8. In eadem

Missa hodierna dicitur quidem : *Pax Domini sit semper vobiscum*, Pacis tamen osculum non datur. 9. In eadem Missa non dicitur *Agnus Dei*, nec *Postcommunio* : dicuntur tamen 3. consuetæ Orationes ante *Domine non sum dignus*, seu Communionem. 10. Nemo regulariter communicat in hac Missa, excepto Celebrante, & ijs, qui sub hac Missa ad sacros Ordines promoventur; Quia est *Missa noctis*. Quòdsi aliqui velint in Parochia pro Paschate Communionem accipere, id fiat *non in* Missa, sed post illam, nec ad illud Altare. 11. Dum Celebr. se purificat, dignior in Choro incipit Antiph. *Allel.* pro Vesperis, quam statim Chorus prosequitur, ac subdit Psalmum *Laudate Dominum omnes gentes*, cum *Gloria Patri* in fine &c. Celebrans verò sumptaAblutione locô Antiphonæ, quæ dicitur *Communio*, submissa Voce incipit eandem Antiphonam *Alleluja*, & prosequitur Psalmum cum Ministris stantibus in cornu Epistolæ, ùt in Introitu Missæ : Deinde repetita Antiphona : *Alleluja*, idem Celebrans incipit, & cantat Antiphonam : *Vespere autem Sabbati*, quam Chorus prosequitur, utì & Celebrans, at hic submissa Voce cum Ministris : eâ à Choro decantatâ, intonatur ac decantatur à Choro *Magnificat* cum *Gloria Patri* in fine : interim Celebrans se signat, & accedit ad medium Altaris, idque impositô & benedictô de more Thure incensat, ut initiô Missæ, Sacris Ministris hinc inde stantibus, illúmque adiuvantibus : Altari incensato etiam Celebrans à Diacono in Cornu Epistolæ incensatur [stante Subdiacono à Sinistris ejus, ùt in Introitu Missæ] ac postea Chorus. Facta sui Incensatione Celebrans cum Subdiacono incipit, & prosequitur *Magnificat* usque ad finem, ac repetita à Choro Antiphona *Vespere autem Sabbati &c.* vertens se ad Populum in medio Altaris dicit : *Dominus Vobiscum*, & reliqua de more subjungit : Diaconus verò Versum Populum cantat : *Ite Missa est* cum duplici *Alleluja*. In fine dicitur Evangel. S. Joannis, & (additô hodie, ac toto Tempore Paschali *Alleluja* ad Antiphonam Cantici 3. Puerorum) more consueto ab Altari disceditur in Sacristiam, ubi factâ Imagini reverentiâ &c omnes læti in Domino recedunt, Dominicæ Resurrectionis Gaudia mutuò sibi annuntiantes. Quid observandum in Ecclesijs minoribus, ac ijs Universim, in quibus hujus Triduí *Officia* ac *Cæremoniæ* minori cum Solennitate (ac nominatim sine Diacono, ac Subdiacono) peragi solent, tum ex sæpius cit. Aut. ac ipso etiam Missali, & Rituali Romano peti potest.

Post hodiernam Missam (nisi alicubi ex causa hoc differatur ad

aliud

aliud Tempus) Sacerdos paratus Superpelliceo, ac ſtolâ candidâ cum Clericis faces deferentibus reportat Pyxidem (vulgò *Ciborium*) ei inexiſtentis SS. Sacramenti ad Tabernaculum Ordinarium Templi (cui Tempore Cæremoniarum, quæ hoc Triduo ad Altare peraguntur, inexiſtere non debet, ne alia, præter præſcripta, id loci ac Temporis neceſſe ſit adeſſe Luminaria) & tunc primùm & non priùs, Cereus Paſchalis (qui ſi fieri poteſt, ſit ex cera alba, utì & is, qui trifariam diviſus eſt ſuper arundinem) locatus ſuper Candelabrum magnum ac pulchrè elaboratum in Latere plano Evangelij, eſt extinguendus unà cum illis, qui ſunt in Altari, & ijs 3. qui ſunt in Arundinis ſummitate in 3. Ramos diviſi; & hi quidem 3. ultimi non ampliùs accenduntur, imò [ut hîc in fin. cap. 3. notat P. à Portu] non ultra Veſperas Sabbati Sancti ardere debent, ſed his finitis omnino Arundo eſt amovenda. At verò *Cereus Paſchalis* è Peritiorum Rubriciſtarum Sententia ardere debet in latere Evangelij non modò ad *Miſſam*, & *omnes Horas* à Sabbato Sancto uſque ad Dominicam in Albis incluſivè [quia eſt unicum Reſurrectionis Feſtum] ſed etiam nonnullis alijs Diebus, ac Temporibus, infrà die Sancto Paſchæ à me recenſendis. Præcipuè verò hodierna ac ſequenti die accendendus eſt ex mente Bauldry ad *Completorium*.

Qui recitant hodie *Veſperas* extra Miſſam, dicto *Pater noſter*, cum *Ave Maria*, eas abſolutè ſine *DEus in adjutorium* factô ſignô Crucis incipiunt ab Antiphona *Alleluja*, dicúntque Ritu duplici, ùt in Breviario, ſubdentes in fine : *Benedicamus Domino* cum duplici *Alleluja*, & poſt Verſum : *Fidelium animæ* [hunc enim dicendum eſſe ſcribit Gerl. Vinit.] Orationem Dominicam tantùm ſine ulla ſuperaddita illi Antiphona. Omittentem voluntariè hodiernas Veſperas Sabbati Sancti peccare mortaliter negant quidem apud P. Gob. To. 1. P. 1. Tr. 5. n. 609. Thom. Tamburinus, & alij Nonnulli, eò quòd & materia ſit exigua, & dies illa ſit tam læta &c. At verò P. Joan. Stoz in Trib. Pœnit. cum Communi aliorum affirmat; Quia etſi ratione *Quantitatis* non ſint magnæ, ſunt tamen magnæ ratione *Qualitatis*, quatenus ſunt HORA ob certum myſterium certo tempore Præſcripta. Color ad Offic. necnon ad Benedictionem Ignis, & Fontis, utì & ad Prophetias hodie eſt *Violaceus*; ad Benedictionem Cerei Paſchalis verò, & ad Miſſam, ac deinceps adhibetur *Albus*.

Moveri ſoler à Rubriciſtis hîc Quæſtio : An præter Miſſam ſolennem Sabbatô Sanctô queant celebrari Miſſæ quoque aliæ, non quidem

dem ante illam [hoc enim per se loquendo non esse concessum, concedunt omnes] attamen post illam? Sententia tam affirmativa, quàm negativa suos antehac habebat Patronos, ut apud Gavant. Tom. 1. P. 4. Tit. 10. n. 43. & P. Georg. Gobat Tom 1. Tr. 3. [qui Alphabetum Sacrificantium inscribitur] à n. 221. nec non Tr. 5. seu Alphab. aud. Sacr. n. 106. 109. & 110. videre est. Quidam viâ quadam mediâ apud Gav. & Bauld. c. 11. art. 5. n. 26. incedunt, ex quibus Gerl. Vinit. P. VI. Tit. 17. n. 18. sic Scribit: *Si quis rationabili tantùm de causa, seclusô omni scandalô, in aliquo locô secretô, de Licentia Superiorum celebrare desideret, non id faciet, nisi post inchoatum solenne Sacrificium : tunc enim depositô luctu & mœrore Ecclesiæ incipiet Missam à Confessione cum Psalmo* Judica me DEUS &c. *& aliis, quæ sequuntur, & finitâ Confessione* [id est, dictô *Confiteor* cum *Misereatur &c.*] *ad Altare, statim post Orationem* : Oramus Te Domine &c. *dicat* Kyrie eleison, *& reliqua prosequatur, etiam Vespetas, usque ad finem Missæ*. ut in Missali. At verò *Missæ Votivæ* (etiâ pro re gravi) aut *pro Defunct. nullô modô hac die dici debent : ad quod Superior. Eccles. maximè attendere deb. est enim contra Intentionem Ecclesiæ.* Ità ferè Gerlacus Vin. At verò Gavanto [Rubriciſtarum recentiorum facilè Principi, &, ut ita dicam, Patriarchæ] l. c. n. 45. absol. sententia Negativa [quæ est Martini Navarri, & Marcelli Francolini] tanquam conformior Capitulo *Sabbato* 13. *de Cons. Dist.* 3. tenenda & practicanda videtur, cui etiam ego *P.* 1. *Pastoris Boni Dot.* 3. *c.* 3. *q.* 12. jam olim subscripsi. Ut scilicet Sabbatô Sanctô non nisi Unica Missa celebretur, utpote quæ *noctu* est *Missa*, & olim [utì etiamnum Tempore S. Thomæ] non nisi sub *Noctis Initium* eô Sabbatô celebrabatur. Sed quid si *Festum* aliquod *Fori de Præcepto* incidat in Sabbatum Sanctum, v. g. *Festum Annuntiationis* [utì contigit anno 1660.] *aut Festum S. Georgij*, quod in aliquibus Germaniæ Diœcesibus 23. in quibusdam autem 24. Aprilis celebratur tanquam *Festum Fori de Præcepto*, Annis autem 1669. 1673. 1707. incidit alicubi in ipsum Sabbatum Sanctum, & simili modo etiam anno 1731. incidet ibi, ubi id 23. April. [utì in Diœcesi Constantiensi, at Curiensi] celebratur ? Respondet Gavantus : etiam in tali casu nullam habendam esse rationem ejusmodi Festi quoad *Missam*, sed etiam in eâ occurrentiâ non nisi unicam esse dicendam, etiam ex suppositione, quòd Festum ejusmodi tantùm *in Choro*, sive quoad *Officium*, non verò etiam *in foro*, seu *quoad obligationem audiendi Missam*, & *abstinendi ab opere servili &c.* è Sabba-

tô

tô Sanctô in Diem alium non impeditum transferatur : imò Festum Universale Ecclesiæ de Præcepto [quale est Festum Annuntiationis B. V.] non posse transferri *in foro* in *alium* diem auctoritate solummodo alicujus Episcopi ibid. P. 4. Tit. 9. n. 24. contendit. Idem Scriptor Tit. 10. n. 46. insuper addit : Sabbatô Sanctô [etiam in casu, quo in illum incidit *Festum* aliquod *Fori*]à Nemine regulariter, præterquam à Celebr. Comunicand. esse in Missa illius diei [eò quòd sit *Missa Noctis*, & propterea, ut ibid. observat, non dicatur in ea Communio] unde & extra Missam non nisi Infirmis ea erit porrigenda Sabbatô Sanctô in ista sententia. Verùm hodie sublata videtur omnis hac in Parte Difficultas; nam quantum attinet ad *Festum Annuntiationis* B. V. incidens in Sabbatum Sanctum, extat Decr. S. R. C. quô id jubetur in tali casu transferri tam *in Choro*, quàm *in foro* in Fer. II. post Dominicam in Albis, ùt alibi declaro. Loquendo autem de alijs *Festis Fori*, certis tantùm Diœcesibus proprijs, in Sabbatum Sanct. incidentibus, ea pariter Authoritate Ordinarij vel erunt transferenda tam in foro, quàm in Choro, vel si tantùm transferantur in Choro, erit ab alijs, qui legitimè non sunt impediti, non modò abstinendum ab opere servili Sabbatô Sanctô, sed etiam audiendum Sacrum, sive tantùm unum, sive plura in ejusmodi loco dicantur. Et verò præter Missam solennem Missam aliam privatam dicere non ampliùs licere Sabbatô Sanctô in ulla Ecclesia, probari videtur efficaciter posse ex quodam alio Decreto, quod annô 1690. 11. Febr. & 11. Mart. ab eadem Sacr. Rit. Congr. emanâsse fertur, ac esse hujus Tenoris : In *Sabbato Sancto* omnio prohibentur Missæ privatæ, etiam post Pulsationem Campanarum, *in quacunque Ecclesia, aut Oratorio privato, non obstante contraria consuetudine.* Quod Decretum si satis authenticum, & apocryphorum de numero non est, ibi saltem erit observandum, ubi sufficienter est intimatum, ac usu receptum. Quàm varia autem ante ejus Emanationem fuerit hac in parte variarum DiœceseonPraxis, videri potest apud P. Gob. *ll.* suprà *cc.* nominatim Tr. 3. à n. 221. item Tr. 5. à n. 104. & 110.

Quid verò observandum sit ult. trid. Quadr. habenti plures Parochias, vide apud La Croix Tomul. 6. n. 232. &c.

Hodie Benedictio Mensæ rursum propria, uti notatur in calce Breviariorum ac Diurnalium, dicendo post *Benedicite* Versum : *Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati Alleluja.* eúmque Recitanti respondendo : *Venit Maria Magdalene, & altera Maria videre* Se-

Sepulchrum *Alleluja*, non autem superaddendo huic *Alleluja* aliud insuper *Alleluja*, ut quidam imperitè faciunt: éstque hic error non modò in Hodierna Mensæ Benedictione, sed etiam in alijs proprijs seu extraordinarijs vitandus, in quibus ante, & post finem mensæ dicitur Versus proprius cum *Alleluja*, utì in Nativitate Domini, in Epiphania, in Paschate, in Ascensione, ac Pentecoste.

Ad Completorium (sub quo hodie tantùm ultimô Triduô Hebdomadæ majoris accendi debent cerei in Altari) omnia dicuntur, utì notantur ad finem Sabbati Sancti in Proprio de Tempore, *ad Gloria Patri* post *DEus in Adjutorium* in Principio omnium Horarum deinceps dicendo *Alleluja* locô verborum: *Laus tibi Domine &c.* Psalmi ejusd. *Completorij* consueti dicuntur hodie sine Antiphona. In eodem non dicuntur hodie & deinceps usque ad Sabbatum in Albis Capitulum, Versus, & Hymnus. Ad *Nunc dimittis* verò Antiphonam *Vespere autem Sabbati* Officiator intonat solenniter; ea tamen non duplicatur. Idem in fine incipit Antiphonam: *Regina Cœli* quam Chorus prosequitur. *Toto Tempore Paschali* (quod hodie incipit) nempe à Missa Sabbati Sancti usque ad Completorium post Vesperas secundas Dominicæ SS. Trinitatis inclusivè, non flectuntur genua ad Horas (etiam eas, quæ cantantur in Choro) neque ad Salutationem Angelicam, ad quam ter dicendam manè, meridie, & Vesperi trinum ære campano signum datur. Ad eas verò Precationes, quæ fiunt ad Litanias quascunque, dum dicuntur in Choro, & ad preces pro Necessitatibus, genu flectendum est omnibus, excepto Celebrante; dum solus Orationes dicit: genuflectendum denique est etiam ad ea, quæ *Adorationem* continent, utì Versus *Et Incarnatus est &c. Et Verbum Caro factum est*: *Ave maris Stella*: *Veni Creator*, & hujusmodi; Celebrans tamen omnibus alijs genuflectentibus stat, dum dicit Orationes. *Bauldry P. 4. c. 11. a. 5. n. 28.*

Benedictionem Domorum, in Sabbato Sancto Laudabili more hodie faciendam, Vide in Rituali Romano post Titulũ de *Sacramento Matrim.* sub Rubrica *de Benedictionibus*, utì & Benedictiones *Esculentorum in Pascha &c.* Quæ posteriores etiam habentur in Missali Romano.

De Modo denique *elevandi Crucem è Sepulchro in Nocte Sanctæ Paschæ* vide Gerl. Vinitor. P. 6. Tit. 18.

TITULUS XXI.

De Festo Sancto Paschæ, seu Resurrectionis Domini Nostri JESU Christi; ejúsque Octava.

FESTORUM, quæ ab Ecclesia Catholico-Romana per anni Decursum Celebrantur, omnium *Solennissimum* est FESTUM PASCHÆ. *Nobilitas anni* (inquit Rupertus L. 6. c. 26.) *Mensis Decus, alma Dierum, splendor Horarum est Pascha*, ità dictum vel à Græco *Paschin* quod idem sonat, ac *pati*; vel à Chaldæo *Phesa*, quod teste Magrio in Hierolexico *Lætitiam* significat; vel ab Hebraico *Phase*, id-est, *Transitu* nempe vel *Maris Rubri* (figurante transitum illum, quô in Passione Christi & nos cum ipso transivimus de Morte ad vitam, stygij Pharaonis jugô hujus nostri Soteris beneficio emancipati) vel ex omnium verosimillima D. Hieronymi Sententia à Transitu Angeli Exterminatoris percutientis Primogenita in Ægypto *Exod.* 12. fuit compellatum: unde *hæc Dies* verè est *Dies, quam fecit Dominus* Psalmô 117. vers. 23. Circa Celebrationem hujus Festi magnam olim in Ecclesia discordiam excitârant quidam Schismatici dicti *Quartadecimani* (Græcè *Tessareskadekatistæ &c.*) quòd in celebratione *Paschæ* cum Hebræis convenirent, illúdque cum Judæis quartâ decimâ lunâ celebrandum contenderent. 24. qu. 3. Can. 39. ob quam Differentiam, in Asia ortam, D. Ignatius Martyr coactus est venire Romam. Quamvis autem illorum temporum Papæ ad vitanda scandala pro tunc permiserit, ut Asiani Pascha celebrarent post quartam decimam primæ lunæ Diem; postea tamen Victor I. (utì videre est in Lectionibus II. Nocturni ad Diem 28. Julij, Lect. V. in Brev. Rom. & fusiùs apud Baronium ad annum Christi 198. à n. 1. usque ad 10.) confirmavit Decretum Pij I. apud Gratian. de consec. dist. 3. can. 21. statuentis, ut Pascha semper Die Dominico celebraretur: qui Ritus Auctoritate ipsius S. Petri (ùt apud Gav. To. 1. P. 4. Tit. 11. testatur Card. Baronius ad annum Christi 58. à n. 82. & anno 159. à n. 1. ac etiam meminit S. Clem. l. 5. constit. c. 18. l. 7. c. 37.) in Ecclesiam inductus, ut rursum ubique in mores induceretur, habita sunt multis in locis Concilia,

lia, ac in Nicæna denique Synodo I. Sancitum est, ut Paschæ Dies Festus, ex quo reliqua Festa mobilia pendent, post decimum quartum Diem Lunationis primi Mensis, & quidem Dominico ageretur; tum ne Christiani Judæos in eo celebrando imitari viderentur, sed illorum Pascha ab horum [quartâ decimâ 1. Lunæ Die id celebrantium] distingueretur, tum quia Christus resurrexit Die Dominico post decimam quartam lunam, hoc est [ùt ex Isidoro & Ruperto notat Gav.] in 3. Hebdomadæ Lunâ ob numerum mysticum Trinitatis, sicut etiam triduô mortuus resurrexit tertia Die, qui vixerat triginta tribus annis : in quibus numeris resplendet ternarius numerus : in quo [inquit idem] intellige non modò Gloriam Trinitatis, sed salutem omnium, qui *ante* Legem, qui *sub* Lege, & qui post eam *sub* gratia extitêre. Unde inter omnes totius anni DOMINICAS omnium maximè præcipua, ac cæterarum quasi Prototypon [ùt lib. 4. Theol. moral. Tr. 7. De observat. Festor. c. 1. advertit Laymannus] est *Dominica Resurrectionis*, quæ proin quotannis celebrari debet prima Die Hebdomadæ post decimam quartam Lunam *primi Mensis* : Mensis autem *primus*, seu *Paschalis*, in quo ex Decreto Sacri Concilij Nicæni celebrandum est Pascha, non omnis ille censetur, in quem cadit *Æquinoctium vernum* : si enim Æquinoctium sit post quartam decimam lunam, Mensis ille Lunaris non erit primus, sed ultimus anni [cùm credibile non sit, DEUM creâsse mundum ante Æquinoctium] sed Mensis *primus* ac *Paschalis*, in quo celebrandum est Pascha, est is, cujus decima quarta Dies, sive Plenilunium, incidit vel in ipsum Æquinoctium vernum, vel primò post ipsum, uti observat Cornel. à Lapide in Exod. c. 12. v. 2. & cum eo, ac alijs à se citatis Laymann locô ante allegatô. Ex quibus infertur 1. Pascha non posse celebri ante Diem 22. Martij; quia Æquinoctium vernum semper cadit in Diem 21. Martij [quô sicuti Tempore Synodi Nicanæ, ità etiam modò post Gregorianam Kalendarij Correctionem locum habet] quæ tamen 21 Martij Dies si sit *Dominica*, in eandémque incidat quarta decima Luna, Ecclesia non celebrat tunc Pascha, sed illud tunc transfert in Dominicam sequentem; tum ob causas à S. Ambrosio Epist. 83. ad Episcopos Æmiliæ apud Cornel. à lap. loc cit. allatas; tum ne illa cum Judæis in Celebratione Paschæ conveniat : quandoquidem nos Christiani Pascha non celebramus ex observatione Legis Mosaicæ, sed in memoriam Christi, qui post Lunam decimam quartam resurrexit. Hinc autem ulteriùs infertur 2. Diem

Pa-

Paschæ semper cadere in Dominicam vel proximam post plenilunium, vel in eam, quæ est in ipso plenilunio, nunquam autem ante illud, ne unquam conveniamus cum Judæis, qui [ut dictum] Lunâ, seu Die 14. Pascha celebrabant: nam ubi nos annô *solari*, illi anno utebantur *lunari*. Qua de re vide Ven. Bedam, Christoph. Clavium. Joan. Azor. to. 2. l. 1. c. 3. & 4. Suarez. to. 1. de Relig. l. 2. c. 6. Bellarm. l. 3. de Sanct. c. 12. Dominicum Macrum [Vulgò Magrum] postea citand. &c. Infertur 3. Terminos, inter quos Paschalis Festivitas cadere potest, esse à die 22. Martij usque ad diem 25. Aprilis inclusivè, ut cit. Scriptores observant: In diem 22. Martij incidit ea ultimò annô 1693. in diem 25. April. autem 1673. Infertur 4. *Primum Mensem* nunquam incipere ante diem Octavam Martij, neque post quintum diem Aprilis, ut consideranti patebit. Jam verò Ratio ac Regulæ inveniendi pro quovis anno *Diem Paschalem*, & consequenter etiam *mobilium Festorum* ex eo pendentium *Sedem*, traduntur initiô Breviarij ante Calendarium Romanum, ubi de aureo Numero, Epactis, Novilunijs &c. quorum notitiâ eæ nituntur, uti Dominicus Macrus (Italis dictus *Magrius*) in Hierolex. V. *Aureus Numerus*, & V. *Epacta* ostendit. Quoniam verò ex ijsdem Regulis ac Fundamentis concinnatæ sunt non modò utraque Tabula Paschalis, & Temporaria *Festorum mobilium* [ità dictorum, quòd moveantur ad motum Paschæ] exstans in Breviar. ante Calendar. Romanum, sed etiam *Tabulæ Ordinis perpetui* Bartholomæi Gavanti, exstantes in fine Tomi 2. ejusdem; in has autem posteriores circa *Pascha* celebrandum annis 1734. 1886. & 1954. in Editione saltem Lugdunensi de año 1669. manifestus irrepsit error, & ex ijs in nova quoque nonnulla Breviaria, quæ pro anno 1734. assignant pro Pascha Diem 18. Aprilis, locô Diei 25. ejusdem, ideo, ne etiam ij, qui ejusmodi Breviaria nova sunt nacti, pariter in errorem inducantur, vel etiam alios inducant, rogatus sum à quodam hujus operis P. Revisore, ut hôc locô ejus erroris facerem mentionem. Occasio autem erroris fuit, quòd Tabularum illarum Concinnator confuderit Epactam 25. *Nigram* cum *Rubra*. nigra enim nunquam in usu est, nisi in eodem Cyclo Epactarum currat Epacta tam 25. quàm 24. Si enim Epacta 25. sola currat sine Epacta 24. Rubra Epacta 25. in usu erit: atqui in Sæculo isto, & sequenti Epacta 24. in Cyclo non currit: ergo sola Epacta 25. Rubr. usurpatur: econtra in Sæculo 19. currit utraque, scil. 24. & 25. ergo Nigra 25. usurpatur: Epactæ autem nigræ non respondet Dies 25. sed Dies 18. April. & rubræ

bræ non 18. sed 25. April. ergo erant eæ, quas dixi, Tabulæ. His præmonitis ac prænotatis nunc exequor Singularia hujus Dominicæ.

Est hæc DOMINICA cum duobus sequentibus Diebus contra quodcunque Festum in ijs occurrens ità privilegiata, ut (quod suprà jam monui) non modò nullum in ijs *Festum aliud celebrari*, secluso speciali Privilegiô, sed ne *Missa* quidem *Solennis Votiva* de *ullo Festo* juxta recentiorem Rubricam Missal. Tit. 6. n. 1. in illis dici queat. At verò Reliquis infrà hanc Hebdomadem Diebus (imò & in ipsa Die Octava Paschæ) non prohibentur quidem *Missæ Votivæ Solennes* ex gravi causa dicendæ, prohibentur tamen per totam Octavam *Missæ Votivæ privatæ*, ac etiam *de Requiem*, etiam præsente Corpore.

Ex Antiqua Traditione nihil hac Die olim assumebatur à Fidelibus ad *manducandum*, quin fuisset *benedictum*: ideo inhærendo tam laudabili Consuetudini, multis in locis receptæ, Sacerdos, qui *Benedicit Domos* hac Die, vel potiùs præcedenti, ex Rituali Romano Cottâ (id est, superpelliceô) ac Stolâ albâ indutus cum Libro & Vase aquæ benedictæ, quod ab Acolytho defertur, benedicere hodie debet Agnum Paschalem (si quis sit) Ova, Panem, Carnem, & alia comestibilia, ut in eodem Rit. & ex parte etiam in fine Missal. Rom.

OFFICIUM de Resurrectione Domini Nostri JESU Christi hodie, & duobus Seqq. diebus dicitur uti notatur in loco sub Ritu duplici 1. Classis, sine Lectione, ac Commemoratione (tam in *Officio*, quàm in *Missa*) de *Festo Simplici*, si quod hoc triduo occurrat: reliquis verò Diebus infrà Octavam usque ad Dominicam in Albis exclusivè, sub Ritu Semid. prout notatur in Proprio de Tempore. Ad *Matutinum* eò usque dicitur unum tantùm Nocturnum: & usque ad Vesperas Sabbati in Albis *Hymni* & *Capitula* non dicuntur in aliqua Horarum, uti nec *Versiculi*, nisi in Nocturno, sed eorum locô dicitur in Laudibus Antiphona: *Hæc Dies, quam fecit Dominus &c.* Ad *Benedictus* & ad *Magnificat* Antiphona quotidie est propria, uti & Oratio. In fine Laudum ac Vesperarum tantùm (non autem aliarum Horarum) dicitur: *Benedicamus Domino Alleluja, Alleluja &. DEO gratias Alleluja, Alleluja*, usque ad Vesperas Sabbati in Albis exclusivè: Postea Versus: *Fidelium*, & alia pro more, cum Antiphona *Regina Cœli &c.* in fine Laudum, aut, si sequatur alia Hora, in fine ultimæ illarum.

Ad PRIMAM, TERTIAM, SEXTAM & NONAM, Post *DEUS in adjutorium*, & *Gloria Patri &c.* cum Alleluja in fine, dicuntur immediatè Psalmi con-

sueti (qui ad PRIMAM sunt ijdem, qui in Festis, scil. *DEUS in Nomine tuo, Beati Immaculati*, & *Retribue*) quibus finitis dicitur Antiphona: *Hæc Dies quam fecit Dominus &c.* postea *Oratio*, quæ ad Primam dicitur ut in Psalterio: *Domine DEUS omnipotens &c.* & post eam reliqua, ùt in eodem Psalterio ad *Primam* in Dominica. Lectio brevis: *Si consurrexistis cum Christo &c.* ùti ibid. In Martyrologio verò ante calendas, seu Titulum sequentis Diei, annuntiatur hodie in Choro Dominica Paschæ: *Hæc Dies &c.*

Ad reliquas Horas minores post Antiphonam: *Hæc Dies &c.* Psalmis consuetis immediatè subjunctam, dicitur *Dominus Vobiscum &c.* & Oratio Diei, posita in Laudibus, ac reliqua pro more.

MISSA propria, ùti notatur post Canonem Missæ, cum *Gloria*, Sequentia, & *Credo*. Oratio Unica. Præfatio Paschalis (*Sed in hac potissimùm Die*) nec non *Communicantes*, & *Hanc igitur* propria, ùti & *Ite Missa est* cum duplici *Alleluja* usque ad sequens Sabbatum in Albis inclusivè. BENEDICTIO MENSÆ pariter propria hodie, ac Seqq. Dieb. usque ad Coenam Sabbati exclusivè.

Ad *Chorum* quod attinet, decet, ut MATUTINÆ hac Die solenniter ante auroram (quo Tempore nimirum resurrexisse à mortuis Christum credimus) in eo celebrentur. *Gerlac. supra cit. Tit.* 19. Ad *Laudes* & *Vesperas* Hebdomadarius, vel Celebrans (ità harum quoque *Officiatorem* appellant Rubricistæ, ùti Videre est apud Bauldry P. 4. c. 12. n. 5. item c. 18. n. 1. & 3. ac alibi) intonat solenniter Antiphonam: *Hæc Dies &c.* Ad PRIMAM verò, dum Lector Martyrologij annuntiat hodie Tono Solenniori solennitatem Paschalem dicens: *Hæc Dies, quam fecit Dominus &c.* omnes in Choro stant nudo capite: cùm verò postea dicuntur Calendæ, & annuntiatur Martyrologium sequentis Diei, omnes sedent more solito. ASPERSIO quoque POPULI hodie, ac in Dominica Pentecostes ante Missam solennem fit aquâ Baptismali pridie benedictâ, attamen hâc in Solis Ecclesijs, in quibus habentur Fontes Baptismales; in Regularium verò Ecclesijs, & alijs, in quibus non sunt Fontes Baptismales, fit Aspersio more solito Aqua lustrali hodie benedictâ: dicitur tamen etiam in his à Celebrante genuflexo post eius Benedictionem Antiphona: *Vidi Aquam &c.* ac reliqua, ùt in Missali in ORDINE faciendi, & aspergendi aquam benedictam Tempore Paschali. Reliquis verò Dominicis extra duas prædictas etiam in Ecclesijs, in quibus habentur Fontes Baptismales, Aspersio Populi facienda non est Aqua Baptismali pridie benedictâ, sed Aquâ, illâ ipsâ Dominicâ ante illius

aspersionem benedictâ, ùt in Missali.

Quid sit obsérvandum in illis locis, in quibus singulis Diebus Dominicis infra Pascha & Pentecosten occurrentibus, in honorem Resurrectionis Dominicæ Circuitus circa Templa, ac Processiones instituí solent, vide apud proximè cit. Vinitorem.

Missæ Votivæ etiam Solennes (nam *privatæ*, etiam de *Requiem*, absolutè prohibentur usque ad Dominicam in Albis inclusivè) infra hanc Octavam regulariter non sunt dicendæ juxta Missale Rom. recognitum: si tamen pro re gravi dicatur aliqua Missa Votiva Solennis post primum Paschæ Triduum non dicetur in ea Graduale, sed tantùm duo *Alleluja &c* licèt dicatur Missa de Octava: in eadem dicenda *Præfatio Paschalis* (nisi habeat propriam) item Communicantes, & *Hanc igitur* uti in Missa de Die currente. In fine tamen Missæ etiam hujusmodi Votivæ Solennis ad *Ite Missa est* non est addendum Alleluja judiciò Gavanti, ob rationem mox afferendam.

Si Festum *S. Marci* occurrat *Die Sancto Paschæ*, transfertur illud post Octavam, at verò *Litaniæ Majores* ac *Processio* ex Decr. S. R. C. de Die 25. Septembr. 1627. transferuntur in eo casu in Feriam III. Paschæ: & tunc in Missa Processionis, sive de Rogationibus (dicenda sine *Gloria* & *Credo*, ac sine Commemoratione Octavæ, in Paramentis verò Violacei Coloris) dicitur quidem *Præfatio Paschalis*, sed ea, quæcum suo Cantu dicitur in *Diebus ferialibus*, quia est *Missa ferialis*. In eadem quoque dicitur *Communic.* & *hanc igitur* Paschæ proprium. In fine autem ad *Benedic.* non additur *Allel*quia duplex illud *Alleluja* est proprius Ritus Missæ Paschalis, & summæ Lætitiæ, ac proinde Missis, quæ dicuntur in Paramentis Violaceis (tanquam Missis de Luctu) non conveniens. Oratio 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa. Si verò Festum S. Marci non ipsâ Dominicâ Paschatis, sed alio quocunque die infra ejus Octavam occurrat, semper die illo fit Processio, & sub ea Missa de Rogationibus modô recèns explicatô. Quomodo autem decantandæ sint *Litaniæ majores*, ac instituenda illius diei *processio*, dicetur infrà Feriâ II. Rogat. ac P. II. Die 25. April.

Ad Vesperas hodie, ac Seqq. Dieb. usque ad *Vesperas Sabbati in Albis* dicitur Antiphona: *Angelus autem Domini* cum reliquis de Laudib. hodierni Officij, ac Psalmus *Dixit Dominus*, cum reliquis de Dominica per annum: postea Antiph: *Hæc Dies, quam fecit Dominus: exultemus &c.* (quam Hebd. vel Alius, qui Celebrat, perinde, ac ad Laudes, ad Vesperas quoque intonat Solenniter) & post hanc *Magnificat* cum sua Antiphona

(quæ

(quæ, ut suprà dictum, quotidie est propria) quibus subjungitur Oratio currentis diei, *Dominus Vobiscum &c.* & *Benedicamus Domino cum duplici Alleluja*, & Vers. *Fidelium anima &c.* pro more. De Festo simplici infra hanc Octavam occurrente non fit Commemoratio hodie, ac duobus sequentibus diebus, bene tamen post illos.

Ad Completorium dicto Versu: *Jube Domine: Fratres Sobrij estote*, nec non Versu *Adjutorium nostrum*, cum *Pater noster &c.* factáque Confessione, ac Absolutione, post Vers. *Converte nos DEUS*, & *DEUS in adjutor:* cum *Gloria Patri &c.* dicitur *Alleluja* ante Psalmos consuetos, quibus finitis idem *Alleluja* dicitur quater: Deinde Canticum Simeonis: post hoc Antiphona: *Hæc Dies &c. Dominus Vobiscum*, & Oratio: *Visita quæsumus*, ac reliqua pro more, cum Antiphona *Regina Cæli &c.* Atque hic modus dicendi *Completorium* servatur usque ad Completorium *Sabbati in Albis* exclusivè. Cæterùm, cùm in Completorio infra Octavam Paschæ ponantur post Psalmos 4. *Alleluja*, quin in Rubricis *Antiphonæ* vocentur, ideo dubitari potest, an *Alleluja* ante Psalmos illius Completorij positum dicendum sit hodie, & sequentibus diebus semel tantùm, ratione scilicet solius Doxologiæ *Gloria Patri &c.* an verò insuper etiam iteratò, per modum Antiphonæ, ante eos Psalmos inchoarè, post Psalmos verò integrè dicendæ? Non bis, sed semel tantùm esse dicendum ante eos Psalmos (nempe ratione *Gloria Patri &c.*) ac rursùm quater in fine Psalmorum, suaderi videtur ex eo, quòd Rubrica ordinans modum dicendi Completorium hac & sequentibus 5. diebus, & inter præmittenda Psalmis consuetis Completorij expressè etiam ponens Tò *Alleluja*, non videatur hoc ibi ponere tanquàm pertinens ad Psalmos, sed tantùm ad *Gloria Patri.* At verò quòd illud *Alleluja* non (ut objicitur) pertineat *ad Gloria Patri*, sed dicendum sit per modum insuper Antiphonæ inchoatæ ante Psalmos Compler. colligi videtur ex eo, quòd Rubrica ordinans Officium ejusdem Diei, illud post *Gloria Patri* non exprimat ante Psalmos Primæ, Tertiæ, Sextæ, & Nonæ &c. (quia nempe post *Gloria Patri &c.* deinceps dicendum rursus esse in principio Horarum *Alleluja*, supponit ex Rubrica extante in Completorio hesternæ diei, quæ ibi expressè dicit: *Ad Gloria Patri* post *DEUS in adjutorium* non amplius dici: *Laus Tibi Domine Rex æternæ Gloriæ*, sed ejus locò deinceps dici: *Alleluja*) differè autem id exprimat ante Psalmos Completorij, & ante hos quidem semel, post eos autem quater, seu integrè, hoc est eò modò, quò solent Antiphonæ: ac per hoc innuat, expressum ibi *Alleluja* non designare id-

illud *Alleluja*, quod juxta hesterni Completorij Rubricam dicendum est ratione *Gloria Patri* ad initium cujusvis Horæ dicendi, sed esse tanquam Antiphonam ante Psalmos: a-Hoquin sicut non erat ratio, ut Rubrica, ordinans Officium hodiernæ diei, exprimeret post *Gloria Patri* dicendum esse *Alleluja* ante Psalmos Primæ, Tertiæ &c. ita quoque nulla fuisset, cur exprimeret illud ante Psalmos Completorij post *Gloria Patri*, si tantùm ratione hujus, & non per modum insuper Antiphonæ (post Psalmos integrè repetendæ) illis esset præmittendum; imò major tunc foret ratio illud post *Gloria Patri* non exprimendi; ne scilicet eo ipso daretur ansa existimandi per errorem, illud præponendum esse Psalmis insuper per modum Antiphonæ: ergo &c. At ulteriùs opponitur 1. Cæteræ parvæ *Horæ* non habent *Alleluja* per modum Antiphonæ ante Psalmos: ergo nec *Completorium*. R. Negando Consequentiam, ac paritatem: quia in cæteris parvis Horis nec exprimitur ante, nec etiam post Psalmos, quod tamen fit in eo Completorio, de quo hic est Sermo. Opponitur 2. Primùm in Completorio Sabbati ante Dominicam in Albis dicitur, quòd locô Antiphonæ *Miserere* dicendum sit *Alleluja*: ergo signum est, per Octavam dici non debere ante Psalmos. R. Rursus negando Consequentiam; Ratio eam negandi est; quia Antiphona *Alleluja* aliô modô dicitur in *Completorio* per Octavam usque ad Sabbatum in Albis exclusivè, & aliô modô reliquo tempore Paschali: nam per Octavam dicuntur post Psalmos 4. *Alleluja*, reliquo autem tempore Paschali solummodo tria: præterea Sabbatô ante Dominicam in Albis ordinant Rubricæ Breviarium per toto subsequente Tempore Paschali generaliter; at verò in Dominica Resurrectionis solummodo pro 4 illis diebus infra Octavam, specialem dicendi id modum præscribendo: quod ipsum quoque faciunt in Sabbato Sancto in ordinando ejus diei Completorio, ubi expressè monent: In Completorio illius diei *Psalmos consuetos dici sine Antiphona*: hodierni autem Completorij Psalmis præponendo unum *Alleluja*, illi verò finitis subjungendo quatuor, satis declarant modum diversum ab eo, quô dicendum est Completorium in hac parte tum Sabbati Sancto, tum etiam Sabbatô ante Dominicam in Albis, & reliquo deinceps Tempore Paschali. Atque hæc ad motum hac inparte dubium: cùm autem nullus Rubricistarum à me inspectus illud proponat, aut discutiat, censeo omnium optimum fore, si quis in privata Officij recitatione illum sequatur morem, qui in Choro in ea Diœcesi, aut familia Sacra, in qua versatur, pro Tempo-

pore observatur; Rationem autem spectando accedo ego 2. Sententiæ.

Quia *Dominica Paschæ* est *Dominica Major* 1. *Classis*, adeoque cum tota sua Octava contra quodcunque Festum in ijs occurrens privilegiata, ideo (saltem Vi Rubricarum Missalis recogniti, ac seclusô Speciali Privilegiô, legitimáve consuetudine) quodcunque Festum in ijs occurrens est transferendum post Octavam. Quòd si intra illam post primum ejus triduum cantanda sit Missa de Festo transferendo ob *concursum Populi*, aut ob *Titulum Ecclesiæ* (ut in cit. Rubric. VI. Missal. recogniti) vel Missa Votiva Solennis pro re gravi, dici illa debet, ùt Tempore Paschali, attamen ut suprà. *Arnaud.*

Petes: Quando, ac quoties Cereus Paschalis toto Tempore Paschali sit accendendus? R. Sac. Rit. Congregationem 19. Maij 1607. censuisse, regulariter accendi debere ad Missas & Vesperas Solennes in Triduo Paschatis, in Sabbato in Albis, & in Dominicis usque ad Ascensionem, alijs verò diebus, præcipuè *Festivis*, servandam esse consuetudinem locorum; quantum verò ad hanc Gavantus To. 1. P. 4. Tit. 10. n. 42. eam præ cæteris probat, quâ alicubi receptum est, ut à Latere Evangelij, (in hoc enim est collocandus) *ad Missam*, & *omnes Horas* à Sabbato Sancto usque ad Dominicam in Albis inclusivè; quia tota Octava est unicum Festum Resurrectionis. Præterea diebus reliquis Dominicis usque ad Ascensionem ad primas & secundas Vesperas, item ad utrumque Completorium inclusivè, nec non ad Missam, & cæteras Horas earundem: quia Dominica est Repetitio Festi Resurrectionis etiam per annum, ne dum Tempore Paschali, ac denique in Ascensione ad omnes Horas usque ad Evangelium Missæ Conventualis inclusivè, ùt ibi. Quòd si dicatur Missa *Parochialis*, seu *Conventualis non Solennis*, ad eam quoque diebus Dominicis Paschali Tempore occurrentibus accendi potest, uti & à primis Vesperis Ascensionis usque ad finem 1. Evangelij sub ejusmodi Missa, alias verò nunquam.

Cavendum quoque est, ùt monet Bauldry P. 4. c. 11. a. 5. n. 24. ne accendatur ad *Missas Funebres*, ac *Luctuosas*. Candelæ autem illæ tres in arundine positæ, quæ Sabbato Sancto de Igne noviter benedicto accenduntur, non ultra Vesperas illius Sabbati ardere debent; quia cessat causa. *Gav. ubi suprà.*

Feriâ II. ac III. Paschæ *Officium*, ac *Missa* dicuntur Ritu duplici 1. Classis, sine Commemoratione ac Lectione de Festo Simplici occurrente; quia, ut notat Gavant. ambæ sunt Festa majora; reliquis verò infra Octavam diebus fit de Octava Ritu duntaxat semiduplici, cum Commemoratione (Ritu Paschali, h. e. ad-

addito ad Antiph. & Vers. *Alleluja* faciendâ) attamen sine Lectione, de Festo simplici occurrente tam in *Officio*, quàm in *Missa*: in qua à Feria IV. inclusivè usque ad Sabbatum in Albis inclusivè dicuntur duæ tantùm Orationes, *Prima* scilicet de Die currente, *Secunda Ecclesiæ*, vel pro Papa, nisi occurrat Festum Simplex; tunc enim Oratio *Secunda* erit de Sancto, omissa Oratione, *Ecclesiæ*, aut pro Papa: Cùm *Tertia* Oratio infra hanc Octavam non dicatur. *Rubr. & Gav. hic n. 2.* De reliquo *Officium*, & Missa (quæ sua cuique diei assignatur in Missali Romano) infra Octavam quotidie dicuntur, uti in Festo Paschæ, exceptis Versiculis ac Lectionibus Nocturni, nec non Oratione, & Antiphonis ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, quæ respectivè dicuntur, uti notantur pro quavis Feria in Proprio de Tempore. *Col. Alb.* per totam Octavam.

De Festo *Duplici*, vel *Semiduplici* infra hanc Octavam occurrente, nihil fit infra illam, sed transferuntur post Octavam: non tamen transferuntur post illam *Litaniæ majores*, & *Processio* cum *Missa de Rogationibus*, si die Paschæ, aut infra ejus Octavam incidat Festum S. Marci: nam licèt in tali casu post Octavam transferatur *Festum S. Marci*, non tamen transfertur in diem illam, aut aliam *Processio* cum sua Missa Processionalis, sive de Rogationibus, sed instituitur illa ipsâ die, nempe 25. Aprilis, nisi quando prædictum Festum S. Marci occurrit ipsâ *Dominicâ Paschatis*; tunc enim transfertur quidem etiam *Processio* cum Missa Rogat. non tamen, uti Festum, post Octavam, sed tantùm ad Feriam III. Paschæ proximè subsequentem, ut suprà *fol.* 124. ac infrà declaratur P. II. Die 25. Apr. & tam ad *Processionem*, quàm ad *Missam Processionalem*, quæ est de *Rogationibus* adhibetur *Color Violac.*

Sabbatô In Albis (ità dictô vel ab Angelis, qui visi sunt in *Stola candida*, ut vult Durandus; vel quia hodie nuper Baptizati deponebant *Albas Vestes*, ùt intelligerent, fore illis requiem æternam Sabbati Cœlestis, si deposuerint Corpora immaculata, utì Vestes Albas, in morte, ùt sentit Alcuinus) *Officium* usque ad *Vesperas* exclusivè fit *Ritu* ac *Modô* eôdem, quô tribus præcedentibus diebus: Idem est de *Missa*, nisi quòd ab hac die usque ad Dominicam Pentecostes, tam in Missis de *Tempore*, quàm *de Sanctis*, non dicatur Graduale, sed ejus locô dicantur duo Versus, cum quatuor *Alleluja* (præterquam in Missa Feriæ IV. quatuor Temporum Pentec. in qua dicuntur tria, ùt ibi, exceptis quoque Missis Rogationum, necnon Vigiliæ Pentecostes, ac Sabbati 4. Temporum Pentec. in quibus omnibus dicitur Unum tantùm, pariter ùt ibi) & quidem hoc Ordine: Duo scilicet an-

ante primum Versum, tertium post primum Versum, quartum post secundum Versum, nisi dicatur *Sequentia*; tunc enim quartum seu ultimum *Alleluja* non dicitur post secundum Versum, sed post Sequentiam, uti in Missa hodierna: in qua Præfatio, *Communicantes*, & *Hanc igitur*, ut præcedentibus Diebus; dicitúrque etiamnum hodie *Ite Missa est* cum duplici *Alleluja*. Col. Alb.

Ad Vesperas Officium fit *duplex* dicendo omnes Psalmos (eósque feriales, ùt in Psalterio in Sabbato per annum) sub Unica Antiphona *Alleluja, Alleluja &c.* quæ duplicatur: à Capitulo autem (quod quâvis Dominicâ post Pascha est proprium) fit de Dominica in Albis. Hymnus: *Ad regias Agni Dapes &c.* Versus: *Mane nobiscum Domine Allel. &c.* uti notantur hîc in Proprio de Tempore, dicunturque ambo etiam in reliquis deinceps Dominicis post Pascha usque ad Ascensionem. Antiphona ad *Magnificat*, & Oratio propria, ùt ibi. Vers. *Benedicamus Domino &c* dicitur deinceps sine *Alleluja*.

Completorium hodie, ac deinceps dicitur ùt in Psalterio, nisi quòd Tempore Paschali locô Antiphonæ *Miserere* dicatur Antiphona *Alleluja*, ùt ibi Tempore Paschali; & in fine Antiphonæ *Salva nos &c* addatur *Alleluja*. Præterea Hymnus *Te Lucis ante Terminum*, uti & alij omnes ejusdem metri, usque ad Ascensionem terminentur in Officio hac clausula: *DEO Patri sit Gloria, & Filio, qui à mortuis surrexit, ac Paraclito, in Sempiterna Sæcula. Amen*, nisi vel habeant propriam clausulam (uti Hymni S. Crucis ad Vesperas, Matutinum, & Laudes, nec non Hymnus: *Christo profusum Sanguinem &c* de plur. Martyr. ac denique Hymnus propr. de S. Venantio) vel fiat Officium de B. V. M. tunc enim terminantur pariter ùt ibi. Denique ab hac Die usque ad Sabbatum post Pentecosten ad Responsorium breve Completorij, atque etiam reliquarum Horarum, uti & earundem (præterquam ad Versus *Precum*, quæ, quando non est Duplex, nec occurrit Dies infra Octavam, dicuntur in *Prima* & *Completorio*) additur *Alleluja*: quod quidem junctum alicui Responsorio brevi tam ante, quàm post Responsorij Repetitionem duplicatur, uti & post 1. Versum ante *Gloria Patri*, ubi pariter bis locô Partis Responsorij ponitur. At verò junctum alijs Versibus, ac versiculis Nocturnorum, Laudum, Vesperarum, ac Responsoriorũ non nisi semel dicitur in fine illorum, cujus rei Paradigmata videre est Dominicâ in Alb. in Propr. de Temp. Ad Cœnam hodiernã Bened. Mensæ iterum Communis.

Si quis in Die Paschæ moriatur, ejus Corpus reservandum est in sequentem Diem ob Reverentiam

Paschæ ex Præscripto Ritualis Romani.

Quòd si tamen uno vel altero Die ante Pascha è vivis excesserit, solet alicubi post Vesperas etiam in Pascha sepeliri ex rationabili causa.

TITULUS XXII.

De Dominica in Albis, in Octava Paschæ.

DOMINICA IN ALBIS (hoc est I. post Pascha) est *Dominica major* 1. *Classis*, adeoque privilegiata contra quodcunque Festum 9. Lectionum in ea occurrens, quod proinde (saltem Vi Rubricarum, ac seclusô iterum speciali Privilegiô, Consuetudinéve legitimè introductâ) est transferendum in Diem aliam proximè non impeditam juxta Rubr. Gen. de Transl. Festor. In Ecclesijs tamen, in quibus hodie vel occurrit Titulus seu Festum Titulare Ecclesiæ, vel ad celebrandum Festum, quod transferri debet, est hodie concursus Populi, possunt hâc Dominicâ cantari duæ Missæ (una de Die, altera de Festo) aut saltem fieri Commemoratio de eo Festo, de quo hodie non licet celebrare Officium, uti habetur respectivè in eadem Rubrica. Vocatur *in Albis, quia hodie*, Teste S. Augustino Serm. 1. in Oct. Paschæ, *Neophytorum Habitus commutatur : ubi* tamen monet, id *ità* faciendum, *ut Candor, qui de Habitu deponitur, semper in Corde teneatur.*

OFFICIUM de ea fit duplex, attamen ut in Psalterio Tempore Paschali, ac propriô locô. Ad *Matut.* Invitatorium : *Surrexit Dominus vere &c.* Hymnus : *Rex Sempiterne &c.* Psalmi cujuslibet Nocturni dicuntur sub unica cuivis propria Antiphona (quæ hodie duplicatur) ut ibi : Versus Nocturnorum pariter ùt ibi. Lectiones ad singulos Nocturnos propriæ, utì notantur in loco, h. e. in Proprio de Tempore. Ad *Laudes* Antiphonæ, & reliqua, respectivè ùt ibid: & in Psalterio Tempore Paschali. Si occurrat Festum simplex fit de eo (Ritu tamen Paschali) Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus ac Missa, cum 9. de eo Lectione in Officio, Si propriam habeat : tametsi enim tam hanc, quàm illam excludant *Festa duplicia* 1. Classis, neutram tamen excludere videntur omnes *Dominicæ* 1. Classis, sed tam hanc, quàm illam admittere eæ omnes Dominicæ, in quarum-

rum quà talium Officio dicuntur 3. Nocturni, cum Hymno : *Te DEum Laudamus* (qualis est etiam *Dominica in Albis*) utì colligitur ex Rubr. Gener. *IX. n.* 10. Si quid aliud à S. R.C. est decretum, aut decernendum hac in parte, illi erit parendum.

Ad PRIMAM, & Reliquas HORAS Hymni terminantur Clausula Paschali, ùt suprà. Antiphon. *Alleluja* ùt in Psalter. Tempore Pasch. In eadem omissô Psalmô *Confitemini*, dicuntur tantùm 3. Psalmi consueti, ut in Duplicib. cum Symbolo S. Athanasij *Quicunque &c.* attamen sine Precibus. Responsorium breve (in quo Versus : *qui Surrexisti à mortuis &c* etiam in Festis usque ad Ascens. nisi proprius habeatur) & Lectio brevis, utì notantur hac die, & in Psalterio Temp. Paschali.

Ad TERTIAM, SEXTAM, & NONAM Antiphona *Alleluja*, ùt in Psalter. Tempore Pasch. Capitula, Responsoria brevia propria, utì notantur in Proprio de Tempore hac Die.

MISSA propria cum *Gloria*, & *Credo. Oratio* unica, si Festum simplex non occurrat. Præfatio Paschalis, sed deinceps sic : *Te quidem Domine omni Tempore, sed in hoc potissimum &c. Communicantes*, & *Hanc igitur* commune. In fine : *Ite* sine *Alleluja*, & Evang. S. Joan. *Col. Alb.*

VESPERÆ (si cras Festum duplex 1. aut 2. Classis non occurrat) erunt integræ de hodierna Dominica. Antiphona : *Alleluja &c* Psalmi : *Dixit Dominus*, cum reliquis de Dominica, ùt in Psalter: qui sub una tantùm Antiphona (hodie duplicatâ) in Dominicis Paschali Tempore dicuntur. Capitulum, Hymnus, & Vers. ùt in 1. Vesper. Antiph. ad *Magnificat* propria : Commemoratio de sequenti Festo, si quod cras occurrat, seu semiduplex illud sit, seu etiam tantùm simplex. Ad Duplicia quod attinet, in 2. Vesperis diei Octavæ Paschæ (h. e. hodiernæ Dominicæ in Albis) de sequenti quoque Festo duplici fit tantùm Commemoratio, nisi illud fuerit 1. *vel* 2. *Classis*, seu *Patronus*, vel *Titulus*, aut *Dedicatio Ecclesiæ* : quia tunc de ejusmodi Festo ab hodiernis Vesperis fieret Officium, cum Commemoratione tamen de Octava Paschæ, seu Dominica in Albis (utpote majore 1. Classis, quæ nunquam omittitur) & quidem tunc de hac tantùm. *Col. Alb.*

Hodie finitur Tempus Communionis Paschalis, loquendo de Jure Communi. *Eugen. IV. quod. Navaro.*

TITULUS XXIII.

De Feria II. & Reliquis post Dominicam in Albis.

HOdie manè aperiuntur Nuptiæ, h. e. iterum celebrari solenniter permittuntur in facie Ecclesiæ juxta Decr. SS. Concil. Trid. *Sess.* 24. *c.* 10. *de reform. Matr.* Si hodie occurrat Festum, seu 3. seu 9. Lectionum (etiamsi hoc sit translatum) fit de eo, ut in Breviar. ac Missali Romano, attamen Ritu Paschali, qui (loquendo de Festis) est hujusmodi:

In Festis SS. Apostolor. & Evangelistar. nec non unius, aut plur. Martyrum Tempore Paschali occurrentium, *Officium* & *Missa* dicuntur, utì notantur vel propriò locò in Proprio Sanctorum, vel in Communi Apostolor. & Evangelistar. aut SS. Martyrum *Tempore Paschali*; additis ac observatis insuper respectivè ijs, quæ sunt Communia alijs quoque Festis Tempore ac Ritu Paschali celebrari solitis.

In Festis verò B. M. Virg. nec non Confessorum Pontif. & non Pontif. item SS. Virg. & non Virg. ac denique Dedicat. Ecclesiæ, aliorúmque non habentium Officium particulare pro Tempore Paschali, Officium fit, ut alijs Temporibus, nisì quòd ad Invitatorium, Antiphonas, Versúsque Nocturnorum, ac reliquarum Horarum (excepris tamen Versibus Precum, quæ dicuntur ad Primam, & Completorium) nec non ad Responsoria Lectionum in Nocturnis addatur in fine unum *Alleluja*, nisì jam antecedenter *Alleluja* aliquò terminentur; tunc enim aliud juxta Rubr. Missal. & Brev. non additur. Ad Resp. brevia verò Horarũ ante primum & secundum Versum dicantur duo *Alleluja*, quæ etiam post dictum primum Versum ante *Gloria Patri* tam in Officio de Sanctis, quàm de Tempore ab Octava Paschæ usque ad Sabbatum post Pentec. inclusivè repetuntur loco partis Responsorij (extra Tempus Paschale alioquin poni solitæ) in fine autem secundi Versus dicatur tam in Officio de Sanctis, quàm de Tempore, tantùm unum *Alleluja*, ut in Rubrica Sabbat. in Albis, ac in Rubr. Gener. XXVIII. n. 5. declaratur. Præterea Psalmi in Festis 9. Lectionum in quolibet Nocturno dicuntur sub prima tantùm Antiphona illius Nocturni, servato Ritu Duplici, vel Semiduplici, competente scilicet ei Festo, de quo fit Officium. In *Festis Simplicibus* pariter Psalmi Omnes de

de Nocturno currentis Feriæ dicuntur sub una Antiphona *Alleluja &c.* ùt in Psalter. Temp. Pasch. & Fer. II. post Dominicam in Alb. Ad *Primam* in Responsorio brevi dicitur usque ad Ascensionem etiam in Festis Versus : *Qui surrexisti à mortuis* (nisi proprium habeant, uti habent Festa B. M V.) & quando non est Duplex, aut *infra Octavas*, dicuntur ad *Primam*, & *Completorium* Preces, ùt ibi in Psalterio. Denique in *Festis Simplicib.* ac *Semiduplicibus* (nisi infra aliquam Octavam occurrant) in Laudibus ac Vesperis fit Commemoratio de sola Cruce (eáque propria Tempori Paschali, prout notatur Fer II. post Dominicam in Albis in Brev. Romano) omissis alijs Commemorationibus Communibus, tum quia Crux fuit causa *Lætitiæ Paschalis*; tum quia Christus ipse ad *Gloriam Crucis* Vulnera retinuit ab ea, vel in ea eidem inflicta, quæ passim Apostolis, & alijs ostendit his diebus.

In Officio Parvo B. M. V. quod Tempore Paschali dicitur in Choro ab ijs, qui ad id tenentur, non additur *Allel.* Antiphonis, neque Versibus, neque Responsorijs per Rubr. Gener. XXXVII. Ad *Introitum* Missarum (tam *Festivarum*, quàm etiam *Votivarum*) toto Tempore Paschali additur in fine Introitûs ante Psalmum duplex *Alleluja*, unum item ad finem *Offertorij*; & unum ad *Communionem*, nisi jam antecedenter in illis reperiatur; tunc enim juxtà Rubr. nullum aliud est superaddendum ibi jam positis, aut posito. post Epistolam verò non dicitur Graduale Tempore Paschali, sed tantùm dicuntur 2. Versus cum 4. *Alleluja*, duo scilicet ante I. Versum : Tertium post primum Versum, & Quartum post secundum Versum. Quæ omnia constant ex Rubricâ præfixâ tum Festo Annunt. B. M. V. tum Communi plurim. Martyrum extra Tempus Paschale. Ad *Orationes* Missarum hujus Temporis quod attinet, à. Fer. II. post Octavam Paschæ usque ad Ascensionem post Orationem diei (nisi sit *Festum Duplex*) dicitur 2. locô Oratio de S. Maria *Concede nos famulos &c.* 3. verò locô Oratio contra Persecutores Ecclesiæ vel pro Papa, prout ambæ notantur in Miss. Rom. post Dominicam in Alb.

Quòd si in *Festo Semiduplici* occurrat *Festum Simplex*, fit de eo in Missa Commemoratio secundô locô, & tertiô locô dicitur Oratio, quæ aliàs 2. locô erat dicenda. Excipe casum, quô *Festum Semiduplex* unà cum *Festo Simplici* incidit in Feriam II. Rogationum, tunc enim, ut suô locô dicetur, Oratio 2. est de Rogationibus (eò quòd Commemoratio *Feriæ majoris*, qualis est II. Rogationum, præcedat Commemorationem *Festi Simplicis*) 3. de Simplici, extrusa Oratione *Concede*, quæ, si Festum Simplex Feriâ illâ II. Rogationum

num unà cum Festo Semiduplici non occurreret, esset 3. Quæ, & quo ordine dicendæ sint in Missis Orationes in casu, quô Festum Semiduplex incidit in Feriam III. Rogationum, aut in Vigiliam Ascensionis Domini, dicetur infrà suô locô.

In *Festis Duplicibus* extra *Dominicas* occurrentibus dicitur unica Oratio, nisi facienda sit Commemoratio *Festi Simplicis*, aut Feriæ Rogationum, aut *Vigiliæ* : hanc enim admittunt Festa Duplicia, exceptis ijs, quæ sunt 1. & 2. Classis; nam in Festis 1. Classis nulla fit de Festo Simplici Commemoratio (bene tamen Feriæ majoris, qualis est 2. Rogationum) utì nec de Vigilia, exceptâ Vigiliâ Epiph. in Duplicibus verò 2. Classis non nisi in *Laudibus*, ac *Missis privatis* fit *Festi Simplicis* Commemoratio. Quas autem alias utraque admittant Commemorationes, dicetur suis locis. Præfatio Paschalis dicitur non modò *in Missis de Tempore*, sed etiam in *Missis Festivis*, ac *Votivis* (nisi propriam habeant) toto Tempore Paschali. *Officium*, & *Missa* de *Apostolis* & *Martyribus* (uno vel pluribus) aliô modô dicitur *Tempore Paschali*, & alio Tempore non Paschali : nam Tempore Paschali dicuntur respectivè, prout notantur partim in Proprio Sanctorum, partim in Communi SS. Martyrum *Tempore Paschali*; & de uno Martyre quidem (seu Pontifice, seu non Pontifice) dicitur Missa : *Protexisti me DEUS &c.* cum Orationibus, ùt ibi, si propriam Missam, aut proprias orationes non habeat; pro pluribus verò Martyribus dicitur Missa : *Sancti tui Domine &c.* ùt in eodem Communi SS. Martyrum Tempore Paschali 2. locô, cum Orationibus, ùt ibi, si propriam Missam aut proprias Orationes non habeant : circa utramque verò prædictam Missam notandum hoc locô est, quod ibi monent Rubricæ, una quidem extans post Epistolam Missæ : *Protexisti me DEUS &c.* quæ monet, locô Epistolæ (*Stabunt Justi in magna constantia &c.*) dici posse Epistolam B. Pauli Ap. ad Timotheum : *Memor esto &c.* ùt in Communi unius Martyris extra Tempus Paschale, ex Missa : *Lætabitur Justus &c.* altera verò, extans post ultimam Post-Communionem ejusdem Missæ : *Protexistime DEus &c.* expresè ait : Epistolam & Evangelium Missæ *Protexisti* [quæ est de uno Martyre] dici etiam posse in Missa sequente *de pluribus Martyribus* Tempore Paschali, quæ incipit : *Sancti tui Domine :* & viciſſim *Epistolam & Evangelium* hujus posterioris Missæ, quæ est de pluribus Martyribus Tempore Paschali, dici posse in Missa *Protexisti* de uno Mart. Præter has duas Rubricas extat insuper tertia post ultimam Post-Communionem Missæ : *Sancti tui Domine &c.* assignans adhuc aliam Epistolam, seu

Le-

Lectionem, ac Evangelium pro Missis prædictis MM. Tempore Paschali. Vide Gav. To. 2. s. 8. c. 2. à n. 10. &. 11. ubi præter alia huc pertinentia monet, curandum, ut Evangelium, de cujus homilia legitur in *Officio*, concordet cum Evangelio, quod legitur in *Missa*.

Si Festum Annuntiationis B. M. V. occurrit *Feria VI. in Paraſceve*, vel *Sabbatô Sanctô*, tunc ex Decr. Sac. Rit. Congr. emanato 11. Mart. 1690. transfertur ejus *Officium* unà cum *Præcepto audiendi Missam*, & *vacandi ab operibus servilibus* [adeoque tam *in foro*, quàm *in Choro*] ad Feriam II. post Dominicam in Albis, ità, ut aliaFesta, vel priùs translata, vel in dictam Feriam II. incidentia, si hæc Posteriora non sint altioris Ritûs, protrahenda seu transferenda sint [quoad *Officium* ac *Missam*] in aliam diem non impeditam; eò quòd per dictum Sac. Rit. Congregationis Decretum Feria illa II. sit dies fixa, unà cum Præcepto audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus, pro dicta Festivitate DEIparæ, ut 14. Jun. 1692. declaravit Innoc XII. *Bullar.* 106. Unde deducitur 1. Quòd, si Annuntiationis Festum, ob Festum aliud altioris Ritûs, non translatum, sed in ipsa dicta Feria II. occurrens, aliquando aut alicubi sit transferendum, non tâmen propterea transferatur obligatio audiendi Missam, & vacandi ab omni opere servili. Deducitur 2. Non modò in casu, quô Festum anterius 2. Classis v. g. S. Josephi, sed etiam in casu, quo Festum 2. Classis simul transfertur cum Festo Annuntiationis, adhuc, non obstante altiori Ritu Festi prioris, agendum esse priùs [nempe dictâ Feriâ II post Dominicam in Albis] de Festo posteriore, h. e. de Annuntiatione, quantumvis hæc tantùm sit 2. Classis, quia pro casu, quo ea transfertur, Feria illa II. est dies fixa pro ejus celebratione, ac proinde impedita, quò minùs in eam Festum aliud quodcunque *transferri* possit. Deducitur 3. si alicubi ipsâ Feriâ II. post Dominicam in Albis occurrat Festum 1. Classis, ibíque etiam Annuntiatio celebretur sub Ritu Dupl. 1. Classis, adhuc transferendum esse prius Festum, & Feriâ illâ II. celebrandam esse Annuntiationem; quia ex una parte Feria illa II. pro Festo Annuntiationis translato est dies fixa, ex altera autem parte occurrentibus 2. Festis ejusdem Ritûs priùs faciendum est de Festo universali, quàm particulari, ex Decr. S. R. C. 1698. 27. Sept.

Atque hæc de Modo celebrandi Festa Tempore Paschali. Sicut autem, si fiat Translatio alicujus Festi à Tempore non Paschali ad Paschale, recitantur Officium ac Missa prout Tempore Paschali, ita, si fiat translatio à Tempore Paschali ad non

Pa-

Paschale, recitantur prout Tempore non Paschali. *Gav.* Ad modum celebrandi *Ferias*, post Dominicam in Albis, ac toto *Tempore Paschali* occurrentes, quod attinet, totum Tempus Paschale est *Festivum*, etiam. in Officio Feriali, ac idcirco *Diebus* quoque *ferialibus* ad *Laudes* dicuntur Semper Psalmi Dominicales cum Versu Dominicali Paschali, & in *Prima* tres tantùm Psalmi Ritu Festivo. Hôc prænotatô

Si FERIA II. post Dominicam in Albis Festum aliquod seu trium, seu novem Lectionum, non occurrat, fit de ea OFFICIUM feriale, uti notatur in Proprio de Tempore Fer. II. post Dominicam in Albis. Ad Matutinum Invitatorium *Alleluja &c.* ùt ibi, & in Psalter. Temp. Pasch. Hymnus *(Rex Sempiterne &c.)* ex Dominica præced. Psalmi Nocturnales de Feria currente, qui omnes [idem est de Psalmis Vesperarum] usque ad Ascensionem dicuntur sub una Antiphona *Alleluja &c.* Vers. Nocturni *Surrexit Dominus de Sepulchro &c.* ex 1. Noct. Dominicæ præced. ut in Psalter. ac Propr. de Temp. Lectiones tres de Scriptura occurrente : *Initium Libri Actuum Apostolorum &c.* ùt [illegible] ropr. de Temp. Responsor 1. & 2. ùt ibi. 3. non dicitur hoc Tempore in Officio feriali, sed ejus loco Hymnus *Te DEUM Laudamus &c.* ùt infrà. Quòd si *Initium* Libri Actuum Apostolorum ob occurrens Fest. 9. Lectionũ habens propria Lectiones in 1. Nocturno, eo die, quo notatur [nempe Feria II. post Dominicam in Alb.] poni non possit, *Initium* illud Lectionis de S. Scriptura fieri debet proximo Die [seu feriali, seu non feriali] similiter non impedito; Lectiones autem de Scriptura Feriæ illi assignatæ vel cum præcedentibus sunt legendæ, vel omittendæ, ità, ut non oporteat eas ampliùs in alio sequenti die resumere, sed illæ deinceps legantur, quæ suâ quaque die occurrunt, aut certè cum eisdem jungantur : id quod semper est observandum, quando Lectiones de S. Scriptura die aliquo omittuntur, et quòd aliæ, quàm de Scriptura occurrente, in Officio illius diei fuerint assignatæ. *Rubr. Gen. XXVI. Num 6.*

Ad LAUDES Antiphonæ, & Psalmi, dicuntur in Feriali Officio toto Tempore Paschali de Dominica, ùt in Psalter. Tempore Paschali. Capitulum : *Christus resurgens ex mortuis &c.* uti notatur Fer. II. post Dominicam in Alb. in Propr. de Tempore, nec non in fine Laudum Dominicalium ante Cantic. Benedictus. Hymnus [*Aurora Cœlum purpurat &c.*] & Versus [*In Resurrectione tua*] ùt in Dominica in Albis. Antiphona *ad Benedictus* propr. Oratio Dominicæ præcedentis : post eam fit Commemoratio de S. Cruce, non quidem illa, quæ alioqui dici soler per annum

num in Officio feriali; sed alia, Tempori Paschali propria, quæ pro Laudibus ac Vesperis annotata exstat Feriâ II. post Dominicam in Albis in Propr. de Temp. dicitúrque quotidie in Laudib. ac Vesperis usque ad Ascensionem, tam in *Officio de Tempore*, quàm *de Sanctis*, nisi sit duplex, vel infra Octavas: aliæ autem Commemorationes de S. Maria, de Apostolis, de Patrono, aut Titulari Ecclesiæ, & de Pace non dicuntur toto Tempore Paschali.

Prima ferialis Officij toto Tempore Paschali dicitur utì in Festis, dicendo tantùm 3. Psalmos consuetos sub Antiphona *Alleluja*, ùt in Dominica Tempore Paschali. Capitulum: *Regi Sæculorum &c.* Hymnus cum Clausula Paschali. Ad Responsor. Brev. duplex *Alleluja* cum Versu: *Qui surrexisti à mortuis &c.* Preces de Dominica, ùt ibi in Psalter. Ad Absolutionem Capituli Lectio Brev. *Si consurrexistis &c.* ùt ibid. Temp. Paschali.

Ad Tertiam, Sextam, & Nonam in feriali Officio hujus Temporis dicuntur Hymni cum Clausula Paschali; Psalmi sub Antiphona *Alleluja*, ùt in Dominicis Tempore Paschali, modô annotatô in Psalterio & Proprio de Tempore Fer II. post Dominicam in Alb. Capitula, & Responsoria brevia, utì notantur ibid. pro Temp. Paschali. Oratio Dominicæ præced. *Col. Alb.*

Missa de Feria dicitur Tempore Paschali, quoties non occurrit *Festum*, vel *Octava*, vel *Sabbatum*, in quo fiat Officium de S. Maria: excipe dies Rogationum, & Vigiliam Ascensionis, in quibus, si *Festum Duplex*, vel *Semiduplex*, vel *Octava* occurrat, in Eccl. Cathedralib. & Colleg. cantantur tunc 2. saltem Missæ, una de Festo post Tertiam, altera de Feria, vel Vigil. post Nonam. &c, ùt ibi. Ad Qualitatem *Missæ ferialis* Tempore Pasch. dicendæ, de reliquo quod attinet, Missa ferialis infra Hebdo. toto Tempore Paschali dicitur, utì in Dominica proximè præcedente [exceptis 3. Ferijs Rogationum, in quibus dicitur, ùt ibi] cum *Gloria*, sine *Credo*. Orat 2. de S. Maria, *Concede*. 3. Contra Persecutores Ecclesiæ, vel pro Papa, utì notantur post Missam Dominicæ in Alb. Præfatio Paschalis: *Te quidem Domine omni Temp. sed in hoc potissimùm &c.* In fine *Ite*. Col. Alb.

Si cras occurrat Festum 9. Lectionum, in Vesperis hodiernis nil amplius fit de Feria hodierna, sed totæ dicentur [Ritu Paschali] de Festo subsequente, seu *duplici*, seu *semiduplici*, cum Cmmuemoratione *Festi simplicis* (si quod cras occurrat) ac Commemoratione de Cruce, si Festum illud sequens fuerit tantùm semiduplex, ùt suprà. Si verò cras occurrat *Festum Simplex*, tunc hodiernæ Vesperæ usque ad Capitulum e-

runt quidem de Feria, à Capitulo autem de *Festo simplici sequente*. Si denique Feriam hodiernam sequatur alia Feria, tunc totæ Vesperæ erunt de Feria hodie currente, dicendo de ea Psalmos feriales, ùt in Psalterio sub una Antiphona *Alleluja*, utì ibi Tempore Paschali : Capit. *(Christus resurgens ex mortuis &c.)* utì suprà in Laudib. extátque annotatum in Vesperis Fer. II. Temp. Paschali, nec non in Propr. de Tempore hac die. Hymnus *(Ad regias Agni &c.)* & Versus *(Mane nobiscum &c.)* ex Dominica, ùt ibid. Temp. Pasch. Orat. Dominicæ præced. *Col. Alb.*.

Modus hic dicendi *Officium* & *Missam* de Feria infra Hebdomadem occurrente observatur etiam reliquo Tempore Paschali, quando fit *Officium* & *Missa* de *Feria* infra Hebdomadem occurrente [exceptis ex parte *tribus Ferijs Rogationum*, de quibus suô locô] nisì quòd cuivis Feriæ ad Nocturnum proprij assignentur Versus, Propriæ item Lectiones, & Responsoria, ac denique propriæ Antiphonæ ad *Benedictus* in Laudib. & ad *Magnificat* in Vesperis, usque ad Vesperas Feriæ VI. exclusivè : & Versus quidem cujuslibet Nocturni ferialis sumitur Feriâ II. & V. ex I. Noct. Dominicæ præced. Feriâ autem III. & VI. ex II. Nocturno ; ac denique Feriâ IV. ex III. Nocturno. Lectiones, verò, & Antiphonæ ad *Benedictus*, & ad *Magnificat* dicuntur, utì pro quavis Feria notantur in Proprio de Tempore, nisì locô Lectionum ibi assignatarum ponendum quandoque sit *Initium Lectionis de S. Scriptura*, quod die suo poni non potuit, modô superiùs, & in Rubric. Generalib. Tit. 26. n. 6. & 7. declaratô. Responsoria denique, quando propria in Ferijs Temporis Paschalis non assignantur, sumuntur ex Dominica, in qua primò sunt posita, hoc ordine : Feriâ II. & V. ponitur 1. & 2. Responsorium I. Nocturni Dominicalis : Feriâ III. & VI. 1. & 2. Responsorium II. Nocturni Feria IV. primum & secundum Responsorium III. Nocturni. Quòd autem primum & secundum solummodo Responsorium cujuslibet Nocturni omissô tertiô, in Ferijs infra Hebdomadem dicto Ordine resumatur, fit ideo, quòd in Feriis Temporis Paschalis, quod est inter Dominicam in Albis, & Ascensionem, dicantur tantùm 2. Responsoria in Officio trium Lectionum ; quia post tertiam Lectionem dicitur *Te DEUM Laudamus &c.* exceptâ *Feriâ II. Rogationum*, in qua post tertiam Lect. non dicitur *Te DEUM*, sed Tertium Responsorium.

Quòd si Responsoria I. Nocturni *ejus Dominicæ*, in qua *primò ponuntur*, propter Festum duplex in ea occurrens in ipsa Dominica poni non possint [utì contingit, si Duplex incidat in Dominicam III. IV.

aus

aut V. post Pascha] tunc juxta Rubr. Gen. XXVII. n. 7. poni debent prima die ejus Hebdomadæ, in qua occurrit fieri de Feria, & omitti illa, quæ fortè in illa Feria propria habentur : Quòd si verò in tota illa Hebdomada non occurrat dies, in qua fiat de Feria, tunc Responsoria illa ponantur in sequenti Dominica, aut Hebdomade similiter non impedita, dummodo in ea Dominica immediatè, aut mediatè subsequente non occurrant alia Responsoria primò ponenda, seu nunquam adhuc posita : eo enim in casu Responsoria illa priora pro illo annô penitus sunt omittenda. Responsoria quoque, quæ in *aliquibus Ferijs* per Hebdomadem habentur, si eo die, quô posita sunt, dici non possunt propter Festum in ea occurrens, non sunt transferenda in aliam diem, sed omittenda, esto nunquam adhuc fuerint dicta.

In *Missis Votivis*, quæ dicuntur Tempore Paschali, perinde ac in *Festivis*, additur ad Introitum ante Psalmum duplex *Alleluja*, unum item in fine Offertorij, & unum in fine Communionis, ubi non jam antecedenter habetur : Omisso quoque Graduali dicuntur 2. Versus, cum 4. Alleluja, ùt suis locis ponitur. In omnibus quoque Votivis, quæ Præfationem propriam non habent, dicitur Præfatio Paschalis.

FERIÂ VI. *post Dominicam in Albis* nonnulla *Calendaria* seu *Directoria Diœcesana* ponunt *Festum de Clavis & Lancea Christi* tanquam concessum pro tota Germania, ac Ritu *Duplici minore* cum *Officio* & *Missa* propria [in qua dicendum sit *Gloria*, sine *Credo*, Præfatio autem de S. Cruce] celebrandum in *Colore rubro*, dividénsque *Vesperas Secundas* cum sequenti *Duplici minore*. Quædam tribuunt eidem Festo Ritum *duplicem majorem*, pariter quidem concessum pro tota Germania, attamen nonnisi *ad libitum*, eique tribuunt *Colorem Alb.* Missámque cum *Gloria*, & *Credo*, Præfationem verò Communem. Denique non desunt *recentiorum* quorundam *Breviarior. Supplementa* cum Titulo ei præfixo : *Duplex 2. Classis, Feriâ VI. post Dominic. in Albis Celebrandum, aliô Festô 9. Lectionum non impeditâ, per Germaniam*, nullo allegato Pontifice à quo sit concessum ; cùm tamen aliquod ex proximè præcedentibus Director. afferat esse concessum [sub *Ritu Dupl. majore ad lib.* recitandum per Germaniam] ab *Innocentio XI.* Alij verò nec agnoscunt, nec celebrant hoc Festum ; quia præter concessionem, quæ Anno 1353. aut 1354. vel juxta aliquos 1361. ab Innoc. VI. petente Carolo IV. Imperatore facta legitur, nullam aliam, quæ ipsis videatur satis *authentica*, inveniunt ; ea autem, quæ facta tunc est, revocata subin videatur per Bullam S. Pij V. ad Initium Breviarij Romani extantem : nisi fortassis

sustineri queat hôc Titulô, quòd in eadem Bulla permittantur Officia, quæ ante 200. annos ante illam sunt concessa : interea autem etiam hoc Officium videatur posse numerari, utpote 215. annis priùs concessum, quàm Bulla illa sit edita. Quæ tamen Ratio [præterquam quòd Bulla Piana loquatur de *Breviarijs*, non autem de *Officijs singularib.*] non sufficit, ut quis Authoritate quasi propria *Officiô* ac *Missâ* ibi celebret hoc Festum, ubi legitima consuetudine nondum facta est ut ità dicam, præscriptio, aut de obtento speciali Indulto Apostolico illud sub hoc vel illo Ritu celebrandi authenticè non constat; Quale, opinor, prætendent illæ Diœceses, in quarum Proprijs Dioeces. à Sac. Rit. Congr. quoad *Officia* in eis contenta Romæ recognitis, & approbatis, hoc quoque de SS. *Clavis & Lancea* Officium reperitur : cujusmodi tamen Officium cùm in Propr. *nostro* Dioecesano, ex commissione Clementis VIII. [prout constat ex ejus Præfatione] à S.R.C. Romæ recognito & approbato, non reperiatur, ideo in Dioecesi nostra Brixinensi (uti & in plurib. alijs) non celebratur hoc Fest. jam à centum & amplius annis, esto forsan ante restitutum, recognitúmque Breviar. Rom. id olim fuerit *Officio & Missa* celebratum juxta ea, quæ refert Auctor Purp. Doct. *l.* 2. *p.* 387. An verò transferri possit ibi, ubi est concessum, in casu, quô Feria VI. post Dom. in Alb. est impedita *Officiô* aut *Festô* Ritus *altioris*, vel *dignioris*, vide infrà P. III. Tit. 5. in fin.

Quòd si nec Feriâ VI. nec Sabbato sequente infra hanc, aut aliam Hebd. Temp. Pasch. occurrat Fest. aliquod 9. Lect. tunc Feriâ ejusmodi VI. dicuntur Vesp. usque ad Capitulum de Feria VI. currente, ùt in Psalterio Tempore Paschali, recitando scilicet omnes illius Psalmos feriales sub una Antiphona *Alleluja*, ùt ibi Temp. Pasch. à Capitulo autem fit Ritu Paschali de *S. Maria in Sabbato* [cum Commemoratione *Simplicis* occurrentis, & de *S. Cruce* tantùm] ùt ibi Tempore Paschali. *Col. Alb.* Quòd si Feriâ quidem VI. occurrat Festum 9. Lectionum, non item in Sabbato sequenti, tunc Feriâ VI. Sabbatum ejusmodi præcedente Vesperæ sunt de Festo, de S. Maria autem fit in illis solummodo Commemoratio per Antiphonam, Versic. & Orat. ùt ibi: attamen in fine Hymni: *Te Lucis ante terminum* dicitur nihilominus *JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c.* Quæ Clausula est propria etiam alijs quoque Hymnis Offici de S. Maria, si sint ejusdem Metri. Itaque

Omnibus Sabbatis, in quibus non occurrit Festum 9. Lectionum à Dominica in Albis, usque ad Dominicam V. post Paschа, fit Officium *de S. Maria in Sabbato*, *Ritu*, ùt dixi, Simplici Paschali, in Officio B. Mariæ in Sabb. Tempore Paschali

li præscripto. Ad *Matut.* Invitatorium, & Hymnus de B. Maria : Antiphon. *Alleluja*, Psalmi ferial. I. & II. Lectio de Script. occur. 3. de Mense curr. Vers: Respons. ac Reliqua ad Laud. & Hor. de B. Maria in Sabb. Temp. Paschæ.

Si quod *Festum Simplex* in tali Sabbato occurrat, fit de eo solummodo Commemoratio [sine Lectione, etiamsi propriam alioquin habeat] in Officio de S. Maria, & quidem ante Commemorationem Paschalem de S. Cruce, atque etiam in Missa : Quæ est una ex Votivis de S. Maria à Pasch. ad Pentec. in ea *Gloria*, sine *Credo*. Orat. 2. de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, nisi facienda sit, ut dixi, Commemoratio de Festo Simplici occurrente : tunc enim Oratio 2. erit de Simplici. 3. autem de S. Spiritu. Præfatio de B. M. V. & *Te in Veneratione*. In fine *Ite &c.* Col. Alb.

Ad *Vesperas*, si cras non occurrat Festum Duplex, & hodie factum sit de S. Maria in Sabbato, dicuntur Psalmi feriales sub una Antiphona *Alleluja*, ùt in Psalterio Temp. Pasch. Capitulum autem, & reliqua omnia de Dominica cras occurrente, utì notantur in Proprio de Tempore, cum Commemoratione *Festi Simplicis* [si quod cras occurrat] & de *S. Cruce* tantùm.

Si verò cras occurrat Festum Duplex, Vesperæ Ritu Paschali dicentur de eodem, cum Commemoratione Dominicæ, atque etiam Festi Simplicis cras occurrentis, nisi Festum de quo sunt Vesperæ, sit Duplex 1. aut 2. Classis : nam Festa 1. Classis excludunt omnem Festi Simplicis Commemorationem, Festa autem 2. Classis eam solummodo admittunt in suis Laudibus, ac Missis tantùm privatis.

TITULUS XXIV.

De Dominica II. post Pascha, ac Ferijs infra Hebdomadam II. post Octav. Paschæ occurrentibus.

CUm Dominica II. & reliquæ usque ad Pentec. sint tantùm *Dominicæ minores*, sive [ut vulgò vocantur] *Dominicæ per annum*, ideo si in illis occurrat *Festum Duplex* [seu *minus*, seu *majus*] fit de eo, cum Commemoratione tamen Dominicæ in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, atque etiam 9. de eâ Lectione in Officio, ac ult. Evange-

gelio in Missa, cum Commemoratione insuper ejusdem in 2. Vesperis, nisi sequatur Festum 1. aut. 2. Classis; tunc enim Vesperæ erunt de illo sine Commemoratione Dominicæ præcedentis; imò etiam Duplicis minoris aut majoris eo die celebrati, nisi crastinum Festum sit tantùm Duplex 2. Classis; hoc enim [exceptô Festô Circumcisionis] Commemorationem præced. Duplicis inferioris se in suis 1. Vesperis non excludit, esto in ijs excludat Commemorationem Dominicæ præcedentis.

Si Festum Duplex in hac, aut alia simili Dominica non occurrat, Officium fit de ea *Ritu Semiduplici Paschali*, de reliquo verò eôdem proportionaliter modô, quô in Dominica in Albis, dicendo omnia ùt in Psalterio Temp. Pasch. & in Proprio de Tempore. Lectiones I. II. & III. Nocturni, ùt ibi. Responsoria pariter in Loco. Antiphona ad *Benedictus*, & ad *Magnificat* propria. Oratio eadem, quæ in 1. Vesperis. Si in hac, aut reliquis Dominicis usque ad Pentec. occurrat Festum Simplex, fit de eo in Officio Dominicæ Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, legitúrque de eodem 9. Lectio [si propriam habeat, aliàs non] in Officio. *Col. Alb.*

Missa propria cum *Glor.* & Cr. Oratio 2. *Concede.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. nisi occurrat Festum Simplex, tunc enim 2. Oratio erit de Simplici. 3. *Concede.* Præfatio Paschal. In fine Ite, & Evang. S. Joan. *Col. Alb.*

Vesperæ, nisi cras occurrat Festum Duplex, dicuntur de Dominica currente, Psalm. *Dixit Dominus*, cum reliquis de Dominica, qui omnes dicuntur sub una Antiphona *Alleluja*, ùt in Psalterio Temp. Pasch. Capitulum, & Antiph. ad *Magnificat* propria. Hymnus (*Ad Regias agni &c.*) & Versus (*mane nobiscum &c.*) ùt in Vesperis Sabbati in Albis. *Col. Alb.* Si cras occurrat Festum Duplex, Vesperæ hodiernæ sunt de eo cum Commemoratione Dominicæ, nisi sit Duplex 1. aut 2. Classis. Color Festo conveniens.

Infra Hebdomadem II. post Octavam Paschæ Officium tam *feriale*, quàm *festivum*, tam quoad Horas, quàm quoad *Missam*, fit eô proportionaliter modô, quô infra Hebdomadem post Dominicam in Albis utrumque fieri debere Titulo præcedente est declaratum.

TITULUS XXV.

De Dominica III. post Pascha, ac Ferijs infra Hebdomadam III. post Octav. Paschæ occurrentibus.

DOMINICÂ III. post Pascha, & Ferijs infra Hebdom. illam occurrentibus fiunt omnia eô modô, quô Dominicâ, ac Hebdomadâ proximè præcedente, tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam*. Quòd si ob *Festum Duplex*, hâc Dominicâ occurrens, habénsque proprias Lectiones, *Initium* Libri Apocalypseos [alioqui hâc Dominicâ ponendum] in ea poni non possit, ponendum est proximo die, seu feriali, seu festivô, similiter non impeditô. Si tamen Festum S. Joannis ante Portam Latinam incidat in hanc Dominicam, aut Hebdomadem, leguntur in eo in I. Nocturno Lectiones de *Scriptura occurrente* [hoc est de *Libro Apocalypseos*] non autem de ejus Epistolâ prima, ùt alioquin in propria illius Festi Rubrica præscribitur. Porrò si Responsoria I. Nocturni hujus Dominicæ, in qua primò ponuntur, propter Festum Duplex in ea occurrens in ipsa Dominica poni non possint, ponenda sunt prima die, in qua infra Hebdomadem occurrit fieri de Feria, & tunc omittenda alia, quæ fortè in illa Feria propria habentur : Quòd si tota Hebdomade nunquam fiat de Feria, Responsoria illa Dominicæ prô eô annô penitùs sunt omittenda : quia tunc nec sequente Dominica IV. post Pascha [ob occurrentia alia Responsoria primò ponenda] poni ea possunt. Vid. supèr. dicta.

Dominicâ III. post Pascha ante 12. circiter annos in quibusdam Calendarijs Germaniæ ponebatur Festum S. Raphaëlis Archang. tanquam Titulo ampliore, quàm Diœcesano celebrandum : Verùm ab alijs, & ab his ipsis deinceps est omissum; quòd non constet, quando, & à quo concessum sit pro tota Germania, aut Terris Augustissimo Imperatori subjectis : Unde neque hac die, neque die 24. Octob. [pro qua Hispan. juxta Appendices quorundam Breviarior. est concessum] in Terris alijs Austriacis hucusque celebratur. Fuerunt quidem annô 1698. Typ. vulgatæ quædam Schedæ, in quibus unà cum Offic. de Clav. & Lancea Christi impressum quoque cernebatur Officium de S. Raphaële, tanquam pro tota Germania concessum; at quia com-

per-

pertum ſubinde eſt, Schedas illas non eſſe ſatis Authenticas, [cujuſmodi etiam circa aliorum Sanctorum Officia, nominatim S. Conradi Placentini, ut P. 2. 19. Febr. anno 10, vulgatæ non ſemel fuerunt] ideo abſtinendum erit à Recitatione illius Officij ijs in locis, pro quibus legitimè non conſtat eſſe conceſſum à. Sac. Rit. Congr. ipsáque Sede Apoſtolica. Quòd ſi particulari alicui, Eccl. alteríve Communitati, aut etiam Regno ponatur Specialiter conceſſum, non tamen propterea etiam alij illud recitantes cenſeri poſſunt ſatisfacere Præcepto de recitandis Hor. Canon. quandoquidem S. R. C. [ut conſtat ex ejus Decretorum Regiſtro, Calendario Brev. ac Miſſal. Rom. præfixo] declaravit, citra ſuam, aut Sedis Apoſtol. Licentiam non poſſe extendi *de Loco ad Locum Officia* alicubi *conceſſa*. Poſt hæc jam jam typum ſubitura, accipio Literas, quibus mihi ſignificatur, reſcriptum eſſe Româ ad quemdam Directorij cujusdam in Provincia Auſtriæ Concinnatorem, nihil Romæ ſciri de Indulto Apoſtolico Provinciæ illi conceſſo pro celebrando ſuprà dicto Feſto S. Raphaelis.

TITULUS XXVI.

De Dominica IV. poſt Paſcha, & Ferijs infra Hebdomadam IV. poſt Octav. Paſchæ occurrentibus.

HÆc quoque Dominica cum ſua Hebdomade, quoad *Modum* dicendi in ijs *Officium* & *Miſſam*, nil habet diverſum à modo eadem dicendi ſuperiùs Dominicâ I. & II. poſt Paſcha declaratô. Quòd ſi Lectiones I. Nocturni hujus Dominicæ lectæ ſint pridie [ob occurrens ſcilicet Sabbato præcedente Feſtum SS. Apoſtolor. Philippi & Jacobi] tunc in I. Nocturno hodierni Officij non ſunt repetendæ heſternæ Lectiones, ſeu *Initium Epiſtolæ Catholicæ S. Jacobi Apoſt.* ſed legi tunc hodie debent Lectiones Feriæ ſecundæ ſubſequentis, juxta Propr. huic Dominicæ Rubricam. Quòd ſi ob *Feſtum Duplex*, habens proprias alias Lectiones, in hâc Dominicâ occurrens, *Initium* Epiſtolæ S. Jacobi, nondum lectum, in ea poni non poſſit, ponendum illud eſt proximo die infra Hebdomadem [ſeu feriali, ſeu feſtivo] ſimiliter non impeditô. Pari modô ſi Reſponſoria I. Nocturni hujus Dominicæ

minicæ, in qua primò ponuntur, ob occurrens in ea Festum Duplex, in hac Dominica poni non possint, tunc ponenda sunt prima die ejus Hebdomadæ, in qua occurrit fieri de Feria, & omittenda illa, quæ fortè in ea Feria propria habentur: Quòd si totâ hâc Hebdomadâ non occurrat dies, in qua fiat de Feria, ponenda sunt hujus Dominicæ Responsoria I. Nocturni in sequente Dominica, aut Hebdomade similiter non impeditâ: Unde quandoque fit, ut illis ponendis primùm detur locus in Feria III. Rogationum; quæ si & ipsa sit impedita, eô annô penitus sunt omittenda.

TITULUS XXVII.

De Dominica V. post Pascha, & Ferijs Rogationum.

HAc etiam DOMINICA *Officium* & *Missa* fiunt eô modô, quô dictum suprà Dominicâ I. & II. post Pascha. In I. tamen illius Nocturno ponitur *Initium Epist. I. S. Petri Apost.* Quòd si ob Festum Dupl. habens proprias Lectiones, hodie poni non possit, ponendum est die proximo similiter non impeditô. *Rub. Gen. 26. n. 7.* Quòd si Responsoria I. Nocturno hujus Dominicæ assignata [quæ omnino coincidunt cum Responsorijs I. Nocturni Dominicæ IV. post Pascha] neque in hodierna, neque in præcedente Dominica, ob occurrens in utraque Festum Duplex, neque etiam in tota præcedente Hebdomade [eò quòd nunquam fieri potuerit de Feria] primò poni potuerint, aut possint, tunc ponenda sunt sequenti Feriâ tertiâ Rogationum, si tunc fiat de Feria, aut etiam hac impedita in Feria 4. Rogationum, si tunc fiat de Vigilia; alioquin omittenda pro eo anno ex præscripto Rubric. General. *Tit. 27. n. 7.*

FERIA II. ROGATIONUM est *Feria major*. Unde licèt non excludat Festum 9. Lectionum in ea occurrens, etiam translatum, quò minùs in ea possit celebrari, fieri tamen de ea Commemoratio debet in Laudibus ac Missa ante Commemorationem Festi Simplicis, si etiam de eo simul occurrente facienda sit Commemoratio, attamen post Commemorationem de die infra Octavam [si talis simul ocurrat] nec non in Officio dici de eadem 9. Lectio, & in Missa ultimum legi Evangelium, quocunque Festo, etiam 1. Clas. in ea occurr.

Quòd si Festum Duplex, aut Semiduplex [etiam translatum] in ea occurrens non habeat proprias Lectiones in I. Nocturno, tunc Lectiones pro I. Nocturno Festi hodie occurrentis sumendæ sunt ex Communi Sanctorum, nisi fortè *Initium Epistolæ primæ B. Petri Apost.* herì poni non potuerit, tunc enim hodie est ponendum in tali Officio de Festo in I. illius Nocturno. *Rub. Gen. 26. n. 7. ac 9.* Pari modo per eandem Rubricam sumendæ sunt Lectiones de Communi Sanct. pro I. Nocturno, si Feriâ II. Rogationum occurrat *Dies infra Octavam :* Si verò eâdem Feriâ II. Rogationum occurrat *Dies Octava* alicujus Festi, tunc in I. Nocturno diei Octavæ reperendæ sunt Lectiones, quæ in I. Nocturno Festi habentis Octavam sunt lectæ.

Quòd si Feriâ hac II. occurrat quodcunque *Festum 9. Lectionum*, aut *Dies Octava* alicujus Festi, fit quidem de eo (Ritu Paschali) *Officium* ac *Missa* cum Commemoratione tamen, ut ante dictum, de hac *Feria* in *Laudibus*, ac *Missis privatis* tantùm (& quidem ante Commemorationem de *Festo Simplici*, si de eo simul occurrente facienda sit Commemoratio, verumtamen post Commemorationem de *Die infra Octavam*, si etiam talis simul occurrat in Festo, quod non est I. aut 2. Classis) necnon cum *9. Lectione de homil. Fer.* in Offic & *ult. ejusdem Evang.* in dictis Missis : at verò in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis*, ubi plures Sacerdotes quotidie celebrant, dicuntur tunc Feriâ 2. Rogationum duæ *Missæ* Conventuales, una post *Tertiam* de *Festo* sine Commemoratione *Feriæ*, altera post Nonam de *Fer. Rogat.* sine Commemoratione ullius Festi ; In Priore (si sit de Festo Semiduplici) 2. Oratio erit *Concede.* 3. *Eccles.* vel pro Pap. nisi simul occurrat Festum Simplex ; tunc enim in Missa de Festo (nisi sit 1. aut 2. Classis) Oratio 2. est de Festo Simplici simul occurrente, 3. autem (nisi Festum, de quo hodie fit Officium, sit Duplex) est *Concede.* In posteriore verò seu Missa de Feria Oratio 2. semper est *Concede.* 3. autem Eccles. vel pro Papa. In Priore dicitur *Gloria* (cum, vel sine *Credo*, pro Qualitate Festi aut diei) in Posteriore autem nec *Gloria* dicitur, nec *Credo.* In utraque autem dicitur Præfatio Paschalis (nisi fortè festiva habeat aliam sibi propriam) & in fine usque Evangelium S. Joannis. In Priore dicitur *Ite*, in Posteriore *Benedicamus.* Ad Priorem adhibetur Color Festo conveniens. Posterior dicitur in *Paramentis Violaceis, & Præs.* in eâdem *Paschalis ea, quæ cum* suo cantu dicitur Diebus ferialibus ; quia est Missa ferialis. *Gav.* hîc. Ecclesijs Collegiatis quoad celebrationem Missarum Conventualium testa

Hen-

Henrico Pisart Sacerd. Evangel. P. 4. Tit. 11. n. 10. se quoque Conformant Eccles. Regular. ad Chorum obligatorum; licèt enim horum Ecclesiæ sint minùs propriè *Collegiatæ*, sed potiùs *Conventuales* cum Innoc. IV. apud Gav. alibi relatum dicendæ, quando tamen in *Cathedralibus* & *Collegiatis* cantantur duæ vel tres Missæ Conventuales, solent quoque apud prædictos Regulares totidem legi: in quibus tamen *Commemorationes non aliter faciendæ sunt* (inquit Pisart) *quàm apud Collegiatas*; quia quamvis legantur, non tamen censentur esse *privatæ*. Ad has autem quod attinet, *Missæ privatæ* dicuntur in suprà dicto casu (quô nempe aut *Festum 9. Lectionum*, aut dies *Octava* alicujus Festi incidit in Feriam II. Rogationum) juxta superiùs insinuata de *Festo* illo 9. *Lectionum*, aut *Die Octava* occurrente, attamen cum Commemoratione hodiernæ Feriæ II. ex Missa Rogationum desumenda, hujúsque Evangelio in fine ejusmodi Missæ festivæ privatæ. *Color* Missæ festivæ *Conveniens*. Quòd si *Festum 9. Lectionum* Feriâ II. Rogationum occurens sit *Semiduplex*, & in eadem Feria II. simul cum eo occurrat *Festum Simplex*, tunc in Missis privatis (dicendis de Festo Semiduplici) fit quidem etiam de illo Commemoratio, attamen post Commemorationem de Feria II. Rogationum; Unde in eo casu in hujusmodi Missis privatis 2. Oratio est de Feria II. Rogationum (ex Missa Rogationum, de qua etiam dicitur in fine Missæ ultimum Evangelium) tertia verò de *Simplici*: si autem *Festum Simplex* simul cum Festo *Semiduplici* hodie occurrente non occurrat, tunc 3. Oratio in Missis privatis, de Festo Semiduplici Feria II. Rogationum dictis, est *Concede*.

Quòd si *Feria* II. *Rogationum* veniat *infra Octavam* alicujus Festi, tunc Officium quidem dicetur de die infra Octavam, cum 9. Lect. de Feria, ejúsque Commemoratione in Laudibus; at verò *Missa* (seu *privata* sit, seu etiam *Conventualis*) in Paramentis Violaceis, ac fine *Glor.* & *Cred.* dicetur de Feria currente, seu Rogationibus, cum Commemoratione Octavæ, ac Festi Simplicis, si quod simul die illa occurrat: alioqui Oratio 3. erit *Concede*. Præfatio in hac quoque Missa dicitur Paschalis ùt suprà. In fine: *Benedicamus*, & Evang. S. Joan. Color Altaris autem concordare debet in tali casu cum Officio currentis Octavæ, at verò color Vestium Celebrantis ac Paramentorum Calicis concordare cum Missa, adeóque esse *Violaceus*: Imò pro Missa solenni convenit, ut Pallium quoque Altaris (vulgò *Antependium*) in eo casu concordet cum Colore Paramentorum Missæ. *Gavant. Tom. 1. P. 1. Tit. 18. in fin.*

Si denique FERIA II. *Rogat.* nullum occurrat *Feſtum 9. Lectionum*, nec *Dies Octava* alicujus Feſti, nec *Dies* aliqua *infra Octavam*, OFFICIUM & MISSA fiet de ea. *Col. Viol.* Et *Officium* quidem fit ùt in Pſalterio Tempore Paſchali. Lectiones propr. de Homil. in Evang. cum 3. Reſponſorijs (quia non dicitur Hymn. *Te DEUM*) ùt ibi. Ad *Laudes* Antiph. & Pſalm. de Dominica cum Antiph. ad Benedictus, & Orat. propr. Si ſimul occurrat Feſtum Simplex, fit de eo Commemorario (ſine Lectione de eo) in *Laudibus*. Non dicuntur *Preces feriales* in hac Feria, ſed tantùm Commemoratio de S. Cruce ſuis locis, & quidem poſt Commemor. de *Feſto Simpl.* occurr. aut ſubſequente : Quia Commemoratio de Feſto, ob Titulum feſtivum privilegiata, uti alijs Communibus Commemorationibus præfertur, ità etiam Commemorationi de Cruce. Ad Veſp. ferial. *Col. Alb.*

Notandum hîc, eas Congregationes, Religiones, ac Nationes ſeu Eccleſias, quibus alioquin à Sede Apoſtolica indultum eſt, ut ſemel vel pluries ſingulis Hebdomadis aut menſibus dicant *Officium* & *Miſſam* v. g. de SS. Sacramento, aut certo aliquo Sancto diebus nullo Feſto Duplici vel Semiduplici impeditis, non poſſe uti hôc ſuô privilegiô in *Feriâ II. Rogationum*, quantumvis nullum in eam incidat Feſtum 9. Lectionum. Conſtat ex Decreto S. R. C. de anno 1706. 20. Martij emanato, de quô ſuprà Feria IV. Cinerum, ac alibi.

Triduô ante Feſtum Aſcenſionis (adeoque hodie, cras, & perendie) fiunt *Litaniæ minores*, id eſt, *Rogationes*, ſeu *Deprecationes* ob Peccata, Pacem, Peſtem, Conſervationem Frugum, & Cæteras Neceſſitates, ùt loquitur *Ordo Romanus* apud Gav. T. 1. P. 4. Tit. 11. ubi etiam declarat Nomen, Originem, ac Differentiam Litaniarum *majorum*, ac *minorum* : uti & To. 2. ſect. 6. Cap. 16. Modum tam illas, quàm illas decantandi in Proceſſionibus, hâc Triduô, uti & regulariter in Feſto S. Marci ab Eccleſia inſtitui ſolitis ; de quibus etiam Bauldry P. 4. c. 12. n. 14. & P. eadem c. eod. à n. 9. fuſè ac eruditè. Ex quibus præter referenda inferiùs P. II. Die 25. April. hôc loco tria tantùm veniunt obſervanda. 1. eſt : Ad Proceſſionem non ante ſurgendum, nec diſcedendum ab Altari, quàm ſit cantatum : *Sancta Maria ora pro nobis*. Alterum eſt, Clericos, qui hôc Triduô non interſunt Proceſſionibus Rogationum, debere juxta Rubricam poſt Laudes Diei privatim recitare (& quidem flexis genibus, ob mœrorem, quem Color Violaceus repræſentat) *Litanias* cum ſuis *Precibus*, & *Orationibus*, quæ habentur poſt Pſalmos Pœnitentiales, attamen ſine his ; Eos verò, qui comitantur *Proceſſionem*, cavere

de-

debere (ut monet Gavantus) ne in ea fabulentur, & sic vel nullô modô, vel tantùm materialiter cantent Litanias, ac proin rei fiant Coram DEO, simúlque contrahant obligationem gravem Litanias cum suis Precibus &c (utpote vel nullô modô, vel tantùm materialiter à se decantatas) postmodum privatim die illo supplendi ac recitandi : Quandoquidem *Litaniæ*, ac *Preces*, hoc Triduô à Rubricis ijs Clericis *præscriptæ*, qui ad horas Can. recitandas obligantur, ex comunissima ac multò probabiliore Sententia, fundata in c. *Rogation. de Consecr. dist.* 3. sunt Pars notabilis Offic. Can. illius diei : sunt autem alligatæ probabiliùs ipsi diei, ità, ut non possint pridie cum Laud. conjunctim dici, utì tamen (ubi legitima consuetudine est introductum) dici potest Officium Defunctorum pridie Commem. omnium Fidel. Defunctor. Rationem & Disparitatem contra Gavantum (id ipsum de Litanijs Rogationum Concedentem) dat P. Tambur. & P. Joan. Stoz de Horis Can. Vide P. Gob. de ijsd. Tr. 5. à n. 614. & 616. nec non P. 1 mei Pastoris Boni Dot. 2. c. 2. q. 5. ac P. La Croix To. 4. num. 1290. præcipuè verò P. Guyetum, Heortolog. l. 4. c. 2. q. 6. oppositam Gavanti Sententiam potenter refutantem. Tertium denique est, quòd vacante Sede Pontificia in Litanijs omittenda sint illa Verba : *Domnum Apostolicum*, id est Papam [*Domnus* enim idem est, ac *Dominus* nisì quòd, Teste Panvino, Vocabulum *Dominus*, Nomen terroris esse non reverentiæ, existimatũ fuerit ab Antiquis, quódque juxta dicenda P. II. die 25. Apr. *Dominus* Titulus sit DEI, *Domnus* verò Titulus Hominis præclari; *Apostolicus* autem tanquam Successor Petri Principis *Apostolorum* dicitur) utì & Versus : *Oremus pro Pontifice nostro N.* post Psalmum in Precibus, ac denique etiam Oratio pro Papa, utì & in Canone Missæ jubemur tacere tunc Nomen Papæ, ac ipsam hanc Vocem *Papa*. Præterea ubi Litaniæ (seu hoc, seu alio Tempore) separatim à Psalmis Pœnitentialibus dicendæ sunt post aliquam ex Horis, eæ dictô *Benedicamus Domino*, & *DEO gratias* statim sunt inchoandæ, omisso Versu : *Fidelium animæ &c.* Arnaud. Tr. 2. P. 4. in Append. Tit. 4. in fin. ubi addit sequentia : Communior usus Ecclesiarum Urbis est, quòd (exceptô Sabbatô Sanctô, & Vigiliâ Pentecostes) Cantores & Chorus eas dicant alternatim in *Litanijs maioribus* ad distinctionem *à minoribus*; alicubi Chorus repetit, quæ Cantores integrè dicunt, ut in Sabb. Sanct. qua in re standum est consuetudini Locorum : Longior Processio congruè ad id requiritur. Hæc Arnaud.

Alicubi *totô* hôc *Triduô* (utì & in *Litanijs majoribus*, seu *Festo S. Mar-*

ei, ſaltem ſi cadat extra Feſta Paſchalia) ſervatur veteri more *Abſtinentia à Carnibus*; alicubi verò non niſi in Vigilia Aſcenſionis; Alicubi denique Mos ille penitùs exolevit. Quiſque ergo ſequatur morem aut conſuetudinem ſuæ Diœceſeos. Vide Gav. To. 1. P. 4. Tit. 11. n. 12. P. Claud. La Croix Tomul. 4. n. 1291. & P. Carol. Guyetum Heortolog. l. 4. c. 2. Hæc & alia huc pertinentia accuratè diſcutientem.

Missa hodierna (ſi non occurrat Feſtum 9. Lection.) eſt *de Rogationibus*, prout notatur in Miſſal. Rom. poſt Dominicam V. poſt Paſcha: dicitúrque ſine *Gl.* & *Cr.* cum Commemoratione *Feſti Simplicis*, ſi quod occurrat, & tunc Oratio 3. *eſt Concede*: alioquin hæc eſt ſecunda, Tertia autem *Eccleſiæ*, vel pro Papa. In ead. dicitur Præf. Paſchal. In fine *Benedicamus*, & Evang. S. Joan. *Col. Viol.* Hæc eadem Miſſa dicitur quoque in *Litanijs*, tam *majoribus* (quales ſunt ſeu appellantur eæ, quæ regulariter dicuntur in Feſto S. Marci, ut ſuô locô) quàm in *minoribus* (quales ſunt eæ, quæ dicuntur hôc Triduô) ad Proceſſionem, attamen ad hanc ſine Commemoratione *Feſti occurrentis* cujuſcunque; de quo tamen, ſi ſit novem Lectionum, poteſt cantari, aut ſaltem legi alia Miſſa, ſed ſine Commemorat. de Rogation. Unde in Miſſa Rogation. quæ dicitur ad Proceſſionem, Oratio 2. ſemper eſt *Concede*. 3. *Eccleſiæ*, vel pro Papa. Præfatio in Miſſa quoque Litaniarum ſeu Proceſſionis ſemper eſt Paſchalis, attamen cantanda Tono ſeriali. *Rubr. Miſſal. & Gav. hîc.*

Ad *Offic. de Tempore* adhibetur hôc Triduô *Color Offic. conform.* ad Miſſam verò Rogat. & Proceſſiones *Col. Violac.* De Feriâ II. Rogationum (utpote Feria majore) fit Commemoratio ad Laudes, & in Miſſa cujuſcunque Feſti, etiam *Patroni*. Si tamen dicantur duæ Miſſæ, tunc in *ſolemni* non fiet Commemoratio, ſed tantùm in *privatis*, in quibus etiam dici debet ultimum de Feria II. Rogationum Evangelium: & de eadem dici nona Lectio in Officio etiam de Patrono, cum ejusdem Feriæ Commemoratione in Laudibus ejusdem Officij. *Bauldry hîc.*

Veſperæ, niſi cras occurrat Feſtum, dicuntur de Feria currente, ùt in Pſalterio Tempore Paſchali, ac Propr. loc. cum Oratione Dominicæ præced. & Commemoratione de Cruce. Antiph. ad *Magnificat* ut in Propr. de Temp. *Col. Alb.* Si verò ſequatur Feſtum ſolummodo Simplex, tunc quidem Veſperæ uſque ad Capitulum pariter erunt de Feria currente, ùt in Pſalterio Temp. Paſchal. at verò à Capitulo dicentur [Ritu Paſchali] de Feſto cum Commemoratione de S. Cruce tantùm, ùt Tempore Paſchali. *Color Feſto*

sto conveniens. Si denique cras occurrat Festum, aut Officium 9. Lectionum, totæ Vesperæ erunt de illo, sine ulla Commemoratione, si illud fuerit *Duplex*; vel tantùm de S. Cruce, si fuerit Semidupl. nisi fortè etiam simul occurrat aliquod *Festum Simplex*; tunc enim etiam de hoc facienda erit Commemoratio in hodiernis Vesperis de Festo 9. Lectionum [nisi hoc sit 1. vel 2. Classis] ac craftinis Laudibus, cum 9. de eo Lectione, si propriam, aut proprias habeat. *Color Festo conveniens.*

Si hôc Triduô *Festum* non occurrat, Altarium minorum Paramenta erunt *Officio* conformia, Altaris autem majoris, & Celebrantium in quocunque Altari de ea, conformia erunt *Missæ Rogationum.*

Feriâ III. Rogationum, si in ea occurrat *Festum 9. Lectionum*, aut *Dies Octava* alicujus Festi, aut *Dies infra Octavam*, fit de illo tam Officium, quàm Missæ etiam Privatæ, cum Commemoratione de *Festo Simplici* in 1. Vesperis, ac *Laudibus* [si quod simul in hac Feria occurrat] atque etiam cum 9. *de eo Lectione*, si propriam aut proprias habeat; at verò de *Feria III. Rogationum* [quæ est tantùm *Feria minor*] in Officio Festi nulla fit Commemoratio, utì nec *Festi Simplicis*, si Festum 9. Lectionum, de quo fit Officium, sit 1. Classis, aut non nisi in *Laudibus*, ac *Missis privatis* [cum 9. tamen dictô modô de eo Lectione] si sit Dupl. 2. Classis. In Miss. priv. alior. festor. 2. Orat. est de Festo simpl. si quod simul occurrat. 3. de Rogationibus, ùt in Missa Litaniarum seu Rogationum, sine alia Commemoratione hodiernæ Feriæ: alioquin autem [id est nullo Festo Simpl. simul occurr.] 2. Oratio est de Rogationib. 3. *Concede*, nisi sit *dupl.* Ubi autem dicuntur 2. Missæ Conventuales [utì dici debent in Ecclesijs *Cathedralibus* & *Collegiatis*] occurrente aliquo *Festo 9. Lectionum*, aut *Die Octava* alicujus Festi [non autem *Die* solummodo *infra Octavam*] dicuntur in hac Feria duæ *Missæ Conventuales*, una scilicet *de Festo* post *Tertiam*, alterâ verò *de Rogationibus* post Nonam. In Missa de Festo autem tunc 2. Oratio est de Festo Simpl. simul occurr. 3. *Concede*, si non sit *dupl.* In Missa verò de Rogationibus 2. Oratio semper est *Concede.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, utì etiam in Missa festiva, si Festum Simplex simul non occurrat. Porrò in utraque ejusmodi Missa Conventuali [nisi fortè *festivâ* propriam habeat] semper dicitur Præfatio Paschalis, & in fine utriusque Evangelium S. Joan. In priore tamen dic. *Gloria* [cum, vel sine *Credo*, pro Qualitate Festi] ac *Ite* in fine. At verò Posterior dicitur sine *Glor.* & *Cred.* cum *Benedicamus* in fin. ac Præfat. Paschal. in Tono ferial.

Si autem *Feria III. Rogation.* oc-

cur-

currat *Feſtum* ſolummodo *Simplex*, tunc fit Officium de eo, ſine Commemoratione de *Feria currente*, ſed tantùm *de Cruce*, ut Tempore Paſchali: at verò Miſſa dici tunc poteſt vel *de Feſto* cum Commemoratione *Rogationum*, vel de *Rogationibus* cum Commemoratione *Feſti* [ut dicitur in Rubrica propria] & 3. Oratione *Concede*, Præfat. autem Paſchali, ac ult. Evang. S. Joannis in utralibet. Paramenta autem Altarium *minorum* in tali Feſti Simplicis cum hac Feria Rogation. occurrentiâ erunt quoad colorem conformia *Officio*, at verò Altaris *majoris* [ſaltem ſub Miſſa ſolemni] & *Celebrantium* ad quodcunque Altare, conformia erunt Miſſæ, quam celebrant, adeoque *Violacei Coloris*, ſi dicant Miſſam *de Rogationibus*; ſecus autem, ſi dicant Miſſam *de Sancto*. Gav. To. 1. P. 1. Tit. 18. fin. Notat tamen hîc Bauldry, in huiuſmodi Feſti Simplicis in Feriâ III. Rogat. occurrentia in Eccleſijs *Cathedralib.* & *Collegiatis* videri ſibi dicendas eſſe duas Miſſas Conventuales, unam de Sancto, alteram de Rogationib. modô ſuprà declaratô. Porro Miſſa Proceſſion. ſeu Litaniarum ſemper eſt de Rogationibus cum Orationib. ac Cæteris in ead. ùt heri.

Si denique *Feriâ III. Rogat.* nullum omnino occurrat Feſtum [hoc eſt, nec trium, nec novem Lectionum] neque etiam dies Octava alicujus Feſti, nec dies infra Octavam, tunc Officium dicetur de ea, ut in Pſalterio Temp. Paſchali. Lectiones Nocturni de Scriptura occurrente, ut in Propr. de Temp. niſi ponendum ſit *Initium Epiſt.* 1. *B. Petri Apoſtoli*; eò quòd Dominica præcedente [ob occurrens in ea tunc Temporis Feſtum Duplex, habens proprias in 1. Noct. Lectiones] poni non potuerit. Reſponſoria duo pariter ut ibi, niſi fortè ponenda ſint Reſponſoria ex I. Nocturno Dominicæ præcedentis : *Si oblitus fuero.* & : *Ne derunt Te &c.* [coincidentia cum Reſponſorijs I. Nocturni Dominicæ IV. poſt Paſcha] eò quòd nec Dominica IV. poſt Paſcha, nec alii deinceps Feriâ, aut Dominicâ hucuſque primò poni potuerint. Pro tertiam Lectionem non dic. Reſponſorium, ſed Hymnus : *Te Deum Laud.* Ad *Laudes* Antiph. ùt in Propr. de Temp. Ad easd. & reliquas Horas Oratio ùt in Dominica præcedente. In Laud. Commemorat. de S. Cruce tantùm.

Missa [utì & 1. ejus Oratio] ſi nullum hodie Feſtum occurrat, dicitur de Rogationibus ſine *Glor.* & *Cr.* ac ſine Commemoratione hodierni Officij ferialis : quod eſt peculiare in hac die : unde 2. *Oratio* tunc non eſt de Feria currente [habente in Officio Orationem Dominicæ præcedentis] ſed *Concede*, 3. au-

autem Oratio est *Ecclesiæ*, vel pro Papa, ùt notat, ac probat Gavantus To. 1. P. 4. Tit 11. n. 13. licèt [ùt ibid. advertit.] Rubrica Missal. hîc in modo loquendi sit obscurior, dum ait : *Feria 3. Rogationum, si Festum non occurrat, dicatur Missa de Rogationibus, sine Gloria in Excelsis, licèt in Officio dictum sit* Te DEUM, *& Oratio Dominicæ.* Quæ ultima Verba non sunt referenda ad Verba mediatè præcedentia, quasi sensus sit : *Dicatur Missa de Rogationibus*, & *in ea Oratio Dominicæ*, sed ad Verba immediatè antecedentia : *licèt &c.* ità ut sensus sit : *Dicatur Missa de Rogationibus sine* Gloria in Excelsis *(licèt in Officio dictum sit Te DEUM Laudamus) eáque cum suis Orationibus, licèt item in Officio non sit dicta Oratio hujus Missæ, sed dicta sit Oratio Dominicæ præcedentis.* Præfatio in hac quoque Missa dicitur Paschalis, & in ejus fine *Benedicamus*, cum Evangel. S. Joan. Color Altarium minorum est conformis Officio, adeóque *Albus*, si hodie fiat Officium de Feria, at verò Color Altaris majoris [saltem sub Missa solenni] & Paramentorum Celebrantium in quocunque Altari, si dicant Missam de Feria, conformari debet Missæ Rogationum, adeóque esse *Violaceus*, utpote Missæ *de Luctu.*

Vesperæ hodiernæ, si hodie, aut cras occurrat *Festum Duplex*, vel *Dies Octava* alicujus Festi, dicantur de Festo, aut *Die Octava* hodie vel cras occurrente, cum Commemoratione Festi Simplicis tantùm, si cras Festum Simplex simul occurrat, nisi Festum Duplex, de quo hodie sunt Vesperæ, sit Festum 1. aut 2. Classis ; nam si sit 1. *Classis*, etiam de *Festo Simplici* nulla prorsus fit Commemoratio ; si verò sit *Duplex* 2. *Classis*, eam tantùm admittit in Laudibus, Missis privatis, nec non in 2. Vesperis, si in his cum sequenti Festo Simplici concurrat ; si autem hodie vel cras occurrat Festum *Semiduplex*, aut dies aliqua *infra Octavam*, tunc Vesperæ hodiernæ iterum erunt de Festo, cum Commemoratione Festi Simplicis, si quod cras occurrat, & de S. Cruce tantùm [per Antiph: *Crucem Sanctam Subijt &c.*] quæ tamen Cemmemoratio de Cruce omittitur, si hodie occurrat dies *infra Octavam* ; nec tunc dicuntur Preces consuetæ ad *Primam* & *Completorium*, etiamsi factum sit Officium de Festo semiduplici.

Si denique nec hodie, nec cras occurrat Festum 9. Lectionum, tunc hodiernæ Vesperæ totæ erunt de Feria III. currente, dicendo de ea Psalmos feriales sub una Antiphona *Alleluja*, ùt in Psalterio Tempore Paschali : Capitulum quoque *(Christus resurgens &c.)* cum Hymno *(Ad regias &c.)* ac Versu *(Mane nobiscum &c.)* ac reliqua dicentur de eadem Feria currente cum Antiphona pro-

pria ad *Magnif.* & Oratione de Dominica præcedente, etiamſi cras fortè occurrat *Feſtum Simplex* : Quia enim hoc ſequenti die non habet Officium propter cras occurrentem Vigiliam Aſcenſionis, ideo nec convenit illud habere hodie primas Veſperas à Capitulo [ut in Rubr. XI. de Concurr. Offic. n. 9. & 10. monetur] ideo in tali caſu de craſtino Feſto Simplici in hodiernis Veſperis ferialibus fit tantùm Commemoratio, & quidem de eo ſolo (niſi quòd ei ſuperaddatur conſueta Commemoratio Paſchalis de S. Cruce) ſine Commemoratione de craſtina Vigilia Aſcenſionis. Quòd ſi cras nullum occurrat Feſtum Simplex, fit in hodiern. Veſper. ferialib. tantùm Commemoratio prædicta de S. Cruce. *Col. Alb.*

Qui non interſunt Proceſſioni Rogation. hodie rurſus dicere debent, & quidem flexis genibus (ùt notat Gavantus) Litanias de omnibus Sanctis cum ſuis *Precibus* & *Orationib.*

Feriâ IV. In Rogationibus occurrit Vigilia [ſine *Jejunio*] Aſcenſionis Domini. Quòd ſi hac die occurrat Feſtum 1. Claſſis, v. g. Patroni Principalis, tunc nec in Officio, nec in Miſſa fit aliquid de hac Vigilia, utì nec de Feſto Simplici, ſi quod fortè occurrat. Si autem in ea occurrat aliud Feſtum 9. Lectionum (ſeu duplex, ſeu Semiduplex) aut alicubi dies Octava alicujus Feſti, vel dies infra Octavam, tunc Officium fit de eo, cum 9. Lectione de Homilia Vigiliæ, ejúſque Commemoratione ad Laudes, ùt in Proprio de Tempore, dicendo poſt Antiphonam (*Pater*, *Venit hora &c.* ùt ibi) Verſum Paſchalem : *In Reſurrectione tua &c,* & Orationem Dominicæ præcedentis : fit inſuper in Officio talis Feſti Commemoratio de Feſto Simplici (poſt Commemorat. de Vigilia) ſi quod ſimul occurrat, & poſt hanc etiam Paſchalis Commemoratio de Cruce, ſi Feſtum 9. Lectionum hodie occurrens ſit tantùm ſemiduplex, neque occurrat dies aliqua infra Octavam, aut ipſa dies Octava : Lectiones autem I. Nocturni, ſi proprias non habeat tale Feſtum, ſumuntur tunc de Communi Sanctor. idem fit, ſi in hac Vigilia occurrat *Dies infra Octavam* : at verò ſi hodie occurrat ipſa *Dies Octava* Feſti alicujus habentis Octavam, Lectiones I. Nocturni dicuntur, utì dicebantur in Feſto. *Rubr. Gen. 26. n. 9. Miſſæ* quoque *privatæ*, ſi hodie occurrat ejuſmodi Feſtum 9. Lectionum, aut *Dies Octava* alicujus Feſti, dicuntur de Feſto, aut die Octava in hac Vigilia occurrente, cum Commemoratione primò Vigiliæ, deinde Feſti Simplicis (ſi quod occurrat) ac demum etiam Rogationum, quæ in Officio nullam habent Commemorationem,

ſed

ſed tantùm in Miſſa diei, in qua *Gloria*, & Præfat. Paſchalis (niſi propriam habeat) ac ultimum Evangel. de Vigilia. At verò in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis, ſi hodie occurrat *Feſtum 9. Lectionum* (quod non eſt 1. Claſſis) aut *Dies Octava*, dicuntur in hac Vigilia 3. Miſſæ : Prima de *Feſto* poſt Tertiam. Secunda poſt Sextam de *Vigilia*, ùt in Propr. de Temp. Tertia de *Rogationib.* poſt Nonam; & in qualibet illarum ſecunda Oratio [ſi dicenda eſt) erit de B. V. *Concede*. 3. *Eccleſ.* vel pro Pap. ſi tamen ſimul occurrat Feſtum Simplex, in Miſſa de Feſto ibi quoque 2. Oratio erit de Feſto 3. autem tunc *Concede*, ſi Feſtum ſit Semiduplex. In qualibet quoque illarum dicitur Præfatio Paſchalis, & in fine Evang. S. Joannis. In Secunda dicitur *Gloria* (ſine *Credo*) & in fine *Ite*. Col. Alb. At verò in ultima nec *Glor.* dic. nec *Credo*, ſed in fin. *Benedicamus*, & Evang. S. Joan. *Col. Viol.*

In Eccleſijs verò alijs, in quibus cantantur tantùm 2. Miſſæ Conventuales (una de Feſto, altera de Rogat.) In Miſſa de Feſto dic. Glor. 2. Orat. de Vigil. 3. de Simplici, ſi quod occurrat, aut, ſi nullum occurrat, & Feſtum non ſit duplex, de B. V. *Concede*, & in fin. *Ite*, ac Evang. de Vigil. In Miſſa verò de Rogationib (quæ ſine *Glor.* & *Cr.* dic. in Paramentis Violac.) Orat 2. *Concede*. 3. *Eccleſ.* vel pro Pap. ac reliqua, ut paulò antè.

Quòd ſi Feſtum incidens in hanc Vigiliam ſit *Semiduplex*, & ſimul occurrat alicubi Feſtum Simplex (utì contingit in Diœceſi hac noſtra Brixinenſi, quando Vigilia Aſcenſionis, utì anno 1712. incidit in diem 4. Maij, quâ occurrit Feſtum Semiduplex S. Monicæ, & ſimul Feſtum Simplex Diœceſanum S. Floriani M.) tunc in Miſſis privatis adhuc dicendæ ſunt tantùm 4. Orationes cum *Glor.* ſine *Cred.* ſequenti ordine : 1. De Feſto occurrente Semiduplici. 2. de Vigilia. 3. de Simplici. 4. de Rogat. & in fin. Evang. de Vigil.

At verò ſi hâc, aut aliâ Feriâ Rogationum occurrat alicubi *Dies* tantùm *aliqua infra Octavam*, tunc Officium ſit quidem die illa infra Octavam (niſi fortè ſimul cum illa occurrat Feſtum aliquod 9. Lectionum, tunc enim de iſto fieret Officium, de die infra Octavam verò ſolummodò Commemoratio) cum 9. Lectione, & Commemoratione de Vigilia ut ſuprà; Missa autem (exceptâ Miſſâ Litaniarum, ſeu illâ, quæ dicitur cum Paramentis Violacei Coloris in Statione, ſeu Termino Proceſſionis de Rogationibus) in Eccleſijs quoque Cathedralibus ac Collegiatis dicitur de Vigilia Aſcenſ. cum Commemoratione Octavæ, & 3. Orat. *Concede.*

atque ad eam perinde, ac Horas, adhibetur Color. Alb. nequaquam autem tunc etiam in ejusmodi Ecclesijs dicenda est insuper alia Missa Conventualis de Octava, quia Rubrica Missal. General. III. id tantùm statuit de *Die Octava*, non autem de *Die infra Octavam*, quando Officium sit de Octava, ut Sac. Rit. Congr. declaravit apud Arnaud. Tr. 1. P. 1. Tit. 3. n. 1. Rationem dat Gavant. in citat. Rubric.

Si denique Feriâ IV. Rogation. seu in Vigiliâ Ascensionis, non occurrat *Festum 9. Lectionum*, nec *Dies Octava* alicujus Festi, nec *Dies infra Octavam* (esto occurrat in ea fortasis Festum aliquod 3. Lectionum, sive simplex) tunc *Officium*, & *Missa* [exceptâ iterum Missâ Litaniarum, sive eâ, quæ in Termino Processionis dicitur de Rogationib. ut paulò antè] dicentur de Vigiliâ; de Festo autem simplici, si quod in ea occurrat, fiet tantùm Commemoratio (sine Lectione de eo, etiamsi alioquin propriam habeat) in *Laudibus*, ac *Missa*. Ad *Matutinum* Officium fit feriale Ritu Paschali, uti Feriâ 4. Tempore Paschali. Lectiones Nocturni de Homilia Vigiliæ, ut in Propr. de Temp. Responsoria post primam, & secundam Lectionem, ut ibidem (nisi locô eorum ponenda sint duo prima Responsoria I. Nocturni Dominicæ IV. post Pascha, eò quòd nunquam adhuc poni potuerint) post Tertiam verò Lectionem dicitur Hymnus: *Te DEUM*. Ad Laudes (quæ, uti & cæteræ Horæ usque ad Vesperas, dicuntur de reliquo sicut in alijs Ferijs Tempore Paschali) Antiphona ad *Benedictus*: *Pater venit Hora*, ut in Propr. de Tempore: Oratio Dominicæ præcedentis, cui subjungitur Commemoratio de S. Cruce, & ante hanc Commemoratio de Festo simplici, si quod occurrat, juxta paulò ante Dicta. *Col. Alb.* Missa de Vigilia dicitur uti in Proprio *de Tempore*, cum *Glor.* sine *Credo*. Oratio de Rogationibus. 3. *Concede* (nisi occurrat Festum simplex; tunc enim 2. erit de Festo Simplici. 3. de Rogationibus) Præfat. Pasch. in fin. *Ite*, & Evang. S. Joan. Col. Alb. Ubi autem dicuntur *duæ Missæ Conventuales*, una de *Vigilia*, altera de *Rogationibus*, in utraque est 2. Oratio *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa (nisi occurrat *Festum Simplex*; tunc enim in priore Oratio 2. esset de Sancto. 3. *Concede*) Prior dic. in *Paramentis Albis*. Posterior in *Paramentis Violaceis*.

Qui non interfunt Processioni Rogat: hodie iterum privatim post Laud. facere debent flexis genibus Litanias cum suis Precib. & Orationib. ut suprà.

Ad Primam (sive Officium fiat de Festo 9. Lectionum, sive de Vigilia) annuntiatur hodie in Choro à Lectore Martyrologij primô loco

Fe-

Festum Ascensionis : *In Monte Oliveti &c.*

Eas Congregationes, Ecclesias, ac Nationes &c. quibus alioquin à Sede Apostolica concessum est, ut semel vel pluries infra Hebdomadem, aut Mensem Diebus Festo duplici, aut semiduplici non impeditis facere possint *Officium* & *Missam* v. g. de SS. Sacramento, aut certo respectivè Sancto, non posse uti hoc suo privilegio seu Indulto in *hac*, aut quacunque *alia* Vigilia (sive annexum habeat Jejunium, sive non habeat) constat ex Decreto S. R. C. suprà Feriâ IV. Cinerum, & Feriâ II. Rogationum &c. allegatô.

Vesperæ hodiernæ dicuntur de *Festo Ascens. Domini* sub Ritu dupl. 1. Classis, uti notantur in Propr. de Temp. fine omni Commemoratione, nisi de Festo 1. & 2. Classis, si quod hodie alicubi fuerit celebratum, nec non de *Die Octava*, si talis cras alicubi occurrat, non autem de *Die Octava* hodie occurrente, seu celebratâ. In Vesperis solemnibus Ascensionis Domini ad principium Hymni : *Salutis humanæ Sator &c* debet Celebrans seu Officiator jungere, extendere, & elevare manus, ac caput inclinare versùs Altare &c, ut ex Cærem. Episc. l. 2. monet Bauldry P. 2. c. 11. a. 1. n. 25. Par ratio est de Laudibus. Hymnus *Completorij*, & alij deinceps ejusdem Metri (exceptô Hymnô *Vesperar.* ac *Laudum* Officij de Ascens. & Hymnô Matutini de plurib. Martyrib. nec non Hymnis de S. Cruce, ac denique Hymnô propr. S. Venantij Mart. si infra hoc Tempus quandoque occurrant) terminantur usque ad Pentecosten per Verba : *JESU tibi sit Gloria, Qui Victor in Cœlum redis &c.* Col Alb.

A Cœna hodiernæ diei inclusivè usque ad Vigiliam Pentecostes exclusivè Benedictio Mensæ propria.

TITULUS XXVIII.

De Festo Ascensionis Domini, & IX. Sequentibus Diebus usque ad Pentecosten.

Feriâ V. post Dominicam V. post Pascha celebratur Ascensio Domini, quod est Festum I. Classis, privilegiatum contra quodcunque aliud Festum, etiam *Patroni*, & *Tituli Ecclesiæ*, vel *Dedi-*

cationis ejusdem in eo occurrens : Unde si in eo occurrat Festum SS. Apostolor. Philippi & Jacobi (uti occurrerat 1704.) etiam in propria ipsorum Ecclesia non modò eorum Officium est transferendum, sed nec ulla Missa dici de illis hodie potest per Rubric. Gen. VI. Missal. Admittit tamen in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa Commemorationem de die Octava hoc Festum, si alicubi dies Octava alicuius Festi in illud incidat. *Officium* dicitur ut in Propr. de Temp. cum Antiphonis ad unumquemque Psalmum in *Matut.* Laudib. ac Vesp. ut ibi. Ad *Primam* in Responsor. brevi dic. *Qui Scandis super sidera &c* usque ad Pentec. Hymni hujus, ac reliquar. Horarum clauduntur modò herì dictô. In *Missa* (quæ pariter est propria) Oratio unica (nisi facienda sit Commemoratio diei Octavæ alicubi occurrentis) In ead. dic. *Glor.* & *Cred.* Præf. & *Communicantes* Propr. Ad Evangelium Missæ solennis seu Principalis, dictis his Verbis : *assumptus est in Cœlum*, extinguitur Cereus Paschalis (ad repræsentandum Christi Discessum ab Apostolis) nec ampliùs accenditur, nisi in Sabbato Pentecostes ad Benedictionem Fontis, eò usque proin tantisper removendus, ac tum rursus in locum consuetum reponendus. Alicubi quoque habet consuetudo, ut etiam quoties imminet noxia aliqua Tempestas, reponatur in locum consuetum, & accendatur, usque dum illa cesset.

In *Vesperis secundis* hujus Fest omnia dicuntur, uti in 1. Vesperis exceptô Versu (*Dominus in Cœlo* qui dicitur sicut in Laudib. & Antiphonâ propr. ad *Magnificat*, quæ dicitur uti in Propr. de Temp. admittit in 2. Vesperis Commemorationem de *Die Octava*, tam occurrente, quàm subsequente, si quæ alicubi hodie, vel cras occurrat; item de *Festo sequenti 9. Lectionum*, non tamen de Simplici, nec de Die infra Octavam.

Infra Octavam Ascensionis usque ad Pentecosten, Officium quotidie de Ascensione Ritu semid. nisi occurrat Festum 9. Lectionum: nam si tale occurrat, fit de eo cum Commemoratione de Octava in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, nisi sit Festum 1. aut 2. Classis; in his enim de *Die infra hanc Octavam* nihil fit, nisi quòd in 2. Vesperis Festorum 2. Classis fiat Commemoratio de Die infra Octavam, dummodo die sequenti dicendum sit Officium *de Die infra Octavam*, alias non, uti expresse præscribit Rubrica General. IX. de Commem. n. 6. ante fin. ad quam se refert Rubrica XI. de Concur. esto de hac Limitatione nulla fiat mentio in *Tabula Concurrentiæ:* quia in hac non exprimuntur omnes Exceptiones, & spe-

speciales Dispositiones, quod bene notandum, secùs in errorem quandoque ea te inducet, aut mancam existimabis. Porrò Officium de Festis infra hanc Octavam usque ad Pentec. occurrentibus fit Ritu Paschali, eôdem modô, quô ante Ascensionem, nisi quòd Hymni terminentur ùt suprà, & ad Primam in Responsor. brevi etiam in Festis dicatur : *Qui Scandis &c.* In Missis quoque Festivis ac Votivis, quæ infra hanc Octavam dicuntur, dic. Præfatio (nisi propriam habeant) & *Communicantes* de Ascensione : si autem propriam habent Præfationem, dicitur in illis solummodo *Communicantes* de Ascensione : utì fit in casu, quô Festum SS. Philippi & Jacobi occurrit infra hanc Octavam: tunc enim Præfatio est de Apostolis, *Communicantes* de Ascensione, esto de hac nulla in Missa ejus Festi, infra Ascensionis Octavam occurrentis, fiat Commemoratio. Idem accidit in Missis *Votivis*, quæ dicuntur infra eandem Octavam, si habeant Præfationem propriam. Ità decrevit S. R. C. 28. Aug. 1626. Nec *Præfatio* tamen, nec *Communicantes* de Ascens. dicitur in Missis *de Requiem*, quæ etiam infra hanc Octavam celebrantur : in his enim semper dicitur Præfat. & *Communicantes* Commun. In Missis denique etiam Festivis per totam Octavam dic. *Gloria* & *Cred.* Quòd si Festum infra eam occurrens sit *Semidupl.* 2. Oratio in Missa erit de Octava. 3. de Simplici, si quod occurrit, alioquin *Concede.* Si sit Festum *Duplex*, 2. Oratio erit de Octava. 3. de Simplici, si quod occurrat, si nullum occurrat, solius Octavæ fiet Commemoratio in Missa de Festo Dupl.

De *Festis Simplicibus* infra hanc Octavam occurrentibus in *Officio* & *Missa* fit tantùm Commemoratio, cum 9. tamen Lectione de ijsdem, si propriam habeant : si duas habeant propriàs, ex duabus fit una.

Feriâ VI. & reliquis post Ascens. Ferijs, si non occurrat Festum 9. Lectionum, *Officium* Ritu Semid. fit de Octava, dicendo omnia utì in Festo, exceptis tamen Lectionibus, quæ quotidie ex Scriptura assignantur in propr. de Temp. & hodie quidem pro I. Nocturno *Initium Epistolæ secundæ B. Petri Apostoli :* quod si poni hodie non potest, ob occurrens Festum 9. Lectionum habens proprias Lectiones, probabiliùs ponendum est Sabbato sequenti, simili Festo non impeditô, juxta Rubric. Gen. XXVI. num. 7. & ea, quæ dicta sunt suprà Tit. 5. Contra Gavantum To. 2. sect. 5. c. 12. n. 12. & sect. 6. c. 17. n. 3. existimantem, cùm omnes Epistolæ S. Pauli constituant unum Librum, & binæ Petri & ternæ Joannis Epistolæ pariter habeant rationem unius Libri,

non

non esse curandum, si singularum *Initia* legi non possint. Verùm id probabiliùs pro tunc tantùm asserendum videtur, quando illa Initia absolutè ac simpliciter poni non possunt intra suam Hebdomadem, non autem si tantùm poni non possint propriâ suâ Feriâ, possint autem vel aliâ sequenti, vel sequentibus omnibus impeditis, saltem aliquâ antecedente intra illam Hebdomadem : ùt consideranti Rub. Gen. 26. n. 7. &. 8. (in quo potissimùm se fundat Gav.) patebit : nec me movet, quòd Claudius Arnaud (qui Thesaurum *Sac. Rituum Gavanti* in Epitomen, seu Compendium, adjectis quibusdam Notulis redegit) Tr. 2. P. 4. Tit. 17. ita scribat : *Binæ Petri Epistolæ, & ternæ Joannis habent tantùm Rationem unius Libri, ut idcirco non sit curandum, si earum Initia legi non possint impeditis proprijs Ferijs, quod in postremâ Breviarij recognitione fuit examinatum* : Præterquam enim quòd Gavantus, agens de Festo Ascensionis To. 2. f. 6. c. 17. n. 3. de suo unius examine loqui videatur, in Recognitione illa Breviarij aliud non legitur decisum hac in parte, quàm quod extat in Rubricis generalibus recogniti Breviarij Tit. 26. n. 6. 7. & 8. ibi autem non modò non dicitur, quòd Epistolæ binæ S. Petri & ternæ S. Joannis Ap. habeant rationem unius libri, & consequenter earum Initia non sint legenda in alia Feria, si ea in proprijs Ferijs legi non potuerunt intra eandem Hebdomadem, sed potiùs oppositum cum Scriptoribus alibi à me allegatis (quos inter etiam Joseph. Coquer in expos. Tab. n. 21) exinde colligo, simúlque responsionem ad ea, quæ in contrarium opponuntur.

Missa quoque hâc, & seqq. infra Octavam Ferijs, si non occurrat Festum 9. Lectionum, dicitur uti in Festo, cum *Glor.* & *Cred.* Præf. *Communicantes* de Ascens. Oratio 2. *Concede.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. nisi occurrat Festum Simplex; tunc enim Oratio 2. est de simplici; *Concede.*

Vesperæ in Ferijs infra Octavam Ascensionis occurr. dicuntur de Ascensione, uti in Festo (sub Ritu tamen Semid.) & Col. Alb. nisi occurrat, aut sequatur Festum aliud 9. Lectionum : tunc enim vel tota, vel à Capitulo, vel usque ad Capitulum, dicuntur de Festo, pro qualitate scil. Festi vel sequentis, vel occurrentis.

Quæres : An, si in Festo Ascensionis, aut infra ejus Octavam occurrat Festum Semiduplex de Præcepto, illud celebrari queat die aliqua infra Octavam, Festo 9. Lectionum non impeditâ ; an verò transferri debeat post Octavam? R. 1. si Festum Semidupl. de Præcepto cadat in ipsum Festum Ascensionis, aut in aliud simile Festum, habens O-

Ra-

Octavam non privilegiatam (uti anno 1700. cadebat Festum S. Bernardini Conf.) & dies proximè sequens non sit impedita Festô duplici, etiam translatô, aut alio Festô Semiduplici die illo occurrente, tunc Festum ejusmodi Semiduplex de Præcepto non esse transferendum post Octavam non privilegiatam : quia dies infra Octavam non privilegiatam respectu Semiduplicis ad unum tantùm diem translati non est dies impedita, quando Semiduplex illud cecidit in ipsum Festum habens Octavam non privilegiatam. *Rubr. Gen. X. n. 5. in fin.* Tametsi enim verba illa : *ita, ut Festum Semiduplex infra Octavam non transferatur, nisi in proximè sequentem diem* videantur solummodo intelligenda de casu occurrentiæ Festi Semiduplicis in Dominica infra Octavam, juxta ea, quæ habentur in Notando ad Tabulam occurrentiæ, ubi solius occurrentiæ in Dominica fit mentio, non autem extendenda ad casum, in quo Semiduplex occurrit in Festo Ascensionis, aut alium similem, Gavantus tamen To. 2. s. 3. c. 8. n. 3. explanans verba illa Rubric. Gener. VII. de Octavis n. 3. *Infra Octavas fit de Festis Duplicibus & Semiduplicibus occurrentibus, ac etiam translatis, ut infrà in Rubrica de translatione Festorum num. 5.* expressè tradit, Festum Semiduplex non modò in casu, quô occurrit in *Dominica infra Octavam non privilegiatam*, sed etiam in casu, quô occurrit in Festo Ascensionis, aliôve simili habente Octavam non privilegiatam, transferendum esse in diem proximè sequentem infra Octavam, si Festo duplici aut semidupl. non sit impedita; & ita observatum est Romæ, cùm annô prædictô 1700. Festũ S. Bernardini occurrisset in Festo Ascensionis : si quidem in 2. Vesperis Ascensionis facta est Commemoratio de S. Bernardino, ac postridie de ipso factum Officium, cum Commemoratione de Octava Ascensionis, uti constat ex Directorio Romano ejusdem anni : ità autem fieri debuisse, & in simili casu ubique esse faciendum constabit ex Decretis Sac. Rit. Congr. infrà P. II. ad diem 26. Junij, & hîc paulò pòst ex Pisarro referendis.

¾. 2. si Festum Semiduplex de Præcepto occurrat in aliquâ Dominicâ, infra Octavam non privilegiatam occurrente, tunc faciendum Officium de Dominica cum Commemoratione Octavæ; Semiduplex autem de Præcepto in tali Dominica occurrens transferendũ tunc pariter esse in diem immediatè sequentem, cum Comemoratione Octavæ, si dies illa immediatè subsequens non sit alio Festo Duplici aut Semiduplici impedita : nam si alio hujusmodi Festo 9. Lectionum est impedita, tunc Festum Semiduplex in Dominica

infra aliquam Octavam etiam non privilegiatam occurrens, transferri debet post Octavam, ità ut Festum Semiduplex in Dominica infra Octavam occurrens pariter non possit transferri, nisi in proximè sequentem Diem.

§. 3. Si Festum Semiduplex incidat in aliam Diem impeditam infra Octavam non privilegiatam alicujus Festi, hoc est in talem, quæ non est Dominica, est tamen Dies impedita ob aliud Festum in ea occurrens Ritus altioris (uti contigit annô 1710. circa Festum SS. Joannis & Pauli, quod in Ecclesia Universali est Festum tantùm Semiduplex, & incidit eô annô in diem Octavam SS. Corporis Christi, quæ est duplex majus, & simul in diem tertiam infra Octavam S. Joannis Baptistæ) tunc Festum Semiduplex in ejusmodi die infra Octavam non privilegiatam occurrens perinde transferendum est in Diem proximè sequentem (si ea non fuerit impedita Festô aliô 9. Lectionum) ac transferendum est, quando juxta Dicta occurrit in Dominica infra ejusmodi Octavam; si autem dies proximè sequens sit impedita Festô aliô 9. Lectionum, tunc pariter transferendum est post Octavam, sicuti transfertur, quando dies proximè sequens post Dominicam infra Octavam est impedita aliô Festo 9. Lectionum. ità P. Tob. Lohner Instruct. Pract. II. P. 5. Tit. 10. n. 5. lit. X. cujus sententiæ favere non modò videntur Verba illa Rubric. Gener. X. n. 5. *ità, ut Festum Semiduplex infra Octavam non transferatur, nisi in proximè sequentem Diem*, sed etiam Gavantus To. 2. Sect. 3. c. 8. n. 3. ubi ex Rubrica Gener. VII. De Octavis n. 3. (ad Rubricæ Generalis X. numerum 5. se referente) colligit, prædicta Rubricæ Generalis X. verba de transferendo Festo Semiduplici infra Octavam non privilegiatam occurrente in proximè sequentem Diem infra Octavam, Festô 9. Lectionum non impeditam, non tantùm accipienda ac intelligenda esse de Festo Semiduplici *in Dominica infra Octavam*, sed etiam de Festo Semiduplici *aliquô aliô Die* seu *Festo infra Octavam* occurrente, si proprio illo suo die ob alterius, utpote dignioris, occursum celebrari non possit. Ut huic Sententiæ (licèt mihi, juxta alibi dicenda, spectando Rationem & extimum Rubricarum corticem *Tit. X. n. 5. & in Notand. ad Tab. occurrentiæ*, olim oppositæ probabilior apparuerit) etiam ego subscribam, non tantùm me movet Auctoritas Directorij Romani, quod annô prædictô 1710. Festum Semiduplex SS. Joannis & Pauli M. M. incidens eô annô in diem Octavam SS. Corporis Christi (quô proin celebrari non poterat) & simul in diem tertiam Octavæ Nativitatis S. Joan-

Joannis Baptistæ tunc pariter occurrentem, transtulit in diem proximè sequentem, nempe in diem quartam infra Octavam S. Joan. Baptistæ, non autem post hujus, ac SS. Petri & Pauli Octavam; sed etiam, ac vel maximè me movet Auctoritas ipsius Sac. Rit. Congr. allegata ab Henrico Pisart in Direct. suo Canon. Tit. 10. Reflex. 7. ubi ità loquitur: Censuit *Sac. Congregatio* 30. *Septembr.* 1629. *Festum Semiduplex occurrens in Festo Duplici infra Octavam non privilegiatam, non esse transferendum post Octavam, quando dies immediatè sequens non est à Festo Duplici, vel Semiduplici impedita, sed faciendum de eo ipsomet die immediatè sequenti: Idémque servandum esse, quando semiduplex occurrit ipsomet eo Festo, quod habet Octavam non privilegiatam* 30. *Septembr.* 1679. *Idem dic, si semiduplex cadat in diem Octavam, si hæc infra aliam Octavam occurrat.* Hæc Pisart, Ratio in oppositum ex Rubricâ *de Translat: Festor:* nec non ex *Notando Tabulæ occurr:* petita non urget; quia utraque loquens explicitè solummodo de Casu occurrentiæ Festi Semiduplicis in Dominica non excludit casum, quô idem occurrit die alio infra Octavam non privilegiatam, quô non *Dominica*, sed vel *Festum Duplex*, vel *Dies Octava* alicujus Festi occurrit, uti nec illum, quô id ipsomet illô Festô occurrit, quod habet Octavam non privilegiatam; sed ad hos quoque tres casus se se saltem implicitè extendere videtur, eósque pariter comprehendere: Dum quod statuit, ac disponit de Festo Semiduplici occurrente infra Octavam uno die impedito, (nempe Dominico) idipsum quoque statuere, ac disponere videtur de eodem occurrente in alio die similiter impedito: *Nam Dominica* [inquit Lohnerus P. 5. Tit. 38. in Notis ad Tab: occurr: n. 4. lit. T.] *Videtur tantùm Exempli locô posita*, quando in Notando ad dictam Tabulam occurrentiæ in Breviario Romano explicitè fit mentio solius occurrentiæ *Dominicæ*, & simul *Semiduplicis infra Octavam*, non autem prædictorum quoque casuum. Adde, quòd nec *Tabula occurrentiæ*, nec *concurrentiæ* unà cum suis Notandis se extendant ad omnes eos casus, qui vel in ipsis Rubricis Generalibus, vel à S. R. C. à communi alioquin Regula specialiter excipiuntur, aut speciali ab ijsdem circa se facta gaudent Dispositione, ùt pluribus Instantijs, seu Exemplis est demonstrabile: unde qui Universaliter juxta *Tabulas*, aut *occurrentiæ*, aut *concurrentiæ* unà cum solis suis illis Notandis acceptas se vellet regulare, multoties in errorem induceretur; nec tamen propterea sequitur inutiles esse eas Tabulas, aut immutandas, seu reformandas. Vide P. Gob. Tom. 1. P. 1. Tr. 5. n. 658. in append: cas: 7. lit. D.

Sabbatô infra Octavam As-

censionis, si nec occurrat, nec sequatur Festum Duplex, à Capitulo fit de Dominica infra Octavam Ascensionis, dicendo Capitulum, Antiphonam ad *Magnificat*, & *Orationem*, ùt ibi notantur in Propr: de Tempore; at verò Hymnum, & Versum, ùt infra Octavam, cum Commemoratione de Ascensione, ùt ibi, nec non Festi Simplicis, si quod cras occurrat. *Col. Alb.* Quòd si verò hodie, vel cras occurrat Festum Duplex, tunc Vesperæ hodiernæ erunt de Festo, cum Commemoratione tamen crastinæ Dominicæ, nec non Octavæ Ascensionis, & Festi Simplicis, si quod cras occurrat, nisi Festum Duplex, de quo sunt Vesperæ, fuerit 1. aut 2. Classis; tunc enim in illis fieret Commemoratio solius Dominicæ in hodiernis Vesperis, non autem Octavæ Ascens: cùm non sit privilegiata, nec Festi Simplicis cras unà cum ejusmodi Festo incidentis. *Color Festo Conveniens.*

Dominicâ infra Octav: Ascens: si non occurrat Festum Duplex, fit de ea *Officium*, & *Missa* sub Ritu Semidupl: & in *Officio* quidem dicuntur omnia ùt in Festo Ascens. exceptis Lectionib: Nocturnor: Responsoriô Octavô: Capitulis ad Laudes, Horas minores, & ad Vesperas, Lectione brevi ad Primam [in qua nec dicitur Psalmus *Confitemini*, nec Symb: *Quicunque*] nec non Antiphonis ad *Benedict:* & *Magnif:* quæ omnia cum Oratione propr: dicuntur ùti notantur in Propr. de Temp: cum Commemorat: de Ascensione [ùt ibi] & Festi Simplicis, si quod occurrat, ejusque 9. Lectione, si propr. habeat. In I. Nocturno hodiernæ Dominicæ ponuntur primò Lectiones de Epistola I. B. Joannis Apost: nisi eæ lectæ fuerint pridie, ob occurrens in Sabbato præcedenti Festum S. Joannis ante Port. Latin. tunc enim hodie loguntur Lectiones pro Crastina Feria II. in Propr: de Temp: assignatæ *Col. Alb.*

Missa, si Festum Dupl. hodie non occurrat, dicitur de Dominica infa Octav: Ascens: prout notatur in Propr: de Temp: cum Commemorat: Dominicæ tantùm, h. e. sine Oratione, nisi occurrat Festum Simplex, aut dies infra Octav: alterius Festi; tunc enim etiam de tali Festo Simplici, aut die infra Octavam facienda foret Commemoratio. *Col. Alb.*

Vesperæ hodiernæ, si nec hodie nec cras occurrat Festum Duplex, dicuntur pariter de Dominica [modò paulò antè dictô] cum Commemoratione Octavæ Ascensionis, cui tamen præmittitur Commemoratio Festi Semiduplicis, si quod cras occurrit celebrandum, atque etiam Festi Simplicis, si tale in crastinum occurrat. Si verò hodie, vel cras occurrat Festum Duplex, Vesperæ erunt de eo, cum Commemoratione Dominicæ, Octavæ Ascens: & Festi Sim-

plic

plicis, si tale cras occurrat, nisi Festum illud fuerit duplex 1. Classis; nam Festum 1. Classis admittit quidem in Vesperis Comemorationem de Dominica minore subsequente, non tamen de antecedente, uti nec de die infra Octavam non privilegiatam [qualis Octava non privilegiata est etiam Octava Ascensionis] nec de Simplici, bene tamen de Festo Semiduplici, ac duplici subsequente. *Quid* admittat dupl. 2. Classis: dic: P. 3.

Si Festum cras occurrens sit tantùm *Semiduplex*, tunc de eo in hodiernis Vesperis Dominicæ fiet tantùm Commemoratio, attamen ante Commemorationem de Octava Ascensionis: de eadem Octava Ascensionis fiet in hodiernæ Dominicæ Vesperis tantùm Commemoratio, si cras nullum occurrat Festum, sed tantùm dies quinta infra Octavam Ascensionis. *Col. Alb.*

Quòd si Dominica infra Octav: Ascensionis [idem est de alijs Dominicis infra tales Octavas occurrentibus, in quibus fit de Festis in ijsdem occurrentibus] occurrat Festum aliquod Semiduplex, transfertur illud in Feriam secundam immediatè subsequentem, si ea Festo alio duplici [seu translato, seu non translato] aut semiduplici in ea occurrente non fuerit impedita, adeoque tunc in hodiernis Vesperis fit de ejusmodi Festo semiduplici ad unum diem translato Commemoratio, ut suprà dictum, & mox iterum dicetur, ante Commemorationem currentis Octavæ.

Feriâ II. post Dominicam infra Octavam Ascensionis, ac reliquis deinceps Ferijs infra eandem Octavam occurrentibus, fit *Officium* & *Missa* eôdem proportionaliter modô, quô Feria VI. proximè præcedente, sive de Octava, sive de Festo aliquo 9. Lectionum infra hoc tempus occurrente faciendum sit Officium: admittit enim hæc Octava [utpote non privilegiata] non solùm Festa *Duplicia* quæcunque, etiam *translata*, sed etiam *Semiduplicia* infra eam *occurrentia*, non tamen Semiduplicia *translata*, nisi ea, quæ vel in ipso Festo Ascensionis, vel in Dominica infra Octavam occurrunt, hæc enim, si dies proximè subsequens non sit impedita Festo alio duplici, aut semiduplici, possunt ad eum diem transferri; si autem dies illa proximé subsequens sit impedita Festo alio 9. Lectionum, non possunt Semiduplicia in Festo Ascens: aut Dominicâ infra ejus Octavam occurrentia in aliam diem infra Octavam transferri, sed debent tunc transferri in diem similiter non impeditam post Octavam, ut suprà jam dictum est. Quòd si Initium Epistolæ 1. B. Joan: Apost: heri poni non potuit ob Festum Duplex habens proprias Lectiones in I. Noctur: tunc ponendum est hâc, aut aliâ Feriâ proximâ simili Festo non impeditâ, juxta suprà,

& alibi dicta. Si infra Octavam Ascens: occurrat Festum Simplex, fit de eo non tantùm Commemoratio in *Officio*, & *Missa*, sed etiam legitur de eo 9. *Lectio*, si propriam habeat; nisi ratio Festi Duplicis 1. aut 2. Classis alicubi occurrentis, vel simpliciter, vel ex parte obstet.

Feriâ IV. infra Octav. Ascens: ponitur *Initium* Epistolæ II. B. Joan. Apost. Ad Vesperas autem Officium fit duplex de die Octava Ascensionis: dicendo omnia ùt in 1. Vesperis Festi cum Commemorat: Festi Simplicis, si quod cras occurrat. *Col. Alb.* Si hodie vel eras occurrat alicubi Festum 1. aut 2. Classis, tunc de die Octava Ascens: in hodiernis Vesperis [de tali Festo dicendis] fit tantùm Commemoratio : Si verò aliud Festum 9. Lectionum, etiam duplex majus, hodie occurrat, in hodiernis Vesperis, quæ totæ erunt de die Octava, de ejusmodi Festo solummodo fit Commemoratio.

Feriâ V. post Dominicam infra Octav: Ascens: celebratur sub Ritu dupl: *dies Octava* Ascensionis Domini, quæ solis cedit Duplicibus 1. & 2. Classis : quale proin si hodie occurrat, fiet de eo Officium & Missa Ritu Paschali, cum Commemoratione tamen *diei Octavæ* Ascens: in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa. Si verò occurrat hodie Festum aliud 9. Lectionum, quod non sit dupl: 1. aut 2. Classis, [esto sit duplex majus, v. g. Festum Apparitionis S. Michaël Archang: aut S. Joannis ante Port Latin.] eò translatò in diem proxi mè non impeditam, fiet hodie Offi *cium* & *Missa* de die *Octava Ascen* dicendo omnia sicut in die, præte Lectiones matutinales, quæ dicun tur, ùti notantur hac die in Prop de Temp. *Col. Alb.*

In 2. Vesperis Octavæ Ascensio nis [pariter dicendis de die Octav Ascens: nisi cras occurrat Festum aut 2. Classis] non fit Commemora tio Officij sequentis diei, hoc est fe quentis *Feriæ Sextæ* post Octavam A scensionis; quia [ut ingeniosè hîc no tat Gav:] utrumque est Officium d Domino, de quo non convenit fa cere Officium, & Commemoratio nem; fit tamen in ijs Commemora tio sequentis Festi, si quod die po stero occurrat, seu simplex illud fit seu 9. Lectionum, modò non sit vel 2. Classis; nam si tale foret, tota Vesperæ de eo forent dicendæ, cum Commemoratione tamen diei Octa væ Ascensionis: juxta Norandum ad Tab: concurr: at sine Commemora tione Festi Simplicis : Si autem tan tùm fuerit duplex majus, tunc ne quidem à Capitulo dicendæ sunt de eo Vesperæ, sed totæ de die Octavæ Ascens: cum sola Commemoratione sequentis Festi Duplicis majoris, & simplicis, si quod simul cras occurrat. Col. Alb. *Rubr. Gen. XI. n. 7. & Notand. post Tab. Concurr.*

Fe-

Feriâ VI. post Octav. Ascens: [si in ea non occurrat Festum 9. Lectionum] uti & Sabbatô sequenti usque ad Nonam istius inclusivè, *Officium* fit Ritu semidupl: sicut infra Octavam Ascens: exceptis Lectionibus [quæ in I. Noct: sunt: *Incipit Epistola* tertia B. Joann: Apost: in II. & III. Nocturn: autem prout notantur in loco] & Responsoriô Octavô, Capitulis, Antiphonis ad *Benedict:* & ad *Magnificat*, quæ omnia, uti & Oratio, sunt de Dominica infra Octav: Ascens: sine Commemoratione Paschali de Cruce, & non dicuntur *Preces* ad *Primam*, & *Completorium*. In illa ad Absolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonæ Dominicæ præcedentis. *Missa* quoque hodie tunc dicitur de Dominica præterita: in ea *Gloria*, sine *Credo*. Oratio 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro *Papa*, uti notantur post Dominicam in Alb: nisi occurrat Festum Simplex; tunc enim 2. Oratio est de Simplici. 3. *Concede*. Præfatio de Ascens: sine illius *Communicantes*. In fine Evangel: S. Joan. *Col. Alb. Vespera*, ùt in 2. Vesperis ejusdem Dominicæ infra Octav: Ascens: cum Commemorat: Simplic: si quod cras occurrat: non tamen fit Commemoratio [Paschalis] de Cruce. *Col. Alb.*

Si verò Feriâ VI. post Octav: Ascens: occurrat *Festum Duplex*, fit de eo etiam translato, cum Commemoratione tamen Feriæ hodiernæ [nisi Festum illud fuerit 1. aut 2. Classis] in *Laudibus* & *Missa*, ac 2. *Vesperis* tantùm, sine Lectione Homiliæ de ea, utpote cujus Evangelium jam sufficienter est lectum Dominica præcedente: de Festo quoque simplici fit Commemoratio in 1. *Vesperis*, nec non [post Commemorationem tamen de Feria] in *Laudibus* ac *Missa*, si quod occurrat, cúmque 9. Lectione de illo, si propriam habeat, & faciendo ex duabus unam, si duas habeat, uti habet v. g. S. Bonifacius M. incidens quandoque in alterutram ultimarum duarum Feriarum hujus Hebdomadæ. Præfatio in Missa, etiam Festiva [nisi hæc propriam habeat] est de Ascensione: *Communicantes* verò Commune. In fine Missæ dicitur Evang. S. Joan.

Lectiones I. Nocturni *de Initio Epist. 3. B. Joan. Apost.* In 2. Vesperis Festi pariter fit Commemoratio Feriæ hodiernæ per Antiph: Vers: & Orat: Dominicæ præcedent: [ùt in 2. hujus Vesperis] ac Festi Simplicis, si quod cras occurr. *Col. Festo Conveniens.*

Si eâdem Fer. VI. post Octav. Ascens: occurrat *Festum Semiduplex*, fit pariter de eo, cum Commemoratione Feriæ currentis, ac Festi Simplicis, si quod simul occurrat, ac 9. de hoc Lectione, ùt paulò antè. Non dicuntur Preces ad *Primam*, & *Completorium*: nec fit Commemoratio Paschalis de Cruce ad Laudes. In *Missa* autem [pariter de Festo semid:

di-

dicenda] tunc 2. Oratio de Feria hodierna, uti in Missa Dnminicæ præcedentis. 3. de Festo Simplici, si quod occurrat, alioqui *Concede*. Præf. de Ascens: *Communicantes* Commune. In fine Evangelium S. Joan. In 2. Vesperis Festi Semiduplicis hodie occurrentis, aut etiam translati, ut mox dicetur, fit Commemoratio Feriæ VI. Hodiernæ ex Dominicæ præcedentis Vesperis 2. & Festi Simplicis [si quod cras occurrat] tantùm, sine Commemoratione Paschali de Cruce, imò etiam sine Commemoratione Officij de Sabbato sequenti; quia in tali casu est potiùs occurrentia Festi & Feriæ, quàm concurrentia cum Sabbato sequenti, quod neque est *Festum Semiduplex*, neque *dies infra Octavam*, sed *Officium Semid.* repetitæ Dominicæ usque ad NONAM inclusivè. *Gav. Tom. 2. S. 6. c. 17. n. 7.* BENEDICTIO Mensæ etiamnum hodie dicitur, ùt infra Octavam Ascensionis præcedentem, de Ascensione.

Quæres: An Fer. VI. post Octav: Ascens: non tantùm fiat de Festo Semiduplici *occurrente*, sed etiam *translato*? Ad hoc dubium ij, qui Gavantum recentiùs ediderunt, sic respondent: *De Festo Semiduplici*, etiam *translato, fit in hac Feria* VI. *ut alias, restitutâ Rubricâ de Translat: Festor. n. 5. prout legebatur sub Clem. VIII. Quamvis non defuerit quidam, bene Versatùs in Rubricarum Notitia, qui observato Verbô illô* [occurrat] *tulerit Opinionem, non posse Fieri de translato, citâtque pro se Gavantum Romæ editum, ac Sac. Congregat. Sententiam.* Hæc ibi. Cui posteriori Sententiæ etiam adhæret Auctor *Decennij Divinor. Officior:* ad Ann: 1706. 21. Maij. At verò Auctor DIRECTORII *Romani* ad prædictum annum [illegible] diem, contrariam sequitur, dum S. Bernardinum Senensem, cadentem eô annô in diem Octavam Ascens. transfert in Feriam 6. mox subsequentem, advertens, ùt opinor, per Verbum illud: *occurrat*, non exclusi *Festi Semiduplicis*, etiam *translati*, ab hac Feria celebrationem, alioqui nec de *Duplici translato* liceret hic Feriâ facere Officium, ut Rubricam Feriæ præfixam expendenti patebit, quod tamen nemo asserit; cùm etiam infra ipsam Octavam liceat de talibus facere Officium. Unde & ego amplector Sententiam Auctoris Directorij Romani, quam etiam tradit Bauldry P. 4. c. 13. n. 4.

Opponit quidem Nonnemo in quodam Manuscripto: prædicta auctoritate ac ratione non obstante adhuc dubitari posse, an illâ Feriâ VI. facere liceat de semiduplici ad plures dies translatô: nam S. Bernardin tantùm ad unum diem annô prædictô translatus erat: videtur autem Feria illa VI. imitari naturam diei infra Octavam. At nodum in Scirpo hîc quæri, & Feriam illam VI. nequaquam *Diei infra Octavam* esse æquiparandam locô suprà citari in-

indicat Gavantus, ùt eum expendenti patebit; nam agens ibi de concurrentia Festi semid: incidentis in Feriâ VI. post diem Octavam Ascens: cum Sabbato subseq: expressè ait: in ejusmodi concursu faciendam quidē esse Cōmemorationem Officij Feriæ VI. non autem Officij Sabbati sequentis; eò quòd detur in tali casu potiùs *concurrentia Festi & Feriæ*, quàm *Concurrentia cum Sabbato sequenti*, *quod*, inquit, *neque est Festum Semiduplex* (NB.) *neque dies infra Octavam*, *sed*, (par ratio est de Feria VI. post Octavam Ascensionis) *Officium Semiduplex repetita Dominicæ usque ad Nonam inclusivè.* Et post pauca interjecta expressè hæc subjungit: *de Festo autem Semiduplici translato fit in hac Feria VI. ùt aliàs* (quod etiam asserit hîc Bauldryus) *restitutâ Rubricâ de Translat: Festor: n. 5. prout legitur sub Clem. VIII.* Quæ equidem Rubrica non tantùm non obstat, sed omnino favet propugnatæ à me Sententiæ, quam tamen ego, uti & cæteras omnes Controversas, S. R. C. Decisionibus submitto. At dubitabis: an Feria VI. post Octavam Ascensionis censeatur esse dies impedita respectu Officij, quod alioqui de Sedis Apostolicæ Licentia Personis ad Assistentiam Germaniæ Soc: JESU pertinentibus quot hebdomadis de S. P. N. Ignatio sub Ritu Semiduplici recitare permissum est die non impedita Festo Duplici, vel Semiduplici extra Quadragesimam & Adventum, nec non extra Quascunque alias Ferias Majores, ac Vigilias, aliósque nonnullos dies in Decreto S.R.C. de anno 1706. 20. Mart. expressos? Ꝛc. meô Judiciô (Salvo meliori) esse diem impeditam; quia sicuti, ex allegato S. R. C. Decreto ac Declaratione, Indultum Personis Regularibus concedens, ut extra Quadragesimam, & Adventum quavis Hebdomade die aliqua Festo Duplici vel Semiduplici non impedita possint sub Ritu Semiduplici dicere Officium & Missam de S. Fundatore sui Ordinis, non se extendit ad Ferias 4. Temporum, nec ad ullas Vigilias, nec ad Feriam II. Rogationum, nec ad aliam Feriam, in qua secundum Rubricas sit reponendum Officium Dominicæ, nec etiam per ejusdem Sac. Congregationis Responsa ad *dies Octavarum*, hoc est, *infra quamcunque Octavam* occurrentes, nec denique ad dies, in quibus ponendum est Officium de Festo Duplici vel semiduplici *Translato*, non obstante, quòd in Concessione seu Indulto non fiat Specialis mentio seu exceptio modò Dictarum Dierum ac Feriarum (quia nempè excipiendo Festa Duplicia & Semiduplicia, nec non Ferias Adventûs & Quadragesimæ ob rationis paritatem etiam eos dies excipere censendum est, pro quibus eadem militat ratio; juxta vulgatam illam Regulam Juris, quòd ubi militat Ratio Legis

ibidem quoque militare debeat ejusdem legis Disposition) ità etiam non se extendere videtur Indultum suprà dictum Pontificium ad Feriam VI. post diem Octavam Ascensionis occurrentem, quantumvis in eo non fiat Specialis ac explicita illius mentio tanquam diei impeditæ : tum quia de similibus idem judicium est habendum per Text: *Cap. 2. de Transl. Episc.* & quod in uno Articulo pronuntiatum est extendendum ad similem *per L. 12. & 27. ff. de leg.* tum quia *Tacitis & expressi arg* L. *cum quid. ff. Si certum petetur. eadem est ratio*; Sicut ergo Indultum permittens recitationem Officij sub Ritu Semiduplici in qualibet extra Adventum & Quadragesimam Hebdomade de S. P. N. die aliqua *Festo Duplici*, vel *Semiduplici* non impeditâ, non extendit *se ad diem infra Octavam*, multò minùs *ad diem Dominicam*, esto nec hujus, nec illius fiat in eo Specialis mentio aut exceptio, ex altera autem parte Beneficium Principis latissimè sit interpretandum *L. Beneficium*, ff. *de Const. Princip.* ità se nec extendet ad Feriam illam VI. post Octavam Ascens: non obstante, quòd in Indulto Pontificio non fiat Specialis mentio seu exceptio illius Feriæ VI. Cùm enim ex Declaratione & Responsis Sac. Rit. Congr. omnes alij dies, in quibus fit Officium 9. Lectionum, etiamsi sint non Festivi, habendi sint pro impeditis, quantumvis in Indulto Specialiter non exprimantur, non est ratio cur non etiam Feria illa VI. habenda sit pro die impedita; cùm etiam in illa fiat Officium 9. Lectionum, & quidem Officium repetitæ Dominicæ, quæ juxta omnes est impedita; taceo alia quæ in Confirmatione adduci possent.

A Vesperis hujus diei usque ad Festum SS. Trinitatis suspenduntur, ac abrumpuntur *Octavæ omnes particulares* (h. e. in Calendario Brev: Rom: non descriptæ) v. g. *Patroni, Titularis, Dedicationis*, ità, ut si per aliquot dies de Octava dictum sit Officium, abrumpi debeat à Vespera hujus diei ob advenientem crastinam Vigiliam Pentecostes juxtà dicta superiùs Fer. II. ante Cineres.

Sabbatò post Octavam Ascensionis celebratur *Vigilia* Pentecostes cum *Jejunio*, quæ, quia cum subsequente Octava Pentecostes est privilegiata contra quodcunque Festum 9. Lectionum in ea occurrens, ideò si tale infra hoc Tempus occurrat, transferendum id erit (secluso speciali Privilegiò &c.) post Festum SS. Trinitatis. *Rubr. hic.*

Officium in Vigil. Pentecostes usque ad Nonam inclusivè fit Semiduplex, dicendo omnia ùt infra Octav: Ascens: exceptis Lectionibus proprijs (quæ in I. Noct: sunt: Incipit Epistola Catholica B. Judæ Apost.) & Octavò Responsoriò, nec non Capitulis, & Antiphon: ad *Bened:* quæ, ùti

utì & Oratio, sumuntur ex Dominica præcedente, cum nona ùt herì Lectione (si propriam habeat) & Commemoratione de Festo Simplici, si quod tale in hac Vigilia occurrat, sed tantùm in *Officio* (h. e. hesternis Vesperis, & hodiernis Laudibus) non autem in *Missa*. Post nonam Lectionem, etiamsi Festum Simplex non occurrat, dicitur *Te DEum Laudamus*. In 1. Vesp: & Laudibus non fit Commemoratio de Cruce.

Ad *Primam* non dicuntur Preces in Officio, in quô Hymni usque ad NONAM terminantur etiamnum ùt infra Octav: Ascens: & in Respons: brev: ad Primam adhuc dicitur: *Qui scandis super &c.* & in Martyrologio annuntiatur in Choro ab Anagnoste seu Lectore post Calendas primô locô Festum Pentecostes. In ead: ad Absolutionem Capituli dic: Capitulum NONÆ præcedentis Dominicæ. Ad *Officium* hodie usque ad NONAM inclusivè *Col. Alb.* Postmodum ad Prophetias, Benedictionem Fontis Baptismal: & Litanias usque ad Missam exclusivè *Col. Viol.* Deinceps verò adhibetur Rubeus, qui & in privatis Missis hujus diei, quoad Vestes celebrantium est adhibendus, licèt celebrent ante NONAM. Pro Missa solenni autem, cùm colorum post NONAM Mutatio seu Diversitas sit etiam quoad Pallia, seu Antependia Altaris majoris facienda, ideo Antependium illius Violaceum ità erit accommodandum, ut præcedens facilè removeri, eique aliud, nempe Rubrum, in Tempore substitui possit. Missa *Conventualis*, seu *Solennis* hujus Vigiliæ dicitur (ut in proprio loco) post Nonam, eáque etiam in ijs Ecclesijs, quæ non habent Fontem baptismalem, incipit à Prophetijs, ac hisce subjunctis Litanijs, omisso Introitu: quæ porrò circa *Missam solennem* sint observanda, Vide apud Gerlac. P. 6. Tit. 23. Bauldry P. 4. c. 14. ac in Missali. Adhibentur ad illam Dalmat: cum Tunic. & ad *Gloria in excelsis* pulsantur Campanæ respectivè ùt Sabb: Sanct: *Col. Rubr.* Benedictio quoque Fontis baptismalis, ubi fit, peragitur de rèliquo pariter ùt Sabbatô Sanctô.

Missæ privatæ (omissis Prophetijs, earumque Orationibus, ac Litanijs) dictô pro more Psalmô *Judica*, ac facta Confessione &c, absolutè incipiuntur à Missæ hodiernæ Introitu (*Cùm Sanctificatus fuero &c.*) qui exstat in Fine hodiernæ Missæ: dicitur in ea *Gloria*, sine *Credo*. Oratio Unica (diversa ab Oratione Officij) ùt ibi, sine Commemoratione Festi Simplicis, si quod hodie occurrat, tam in Missis *Privatis*, quàm etiam Solemni, esto ejus facta sit Commemoratio in Laudibus, & Vesperis hesternis, atque etiam dicta de eo sit 9. Lectio in Officio. *Rubr. Gen. Missal. Tit. VII. n. 1.* Nequit etiam dici in Missis hujus Vigiliæ Oratio indicta alioquin ab

Episc: &c. Præfatio, *Communicantes*, & *Hanc igitur* propria ab hoc Sabbato inclusivè, usque ad Sabbatum sequens inclusivè. In fine *Ite*, & Evang: S. Joan. *Col. Rubr.* Non possunt ab hac die usque ad Sabbatum sequens inclusivè dici Missæ votivæ privatæ, etiam de *Requiem*. BENEDICTIO Mensæ propria hodie, & deinceps usque ad Sabbatum sequens exclusivè, uti ad calcem Breviarij.

Vesperæ dicuntur de Dominica Pentecostes sub Rit: dupl. 1. Classis omnia dicendo utì notantur in Proprio de Temp: sine ulla Commemoratione. *Col. Rub.*

Notandum hîc, quòd in Vesperis, quæ Solenniter cantantur de Festo Pentecostes, Officiator ad Intonationem Hymni: *Veni Creator &c.* juxta Cærem. Episc. l. 2. debeat Stans jungere, extendere, & elevare manus, ac caput inclinare versùs Altare; Hymno autem intonato mox se se supra proximum Altaris gradum in genua demittere, ibique flexis genibus manere, donec prima Strophæ absolvatur. *Lohner Instruct. Pract. II. P. 3. T. 3. §. 1. Bauldry P. II. c. 11. a. 1. n. 25. & 26.* Cum Officiatore supra primum Altaris gradum ad Intonationem prædicti Hymni pariter genuflectunt ambo ejus Assistentes, unus quidem à dextris, alter verò à sinistris, usque ad absolutionem primæ Strophæ: Ceroferarij autem remanent stantes, prout erant: Absolutâ primâ Hymni Strophâ Officiator, factâ Altari reverentiâ, ad suam revertitur Sedem; idipsum, exhibitis Officiatori, & Altari debitis reverentijs, faciunt ejus Assistentes, ac Ministri omnes. Quæ porrò sint observanda in his, & aliis Vesperis solennibus, nominatim iis, quæ cantantur de B. V. & in quibus principium Hymni inchoatur per Invocationem DEI, vel Christi (uti Hymni: *Salutis humanæ Sator &c: DEus tuorum militum* &c: *JESU Redemptor omnium &c*) vide apud paulò antè citt. Scriptores, nec non apud Gav: To. 2. S. 10. c. 1. & 2. &c. à. n. 8.

Hymni Completorij & Horum deinceps usque ad 1. Vesperas SS. Trinitatis exclusivè terminantur per Verba: *DEO Patri sit Gloria, & Filio, qui à mortuis surrexit, ac Paraclito, in sæculorum sæcula.* Col. Rub. De Festis *Simplicibus*, si quæ in Dominica Pentecostes, aut Feriâ II. vel. III. Pentecostes occurrant, nihil omnino per Rubr. propr. fit in *Officio*, vel *Missa*: reliquis verò infra Octavam diebus nempe à Fer. IV. inclusivè, fit de illis tantùm Commemoratio in Vesperis, Laudibus, ac Missa currentia Octavæ, attamen sine ult: de ijs Lectione (etiamsi propriam, aut proprias aliqua illorum alioquin haberent) respectivè ùt infra Octavam Paschæ.

TITU-

TITULUS XXIX.

De Dominica ac Festo Pentecostes, nec non cæteris diebus infra ejus Octavam occurrentibus.

DOMINICA PENTECOSTES (hoc est *Diei Quinquagesimæ* post Pascha, de qua vid. erudita apud Gavant: Tom. 1. P. 4. Tit. 11. à. n. 22.) est *Dominica major* 1. *Classis*, adeoque *Privilegiata* contra quodcunque Festum aliud in ea occurrens, ità quidem, ut in ea, uti & in duobus sequentibus diebus, ne quidem Missa Votiva solennis (secluso Speciali Privilegio) de alio Festo possit decantari, utì manifestè constat ex Rubr. Gen. VI. Missal. Reliquis verò infra Octavam diebus in Ecclesijs, ubi Titulus est Ecclesiæ, vel concursus Populi ad celebrandum Festum, quod transferri debet, possunt quidem cantari duæ Missæ, una de die, alia de Festo (& quidem utraque post NONAM, ob specialem pro hoc casu rationem, ità tamen, ut priùs decantetur illa, quæ est *de Die*, & cum Officio concordat, postea verò ea, quæ est de *Festo*, ad cujus Missam populus eò libentiùs, quò tardiùs convenire solet, ut notat Gav. *Tom. 1. P. 1. Tit. 6. ante fin.*) aut saltem Comemoratio fieri de Festo, utì etiam decantari pro re gravi Missa Votiva solennis (non item dici Missæ Votivæ privatæ, etiam de *Requiem*) tamen in Missis etiam hujusmodi Votivis solennibus dicenda est Præfatio (nisi votiva propriam habeat) de Pentecoste, nec non cum ejusdem *Communicantes* & *Hanc igitur*, etiam in casu, quô Missa Votiva solennis propriam habet Præfationem: Quæ tamen non dicuntur in Missis etiam solennibus de *Requiem*, quæ post 1. Pentecostes Triduum dicuntur præsente Funere: In his enim etiam solemnibus, semper dicitur Præfatio Communis, utì & *Communicantes*, & *Hancigitur* Comune, infra quamcunque Octavam decantentur. Quæ omnia constant ex ijs, quæ Communiter traduntur à Rubricistis Tit. de Præfat. Tit. de Miss. Votiv. & Tit. de Miss. Defunctor.

In Officio DOMINICÆ seu FESTI PENTECOSTES (quod ad modum Officij Paschalis, habet in *Matutino* tantùm 3. Psalmos, adeoque unicum Nocturnum, cum totidem Antiphonis, & Lectionibus) omnia dicuntur sub Ritu duplici 1. Class. utì notantur in Proprio de Tempore, sine ulla Comemoratione. Ad *Primam* in Responsor: brev: dic: *Qui Sedes ad*

dexteram Patris Alleluja, alleluja. Ad *Tertiam* ab hac die usque ad Sabbatum sequens inclusivè Hymnus: *Veni Creator Spiritus &c* locô Hymni: *Nunc Sancte nobis &c*; quia convenit (ùt notat Gavantus) ut S. Spiritum, qui *horâ tertiâ* super Apostolos descendit, hoc die Hymno longiori, ac proprio Festi invocemus, & ad nos invitemus: porrò ad primam Hymni hujus intonationem eadem sunt observanda ad Tertiam, quæ suprà ad *Vesperas*, utì hîc monet Bauldry, additque: Videri sibi HORAM TERTIAM hoc Tempore Pentecostes solemniùs decantandam, accensis omnibus cereis Altaris: ad eam etiam (inquit idem) omnes Clerici de Ecclesia adsint. Alia in Choro, tam hodie & per Octavam, quàm etiam pridie Pentecostes observanda vide apud eundem P. 4. c. 14. Manual: ubi inter alia notat, *Missas solennes* hujus Octavæ dicendas post NONAM, facésque reportari in Sacristiam post Elevationem Sacramenti utramque. *Col. Rub.* usque ad Vesperas seq: Sabbati exclusivè.

MISSA hodie, & per totam Octavam quotidie Propria, cum *Glor.* sequentiâ, ac *Credo*, & in ea Oratio hodie, & sequenti biduô unica, sine Commemoratione *Festi Simplicis* occurrentis. Præfatio, *Communicantes*, & *Hanc igitur*, ùt herì. In fine Evangel. S. Joan. *Col. Rub.*

Ad *Vesperas* Antiphona: *Cùm complerentur &c*, cum reliquis de Laudib. Psalmus *Dixit Dominus*, cum cæteris de Dominica, qui, utì & Antiphonæ, quotidie dicuntur per Octavam. Capitulum, & Hymnus (*Veni Creator*) ùt in 1. Vesperis. Versus: (*Loquebantur*) & Antiphona ad *Magnificat* cum Oratione, ùt in Propr. de Tempore *Col. Rub.*

FERIA II. & III. PENTECOSTES. *Officium* fit rursus Ritu duplici 1. Cl. ac sine omni Commemoratione, etiam simplicis occurrentis, sicut in die, exceptis respectivè Versibus Nocturni; Lectionibus; Responsoriis, Antiphonis ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, ac Orationibus, quæ omnia pro singulis per Octavam diebus propria assignantur in Propr: de Tem.

Missa quoque cuilibet per Octavam Feriæ sua peculiaris assignatur in Proprio de Temp: à Missali Romano, & in ea dicitur *Gloria*, sequentia, & *Credo*, nec non Præfatio, *Communicantes*, & *Hanc igitur*, utì in Festo. Oratio Feriâ II. & III. dicitur unica (sine Commemoratione Festi Simplicis, si quod forrè in alterutra, aut utraque occurrat) in reliquis verò deinceps Ferijs duæ, ut paulò pòst dicetur. *Col. Rub.*

Vesperæ FER. II. & III. dicuntur eôdem modô ac Ritu, quô in Festo, exceptâ Antiphonâ ad *Magnificat*, & Oratione, quæ quotidie per Octavam juxta dicta sunt propriæ; nisi fit aliqua in his Vesperis de Festo Sim-

Simplici occurrente, aut etiam subsequente Commemoratio. *Col. Rub.*

Feria IV. Pentecostes (quæ est Feria IV. 4. Tempor. in æstate) est *Jejunium de Præcepto*, ad Imitationem Apostolorum, qui, absente jam Sponso Christo, *Jejunio* se dederunt, & Spiritus Sancti Adventu Carnis delicias ablegaverunt. Isidor. *L.* 1. *c.* 37. & Amalar. *L.* 2. *c.* 1. Officium hodie, ac reliquis deinceps diebus usque ad Sabbatum sequens inclusivè fit *Semiduplex*, cum Commemoratione Festi Simplicis, si quod in illis occurrat, attamen sine ultima de eo Lectione, etiamsi propriam habeat. Versus ad Nocturn: Lectiones, Responsoria, Antiphonæ ad *Bened:* & *Magnif:* ac Oratio quotidie sunt propria: reliqua dicuntur (sed Ritu semidupl.) uti in Festo.

Missa hâc, & sequentibus Ferijs dicitur uti pro quavis respectivè Feria notatur in Propr. de Temp: cum *Glor:* Sequentiâ, *Credo*, ac reliquis, uti præcedentibus diebus: hodie tamen (sine *Flectamus genua*, ratione scil. Temporis adhuc Paschalis) dicuntur 2. Lectiones, & Sabbato sequenti sex, ratione 4. Temporum, ùt ibi. Dicuntur quoque hac, & seqq. Ferijs in Missa 2. Orationes, una de die, altera *Ecclesiæ*, vel pro Papa, nisi occurrat *Festum Simplex*; tunc enim de eo fit Commemoratio etiam in *Missa*, nec tamen propterea tunc dicitur tertia Oratio, adeoque omittitur tunc Oratio tam *contra Persecutores Ecclesiæ*, quàm *pro Papa*. In fine autem dic: *Ite*, & Evangel: S. Joan. In *Vesperis* (quæ Ritu tamen Semidupl: de reliquo verò uti diebus præcedentibus cum Antiphona propr: ad *Magnificat*, & Oratione propria dicuntur) fit Commemoratio Festi Simplicis, si quod cras occurrat. *Col. Rub.* Quòd si infra hanc Octavam post primum ejus Triduum dicenda sit Missa *Votiva solemnis* pro re gravi, & dicatur de S. Spiritu, dicenda est ea, quæ competit diei occurrenti, & non alia. *Arnaud Epit. Tr.* 1. *P.* 1. *Tit.* 4. *in fin.* Idem ibid. P. 4. Tit. 16. n. 2. monet: Si hâc, aut aliâ infra hanc Octavam die (post primum ejus triduum) cantanda sit *Missa* de *Festo transferendo* ob *Concursum populi*, vel *ratione Titularis Ecclesiæ* (ùt in Rubric: Gener: VI. Missal.) aut *Missa Votiva solemnis* pro re gravi, dicendam illam esse ùt Tempore Paschali; eò quòd hoc primùm terminetur Sabbatò ante Trinitatem.

Fer. V. post Pentec: *Officium*, & *Missa* dicuntur Ritu ac Modò herì declaratò.

Feriâ VI. Quatuor Temporum Pentecostes (in qua *Jejunium de Præcepto*) pariter Officium ac Missa dicuntur Modò ac Ritu Fer. IV. præcedente declaratò. Quòd si dicatur hodie ex mandato Superioris in Missa ultimò locò Oratio: *DEUS Refugium*, Correspondens huic *Posteom-*

munio

munio mutanda est cum Postcommunione Orationis proximè sequentis pro *Quacunque Tribulatione*, nè coincidat cum Postcommunione hodiernæ Missæ.

Sabbatô 4. Tempor. Pentecostes (in qua rursus *Jejunium Ecclesiasticum de Præcepto*, & *Collatio SS. Ordinum* in Ecclesijs Cathedralibus) *Officium* fit semidupl: de Octava Pentecostes, ut herì, exceptis ijs, quæ sunt propria; & ad *Primam* in Martyrologio annuntiatur primô locô *Festum SS. Trinitatis*. Missa propria, in qua 6. Lectiones, sed sine *Flectamus genua* ad prævias Orationes, propter etiamnum adhuc currens Tempus Paschale. Oratio 2. ùt Feria IV. præcedente. 3. non dicitur. In eadem *Gloria*, *Credo*, *Sequentia*, aliáque respectivè ùt ibi, & præcedentibus diebus, nisi quòd in fine Sequentiæ non dicatur *Alleluja* in hac Missa, utì in propria notatur Rubrica: addendum tamen adhuc est *Alleluja* ad Antiphonam Cantici 3. Puerorum post finem Missæ recitari soliti: Quia Tempus Paschale finitur primùm *Celebratâ* post Nonam *Missa*, Cujus (Ritu Paschali etiamnum celebratæ) ultimum Complementum cùm sit Canticum 3. Puerorum cum sua Antiphonâ, ideo huic quoque etiamnum addendum erit *Alleluja* Tempore Paschali toto addi solitum. Notat Gavantus: Missam hujus Sabbati esse *Plenissimam*; quia *Omnia* (in quit) *Quæ dici possunt in Missa*, in ea *una Continentur*, scilicet *Hymnus Angelicus*, *Prophetiæ*, *Sequentia*, *Symbolum*, *Præfatio*, *Communicantes*, *Hanc igitur*. Hodie post Nonam Celebratâ Missa terminatur Tempus Paschale. Unde si fiat Translatio alicujus Festi a Tempore Paschali ad non Paschale, dicuntur de eo Officium & Missa prout Tempore non Paschali.

Ad *Mensam* ab hodierna die inclusivè usque ad diem Natalis Domini exclusivè Benedictio Mensæ Communis, quæ in diebus Jejuniorum ad Comestionem meridianam est: *Edent pauperes &c.*

Vesperæ sunt de Festo SS. Trinitatis, dicendo omnia, sub Ritu duplici 2. Classis in Ecclesia universali, utì notantur in Propr: *de Temp.* In ijs fit Commemoratio de Dominica I. post Pentec: per Antiphon: *Loquere Domine*, & Vers: *Vespertina Oratio*, cum Oratione propr: ùt ibi. Si cras occurrat Festum Simplex, non fit de eo in hodiern: Vesperis Commemoratio. *Completorium* dicitur deinceps rursus ùt in Psalterio per annum; & à primis Vesperis Festi SS. Trinitatis usque ad Adventum Officium terminatur per Antiphonam *Salve Regina &c.* Vers: *Ora pro nobis &c.* & Orat: *Omnipotens sempiterne DEUS &c.*, quæ Antiphona cum suo Versu, & Oratione *Stando* dicitur à Vesperis cujuslibet Sabbati usque ad finem sequentis diei Dominicæ; alijs verò diebus dicitur

flexis

flexis genibus. Col. Alb. Si *Completorium* separatim dicatur à Vesperis solemnibus, convenit, ut Antiph: *Salve Regina*, quæ hodie incipit, in choro *decantetur* post Vesperas, non verò primùm post Completorium, ut Antiphona prædicta, sicut aliæ similes, inchoentur per Cantum Semper. *Bauldry P. 4. c. 15. n. 2.*

Hodie, uti & alijs Sabbatis, in quæ incidit *Jejunium de Præcepto* extra Quadragesimã ac TempusPaschale, non esse *standum* ad signum Angelicæ Salutationis, quod datur in Meridie (ob nondum scil. dictas Vesperas &c.) sed primùm Vesperi, dictum est suprà.

Ubi Festum SS. Trinitatis est *Titulus Templi*, Vesperæ hodiernæ dicendæ sunt Ritu duplici 1. Classcum Commemoratione tamen Dominicæ 1. post Pentec: sed solius.

TITULUS XXX.

De Festo SS. Trinitatis, & Dominica I. post Pentecosten.

DOMINICÂ I. post PENTEC: à plurimis jam Sæculis celebratur in Ecclesia Universali sub Ritu dupl. 2. Class. *Festum SS. Trinitatis*; Unde hæc Dominica annumeratur *Dominicis Majoribus* 1. *Classis*, hoc est, contra quodcunque aliud Festum ità privilegiatis, ut quodcunque aliud Festum, in hac Dominica alicubi occurrens, cedere, huic Festo, & in diem alium proximè non impeditum transferri debeat, etiamsi sit 1. Classis v. g. *Patronus*, aut *Titularis*, ùt notat Gavant. Tom. 2. Sect. 6. c. 19. n. 2. & cum eo Bauldry, constátque ex Rubr. Gen. X. Breviar. n. 1. Itaque

OFFICIUM ac MISSA in hac Dominica fiunt de Festo SS. Trinitatis, dicendo omnia, prout notantur in PROPRIO *de Tempore*.

In OFFICIO dicitur 9. Lectio de Homilia in Evang. Dominicæ I. post Pentec: cum Commemoratione ejusdem Dominicæ in Laudibus. Quòd si occurrat Festum Simplex, fit etiam de illo Commemoratio in Laudibus ibi, ubi SS. Trinitas non est Titulus Templi, sine 9. de eo Lectione, etiamsi propriam alioquin habeat; quia 9. Lectio dicitur de Dominica occurrente. In tertiâ Antiphona ad Laudes Vox *omnium* Conjungenda est Voci *ore* (non autem cum Voce *Patri*) ità, ut Sensus sit: *in Ore omnium*. Gav. *loc. cit. n. 3.*

Ad PRIMAM (quæ de reliquo dicitur ùt in alijs Festis duplicibus per

annum) dicitur Symbolum S. Athanasij *Quicunque &c*, & ad absolutionem Capituli Capitulum Nonæ.

In Missa hujus Festi *Gloria* & *Credo*: Oratio 2. de Dominica I. post Pentec. 3. de Festo Simplici (sed in Missis privatis tantùm) si quod occurrat. Præfatio propr. Ultimum Evang. de Dominica I. post Pentec. *Col. Alb.* P. Didacus de Avendanno apud P. Gob. Tr. 3. n. 731. in append: lit. E. censet, in Missa SS. Trinitatis toties inclinandum esse caput, quoties nominatur SS. Trinitas, ob rationes ibi allatas.

Vesperæ secundæ (nisi cras occurrat alicubi Festum 1. Classis) sunt pariter de Festo SS. Trinitatis: Antiphonæ eædem, quæ in *Laudibus*: Psalmi omnes de Dominica. Capitulum, Hymnus, & Oratio ut in I. Vesperis: Versus verò, & Antiphona ad *Magnificat* propr: uti notantur in Loco. *Col. Alb.* Quòd si Feriâ 2. subsequente celebretur alicubi Festum 1. Classis, (v. g. *Festum Patroni*, aut *Dedicationis Ecclesiæ*, etiam translatum) tunc Vesperæ hodiernæ totæ erunt de Festo illo 1. Classis, de Festo autem SS. Trinitatis fiet ibi tantùm Commemoratio, & quidem de eo solo, id est, sine Commemoratione Dominicæ hodiernæ, ac etiam sine Commemoratione Festi Simplicis, si quod cras occurrat. Si autem cras celebretur alicubi Festum solùmmodo 2. Classis, tunc per Rubric: Gener: XI. *de Concurr. Festor: n.* 2. & Gav: *hic* hodiernæ Vesperæ totæ erunt de Festo SS. Trinitatis, cum Commemoratione sequentis Festi 2. Classis, attamen sine Commemoratione hodiernæ Dominicæ, & Festi Simplicis, si quod cras occurrat: de hoc enim tunc fiet Commemoratio in solis Laudibus, ac Missis privatis crastini Festi 2. Classis. Si denique cras nec Festum 1. nec 2. Classis occurrat, occurrat autem Duplex minus, vel etiam majus, tunc in 2. Vesperis Festi SS. Trinitatis fiet Commemoratio de illo, postea Dominicæ hodiernæ, ac demum Festi Simplicis, si tale cras occurrat. Quòd si cras occurrat Festum Semiduplex, tunc in 2. Vesperis hodierni Festi SS. Trinitatis post Commemorationem de Dominica fiet etiam de illo Commemoratio, post hanc verò Festi Simplicis, si quod cras occurrat. Quòd si crastina Feria II. sit prima dies Mensis non impedita, qui dicendum sit *Officium*, ac Missa Conventualis pro Defunctis, tunc hodie post Vesperas diei dicuntur *Vesperæ Defunctorum* modò alibi declarato. Exceptionem facit Bauldry P. 4. c. 15. n. 3. quoad Festum hodiernum Titulare.

Ubi SS. Trinitas est *Titulus Ecclesiæ*, ibi Festum SS. Trinitatis celebrandum est *Ritu duplici* 1. *Classis* & cum *Octava*, quam pro ejusmodi Ecclesijs ei decrevit Sac. Rit. Congre-

gatio

gatio hîc apud Gavant: declaravítque *Octavam SS. Trinitatis* in propria Ecclesia esse digniorem, quàm *Octavam Corporis Christi*, adeoque diebus infra Octavam, quibus utraque simul occurrit, tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam*, priorem Octavam præferendam esse posteriori. Fit autem *Officium* ibi, ubi SS. Trinitas est Titulus Templi, sequentem in modum: 1. Vesperæ dicuntur de Festo SS. Trinitatis, cum Commemoratione solius Dominicæ I. post Pentec: (sine Commemoratione Festi Simplicis, si quod aut hodie, aut cras occurrat) uti & reliquum Officium de eodem Festo, prout notatur in PROPRIO *de Tempore*, cum 9. Lectione de Homilia Dominicæ I. post Pentecosten, ejúsque Commemoratione in *Laudibus* & *Missa*, sine Commemoratione Festi Simplicis, si quod simul occurrat, tam in *Officio* (in quo ad PRIMAM dicitur Symbolum S. Athanas: *Quicunque vult &c.*) quàm etiam in *Missa*, in qua dicitur *Glor: Cred:* Præfatio propria, *Coñunicantes* Commune, & in fine Evangelium Dominicæ I. post Pentec. Secundæ quoque Vesperæ integræ ibi dicuntur de SS. Trinitate cum Commemoratione Dominicæ occurrentis, cui præmittitur Commemoratio Festi *Duplicis* subsequentis, postponitur autem Commemoratio Festi *Semiduplicis*, si tale cras sequatur; de Festo autem Simplici etiam in II. Vesperis nulla fit ibi Commemoratio, ubi SS. Trinitatis est Festum Titulare, si aliquod cras occurrat: nulla quoque fieret Dominicæ hodie occurrentis Commemoratio in II. hodiernis Vesperis tunc, quando Festum Cras subsequens esset 1. aut 2. Classis, juxta Rubric. superiùs allegatam. *Col. Alb.* Diebus autem *infra Octavam* SS. Trinitatis (ubi ea cum *Octava* ratione *Tituli Ecclesiæ* particularis celebratur) *Officium* fit *Ritu Semiduplici*, uti in Festo, exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturno sumuntur de Scriptura occurrente. Pro II. autem, ac III. Nocturno per totam Octavam habentur propriæ, à Sac. Rit Congr. approbatæ, quæ extant in OCTAVARIO Romano statim in principio, nec non in *Proprijs* Ecclesiarum particularium OCTAVARIIS: de ordinanda autem MISSA *infra* hanc *Octavam* pòst dicetur.

Quia verò *Octava SS. Trinitatis* non est *Privilegiata*, sed infra illam celebrari etiam possunt Festa alia 9. Lectionum, non modò Duplicia (tam *translata*, quàm non *translata*) sed etiam *Semiduplicia* infra eam occurrentia, uti etiam *Semiduplex*, occurrens in ipsa Dominica, translatum in proximè sequentem diem, non tamen Semiduplicia ultra unum diem translata, ideo, si Feriâ II. aut III. aut IV. respectivè infra Octavam SS. Trinitatis occurrat ejusmodi Festum; *Officium* & *Missa* dicen-

tur de Festo, cum Commemoratione Octavæ, in Laudibus, Missa, ac Vesperis, nisi Festum illud sit 1. aut 2. Classis; nam Festa 1. Classis nec in *Officio*, nec in *Missa* admittunt Commemorationem *Diei infra Octavam* (nisi Octava illa sit privilegiata, uti est Octava *Nativitatis* Domini, *Epiphaniæ*, & *Corporis Christi*) Festa autem 2. Classis Commemorationem diei infra Octavam non privilegiatam admittunt solummodo in 2. Vesperis, si tamen postero die de ejusmodi die infra Octavam fiat Officium, aliàs non. *Rubr. Gen. IX. n. 6.*

Feriâ VI. ac Sabbatô post Festum Corporis Christi, nisi occurrat Festum Duplex, *Officium* & *Missa* dicenda sunt de *Octava SS. Trinitatis*, ubi est Titulus Ecclesiæ, cum Commemoratione Octavæ Corporis Christi, & Festi Simplicis (si quod occurrat) ùt postea dicetur. Si infra Octavam SS. Trinitatis occurrat Festum Simplex, fit de eo non tantùm Commemoratio in *Officio* & *Missa* de Octava Trinitatis, sed etiam legitur de eo 9. Lectio in Matutino, si propriam habeat, idque non tantùm *ante*, sed probabiliùs (juxta inferiùs dicenda) etiam *post* Festum S. Corporis Christi, prout infrà dicetur, si *Festum Duplex infra Octavam SS. Corporis Christi* occurrat; cùm nulla Rubrica id vetet; & par sit ratio, quoad hoc, *Diei infra Octavam* SS. Trinitatis cum *Duplici* occurrente; Tametsi enim *Dies infra Octavam SS. Trinitatis* [non privilegiatam] non sit *Festum Duplex*, Decretum autem S.R.C. seu Rubrica nova de non omittenda 9. Lectione eo die infra Octavam SS. Corporis Christi, quô fit de *Festo Duplici* [dummodo hoc non sit 1. Classis] loquatur tantùm *de Die*, quô occurrit *Festum Duplex*, non autem de Die, quô occurrit fieri Officium de *Die infra Octavam* alterius Festi; spectando tamen rationem, quam intendit ea Rubrica seu Decretum [ne scilicet *Lectiones* de *Octava Corporis Christi* impediantur] æquè hîc cessat, ut consideranti patebit, ac cessat in Casu, quô *infra Octavam Corporis Christi* occurrit fieri de *Festo Duplici*. De quo, & alijs huc pertinentibus plura dicentur in Decursu, nominatim de Casu, *quô Vigilia S. Joan. Baptistæ* occurrit infra Octavas *SS. Trinitatis*, & *Corporis Christi* simul, ac exinde non leve oritur dubium, an die illâ infra utramque eam Octavam occurrente Missa dicenda sit de *Vigilia S. Joannis*, an verò de alterutra *Octava*?

Missa Diebus infra Octavam SS. Trinitatis, in quibus de currente Octava SS. Trinitatis fit *Officium*, dicitur sicut in Festo, cum *Glor.* & *Credo*. Oratio 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa [ùti notantur post Dominicam in Albis] si Festum Simplex, aut Dies infra Octavam SS. Corporis Christi non occurrat: nam

post

post Festum SS. Corporis Christi in Missa de Octava SS. Trinitatis Oratio 2. est de Octava Corporis Christi, 3. autem *Concede*, nisi hæc quoque per Commemorationem, tertiò Loco de Festo Simplici simul occurrente faciendam, extrudatur: nam occurrente simul Festo Simplici post Festum Corporis Christi, tertia Oratio erit de illo. Præfatio per totam Octavam SS. Trinitatis non tantùm in Miss: de Octav: SS. Trinit:, sed etiá in alijs Missis, quæ infra Octavam tam ante, quàm post Festum SS. Corporis Christi dicuntur, est de SS. Trinitate, nisi propriam habeant, uti habet *Missa*, quæ dicitur in *Festo SS. Corporis Christi.* Post quod etiam illis diebus, in quibus Officium fit de *Octava SS. Trinitatis*, terminandi sunt Hymni HORARUM per illa Verba: *JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c.*

Supereſt resolvenda hîc Quæstio satis controversa: An nempe ibi, ubi Festum SS. Trinitatis est *Festum Titulare*, seu *Titulus Templi* [uti est Oeniponti apud PP. Soc. JESU, ac multis alijs in Locis] adeoque celebratur cum Octava, dicendum ad PRIMAM sit Symbolum S. Athanasij, etiam *Diebus infra Octavam*? Aliqui cum Gavanto Tom. 2. Sect. 5. c. 20. n. 4. existimant, illud *Soli Dominicæ* Convenire, adeoque non nisi in *Dominica*, quâ *Festum SS. Trinitatis* celebratur, ac *Die* ejus *Octavâ* [quæ *eamdem* cum Festo *Ritum*, licèt non *eandem Classem* habere debet] esse dicendum. Alij cum P. Tob. Lohner Instruct: pract. 2. P. 2. Tit. 3. §. 5. in *solo Festo* dicendum autumant; eò quòd *ipsi* duntaxat *Festo* ratione *Mysterij* [Trinitatis] Concessum Videatur; quemadmodum in *Festo Epiphaniæ* ratione *Mysterij* Invitatorium cum Psalmo *Venite* in I. Nocturno omittitur tantùm in ipso *Festo* Epiphaniæ, non autem *infra ejus Octavam.* Denique eruditiss: Theophilus Raynaudus Tomo 15. [qui *Heteroclitæ Spiritualia* inscribitur] fol. 16. Columnâ 2. & alij cum ipso sustinent: dicendum id esse etiam infra Octavam illis saltem, ut quidam limitant, diebus, in quibus *Officium* fit de *Octavâ SS. Trinitatis*, non tamen illis alijs, in quibus *Officium* fit de *alio Festo* simul occurrente, v.g. de S. Norberto, aut de Solennitate SS. Corporis CHRISTI. Rationem pro hac sua sententia dant, quòd Officium Festi habentis Octavam celebrandum sit [variato solo Ritu] per se loquendo per totam Octavam, uti in Festo, quando Officium fit de Octava: atque ità Lugduni [ubi pariter Templum SS. Trinitati dedicatum habet Societas JESU] practicatum suô ævô fuisse ibidem tradit Raynaudus, Indigena utique Veteranus illius Domicilij. Cui ultimæ Sententiæ & ego [usque dum aliud Sac. Rit. Cong. decernat, aut ab eadem decretum esse innotescat] ob eam accedo Rationem, quia

quia omnium maximè conformis Rubricis Breviarij Romani videtur. Nam juxta Rubricas illius Generales Tit. VII. de Octavis, n. 4. & 5. *Diebus infra Octavam*, & in *Die Octava*, nullô Festô Duplici aut Semiduplici impeditis, dicuntur omnia, exceptis Lectionibus, sicut in *Die Festi*, nisi aliter in proprijs locis notetur, mutato solo *Ritu*, aut ejus *Classe*, quatenus *Diebus infra Octavam* fit Officiũ *Ritu Semiduplici*, & in *Die Octava* Ritu *Duplici* (respectivè *minore*, aut *majore*) cùm in Festo sit factum Ritu Duplici 1. aut 2. Classis: atqui in Festo SS. Trinitatis dicitur Symbolum, & aliud in proprio loco non notatur: ergo cùm tota Octava sit Continuatio Festi, dicetur id etiam quotiescunque de illa fiet Officium. Quòd si neges suppositum majoris, ac dicas, Symbolum in Festo SS. Trinitatis non dici ratione *Festi*, sed ratione *Dominicæ 1. post Pentecosten*, tunc manifestæ falsitatis convincitur hæc Responsio ex Rubrica particulari ipsi Symbolo præfixa, quæ sic habet: *Sequens Symbolum dicitur in Dominicis tantùm, quando fit Officium de Dominica ùt in Psalterio, & in Festo SS. Trinitatis*: atqui in Festo SS. Trinitatis Officium non fit de Dominica *ùt in Psalterio*, ergo falsum est, quòd tunc dicatur ratione Dominicæ: Cùm juxta modò citatam Rubricam nulla Dominica illud exigat, nisi illa, in qua fit Officium *ut in Psalterio*: & verò cum non de *illâ*, sed de *Festo* fiat *Officium*, & non *illius*, sed *ipsius Festi Officio* tum in Rubrica Generi citatâ, tum in Rubrica propria hujus Festi attribuatur hoc Symbolum, sine ullo planè fundamento asseritur, ratione ipsius *Dominicæ* dici seu in *Festo*, seu in *Die Octava* Festi. Unde jure miratur Raynaudus, Gavantum locô citatô existimare, id *Dominicæ*, & non *Festo* adgnatum; cùm ipsemet Gavantus paulò antè præmittat: ideò in Dominica seu Festo SS. Trinitatis dici hoc Symbolum, quia *Doctrinam de Trinitate* continet, quódque non ratione *Dominicæ*, sed ratione *Festi* in hoc dicatur, satis superque indicent Rubricæ à me citatæ. Atque ex his solvitur Fundamentum Gavanti. Ad Fundam: P. Lohneri quod annet, negatur consequentia, & patas: quia, quòd omittendum sit *Invitatorium*, & *Hymnus*, nec non *Consuetum Venite* in *Festo Epiphaniæ*, non autem *infra Octavam*, nec in ipsa *Die Octava* illius Festi, habetur ex Speciali ea super re Dispositione ac Rubricâ Breviarij, ùt ipsemet notat Lohnerus in Instruct. 2. Practica citatâ P. 5. in Notis ad Rubricas Breviarij Tit. VII. de Octavis num. 4. Lit. cùm ergo, utì iterum ipsemet tradit P. 5. citatâ post Initium, Litteræ Rubricæ particulares derogent Generalibus in ijs, in quibus aliquid istis contrarium statuunt, mirum non est, quòd aliqua in Festo non di-

dicantur, quæ dicuntur per Octavam: similis autem Dispositio seu Rubrica particularis non habetur de dicendo Symbolo Athanasiano in solo Festo, non autem per hujus Octavam, si alicubi cum Octava celebretur, & de ista fiat Officium: ergo non tantùm respectu aliorum Festorum, sed etiam respectu hujus Festi in Possessione manet Rubrica Generalis de Octavis, quæ universaliter disponit, ut mutato solo Ritu ac Classe idem Officium dicatur per Octavam, & in Octava, quod dicitur in Festo, variatis solùm Lectionibus unius, aut plurium Nocturnorum &c: ergo à I. ad ultimum, sicuti Symbolum Athanasianum dicitur in Festo, ità etiam dicendum est per Octavam, quando fit de ista Officium, & simul in ipsa Die Octava: id quod ex ipsomet Principio P. Lohneri, in ipsummet retorto, sic confirmo: Ratio dicendi hoc Symbolum in Festo SS. Trinitatis, ùt ipse contra Gavantum docet, non est *Dominica* (aliàs concedere deberet, quòd etiam dicendum esset in *Octava*) sed ipsum duntaxat *Festum*, cui ratione *Mysterij*, & ob hujus altitudinem concessum dicit loco suprà citato: Sed hæc ratio etiam pugnat pro Octava: cùm juxta ipsummet hæc sit continuatio, seu prorogatio Festi, ac proinde *idem* requirens *Officium*, licèt non sub eodem Ritu, aut Classe; & *Mysterium Trinitatis* non minùs honoretur & recolatur Officiò illò, quod dicitur per *Octavam* (cùm sit idem, non tantùm specie, sed quoad pleraque etiam in individuo) quàm illò, quod dicitur *in Festo*: ergo sicuti Officium Festi ob *altitudinem Mysterij*, seu *ratione Mysterij* exigit dici Symbolum, continens *sublimem* ac *expressam de eo Doctrinam*, ità etiam illud requiret Octava, quando de ea fit Officium. Dico: *Quando de ea fit Officium*: nam si die aliqua infra Octavam fiat Officium de aliquo *alio Festo*, v. g. *Corporis Christi*, non esse dicendum Symbolum in PRIMA ipsemet Concedo: quia cùm non sit pars Officij, quod die illo dicitur, sed tantùm Officij de Trinitate, jam cessat ratio illud dicendi, ex Rubricis allata pro alijs diebus: ergo sicuti quando infra Octavam SS. Corporis Christi celebratur Missa non de Octava Corporis Christi, sed de alio Festo Duplici occurrente, non dicitur Sequentia: *Lauda Sion Salvatorem*, quia hæc est tantùm Pars Missæ SS. Corporis Christi; ità etiam, quando infra Octavam SS. Trinitatis celebratur Festum aliud, non dicetur ad *Primã* Symbolum S. Athanasij; eò quòd non sit Pars illius Officij, sed Officij SS. Trinitatis. Neque obstat, quòd etiam in Festis infra Octavam SS. Trinitatis occurrentibus dicatur in *Missa* Præfatio de S. Trinitate & in occurrentibus infra Octavã Corporis Christi Hymni etiam Festorum aliorũ termi-

minentur per *JESU tibi sit Gloria*, non minùs, quàm cùm *Officium* dicitur de Octava: Disparitas est: quia Variatio illa Præfationis, & finis seu Terminatio diversa Hymnorum est tantùm accidentalis, Præfatio autem quoad Substantiam spectata, & Hymni, itidem quoad Substantiam spectati, sunt pars saltem integralis cujuscunque Missæ, & Officij, etiam Festivi, non autem Symbolum S. Athanasij, sed determinatè tantùm Officij SS. Trinitatis, & certarum Dominicarum, illarum scilicet, in quibus fit Officium, *ùt in Psalterio*: ergo in his tantùm, non autem in illis habet locum.

Resolutioni hactenus datæ non video quid opponi possit, nisi fortè illud, quod habetur in Rubricis Generalibus Breviarij Titulo 33. n. 2. ubi inter alia dicitur: Symbolum S. Athanasij dici ad PRIMAM in *Dominicis* ibi expressis, & in Dominica Trinitatis, *aliàs nunquã*: Verùm quemadmodum Leges in speciem contrariæ sunt invicem conciliandæ *c. cùm expediat*, ità etiam Rubricæ in speciem contrariæ sunt invicem concordandæ; certè Rubricam, modò in Contrarium adductam pro Lohnero, non habere sensum exclusivum Symboli Athanasij ab omni alio die habente idem Officium, quod habet Dominica Trinitatis, agnovit ipse Gavantus, dum non obstantibus dictis particulis illud saltem concessit etiam diei Octavæ SS. Trinitatis, ubi celebratur cum Octava, quamvis ex alio capite ad solam hanc non satis fundatè videatur id extendisse. Dico igitur, cùm Rubrica illius finis ibidem sit docere, in quibus Dominicis *non dicatur* (cùm de his tantùm regulariter, & abstrahendo à particularibus locis possit esse dubium) Sensum illorum Verborum: *aliàs nunquam* solummodo esse: quod in Dominicis solummodo ibi expressis (nempe in ijs, in quibus fit de Dominica, *ùt in Psalterio*, & in Dominica SS. Trinitatis) illud Symbolum dicatur, non autem, quòd non dicendum sit diebus illis, in quibus dicitur idem Officium, quod dicitur in Dominica Trinitatis, ùti dicitur in hujus die Octava, & infra Octavam nullo alio Festo impediram: nam in his non minùs, quàm in ipso Festo dicendum esse, eruitur ex Rubricis tum Generalibus, tum specialibus suprà adductis, quarum una inter Partes Officij ipsius Festi Trinitatis diserte collocat ac numerat hoc Symbolum, reliquæ autem Universaliter ac sine exceptione præscribunt, ut *per Octavam*, & *in Octava* dicatur idem *Officium*, quòd dicitur in *ipso Festo*, nisi aliter in proprijs Locis notetur, Variato solummodo Ritu, & Classe, ac Lectionibus. Aio igitur: Rubricam in contrarium allatam ibi (ùt illam ritè expendenti patebit) di-

disponere solummodo de Dominicis, & determinare, in quibus regulariter, & abstrahendo à particularibus casibus, juxta alias Rubricas regulandis, Symbolum Athanasij sit dicendum, & in quibus Dominicis non sit dicendum; non autem, an, & in quonam Festo, ejúsve Octava id sit dicendum [Cùm hoc ex alijs Rubricis Specialibus ac Generalibus jam satìs supérque constare supponat] ac propterea signanter dicit : *& in Dominica Trinitatis*, non autem *in Festo Trinitatis*, quâ tamen voce utitur in alijs locis, in quibus Symbolũ huic Festo assignat primò & per se, Dominicæ autem illi, in qua celebratur, tantùm per accidens, ratione scilicet Festi id requirentis; cùm alioqui Dominica, in qua Festum Duplex celebratur, non tantùm per se illud non requirat, sed omnino positivè excludat. Soliditas hujus Responsionis confirmatur ex ipso quodam loco Gavanti, exstante P. 2. Sect. 6. c. 19. n. 1. ubi ait : Ne mireris, quòd Festum Trinitatis nunc dicatur *Festum*, nunc *Dominica*: nam utrumque verum est; & *ratione Dominicæ*, in qua semper occurrit, habet, quòd nunquam omittitur Officium Trinitatis, licèt eo die occurrat alicubi 1. Classis Festum; *ratione Festi* verò habet ea tantùm, quæ sunt propria Festorum 2. Classis, puta Comem: de Simplici in Laud. &c.

Quòd si quærant Patroni Sententiæ Lohnerianæ, cur in Festo Epiphaniæ initiô Matutini non dicatur *Invitatorium*, Psalmus *Venite*, & *Hymnus*, dicantur autem *Infra* & in *Octava*? Respondeo, ideo id fieri; quia Ecclesia partialiter saltem aliud Mysterium in Festo, & aliud per Octavam ea Variatione proponere intendit, ac recolere : In *Festo* Matutinum ideo incipitur ex abrupto ab Antiphona & Psalmo; quia Visâ Stellâ, inquit Durandus. L. 6. c. 16. statim venerunt Magi, mutô Nuntiô, non loquente : omittitur etiam Invitatorium, ad detestandam, ùt Alcuinus observat, fraudulentam Herodis Invitationem ad Christum adorandum : Non canitur etiam Hymnus primo diè, quia perfectorum est cantare Hymnos, Conversio autem Gentium in solis Magis consistens perfecta non erat, utì ibid. mysticè exponit Durandus : Psalmus denique *Venite* initiô Matutini die illo omittitur, quia dicitur in 3. Nocturno itidem non sine Mysterio : infra Octavam verò dicitur Invitatorium nomine Magorum, alios Invitantium ad adorandum Christum, utì iterum Gavantus loco cit. observat, apud quem plura de his possunt videri : at verò in nostro casu idem totaliter Mysterium, quod recolitur in Festo, recolitur & recolendum proponitur etiam per Octavam : ergo lata est disparitas. His jam pro typo elucubratis, ac descripsi,

ptis, reperio celebrem, ac sæpiùs agitatam hanc controversiam etiam proponi à P. Georg. Gobat Operum ejus moralium Editionis recentioris (quâ antea carebam) Tom. 1. P. 1. Tr. V. n. 623. Append. 1. & 2. ac ibidem non tantùm ab ipso, sed etiam à duobus alijs egregiè doctis (ut ipse appellat) Theologiæ, & respectivè SS. Canonum Magistris ad eundem omnino modum, quô paulò antè à me, ex ijsdem omnino Principijs resolvi. Horum alter (ibi tacitô Nomine relatus) est P. Joann. Stoz, primus SS. Canonum in hac Universitate Oenipontana Professor, cujus Discursus, quô suam ac meam Sententiam probat, adeò solidus eidem P. Gobato videbatur, ut dignum existimaret, quem ibi de Verbo ad Verbum referret, unà cum perinde solidis Responsis ad Argumenta, quibus triplicis generis Adversarij tum suam propugnant, tum nostram oppugnant Sententiam: dignum proin quoque erit, quem ibi legat benevolus Lector.

TITULUS XXXI.

De Ferijs infra Hebdomadam I. post Octavam Pentecostes occurrentibus, utì & de Festo SS. Corporis Christi.

Feriâ II. post Festum SS. Trinitatis, nisì faciendum sit de aliquo Festo (seu *Translato*, seu *non Translato*) Officium fit de ea, dicendo Matutinum & Laudes, utì notantur Feriâ II. in Psalterio cum Oratione Dominicæ præcedentis. Invitatorium est: *Venite exultemus Domino*. Post ejus primam consuetam Repetitionem statim subjunguntur in Psalmo *Venite* hæc Verba: *Jubilemus DEO salutari nostro &c*, omissis primis Verbis Psalmi. Lectiones Nocturni cum suis Responsorijs dicuntur utì notantur in Proprio de Tempore Feriâ II. infra Hebd. I. post Octav. Pentec. ubi extat sequens Rubrica: *Hac Nocte ponuntur Libri Regum, de quibus legitur usque ad Dominicam 1. Augusti: Si quid verò de his Libris superfit adveniente dictâ Dominicâ*, id, quod supereresset legendum de his Libris, eô anno *omittitur*. Cùm verò hesternâ Dominicâ ob Festum SS. Trinitatis in ea occurrens, *non potuerit legi* (ut notat, ac loquitur Gavant: Tom. 2. Sect. 6. c. 19. n. 4.) *Initium* Libri primi Regum, ideo post *Rubr: Gener: XXVI. n. 6.* si hodierna Feriâ II. non occurrat Festum 9. Lectio-

ctionum, proprias in I. Nocturno habens Lectiones, *Initium* illud *Libri I. Regum* hodie ponitur, sive dein Officium fiat de *Feria*, sive de aliquo Festo (seu *occurrente*, seu *translato*) 9. Lectionum; atque de Libro illo I. Regum legitur usque ad Dominicam V. post Pentec: tam in Officio *feriali*, quàm *Festivo*, nisi Officium illud proprias habeat vel ex parte, vel ex toto Lectiones. Quòd si *Initium* Libri I. Regum ob Festum *proprias* habens in I. Nocturno *Lectiones*, in Feriam II. hodiernam incidens, hac Die poni non possit, tunc *Initium* illud Lectionis de Scriptura alioquin hodie occurrente, transferendum est in sequentem Diem similiter non impeditam, Lectiones autem illi Diei de eadem Scriptura assignatæ vel cum superioribus Lectionibus legantur, vel omittantur (prout scilicet placuerit) ità, ut non oporteat ampliùs in alio sequenti Die eas resumere, sed deinceps illæ semper legantur, quæ sua quaque Die occurrunt, aut (si ità lubeat) omissæ seu nondum lectæ Lectionibus currentis Diei jungantur: id quod semper juxta Rubr: Gen: XXVI. n. 6. est observandum, quando Lectiones, occurrentes de Scriptura, aliquo die præcedente (ob occurrentem v. g. *Vigiliam*, aut *Festum habens proprias in I. Nocl. Lectiones*) omitti debuerunt.

Ab hac Die usque ad Adventum resumuntur, & post Orationem Diei (quæ in Feriali Officio per omnes Horas dicitur ut in Dominica præcedente) in fine *Laudum* ac Vesperarum dicuntur *Commemorationes Communes*, seu *Suffragia Sanctorum*, quæ habentur in Psalterio post Vesperas Sabbati, quoties Officium fit vel de *Dominica*, vel de *Feria*, vel de *aliquo Festo* (nisi Officium sit *Duplex*, vel *infra Octavas*, etiamsi de *Dominica*, vel Semiduplici infra eas fiat) illisque adjungitur Commemoratio de *Patrono* Principali *Diœcesis*, aut *Ordinis*, juxta inferius P. II. die 14. Januar. dicenda, nec non de *Patrono* vel *Titulo Ecclesiæ*, ante vel post Commemorationem de S. Maria, & de Apostolis, pro Dignitate illius, ità tamen, ut semper ultimò locò ponatur Commemoratio de Pace: Ante omnes autem prædictas Commemorationes (in omni ac solo tamen *Officio Feriali*) fit hoc Tempore usque ad Adventum Commemoratio de S. Cruce, quæ habetur in Psalterio post Laudes Feriæ II. Quòd si in Officio, in quo dicuntur Commemorationes Communes, seu suffragia Sanctorum, facienda sit Commemoratio alicujus Festi occurrentis, etiam Simplicis, ea semper fit ante ipsa suffragia consuera, etiam ante Commemorationem de Cruce, si Officium sit *Feriale*, occurrente v. g. in *Vigilia al cujus Sancti* Festò aliquò Simplici. De S. Maria non fit Commemoratio consueta

ta (nisi in propria Ecclesia, tanquam de Titulari ex Decreto Sac. Rit. Congr. 10. Januarij 1604.) tunc; quando dicitur ejusdem *Officium parvum* in Choro; nec, quandocunque Officium de Die currente fit de ipsa B. V. uti contingit, cùm fit de illa Officium Sabbatinum per Rubr. Gen. XXXV. n. 4. & Special. extantem post Vesperas Sabbati ante Compl. eò quòd non debeat de eodem fieri Officium, & Commemoratio simul. Quòd si tamen quis privatim tantùm recitet Officium B. V. parvum, debet in Officio de Die nihilominus facere de ea Commemorationem perinde, ac si illud non recitaret, nisi recitet ratione Chori. Nihil autem refert, si dividatur Officium B. V. ab Officio Diei; puta, quia illud Vesperi, hoc manè recitatur in Choro: quia ibidem utrumque dicitur, & Unum in Ordine ad aliud. Plura de Qualitate, Modo, Ordine, ac Obligatione faciendarum his Temporibus Commemorationum communium in Officio, Vide infrà P. III. Tit. *De regulandis Commemorationibus*, & P. II. die 14. Jan.

Si hodierna Feria sit *prima Dies Mensis* post Tempus Paschale, non impedita *Officiô* aut *Festô* 9. Lectionum, tunc hodie post *Laudes Diei* dicuntur in Choro I. *Nocturnum*, & *Laudes Defunctorum*; alioquin alia sequenti Die similiter non impeditâ dicitur Nocturnum (Feriæ illi correspondens) cum *Laudibus Defunctorum*, ut suprà Tit. V. & P. III. Tit. X.

Si hodie (idem est de alijs Feriis post Pentecosten usque ad Adventum) eò quòd non occurrat aliquod Festum, fiat de *Feria*, dicetur PRIMA *Ferialis*, recitando omnia cum *Precibus consuetis* (non tamen *Ferialibus*) prout notantur in Psalterio post PRIMAM *Dominicalem*. HORÆ quoque PARVÆ dicuntur cum Antiphonis, Capitulis, & Responsorijs brevibus ferialibus, ùt ibi, attamen cum Oratione ex Dominica præcedente, nisi occurrat Vigilia, aut Feria aliqua 4. Temporum, in his enim dicitur Oratio propria suô locô assignata, cum Precibus ferialibus, ùt in Psalterio. Ad *Missam* quod attinet, in hodierna, ac reliquis deinceps Feriis post Pentecosten usque ad Adventum (in quibus non fit de alio quo Festo, aut de B. V. in Sabbato, aut de Dominica aliqua anticipata, nec legitur Missa Votiva, vel *de Requiem*, nec occurrit aliqua Vigilia, aut Feria aliqua 4. Temporum) resumitur semper Missa præcedentis respectivè Dominicæ, adeoque hac Hebdomade Missa Dominicæ I. post Pentec. attamen sine *Gloria* & Oratio 2. *A Cunctis*. 3. ad Libitum Sacerdotis. Quæ ultimæ duæ Orationes non tantùm dicuntur in Missis de Tempore, sed etiam in Missis de Sanctis usque ad Adventum, nisi sit Duplex, vel infra Octavam, aut nisi

in

in Festo Semiduplici facienda sit Commemoratio Festi Simplicis occurrentis, tunc enim Oratio 2. est de Simplici, & 3. *à cunctis* in Festis Semiduplicibus. Quòd si à Dominica I. post Pentec. usque ad Advent. occurrat aliqua Octava, & infra illam fiat de Festo Semiduplici, in Missa de tali Festo Oratio 2. est de Octava. 3. autem (nisi simul occurrat Festum Simplex) est *Concede*, non verò *à cunctis* : Si autem à Dominica I. post Pentec. occurrat Festum Semiduplex in *Vigilia* extra Octavam & Tempus Adventuale, Oratio 2. est de *Vigilia*. 3. *à cunctis*, uti videre est in Missal. ad diem 19. Sept. in Rubr. extante ad fin. Missæ, & suô locô dicetur. Feriâ quoque quavis II. & I. die Mensis non impedita Officio 9. Lectionum, dicitur locô penultimô Oratio *Fidelium*, in Missis, quæ de *Die currente*, & non *de Requiem* dicuntur, de quo mox plura : In ijsdé dic. Præfatio Comun. & post Graduale *Alleluja* cum Versu subsequente, perinde ac in Dominica. In fine : *Benedicamus*. In *Dominicis* ac *Ferijs* post Dominicam Trinitatis usque ad Adventum, in quibus de ipsis dicitur *Officium* ac *Missa*, Ornamenta Altaris, ac Paramenta celebrantium sunt *Viridis Coloris*, exceptis Dominicis infra aliquam Octavam occurrentibus : nam tunc *Color* tam *Altaris*, quàm *Paramentorum* Celebrantis erit *Conformis Sancto*, cujus Octava celebratur, quantumvis Missa cum Officio dicatur de *Dominica* : exceptis quoque *Vigilijs*, quæ jejunantur, & *quatuor Temporibus*, in quibus adhibetur *Color Violaceus*, ùt suô locô. Plura Vide infrà post Dominicam III. post Pentec. & suprà Tit. V. & VIII. nec non P. III. Tit. VI.

Quia verò juxta Rubr. Gener. Missal. Tit. V. n. 1. Prima die cujusque Mensis (extra *Adventum*, *Quadragesimam*, & *Tempus Paschale*) non impeditâ Officiô Duplici vel Semiduplici, dicitur Missa principalis generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs ; &, si in ea occurrat Festum Simplex, vel Feria propriam habens Missam, aut resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis, quæ fuit impedita, nec infra Hebdomadam occurrat alia dies, in qua resumi possit, in *Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis* dicendæ tunc sunt duæ Missæ (una pro *Defunctis*, alia de *Festo Simplici*, vel *Feria prædicta*) in Ecclesijs verò non Cathedralibus nec Collegiatis dicenda quidem est Missa *de Die*, attamen cum Commemoratione generaliter pro Defunctis per Orationem *Fidelium &c*, penultimô semper locô in Missis Vivorum dicendam, ideo, si in hodiernam, aut aliam subsequentem Feriam incidat Prima dies Mensis, dictô modô non impedita Officiô 9. Lectionum, executioni mandanda erunt Præscripta à Missali Romano hô. Locô

in Rubricis, ut suprà sub Titulo V. *De Ferijs post Dominicam II. post Epiph. occurrentibus &c.* fusiùs à me est declaratum.

Præterea juxta eandem Missalis RubricamV. n.2. Quavis Feriâ II. (extra *Tempus Quadragesimale*, & *Paschale*) in qua non fit de Festo Duplici, vel Semiduplici, sed de Feriâ, Missa principalis dici potest pro Defunctis (ea nempe, quæ intitulatur *Quotidiana pro Defunctis*) nisi Feria illa propriam habeat Missam, aut in ea fiat de Festo Simplici, vel resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis (eò quòd fuerit impedita) nec occurrat alia dies infra Hebdom. quâ resumi possit; tunc enim in Missa Principali (de die currente dicenda) fit tantùm Comemoratio generaliter pro Defunctis, uti & in Missis privatis (nisi placeat dicere Missam totam de requiem) dicendo locô penultimô Orationem *Fidelium*. Plura huc pertinentia Vide suprà Tit. V. paulò antè allegatô ac seqq. nec non infrà Tit. De Dominica III. post Pentec. & Ferijs subseqq.

Si hodie factum est de *Feria*, & cras iterum fiet de *Feria* currente, tunc *Vesperæ* hodiernæ totæ dicuntur de *hodierna Feria* currente, uti notantur Feriâ II. in Psalterio, cum Oratione Dominicæ præcedentis: cui subjungitur Commemoratio de S. Cruce, & post hanc aliæ Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctorum, Modô, ac Ordine P: II. Die 14. Januar. declarandô. *Completorium* pariter dicitur, ùt in Psalterio per annum cum precibus consuetis. *Col. Virid.* Simil modo dicuntur hodie Vesperæ feriales integræ de *Feria hodierna* currente, si hodie fuit celebratum *Festum Simplex* (utpote cujus Officium jam fuit terminatum ad *Nonam*) cras autem faciendum sit de *Feria*. Si verò in crastinumincidat *Festum Simplex*, hodie autem factum fuerit vel de *Feria*, vel de *Festo* aliquo duntaxat *Simplici*, tunc Vesperæ quidem hodiernæ erunt usque ad Capitulum de *Feria hodierna* currente, ùt in Psalterio; at verò à Capitulo dicentur de crastino illo Festo Simplici, sine Commemoratione Feriæ, aut simplicis præcedentis. Si denique hodie factum est de Festo 9. Lectionum, cras autem fiat de Feria, tunc in hodiernis Vesperis nihil fiet de Feria cras subsequente, uti neque aliquid de Feria hodierna in hodiernis Vesperis, si hodie factum fuerit de Feria, cras autem occurrat Festum 9. Lectionum, sed de hoc integræ dicentur Vesperæ, sine Commemoratione Feriæ, aut Simplicis Festi præcedentis, cum Commemoratione tamen Festi simplicis subsequentis, si tale cras simul occurrat, nisi Festum illud 9. Lectionum fuerit duplex 1. aut 2. Classis.

Feriâ III. infra Hebdomadem I. post

post Octav. Pentec. si non occurrat Festum, dicuntur MATUTINUM, & LAUDES de Feria currente ùt in Psalterio. Lectiones, & Responsoria de Scriptura occurrente, prout notantur in Proprio de Tempore. Quòd si tamen *Initium Libri I. Regum* (ob Festum 9. Lectionum, Proprias habens in I. Nocturno Lectiones, Feria præcedente occurrens) herì poni non potuit, tunc illud *hodie* est ponendum Modô tum Die proximè præcedente, tum alibi declaratô. Idem est da *Responsorijs* post Lectiones hesternas: nam si *Responsoria* Feriæ II. præcedentis ob herì occurrens Festum *primò* poni non potuerunt, ponenda illa sunt in hodierno Officio feriali, omissis ijs, quæ hodiernæ Feriæ alioqui assignantur in Breviario. *Rubr. Gen. Tit. XXVII. n.* 7. Quòd si ob Festum aliquod hodierna die occurrens, nec hodie poni possint, ponenda sunt alia die similiter non impedita, ùt pluribus declaratum suprà Tit. V. *De Ferijs post Dominicam II. post Epiph. occurrentibus.* Horæ Minores, cum Missa, Vesperis, ac Completorio dicuntur ùt *Feria II.* præcedente, exceptis ijs, quæ ei *quà tali* sunt propria. Vide paulò antè cit. Tit. V. Dicta. Quòd si hodierna Feria sit 1. dies Mensis non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc herì dicendæ fuerunt Vesperæ Defunctorum, hodie autem post Laudes diei dicendum est II. Nocturnum, ac Laudes Defunctor. Circa *Missas* autem tam *Conventuales*, quàm privatas observanda sunt herì à me annotata, cum ijs, quæ paulò antè citatô Titulo sunt dicta. Quòd si in crastinam Feriam IV. incidat Vigilia S. Joann. Baptistæ, & simul alicubi cras occurrat *Festum Simplex*, tunc hodiernæ Vesperæ feriales non tantùm usque ad Capitulum, sed totæ erunt de hodierna Feria currente (dicendo Orationem Dominicæ præcedentis) de *simplici* autem *Festo* in crastina Vigilia occurrente in hodiernis Vesperis fiet tantùm Commemoratio, cui (sine Commemoratione Vigiliæ) Commemoratio de S. Cruce, & post hanc reliquæ Commemorationes Communes pro more subjunguntur. *Rubric. Gen. Tit. XI. n.* 10.

FERIÂ IV. infra Hebd. I. post Octav. Pentec. si Festum non occurrat, dicuntur Matutinum, & Laudes de Feria currente ùt in Psalterio. Lectiones Nocturni, & Responsoria sumendo de Script. occurrente, prout notantur in Proprio de Temp. Quòd si *Initium Libri Regum*, aut *Responsoria Feriæ II. præcedentis* in neutra præcedentium Feriarum poni potuerunt, tunc circa illa primò ponenda procedendum est modô in hesternâ Feriâ à me annotatô.

HORÆ quoque PARVÆ, ac *Missa* cum alijs usque ad Vesperas die

cum

dicuntur, ac fiunt ùt herì, nisi quòd ad Primam in Martyrologio primô locô annuntietur Festum Solenne SS. Corporis Christi (& hoc etiam in casu, quo hodie non fit de *Feria*, sed de *Festo* hodie occurrente) *Col. Trid.*

Quòd si in hodiernam Feriam IV. in idat *Vigiliæ S. Joann. Baptistæ*, Cfficium, & Missa dicuntur de *Vigilia*, ùt ibi, ac infrà P. II. die 23. Junij. Quòd si ipsum Festum SS. Corporis Christi incidat in Vigiliam S. Joannis Baptistæ (utì factum 1639. & 1707.) tunc *Jejunium Vigiliæ* ex Decreto Leonis X. (allegato ex Navarri Man: c. 21. n. 11. à Barthol. Gavanto Tom. 2. Sect. 3. c. 7. n. 3.) ac Urbani VIII. anticipandum est ad hodiernam Feriam IV. Dixi: *Jejunium Vigiliæ*: nam *Officium* & *Missa Vigiliæ* non perinde in eo casu anticipantur: Si quidem tunc de ipsa *Vigilia* nihil eô annô faciendum est aut hodie, aut cras tam in Officio, quàm in Missa per *Rubr: Gen: Brev: Tit. IX. n: 4. & Missal. Tit. III. n. 2. ac Tit. VII. n. 2.* Plura vid. P. II. cit: ubi de casu, quô Vigilia S. Joan. Baptistæ incidit in Feriam VI. infra Octav: SS. Trinitatis, & Corporis Christi.

Vsperæ hodiernæ (hoc est *primæ* crastinæ Solennitatis) dicuntur de Festo SS. Corporis Christi prout notantur in Proprio de Tempore, sine ulla Commemoratione Festi, sive hodie, sive in crastinum occurrentis, nisì hodie occurrens sit 1. vel 2. Classis. Hymnus *Completorij*, & reliqui deinceps Hymni ejusdem Metri per totam Octavam (etiam illis diebus quibus alicubi concurrit cum Octava SS. Trinitatis) terminantur hâc Clausulâ: *JESU tibi sit Gloria, qui natus es de Virgine &c*, nisi Festum dup. prò priam habens Clausulam in fra occurrat. Eædem primæ Vesperæ in Choro celebrantur *Solenniter*, non tamen in eis (nisì aliud forsan alicubi, utì in pluribus nostræ Germaniæ locis, consuetudine sit introductum) exponitur SS. Sacramentum, sed primùm sub finem crastinæ Missæ Solennis, ante Processionem celebrandæ, utì habet Cærem: Epis. L. 2. c. 33. & ideo ad illa Verba Hymni: *Tantum ergo Sacramentum &c.* non genuflectitur: per Octavam verò, quâ *Tabernaculum (ostensorium, vulgò Monstrantiæ)* cum *SS. Sacramento discooperto, dum Vesperæ & Officia divina recitantur, ponitur super Altare*, utì ibidem dicitur, ad dictum Versum *Tantum ergo &c.* in Choro ab omnibus genuflectitur, sicut etiam ad Versum: *O salutaris Hostia &c*, aliàs autem non. *Col. Alb.*

Feriâ V. post Festum SS. Trinitatis *occurrit* Festum Solenne SS. Corporis Christi cum Octava, ... stitutum ab Urbano IV. 1262. & ... Eugenio IV. 1433. Confirmatum, ob eam Rationem, quam reddit S. Thomas in Officio ejusdem Festi, ab ipso com-

comet Angelico Doctore compositō, juxtà Ritum illorum Temporum, uti videre est in ejusdem *Opusculo* 57. Est Festum 1. Classis, & Privilegiatum contra quodcunque aliud Festum, ità, ut nè Missa quidem Votiva solennis in eo possit decantari, ùt constat ex Rubr. Gen. Tit. 6. Missal. Unde si occurrat hac die Festum aliud Duplex, vel Semiduplex, transferri illud debet, & quidem juxta Rubric: tum proprium (præfixam 1. Vesperis hujus Festi) tum etiam General. Tit. X. n. 1. & 5. post Octavam SS. Corporis Christi, exceptō Festo Nativitatis S. Joann. Baptistæ (aut alio simili 1. Classis juxta mihi probabiliorem, &, ut quidam ajunt, declaratam à S. R. C. 1680. 7. Decemb.) quod, si venerit in die SS. Corporis Christi, transfertur in proximè sequentem diem, faciendo de illo in 2. Vesperis Corporis Christi Commemorationem, Feriâ autem VI. subsequente de eo Officium, cum Commemoratione Octavæ Corporis Christi in Laudibus, & Missa (in quâ tunc *Credo* propter Octavam Corporis Christi) ac 2. Vesperis; reliquis autem infra Octavam Corporis Christi diebus dicendo Officium de eadem Octava Corporis Christi, cum Commemoratione Octavæ S. Joannis: Dies autem Octava S. Joann. tunc veniens in Octava SS. Corporis Christi, non transfertur, sed de illa eō annō fit tantùm Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa diei Octavæ SS. Corporis Christi. Cæterùm quia hoc Festum quàm solennissimè, quoad fieri potest, à Locorū Superioribus solet celebrari, ideo Altaris quoque ac Templi Ornatus solemnis esse debet, paritérque Celebrantis & Ministrorum Paramenta pretiosa, ac albi Coloris. *Gerlac. hìc.*

In Officio ad Matutinum & Laudes omnia sunt propria, dicuntúrque, uti notantur in Loco in Proprio de Tempore, sine Commemoratione Festi Simplicis, si quod hodie occurrat, imò etiam Octavæ SS. Trinitatis, si ejus Festum alicubi celebretur cum Octava.

Ad Primam hodie, & per totam Octavam (etiam quando Officium non fit de Octava Corporis Christi) in Responsorio brevi dic: Vers. *Qui natus es de Maria Virgine*: & in Fine Hymni *Jam Lucis orto Sidere* (parratio est de alijs ejusdem metri) *JESU tibi sit Gloria &c.* Versiculis *Primæ*, & *Completorij* non additur Alleluja, etiam in Responsorio brevi, bene tamen in alijs Horis, ùt ibi. *Col. Alb.*

Missa hodie, & per totam Octavam (quando, & ubi fit de illa) dicitur uti notatur hoc die in Missali in Proprio de Temp. cum *Gloria*, Sequentia, & *Credo*. Oratio hodie Unica. Censet autem P. Didacus de Avendanno apud P. Gob. *Tr.* 3. *n.*

n. 731. *Lit. e.* in Collecta de Venerabili inclinandum esse caput ad Nomen SACRAMENTI, ob rationem ibi adductam. Præfatio de Nativitate Domini (sine ejusd. *Communicantes*) per totam Octavam, nisi infra hanc dicatur Missa habens Præfationem propriam, v. g. ab eo, qui celebrat Festum SS. Trinitatis cum Octava; nam à tali dicenda est infra Octavam utramque hanc simul occurrentem Præfat. de SS. Trinitate, sive celebret de SS. Trinitate (uti debet, nisi occurrat Festum Duplex) sive de Festo alio Duplici infra utramque hanc Octavam occurrente, & tunc in Missa Festi facienda est Commemoratio de Octava SS. Trinitatis ante Commemorationem de Octava Corporis Christi, nisi Festum illud sit 1. vel 2. Classis: tunc enim facienda est Commemoratio solius Octavæ Corporis Christi juxta Rubric. de Octavis, & Commemorationib. *Col. Alb.*

Si hodie occurrat *Festum Simplex*, aut alicubi celebretur Festum SS. Trinitatis vel aliud cum *Octava*, tunc nec de illo, nec de ista hodie fit Commemoratio, etiam in Missa. Quando per hanc Octavam, atque etiam aliàs per annum SS. Sacramentum exponitur in Altari, non debere in hoc poni Imaginem Crucifixi, etiam Tempore *Missæ*, antehac plurium erat Rubricistarum Sententia, pluribus locis etiam in praxi recepta; at modò intelligo eam Sententiam ac praxin subin à Sac. Rit. Congr. fuisse reprobatam: *Magistris enim Cæremoniarijs Metropolitanæ Ecclesiæ Senensis Sacr. Rituum Congregationi demissè supplicantibus declarare: An super Altare, in quo SS. Sacramentum expositum est, Crux de more collocari debeat? Eadem Sac. Rit. Congregatio respondit: Nunquam omittendam Crucis cum Imagine Crucifixi appositæ Collocationem. Ita declaravit, & servari mandavit die 14. Maij 1707.* prout testantur Literæ hacsuper re exUrbe datæ. Quoniam post Missam Principalem fieri hoc die solet ac debet *Solennissima Processio* cum Venerabili Sacramento in Paramentis Albis, ideo ut cum Solennitate ac Reverentia tanto Sacramento debita ea instituatur, observanda sunt ea, quæ Barth. Gavant. Tom. 1. P. 4. Tit. 12. à n. 3. accuratè, ùt sequitur, annotavit: 'In 'Cathedralibus, inquit, Ecclesiis 'serventur ea, quæ in Cæremon. Epis. 'pisc. L. 2. c. 33. (ubi pleraque 'quæ spectant ad Solemnitatem hu- 'jus Festi & Octavæ) habentur; in 'Minoribus autem Ecclesijs ea item 'quæ, in Rituali Rom. Pauli V. Tit. 'de Processione in Festo Sanctiss. 'Corp. Christi. In Missa verò cu- 'randa ne omittantur Genuflexio- 'nes præscriptæ Feriâ V. in Cœna 'Domini.

'Finitâ Missâ deponuntur Ma- 'nipuli, inducit celebrans Pluviale

le

Je extra Cornu Epistolæ, imponit stans incensum sine benedictione, & genuflexus ter incensat Sacramentum in Tabernaculo ostensorio (id est Monstrantiâ) positum, ea ratione prorsus, quâ diximus in Feria quinta in Cœna Domini. Potest cantari interim, dum incensatur, O *Sacrum Convivium*, vel, *Tantùm ergo Sacramentum*, ùt in Instructione Romæ edita pro Oratione quadraginta horarum dicitur.

Non deferatur Tabernaculum Sanctissimæ Eucharistiæ Sacerdotum humeris, sed manibus tantùm Celebrantis, non obstante quavis contraria consuetudine, quam abusum esse declaravit Sacra Rituum Congregatio die 2. Junij 1618. Imago verò, quæ est in Hostia, debet terga vertere Celebranti, ut de Imagine Crucifixi aliàs docuimus; & ità accidit, dum ab Altari Diaconus Tabernaculũ (id est, Monstrantiam) accipit, & stans genuflexo Celebranti immediatè tradit.

In Processione Clerus immediatè præcedat Celebrantem cum Cereis accensis, Cæteri, sive Confratres, sive Regulares, ante Clerum procedant, cereósque omnes ea manu, quæ extima cuique est, alterâ pectori admotâ teneant: Hymni decantentur alternatim, qui à Celebrante cum Ministris dici poterunt submissa Voce: Is, qui Crucem defert, congruit, ut Veste Subdiaconali sit indutus, & procedat medius inter Acolythos cum Candelabris, & Cereis accensis, ut aliàs dictum est, in honorem Crucis, & Crucifixi, sicuti fit in Altari.

De Baldachino, & Hastarum ejus Distributione diximus in Feria quinta in Cœna Domini; De Circulo, & Via procedendi, standum erit locorum consuetudini: rectiùs à Latere Evangelij procedítur ad Latus Epistolæ.

In Fine Processionis Subdiaconus deponit Crucem in loco decenti, Ceroferarij Candelabra in Credentia, & cum Clero genuflectunt. Depósito Sacramento super Altari cum ministerio Diaconi, ut in Cœna Domini, imponitur à stante Celebrante sine Benedictione incensum in Thuribulo, fit incensatio trina de more, cantante interim Clero (genuflexo ante, & circum Altare) ultimos duodecim Versus Hymni *Pange linguæ gloriosi*, nempe *Tantum ergo &c.* Quibus dictis cantatur à duobus Clericis Vers. *Panem de Cœlo, &c.* [addito in fine *Alleluja*] & à Celebrante stante, Ministrísque genuflexis, & Librum sustinentibus hinc inde, dicitur *Dominus Vobiscum*, cum Oratione: *DEUS qui nobis &c.* nihílque aliud addens ascendit ad Altare, genuflectit, & ipsemet nullô Diaconi Ministeriô acci-

accipit velatis manibus, ut priùs, Tabernaculum, benedicit cum eo Populum, facie Hostiæ ad eundem versa, in modum Crucis semel [id est unam tantùm faciens Crucem, nisì sit Episcopus] nihilque dicens, & gyrum perficiens reverenter reponit. Hæc ferè omnia ex Rit. Rom. Gavantus, subdens deinde:

Tum Genuflexione facta descendit ad Gradus, ùt priùs, & amotô Velô à Subdiacono, Diaconus ascendit, genuflectit, & reponit vel in locum altiorem, ut eo die colatur à Populo, pro locorum consuetudine, vel contectum Velo in locum suum. Corporale, seu Palla Tabernaculo semper sit substrata; & Velum longum eidem Tabernaculo [quod hinc inde aptè cadat Versùs Altaris Latera, & à posteriori Parte Tabernaculi] seu Umbellula superaddatur: emineat quoque Locus Tabernaculi supra locum Reliquiarum, quod aliàs monuimns. Scripsêre Quidam, at gratìs, quòd præter Corporale supponi debet Tabernaculo Ara lapidea cum tribus Mappis; sed hæc necessaria sunt ad Conficiendam Eucharistiam, non autem ad eam Collocandam, seu reponendam: alioquin & in Turri lignea [seu Tabernaculo, in quo S. Eucharistia constanter asservatur] & cum ad ægrotos defertur, eadem forent adhibenda.

Parietes Viarum, per quas est transeundum, ornari debent ex prædicto Rituali tapetibus & aulæis, & sacris Imaginibus, non profanis; Actus autem Scenici, vel ludicri, vel indecori prohibentur in Cærem. Episc. loco cit.

Ardebunt Candelæ usque ad datam Benedictionem inclusivè; & Diaconus nihil osculabitur coram Sacramento. Ità cit. Auctor. Plura si requiras, vide Mich. Bauldry in Manual. Sacr. Cærem P. 4. c. 16. ubi art. 3. & 4. &c observanda tam in *Missa*, quam in *Processione* hujus Festi ab Ecclesijs tam majoribus, quàm minoribus accuratè exequitur, utì & Gerlacus Vinit. hîc. Idem Bauldry c. 16. cit art. 10. tradit observanda in Processione solenni SS. Sacramenti in quibusdam Ecclesijs infra Octavam Corp. Christi institui solitis, toto verò cit. cap. 16. ex quæ universim in hoc Festo, & per totam ejus Octavam sunt observanda, utì & Decreta S. R. C. &c. quorum meminit P. La Croix Tom. 7. l. 6. n. marg. 2055: à fine fol. 1308 usque ad initium folij 1310. inclusivè, saltem ea, de quorum emanatione Legitimè facta authentice constat, juxta ea, quæ ipse monet in Conclusione illius Tomuli post Indicem, nec non l. 6. ejusd. Tom. 7. n. 2056. & seqq.

In II. Vesperis omnia dicuntur utì in primis, exceptâ Antiphonâ

tiâ ad *Magnificat* : *O sacrum Convivium &c.* In ijsdem Vesperis II. hodierni Festi fit commemoratio de Festo duplici sequente, non tamen de die infra Octavam [v. g. SS. Trinitatis] etiamsi cras fiat de ea Officium; nec de *Festo Simplici* sequente. Si cantantur Vesperæ coram SS. Sacramento in Altari expolito in die hac, & per Octavam, conveniret, ut omnes starent aperto Capite [inqnit Gavantus loc. mox. cit.] ac nunquam sederent : quòd si sedeant, Caput tamen non regant : quod etiam observandum erit in Discessu, nè scil. intra Cancellos cooperiatur Caput.

Indulgentiæ ijs à summis Pontificibus concessæ, qui interfunt Horis Canonicis in hoc Festo, & per ejus Octavam, obtineri etiam possunt illis Diebus, quibus Officium non fit de SS. Corpore Christi, sed de Sanctis infra hanc Octavam occurrentibus ex Decreto Papæ Joann. XXII. apud Gav.

Habet hoc Festum *Octavam privilegiatam*, quæ nulli cedit, nisi Octavæ SS. Trinitatis, ubi ea est *Titulus Ecclesiæ*, adeoque & illius Festum ex Decreto S. R. C. celebratur cum Octava : ibi enim Feria VI. & Sabbatô infra Octavam Corporis Christi fit de Octava Festi Trinitatis, Commemoratio verò tantùm de Octava Corporis Christi; eò quòd ex Declaratione ejusdem S. R. C. apud Gav. To. 2. S. 6. c. 19. n. 2. Octava SS. Trinitatis in propria Ecclesia sit dignior, quàm Octava Corporis Christi, & patet ex Octavario *Romano*, ubi assignantur Lectiones pro II. & III. Nocturno per totam SS. Trinitatis Octavam; dicitúrque expressè : Feriâ VI. & Sabbatô infra Octavam Corporis Christi fieri Officium de SS. Trinitate, si ea sit *Titulus Ecclesiæ*, cum *Commemoratione Octavæ Corporis Christi*; quod tamen intelligendum est, nisi Feriâ illâ VI. aut Sabbatô occurrat Festum Duplex : nam si tale occurrat, fit de illo cum Commemoratione primò de Octava SS. Trinitatis, ac postmodum de Octava SS. Corporis Christi in Laudibus, Missa, [in qua Præfatio de SS. Trinitate, nisi propriam habeat id Festum] ac 2. Vesperis illius Duplicis, nisi fit Duplex 1. aut 2. Classis : quia, si sit 1. Classis, non admittit Commemorationem de Octava Trinitatis, sed tantùm de Octava SS. Corporis Christi [cùm *hæc* sit *privilegiata*, non item *illa*] si verò sit 2. Classis, Commemoratione de Octava Ss. Trinit. admittit solummodo in Vesperis secundis, & quidem tunc tantùm, quando Sabbato sequenti fit Officium de SS. Trinitate, aliàs non. Excipit quoque Bauldry P. 4. c. 15. n. 5. casum, quo Vigilia S. Joann. Baptistæ in Ecclesia, in qua Festum SS. Trinitatis tanquam Titulare celebratur cum

cum *Octava*, incidit in Feriam VI infra *Octavam SS. Trinitatis* & *Corporis Christi* simul: tunc enim censet in ejusmodi Ecclesijs *Missam Feriæ VI.* [idem dicet de *Missa Sabbati*, si in *Sabbatum infra* utramque illam *Octavam* occurrens incidat ea *Vigilia*, uti incidet 1715.] non esse dicendam de *Octava SS. Trinitatis*, nec de *Vigilia S. Joannis*, sed de *Octava SS. Corporis Christi*, ut ut cæteroquin cedente Octavæ SS. Trinitatis: faciendam tamen esse ait in ea Commemorationem de *Octava SS. Trinitatis*, & post hanc etiam *Vigiliæ* [attamen ante Commemorationem Festi Simplicis, si quod simul occurrat] ac denique, in fine ejusdem Missæ [in qua eo in casu præfatio pariter de *Octava Corporis Christi*] dicendum esse Evangelium de *Vigilia*, ac ita ordinandam esse Missam in hujusmodi casu in ejusmodi Ecclesijs colligi vult Bauldryus ex Rubr. Gen. III. recogniti Missalis n. 2. In Ecclesijs tamen Cathedr. et Collegiatis videntur ei tunc dicendæ duæ *Missæ Conventuales*, una scilicet de *Octava SS. Corp. Christi*, cum Commemorat. *Octavæ SS. Trinitatis*, ac Festi Simplicis, si quod occurrat, post Tertiam; altera post Nonam, sine Commemoratione *Octavarum*, ac *Festi*, si quod occurrat, *Simplicis*, sed cum Oratione 2. *Concede* de B. V. & 3. Ecclesiæ, vel pro Papa. Quia verò ipse Bauldryus in fine illius Numeri agnoscit, ibi à se asserta non carere sua difficultate, & tandem Superioribus definiendum relinquit, quomodo ordinandæ sint *Missæ* tam *privatæ* quàm etiam *Conventuales*, seu *principales*, in ejusmodi casu, ac loco, ideo non desunt, qui, usque dum aliud Româ decernatur, non acquiescant hac in re hujus Auctoris Sententiæ, quam ex allegata Rubrica recogniti Missalis haudquaquam sufficienter existimant probari, ùt constabit ex infra dicendis P. II. die 25 Junij, quæ Vide.

Octava Corporis Christi admittit quidem Festa *Duplicia* infra eam *occurrentia*, non tamen *Simplicia* [nisi fortè contendas, Privilegium hoc hujus Octavæ alicubi corrumpi per Octavam non privilegiatam SS. Trinitatis concurrentem, de quo non est meum, sed altioris Subsellij decernere] uti nec *Duplicia translata*, nisi sint 1. Classis: unde fit de Festo Nativitatis S. Joann. Bapt. etiam translato, si id v. g. occurrat in Festo SS. Corp. Christi; tunc enim transfertur in Feriam VI. proximam, nisi hæc sit impedita Festo alio duplici in ea occurrente; tunc enim transfertur in Sabbatum, nisi & hoc similiter sit impeditum. Id ipsum quidam antehac cum Gerlac Vinit. extendebant etiam ad Duplicia translata 2. Classis; at fertur extare modò Decretum Sac. Rit. Congr. de anno 1664. 12. Jul.

12. Jul. quò declaretur : *Infra Octavam SS. Corporis Christi non esse agendum de Officijs translatis Ritu duplici* 1. *Classis non decoratis*; *ideoque, si Festum S. Antonij Patavini, quod apud Franciscanos celebratur Ritu Duplici* 2. *Classis, incident in prædictum Festum de SS. Corpore Christi, transferatur.* De *Festo Simplici* fit infra Octav. SS. Corporis Christi tantùm Commemoratio, absque nona [quæ olim legebatur] de eo Lectione, nisi quando fit *Officium Duplex* de alio Festo infra eandem Octavam; tunc enim non tantùm fit Commemoratio, sed etiam legitur nona Lectio de Festo Simplici occurrente, si propriam habeat, dummodò Festum illud, de quo fit Officium, non sit *Duplex* 1. *Classis*, in his enim nihil omnino fit de *Festo Simplici*, ne quidem Commemoratio, per Rubricas Missalis juxtà, ac Breviarij. Niti fertur modò dicta circa Festa Simplicia infra hanc Octavam occurrentia facta Dispositio Decreto Sac. Rit. Congr. de anno 1669. die 8. Junij; Constatque ex Directorio Romano, quod solemnitati SS. Corporis Christi, ejusque Octavæ sequentem adscribere solet Rubricam : *Infra hanc Octavam non possunt dici Missæ Votivæ privatæ, neque Defunctor. neque dici* 9. *Lectio de Festo Simplici, nisi quando fit Officium Duplex de alio Sancto.* Ratio autem decernendi, quòd possit dici 9. Lectio infra hanc Octavam de *Festo Simplici* tunc, quando Officium fit de Festo Duplici, quod non est 1. Classis, videtur esse hæc : quòd in ejusmodi casu cesset ratio omissionis, quæ alia non videtur esse quàm *major Solemnitas* Festi Corporis Christi, ex eo illi obveniens, quòd minùs habeat de Officio alieno; quò enim *Festum est nobilius, eò magis etiam habet de Officio, & minus de aliorum Commemoratione*, inquit Gavantus S. 3. c. 11. n. 25. Putabat equidem aliquando hic Auctor [uti videre est To. 2. S. 6. c. 20. n. 4. Editionis antiquæ de anno 1638] etiam tunc infra hanc Octavam dicendam esse 9. Lectionem de Festo Simplici occurrente, si propriam habeat, quando Festum Duplex non occurrit, adeóque etiam in casu, quò Officium fit de Octava. Verùm in Recentioirbus Editionibus fatetur, in casu, quò Officium fit de *Die infra Octavam* de Mandato S. R. C. debere de Festo Simplici occurrente fieri solummodo Commemorationem sine 9. Lectione. Non tamen omittitur 9. Lectio *de Vigilia* [etiam in Officio de Octava] si quæ infra hanc Octavam occurrat. *Pisart. c. 8. propr. de Temp. n. 7.* Qui Tit. 3. Reflex. 4. censet pariter non esse omittendam 9. de Simplici Lectionem, quando id occurrit in Feriis V. per annum, quibus ex privilegio fit sub *Ritu Semiduplici* de Ss. SACRAMENTO. At Quomodo ordinandum

dum fit non modò *Officium* sed & *Missa*, si infra Octavam Corp. Christi occurrat Vigilia Nativitatis S. Joann. Bapt. aut Vigilia Ss. Apost. Petri & Pauli, dicetur infra P. II. Die 23. & 28. Junij, occasione utriusque Festi utramque illarum respectivè subsequentis.

Infra eandem hanc Octavam non possunt dici Missæ Votivæ privatæ, neque Defunctorum ex Decr. Clem. X. Die 21. Jun. 1670.

Quia per totam hanc Octavam exponi solet Ss. Sacramentum super Altare, dum Vesperæ, aliáque Officia Divina celebrantur, Altare decenter ornatum esse debet velis, floribus, & alijs Ornamentis. Ex Declaratione quoque S. R. C. de die 14. Maij 1707. superiùs allegata etiam tunc, quando expositum est Venerabile, poni debet Crux in eo Altari, & in ea Crucifixus. Porrò Expositio Ss. Sacramenti per totam hanc Octavam fiet sequentem in modum, ubi alia non est Consuetudo: Sacerdos paratus in Sacristia Amictu, Albâ, & Cingulo, aut Superpelliceo, Stolâ & Pluviali Albi Coloris, præcedentibus Thuriferario cum Thuribulo, & Ceroferarijs cum facibus ardentibus, procedit ad Altare, ante quod omnes simul flectunt: interim unus aliquis in Sacris constitutus aperit Ostiolum Tabernaculi: deinde celebrans imposito [attamen sine Benedictione] in Thuribulum thure, triplici ductu incensat Ss. Sacramentum genuflexus, mox surgens ascendit ad Altare, accipit Ss. Sacramentum, & vertens se ad Populum cantat Versum: *Tantum ergo &c.* semélque Populum benedicens [absque ulla Pronuntiatione] Collocat Monstrantiam cum Ss. Sacramento in loco eminenti Altaris, factáque genuflexione, in superiori Altaris Gradu genuflexus, rursus Ss. Sacramentum triplici ductu Thurificat, facta antè & pòst profunda Capitis inclinatione; postremò omnibus peractis surgit, & facta in plano genuflexione recedit in Chorum, vel Sacristiam. Atque eædem hæ Cæremoniæ observantur etiam in Repositione Ss. Sacramenti.

Feriâ VI. infra Octav. Ss. Corporis Christi si occurrat *Festum Duplex*, aut alicubi simul currat Octava *SS. Trinitatis*, Officium, ac Missa dicuntur de *Festo*, aut de *Octava SS. Trinitatis*, cum Commemoratione Octavæ Corporis Christi in Laudibus, Missa, ac Vesperis, ante Commemorationem Simplicis, si quod simul occurrat, aut *concurrat*, modo superiùs declaratô; si verò nec *Festum Duplex*, nec *Dies infra Octavam SS. Trinitatis* incidat in Feriam hanc VI. Officium, & Missa fient de Octava Ss. Corporis Christi, dicendo omnia [exceptis Lectionibus proprijs] uti in Festo, sub Ritu Semi-

midúplici, & tunc in Missa 2. Oratio erit *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa (prout notantur post Dominicam in Albis) nisi facienda sit Commemoratio Festi Simplicis occurrentis; nam tunc 2. Oratio erit de Simplici. 3. *Concede*, fiétque de eodem etiam Commemoratio suis locis in Officio. Atque hæc omnia etiam observabuntur sequentibus infra Octavam diebus in *Officio* & *Missa*, exceptâ Dominicâ infra Octavam, de quâ paulò pòst.

Sabbatò infra Octav. Corpor. Christi usque ad Vesperas omnia fiunt, ùt dictum Feriâ VI. præcedente. *Vesperæ* autem (nisi cras occurrat *Festum Duplex*, aut alicubi *Dies Octavæ SS. Trinitatis*) à Capitulo sunt hodie de Dominica infra Octavam Ss. Corporis Christi (quæ est 2. post Pentecosten) Ritu Semiduplici, dicendo omnia, ùti notantur in Loco in Propr. de Temp. cum Commemoratione *Octavæ SS. Corp. Christi*, ùt ibi, nec non Festi Simplicis, si quod cras occurrat. *Col. Alb.* Quòd si cras occurrat *Festum Duplex*, aut alicubi incidat dies *Octavæ SS. Trinitatis*, Vesperæ hodiernæ erunt de Festo, aut die illa Octava, cum Commemoratione primò de Dominica, ex 1. ejus Vesperis, deinde de Octava Ss. Corporis Christi ex 2. Vesperis Festi, ac denique etiam *Festi Simplicis*, si tale cras occurrat, & Festum crastinum non sit Duplex 1. vel 2. Class. Col. Festo conveniens.

TITULUS XXXII.

De Dominica infra Octavam SS. Corporis Christi, sive secunda post Pentecosten, & Ferijs eam Subsequentibus.

Dominicâ infra Octavam SS. Corporis Christi (quæ est II. post Pentecosten) si non occurrat *Festum Duplex*, aut alicubi *Dies Octavæ SS. Trinitatis*, in Officio omnia dicuntur de Festo Ss. Corporis Christi, ùt infra ejus Octavam, præter Lectiones, Octavum Responsorium, Capitula, Antiphonas ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, atque Orationem, quæ omnia sibi propria habet hæc Dominica, dicuntúrque cum Versu ad *Laudes*, & *Vesperas* ùti notantur hîc in Proprio de Tempore, cum Commemorat. Octavæ in Laudibus, Missa, ac Utriúsque Vesperis ùt ibi. *Col. Alb.*

In ijsdem *Laudibus*, ac *Missæ* Dominicæ post Commemorationem *Octavæ* fit etiam Commemoratio *Fe-*

sti Simplicis, si quod occurrat, attamen sine 9. de eo Lectione, uti constat ex Directorio Romano anni 1710. in quo de S. Paulino Episc. Conf. in Dominica infra Octavam Ss. Corporis Christi occurrente, jubetur fieri solummodo Commemoratio sine Lectione : tametsi enim eadem ratio, ob quam S. R. C. (in Decreto, ut ajunt, 1669. 8. Jun. emanante) permittit dici 9. Lectionem de Festo Simplici, si quidem propriam habeat, die infra Octavam Ss. Corporis Christi tunc, quando in ea extra Dominicam occurrit fieri Officium Duplex de alio Sancto, dummodo non sit Duplex 1. Classis, videatur æquè procedere ac pugnare in casu, quô infra Octavam Ss. Corporis Christi fit Officium *de Dominica infra Octavam Corporis Christi*, non autem de ipsa currente *Octava Corporis Christi*, & Decretum vetans dici nonam de Simplici Lectionem intra illam Octavam extra casum occurrentis *Festi Duplicis*, mentionem tantùm faciat de *Die infra Octavam*, non autem *de Dominica infra Octavam* videtur tamen prohibitio illa etiam ad *Dominicam infra Octavam* se extendere; eò quòd ex una parte etiam hæc sit *Dies* aliqua *infra Octavam*; ex altera autem parte non eadem omnino sit ratio, quæ in casu, quô *infra Octavam* Corporis Christi fit *Officium Duplex*, aut aliud *enitus diversum* ab *Officio Octavæ Corporis Christi*; quandoquidem *Officium* hujus *Dominicæ* vix est diversum ab *Officiô* infra Octavam dicendô, & Evangelium Dominicæ agit ferè de eodem argumento Ss. Corporis Christi, per Parabolam Cœnæ magnæ designato. Cæterùm per Decretum Sac. Rit. Congr. suprà allegatum, præter Com̃. nonam de *Simplici Festo* Lectionem dici permittens in *Festis duplicibus* quæ non sunt 1. Classis infra hanc Octavam (si tamen propriam habeat, vel unam, vel duplicem) id tantùm permittitur tunc, quando Officium fit de *Festo Duplici* infra hanc Octavam *extra Dominicam* occurrente : quòd si enim de Duplici in ipsa *Dominica* occurrente fiat Officium, 9. Lectio juxta Rubr. General. non de *Simplici*, sed de *Homilia Dominicæ currentis est dicenda*.

Ad PRIMAM hodiernæ Dominicæ non dicitur *Confitemini*, nec *Quicunque*. Ad Absolutionem Capituli verò dicitur Capitulum Nonæ.

MISSA (si hodie fiat de Dominica dicitur utì notatur in Loco in Proprio de Tempore, cum *Gloria* & *Cred.* Orat. 2. de Octava Ss. Corp. Christi 3. non dicitur (nisi occurrat Festum Simplex) utì nec Sequentia. Præfatio dic. de Octava, ac in fine *Ite*, & Evang. S. Joann. *Col. Ab.*

Quòd si hâc Dominicâ occurrat Festum *Duplex*, aut alicubi *Die Octava SS. Trinitatis*, Officium & Missa

sa dicentur de Festo, aut die illa Octava, cum nona Lectione de Dominica, ejusdémque, & Octavæ Corporis Christi Commemoratione in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa: in qua Præfatio de SS. Trinitate, si fiat de hujus die Octava, si autem de alio Festo Duplici, non habente propriam Præfationem, Præfatio erit uti in Festo Corporis Christi; at in fine Missæ (sive de Festo dicatur, sive de die Octava SS. Trinitatis) dicetur Evangelium de Dominica currente. Quòd si in tali *Festo Duplici* simul occurrat *Festum Simplex*, fiet etiam de illo in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa Commemoratio (sine 9. de eo Lectione, etiamsi propriam alioqui habeat) nisi Festum illud sit 1. vel 2. Classis; nam Festum 1. Classis nullam uspiam admittit Festi Simplicis Commemorationem, Duplex verò 2. Classis non nisi in Laudibus ac Missis privatis, si eodem die occurrat, bene autem in suis 2. Vesperis, si in ijs cum sequenti Simplici concurrat.

Vesperæ, si nec hodie, nec cras occurrat *Festum*, aut *Officium Duplex*, hodie erunt ac Dominica infra Octavam Corporis Christi, dicendo Antiphonas, Psalmos, & reliqua, uti notantur in loc: in Prop: de Temp: cum Commemoratione *Octavæ Corporis Christi*, & *Festi Simplicis*, si quod cras occurrat. *Col. Alb.*

Quòd si cras occurrat *Festum Duplex*, non item hodie, *Vesperæ* erunt de illo, cum Commemoratione Dominicæ (nisi Festum cras occurrens sit 1. vel 2. Classis) nec non *Octavæ Corporis Christi*, etiam quocunque adveniente duplici, ac tandem *Festi quoque Simplicis*, si quod cras occurrat, modò Festum crastinum, de quo hodie sunt 1. Vesperæ, non sit 1. vel 2. Classis. *Col. Festo Conveniens.* Si hodie & cras occurrat *Festum Duplex*, dividunt Vesperas, si sint ejusdem rationis ac dignitatis, secus, si non sint. Hinc dies Octava SS. Trinitatis alicubi hodie occurrens de crastino *Duplici per annum*, meò equidem judicio (salvo meliori) tantùm admittit hujus Commemorationem, non autem dividit Vesperas cum ipso, ea ratione, quâ Directorium Roman: 1710. in die Octav: Assumpt: B. V. de sequenti Festo Duplici facere jussit tantùm Commemorationem conformiter novissimis Rubricis Tit. XI. de concurr: Offic: n. 7. Si enim dies Octava B.V. Assumptæ (quæ juxta Directorium Romanum, ac alibi dicenda est tantùm *Duplex minus*, uti & *Dies Octavæ* aliarum Festivitatum B. V. M.) est privilegiata, & in concursu cum Duplici minore integras exigit Vesperas juxta Rubric: XI. paulò antè allegatam, à fortiori erit ita privilegiata *Dies Octava* Festi SS. Trinitatis, quod ubi est *Titulus Ecclesiæ* adeoque 1. Classis, non modò Festa B.V. sed ipsum quoque Festum Ss. Corpo-

ris Christi excedit dignitate, uti colligitur ex eo, quod S. R. C. apud Gav: Tom. 2. S. 6. c. 19. n. 3. decreverit: Octavam SS. Trinitatis digniorem esse in propria Ecclesia, quàm Octavam Corporis Christi. Unde ulteriùs sic meam confirmo sententiam: *Dies Octavæ* Festorum Christi, habentium Ritum duplicem 1. Classis, non obstante, quòd ipsæ non ponantur à Breviario aut Directorio Romano inter *Duplicia majora*, præferuntur in concursu Duplicibus minoribus, exigúntque tunc integras Vesperas: ergo & *Dies Octava* Festi SS. Trinitatis, ubi ista tanquam *Titulus Templi* est Festum 1. Classis, habétque Octavam, in concursu cum sequenti duplici per annum huic præferetur, exigétque integras Vesperas; cùm etiam Festum SS. Trinitatis non modò *sit Festum Christi*, sed totius simul SS. Trinitatis, & quidem ibi, ubi est *Titulus Templi*, habens *Ritum duplicem 1. Classis*, & *Octavam*, multóque proin *Dies* quoque ejus *Octava* sit dignior *Diebus Octavis* Festorum B. V. v. g. natæ, aut in cœlos assumptæ &c. Nec obstat, quòd in Rubric: nova de concurrentia Offic: n. 7. à dividendis cum sequenti *Duplici minore* Vesperis excipiantur explicitè solumodo *Dies Octavæ* Festorum B. M. V. nec non *Dies Octava* Festorum Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, & Corporis Christi, non autem etiam *Dies Octava SS. Trinitatis*; quia illas explicitè excipiendo hoc ipso etiam implicitè & quidem à fortiori, excipere quoque videtur *Diem Octavam SS. Trinitatis*, ubi hæc est Duplex 1. Classis, ac celebratur cum Octava. Quòd si tamen alicui his omnibus non obstantibus aliter videatur, sentiat per me quod vult, usque dum S. R. C. certi aliquid super hoc in alterutram partem statuendo, hanc litem diremerit.

Feriâ II. III. & IV. infra Octavam Corporis Christi usque ad Vesperas Feriæ IV. exclusivè, *Officium* & *Missa* fiunt modò superiùs *Feria IV.* præcedentis Hebdomadæ descripti. Quòd si in Die Octava Corporis Christi occurrat *Festum Nativit: S. Joan: Bapt:* aut *SS. Apost: Petri & Pauli*, Feria IV. præcedente *Officium* & *Missa* fiunt de die 7. infra Octav. Corp: Christi cum 9. Lectione, & Comemoratione de Vigilia in *Laudibus*, ac *Missis*, nec non ultimo de eadem Vigilia in Missis priv: Evang: *in Col. Alb.* Act. in *Ecclesijs Cathedr.* & *Colleg.* duæ cantantur Missæ, ut P. II. 23. & 28. Jun.

Vesperæ Feriâ IV. infra Octav. SS. Corporis Christi dicuntur de die Octava Festi Corporis Christi, recitando omnia uti in 1. Vesperis Festi; de *Duplici* autem *Festo*, si quod hodie occurrat, faciendo duntaxat Commemorationem juxta Notandum Tabulæ Concurrentiæ subscriptum, nisi Festum illud hodiernum fuerit unum ex *Solennioribus* (hoc est, *Primæ*, vel *Secundæ* Classis, ut Gav: in Octavario

ad

ad Rubr: Gen. XI. exponit : aut nisi cras occurrat vel *Festum Nativitatis S. Joan. Baptistæ*, vel *Festum SS. Apostolor. Petri & Pauli* : nam si hodie occurrat Festum 1. aut 2. Classis, hodiernæ Vesperæ secundæ Festi hodie occurrentis integræ erunt de illo, de *Die* autem *Octava Corporis Christi* (& quidem de ea sola) fiet in tali occurrentia duntaxat Commemoratio, sumendo Antiphonam & Versum pro ea ex 1. Vesperis Festi. Quòd si verò cras occurrat *Festum Nativitatis S. Joan. Bapt:* vel *Festum SS. Petri & Pauli Apost:* tunc non modò hodiernæ Vesperæ, sed etiam crastinum Officium totum una cum Missa dicetur de S. Joanne Baptista, vel SS. Petro & Paulo, cum Commemoratione diei Octavæ SS. Corporis Christi in Utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa : Quod Privilegium licèt P. Lohner Instr. 2. P. 5. Tit. 10. n. 1. Lit. K. & Pisart Tit. 7. n. 5. (nixi Rubricâ X. Gen. n. 1. mentionem faciente solius Festi S. Joan. Baptistæ, & SS. Petri, & Pauli) solis his duobus Festis Comperere existiment, Gavantus tamen Tom. 2. S. 3. C. 8. n. 24. & Arnaud Tr. 2. P. 1. Tit. 7. n. 8. id etiam alijs Festis 1. Classis (qualia sunt *Patronus loci*, *Titulus Ecclesiæ*, *hujus Dedicatio &c*) concedunt, non tamen Festis Duplicibus 2. Classis. Itaque de quocunque alio *Duplici Festo*, etiam *majore* hodie occurrente, nisi sit 1. vel 2. Classis, juxta omnes sit tantùm Commemoratio ; Cras verò occurrens, etiamsi sit 1. Classis, in sententia Lohneri cedere debet *Diei Octavæ* Corporis Christi, adeóque transferri in proximam diem non impeditam, exceptô, ut dixi, *Solô Festô Nativitatis S. Joan. Bapt. & Festô Ss. Petri & Pauli* ; in Sententia verò Gavanti exceptis quoque alijs Festis 1. Classis. Quòd si dies Octava Nativitatis S. Joan. Baptistæ veniat in die Octava Corporis Christi (uti contingit, quando Festum Nativitatis S. Joan Bapt. incidit in Festum SS. Corporis Christi) tunc, quia *Dies Octava* non perinde transfertur, ac ipsum Festum, debet de die Octava S. Joannis in Officio de Die Octava Corporis Christi fieri solummodo Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa diei Octavæ Corporis Christi. Si cras occurrat *Festum Simplex*, in hodiernis Vesperis (si quidem illæ sint de Die Octava Corporis Christi, aut certè non de aliquo Festo 1. vel 2. Classis) de illo quoque facienda est Commemoratio, uti & ante simplex *de die infra Octavam S. Joan. Baptistæ, ac Ss. Petri & Pauli*, si utraque, aut alterutra harum Octavarum concurrat seu misceatur cum Octava Corporis Christi, id quod quoad priorem contigit annô 1710. Quoad utramque verô annô 1707. Quæ omnia constant ex Rubr. Gen. Tit. IX. X. ac XI.

Feriâ V. hujus Hebdomadæ celebratur sub Ritu duplici Dies

Octava SS. Corporis Christi, soli cedens Festo Nativitatis S. Joan. Bapt. ac Ss. Petri & Pauli in superiùs relata Lohneri sententia (eò quod Rubrica General. X. n. 1. hoc privilegium Exceptionis solis duobus his Festis ob suam in Ecclesia universali solemnitatem specialiter concessisse videatur) at verò in sententia Gavanti cedens etiam aliis duplicibus 1. Classis *Officium*, & *Missam*, si in illam incidant: cui equidem sententiæ (ùt in Tit. 7. de Octav. n. 5. fatetur Pisartus) videtur favere 1. Rubrica immediatè posita sub Tabella Occurrentiæ, in qua *Octava Corporis Christi* non ponitur inter excludentes Festa Duplicia 1. Classis. 2.dò etiam ipsa Rubrica Gen. X. *de Transl: seu occurr: Festor: n.* 2. ubi in numero *Dierum Octavarum*, excludentium Festa omnia majora in ijs occurrentia, ponitur solummodo *Dies Octava Nativitatis Domini*, & *Dies Octava Epiphaniæ*, per *Festa* autem *majora* (ùti locò cit: n. 2. Lit. M. fatetur ipsemet Lohnerus) intelliguntur *ibi Festa primæ & secundæ Classis, quæ alibi solemnia vocantur*: Dies verò *Octava* SS. Corporis Christi per Rubr: Gen: X. n. 1. Festa majora 1. Classis non excludit, sed tantùm ijs inferiora, etiam ea, quæ sunt 2. Classis. *Gav.*

Quòd si igitur aliquod ejusmodi Festorum 1. Classis incidat in *Diem Octavam* SS. Corporis Christi, totum *Officium* unà cum *Missa* fiet de eo, de *Die* autem *Octava* SS. Corporis Christi fiet tantùm Commemoratio, in utrisque tamen Vesperis, Laudibus, ac Missa, in qua, si fiat de Nativitate S. Joan: Præfatio quoque erit de Festo SS. Corporis Christi, & ratione Octavæ dicetur etiam *Credo*, si autem fiat de SS. Petro & Paulo, Præfatio erit de Apostolis.

Quòd si verò nec Festum Nativitatis S. Joan: Bapt: nec Festum SS. Petri & Pauli nec aliud (in supra ultimò relatâ Sententiâ) 1. Classis Festum occurrat in *Die Octava* Corporis Christi, tunc (translatô quocunque aliô Festô in ea occurrente) Officium & Missa fiunt de die Octava SS. Corporis Christi, dicendo omnia (sub *Ritu duplici*) etiam Lectiones I. Nocturni, ùti in Festo, exceptis tamen Lectionibus II. & III. Nocturni, quorum utrique propriæ assignantur in Propr: de Temp. Cæterùm tam in Officio, quàm in Missa Octavæ Corporis Christi fit Commemoratio etiam de Octava Nat: S. Joan: Baptistæ, si dies infra Octavam, aut ipsa dies Octava Nativitatis S. Joan. Bapt. in die Octava Corporis Christi occurrat, ùti & diei infra Octavam SS. Apostolor: Petri & Pauli, quando etiam dies infra horum Octavam incidit in Octavam Corporis Christi, ac tandem etiam Festi Simplicis in eadem die Octava Corporis Christi occurrentis. Si in diem Octavam Corp. Christi incidat

Vi-

Vigilia Nativ. S. Joan. Bapt: aut Ss. Apostolor: Petri & Pauli (quarum utraque jejunatur) tunc in Officio Corp. Christi legitur de ea 9. Lectio, & in Laudibus (sumendo Antiphonam & Versum de Psalterio ex Feriâ V. ad *Benedictus*) ac Missis privatis fit de eadem Comemoratio post Commemorationem de die infra Octavam, si talis occurrat, sed ante Commemorationem Festi Simplicis, si etiam tale occurrat, legitúrque de eadem etiam ult: Evangelium. Oratio propr: ex Propr. Sanctor. In Ecclesijs autem Cathedralibus & Collegiatis tunc cantantur 2. Missæ Conventuales, una de *Die Octavæ* post Tertiam, & alia de *Vigilia*, post Nonam. In Missa de Octava non fit Commemoratio Vigiliæ, bene tamen de Octava Nativit. S. Joan. quando dies infra ejus Octavam simul incidit in Vigiliam SS. Petri & Pauli. In fine Evang. S. Joan. *Col. Alb.*

In *Missa Vigiliæ* (quæ dicitur sine *Glor.* & *Cred.* etiam in Ecclesia, in qua S. Joan. Bapt. est Patronus) Oratio 2. *Concede.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap: prout notantur post Dominicam in Alb. Præf. Communis. In fine *Benedicamus*, & *Col. Viol.*

Vesperæ hodiernæ, nisi cras occurrat Festum 1. vel 2. Classis (esto cras occurrat aliud Duplex, etiam majus, vel dies Octava S. Joan. Baptistæ) integræ dicuntur de *Die Octava SS. Corporis Christi*, cum Comemoratione sequentis diei Octavæ (si sequitur) aut alterius Festi 9. vel trium Lectionum, modò Festum sequens non sit unum ex Solennioribus, h. e. 1. vel 2. Classis; nam si cum tali, etiam translato, dies Octavæ Corporis Christi in suis Vesperis secundis concurrat, totæ Vesperæ erunt de illo, cum Commemoratione diei Octavæ Corp. Christi tantùm. Rubr. Gen. Tit. XI. n. 7.

Quid observandum sit circa Processionem, quæ in die Octava Corporis Christi alicubi manè, alicubi verò post Vesperas (idque Conformiter Cæremoniali Episcopor. L. 2. c. 33. circa fin.) ad reponendum Ss. Sacramentum institui solet, non quidem tam solenniter, & per tam longam viam, utì in ipso Festo, sed per Ecclesiam duntaxat, aut circa eam adornanda, pluribus exequitur Gerlacus Vinitor Compend: Sac. Rit. P. 6. Tit. 25. inter alia monens fieri eam debere cum Decantatione Hymnorum *Pange Lingua &c: Sacris Solemnijs &c: Verbum Supernum &c.* (habita scil. Consideratione longioris vel brevioris Viæ) reponendúmque Ss. Sacramentum cum Cæremonijs ac Cantu in Rituali Romano de Processione Ven: Sacramenti præscriptis; postridie autem manè curandum, ut Is, qui Templo præest, aliúsve Sacerdos in Missa, sumpto S. Sanguine, S. Hostiam, quæ in Monstrantia proponebatur adoranda, ante

Pu-

Purificationem sumat; Lunulam postmodum diligenter purificet, atque etiam, si videatur, Vinò totam purificatorio extergat, & denique Monstrantiam cum alijs Vasis Sacris securè deponat, ac reservet. Vide etiam Bauldryum P. 4. c. 16. suprà cit. a. 14.

Feriâ VI. infra Hebdomadam II. post Octavam Pentecostes, si *Festum* nec *trium*, nec *novem Lectionum* (seu *translatum*, seu *non translatum*) nec aliqua *Vigilia*, aut *Dies infra Octavam* occurrat, Officium totum usque ad Vesperas exclusivè fit de ea, dicendo Matutinum & Laudes de *Feria VI.* ut in Psalterio, cum Oratione Dominicæ præcedentis: Lectiones Nocturni cum suis Responsorijs dicuntur de Scriptura occurrente, prout notantur in Propr: de Tempore Feria VI. infra Hebd. secundam post Octav. Pentec: nisi occurrat aliqua Vigilia. Quòd si tamen Responsoria Feriæ II. post Dominicam I. post Pentecosten, ob incidentia hactenus Festa, & Octav. Corp. Christi primò poni forsan nondum potuerint, ponuntur hodie juxta dicta superiùs Feriâ III. post Dominicam I. post Pentecosten. Orationi diei (quæ per omnes horas sumitur juxta dicta ex Dominica præcedente, nisi occurrat Vigilia) subjungitur Commemoratio de Cruce, & huic Commemorationes Communes, ùt ibid.

Si hodierna Feria sit prima dies Mensis post Tempus Paschale non impedita Officiò aut Festo 9. Lectionum, tunc hodie post Laudes dicuntur in Choro II. Nocturnum & Laudes Defunctorum.

Prima dicitur ùt in Psalterio Feriali Officio per annum, post Psalmum, *DEus in nomine tuo* locò Psalmi *Confitemini* dicendo Psalmum Feriæ VI. *DEus, DEus meus &c*, ac reliqua ut ibi cum Precibus consuetis (non tamen ferialibus) nisi occurrat aliqua *Vigilia*.

Horæ quoque cæteræ minores dicuntur cum Antiphonis, Capitulis, & Responsorijs brevibus, ùt in Feriali Officio per annum, ùt in ijsdem in Psalterio annotatur. Ad Missam quod attinet, si hodie fiat de Feria, sumitur Missa Dominicæ præcedentis, attamen sine *Gloria* & *Credo*. Oratio 2. *A cunctis*. 3. Ad Libit. nisi ratione Mensis 2. locò dicendum sit *Fabulium*, &c. 3. *A cunctis*. In fine *Benedicamus Col. Vir.* Quòd si hæc Feria sit 1. dies Mensis, non impedita Festo 9. Lectionum, observanda circa Missam Principalem erunt ea, quæ suprà Feriâ II. post Dominicam I. post Pentec: sunt annotata, & à Rubr: Gen: Tit. V. præscribuntur.

Vesperæ, si nec hodie, nec cras occurrat Festum 9. Lectionum, nec etiam aliqua in crastinum Vigilia, dicuntur usque ad Capitulum de Feria VI. currente, ùt in Psalterio, à Capitulo autem fiet de 5. Maria in Sabbato,

bato, dicendo omnia, prout notantur in Officio B. Mariæ in Sabbato, cum Commemoratione Festi Simplicis, si quod cras occurrat; cui Commemorationi, vel, (si nullum ejusmodi Festum Simplex in crastinum occurrat) Orationi Diei, quæ est *Concede nos famulos tuos &c*, subjunguntur Commemorationes consuetæ, seu Suffragia Sanctorum, non tamen ea, quæ est de Cruce, nec illa, quæ est de B. V. ut alibi dictum. *Col. Alb.* Quòd si hodie occurrat *Festum 9. Lectionum*, cras autem faciendum sit de *S. Maria in Sabbato*, in hodiernis Vesperis (utpote dicendis de *Festo*) de S. Maria fiet tantùm Commemoratio, cum Antiphona, Versiculo, & Oratione, ut in Officio B. Mariæ in Sabb: nisi Festum illud 9. Lection: hodie occurrens sit Festum alicujus S. Virginis, aut Mulieris; tunc enim, ne Versus: *Diffusa est gratia &c* jam semel dictus in hodiernis Vesperis secundis debeat repeti, seu bis dici in ijsdem, dicendus est pro Commemoratione de S. Maria in Sabbato Versus: *Benedicta tu in &c* ex Laudibus ejusdem: id quod per Rubr: Gen: IX. n. 8. semper in hujusmodi casibus est observandum.

Completorium ùt in Psalterio per annum, nisi quòd in fine Hymni: *Te Lucis Ante Terminum &c*, dicendum sit: *JESU tibi sit gloria &c*, etiamsi in Vesperis facta sit tantùm Commemoratio de B. Maria. Si cras occurrat *Vigilia*, aut *Festum 9. Lectionum*, tunc ordinandæ erunt hod: Vesperæ, & crastinum Officium, modò suis locis declaratò. *De Fest.* Cordis JESU *Vid. P. III. Tit. ult. Lit. C.*

Sabbatò infra Hebd. II. post Octav. Pentec. nisi occurrat *Officium 9. Lection:* vel *Vigilia*, fit Officium *de B. Maria in Sabbato*, dicendo omnia, ùt notantur ibi in Propr. Loco. Ad Matut: Invitatorium, & Hymnus de B. M. Antiphonæ & Psalmi Feriales: duæ Lectiones de Scriptura occurrente, tertia de Mente currente. Versus, Absolutio, Benedictiones, & Responsoria duo propria huic Officio: Post 3. Lectionem dic. *Te DEum Laudamus &c.* Ad Laudes, & Horas Antiph: *Dum esset Rex*, & reliqua, ùt ibi. Si occurrat Festum Simplex fit de illo Commemoratio in Laudibus, sine aliqua de eo Lectione, etiamsi (unam vel duplicè) alioquin habeat. Commemorationi de Festo Simplici, vel (si nullum occurrat Simplex) ipsi Orationi diei, quæ est, *Concede nos famulos tuos &c*, subjunguntur in Laudibus Commemorationes communes, non tamen de *Cruce*, nec de *S. Maria*; non illa, quia non est Officium feriale, non ista, quia ipsum Officium est de S. Maria.

Missa ex Votivis de S. Maria in Sabbato à Pentecoste ad Adventum, cum *Gloria*, sine *Credo*, Oratio 2. de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa (ut ibi in fine Missæ) nisi facienda

sit: Commemoratio *Festi Simplicis* in tali Sabbato occurrentis, aut ratione Mensis dicenda sit Oratio *Fidelium*; tunc enim alterutra harum Orationum dicitur 2. locô, 3. autem locô tunc dicitur Oratio de S. Spiritu. Quòd si ratione Mensis dicendum sit *Fidelium*, & simul facienda Commemoratio Festi Simplicis occurrentis, tunc (nisi placeat plures, quàm tres, numero tamen impari, dicere Orationes) Oratio 2. erit *Fidelium*, 3. autem erit de Festo Simplici: id quod diligenter observatur à Directorio Romano: & Ratio est; quia Oratio *Fidelium* in Missis Vivorum semper obtinere debet penultimum locum: Unde si plures, quàm 3. dicantur Orationes in aliqua Missa non funebri, in qua etiam facienda Commemoratio alicujus Festi, v. g. Simplicis occurrentis, Oratio 2. erit de Simplici, tertia illa, quæ alioquin esset secunda; penultimô autem locô (id est quartô, si dicantur 5. Orationes, uti interdum dici omnino 5. debent, v. g. in casu, quo 2. Festa Simplicia incidunt in eandem diem, quâ fit de S. Maria in Sabbato, uti quandoque contingit 1. Septembr. & 7. Octobr.) dici debet *Fidelium*: id quod rursus diligenter observat Directorium Romanum, & requirunt celebres Rubricistæ, nominatim Arnaudus Tr. 1. P. 1. Tit. 9. n. 7. Bauldry P. 3. c. 7. ad Tit. 9. n. 12. Pisart Sac. Evang. P. 1. Tit. 9. n. 8. Lohner Inst: Pract. 1. P. 2. Tit. 11. n. 7. Præfatio de B. V. *Et te in Veneratione &c.* in fine *Ite*, & Evang. S. Joan. *Col. Alt.*

Si in hodiernum Sabbatum incidat Vigilia, Responsoria Feriæ pro 3. Lectionibus Nocturni sumuntur ex Sabbato currente, Lectiones ac de Homilia Vigil: cum propr: Ora

Si hodie fuit factum de *S. Ma in Sabbato* (aut de *Vigilia* aliqua *anti pata*) & cras non occurrat Festu Duplex, Vesperæ hodiernæ usque a Capitulum dicentur de Feria curren te, uti notantur in Psalterio Sabbati ad Vesperas; à Capitulo autem de Dominica III. post Pentec: in eode Psalterio, & Propr. de Temp. Capi tulum: *O Altitudo Divitiarum*: Hy mnus: *Jam Sol recedit igneus*. Ver sus: *Vespertina Oratio &c*, uti notan tur ibid: in Psalterio. Antiphona ad *Magnificat* (*Cognoverunt omnes*) & O ratio propria, prout habentur in Propr: de Temp: ante Dominicam III. post Pentec: &c, cum Commemo ratione Simplicis, si quod cras occurrat.

Quòd si hodie occurrat *Festum Semiduplex*, aut *Dies infra Octavam* Vesperæ usque ad Capitulum erunt de illo, à Capitulo autem de Domi nica modô prædictô, cum Commemoratione præcedentis, & Festi Simplicis, si quod cras occurrat. *Col. Fri rid:* nisi sit Dominica infra Octavam alicujus Festi; quia tunc color debet esse conformis Sancto, cujus Octava celebratur.

Si

Si verò hodie, aut cras occurrat *Festum Duplex*, vel *Dies Octava* alicujus Festi, totæ Vesperæ erunt de *Festo*, vel *Die Octava*; de Dominica autem fiet Commemoratio, utì & de *Die infra Octavam*, ac *Festo Simplici*, si talis, vel tale in crastinum occurat, nisi Duplex illud sit Festum 1. vel 2. Classis; quia tunc in 1. illius hodiernis Vesperis fieret quidem Commemoratio Dominicæ, item *Diei Octava* alicujus Festi, si talis in crastinam Dominicam incideret, non tamen fieret Commemoratio *Diei infra Octavam*, nec *Festi Simplicis*, in ejusmodi Festo cras occurrentium. *Col. Festo Conveniens.* Completorium, ut in Psalter: per annum cum Precibus (Dominicalibus) consuetis, nisi Officium Vesperarum fuerit duplex, aut currat Octava alicujus Festi.

TITULUS XXXIII.

De Dominica III. post Pentec: ac Ferijs infra Hebd. III. post Octav: Pentecostes occurrentibus.

Dominica III. post Pentec: ac reliquæ deinceps usque ad Adventum sunt ex Numero illarum Dominicarum, quæ *Dominicæ minores* sive *per annum* ac *Communes* dicuntur: quia licèt præferantur alijs Semiduplicibus in occursu, cedunt tamen Festis Duplicibus. Unde

Si hâc, aut aliquâ ex sequentibus Dominicis post Pentec: usque ad Adventum (quarum eò usque post Pentec: ad summum possunt esse Viginti Octo, non autem pauciores quàm Viginti tres) occurrat extra Octavam *Festum Semiduplex*, transfertur in primam diem *Festo Duplici*, vel *Semiduplici* non impeditam: si autem occurrat in Dominica infra aliquam Octavam, in qua fit de Festis occurrentibus, tunc in sequentem Feriam II. cum Commemoratione Octavæ (omissis ad *Primam* & *Completorium* Precibus, nec non Suffragijs ad *Laudes*, & *Vesperas*) transfertur: quæ Feria II. si fuerit alio Festo Duplici, vel Semiduplici impedita, prædictum Festum Semiduplex veniens in tali Dominica, transferatur post Octavam (ità ut Festum Semiduplex infra Octavam transferatur non nisi in proximè sequentem diem) &, si una Octava concurrat cum alia, aut unam Octavam immediatè excipiat alia, id transferatur post omnes Octavas. *Rubr. Gen. Tit. X. n. 5. & Gav. ibid.*

Quòd si hâc, aut aliquâ sequentium

tium Dominicarum usque ad Adventum occurrat Festum *Duplex*, aut *Dies Octava* alicujus Festi, tunc *Officium* & *Missa* erunt de Festo, aut die Octava, cum Commemoratione Dominicæ in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, atque etiam in 2. Vesperis, si eæ sint de eodem *Festo Duplici*, vel *Die Octava* hodie occurrente, nec non cum 9. Lectione de Homilia ejusdem Dominicæ in Officio, & ultimo Evangelio de eadem in Missa.

Quòd si denique nec *Festum Duplex*, nec *Dies Octava* in hac, aut alijs subsequentibus Dominicis usque ad Adventum occurrat, *Officium* & *Missa* fiunt de ipsa Dominica currente Ritu Semiduplici, ac sub Colore Viridi, exceptis tamen quoad hoc illis Dominicis, quæ infra aliquam Octavam occurrunt: in his enim licèt Officium, & Missa dicantur de *Dominica*, tamen *Color* Ornamentorum Altaris, ac Paramentorum Celebrantis conformari debet Conditioni Sancti, cujus Octava celebratur, ità quidem, ut ex Decreto Sac. Rit. Congreg. de anno 1701. die 11. Junij, Sacerdotes Exteri confluentes ad aliquam Ecclesiam particularem (Ordinis v. g. alicujus Religiosi) in qua celebratur Octava alicujus Festi, celebrantes in Dominica infra Octavam de ipsa Dominica, *possint uti Coloribus Paramentorum, quibus utuntur Sacerdotes illius Ecclesiæ ratione Octavæ, & vicissim Religiosi illi celebrantes in tali Dominica in alienis Ecclesijs, possint ibi uti Coloribus juxta Ritum Eorundem*: possunt quoque juxta idem Decretum tam Exteri celebrantes in Ecclesijs v. g. Religiosorum, quàm Religiosi celebrantes in Ecclesijs alienis apponere Commemorationem Octavæ occurrentis, servatâ Rubricâ de duplici tantùm Oratione habenda in Dominicis infra Octavam, intellige, nisi occurrat insuper Festum Simplex, aut alia insuper dies infra Octavam, aut nisi dicenda sit insuper Oratio ad Tempus pro public: Necessitatibus à Superiore Ecclesiastico injuncta, sic injungi quandoque solet Oratio: *De Eu refugium &c.* In eodem Decreto mox sub Initium statuitur: Non esse permittendum Exteris Sacerdotibus ad Ecclesiam Regularium confluentibus, ut in Dominicis aut alijs diebus, in quibus in horum Ecclesijs celebratur Missa de Sanctis Ordinis sub Ritu duplici, ipsi in ijsdem celebrent de Dominica, vel alio Festo, vel etiam de *Requiem*, tunc, quando Festum illud Ordinis Regulares celebrant cum solennitate, & concursu Populi; additque: *Sacerdotes Exteri ejusmodi diebus ad Ecclesias Regularium confluentes, & de Sanctis Ordinis ipsorum celebrantes posse servatis servandis in Missis se uniformare cum Regularibus, quoad* Credo, *& quoad Numerum Orationum more Duplicium.* Quòd si vicissim *Regulares illis diebus, quibus ipsi propria Officia celebrant sub Ritu duplici, celebrent*

in alienis Ecclesijs, non possunt illi in his celebrantes dicere Missas cum dictis suis Officijs Concordantes, sed debent se conformare Ritui earundem Ecclesiarum. Quod ultimum tamen solummodo intelligendum videtur de Festis Duplicibus, non autem ijs, in quibus etiam in Ecclesia aliena possunt Missæ *Votivæ*, aut de *Requiem* etiam ab illi Adscriptis dici. De reliquo

Ad Modum dicendi Officium & Missam de hac, & alijs deinceps usque ad Adventum Dominicis, quod attinet, *Officium* Horarum Canonicarum dicitur in illis sequentem in Modum: Ad Matutinum dicitur Invitatorium: *Adoremus Dominum, qui fecit nos:* Psalmus: *Venite.* Hymnus: *Nocte surgentes &c.* [hic tamen nonnisi ab Octava Pentecostes usque ad Dominicam 1. Octobris, deinceps verò usque ad Adventum: *Primo die, quò Trinitas &c*] ut in Psalterio: postea Antiphonæ, Psalmi, & Versiculi, ut in eodem Psalterio per annum. Lectiones I. Nocturni de Scriptura occurrente, uti notantur in Proprio de Temp: cum Responsorijs ut ibi. Lectiones II. Nocturni propriæ, itidem cum suis Responsorijs in Loco. Lectiones III. Nocturni de Homilia Dominicæ currentis, quæ pariter extant in Proprio de Tempore circa ejus finem, sive post Hebd: V. Novembr: sub Titulo: *Homiliæ, & Orationes in Dominicis* [unà cum Antiphonis ad *Bened:* & *Magnificat*] *per Ordinem dispositæ à Dominica Tertiæ post Pentec: usque ad Adventum.* Quòd si hac, aut aliâ Dominicâ usque ad Adventum occurrat Festum Simplex habens propriam Lectionem, dicitur de eo 9. Lectio in Officio Dominicæ, &, si habeat duas, ex 2. fit una. Responsorium VII. est: *Peccavi super numerum.* VIII. *Duo Seraphin &c:* quorum *Prius* dicitur in Dominicis usque ad Dominicam 1. Augusti; Posterius verò usque ad Adventum exclusivè. Ad Laudes ab hac Dominica usque ad Adventum dicuntur omnia in *Officio Dominicali*, uti notantur Dominicâ ad Laudes in Psalterio per annum. Hymnus: *Ecce jam noctis,* à Dominica III. post Pentec: usque ad Dominicam 1. Octobr: postea usque ad Adventum: *Æterne rerum &c.* Antiphona ad *Benedictus*, & Oratio est propria, extans utraque in allegato Proprio de Tempore: Post eam, si occurrat dies infra Octavam, aut aliquod Festum Simplex, fit etiam de istis Commemoratio: postremò [nisi sit Dominica infra Octavam] fiunt Commemorationes Communes seu Suffragia Sanctorum de S. Maria, de Apostolis, & de Titulo, aut Patrono Ecclesiæ &c in ordine aliarum Commemorationum secundùm illius dignitatem, ac ultimò locò de Pace, modò superiùs Tit. 31. *De Ferijs infra Hebd. I. post Octav. Pentec. occurrentibus* declaratò, nec non inferiùs P. II. die 14. Jan. & P. III. Tit. 6. cum

cum Variorum utrobique Dubiorum Resolutione declarandò.

PRIMA dicitur ùt in Psalterio in Dominicis per annum: in ea post primum Psalmum dicitur Psal: *Confitemini*, & post ult: Symbolum S. Athanasij: *Quicunque &c*, quotiescunq; Officium sit de Dominica, ut in Psalterio: In eadem dictô Responsoriô brevi dicuntur Preces (nisi sit infra Octavam) & post absolutionem Capituli Lectio brevis: *Dominus autem dirigat &c*, ùt ibi.

Ad HORAS reliquas MINORES ab hac Dominica usque ad Adventum, dicuntur omnia (etiam *Capitula*, & *Responsoria brevia*) ùt in Psalterio in Dominicis per annum, excepta Oratione propriâ cuivis Dominicæ per annum.

MISSA, ùt notatur in Ordinario, seu Proprio Missalis de Tempore, cum *Gloria* & *Credo*. Oratio 2. *A cunctis* (quæ in *Missis* tam de *Tempore*, quàm de *Sanctis* dicitur usque ad Adventum, nisi sit Duplex, vel infra Octavam) 3. ad Libit. Sacerdotis, nisi facienda sit Commemoratio de *Festo Simplici*; tunc enim 2. Oratio erit de isto. 3. autem *à cunctis*; aut nisi sit Dominica infra aliquam Octavam, tunc enim 2. Oratio est de Octava. 3. autē non dicitur, nisi simul occurrat Festū Simplex, aut nisi de Mandato Superioris Ecclesiastici dicenda sit insuper Oratio: *DEus refugium nostrum &c*, vel alia similis. Quando Oratio *à cunctis* (in qua juxta Rubric: Missal: Nomina Ss. Michaëlis, & Joannis Baptistæ ibi, ubi sunt Patroni, præponenda sunt Nominibus Apostolorum) est ultima ex illis, quæ dicuntur, tunc cum Correspondente in *Post-Communione* concludenda est per Verba: *Per eundem Dominum &c.* Praefatio Communis, nisi Missa de Dominica dicatur infra Octavam alicujus Festi habentis propriam Praefat. In fine *Ite*, & Evang. S. Joann. *Col. Virid.* Plura huc pertinentia (nominatim de *Orationibus*) Vide supra Tit. 4. *De Dominica IV.* post Epiph.

Vespera, nisi posterò die occurrat *Festum Duplex*, dicuntur de Dominica currente: Antiphon: & Psalm: *Dixit Dominus* cum reliquis Antiphonis ac Psalmis de Dominica, ut in Psalterio: Capitulum quoque, Hymnus & Versus dicuntur ùt ibi: Antiphona verò ad *Magnificat* cum Oratione dicitur ut in Proprio de Tempore. Si cras occurrat *Festum Semiduplex*, aut *Dies infra Octavam*, aut *Festum Simplex* fit de eo Commemoratio in Vesperis Dominicæ, quas sibi hæc integras tunc vendicat. Quòd si ea omnia simul occurrant in crastinum, fit de singulis Commemoratio sequenti Ordine. 1. de Festo Semiduplici. 2. de die infra Octavā. 3. de Simplici. *Col. Virid.* extra *Octav.* Quòd si crastina Feriā II. sit 1. dies Mensis non impedita Officiō aut Festō 9. Lectionum, quā juxta Rubric: Breviarij, ac Missalis dicendum sit

sit Officium & Missa Convent: pró Defunctis, tunc hodie post Vesperas diei dicuntur etiam Vesperæ Defunctorum. Quòd si verò cras occurrat Festum Duplex, aut *Dies Octava* alicujus Festi, Vesperæ dicuntur de sequenti, cum Commemoratione Dominicæ præcedentis, nec non diei infra Octavam, aut Festi Simplicis, si cras talis, vel tale simul cum ejusmodi Festo, aut die occurrat, nisi Duplex illud, de quo hodiernæ sunt Vesperæ, sit *Festum 1. aut 2. Classis*: tunc enim nec *Dominicæ hujusmodi per annum*, nec *Diei infra Octavam*, nec *Festi Simplicis* est facienda Commemoratio juxta Rubric: & Tab. Concurr. *Col. Festo Conveniens.*

Feriâ II. infra Hebd. III. post Octav. Pentecostes (par ratio est de alijs Feriis II. usque ad Adventum) nisi faciendum sit de *aliquo Festo* (seu *translatò*, seu non *translatò*) Officium sit de ea, dicendo Matutinum & Laudes, uti notantur Feriâ II. in Psalterio, cum Oratione Dominicæ præcedentis. Invitatorium: *Venite exultemus Domino*: post cujus primam consuetam repetitionem statim subjunguntur in Psalmo *Venite &c* hæc Verba: *Jubilemus* DEO *salutari nostro &c*, omissis primis Verbis Psalmi. Lectiones Nocturni cum suis Responsorijs dicuntur, uti notantur in Proprio de Temp: pro Feria II. currente: monêrque ibi Rubrica: *Responsoria* hodiernæ Feriæ II. dici in omnibus Ferijs II. usque ad Dominicam 1. Augusti. Quid autem observandum sit, si *Initia Librorum Sacræ Scripturæ*, uti & *Responsoria primò ponenda*, suis Dominicis, aut diebus (ob occurrentia in ijs Festa, proprias in I. Nocturno habentia Lectiones, aut Festiva Responsoria) poni non possint, Vide suprà Tit: 5. *De Ferijs occurrentibus post Dominicam II. post Epiph:* & Tit: 31. *De Ferijs infra Hebd. 1. post Octav. Pentec.* Ad Laudes quod attinet, notabis duo. 1. in *Laudibus ferialibus* semper addi in fine Cantici *Gloria Patri &c*, esto non addatur ad Canticum *Benedicite* in Laudibus *Dominicæ* & *Festorum*; quia Cantico *Benedicite* glorificationem S. Trinitatis, æquivalentem Versui *Gloria Patri*, in fine adiecit Ecclesia, quâ tamen carent Cantica Feriarum. 2. quoties à Dominica I. post Pentec: usque ad Adventum Officium sit de de Feria, post Orationem diei fit Commemoratio de S. Cruce, ùt in Psalterio post Laudes Feriæ II. atque etiam post Vesperas Sabbati in eod. Psalter. Commemorationi de Cruce subjunguntur Comemoration: communes, five Suffragia Sanctorum eô modô, quô suprà Tit: 31. De Ferijs infra Hebd. I. post Octav. Pentec: & infra P. II. ad diem 14. Jan: &c. Eædem Commemorationes de *Cruce &c* faciendæ sunt etiam tunc, quando Officium sit de *Vigilia*, aut *Ritu feriali* de aliqua *Dominica anticipata*, v. g. 23. post Pentecosten, quando ea

suô lotô nullatenus potest celebrari.

In *Feriis Vigiliarum*, quæ jejunantur, nec non 4. Temporum, post Antiph. ad *Benedictus* dicuntur, & quidem (saltem in Choro) flexis genibus, Preces feriales positæ post Antiphonam ad *Benedictus* in Laudibus Feriæ II. In alijs autem Feriis à Pentec: usque ad Adventum non dicuntur, esto fiat in ijs Commemoratio de Cruce, ac aliæ, ùt supra.

Si *hodierna Feria*, aut *alia hujus Hebdomadæ*, sit *prima dies* Mensis, non impedita Officiô aut Festô 9. Lectionum, tunc post *Laudes* Feriæ currentis dicitur in Choro Nocturnum Unum Officij Defunctorum, correspondens Feriæ currenti (ùt ibi in Rubrica) cum Laudibus Defunctor.

Prima in hac, & cæteris Feriis, in quibus Officium fit de eâ, usque ad Adventum dicitur ùt in Psalterio *In Feriali Officio ad Primam*: in ea post Psalmum: *DEus in nomine tuo* dicitur extra Sabb: locô Psalmi *Confitemini* Unus ex Psalmis ibi positis, secundùm Ordinem Feriarũ: Responsorio brevi subjunguntur Preces ibi positæ, quæ unà cum Precibus longioribus ibidem positis dicuntur flexis, ùt suprà, genibus solùm tunc, quando Officium fit de aliqua Feria majore (v. g. 4. Temporum) aut de aliqua *Vigilia*, non item in alijs Feriis, quæ *minores*, sive per *annum* solent appellari. Ad Absolutionem Capituli dicitur ab hodierna Feria usque ad Adventum in Feriali Officio Lectio brevis: *Dominus autem dirigat* &c., ùt ibi.

Horæ quoque reliquæ minores in hac, & cæteris Feriis, in quibus Officium fit de ea, dicuntur usque ad Adventum ùt in Psalterio, cum Antiphonis, Capitulis, ac Responsoriis brevibus ferialibus ùt ibi, attamen cum Oratione ex Dominica præcedente sine precibus, nisi occurrat *Vigilia*, aut *Feria* aliqua 4. *Temporum*, in his enim dicitur Oratio propria suô locô assignata, cum Precibus Ferialibus, ùt in Psalterio.

Ad Missam quod spectat, ita hodierna ac reliquis deinceps Feriis usque ad Adventum, in quibus non fit de aliquo *Festo*, aut de *B. V. in Sabbato*, aut de *Dominica* aliqua anticipata, nec legitur *Missa Votiva*, vel de *Requiem*, nec occurrit aliqua *Vigilia* aut *Feria* aliqua *Quatuor Temporum*, resumitur semper Missa præcedens respectivè Dominicæ, cum ejus Graduali, attamen sine *Gloria*, & *Credo*, Oratio 2. *A cunctis*. 3. ad Libitum, nisi ratione Mensis, aut Feriæ II. occidendum sit *Fidelium*; tunc enim Oratio 2. est *Fidelium*. 3. *A cunctis*. Præf. Commun. In fine: *Benedicamus*, & Evang. S. Joan. *Col. Vtrid.*

Notandum tamen est 1. Quod juxta Rubric. Gen. Missal. Tit. X. n. 1. *Prima dies* cujusque *Mensis* (exceptis Adventum, Quadragesimam, & Tempus Paschale) non impedita

ficio *Duplici*, vel *Semiduplici*, dicenda sit *Missa Principalis* generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs, adeoque Missa quotidiana pro Defunctis, ùt in Missal: Si verò in ea fuerit *Festum Simplex*, vel *Feria*, quæ propriam habeat Missam (utì habent *Feriæ 4. Temporum*, utì & illæ, in quibus fit de *Vigilia*) aut *resumenda* sit *Missa Dominicæ præcedentis*, quæ fuit *impedita*, & infra Hebd: non occurrat alius dies, in quo resumi possit, in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis dicantur 2. Missæ, una pro Defunctis post dictam in Choro PRIMAM, alia de Festo Simplici, vel Feria prædicta post SEXTAM: at verò in Ecclesijs non Cathedralibus nec Collegiatis dicenda est Missa de Die cum Commemoratione generaliter pro Defunctis. Vide dicta suprà Tit: V. *De Feriis occurrentibus post Dominicam 2. post Epiph:* ante finem Tituli: ubi & de Casibus, in quibus resumenda est Missa Dominicæ præcedentis.

Notandum 2. Quòd extra Quadragesimam, ac totum Tempus Paschale *quavis Feria II.* cujusque Hebdomadæ, in qua Officium fit de Feria, *Missa principalis* dici possit pro Defunctis: si tamen fuerit *propria Missa* de Feria, vel dicenda sit die illo *de Festo Simplici*, vel *resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis*, & infra Hebdomadam non occurrat alius Dies, in quo resumi possit, tunc in Missa de die facienda sit tantùm Commemoratio generaliter pro Defunctis, ùt antè. Vide rursus Dicta Titulò proximè cit.

Notand. 3. licèt *Missa privata* pro Defunctis dici possint quocunque die (præterquam in Festis *Duplicibus*, & *Diebus Dominicis*, aliisque exceptis (quæ nimirum sunt sequentes: Dies omnes infra Octavam Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes & Corporis Christi: item Feria 4. Cinerum: Dies omnes majoris Hebdomadæ: Vigilia Nativitatis Domini, & Pentecostes) *Missam* tamen *Conventualem* pro Defunctis dici non posse in Quadragesima, nec toto Tempore Paschali, nec etiam, quando per annum Officium est *Duplex*, vel *Semiduplex*, nisì in *Die Depositionis Defuncti*, & in *Anniversario pro Defuncto*, in quibus (utì & in Die *Commemorationis Omnium Defunctorum*) dicitur tantùm una Oratio, & similiter in die Tertia, Septima, & Trigesima Depositionis, ac quandocunque solemniter pro Defunctis celebratur; in alijs verò Missis plures, ità tamen, ùt semper Oratio *Fidelium* sit ultima: Quandocunque autem in Missis Defunctorum dicitur una tantùm Oratio, dicitur etiam post Tractum *Sequentia*; in alijs autem Missis pro Defunctis dicitur ista ad arbitrium celebrantis. *Rubr. Gen. Missal. Tit. 5. n. 2. & seqq.*

Notand. 4. Diebus infra Hebdomadem, in quibus Officium non fit de Festo Duplici, vel Semiduplici,

nec de Die infra Octavam, nec de Ferijs Adventûs, Quadragesimæ, quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, sed de alia Feria per annum (in qua tamen non sit *resumenda Missa Dominicæ præcedentis*, quæ fuerit *impedita*) dici posse juxta Rubr. Gen. Tit. 4. locô *Missæ Ferialis* etiam *Principalis*, quæ Vocatur *Conventualis*, aliquam ex Missis Votivis, in Missali Romano cuivis Hebdomadæ Diei post Missam de Festo Dedicationis in Communi Sanctorum assignatis, cum Commemoratione tamen Feriæ, de qua factum est *Officium*, & secundùm Ordinem Dierum in eodem Missali Romano designatum, nempe

Feriâ II. Nisi dicatur *de requiem* pro Defunctis, Missa de *S. Trinitate*, extans ibid: primô locô, sine *Gloria*, & *Credo*. Orat. 2. de Die currente. 3. quæ aliàs fuisset 2. Diei current. Præfat: de SS. Trin. In fin: *Benedicamus*. Col. Alb.

Feriâ III. De *Ss. Angelis*. Missa, ut ibi in Votivis, cum *Glor.* sine *Credo*. Orat. 2. de Die curr. 3. quæ aliàs fuisset 2. Diei curr. Præf. Commun. In fin: *Ite Missa est*. Col. Alb.

Feria IV. De *Ss. Apost. Petro & Paulo*. Missa, ut ibid. sine *Glor.* & *Credo*. Orat. 2. de Die curr. 3. quæ aliàs fuisset 2. Diei curr: nisi dicatur Votiva de his Apostolis eo Tempore, quô (uti contingit ab Octava Pentec: usque ad Adventum) dici in Missis ex Præscripto alioqui solet Oratio *A cunctis*: tunc enim in hac Votiva loco *A cunctis*, dicenda est Oratio de S. Maria *Concede &c*, nè scilicet bis fiat mentio explicita Ss. Petri & Pauli, ut notat Gav. To. 1. P. 1. Tit. 9. n. 13. in h. Præf. de Apostol. In fin: *Benedicamus*. Col. Rub. At quæri hîc potest: Quale *Concede* locô *à Cunctis* sit dicendum, an illud, quod inter *Orationes ad Diversa*, sive *ad Libitum dicenda* in *Missa*, ponitur primô Locô, & incipit: *Concede quæsumus Omnipotem Deus &c*, an verò illud, quod dicitur in Missis Quibusd: Votivis de S. Maria, ac Tempore Paschali, & incipit: *Concede nos famulos &c?* P. Tob. Lohner Instr. Pract. I. P. 2. Tit. 11. n. 8. nescio quâ nixus auctoritate asserit Orationi *à Cunctis*, eo Tempore, qui alioquin 2. locô in Missis de Tempore dici illa solet, substituendam esse in Votiva de Apostolis Petro & Paulo illam Orationem *Concede* quæ est prima inter *Orationes ad Libitum*, ac incipit: *Concede Quæsumus Omnipotens DEus*; & ratio esse potest, quia hæc Oratio est magis homogenea Orationi *à cunctis*, quàm Oratio *Concede nos famulos tuos*; tum quia habet eundem Titulum cum Oratione *à cunctis* (cùm utraque inscribatur: *Ad poscenda Suffragia Sanctorum*, & in Missali Oratio *à cunctis* ipsi subrogatur) tum quia sicut in Oratione *à cunctis* continentur omnia Suffragia, seu communes Commemorationes Officij (ut observat Gav. P. 1. cit. Tit. 9.

n. 3.)

n. 2.) ità eaſdem etiam continet Oratio : *Concede quæſumus*, non item Oratio : *Concede nos famulos &c*, ùt ambas inſpicienti patebit. Quia tamen Rubr. Gener. Miſſal. Rom. Tit. 9. n. 15. expreſsè habet : In Votivis de Apoſtolis, quando ponitur Oratio *à cunctis*, ejus locô dicendam eſſe Orationem : *Concede nos famulos*, ideo Rubricæ illi erit parendum, uſque dum Contrarium Sentientes oſtendant, per alicujus errorem Verba illa : *Nos famulos*, Verbo *Concede* fuiſſe adjuncta, quod præſumere non ſinunt ea, quæ lego apud Gav: To. 1. P. 4. Tit. 17. n. 27. & 28.

Qualis autem dicenda ſit Miſſa Votiva de Ss. Petro & Paulo Temp: Paſchali, habetur in Rubr: extante ad finem Miſſæ Votivæ de ijsd: ac dicam etiam alibi. Notandum quoque hîc venit, in alijs Miſſis Votivis de Apoſtolis (dicendis pariter ſine *Glor:* & *Credo*, & cum Paramentis Rubris, exceptâ Miſsâ Votivâ de S. Joan. Apoſtol. ex die 27. Decembr: ad quam adhib: Col. Alb.) Orat: 2. de Die curr. 3. quæ aliàs fuiſſet 2. Diei curr. Præfat: de Apoſt. In fine *Benedicamus.*

Feriâ V. De *S. Spiritu*, vel de *Ss. Euchariſtia Sacramento.* Prior dic: ùt ibi in Votivis, ſine *Gl.* & *Cr.* Orat. 2. de Die curr. 3. quæ aliàs fuiſſet 2. Diei curr. Præf. de S. Spiritu (omiſſis tamen Verbis: *hodierna Die* extra Tempus Pentecoſtes) *Communicantes*, & *Hanc igitur* Commune. In fine *Benedicamus.* Col. Rub. Poſterior pariter dic. ùt ibi in Votivis 2. Locô, ſine *Glor.* & *Cr.* Orat. 2. de Die curr. 3. quæ aliàs fuiſſet 2. Diei curr. Præf. de Nativitate Domini, ſine ejusdem *Communicantes.* In fin: *Benedicamus.* Col. Alb.

Feriâ VI. De *S. Cruce*, vel de *Paſſione* ùt ibi in Votiv. *Prior* (in qua tamen Tempore Paſchali pro Oratione 1. ſumenda eſt illa, quæ habetur in fine ejusd: Miſſæ) dic: ſine *Gl.* & *Cr.* Orat. 2. de Die curr. 3. quæ aliàs fuiſſet 2. Diei curr. Præf. de Cruce. In fin: *Benedicamus.* Col. Rub. *Poſterior* pariter dic: ſine Glor. & Cr. Orat. 2. de Die curr. 3. quæ aliàs foret ſecunda. Præf. de Cruce. In fin: *Benedicamus.* Col. Viol.

Sabbatô de *S. Maria*, ùt in Votivis de S. Maria. Miſſa diverſa pro Diverſitate Tempor: ùt ibi. In ea dic: *Gloria* (attamen in ſolo Sabbato) ſed ſine *Credo.* Oratio 2. de S. Spiritu, *DEus, qui Corda Fidelium &c* 3. Eccleſ. vel pro Pap: niſi ſit facienda Commemoratio Feſti Simplicis occurrentis, vel ratione Menſis dicendum *Fidelium*; tunc enim 2. eſt de *Simplici*, vel *Fidelium.* 3. de S. Spiritu, quòd ſi & ratione Menſis dicendum ſit *Fidelium*, & ſimul facienda Commemoratio Feſti Simplicis, tunc Oratio 2. erit *Fidelium.* 3. De *Feſto Simplici*, niſi 5. (ùt aliquando debent) dicantur Orationes; tunc enim penultima, nempe

quàrta, erit *Fidelium*. Vide Dicta Tit. 5. de Ferijs occurrentibus post Dominicam II. post Epiph: Præf. de B: V. *Et Te in Veneratione &c*, quæ in Missis hujusmodi de B. V. M. etiam dicitur Tempore Paschali, & infra quascunque hujus Temporis Octavas. In fin: *Ite Missa est*, si in Sabbato vel Missa de S. Maria in Sabb: vel de eadem in Sabbato Missa Votiva dicatur. Evang. ult. S. Joan. *Col. Alb.*

Si hodiernâ Fer. II. factum est de FERIA, & cras iterum fiet *de Feria* currente, aut de *Vigilia*, tunc Vesperæ hodiernæ totæ dicuntur de Fer: hodiern: currente, utì pro Feria hodierna notantur in Psalterio, cum Oratione Dominicæ præced: cui subjungitur (sine Commemoratione Feriæ aut Vigiliæ subsequentis) Commemoratio de Cruce, & post hanc aliæ Commemorationes Comunes, seu Suffragia Sanctorum, modò ac Ordine suprà in Laudibus, & alibi declaratò. COMPLETORIUM pariter dicitur, ùt in Psalterio per annum, cum Precibus consuetis (quæ tantùm in *Vigilijs*, ac *Ferijs* 4. *Temp.* & quidè flexis, saltem in Choro, genibus dicuntur) *Col. Virid.* Simili modo dicuntur hodie *Vesperæ Feriales* integræ de Feria hodierna currente, si hodie fuit celebratum Festum Simplex [utpote cujus Officium juxta alibi dicta terminatur ad NONAM] cras autem faciendum sit de *Feria*, aut *Vigilia*. Si verò in crastinum incidat Festum Simplex, hodie autem factum fuerit vel de *Feria*, vel de *Festo* aliquo dum taxat *Simplici*, tunc Vesperæ quidem hodiernæ erunt usque ad Capitulum de Feria hodierna currente, ùt in Psalterio; at verò à Capitulo dicentur de crastino illo Festo Simplici, sine Commemoratione Feriæ, aut Simplicis præcedentis. Si denique hodie factum est de Festo 9. Lectionum, cras autem fiet de Feria, in hodiernis Vesperis nihil fit de Feria cras subsequente; utì neque aliquid de Feria hodierna in hodiernis Vesperis, si hodie [usque ad NONAM] factum fuerit de Feria; cras autem occurrat Festum 9. Lection: sed de hoc integræ dicentur Vesperæ, sine Commemoratione Feriæ, aut Simplicis Festi præcedentis, cum Commemoratione tamen Festi Simplicis subsequentis, si tale cras simul occurrat, nisi Festum illud 9. Lectionum fuerit Duplex 1. aut 2. Classis. *Col. Festo Conveniens.*

Feriâ III. infra Hebd. III. post Octav: Pentecostes OFFICIUM ac MISSA dicuntur Modò Feriâ II. præcedente declaratò, exceptis *Lectionibus* & *Responsorijs*, quæ dicuntur, prout notantur hac Die in Proprio de Tempore, ubi monet Rubrica, *Responsoria* hujus Feriæ dici in omnibus tertijs Ferijs usque ad Dominicam Augusti.

FERIÂ IV. hujus Hebdomadæ pariter in OFFICIO ac MISSA omnia di-

dicuntur, ùt Feriâ II. exceptis *Lectionibus* proprijs huic Feriæ, & 3. *Responsorijs*, quorum primum sumitur ex III. Nocturno Dominicæ præcedentis, & est Septimum illius Dominicæ: Secundum verò & Tertium, cùm ex III. Nocturno præcedentis Dominicæ [ob rationem in Rubr. Gen. Tit. 27. n. 5. assignatam] sumi non possit, sumendum est ex Feria II. præcedente, dicendo hodie 2. Locô Responsorium secundum, tertiô verò Locô Responsorium tertium Feriæ II. præcedentis: quod etiam deinceps est observandum circa Responsoria Feriæ IV. nec non circa Responsoria Officij ferialis in Sabbato, quando in Sabbato Officium fit v.g. de Vigilia, aut Sabbato 4. Tempor: ut scilicet, cùm in III. Nocturno Dominicarum à tertia post Pentecosten usque ad Adventum exclusivè non habeatur nisi unicum Responsorium, quod dici possit infra Hebdomadem [nempe illud, quod est Septimum in Dominica, eò quòd Responsorium Octavum: *Duo Seraphim &c* non dicatur nisi in Dominicis illius Temporis, nonum autem omnino non dicatur, sed loco ejus *Te DEUM*] Feriâ IV. ac Sabbato, si in illis fiat de Feria, primum quidem Responsorium sumatur ex III. Nocturno Dominicæ præcedentis, dicendo primô Locô, id est, post 1. Lectionem illud, quod est Septimum Dominicæ præcedentis, reliqua verò duo sumantur ex Feria II. præcedente, dicendo post 2. & 3. Lectionem Responsorium II. & III. Feriæ illius II. si tamen Feria illa II. habeat propria Responsoria; alioqui, si non habuerit propria, dicenda erunt Responsorium II. & III. primi Nocturni Antecedentis Dominicæ. *Rubr. Gen. Tit. 27. n. 5.*

Feriâ V. infra Hebd. III. post Octav. Pentec. Lectiones de Script: occurr. *Responsoria* ex I. Noct: Dominicæ præced: Reliqua omnia in *Officio*, & *Missa*, ùt Ferijs præcedentibus.

Feriâ VI. infra Hebd: III. post Octav. Pentec. Lectiones de Script: occurr: Responsoria ex II. Noct. Dominicæ præced. Reliqua omnia usque ad Vesperas, ùt Ferijs præced: tam in Officio, quàm in *Missa*.

Ad *Vesperas* omnia eô Modô, quô suprà Feriâ VI. ante Dominicam III. post Pentecosten.

Sabbatô infra Hebd: III. post Octav. Pentec: *Officium* & *Missa* ordinanda sunt eô modô, quô Sabbato præcedenti. Quòd si in hodiernum Sabbatum incidat aliqua Vigilia, Lectiones 3. dicuntur de Homil. Vigil: Responsoria verò ùt Feriâ IV. præcedente, quam Vide.

Ad *Vesperas* quoque eô proportionaliter modô fiunt omnia, quô Sabbato præcedente. Antiphona

ad *Magnificat* pro subsequente Dominica IV. post Pentecosten *Prava-luit David*: ùt in Prop. de Temp. Om prop: ut ibid: post Hebd. V. Nov.

TITULUS XXXIV.

De Dominica IV. post Pentec: & Feri infra eam Hebdomadem occurrentibus.

DOMINICÂ IV. post Pentec: omnia fiunt eô proportionaliter modô, quô suprâ Dominica III. post Pentec: Unde, si de ea fiat *Officium*, omnia dicuntur [Ritu semid.] ùt in Psalterio, ac propriô locô: sunt autem ei propria sequentia: Lectiones I. Nocturni de Script: occurrente, h. e. Libro I. Regum. II. & III. Noct. ùt in Proprio de Tempore Parte ejus 1. & 2. Responsoria, ùt Dominicâ præcedente: Antiphona ad *Benedictus* [*Ascendens* JESUS] Ad *Magnificat* [*Præceptor.*] & Oratio propria, ùt ibi.

Missa quoque dicitur, ùt in Propr. de Temp. *Col. Vir.* extra Octav.

In FERIIS, infra hanc & sequentes Hebdomades usque ad Dominicam I. Aug. occurrentibus, Offici & *Missa* fiunt eô proportionali modô, quô infra Hebd: III. p Octav. Pentec: Lectiones cujusl Nocturni ferialis dicuntur de Scrip occurrente in Proprio de Tempore, cum Responsorijs Hebdomadæ præcedentis. Oratio in feriali Offici sumitur semper ex Dominica pro ximè præcedente currentis Hebdomadæ.

SABBATÔ ante Dominicam V. post Pentec: Antiph: ad *Magnific* pro Dominica sequente: *Mon Gelboe &c*, ùt in Propr: de Tem Parte ejus 1. Oratio propr: ùt ibi Parte 2. ejusdem Proprij de Tempore. *Col. Vir.* extra Octav.

TITU-

TITULUS XXXV.

De Dominica V. post Pentec: & Ferijs infra eam Hebdomadem occurrentibus.

DOMINICÂ V. post Pentecosten omnia fiunt eò proportionaliter modò, quò suprà Dominicâ III. post Pentec. Unde, si de ea fiat *Officium*, omnia juxta ibi dicta dicuntur, ùt in Psalterio, ac propriò Locò: sunt autem ei propria sequentia: Lectiones I. Nocturni: *Incipit Liber II. Regum.* II. & III. Nocturni ùt notantur in Proprio de Temp: Parte 1. & 2. Responsoria, ùt Dominicâ III. post Pentec. Antiph. ad *Benedictus* [*Audistis*] ad *Magnificat* [*Si Offers*] & Oratio propr. ùt in Propr. de Temp. P. 2. Quòd si Initium Libri II. Regum, ob occurrens Festum habens proprias Lectiones in I. Nocturno, hac nocte poni non possit, ponendum erit proximo Die similiter non impedito, modò superiùs Tit: V. *De Ferijs occurrentibus post Dominicam II. post Epiph:* & Tit: 31. *De Ferijs infra Hebd. I. post Octav: Pentec: Occurrentib:* declaratò.

FERIIS infra Hebd: hanc occurrentibus *Officium* & *Missa* fiunt eò proportionaliter Modò, quò infra Hebd: III. post Octav. Pentec. *Lectiones* 3. cujuslibet Nocturni ferialis de Script: occurr: in Propr. de Temp: cum Responsorijs Hebd: III. post Octav. Pentec. *Oratio* in Officio ferialis de Feria minore ex *Dominica præced.*

SABBATÒ ante Dominicam VI. post Pentec: Antiph: ad *Magnificat* pro Dominica sequente: *Obsecro Domine &c*, ùt in Propr: de Temp: P. 1. Orat. propr. ut ibid. P. 2. *Col. Vir.* extra Octav.

TITULUS XXXVI.

De Dominica VI. post Pentecost. & Ferijs infra eam Hebdomad: occurrentibus.

DOMINICÂ VI. post Pentec: omnia fiunt eò proportionaliter Modò, quò Dominicâ III. post Pentec. Unde, si fiat *Officium* de ea, omnia juxta ibi dicta dicuntur, ùt in Psalterio, ac Proprio Loco. sunt autem huic Dominicæ propria sequentia; Lectiones I. Nocturni de

Scri-

Scriptura occurrente [*Libro II. Regum*] ùt in Proprio de Temp: P. I. II. & III. Nocturni propriæ, ùt ibid: P. 1. & 2. Responsoria eadem, quæ Dominicis præcedenribus. Antiph: ad *Benedictus* [*cùm Turba multa*] ad *Magnificat* [*Misereor super Turbam*] & Orat. propria, ùt in Propr: de Temp. P. II.

Feriis infra Hebd: hanc occurrentibus *Officium* & *Missa* fiunt eô proportionaliter Modô, quô infra Hebd: III. post Octav: Pentec. Lectiones cujusliber Nocturni ferialis de Script: occurr: in Propr. de Temp: cum Responsorijs Hebd. III. post Octav. Pentec. Oratio in Officio feriali de Feria minore ex Dominica præced.

Sabbatô ante Dominicam VII. post Pentec: Antiph: ad *Magnificat* pro Dominica sequente [nisi hæc sit Dominica Augusti] *Unxerunt Salomonem*: Si verò sequens Dominica I. simul Dominica Augusti, tunc, omissis Antiphonis de Libris Regum hoc, & reliquis deinceps Sabbatis usque ad Dominicam I. Septembr. ponendæ sunt pro subsequentibus Dominicis Antiphonæ de Libris Salomonis, & quidem Sabbatô ante Dominicam I. Augusti ponenda est Antiphona: *Sapientia ædificavit sibi*, ùt Sabb. ante Dominicam I. Augusti in Propr: de Temp. Oratio propria ùt ibid: P. 2. *Col. Vir.* extra Octav.

TITULUS XXXVII.

De Dominica VII. VIII. IX. X. & XI post Pentecost: nec non de Ferijs usque ad Dominicam I. Augusti occurr.

Dominicâ VII. post Pentec: [nisi ea incidat in Dominicam I. Augusti] & reliquis deinceps Dominicis usque ad Dominicam I. Augusti occurrentibus, omnia fiunt ad Normam 4. proximè præcedentium Dominicarum, sumendo nimirum, si de ijs ante Mensem Augustum fiat *Officium*, Lectiones I. Nocturni de Libô Regum, ad quamvis illarum in *Propr: de Temp:* annotatô, &, siquidem Dominicâ VIII. Initium Libri III. aut Dominicâ IX. Initium Libri IV. Regum poni non possit, ponendo tunc ea Initia Die proximâ non impedità, modò non extra propriam ipsorum Hebdomadam, ùt suprà; Lectiones quoque II. & III. Nocturni, uti & Antiphonas ad *Benedictus*, & ad *Ma-*

gnif.

gnificat, cuivis Dominicæ proprias pariter sumendo cum Oratione [itidem cuivis Dominicæ propriâ] ex eodem Propr. *de Temp.* omnia ùt ibi P. 1. & 2. PROPRII *de Tempore*, quarum 1. Pars continet *Lectiones* in I. & II. Nocturno in Dominicis post Pentecosten, & in Ferijs infra quamvis Hebdomadem dicendas, cum *suis Responsorijs*. Pars verò 2. continet *Orationes* & *Lectiones* à Dominica III. post Pentec. usque ad Adventum in III. Nocturno in Dominicis dicendas, unà cum *Antiphonis* ad *Benedict.* & *Magnificat.* Porrò Responsoria usque ad Dominicam I. Augusti, in his quoque Dominicis dicuntur, ùt Dominicâ II. post Pentec. *Missa* autem cuivis Dominicæ propria ùt in Loco in Propr. de Temp. *Col. Virid.* nisi veniant infra aliquam Octavam.

Quòd si autem Dominica VII. aut VIII. aut IX. aut X. aut XI. post Pentec. incidat in Dominicâ I. Augusti, tunc pridie talis Dominicæ (incidentis in Dominicam I. Augusti) pro Antiphona ad *Magnificat* non ampliùs sumi debet ea, quæ Sabbato ante Dominicam VII. vel VIII. vel IX. vel X. vel XI. ex Libris Regum à Breviario Rom. assignatur, sed illa poni debet, quæ Sabbatô ante Dominicam I. Augusti ex Libris Sapientalibus Salomonis in eodem Breviario Rom. habetur, juxta Rubricam Dominicæ VII. post Pentec. præfixam, ac paulò inferiùs dicenda : ipsâ verò Dominicâ VII. post Pentec: vel aliâ ex subsequentibus, in Dominicam I. Augusti incidente, nil amplius deinceps legitur in Officio tam *Dominicali*, quàm *Feriali* atque etiam *Festivali* de Libris Regum, sed (omissis eô annô, quæ de ipsis legendæ supersunt, Lectionibus) Dominicâ I. Augusti ponuntur *Lectiones* de Libris Sapientialibus Salomonis cum suis Responsorijs, ùt ibi, & de ijs deinceps legitur in Dominicis, Ferijs, ac Festis (non habentibus proprias in I. Nocturno Lectiones) usque ad Dominicam I. Septembris, ùt infrà. Quoad reliqua autem tam *Officium*, quàm *Missa* in Dominicis dicuntur, uti Dominicâ III. post Pentecosten, ac tribus alijs eam subsequentibus, ùt mox dicetur.

In Ferijs, infrà Hebdomadam VII. VIII. IX. X. XI. post Octav. Pentec occurrentibus usque ad Vesperas Sabbati Dominicam I. Augusti immediatè præcedentis, dicuntur OFFICIUM & MISSA eô modô, quô suprà Hebd. III. post Pentec. dici debere ibid. est ostensum, sumendo Lectiones pro quolibet Nocturno Feriali ex Scriptura occurrente de Libris Regum ; Responsoria autem pro qualibet Feria ex dicta Hebdom. III. post Octav. Pentec: ac denique Orationem pro Officio feriali de Feria minore ex præced. Dominica : at verò adveniente Domi-

nica I. Augusti, ad Vesperas Sabbati immediatè illam præcedentis (sive ea dein sit VII. vel VIII. vel IX. vel X. vel XI. post Pentec.) pro Antiphona ad *Magnificat* non sumitur illa, quæ ex Libr. Regum deprompta,, illi Dominicæ VII. vel VIII. vel IX. vel X. vel XI. immediatè est præfixa, sed ea, juxta paulò antè insinuata, quæ habetur Sabbatò ante Dominicam I. Augusti : & id ipsum etiam deinceps observatur in sequentibus deinceps Hebdomadis usque ad Sabbatum antecedens Dominicam I. Septembris, ut scilicet in Sabbatis, quæ aliquam Dominicam Augusti immediatè antecedunt, pro An tiphona ad *Magnificat* in Vesperis pri mis subsequentis Dominicæ semp accipiatur illa, quæ ex Libris Sab monis Sapientialibus deprompta p nitur in Sabbato Dominicam illa Augusti immediatè antecedente Proprio de Tempore, omissis ill alijs Antiphonis, quæ ex Libris Re gum depromptæ annô illô supe sunt: ità enim jubet Rubrica Dom nicæ VII. post Pentec. præfixa, ju superiùs citata.

De reliquo in Feriali Offici Cætera omnia (etiam ubi Dominic I. Aug. advenerit) manent immuta

TITVLVS XXXVIII.

De Dominica XII. ac reliquis post Pentecosten usque ad Adventum Generatim.

QUia saltem DOMINICA XII. post Pentec. semper cadit in Dominicam vel I. vel II. vel III. vel IV. Augusti, aut etiam aliquando in Dominicam I. Septembris, ac proinde Lectiones I. & II. Nocturni, utì & Responsoria, necnon Antiphona ad *Magnificat* in 1. Vesperis pro hac, ac subsequentibus Dominicis post Pentecosten usque ad Adventum, imò & pro Ferijs Lectiones de Scriptura occurrente, ac Responsoria sumi semper debent ex Dominica ac Hebdoma daillius Mensis, in qua, & quo singulæ *Dominicæ* ac *Feria* currunt, ideo, ut constet, quæ, a qualis dicenda sit *Antiphona* in 1. Vesperis *Dominicæ* ad *Magnificat*; qua nam item dicendæ *Lectiones* in I. & II. Nocturno, nec non de Scriptura occurrente in *Ferijs* per Hebdomadam; ac demum quænam *Responsoria* in illis Dominicis, qu cadunt in aliquam Dominicam Mensis Augusti, aliorúmve Mensium sequentium usque ad Novembr inclusivè, nec non in Ferijs cuiusq

subsequentis Hebdomadæ ponenda sint, non abs re fuerit, antequam de Dominica XII. ac reliquis, quæ usque ad Adventum occurrere possunt (non possunt autem pauciores quàm 23. nec plures, quàm 28. eò usque à Tempore Pentecostes occurrere, prout scil. Pascha aut seriùs, aut citiùs hôc vel illô annô incidit) pluribus in specie, ac cœpto Ordine infra Tit. 58. eúmque subsequentibus agam, priùs ea persequi, quæ à Sabbato ante Dominicam I. Augusti usque ad Sabbatum post ultimam Dominicam Novembris circa Ordinandum Officium tum *Dominicale*, tum etiam *Feriale*, quoad superiùs Commemorata Rubricæ Breviarij Romani præscribunt. Sit igitur.

TITULUS XXXIX.

De Dominica I. Augusti, ac Ferijs eam Subsequentibus.

Dominicâ I. Mensis Augusti ponitur Initium Librorum Salomonis (qui *Sapientiales* à Scripturarijs dicuntur) & legitur de eis usque ad Dominicam I. Septembris in *Officio* non modô *Dominicali*, ac *Feriali*, sed etiam tunc, quando Officium fit *de Sancto*, nisi in ejus Festo aliæ propriæ Lectiones de Scriptura, vel de Communi Sanct: assignentur; tunc enim *Initium* Lectionis Scriptura transfertur in sequentem diem similiter non impeditam, Lectiones autem illi diei de eadem Scriptura assignatæ vel cum Superioribus Lectionibus legantur, vel omittantur, ità, ut non oporteat eas ampliùs in alio sequenti die resumere, sed illæ postmodum sequentib: dieb: legantur, quæ sua quaque die occurrunt, aut cum eisdem jungantur: id quod semper servetur (ut monet Rubr. Gen. Tit. 26. n. 6.) quando Lectiones occurrentes de Scriptura aliquo die omittuntur: nunquam verò ultra tres Lectiones in qualibet Feria (ne nimiùm scilicet gravetur Clerus) legendas esse saltem in *Choro*, sancitum fuisse in Recognitione Breviarij sub Clem. VIII. asserit Gavant: Tom. 2. Sect. 6. c. 21. n. 11. ubi tamen extra Chorum in recitatione privata permittit, ut quis integrum totum Textum 3. Lectionum pro Initio alicujus Libri Sac. Script. per modum unius legat Lectionis, quandò illud Initium suo die poni non potuit. Quod dictum de transferendo *Initio* Lectionis de Sacra Scriptura, quando die, quô

alioquin occurrit, ob Festum proprias habens Lectiones in I. Nocturno, poni non potest, intelligendum quoque suo modò est de *Responsorijs*, quæ *primo* ponuntur in aliqua Dominica, ut scil: quando ob occurrens Festum Duplex in aliqua Dominica, in qua alioqui *primo* ponenda forent, in tali Dominica poni non possunt, primò ponantur prima die ejus Hebdomadæ, in qua occurrit fieri de Feria (omissis alijs, quæ fortè in illa Feria propria habentur) tanquam Historiæ Principium, antequam ponantur alia Responsoria. Quòd si verò totâ Hebdomadâ non occurrat dies, in quo fiat de Feria, Responsoria illa Dominicalia primò ponantur in sequenti Dominicâ, vel Hebdomadâ similiter non impeditâ, dummodo sequens illa Dominica in suo I. Nocturno non habeat ipsamet alia Responsoria primò ponenda: tunc enim priora illa, quæ primò nunquam poni potuerunt, eò annò sunt omittenda. Illa quoque Responsoria, quæ in aliquibus Ferijs per Hebdomadem habentur, si eo die, quò posita sunt, non possunt dici propter Festum occurrens, non sunt transferenda in aliam Diem, sed prorsus sunt omittenda, esto nunquam fuerint adhuc posita. *Rubric: Gener: XXVII. n. 6. & 7.*

Cæterùm I. Dominica alicujus Mensis, in qua primò ponitur *Initium libri de Scriptura, cum sua Historia*, id est, *cum Responsorijs*, positis in Prop de Temp: juxta Rubricas Brev: Rom *Tit.* 4. illa dicitur, quæ vel venit in K lendis illius Mensis, vel, si in his no venit, saltem est proximior seu V cinior Kalendis illius Mensis, ri ut si Kalendæ venerint in II. vel I vel IV. Feriâ, tunc I. Dominica Me sis, in qua Liber Scripturæ inchoa dus ponitur, est ea, quæ præced Kalendas, licèt veniat in præcede ti Mense: si autem Kalendæ vene rint in V. vel VI. Feria, aut in Sabb tunc I. Dominica Mensis est ea, qu sequitur Kalendas. Porrò in Sab bato præcedenti Dominicam I. cuju libet Mensis, ex suprà memorat ponitur ad *Magnificat* Antiphona H storiæ, Dominicæ illi assignatæ, o missâ aliâ, quæ fortè alioquin occu reret. Historiæ verò, id est, Re sponsoria illius Libri, qui Domini Sabbatum illud subsequente prim ponitur, si propter Festum Duple in ea Dominica occurrens, poni no possint, tunc primo die infra Hebdo madem, in quo contingit Officium fieri de Feria, ponuntur Respons ria I. Nocturni Dominicæ, omis alijs Responsorijs, si fortè in illa Fe ria haberentur propria, servatisq etiam cæteris, in Rubrica 27. supr cit. n. 7. præscriptis. His ità gener tim præmissis

Sabbatò ante Dominicam I Augusti Antiph: ad *Magnificat* in hu I. Vesperis est: *Sapientia ædificavit*

Ver

Versus: *Vespertina Oratio &c*, ut in Psalter. Oratio ea, quam illô annô cangit Ordo Dominicarũ post Pentec. usque ad Adventum sibimet succedentium. Porrò Antiphonæ pro 1. Vesperis cujuslibet Dominicæ dictorum mensium extant in 1. Parte, Orationes verò in 2. Parte PROPRII de TEMPORE. Reliqua autem dicuntur, ùt Sabbatô ante Dominicam III. post Pentec. *Col. Virid.* si fiat de Dominica, quæ non sit dies infra aliquam Octavam: nam Dominicis infra Octavas occurrentibus servandus est Color Octavarum ab Octava Pentecostes usqûe ad Adventum exclusivè per Rubricam Missal: infrà citandam, si de Dominica infra Octavam saltem à Capitulo fiat Officium. Idem est de Dominicis ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam exclusivè infra Octavas occurrentibus, ùt ibi: secùs est de Dominicis infra Octavas in Adventu occurrentibus, in his enim servatur Color Officij de Tempore per eamdem Rubricam, uti & in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, ac Quinquagesimæ infra Octavas venientibus.

DOMINICÂ I. Augusti pariter omnia dicuntur, utì præcedentibus Dominicis post Octav: Pentec: exceptis sequentibus: Lectiones I. Noct. *De Dominica I. Augusti: Incipiunt Parabolæ Salomonis.* II. Noct: de ead: Dominica, ùt ibi. III. de Homil: Dominicæ currentis post Pentec: ùt in Ordine Dominicarum post Pentec extante post Hebd: V. seu ult. Novembr. *Responsoria* omnia in Loco: & quæ dicuntur in hac Dominica, dicuntur etiam in sequentibus Dominicis usque ad Dominicam I. Nov. Antiph: ad *Benedictus* & ad *Magnificat* pro 2. Vesperis Dominicæ I. Augusti unà cum Oratione sumuntur ex Dominica currente post Pentecosten. *Missa* de ead. Dominica currente post Pentec. (siquidem de ea fiat Officium) cum *Glor. Cred.* ac alijs, ùt Dominicâ III. post Pentec. *Col. Virid.* nisi veniat infra aliquam Octavam, tunc enim Color *Officij* ac *Missæ* etiam Dominicalis convenire debet Festo, infra cujus Octavam Dominica occurrit. Si hodie Officium non fiat de *Dominica*, tunc observanda sunt ea, quæ eâd: Dominicâ III. post Pent: sunt annotata.

FERIÂ II. infra Hebd. I. Aug. si de ea fiat Officium, dic: Lect: de Script. occurrente infra Hebdomadam I. Mensis Augusti, nisi herì factum fuerit Officium de Festo Duplici, habente proprias Lectiones in I. Nocturno, ac eapropter ponendum sit Initium Libri Parabolarum Salomonis, de quo plura in hesterna Dominica, & alibi: Estque hoc ipsum etiam observandum in sequentibus Ferijs. Responsoria (nisi ob occurrens in hesterna Dominica *Festum Duplex*, hodie primò ponenda sint Responsoria ex I. Nocturno hesternæ

Dominicæ) uti notantur hâc Feriâ, dicuntúrque in omnibus Ferijs secundis usque ad Dominicam I. Septembr. Oratio ex Dominica hesterna post Pentec: Reliqua omnia in Officio ùt suprà Feria II. post Dominicam III. post Pentec. *Col. Virid.* Missa Dominicæ præced. (sine *Glor.* & *Cred.*) vel Defunctor: &c, ùt ibid.

Feriâ III. infra Hebd. I. Aug. Lectiones de Scriptura occurrente, ùt ibi, nisi ponendum sit *Initium Libri Parabolar.* Responsoria, si fiat de ea, ex Feria III. currente infra Hebd: I. Augusti (nisi fortè primò ponenda sint Responsoria I. Nocturni præced: Dominicæ) dicuntúrque hæc eadem Responsoria etiam in sequentibus Ferijs tertijs usque ad Dominicam I. Septembr. Reliqua ut suprà Fer. III. post Dominicam III. post Pentec. *Missa* ex Dominica præced: sine *Glor.* & *Cred.* Orat. 2. *à Cunct.* 3. ad Libit. Præf. Commun. In fine: *Benedicamus.* Col. Vir.

Feria IV. infra Hebd. I. Aug. Lect. de Scriptura occurr. Responsorium I. (*Domine Pater &c.*) sumitur in Officio Feriali ex III. Noct. Dominicæ præced. éstque VII. illius Dominicæ, extans post Lectiones, & Responsoria II. Nocturni. Post II. verò & III. Lectionem hodiernam ponitur Responsoriũ II. & III. Feriæ II. præcedentis: & sic etiam in alijs Ferijs IV. hujus Mensis: dicuntúrque hæc eadem Responsoria etiam in Sabbatis, in quibus fit de Feria, non de B. V. in Sabb:, uti contingit quando in Sabbatum, in quo occurrit Festum 9. Lectionum, indit *Vigilia.* Reliqua, ùt suprà Fer. infra Hebd. III. post Octav: Pent. *Missa* ùt herì. *Col. Vir.*

Feriâ V. infra Hebd: I. Aug. Lect: de Script. occurr. Respons. Officio feriali à Tempore, quod à Dominicâ III. post Pentec: usq. ad Adventum, quavis *Feria V.* sumitur ex I. Noct. Dominicæ proxim. præcedentis: Reliqua in *Offic.*, *Missa*, ùt herì. *Col. Vir.*

Feriâ VI. infra Hebd. I. Aug. Lect: de Script: occurr. Responsor. in Feriali Officio è Dominica III. post Pentec: usque ad Adventum sumitur quavis Feria VI. ex II. Noct. Dominicæ proximè præcedentis. Reliqua ùt suprà Feriâ VI. post Dominicam III. post Pentec. *Missa*, ùt hic. *Col. Vir.*

Sabbatô infra Hebd: I. Aug. fiunt omnia modô suprà dictô in Sabbato post Dominicam III. post Pentec: nisi quòd, si hodie fiat de B. V. in Sabb: Lection. duæ primæ sumantur de Script: hodie occurrente; tertia verò de B. V. ex Mense currente (si ibi) etiamsi simul occurrat Festum Simplex; de hoc enim fit tantùm Commemoratio, si fiat de B. V. in Sabb. & sic etiam in alijs Sabbatis in quibus hoc Tempore usque ad Advent: fit de B. M. in Sabbato: in illis

illis autem Sabbatis, in quibus hoc Tempore (nempe eo, quod est à Dominica III. post Pentec: usque ad Adventum) fit de Feria, & non de B. V. in Sabbato, nec de aliquo Festo 9. Lectionum, sed v. g. de *Vigiliâ*, aut *Feriâ Quatuor Temporum* Mense Septembri, Lectiones tres in Nocturno Feriali dicuntur de Homilia illius *Vigiliæ*, vel *Feriæ*, cum Commemoratione Festi Simplicis, sine ultima de eo Lectione: Responsoria autem tunc dicuntur, ut Feria IV. proximè præcedente hujus Hebdomadæ, & *Col:* tunc *Viol.* Atque ad Normam hujus Hebdomadæ I. Mens: Aug: Ordinantur etiam *Officia* ac *Missæ* sequentium Hebdomadarum hujus Mensis.

Sabbatô ante Dominicam II. Aug: Antiphona ad *Magnificat* pro Dominica sequente est: *Ego in altissimis.* Col. Virid. nisi currat aliqua Octava; tunc enim, utut Vesperæ saltem à Capitulo sint de Dominica, Color debet esse Conformis *Festo*, infra cujus Octavam crastina occurrit Dominica, non autem *Dominicæ*, seu esse Viridis, per Rubricas Gener: XVIII. Missal. n. 4.

TITULUS XL.

De Dominica II. Augusti, ac Ferijs eam Subsequentibus.

Dominicâ II. Augusti ponitur in I. Nocturno *Initium Libri*, qui dicitur *Ecclesiastes*, nisi occurrat Festum Duplex, habens proprias in I. Nocturno Lectiones, alioqui proxima die simili Festo (id est, proprias in I. Noct: habente Lectiones) non impeditâ, seu *Festiva* illa sit seu *Ferialis.* In II. Nocturno (si de ea fiat Officium) Lectiones propriæ in Loco. III. Nocturn: de Homilia Dominicæ currentis post Pentec. Indidem sumuntur Antiphonæ ad *Benedictus*, ad *Magnificat*, & Oratio. Responsoria verò, ac Cætera omnia in Officio, ut in Dominicâ I. Augusti.

Missa de Dominica currente post Pentec: uti notatur in Propr. de Tempor: (siquidem fiat de Dominica) Ritu ac Modô superiùs Dominica III. post Pentec: annotatô; ubi etiam alia huc pertinentia.

Infra Hebdomadam II. Augusti fiunt omnia ad Normam Hebdomadæ I. Augusti; nisi quòd cuivis Feriæ suæ de Scriptura occurrente Lectiones assignentur, quæ dicuntur ut ibi, Responsoria autem, uti Hebdomadâ præcedente. Quòd si

Ini-

Initium Libri Ecclesiastæ hesternâ Dominicâ poni non potuit, ponendum erit die post illam proximâ non impedirâ, ùt suprà.

Sabbatô ante Dominicam III. Augusti Antiph: pro Dominica sequente : *Omnis Sapientia &c.* Versus: *Vespertina Oratio &c.* ùt in Psalter. *Col. Virid.* nisi occurrat aliqua Octava : nam Dominicis infra Octav occurrentibus ab Octava Epiphan usque ad Septuagesimâ, & ab Oct Pentecostes usque ad Adventum clusivè, si de ijs fiat Officium, Colorem Altarium ac Parame rum Sacerdotalium observandum id, quod suprâ Sabbato ante Do nicam I. & II. Augusti.

TITULUS XLI.

De Dominica III. Augusti, ac Ferijs ea Subsequentibus.

Dominica III. Augusti ponitur in I. Nocturno *Initium Libri Sapientiæ*, nisi occurrat Duplex habens proprias in I. Nocturno Lectiones ; alioqui die proximâ Festo aliquo proprias in I. Nocturno habente Lectiones similiter non impeditâ. Quòd si hæc III. Dominica Augusti venerit in ipsa die Assumptionis B.V. vel S. Hyacinthi, vel in die Octava S. Laurentij, tunc dictus Liber Sapientiæ ponitur in ipsa die S. Hyacinthi, vel in die Octava S. Laurentij (nisi & hi dies sint alicubi v. g. Festo Dedicationis, impediri) & de eo legitur in Festo S. Bernardi (Idem est de alio Festo Semiduplici, aut Duplici minore in ejusmodi occurrentia Dominicæ tertiæ Augusti, si quod ante vel post Festum S. Bernardi alicubi fortè occurrat, v. g in Loco, in quo S. Ag pitus M. est duplex minus) ac p Octavam Assumptionis B. M. V. superfit dies, usque ad sequen Dominicam. *Rubr. hîc.* Lectiones Nocturni (si de Dominica hodi Officium) dicuntur, ùti notantur Loco in Propr: de Temp. III. Noct de Homil: Dominicæ currenti Pentec: ùti in Ordine Dominicar post Pentec. Responsoria, ac ca tera omnia, ùt in Dominica I. A gusti, exceptis Antiph: ad *Benedic* & ad *Magnificat*, quæ unà cum O *tione* sumuntur ex Dominica cu rente post Pentec. *Missa* (si fiat Dominica) dicitur pariter de Dom nica curr: post Pentec: ùti notat in Propr. de Temp: Ritu ac Mod superiùs cum aliis huc pertinen bus annotatô Dominica III. po

Pen-

Pentec. *Col. Vir.* nisi occurrat aliqua Octava.

Infrà Hebd. III. Augusti fiunt omnia ad normam Hebdomadæ I. Augusti, exceptis Lectionibus, quæ sunt de Scriptura occurrente, nisì ponendum sit in aliqua ferialium Dierum infra Hebd: occurrentium *Initium Libri Sapientiæ*, si in Dominica poni non potuit, juxta alibi dicta.

Sabbatô ante Dominicam IV. Augusti Antiph: ad *Magnificat* pro Dominica sequente: *Sapientia clamitat &c.* Col. ut Sabb: præced: annotatum.

TITULUS XLII.

De Dominica IV. Augusti, ac Ferijs eam Subsequentibus.

Dominicâ IV. Augusti ponitur in I. Nocturno Initium Libri Ecclesiastici, nisì occurrat Festum Duplex habens proprias in I. Nocturno Lectiones, alioquì die proximâ, Festô aliquô proprias in I. Nocturno habente Lectiones similiter non impeditâ. Lectiones II. Nocturni (si de Dominica hodie fiat Officium) dicuntur, utì notantur in loco propr. de Temp. III. Nocturni de Homil. Dominicæ currentis post Pentec: utì in Ordine Dominicarum post Pentec. Responsoria, ac reliqua omnia, ùt in Dominica I. Augusti exceptis Antiph: ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, quæ unà cum *Oratione* sumuntur ex Dominica currente post Pentec. *Missa* (si fiat de Dominica) dicitur pariter de Dominica currente post Pentec: utì notatur in Propr. de Temp. ritu ac modô suprà Dominicâ III. cum alijs huc spectantibus annoratô. *Col. Virid.* nisì occurrat aliqua Octava.

Infra Hebd. IV. Augusti fiunt omnia ad normam Hebd: I. Augusti, exceptis Lectionibus, quæ sunt de Scriptura infra hanc Hebd: occurrente, nisì ponendum sit *Initium Libri Ecclesiastici*; quòd præcedente Dominica poni non potuerit.

Sabbatô ante Dominicam V. Augusti (nisì ea fuerit propinquior Kalendis Septembris, atque adeò cum sua Hebdomade tali annô sit omittenda) Antiphona ad *Magnificat* pro seq: Dominica erit: *Observa fili &c.* Si autem Augustus habeat tantùm 4. Hebdomadas (eò quòd Dominica V. cum sua Hebdomada omittatur, utì fit, quando Dominica ultima Augusti est propinquior Kalendis Septembris, atque adeò evadit Dominica I. Septembris) tunc Sabbato præcedente pro Dominica

I. Septembris subsequente Antiphona ad *Magnificat* est: *Cùm audisset Job &c*, ùt Sabbato infra Hebd. V. Augusti in Propr. de Temp. *Col. Virid.* nisi occurrat aliqua Octava.

TITULUS XLIII.

De Dominica V. Augusti, ac Ferijs ea Subsequentibus.

DOMINICÂ V. AUGUSTI (nisi ea sit propinquior Calendis Septembris atque adeò cum sua Hebdomade omittatur, eò quòd Dominica proximior Kalendis sequentis Mensis, licèt veniat in præcedenti Mense, sit I. Dominica sequentis Mensis) Officium fit in hunc modum. In I. Noctur: continuantur Lectiones de Libro Ecclesiastici, seu Scriptura occurrente in Proprio de Tempore. In II. quoque Noct: si fiat de Dominica, dicuntur ùt ibi. In III. Noct: dicuntur de Homilia illius Dominicæ, quæ secundùm Ordinem Dominicarum post Pentec: occurrit. Responsoria, & reliqua omnia dicuntur ùti Dominica I. Augusti: exceptis Antiph: ad *Benedict:* & ad *Magnificat*, quæ unà cum *Oratione* sumuntur ex Dominica currente post Pentec. Idem est de Missa, quæ de reliquo dicitur ritu ac modo superiùs Dominicâ III. post Pentec: descriptò. Ubi etiam alia universis Domin post Pentec. communia. Rit. seq *Col. Vir.* nisi veniat infra aliqu Octavam.

Infra Hebdomadam V. Aug sti (nisi omittatur) fiunt omnia normam hebd. I. Augusti, excep lectionibus, quæ sunt de Script occurrente. *Col. Virid.* nisi occu aliqua Octava.

Sabbatò ante Dominicam Septembris, hoc est, proximâ lendis Septembris, Antiphon *Magnificat* pro seq: Dominica *Cùm audisset Job &c.*

Ubi cras ex Sedis Apost Indulto celebratur Festum Ss. lor. Custod. Officium ordinatur infrà, & 2. Octobr: sitque de cu nâ Dominicâ in hodiernis vesp commemoratio etiam ibi, ubi stum illud est *Titulus*, seu *Patroc Templi*, adeoque 1. Classis. *Col. A*

TITULUS XLIV.

De Dominica I. Septembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

DOMINICÂ I. Septemb: ubi fit de eâ, ponitur in I. Nocturno *Initium Libri Job:* quòd si verò occurrat Festum Duplex, habens proprias in I. Noct: Lectiones, tunc ponitur proxima die, Festo ejusmodi (h. e. proprias in I. Noct: habente Lectiones) non impeditâ, seu *Festivæ* illa sit, seu *Feriali*; atque de eodem Libro Job legitur etiam sequente Hebd: usque ad Dominicam III. Septembr. In II. Nocturno (si de Dominica fiat Officium) Lectiones propriæ in Loco. Lectiones verò III. Nocturni sunt de Homilia illius Dominicæ, quæ secundùm Ordinem Dominicarũ post Pentec: occurrit in P. 2. Proprij de Temp. Hodie quoque (nisi occurrat Officium Duplex) primò ponuntur Responsoria de Historia Job: quæ si ob Officium Duplex hodie occurrens Dominicâ hodiernâ poni non possint, poni debent prima die, quâ infra hebdomadam I. Septembr: occurrit fieri de Feria, omittendo alia, quæ fortè in illa Feria propria habentur: Quòd si in tota hac Hebdomade non occurrat dies, in quo fiat de Feria, ponenda sunt in sequenti Dominica, aut Hebdomade similiter non impedita: Quòd si etiam sequenti Dominica ac Hebdomade poni non possint, tunc annô illô penitùs sunt omittenda. *Rubr. hic.* Antiphonæ ad *Benedictus*, & ad *Magnificat* unà cum Oratione sumuntur ex Dominica currente post Pentec. Reliqua omnia fiunt ac dicuntur respectivè ut suprà Dominicâ III. post Pentec: ac I. Augusti. Idem est de *Missa*, quæ pariter dicitur de eadem Dominicâ, quæ in Ordine Dominicarum post Pentec: in Proprio de Temp: occurrit, ritu semid. ac modô suprà Dominicâ III. post Pentec: & I. Augusti descriptô, ad quarum 2. Dominicarum normam ordinantur quoque OFFICIA & MISSÆ sequentium Dominicarum.

Infra HEBD: I. Septembris (idē est de Hebdomada II. hujus ejusdem Mensis) OFFICIUM ac MISSA ordinantur eô proportionaliter modô, quô infra Hebdomadam III. post Octavam Pentecostes, ac I. Augusti, sumendo Lectiones (in feriali Officio) de Scriptura occurrente nisi ponendum sit Initium Scripturæ, quod præcedente Dominica poni non potuit; Responsoria verò (si non ponenda sint alia, nondum primò posita,

sta, modò suprà declaratò) accipiendo pro Feria II. illa ipsa, quæ nocantur in proprio loco. Pro Feriâ III. & VI. ex II. Nocturno Dominicæ præced. Pro Feria denique IV. & Sabbato (quando in hoc Officium sit feriale) responsorium primum ex III. Nocturno Dominicæ præcedentis, ùt ibi notatur primò locò; secundum & tertium verò ex Feria II. præcedente, pariter ùt ibi notatur secundò & tertiò locò.

Sabbatò ante Dominicam II. Septembr. Antiphona ad *Magnificat* pro sequente Dominica est: *In omnibus his &c* utì in Loc. Oratio de Dominica, quæcras secundùm Ordinem Dominicarum post Pentec: occurrit. *Col: Vir:* si hodie saltem à Capitulo fiat de Dominica seq. & ea non occurrat infra aliquam Octavam.

NB. Dominicâ I. Septembris in omnibus Provincijs, ac Ditionibus, tam Hæreditarijs, quàm alijs, Augustissimo Romanorum Imperatori subjectis (exceptis ijs Locis, quæ sunt in Diœcesi Constantiensi, in qua ob Festum & Octavam S. Pelagij Patroni Diœcesani circa hoc Tempus occurrentem, anticipatur ad Dominicam V. post Pentec.) celebratur ex Indulto Sac: Sedis Apostolicæ Festum S. Angeli Custodis sub Ritu duplici 2. Classis & cum Octava, prout videre est apud P. Gob. Tom. 1. Oper. Moral. P. 1. Tr. 5. n. 650. Append. 5. à Lit. E. ubi etiam Lit. L & M. Occasione hujus Indulti D scutit 1. An, quia in Terris, Aug stissimo Imperatori Austriaco-R mano subjectis, reperire est nu nullos Episcopatus, quorum p agnoscit alium Dominum, etia hæc alia Pars gaudeat Indulto F stum Ss. Angelorum Custodum c lebrandi sub Ritu Duplici 2. Class & cum Octava? 2. Quid intellig tur per Provincias tam Hæreditari quàm alias, Augustissimo Imper ri Austriaco-Romano, vel tanquam Cæsari, vel tanquam Regi Hunga riæ, & Bohemiæ &c. Subjectas? V de de utroque eumdem P. Gob tiam eodem Tract. 5. n. 82. & ex quæ tum ipse dicto Tractatu meritis citatis tradit, tum etiam Co vantus Tom. 2. S. 2. c. 2. n. 24. & 26. resolve, an etiam Diœces Terris Augustissimo Imperatori s bjectis vicinæ, possint ex congru aliqua interpretatione Privilegij Sede Apostolica concessi, salvisque Sac. Rit. Cong. Decretis similiter c lebrare Festum & Octavam Ss. Ang lorum? In ipso Festo dicuntur o mnia, utì notantur in Breviario Ro mano ad diem II. Octobris (qu alioquin in Ecclesia Universali extra Imperium, ac Dictas Provincias, sub Ritu tamen solùm duplici minore celebratur) nisi quòd in III. Nocturno Lectioni Octavæ jungenda sit no na ibi posita (eò quòd in hac sola fiat

mentio de Ss. Angelis Custod.) nonò autem locò dicenda sit Lectio de Homilia Dominicæ I. Septembr: hujúsque facienda Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac *Missa* (quæ pariter dicitur cum *Glor.* & *Cred:* per totam Octav. uti notatur vel 2. Octobr: vel in aliquibus Missalib: post diem 1. Septemb. cum ultimo Evang. de Dominica) nisi alicubi ob occursum vel concursum cum alio Festo 1. aut 2. Classis aliud ex parte requirant Rubricæ. Benedictio 8. *Quorum Festum &c. Col. Alb.* Ubi Festum Ss. Angelor. est Titulare Eccles: adeoque 1. Classis, ibi nihil fit de Simplici hodie occurrente, bene tamen de Dominica hodie occurrente, ùt suprà. De Simplici quoque subsequente nulla fit ibi Commemoratio in hodiernis 2.dis Vesperis: ubi autem est Duplex tantùm 2. Classis, ibi non modò fit in hodiernis 2. Vesperis Commemoratio de *Festo Simplici Subsequente*, sed etiam de *Festo Simplici* hodie *occurrente*, non quidem in Vesperis seu primis, seu secundis, attamen in hodiernis *Laudibus*, ac *Missis* solùm *privatis*.

Infra Octavam *Officium* dicitur ùt in die Festi (exceptis Lectionibus, quæ in I. Noct: dicuntur de Scriptura occurrente, Feriâ II. ponendo Lectiones de Initio Libri Job. ex hesterna Dominica, utpote in qua legi non potuerunt) in II. & III. Nocturno autem dicendo eas (si fiat de Octava) quæ cuivis per Octavam diei in Appendice Breviarij assignantur. Si infra hanc Octavam occurrant, vel concurrant alia Festa, observandum est id, quod circa occursum, vel concursum aliorum similium Festorum infra aliquam Octavam non privilegiatam præscribunt Rubricæ Breviarij ac Missal. Rom: de quo infrà P. III. In Missa infra hanc Octavam (nisi facienda sit Commemoratio de aliquo Festo Simplici, aut de Octava alia inferioris Ordinis) 2. Oratio est *Concede.* 3. *Eccles.* vel pro Pap.

Sabbatò infra Octavam S. Angeli Custod: si nec cras, nec hodie occurrat Festum Duplex, dicentur Vesperæ de sequenti die Octava Ss. Angelor. Custod: omnia recitando, ùt in 1. Vesperis, cum commemoratione Dominicæ II. Septembris, necnon Festi Semidupl. præcedentis, uti & diei infra aliam Octavam, si aliquando, aut alicubi talia Festa, aut dies simul occurrant, nec non Festi Simplicis cras subsequentis. *Col. Alb.* Quòd si hodie præcesserit Festum Duplex minus, Vesperæ usque ad Capitulum erunt de illo, à Capitulo verò de die Octava Ss. Angelor. Custod: cum Commemoratione Festi præcedentis, nec non Dominicæ, ac aliorum ut antè. Si autem hodie occurrat alicubi Duplex majus, aut Festum vel 1. vel 2. Classis, Vesperæ totæ dicentur de eo,

cum Commemoratione diei Octavæ, Dominicæ, atque etiam (nisi hodiernum Festum sit duplex 1. Classis) Festi Simplicis cras occurrentis. Si verò cras occurrat Festum 1. aut 2. Classis (v. g. Nativitas B. V. M.) tam hodiernæ Vesperæ, quàm crastinum Officium dicentur de illo, de die Octava autem Ss. Angel. Cust: tantùm fiet Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, uti & Dominicæ, cum 9. de hac cras Lectione in Officio, & ultimo Evang: in Missa. Si ejusmodi Festum cras occurrens non sit duplex 1. sed tantùm 2. Classis, admittit etiam Commemorationem Festi Simplicis, attamen non nisi in crastinis Laudibus, ac Missis privatis; nullô autem modô diei alicujus infra Octavam, aut Simplicis in hodiernis 1. Vesperis. Si denique cras occurrat solummodo *Duplex majus* aut *minus per annum*, cedit illud juxta Rubricas *Diei Octava* Ss. Angelorum, ac transfertur in diem proximam non impeditam, etiamsi Duplex illud majus sit Festum Nominis B. V. M. ut infrà P. II. ad diem 8. Mensis Sept. dicetur, ac expresse his verbis tradit *Pisart Dir: Canon: C. 8. in Propr: Sanctor: Mensis Sept:* Si Festum Nominis B. Mariæ inciderit in diem Octavam Ss. Angelorum Custodum, servetur Rubrica in Tabella occurrentium Festorum, id est, transferatur. Ità declarat S. Congregatio die 22. Januarij 1707. non obstante quocunque anteriore Decreto in contrarium, prout in quibusdam Directoriis erroneè positum fuit, tamquam ab Innocent. XI. emanatum: nihil enim aliud in sua Bulla statuit idem Pontifex, nisi quòd præferatur Festum Nominis Mariæ Festo Exaltationis S. Crucis cedat ex æqualibus (*prout infrà P. II. suo loco*) cum igitur ipsum Festum Exaltationis S. Crucis occurrens in aliqua die Octava transferri debeat juxta Rubr: de Translat: Festor: n. 2. consequens est, ut in pari occurrentia transferri etiam debeat Festum Nominis B. Mariæ, idque à fortiori &c.

Ipsâ die Octava Ss. Angelor: Custod: Si Festum Duplex 1. aut 2. Classis non occurrat, *Officium*, & *Missa* fit (sub Ritu dupl. min.) ut in die Festi, nisi quòd Lectiones I. Noct: dicendæ sint de Scriptura occurrente, adeóque sumendæ ex I. Noctur: no Dominicæ 2. Septembr. In II. Noct: dicuntur uti in proprio loco. In III. denique Noct: uti in Festo (ex 8. & 9. Lectione faciendo rursus unam) nisi quòd Lectio ult: dicenda sit de Homilia Dominicæ occurrentis, ejúsque facienda Commemoratio in 1. *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa*, in qua etiam de ead. Dominica dicendum est ultimum Evangelium. In 2. *Vesperis* fit Commemoratio Officij sequentis (nisi fuerit Duplex) atque

que etiam ejusdem Dominicæ, nisi cras occurrat Festum 1. aut 2. Classis; tunc enim in hodiernis Vesperis de tali duplici dicendis, nulla fit Dominicæ Commemoratio, uti nec Festi Simplicis crastini, imò nec ipsius diei Octavæ, si Festum cras alicubi occurrens sit dupl. 1. Classis: quòd si sit duplex tantùm 2. Classis, admittit in hodiernis suis 1. Vesperis Commemorat: de die Octava, non autem de hod: Dominica, nec de crastino Simplici, nec de die infra Octavam. Si cras occurrat *Duplex majus*, hodiernæ Vesperæ integræ erunt de illo cum Commemoratione diei Octavæ, uti & diei infra Octavam, ac Festi Simplicis, si cras unà occurrant. Si denique cras occurrat *Duplex minus*, Vesperæ hodiernæ à Capitulo erunt de illo, cum Commemoratione diei Octavæ Ss. Angelorum, & diei infra Octavam, ac Simplicis, si ejusmodi dies, aut Festum occurrat; quia hîc non attenditur major dignitas Angelorum præ illo, de quo fit crast: Officium; sicut ergo primæ & secundæ Vesperæ Festi Ss. Angelorum, ubi celebratur 2. Octobr: ut *Duplex minus*, dividendæ sunt à Capitulo, si detur concursus cum alio duplici minore, ità idem est de die Octava. *Vide tamen, quæ dicam P. II. 2. Octob.*

Si *Dies Octavæ* Ss. Angelor: Custod: incidat in Festum 1. vel. 2. Classis v. g. in Festum Nativitatis B. V. M.) *Officium* & *Missa* erunt de tali Festo, cum Commemoratione diei Octavæ, & Dominicæ currentis in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non 9. Lectione in *Officio* & ult: Evang: in *Missa* de ead: Dominica: sed & in 2. Vesperis talis Festi fit Commemoratio de die Octava, atque etiam de Dominica; nisi Feriâ secundâ occurrens Festum sit 1. aut 2. Classis; nam si sequatur Festum 1. Classis, nec diei Octavæ, nec Dominicæ præcedentis in 1. illius Vesperis fit Commemoratio; Si autem sequatur Festum 2. Classis, tunc quidem admittit in illis Commemorationem diei Octavæ, non tamen Dominicæ præcedentis, ut ante dictum. Casu, quô dies Octava Ss. Angelor. Custod. incidit in Dominicam infra Octavam Nativit: B. V. Hymnus Laudum in Officio Ss. Angelor: retinet suam propriam clausulam, juxta ea quæ tradit Gavant: Tom. 2. Sect. 5. c. 6. n. 13.

TITU

TITULUS XLV.

De Dominica II. Septembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

DOMINICÂ II. ac Ferijs infra Hebd: II. Septembr. occurrentibus, OFFICIUM & MISSA ordinantur ad modum Hebd: proximè præcedentis, dicendo omnia, utì notantur in Psalterio, & propr: locô, & insuper observando ea, quæ suprà Dominicâ ac Hebd: III. post Pentec: nec non I. Augusti sunt annotata. Rit. Dominicæ est semid. c *Vir:* nisì currat aliqua Octava.

SABBATÔ ante Dominicam I Septembr. pro Dominica sequ Antiphona ad Magnificat est: *reminiscaris Domine* ex Historia T *Col. Virid:* si saltem à Capitulo de Dominica seq: & ea non ve infra aliquam Octavam.

TITULUS XLVI.

De Dominica III. Septembr: ac Ferijs infra eam occurrentibus.

DOMINICÂ III. Sept. si fiat de ea, ponitur in I. Noct: INITIUM LIBRI Tobiæ, ut hîc in Propr. de Temp. legitúrque de eo etiam sequenti Fer. II. III. & IV. nisì occurrat Festum habens proprias in I. Nocturno Lectiones: cujusmodi Festum Duplex si hodie occurrat, tunc dictum Initium Libri Tobiæ ponitur proxima die, ejusmodi Festo non impeditâ. In II. Nocturno (si fiat de Dominica) Lectiones dicuntur, utì notantur hâc Dominicâ in Proprio de Temp. In III. Nocturno dicuntur de Homilia illius Dominicæ, quam tangit Ordo D minicarum post Pentec: pro curr anno, utì notantur P. 2. in Pr de TEMP: Responsoria verò sum tur ex Dominica III. Sept: prout tantur in eod. Prop: de Temp: P ubi primò ponuntur. Quòd si Festum Duplex in hodierna Dom nica occurrens hodie primò po non possint, poni debent tria prim Responsoria hujus Dominicæ prim die, in qua infra hanc Hebd: occu rit fieri de Feria, omissis alijs, qu fortè in illa Feria propria haben Quòd si verò in tota Hebdomad

non

non occurrat dies, in quo fiat de Feria, illô annô omittantur, juxta Rubr. Tit. de Responsorijs. Addit Arnaud. in Epit. Sac. Rit. Tr. 2. P. 1. Tit. 20. Quòd si Responsoria Tobiæ primò ponenda nec in Dominica, nec Feriâ secundâ, aut tertiâ poni possint, ponenda quidem tunc esse Feriâ 4. si fiat de ea, omissis illi alioquin assignatis, Feriâ autem V. tunc dicenda esse Responsoria II. Nocturni Dominicalis, ne bis eadem Responsoria immediatè repetantur. Antiph: ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, unà cum *Oratione* sumuntur ex Dominica currente post Pentec. Cætera dicuntur ùt in Psalterio ad Normam Dominicæ III. post Pentec. ac I. Augusti, de quibus suprà, Ritu semid. *Missa* de Dominica currente post Pentec: utì notatur in Propr. de Temp: cum *Glor. Cred.* & Orationibus &c utì Dominica 3. post Pentec:. *Col. Virid.* nisi occurrat aliqua Octava.

Feriâ II. infra Hebd: III. Septembr. dicuntur in Officio Lectiones de Script: occurr: (nisì ponendum sit hodie Initium Libri Tobiæ, eò quòd herì ob occurrens Festum Duplex, proprias habens in I. Noct. Lectiones, hesternâ Dominicâ poni non potuerit) Responsoria verò ex I. Noct. Dominicæ præced: ex qua etiam sumitur *Oratio* in Officio, & Missa pro hodierna Feria. Reliqua tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam*, dicuntur ac fiunt respectivè ùtì Feriâ II. post Dominicam III. post Pentec: ac Dominicam I. Augusti. *Col. Vir.*

Feriâ III. infra Hebdomad. III. Septembr. dic: *Lectiones* in Officio de Script: occurrente (nisì ponend. sit Init. Libr. Tobiæ, ùt herì) *Responsoria* verò in Officio feriali sumuntur ex II. Noct. Dominicæ præced: ex qua etiam resumitur hodierna Missa sine *Gl.* & *Cr.* cum *Benedicamus* in fine. Reliqua ut Fer. III. post Dominicam III. post Pentec. & I. Augusti. *Col. Vir.* Si tamen hodie factum fuerit de Feria, & cras occurrat Festum solummodo simplex, tunc totæ hodiernæ Vesperæ erunt de hodierna Feria currente, de simplici autem Festo cras occurrente fiet in Vesperis hodiernis ferialibus solummodo Commemoratio, ob eam rationem, quam assignant Rubr. Gen. Tit. 11. n. 10.

Feriâ IV. infra Hebd. III. Septembr: si non occurrat Festum 9. Lection: Officium fit feriale de Fer. IV. Quatuor Tempor. Lectiones Nocturni dic: de Homilia Feriæ IV. Quatuor Tempor: in Septembri sive Autumno, prout notantur hac die infra Hebd: III. Septembr: in Proprio de Temp: Responsorium I. sumitur ex III. Nocturno Dominicæ præcedentis (*Tribulationes Civitatum &c*) quod est Septimum illius Dominicæ. Post 2. verò ac 3. Lectionem dicitur II. &

III. Responsorium I. Nocturni ejusdem Dominicæ. Antiph: ad *Benedictus* utì notatur in Proprio de Temp. Oratio propria usque ad Vesperas exclusivè. In *Laudibus* (in quibus, utì & per reliquas Horas dicuntur flex. genib. Preces feriales cum Commemorat: de Cruce in ijsdem Laudibus &c) ac etiam in *Missa* hujus Feriæ fit de Festo Simplici, si quod occurrat, tantùm Commemoratio, sine Lectione. *Col. Viol.* Cæterùm Missa (si fiat de Feria) dicitur prout notatur post Dominicam XVII. post Pentec: cum *Oremus*, *Flectamus genua &c*, nec non cum *Prophetia*, seu *Duplici Lectione*, sine *Glor:* & *Cred.* Orat. 2. *à cunctis* 3. ad Libit. nisì facienda sit Commemoratio Festi Simplicis: aut ratione Mensis dicendum sit *Fidelium*; tunc enim 3. Oratio erit *à cunctis*, nisi à secunda Speciali Commemoratione extrudatur. In fin: *Benedicamus.* Col. Viol. Si cras non sequatur Festum, Vesperæ dicuntur de Feria currente, & in ijs dicuntur flexis genibus Preces Feriales (cum Oratione Dominicæ præcedentis) utì & Dominicales (itidem flexis genibus) ad Completorium. *Rubr. Gen. Tit. 34. n. 4.* Col. Viol.. *Jejunium de Præcepto.*

Si hodie occurrat *Festum 9. Lectionum*, aut *Dies Octava* alicujus Festi [v. g. Nativitatis B. V.] tunc *Officium*, & *Missæ privatæ* erunt de *Festo*, vel *Die illa Octava* (nisì dicere libeat, ac liceat tali die Missam Votivam vel funebrem) accipiendo Lectiones pro I. Nocturno de Initio Libri Tobiæ, si illud Initium positum non dum est, vel, si positum jam est, de Communi Sanctorum, (supposito quòd proprias non habeat tale Festum in I. Nocturno) in primo Cap. in 2. autem casu repetendo Lectiones, quæ in I. Nocturno Festi habetis Octavam sunt lectæ, si *Dies Octava* proprias non habeat, cum Lectione de Homil. Feriæ in Offic. ejúsque in *Laudibus*, ac *Missa* Commemoratione (faciendâ ante Commemorationem Simplicis, si quod simul occurrat, eò quòd Feriæ Tempor: sint Feriæ majores) & ultimo Evangelio de eadem Fer: in Eodem Missis privatis, sumendo pro Commemoratione Feriæ 4. Temp. primam Orationem illius Missæ, utpote concordantem cum Officio. Verò in Ecclesijs Cathedralibus, Collegiatis, tunc duæ dicentur Missæ Conventuales, seu Principales una de *Festo* vel *Die Octava*, post Tertiam; altera *de Feria*, post Nonam in Missa de Festo (dicenda cum Gl. &, si requirat Qualitas Missæ, Octavæ, etiam cum *Credo.*) non Commemoratio de Feria; nec Missa de Feria [dicendâ sine Glor. & *Cred:* nec non cum Præf: Communis etiam infra Octavam habentem Præfationem propriam, & cum *Benedicamus* in fine] fit Commemoratio de

Fe-

Festo in tali Ecclesia, & casu, sed tamen de *Vigilia*, si quæ occurrat, ut mox dicetur. Quòd si in Officio facta fuerit Commemoratio de *Festo Simplici*, aut de *Die infra Octavam*, fiet etiam in Missa de *Festo*, sed non in Missa de *Feria*: si autem in Officio facta sit Commemoratio de Vigilia [v. g. S. Matthæi] ea quoque fiet in *Missa de Feria 4. Tempor:* non autem in Missa *de Sancto*, quando in ejusmodi Ecclesijs ac casibus cantandæ sunt 2. Missæ. Porrò in utraque illarum legitur in fine Evangelium S. Joan. Quòd si nec *Festum Simplex*, nec *Dies infra Octavam*, nec etiam aliqua occurrat *Vigilia*, tunc tam in Missa de *Festo* [si tamen illud plures admittat Orationes, utì admittit semid:] quàm in Missa de *Feria*, 2. Oratio erit *à cunctis*. 3. ad Libitum: si autem non quidem occurrat *Festum Simplex*, nec *Dies infra Octavam*, attamen occurrat *Vigilia*, tunc in Missa *de Festo*, si sit *Duplex*, unica dicetur Oratio; si semiduplex, 2. Oratio erit *à cunctis*. 3. *ad Libitum*, at verò in *Missa de Feria* 2. Oratio erit de Vigilia. 3. *à cunctis*. Sic cùm anno 1686. Festum Ss. Eustachij & Socior: caderet in Feria VI. Quatuor Tempor: in Ecclesijs, in quibus duæ dicebantur Missæ Conventuales, in Missa de Festo nulla fiebat Commemoratio: in Missa autem de Feria Oratio 2. erat de Vigilia S. Matthæi. 3. *à cunctis*: & in neutra dicebatur in fine Evang. de *Vigilia*, sed in utraque Evangelium *de S. Joan:* Quia enim Evang: Vigiliæ non fuit lectum in Officio, nequaquam conveniebat, ut legeretur in Missa. Feriâ autem IV. præcedente (in quam eô annô transferebatur Festum Nominis B. V. M.) in Missa de Festo pariter nulla fiebat Commemoratio; in Missa autem de Feria 4. Temp. 2. Oratio erat à Cunctis. 3. ad Libit: & rursum in utraque Evang. ult: S. Joan. Color autem utrique Missæ conveniens. Vide Rubricam præfixam Festo Ss. Eustachij & Socior. 19. Sept:

Quòd si *hæc*, aut *alia Feria Quatuor Tempor. Septembris* (idem est de *Vigilia S. Matthæi* extra Quatuor Tempora occurrente) veniat *Die infra aliquam Octavam*, tunc Officium fit quidem de *Die infra Octavam*, sumendo Lectiones pro I. Nocturno de Communi Sanctorum; at tunc juxta Rubricam Missal. à Sac. Rit. Congregat. declaratam, etiam in Ecclesijs Cathedralibus ac Collegiatis non est dicenda, nisì unica tantùm Missa Conventualis: dici autem tunc debent tam Missa Conventualis, quàm Missæ privatæ, in hunc modùm: Si *Officium* factum fuit de die infra Octavam, Missa dicetur *de Feria*, aut *Vigilia* prædicta (adeoque discordabit ab *Officio*, ac proinde *Color Altaris* conformis debebit esse *Officio*; *Color* autem *Paramentorum Celebrantis* conformari *Missæ* adeoque is esse *Violaceus*, Gavanto tamen & alijs senti-

entibus pro *Missa solenni* Convenientius esse ut *Color.* quoque *Altaris* concordet cum *Colore Paramenterum* Missæ. *Arnaud. in Tit.* 18. *Rubr. Miss.*) attamen cum Commemoratione currentis Octavæ, sed sine *Glor:* & *Cred:* & in ea dicetur Præfat: Communis, ac in fine *Benedicamus* cum Evang. S. Joan. Si autem *Officium* fiat de Festo infra Octavam occurrente, Missa dicetur de Festo cum Commemoratione Octavæ, ac Feriæ 4. Temp. aut Vigiliæ prædictæ, vel etiam utriusque, aliisque ejusmodi Missæ Festivæ convenientibus. Vide *Gavant. Tom.* I. *P.* I. *Tit.* 3. *in Rubr. Missal.* & *Claud. Arnaud. P.* I. *Tit.* 3. *n.* I. *&* 2. Si (ùt olim) etiamnum fieri posset, ut *Vigilia S. Matthæi* occurreret in aliqua *Feria* 4. *Temporum*, quin simul in ista occurreret Festum 9. Lectionum, tunc de *Vigilia* nihil fieret in *Officio*, sed tantùm in *Missa* de Feria fieret de *Vigilia* Commemoratio.

Feriâ V. infra Hebd. III. Septembr. dicuntur Lectiones in *Officio* de Scriptura occurrente (nisi ponendum sit Initium Libri Tobiæ, de quo Fer. II. præced.) Responsoria verò in *Officio Feriali* sumuntur ex I. Noct: Dominicæ præced. [nisi herì sint posita, ùt suprà dictum in Dominca] ex qua etiam resumitur hodierna *Missa*, sine *Glor:* & *Cred:* Oratio 2. *à cunctis*, 3. ad Lib. In fin: *Benedicamus.* Reliqua ùt Fer. V. post Dominicam III. post Pentec. & I. Augusti.

Col. Vir. Si hodie, aut cras occurr Festum 9. Lectionum, non fit in h diernis Vesperis Commemoratio Feriæ VI. Quat. Temp: bene tam Festi Simplicis sequentis. Quòd verò cras occurrat *Festum* solum do *simplex*, & hodie factum fuerit *Feriæ*, totæ hodiernæ Vesperæ dice tur de Feria hodierna currente, simplici autem crastino tantùm Commemoratio in illis. *Rubric. Tit.* 11. *n.* 10.

Feria VI infra Hebd: III. S ptembr. occurrit *Feria VI. Quatuor. Tem* in Autumno, de qua proinde (si occurrat Festum 9. Lectionum) O *cium* fit Feriale ùt in Psalterio prop: loco, dicendo nimirum L ctiones de Homilia Fer. VI. Quat Tempor: in Septembri, prout tantur in Propr. de Temp. Respo soria verò sumendo ex II. Noct: D minicæ præced: nisi primò ponen sint Responsoria ex I. Noct: Do nicæ non dum primò posita. An phona ad *Benedictus* propria: cui te Orationem diei [quæ pariter propria] subjunguntur, & quidl flexis [saltem in Choro] genibu Preces Feriales. Orationi verò di ante Commemorationes Comm nes, subjungitur Commemoratio Cruce. Si occurrat Festum Simple in hac Feria, fit de eo tantùm Com memoratio [sine Lectione] in La dibus, ac *Missa*, quæ pariter est pro pria, dicitúrque, ùti notatur post Do

minic

minicam XVII. post Pentec: sine *Gl. & Cred.* Orat. 2. *à cunctis.* 3. ad Libit. nisi facienda sit Commemoratio Festi Simplicis, aut ratione Mensis dicendum *Fidelium* : tunc enim 3. erit *à cunctis.* Præfat. Commun. In fine *Benedicamus.* Col. Viol. *Jejunium de Præcepto.* Si nec hodie, nec cras occurrat Festum 9. Lectionum hodiernæ Vesperæ dicuntur de Feria occurrente, ut in Psalterio, dicunturque in ijsd. Vesperis preces Feriales flexis genib. quamvis dicenda sit Orat: Dominicæ præcedentis, non autem Feriæ Quatuor Temporum, uti expressè monent Rubricæ Gen: Tit. 34. n. 5. Dicuntur autem Preces non modò in Vesperis, sed etiam in Completorio in ejusmodi casu flexis genibus [saltem in Choro] ut ibid. n. 4. Si hodie aut cras occurrat Festum 9. Lectionum, in hodiernis Vesperis non fit Commemoratio de hodierna, aut crastina Feria 4. Tempor: si verò cras occurrat Festum solummodo simplex, totæ hodiernæ Vesperæ erunt de Feria hodierna currente [dicendo tamen juxta recens dicta Orationem Dominicæ præced: cum Precibus ferialibus ut suprà] de Festo autem simplici subsequente fiet solummodo Commemoratio, ob rationem superiùs allegatam.

Si hâc, aut aliâ Feriâ Quatuor Temporum occurrat Festum 9. Lectionum non habens proprias Lectiones in I. Nocturno, sed tantùm assignatas de Scriptura occurrente, tunc, quia pro hujusmodi Ferijs non assignantur aliquæ Lectiones de Scriptura, sed tantùm de quapiam Homilia recurrendum est in talibus Festis ad Lectiones de Scriptura positas in Comuni Sanctorum. *Rubr: Gen. XXVI. n. 9.* Quòd si verò in aliqua dictarum Feriarum occurrat *Dies Octava* alicujus Festi, tunc in I. Noct: Diei Octavæ repetuntur Lectiones, quæ in I. Nocturno Festi lectæ fuerunt: si autem occurrat *Dies infra Octavam*, tunc sumuntur de Communi, ùt suprà. *Rubr. Gen. ibid.*

Si Fer. VI. Quat. Tempor. in Sept: occurrat *Festum 9. Lect:* aut *Dies Octava*, aut *Dies infra Octav.* aut *Vigil.* vel *simplex*, ordinandum est *Officium & Missa*, uti Fer. IV. præced. *Jejunium de Præcepto.*

Sabbatò Quat: Temp: Sept: *Jejunium de Præcept:* & in Eccl: Cathedralib: *Collatio SS. Ord.* Quòd si occurrat *Festum 9. Lectionum*: aut *Dies Octava*, vel *Dies infra Octav:* faciendum est de ijs *Officium & Missa* eô proportionaliter modô, quo Feriâ IV. præcedente [ubi & alia, in hac quoque Feria, seu Sabbato observanda] ac suô locô. Quòd si verò Festum, aut Officium 9. Lectionum non ocrat, *Officium* usque ad Vesperas exclusivè fit Ritu feriali de *Sabbato Quatuor Tempor.* ùt in Psalter: ac proprio loco, dicendo nimirum Lectiones de Homil. Sabbati 4. Temp: in Sept: prout

notantur in Propr. de Temp. Responsorium verò I. sumitur ex III. Noct: Dominicæ præcedentis [Tribulationes Civitatum] quod est Septimum illius Dominicæ; post 2. verò & 3. Lectionem dicitur Responsorium II. & III. Primi Nocturni ejusdem Dominicæ. Ad *Laudes* & per Horas dicuntur Preces feriales flexis [saltem in Choro] genibus, & post *Orationem* diei [quæ, uti & Antiphona ad *Benedictus*, est propria] fit Commemoratio de Festo Simplici occurrente, sine Lectione, & post illam Commemoratio de Cruce, ante reliquas Commemorationes. *Col. Viol.*

Missa de Sabb. 4. Tempor: in Septembr: dicitur, uti notatur post Dominicam XVII. Septembr: sine *Glor.* & *Cred.* at cum *Oremus*, *flectamus genua &c*, & Prophetijs, seu 6. Lectionibus. Oratio 2. *à cunctis.* 3. ad Lib: nisi facienda sit Commemoratio Festi simplicis, aut ratione Mensis dicendum *Fidelium*, tunc enim 3. erit *à cunctis.* nisi à secunda speciali Commemoratione penitùs extrudatur; ubi notandum, quòd si hoc Sabbato [cadente v.g. in 22. Septembr.] ratione Mensis dicendum sit *Fidelium*, & simul facienda Commemoratio de *Festo Simplici*, secundò locò dicendum sit *Fidelium*, tertiò autem loco facienda Commemoratio de *Festo Simplici*, nisi forsan 5. dicantur Orationes, tunc enim 2. Oratio est de simplici, penultima autem *Fidelium*, & quo alibi. In ead. hod. Missa &c. Præfatio Commun: & in fin: *Benedicamus.* Col. Viol.

Vesperæ [si hodie non fuerit festum de Festo 9. Lection: nec occurrat Festum Duplex] dicuntur de *Sabbato*, ùt in Psalterio; à Capitulo autem de *Dominica* sequente, ut ibid. Antiphona ad Magnificat: *Admirabile &c*, ùt in Propr: de Temp. Sabbatô ante Dominicam IV. Septembr. Oratio illius Dominicæ post Pentec. quam tangit Ordo numeralis, & pro eam fit Commemoratio Festi Simplicis, si quod cras occurrat; hinc verò subjunguntur *Commemoratio Communes*, seu *Suffragia Sanctor.* Col: Viol. si cras fiat de ea, nec currat aliqua Octva.

Quòd si hodie occurrat Festum 9. Lection: aut Festum Duplex inmediatinum: Vesperæ hodiernæ ordinantur modô suprà in Sabbatô ante Dominicam 3. post Pentec: declinatô.

TITU-

TITULUS XLVII.

De Dominica IV. Septembris & Ferijs eam Subsequentibus.

Dominicâ IV. Septembris, si fiat de ea, ponitur in I. Noct: *Initium Libri Judith*, ùt hîc in Propr: de Temp: legitúrque de eo etiam seqq. diebus, usque ad Dominicam V. Septembr. nisi hodierna Dominica sit ultima hujus Mensis: tunc enim sequente Fer: V. ponitur *Liber Esther* cum sua Historia, seu Responsorijs, ùt infrà. Quòd si hodie occurrat Festum Duplex habens proprias in I. Nocturno Lectiones, tunc initium *Libri Judith* ponitur proxima die (seu *Feriali*, seu *Festivali*) ejusmodi Festô non impeditâ. In II. Noct: hodiernæ Dominicæ dicuntur Lectiones, uti notantur hac Dominica in Propr: de Temp. In III. verò Nocturno dicuntur de Homil: illius Dominiæ post Pentec: quæ hac Dominicâ Mensis secundùm numerum Dominicarum post Pentec: occurrit in P. 2. Proprij de Tempor. Responsoria autem sumuntur ex Dominica IV. Septembr: prout ibi notantur. Quòd si ea ob Festum Duplex hodiernâ Dominicâ occurrens poni hodie primò non possint, poni debent prima tria Responsoria hujus Dominicæ prima die, in qua infra hanc Hebd: occurrit fieri de Feria, omissis alijs Responsorijs ferialibus, quæ fortè in illa Feria propria habentur: quòd si verò aliquando in tota Hebdomada non occurrat dies, in qua primò poni possint, tunc illô annô juxta Rubr: jam aliàs allegatam sunt omittenda. Dixi autem: *Ferialibus*; nam si hæc Hebdomas sit ultima Mensis Septembris, tunc Feria V. in qua ponitur *Liber Esther*, ponenda sunt in Officio feriali Responsoria ex Dominica V. Septembr: esto Responsoria Dominicæ IV. nunquam poni potuerint diebus præcedentibus, atque adcò eô annô omitti debeant. Antiphonæ ad *Benedict:* & ad *Magnificat* unà cum *Oratione* sumuntur hodiernâ Dominicâ IV. Sept: ex Dominica currente post Pentec. Cætera dicuntur ùt in Psalterio ad Normàm Dominicæ III. post Pentec: ac I. Augusti (de quibus suprà) Ritu semiduplici. *Missa* de Dominica currente post Pentec: uti notatur in proprio de Temp: cum *Glor: Cred:* Oratione 2. & 3. &c, uti Dominica III. post Pentec. *Col. Vir.* nisi currat Octava.

Feria II. & seqq. infra Hebd: IV. Septembr: dicuntur in *Officio* Lectiones de Scriptura occurrente, nisi po-

ponendum sit in aliqua illarum *Initium Libri Judith* (eò quòd in Dominica ob occurrens Festum Duplex, propias habens in I. Noct: Lectiones &c, citiùs poni non potuerit) aut nisi Feriâ V. ac reliquis deinceps duabus Ferijs hujus Hebdomadæ ponendus sit *Liber Esther*; eò quòd sit ultima Dominica Mensis. Ad *Responsoria* Feralia verò quod attinet, Feriâ II. & V. infra Hebd: IV. Septembr: sumuntur ex I. Noct: Dominicæ præced: Feriâ III. & VI. ex II. Nocturno ejusdem Dominicæ: Feria autem IV. & Sabbato (si fiat Officium feriale) I. Responsorium sumitur ex 3. Noct: Dominicæ præcedentis [*Conforta me Rex &c*] quod est septimum illius Dominicæ; at verò post 2. & 3. Lectionem dicitur II. & III. Responsorium I. Nocturni ejusdem Dominicæ præcedentis. Reliqua omnia tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam*, dicuntur ùt suprà Hebd: III. post Pentec. *Col. Vir.*

Quòd si September habeat tantùm 4. Hebdomadas, adeoque hæc Hebdomas sit Hebdomas ultima Septembr: tunc Feriâ V. hujus quartæ Hebdomadæ ponitur in Officio *Initium Libri Esther* ex Dominica V. Septembris, ùt ibi, legi: úrque de eo etiam duobus sequentibus diebus, sive *Officium* fiat de Feria, sive de Festo [nisi istud proprias habeat in I. Noctur. Lectiones] hoc Ordine: Feriâ V. *Initium Libri Esther* ùt in Dominica V. Septembr. Feria VI. *De Lib. Esther* ex Feria VI. Hebdomadæ V. Septembr: nisi fortè herì *Initium Lib. Esther* poni non potuerit, adeoque hodie poni debeat. Sabbatò denique iterum *De Libr. Esther* ex Sabbato Hebdomadæ V. Septembr: nondum poni potuerit *Initium Lib. Esther*; tunc enim id hodie esset ponendum. Historia quoque seu Responsoria, si hæc fuerit ultima Hebdomas Septembris sumuntur tunc in feriali Officio ex Dominica V. Septembris, & Feria V. quidem, si non occurrat Festum 9. Lectionum, sumuntur ex I. Nocturno Dominicæ V. Septembris; Feriâ VI. autem, si Feria V. fuit factum de Feria, sumuntur ex II. Nocturno ejusdem Dominicæ V. si verò herì non fuit factum de Feria, adeoque Responsoria Dominicæ V. Septembr. herì poni non potuerunt, tunc hodiernâ Feriâ II. sumuntur ex I. Nocturno illius Dominicæ V. ac hodie primò ponuntur. Si verò nec Feriâ V. hesternâ, nec Feria VI. hodiernâ ob occurrens Festum 9. Lectionum poni potuerunt, tunc crastinò Sabbatò primò ponuntur, modò crastinò Sabbato fiat Officium feriale [ob occurrentem fortè *Vigiliam*] & non de S. Maria in Sabbato, aut Festo 9. Lect. Quòd si autem vel hesternâ Feriâ V. vel hodierna Feria VI. primò poni potuerunt, tunc crastinò Sabbatò [si tamen in illo fiat Officium feriale, non

autem de Festo, aut de S. Maria in Sabbaro] Responsorium I. sumitur ex III. Nocturno Dominicæ V. Septembris (*Nos alium DELIM*) quod est septimum illius Dominicæ: post II. & III. Lectionem verò dicitur Responsorium II. & III. primi Nocturni ejusdem Dominicæ. Reliqua omnia dicuntur ùt præcedentibus Ferijs hujus Hebdomadæ, resumendo *Orationem* & *Missam* ex Dominica proximè præcedente.

Quòd si Responsoria Libri Esther in casu, quô Mensis September habet tantùm IV. hebdomadas, nulla prædictarum trium Feriarum poni possint, eò quòd totô hujus ultimæ ejusdem Hebdomadæ triduô non occurrat Feria, in qua poni possint, tunc juxta Rubricam tum Gener: XXVII. n. 7. tum etiam specialem Feriæ V. hujus Hebdomadæ præfixam, eô annô omittuntur. At peres; an etiam omittendæ sint Lectiones de Libro Esther, si in casu, quô September habet tantùm 4. Hebdomadas, nec Feria V. nec VI. nec Sabbatô illius Hebdomadæ IV. poni possint; eò quòd totô illô triduô occurrant alicubi Officia habentia proprias Lectiones in I. Nocturno? R. meô judiciô [Salvo meliore] in tali casu eô procedendum modô in hac parte, quô procedendum monet Gavantus Tom. II. S. 5. c. 12. n. 15. in fine, quando in simili casu *Ob angustiam tempor. ponendum est Initium alicujus Prophetæ*; poni enim debere ejusmodi *Initium tunc etiam* in hujusmodi Festo [v. g. cæteris minùs Solemni] *decretum esse* asserit *in postrema Recognitione Breviarij*; licèt ibi locum ejus Rubricæ non citet. Quòd si opponas, eccur non etiam in hoc casu practicari queat id, quod idem Gavantus ibidem S. 6. c. 21. n. 13. permittit, ubi ait: Si v. g. Festum S. Catharinæ sit duplex I. Classis in aliqua Ecclesia, & eapropter in ejus Officio Lectiones I. Nocturni sumi ibi debeant de COMMUNI Virginum, ex altera autem parte nullus amplius superstit; aut vacet Dies, quô reliqua *Initia Prophetarum* legantur, omitti posse in tali Ecclesia ea Prophetarum Initia, quæ locum non habent; eò quòd Rubrica XXVI. Gen: Tit: de Lectionibus n. 7. addat hæc verba: *Quoad commodè fieri poterit*, parúmque referat, si in Ecclesia aliqua particulari non legatur de omnibus Prophetis aliquô annô? Respondeo negando paritatem; quia major videtur pugnare ratio pro non omittendo penitùs Estheris Libro, quàm pro uno, aut altero tantùm ex minoribus Prophetis [qui, teste Gav: loc. cit: n. 12. apud Hebræos constituunt unum Librum] de quorum saltem pluribus jam fuit aliquid lectum præcedentibus diebus, aut Ferijs. Et hæc ad præsens quæsitum est mea tenuis Responsio, usque dum S. R. C. decernat, quid hac in parte renendum.

dum. *Col: Vir:* quamdiu durat feriale Officium, nisi cras fiat de S. Maria in Sabbato: tunc enim in pridianis Vesperis adhibetur. *Col. Alb.*

Sabbatò ante Dominicam V. Septembris (nisi ea cum sua Hebd made omittatur) Antiphona ad *gnificat* pro sequenti Dominica *Domine Rex &c.* Col. Viridis, si cras de ea, & non currat aliqua Octava,

TITULUS XLVIII.

De Dominica V. Septembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

Dominicâ V. Septembr: [si fiat de ea, & non cum sua Hebdomada omittatur] ponitur in I. Nocturno *Initium Libri Esther*, ùt hîc in Propr: de Temp: legitúrque de eo etiam seqq: diebus, usque ad Dominicam I. Octob. Quòd si hodie occurrat Festum Duplex, habens proprias in I. Noct: Lectiones, tunc *Initium Libri Esther* ponitur proxima die (seu feriali, seu festivali) ejusmodi Festo non impeditâ. In II. Noct: hodiernæ Dominicæ dicuntur Lectiones, uti notantur hâc Dominicâ in Propr: de Temp. In III. verò Noct: dicuntur de Homilia illius Dominicæ post Pentec: quæ hâc Dominicâ Mensis secundùm Ordinem occurrit, extántque in P. 2. Proprij de Temp. *Respo soria* autem sumuntur ex Dominica V. Septembr: prout ibi notantur: quòd si ea ob Festum Duplex hodiernâ Dominicâ occurrens poni hodie primò non possint, poni debent prima tria Responsoria hujus Dominicæ prima die, in qua ini hanc Hebd: occurrit fieri *de Fer* omissis alijs Responsorijs feriali quæ fortè in illa Feria propria bentur: quòd si verò alicubi vel quando per totam Hebdomad non occurrat dies, in qua primò ni possint, tunc eô annô, aut penitùs omittuntur. Antiphona *Benedictus*, & ad *Magnificat* unà *Oratione* sumuntur hodie ex Domi ca currente post Pentec. C dicuntur, ùt in Psalterio ad norm Dominicæ III. post Pentec: & I. Ritu semid: ùt suprà. Missa de minica currente post Pentec: un tatur in Propr: de Temp: cum *Cred:* Oratione 2. ac 3. &c., uti minica III. post Pentec. *Col: Vir:* occurrat Octava.

Feria II. & seqq: infra Hebd Sept: dic: in Officio Lectiones Scriptura occurrente, nisi pone dum sit in aliqua illarum *Initium Esther*; eò quòd in Dominica ob cur-

turrens Festum Duplex proprias habens in I. Noct: Lectiones adhuc poni non potuerit. Ad Responsoria Ferialia hujus Hebd: quod spectat, Feriâ II. & V. sumuntur ea ex I. Noct: Dominicæ præced. Feriâ III. & VI. ex II. Noct; ejusdem Dominicæ. Feriâ autem IV. ac Sabbatô (si fiat Officium feriale) Responsorium I. sumitur ex III. Noct: Dominicæ præced: (*Nos alium DEUM &c.*) quod est septimum illius Dominicæ: at verò post 2. & 3. Lectionem dicitur II. & III. Responsorium primi Nocturni ejusdem Dominicæ præced. Reliqua omnia dicuntur ac fiunt, ùt infrà Hebd. III. post Pentec: resumendo *Orationem* & *Missam* Dominicæ proximè præcedentis, aliáque observando, ùt ibi.

Sabbatô ante Dominicam I. Octobr. Antiphona ad *Magnificat* pro sequente Dominicâ est: *Adaperiat Dominus &c.* Col. Virid: si cras fiat de ea, & non currat aliqua Octava. Ubi autem ex Sedis Apostolicæ Indulto cras celebratur Solennitas Rosarij B. M. V. ibi ea in Martyrologio ad Primam hodie annuntianda est I. locô. *Gav. Tom. 2. Sect. 7. c. 12.* & hodiernæ Vesperæ dicendæ ibi sunt de Festo Rosarij, ùt in fine Breviarij Rom: post Festa ad Libit: sub Ritu dupl: major: ac Col. Alb. cum Commemoratione Dominicæ cras occurrentis.

TITULUS XLIX.

De Dominica I. Octobr: & Ferijs eam Subsequentibus.

Dominica I. Octobris (quando sit de ea) dicitur ad Matut: Hymnus: *Primo die &:* ad Laudes verò: *Æterne rerum &c*, dicunturque ambo etiam in seqq: Dominicis, usque ad Adventum exclusivè. In I. Nocturno ponitur hodie *Initium Libri I. Machabæorum*, legiturque de eo usque ad Dominicam IV. Octobr: ùt in Propr: de Temp. Quòd si hodie occurrat Festum Duplex, habens proprias in I. Nocturno Lectiones, tunc *Initium* dicti Libri I. Machabæor: ponitur proxima die (seu feriali, seu festivali &c) ejusmodi Festo non impeditâ. In II. Noct: hodiernæ Dominicæ dicuntur Lectiones, utì notantur hâc Dominicâ in Propr. de Temp. In III. autem Noct: dicuntur de Homilia illius Dominicæ post Pentec: quæ hâc Dominicâ Mensis secundùm Ordinem Dominicarum post Pentec: occurrit, exstántque in P. 2. Propr: de Temp.

Responsoria (quæ hâc Dominicâ primò ponuntur) sumuntur ex Dominicâ I. Octobr: ùt ibi notantur, dicuntúrque omnia etiam in seqq: Dominicis usque ad Dominicam I. Nov. Quòd si hodie ob occurrens Festum Duplex primò poni non possint, poni debent prima tria Responsoria hodiernæ Dominicæ prima die, in qua occurrit hoc Mense fieri de Feria, aut de Dominicâ, omissis alijs Responsorijs Ferialibus, quæ fortè in illa Feria propria habentur. Antiphonæ ad *Benedictus* & ad *Magnificat* unà cum Oratione sumuntur ex Dominica currente post Pentec. Cætera dicuntur, ùt in Psalterio, ad normam Dominicæ III. post Pentec: & I. Augusti, Ritu semidupl: ùt ibi. *Missa* de Dominica currente post Pentec: utì notatur in Propr. de Temp: in Ordine Dominicarum post Pentec: cum *Glor: Cred:* Oratione 2. ac 3. &c, utì Dominica III. post Pentec. *Col: Vir:* nisì currat Octava.

Ubi autem Dominicâ I. Octobr: quæ occurrit in Calendis Octobris, vel eas proximè sequitur, ex Indulto Sedis Apostolicæ celebratur *Festum Rosarij* (utì *in omnibus Regnis, & Dominijs Hispaniarum Regi subjectis*, nec non ex Decreto Gregorij XIII. id celebratur in ijs Ecclesijs, in quibus adest *Altare*, seu *Capella Rosarij B.V.*) *Officium* fit de eo *Ritu duplici majore*, dicendo omnia ùt in Festo B.V. ad Nives cum Lectionibus II. Noct: de Nativit: B. M.V. mutatô verbô *Natali* in *Solemnitate*, prout notantur in Appendice [illegible] fine Brev: cum Commemoratione Dominicæ occurrentis in utrisq: Vesperis, Laudibus, ac *Missa*, [illegible] non 9. de eadem Dominica Lectio in *Officio*, & ult: illius Evangel: [illegible] *Missa* (extante in aliquibus Missalibus in Propr: Sanctor: initiô Mensis Octobris ante Festum S. Remigij, [illegible] alijs verò in Supplemento) dicitur que *Glor:* & *Cred:* Præf. de B.V. [illegible] *in Solemnitate &c* Col. Alb. Sicut hodie vel cras cantentur *Solemnia* [illegible] *speræ* de Festo Rosarij; tunc in ijs [illegible] Officiatore, ejúsque Ministris ad [illegible] tonationem Hymni *Ave Maris Stella &c* observanda sunt ea, quæ [illegible] die 23. Jan: & 7. Septembr: annotatur. *Col. Alb.* Quòd si in Dominica I. Mensis Octobris, quæ incidit [illegible] Kalendas illius Mensis, vel eas proximè sequitur, occurrat Festum [illegible] II. Classis, tunc Festum Rosarij [illegible] propr: Rubricam celebrabitur Dominica sequenti: Si verò aliud [illegible] *stum Duplex*, vel *Semiduplex* incidat [illegible] dictam Dominicam I. Octobr: [illegible] ijs in locis, seu Ecclesijs, quibus Sede Apostolica concessum est [illegible] lebrare Festum Rosarij, ejusmodi Festum Duplex vel Semiduplex non [illegible] impedimento, quò minùs in ea [illegible] queat dictô modô celebrari, translato priore Festo *Duplici* (majore aut minore) vel *Semiduplici* occurrente in [illegible] aliam proximam non impedicam.

Ad

Ad *Missam* in *Festo Rosarij* dicendam quod attinet, Gavantus Tom. 1. P. 4. Tit. 15. n. 22. cavendum monet, nè in Ecclesijs, in quibus ex Decreto Gregor. XIII. celebratur Festum Ss. Rosarij, dicatur ea Missa, quæ nomine Rosarij circumfertur, utpote *concessa tantùm Ordini Prædicatorum à Sac. Rit: Congregatione die 25. Junij 1622. prohibita autem alijs eodem die, & rursus die 8. April. 1628.* Ità ille; addítque: Dicendam suò Judiciò MISSAM, ut in Festo S. Mariæ ad Nives: & ità observari ait in Ædc Sacra Lauretana: sequitúrque Gavanti opinionẽ Missale Roman: Antuerpiæ impressum in Append: ubi etiam habetur, quid observandum circa Missas Votivas Rosarij.

Idem Gavantus Tom. 2. Sect. 7. c. 12. proponit ac resolvit sequens Dubium: Contingit aliquando, imò non rarò, ut Dies Octava *Titularis Ecclesiæ* S. Michaëlis, vel *Dies Octava* Dedicationis propriæ Ecclesiæ (v. g. Cathedralis Ecclesiæ Brixinensis, ab anno 1707. Dominicâ ante Festum S. Michaëlis celebrari solitæ) aut dies Octava S. Hieronymi, ubi is est Patronus loci, vel Ordinis, alteriúsve similis S. Patroni incidat in Dominicam I. Octobris, quâ à Clero talis Ecclesiæ celebrari alioqui debet Officium de *Festo Rosarij*: oritur ergo Dubium: an de *Die* ejusmodi *Octavâ*; an verò *de Festo Rosarij* dicendum sit *Officium* cum *Missa*? Ratio autem dubitandi est; quia sicut dies Octavæ alicujus Festi per Rubricas transferri non potest, ità neque Festum Rosarij videtur transferri debere; cùm Gregorius XIII. in sua Bulla edita 1. April. 1573. illud à die 7. Octobris (quæ illi alioquin in Romano Martyrologio assignatur) ideo in I. Dominicam ejusdem Mensis ex professo transtulerit, ut Populus frequentior interesit Officiò, qui finis *Die Feriali*, in quem transferretur *Festum Rosarij*, non satis obtineretur: cùm ergo tam *Dies Octava*, quàm *Festum Rosarij* in tali occurrentia videantur habere Jus, ut celebrentur in Dominica I. Octobris, & quidem integrò Officiò, sive, quin alterutrum illorum transferatur, meritò dubitatur, de quonam sit recitandum Officium: licèt enim *Dies* ejusmodi *Octavæ* sint tantùm *Duplex minus*, Festum autem Rosarij sit *Duplex majus*, adeóque de hoc videatur faciendum Officium, de illa autem tantùm Commemoratio: obstare tamen videntur Leges Breviarij; quandoquidem in occursu *Diei Octavæ*, & *Duplicis majoris* juxta Rubricas Tab. occurrentiæ Officium faciendum est de *Die Octava*; Translatio autem de *Duplici majore*: consequenter translatò *Festo Rosarij*, faciendum erit de *Die Octava*. Consultus super hoc Dubio Gavantus respondit: recitandum esse Officium in dato casu de *Rosario*, cum Commemoratione *Diei Octavæ*, & *Dominicæ I. Octobris*; cum

tum, quia cùm neutrum transferri debet, *Festum Rosarij* est Duplex majus, *Octava* verò Duplex minus; tum, quia *Festum Rosarij* est Festum Deiparæ, & aliquô modô Festum de Præcepto Universalis Ecclesiæ ex Bulla Gregorij Papæ; *Dies Octava* autem est de Præcepto in particulari Ecclesia; tum denique, quia Sac. Rit. Congr: in honorem B. V. decrevit à Clero Rhegij (Urbis Ditionis Estensis) fieri de Festo B. V. in Die Octava S. Prosperi, Patroni Loci, licèt potuisset, ac debuisset ex vi Rubricarum transferri Festum Visitationis: cùm ergo *Rosarij Festum* nec sit omittendum à Clero Ecclesiæ, in qua adest *Altare* seu *Capella Rosarij* juxta Bullam Gregor. XIII. nec à Dominica dimovendum, erit ipsum dictô modô in ejusmodi Ecclesijs celebrandum, ità ferè discurrente Gavanto loc. prox: cit. Qui ibid: hæc subjungit: *Major est Difficultas, quando in 1. Dominica Octobr: occurrit Festum Patroni loci, seu Titularis Ecclesiæ, in qua simul adest Altare Rosarij: de quo* enim tunc fiet *Officium?* de Festo, an de Rosario? Bononiæ anno 1637. recitatum est Officium de Festo S. Petronij, & in Dominicam 2. Octobris translatum est Officium, vel potiùs Festum Rosarij: nam Clerus eo die recitavit Officium de Octava, S. Petronij: at Sacr. Rit. Congr: die 6. Febr. 1638. decrevit, in hoc casu nihil fieri de Festo Rosarij, neque transferri debere; cùm non conveniat illud à Dominica transferri, ità ferè rursum Gavantus in editione recentiore sui Operis. Verùm hodie cessare videtur difficultas, quam ibi movet Gavantus, siquidem authentica sit Rubrica, quæ in modernis Breviarij Festo Rosarij præfixa legitur: nam ea diserte præcipit, ut, quando in Dominica I. Octobr: occurrit Festum 1. vel 2. Classis, tunc Festum Rosarij, ubi est specialiter concessum, transferatur in Dominicam sequentem.

Quando Festum Rosarij in 2. Vesperis concurrit cum Festô Ss. Angelorum Custodum, quod in Ecclesia Universali sub Ritu duplici minore 2. Octobr. celebratur, Festum Rosarij Utrasque Vesperas integras habebit, utpote quod Gregorius XIII. ubique & perpetuò in ijs Ecclesijs in quibus adest *Altare*, vel *Capella Rosarij*, celebrari voluit Officio Duplici majore. Vid. Arnaud. Tr. 2. P. 4. Tit. 3.

In *Missis Votivis Rosarij* (ùt monet Rubrica Missæ illi subscriptæ) dicenda est Missa de Tempore occurrente, cum Orationibus Missæ Rosarij (ubi ea est permissa) mutatô Verbô *Solemnitatem* in Commemorationem, & SOLEMNIA in MEMORIAM: ac in Præfatione dicendo: *Et Te in Veneratione &c.*

FERIA II. & Seqq. infra Hebd. I. Octobr. dic. in *Officio* Lectiones de Scriptura occurrente ùti infra Hebdomadem currentem notantur; nisi

nisi in aliqua illarum ponendum sit *Initium Libri I. Machabæor:* eò quòd in Dominica ob occurrens Festum Duplex, proprias in I. Noct: habens Lectiones, adhuc poni non potuerit. Ad Responsoria ferialia quod attinet, nisi primò ponenda sint Responsoria tria prima Dominicæ præced: nondum posita, Feriâ II. dicuntur in Officio feriali ùt ibi notantur, repetuntúrque etiam in alijs *Ferijs secundis* usque ad Dominicam I. Novembr: Feriâ III. pariter habentur propria, dicuntúrque etiam in alijs *Ferijs tertijs* usque ad Mensem Nov. Feriâ autem IV. & Sabbatô (si in hoc fiat Officium feriale) post Lectionem I. dicitur Responsorium septimum Dominicæ præced: *Refulsit Sol &c:* post II. verò & III. Lectionem dic: Responsorium secundum, & tertium Feriæ II. præcedentis. Feriâ V. sumuntur Responsoria ex I. Nocturno Dominicæ præced: h. e. primæ Octobris: Feriâ autem VI. ex II. Noct: ejusdem Dominicæ præced. Atque hôc modô dicuntur Responsoria etiam in Ferijs sequentium Hebdomadarum; Reliqua verò omnia dicuntur, ac fiunt ùti in Ferijs infra Hebdomadam III. post Pentec: resumendo *Orationem*, & *Missam* Dominicæ proximè præced: aliáque observando, ùt ibi, nominatim ea, quæ præscribunt Rubricæ Breviar: & Missal. de recitando *Officio* Defunctor: & celebranda Missa principali pro ijsdem prima die Mensis non impedita Festo 9. Lectionum; nec non de celebrandis 2. Missis Conventualibus in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiat: si ea die fuerit Festum Simplex, aut Feria propriam habens Missam, vel resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis, quæ fuit impedita; ac denique de dicenda Missa principali pro Defunctis (ùt ibi) Oratione autē *Fidelium* in Missis privatis Feriâ II. cujuscunque Hebdomadæ. *Col. Vir.*

Sabbatô ante Dominicam II. Octobr: Antiph: ad *Magnificat* pro seq: Dominica est: *Refulsit Sol. &c.* Col. Virid: si cras fiat de ea, & non currat Octava.

Juxta ea, quæ habentur in *Supplemento* recentiorum quorumdam Missalium, Dominicâ III. Octobris celebrant nonnullæ Ecclesiæ Festum suarum Reliquiarum dicendo Missam ibi extantem: an etiam, & quale Officium de illis dicant, hactenus reperire non potui: sive autem tantùm *Missam*, sive etiam *Officium* de ijs dicant, de licentia ac Indulto Sedis Apostolicæ id omne facere debent, juxta dicenda inferiùs *P. III. Tit. 2. &* per ipsiusmet Sac: Rit: Congr: Decreta.

TITU-

TITVLVS L.

De Dominica II. & III. Octobr: ac Feri easdem Subsequentibus.

DOminicâ II. ac III. Octobris (si fiat de ea) Lectiones I. Noct: dicuntur de Script: occurr: II. verò uti notantur in loco, in Propr: de Temp. P. 1. In III. Nocturno dicuntur de Homil: illius Dominicæ post Pentec: quæ secundùm Ordinem Dominicarum post Pentec: Dominicâ II. & III. currentis Mensis occurrit, exstántque P. 2. in Propr: de Temp: unà cum Antiphonis ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, ac propria *Oratione* ùt ibi. Reliqua ómnia (etiam Responsoria) dicuntur utì Dominicâ I. Octobr.

Missa de Dominica currente post Pentec: utì notatur in Propr: de Temp: cùm *Glor: Cred:* Oratione 2. & 3. &c, utì Dominica III. post Pentec. *Col: Vir:* nisi currat Octava.

Dominicâ III. Octobr: juxta Ti tulô præced: ad fin: dicta, nonnul læ Ecclesiæ celebrant Festum Sacra rum suarum Reliquiarum, legitim approbatarum, attamen non nisi d Licentia Sedis Apostolicæ. ùt ibi.

Infra Hebdomadem II. & III Octobr. Lectiones dicuntur de Scri ptura occurrente. Reliqua omnia (etiam Responsoria) dicuntur ac fi unt in feriali Officio circa *Officium* ac *Missam* eô proportionaliter modo quô infra Hebd: I. Octobr. proxim præcedentem. *Col. Virid.*

Sabbato ante Dominicam III Octobr: Antiphona ad *Magnificat* p sequenti Dominica est: *Lugebat a tem &c:* ante Dominicam IV. autem *Exaudiat Dominus &c.* Col: Vir: si cu fiat de ea, & non currat Octava.

TITULUS LI.

De Dominica IV. Octobr: ac Ferijs eam Subsequentibus.

DOminicâ IV. Octobris (si fiat de ea) ponitur in I. Noct: *Initium Libri II. Machabæorum*, ùt hîc in Prop: de Temp: legiturque de eo etiam seqq: diebus, usque ad Dominicam I. Novembr: ut infra. Quòd si hodie occurrat Festum Duplex, habens proprias in I. Noct: Lo

ctiones, tunc *Initium* dicti Libri ponendum est proxima die (seu feriali, seu festivali) ejusmodi Festo non impeditâ, ut alibi Auctoritate Directorij Romani probatum est. In II. Noct: dic: Lectiones, uti notantur hâc Dominicâ in Propr: de Temp. In III. autem Noct: dicuntur de Homil: illius Dominicæ post Pentec: quæ secundùm Ordinem Dominicarum post Pentec: Dominicâ IV. currentis Mensis occurrit, exstántque P. 2. in Propr: de Temp: unà cum Antiphonis ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, ac propr: *Oratione*, ut ibi. Reliqua omnia (etiam Responsoria) dicuntur uti Dominicâ I. Octobr.

Missa de Dominica currente post Pentec: uti notatur in Propr: de Temp: cum *Glor: Cred:* Oratione 2. ac 3. &c, uti Dominicâ III. post Pentec. *Col: Vir:* nisi currat Octava.

Infra Hebdomadem IV. Octobris (nisi ea sit ultima hujus Mensis) Lectiones quâvis Feriâ in feriali Officio dicuntur de Scriptura occurrente: Reliqua autem omnia (etiam Responsoria) eô proportionaliter modô dicuntur ac fiunt circa *Officium* & *Missam*, quô infra Hebd: I. Octobris, ubi declaratum. *Col: Vir.*

Si verò hæc Hebdomas fuerit ultima Octobris, tunc Feriâ II. III. ac IV. Lectiones in Officio, quando propriæ non assignantur, adhuc quidem dicentur de Scriptura occurrente, ac etiam reliqua fient eô proportionaliter modô, quô infra Hebd: I. Octobr: at verò Feriâ V. VI. & Sabbato subsequente in gratiam Martyrij 7. Ss. Fratrum Machabæorum legitur Historia illorum Martyrij, prout ea describitur Dominicâ V. Octobris, ac duabus Ferijs illam immediatè subsequentibus: adeoque tunc Feriâ V. hujus Hebdomadæ leguntur Lectiones Dominicæ V. Oct: Feriâ autem VI. hujus Hebdomadæ dicuntur Lectiones Feriæ II. Hebdomadæ V. subsequentis: ac denique Sabbatô hujus Hebdomadæ recitantur Lectiones Feriæ III. ejusdem Hebdomadæ V. quæ, ut dixi, tunc omittitur. Quòd si Feria V. hujus Hebdomadæ sit impedita Officio habente proprias in I. Nocturno Lectiones, aut nullas habente de Scriptura, adeoque in ea dictum Initium Martyrij Machabæorum poni non possit, tunc ponendum est Feriâ VI. subsequente, aut tandem, si etiam hæc sit impedita, Sabbatô subsequente: Quòd si autem omnes tres prædictæ Feriæ sive dies sint impeditæ, & hæc sit ultima Hebdomas Octobris, eô annô omittendæ sunt Lectiones de Historia Martyrij Machabæorum, uti Feriâ V. hujus Hebdomadæ in Propr: de Temp: specialis monet Rubrica. Quòd si unâ tantùm aut alterâ trium prædictarum dierum legi de eo Martyrio potest, tunc eæ Lectiones, quæ unâ aut alterâ die impeditâ de eo Martyrio se-

cundùm Ordinem Historiæ legi non potuerunt, pariter sunt omittendæ, nisi quis velit omnes novem simul ad modum triplicis Lectionis distributas in tali casu legere; id quod cujusvis privatim Orantis Arbitrio (ùt notat Gavantus) permittitur: at verò in Choro nunquam ultra 3. Lectiones (ne scil. gravetur Clerus) in qualibet Feriâ esse legendas sancitum fuisse in Recognit: Breviarij sub Clemente VIII. testatur idem Gav. *Responsoria* autem, quacunque trium prædictarum feriarum legatur de dicto Machabæorum Martyrio, semper dicuntur de Feria currente hac Hebdomade, non autem de ea Feria aut die, ex qua sumuntur Lectiones nisi fortè utraque (ùti contingere potest) aliquando coincidant. Cætera autem omnia dicuntur ac fiunt circa *Officium* ac *Missam*, eò modò quò dicuntur, ac fiunt, quando Hebdomas IV. Octobris non est Hebdomas ultima hujus Mensis: *Col. Vir.*

Sabbatò ante Dominicam V. Octobris (nisi isthæc cum sua Hebdomada sit omittenda, eò quòd sit proximior Calendis Novembris) Antiphona ad *Magnificat* pro Dominica sequenti est: *Tua est potentia &c. Col. Virid:* Si cras fiat de ea, & non currat Octava.

TITULUS LII.

De Dominica V. Octobris, ac Ferijs earum Subsequentibus.

Dominicâ V. Octobris (nisi ea cum sua Hebdomada sit omittenda, eo quòd sit proximior Calendis Novembris, adeoque in ea ponendum sit Officium Dominicæ I. Novembr.) in I. Nocturno dicuntur Lectiones de Scriptura occurrente, sive *Initium Historiæ Martyrij 7. Ss. Fratrum Machabæorum*; quòd si ob Festum Duplex proprias habens in I. Nocturno Lectiones hodie poni non possit, ponendum est proximo die ejusmodi Festò, aut aliquâ Vigiliâ non impeditò. In II. Noct: Lectiones ut tantur Dominicâ V. Octobr: in Prop de Temp: In III. dicuntur de Hom illius Dominicæ post Pentec: quæ cundùm Ordinem Dominicarum p Pentec: hôc annô in hac Domini Mensis occurrit, exstántque P. Propr: de Temp: unà cum Antiph nis ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, propr: *Oratione*, ùt ibi. Reliqua mnia (etiam Responsoria) dicuntur ùti Dominica I. Octobr.

Missa de Dominica current post Pentec: ùti notatur in Proper Tempe

Temp: cum *Glor: Cred:* Oratione 2. ac 3. ut̀ Dominica III. post Pentec. *Col: Vir:* nisi currat Octava.

Feriâ II. infra Hebd: V. Octobris leguntur Lectiones de Scriptura hac die occurrente; dummodo heri cœptum sit legi de Historia Martyrij Machabæorum, sive de Scriptura in hesterna Dominica occurrente: si enim heri ob Festum Duplex, proprias in I. Noct: habens Lectiones, non fuit lectum de Scriptura occurrente, tunc hodierna Feriâ II. ponuntur Lectiones hesternæ Dominicæ: Feriâ autem III. subsequente ponuntur Lectiones Feriæ II. ac denique Feriâ IV. Lectiones Feriæ III. juxta Ordinem Historiæ & Martyrij Machabæorum. Quòd si Lectiones præcedentis Dominicæ V. Octobr: nec in ipsa Dominica, nec etiam Feria II. subsequente poni potuerunt (ob occurrens Festum proprias habens in I. Noct: Lectiones, aut ob occurrentem Vigiliam) tunc Lectiones I. Nocturni Dominicalis ponuntur Feriâ III. Lectiones autem Feriæ II. & III. hujus Hebdomadæ ponuntur Feriâ III. & IV. subsequente juxta Ordinem Historiæ & Martyrij Machabæorum. Quòd si denique nec Dominica præcedente, nec Feria II. & III. subsequente Lectiones tribus dictis diebus assignatæ legi potuerunt, tunc Lectiones trium præcedentium Dierum, in quibus legi non potuerunt, legentur in alijs sequentibus Ferijs post Feriam tertiam nempe Feriâ IV. V. & VI. vel Sabbatò juxta dictum Ordinem Historiæ & Martyrij prædictorum Machabæorum, ità, ut saltem Lectiones de eo Martyrio inchoentur, si fortè omnes, ob unam vel alteram ex his quoque Ferijs impeditam, de eo legi non possunt infra Hebdomadem, intra quam legi alioqui deberent: nulla enim (ut notat, & ex Rubrica suprà cit: probat Gavantus) est obligatio legendi totam Historiam de Martyrio 7. Machabæorum, sed sufficit, si aliter fieri nequit, Lectiones de eodem saltem inchoâsse: nunquam verò ultra tres Lectiones in qualibet Feriâ (saltem in Choro) legi debent, ut suprà ex eod: Gav: monui. Quocunque autem die, aut Feriâ secundùm Ordinem Historiæ aliquid de dicto Machabæorum Martyrio ex S. Scriptura legatur, Responsoria tamen in feriali Officio semper sumentur ex Feria currente, non autem ex Feria præcedente (nisi eadem pro utraque Feria in Proprio de Temp: assignentur) quando Lectiones de Martyrio Machabæorum ex Feria aut die aliqua præcedente, in qua legi non potuerunt, pro Officio currentis Feriæ sunt desumendæ. Dicuntur autem Responsoria in Ferijs infra hanc Hebdomadem occurrentibus prorsus eadem, ac eodem modo, quæ, & quò modò dicta sunt in Ferijs Hebdoma-

dæ I. Octobris. In reliquis Ferijs, in quibus nihil supereſt legendum de Martyrio Ss. Machabæorum, dicuntur Lectiones de Scriptura occurrente, & Reſponſoria ferialia de Feria currente eadem, ac eôdem modô, quæ, & quô modô in Ferijs Hebdomadæ I. Octobr. Ad cujus Hebdomadæ Normam reliqua quoque omnia dicuntur ac fiunt quoad *Officium* & *Miſſam* infra hanc quoque Hebdomadam ult: Octobr. *Col. Vir.*

Sabbatô ante Dominicam I Novembris Antiph: ad *Magnificat* pro ſequenti Dominica eſt: *Vidi Dominum &c.* Col: Vir: ſi cras fiat de cu & non currat aliqua Octava.

TITULUS LIII.

De Dominica I. Novembr: & Ferijs eam Subſequentibus.

Dominicâ I. Novembris (quando fit de ea) ponitur in I. Nocturno *Officij* Dominicalis *Initium Libri Ezechielis Proph:* prout notatur in Proprio de Temp: legiturque de eo Libro per 2. primas Hebdomadas, niſi Adventus præpropere occupet Novembrem, ità, ut iſte habeat tantùm quatuor Hebdomades; tunc enim Dominica II. Novembr: cum ſua Hebdomada & Lectionibus de Ezechiele eidem aſſignatis omittitur. Quòd ſi hodie occurrat *Feſtum Duplex* proprias in I. Noct. habens Lectiones (v. g. omnium Sanctorum) tunc *Initium* dicti *Libri I. Ezechielis* ponitur proxima die (ſeu feriali, ſeu feſtivali &c.) ejusmodi Feſtô, aut Officiô non impedita. In II. Noct: hod: Dominicæ dicuntur Lectiones, uti notantur hâc Dominicâ in Propr: de Temp. In III. autem Noct: dicuntur de Homilia illius Dominicæ poſt Pentec: quæ hâc Dominicâ Menſis ſecundùm Ordinem Dominicarum poſt Pentec: occurrit exſtántque P. 2. Propr: de Temp. Reſponſoria (quæ hâc Dominicâ primò ponuntur) ſumuntur in Officio Dominicali ex Dominica I. Novembr ùt ibi notantur; dicuntúrque omnia etiam in ſeqq: Dominicis uſque ad Adventum. Quòd ſi hodie ob occurrens Feſtum Duplex primò poni non poſſint, tunc poni debent ea prima Reſponſoria hodiernæ Dominicæ prima die, in qua occurrit hoc menſe fieri de Feria, aut de Dominica, omiſſis alijs Reſponſorijs ferialibus, quæ forte in illa Feria propria habentur, & minimè in aliam Feriam translatis. Antiphonæ ad

nedictus, & ad *Magnificat* unà cum *Oratione* sumuntur ex Dominica currente post Pentec: Ritu semid: dic: ut ibi. *Missa* de Dominica, quæ suô Numero ac Ordine occurrit hôc annô in hac die Mensis post Pentec: cum *Glor: Cred:* Oratione 2. ac 3. &c, uti Dominicâ III. post Pentec. *Col: Vir:* nisi currat Octava.

Si *Dominica I.* Novembr: incidat in diem 2. Novembr: tunc Sabbato præcedente in 2. Vesperis Festi omnium Sanctorum fit Commemoratio de crastina I. Dominica Novembris per Antiphonam : *Vidi Dominum*, & Vers: de Psalter : *Vespertina Oratio &c* ac *Orationem* ut supra. *Col. Alb.* Die autem 2. Novembris Officium modô paulò antè dictô ac Ritu semid: fit de Dominica I. Novembr: cum Commemoratione Octavæ omnium Sanctorum in Laudibus, Missa, ac etiam in 2. Vesperis (nisi per Rubricas, ob occurrens v. g. cras Festum de Præcepto 1. aut 2. Classis alicubi quid aliud obstet) adhibito tamen Colore Albo tam in Officio, quàm in Missa Dominicali (in qua tamen tertia Oratio non dicitur, nisi alicubi simul occurrat Festum Simplex) propter Octavam omn: Sanctorum. Commemoratio autem seu Officium Defunctorum ex Decr: Urbani VI. transfertur eô annô in sequentem Feriam II. ità, ut post Vesperas II. Dominicæ dicantur *Vesperæ Defunctorum* : *Matutinum* verò post Laudes Feriæ II. quæ erit tertia dies infra Octav: omn: Sanctor: nisi Feria II. sit iterum alicubi impedita Festô aliquô *de Præcepto* (hoc est, etiam *in foro celebri*) juxta phrasin Curiæ Rom: tunc enim in diem 4. Novembris, esto sit impedita Festo 9. Lectionum, transfertur Officium Defunctorum una cum Missis Defunctorum, cantatâ tamen tunc simul alterâ Missâ de Festo, unà cum Officio de die illo Festo. Gav. Tom. 2. Sect. 7. c. 13. n. 3. Vide insuper dicenda *P. II. die 2. Nov: &c.*

Feriâ II. & seqq: infra Hebd: I. Novembr: dicuntur in *Officio* Lectiones de Scriptura occurrente, uti infra Hebdomadem currentem notantur, nisi in aliqua illarum ponendum sit Initium Libri Ezechielis, eô quòd in Dominica, ob occurrens Festum Duplex propriis in I. Noct: habens Lectiones, id poni non potuerit. Ad *Responsoria ferialia* quod attinet, si Responsoria Nocturni I. Dominicalis, ob occurrens in I. Dominica Mensis Festum Duplex, primò posita nondum sint, ponenda sunt prima die ejus Hebdomadæ, in qua occurrit fieri de Feria, omissis aliis, quæ fortè in illa Feria propria habentur : si verò in tota Hebdomada non occurrat dies, in quo fiat de Feria, tunc Responsoria illa Dominicalia I. Nocturni ponenda sunt in sequentis Hebdomadæ Dominicâ, vel Feriâ similiter non impeditâ;

Si autem infra hanc, aut aliam hujus Mensis Hebdomadem, non sint *primò* ponenda in aliqua Feriarum Responsoria tria prima Dominicæ præcedentis, tunc in Ferijs infra hanc & sequentes Hebdomades usque ad Adventum occurrentibus dicuntur Responsoria Ferialia hoc Ordine: Feriâ II. dicuntur uti notantur post Lectiones Feriæ II. Hebdomadæ I. Nov: in Propr: de Temp. Feriâ III. pariter dicuntur, uti notantur ibid: post Lectiones Feriæ III. Feriâ IV. Responsorium I. est proprium: post II. verò & III. Lectionem dicitur Responsorium II. & III. Feriæ II. præcedentis. Feriâ V. sumuntur omnia tria Responsoria ex I. Noct: Dominicæ præcedentis. Feriâ VI. autem ex II. Nocturn: ejusdem Dominicæ. Sabbatô [si in eo dicatur Officium feriale] Responsorium I. *(Laudabilis populus)* sumitur ex III. Nocturno Dominicæ præcedentis, éstque Septimum illius Dominicæ: post II. & III. verò Lectionem dicitur Responsorium II. & III. Feriæ II. præcedentis. Reliqua verò omnia dicuntur, ac fiunt proportionaliter infra hanc, ac seqq: Hebdomadas, uti in Ferijs infra Hebdomadam III. post Pentec: resumendo Orationem, ac Missam Dominicæ proximè præcedentis, aliáque observando, ùt ibi. *Col. Vir.*

Die aliqui Dominicâ Novembris, ab Ordinario Loci eligendâ, celebratur alicubi [uti in omnibus Hispaniæ Regnis &c] ex Sedis Apostolicæ Indulto Festum Patrocinii B. M. V. dicendo Officium sub Ritu duplici, uti notatur in calce quorundam Breviariorum recentium, assignantium Orationem propriam, Lectiones autem pro I. & III. Noct: in Festo Rosarij, aut de B. V. de Mercede: pro II. autem Nocturno de Sermone S. Joan. Chrysostomi ex die V. infra Octav: Nativ: B. Mariæ 12. Septembr: *DEI Filius &c*, cum Commemoratione Dominicæ occurrentis & nona de eadem Lectione in Officio ac ult: Evangel: in *Missa*, quæ dicitur ùt in Missis Votivis B. M. V. à Pentec: usq; ad Advent: cum *Glor:* & *Cred:* Præfat: de B. V. *Et te in Festivitate* &c. Cl. *Alb. Vid. insuper dicenda P. II. initio* Not.

Sabbatô ante Dominicam II. Novembris [nisi ea cum sua Hebdomade ob advenientem citiùs Adventum sit omittenda] Antiphona ad *Magnificat* pro sequente Dominica est: *Aspice Domine &c.* Si autem Dominica II. Novembris cum sua Hebdomade omittatur [quod rarò fit, quando November ob adventem citiùs Adventum non habet quinque, sed tantùm quatuor Dominicas] tunc Sabbatô post Dominicam I. Novembris Antiphona ad *Magnificat* pro sequente Dominica dicitur ùt infrà in Sabbato ante Dominicam III. Novembris, nempe: *Mirabuntur.* Col: Vir: si cras fiat Offic: de Dominica, nec currat aliqua Octava.

TITU-

TITULUS LIV.

De Dominica II. Novembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

Si November ob ingruentem citiùs Adventum habet tantùm quatuor Dominicas, tunc Dominica II. Novembris cum sua Hebdomade annô illô omittitur, & locô ejus ponitur Dominica III. Novembris cum suo Officio ac Hebdomade, ùt infrà. Si autem November habet V. Dominicas, tunc in Officio Dominicæ II. Novembr: in I. & II. Noct: leguntur Lectiones, ùt ibi notantur in Propr: de Temp. In III. autem Noct: dicuntur de Homil: illius Dominicæ post Pentec: quæ suo numero ac Ordine hôc annô occurrit in hac Dominica Mensis: ex qua etiam sumuntur Antiphonæ ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, unà cum propria Dominicæ illi *Oratione*, utì notantur P. 2. Propr: de Temp. Responsoria, ac cætera omnia tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam* dicuntur ac fiunt, utì Dominica præced: *Col. Vir:* nisi currat aliqua Octava.

Infra Hebd: II. Novembr: dicuntur Lectiones de Scriptura occurrente. Responsoria verò ferialia, ac cætera omnia dicuntur & fiunt, utì infrà Hebdomadam I. Novembr. *Col. Vir.*

Sabbatô ante Dominicam III. Novembr: Antiphona ad *Magnificat* pro seq: Dominica est: *Muro tuo &c.* Col: Vir: si cras fiat de ea, nec currat aliqua Octava.

TITULUS LV.

De Dominica III. Novembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

Dominicâ III. Novembris (si fiat de ea) ponitur in I. Noct: Officii, *Officij Initium Libri Danielis*, legiturque de eo usque ad seq: Dominicam. Quòd si hodie occurrat Festum Duplex proprias ni I. Noct: habens Lectiones, tunc Initium dicti Libri Danielis ponitur proxima die (seu feriali, seu festivali) ejusmodi Festô, aut Officiô non impeditâ. In II. Noct: hodiernæ Dominicæ dicuntur Lectiones, prout no-

notantur hâc Dominica in Propr: de Temp. In III. autem Noct: dicuntur de Homil: illius Dominicæ post Pentec: quæ hâc Dominicâ Mensis secundùm Ordinem Dominicarum post Pentec: hôc annô occurrit: ex qua etiam sumuntur Antiphonæ ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, una cum propria Dominicæ illi *Oratione*, uti notantur in Propr: de Temp: P. 2. *Responsoria*, ac cætera omnia, tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam*, dicuntur ac fiunt, uti Dominicâ I. Novembr: & III. post Pentec. C. *Vir:* nisi currat aliqua Octava.

Infra Hebd: IH. Nov: dicuntur Lectiones de Scriptura occurr. R. sponsoria verò Ferialia, ac cæte omnia dicuntur, ac fiunt, uti in Hebd: I. Novembr: *Col. Vir.*

Sabbatô ante Dominicam II Nov: Antiphona ad *Magnificat* p. seq: Dominica est: *Qui Cœlorum C.* Col: Vir: si cras fiat de ea, nec cum aliqua Octava.

TITULUS LVI.

De Dominica IV. Novembris, ac Feri eam Subsequentibus.

Dominicâ IV. Novembris (si fiat de ea) ponitur in I. Noct: Initium *Libri Oseæ* (Primi inter Prophetas minores) & de eo etiam legitur Feria II. nisi in ea occurrat Festum proprias habens Lectiones, aut anticipatò ponendum in ea sit *Initium* alicujus alterius ex 12. Minoribus Prophetis (ità dictis comparatione 4. Majorum, nempe Isaiæ, Jeremiæ, Ezechielis & Danielis, vel quia hi prolixiora scripsêre Volumina, illi autem Sermones tantùm breves, ùt apud Gav: censet S. Augustinus; vel quia Priorum Libri omnes unicô comprehenduntur apud Hebræos Librô, Posteriores verò singulos edidêre Libros, ut apud eund: Tom. 2. Sect. 6. c. 21. n. 10. (opinatur Bellarminus) de quo paulò post. Quòd si hodie occurrat *Festum* Duplex proprias in I. Noct: habens Lectiones, tunc *Initium* dicti *Libri Oseæ* Prophetæ ponitur sequenti Feria II. (s ve in ea fiat de Feria, sive de Festo nisi & ipsa simili Festo sit impedita; tunc enim *Initium Oseæ* ponitur proximâ Feriâ simili Festô aut Offic non impeditâ, legendo in illa sal tem I. Lectionem de Libro *Oseæ*, fortè in eadem ponendum sit simul Initium unius vel alterius ex alio minoribus Prophetis, juxta Rubricam mox allegandam. In II. Noct: hodiernæ Dominicæ dic: Lectiones prout notantur hâc Dominicâ in

Propr:

Propr: de Temp. In III. autem Noct: dicuntur de Homil: illius Dominicæ post Pentec: quæ hâc Dominicâ Mensis secundùm Ordinem Dominicarum post Pentec: hôc annô occurrit: ex qua etiam sumuntur Antiphonæ ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, unà cum *Oratione* Dominicæ eidem propria, uti notantur in Propr: de Temp. P. 2. *Responsoria*, ac cætera omnia, tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam* dicuntur, ac fiunt, uti Dominicâ I. Novembr: & III. post Pentec. *Col: Vir:* nisi currat aliqua *Octava*.

Infra Hebdomadem IV. Nov: omnia tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam* dicuntur, ac fiunt ad Normam præcedentium Feriarum hujus Mensis, exceptis Lectionibus, quæ dicuntur de Scriptura in quavis infra Hebd: Feria occurrente, nisi in ea ponendum sit *Initium* alicujus vel plurium *minorum Prophetarum*: pro quo observandum, hac & seq: Hebdomada in *Officio* suam cuivis diei ex 12. Propheris minoribus assignari à Breviar: Rom: Lectionem: cùm verò ob occurrentia quædam Festa, proprias in I. Nocturno habentia Lectiones, aliquando aut alicubi contingat, ut singulorum horum Prophetarum *Initia* die suo proprio poni non possint, ex altera autem Parte juxta Rubr: Gen. 26. n. 7. declaratam à Gav: Tom. 2. Sect. 5. c. 12. n. 12. & Sect. 6. c. 21. n. 12. quando *Initium* alicujus *Prophetæ minoris* (idem est de Initijs aliorum Sacrorum Librorum) die suo proprio poni non potest; illud quoad commodè fieri poterit, ponendum sit in sequenti Feriâ, alio simili Initio Scripturæ ponendo, aut Festô proprias habente Lectiones non impeditâ, alioquin in præcedenti Feria similiter non impeditâ, ità, ut aliquô modô ponatur, etiamsi plura Initia eodem die propterea poni oporteat, ut sic omnibus ponendis locus detur, ideo si *Initium Libri*, seu *Prophetiæ Osee*, ob heri occurrens Festum proprias habens in I. Noct: Lectiones hesternâ Dominicâ legi non potuit (uti contigit anno 1703. 18. Nov: quô Festum Dedicat: Basil. Ss. Ap. Petri & Pauli proprias in I. Noct: habens Lect: incidit in Dominicam IV. Nov.) tunc Feriâ II. hujus Hebd: *Initium* illud Osee Proph: est ponendum (uti positum fuit prædictô annô in Festo S. Elisab. Reg. Hung. Vid. 19. Nov.) omissis Lectionibus, Feriâ illâ II. de eodem Proph: Osee alioqui recitandis, si ejus Initium die suo proprio, nempe hesterno, poni potuisset, vel certè (extra Chorum) junctis seu recitatis cum præcedentibus, uti habetur Rubr: Gen: XXVI. n. 6. & 7.

Feriâ III. hujus Hebd. non impeditâ Festo proprias in I. Noct: habente Lectiones ponendum est *Initium Joëlis* Prophetæ, alioqui Feriâ subsequente simili Officio non impedi-

peditâ, etiamsi plura forsan, ut antè dictum, in ea ponenda sint Initia minorum Prophetarum. Ità, cùm anno 1704. Feriâ III. Initium Joëlis poni non posset, ob dictum Festum Dedicat: positum id fuit Feriâ IV. sequente.

Feriâ IV. hujus Hebd: continuatur Lectio de Prophetia Joëlis Prophetæ, nisi ponendum sit Initium vel antecedentis vel subsequentis Propheriæ, ob diem ei proprium impeditum juxta paulò antè declarata.

Feria V. hujus Hebd: ponitur Initium Prophetiæ Amos. Feria VI. Initium Prophetiæ Abdiæ. *Sabbatô* Initium Prophetiæ Jonæ: quorum unum, aut plura, si die suo proprio poni non possint, ponuntur die sequenti, aut hôc ità impeditô, ut nec in eo poni ullatenus possint, tunc die aliquo antecedenti, ùt obiter paulò antè, ac pluribus suprà est declaratum. Hinc cùm annô 1703. In *Feriam IV. hujus Hebd:* incidisset Festum Præsentationis B. V. In *Feriam V.* Festum S. Cœciliæ. In *Feriam VI.* Festum S. Clementis Pap. ac Mart. (omnia tria proprias in I. Noct: habentia Lectiones) ideo Feriâ III. præcedente in Festo S. Felicis de Valois prima tantùm & secunda Lectio erat in I. Nocturno de Scriptura occurrente (nempe de Initio Joëlis Prophetæ) tertia autem dicebatur de *Initio Amos*, ex Feria V. sequente eam anticipando ad Feriam III. currentem; quia nempe ei Feriâ VI. aut Sabbato sequenti ponendæ non relinquebatur locus (eò quòd Feria VI. occurreret Festum S. Clementis proprias habens Lectiones in I. Noct: Sabbatô autem ponendum esset *Initium Abdiæ*, & Jonæ) nec etiam ponerat Feriâ IV. immediatè præcedente; quòd hæc pariter impedita fuerat Festô Præsentationis B. V. proprias in I. Noct: habente Lectiones. *Sabbatô* autem (quo fiebat Officium de S. Maria in Sabbato) Lectio *Prima* erat de *Initio Abdiæ* ex Feria VI. præcedente: Lectio verò *secunda* de *Initio Jonæ* ex Sabbato currente. Tertia denique de B. V. ex Mense currente, utpote quam requirebat Officium de S. Maria in Sabbato, ùt à post Horas Officij de S. Maria in Sabbat. Annô verò sequente 17.. quô Dedicatio Basilicæ Ss. Ap. Petri & Pauli (proprias in I. Noct: habentes Lectiones) cadebat in Fer. III. p. Dominicam IV. Novembris, adeoque Initium Joëlis Proph: die suo [nempe Feriâ illâ tertiâ] poni non potuerat, Feriâ IV. subsequente, in quam cadebat tunc Festum S. Elisabeth. Vid. in I. Nocturno legebantur de Initio Prophetiæ Joëlis omnes 3. Lectiones. Feriâ autem V. in Festo S. Felicis de Valois, Lectio prima in I. Noct: erat de *Initio Amos*, ex Feria V. currente: Lectio verò *Secunda* fuit de *Initio Abdiæ* ex Fer. 6. sequente; Lectio denique Tertia erat de *Ini-*

Initio Jonæ Proph: ex Sabb: sequente: quia nempe nec *Feriâ VI.* nec Sabbato subsequente poni poterant duo illa Initia (*Abdiæ* scilicet ac *Jonæ*) ob occurrentia 2. Festa proprias in I. Noct: habentia Lectiones; nam Feriâ VI. occurrebat Festum Præsentationis B. V. Sabbatô autem Festum S. Cœciliæ: Unde tam Initium *Abdiæ*, quàm *Jonæ* poni debuerunt Feriâ V. præcedente. Quæ omnia etiam eveniunt hôc annô currente 1710. quô Dedicatio Basilicæ Ss. Petri & Pauli proprias in I. Noct: habens Lectiones pariter cadit in Feriam III. hujus Hebdomadæ. Atque ex horum annorum Exemplis patet primò, quomodo etiam alijs annis ponenda primò sint *Initia minorum Prophetarum*, Ferijs istius Hebdomadæ in Brev: Rom: assignata. Patet 2. accuratè fuisse observatum triplex Monitum, quòd circa *Initia* Prophetar: minor: *primò ponenda* juxta alibi dicta tradit Gav: Tom. 2. Sect. 5. c. 12. n. 12. ubi ait: Tametsi juxta Rubr: suprà allegatam plura quandoque Prophetarum minor: *Initia* uno eodémque die (seu sequenti, seu præcedenti) sint simul legenda; eò quòd die suo proprio legi vel non possint, vel non potuerint, cavendum tamen esse 1. ut non extra propriam suam Hebdomadam legantur. 2. Nè duo Initia sub una conclusione: *Tu autem Domine miserere nostri* legantur. 3. Ne ea, quæ die suo legi non possunt, legantur in præcedenti Feria, seu anticipatò tunc, quando in sequenti Ferijs legendis est locus.

Quid autem sit agendum, quando alicubi Feriæ, in quibus ponenda essent Initia Prophetarum, Festis Locorum proprijs, quòd proprias in I. Noct: habeant Lectiones, penitùs sunt impeditæ, an scilicet in tali casu legenda sint potiùs *Initia Prophetarum* (omissis in I. Nocturno ejusmodi Festorum proprijs Lectionibus) an verò omissis Initijs illis, legendæ sint *propriæ* horum *Lectiones*, dicetur sequenti Hebdomade. Interea hôc Locô (quod aliàs jam insinuatum) id quoque est notandum, tametsi propter *Initia Prophetiarum primò ponenda* (par ratio est de *Initijs aliarum Lectionum de S. Scriptura*) Lectiones de Scriptura huic vel illi Feriæ à Brev: Rom: assignatæ non semper legi possint illâ ipsâ Feriâ, sed alia sequente, vel præcedente legi debeant, Responsoria tamen in Feriali Officio semper dicantur de Feria currente, non autem de illa, ex qua sumitur Initium Prophetiæ, vel Lectionis de S. Scriptura.

Sabbatô ante Dominicam V. Nov: Antiphona ad *Magnificat* pro seq: Dominica est: *Super muros tuos.* Col: Vir: si cras fiat de ea, nec currat aliqua Octava.

TITULUS LVII.

De Dominica V. Novembris, ac Feriis eam Subsequentibus.

DOMINICÂ V. Novembris (si fiat de ea) ponitur in I. Noct: *Initium Michææ Prophetæ.* Quòd si hodie occurrat Festum Duplex proprias in I. Noct habens Lectiones, tunc Initium illius Prophetiæ ponitur die proxima similiter non impeditâ, etiamsi plura alia Minorum Prophetarum Initia (ut præcedente Hebdomada fuit dictum, ac declaratum) simul primò ponenda in ea occurrant. Sic cùm anno 1700. *Initium Michææ* Dominicâ V. Nov. ob occurrens in ea Festum Præsentationis B. V. propriasin I. Noct: habens Lectiones poni non posset, nec etiam Feriâ II. ac III. eò quòd in priore occurreret Festum S. Cœciliæ, in posteriore autem Festum (translatum) S. Clementis Pap: ac utrumque in I. Noct: proprias haberet Lectiones, ideo annô illô dictum *Initium Prophetiæ Michææ* (alioqui Dominicâ V. Nov: ponendum) primùm poni potuit sequente Feriâ IV. in quam quia incidebat tunc Festum Simplex S. Chrysogoni Martyr: ideo de eo *Initio Michææ* tantùm legi potuit prima Lectio; nam reliquæ duæ Lectiones erant de S. Chrysogono Mart. In II. Noct: hodiernæ Dominicæ dic: Lectiones prout notantur hâc Dominicâ in Propr: de Tem: In III. verò dicuntur de Homilia Dominicæ post Pentec: quæ hâc Dominicâ Mensis secundùm Ordinem Dominicarum post Pentec: hoc annô occurrit: atque ex eadem supplentur etiam Antiphonæ ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, una cum *Oratione* Dominicæ eidem post Pentec: propriâ, uti notantur in Propr: de Temp: P. 2. *Responsoria*, ac cætera omnia, tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam*, dicuntur ac fiunt, ut Dominicâ I. Nov: & III. post Pentec: *Col: Vir:* nisi currat aliqua Octava.

INFRA HEBD: V. Nov: tam quoad OFFICIUM, quàm quoad MISSAM dicuntur ac fiunt omnia ad Normam præcedentium Hebdomadarum Novembris, modô ibi declaratô, exceptis tamen Lectionibus, quæ in hanc Hebdomadam cuivis Feriæ propriæ assignantur in Propr. de Temp: quoniam autem singularum Feriarum Lectiones in hac Hebdomade sunt de *Initio alicujus Prophetæ minor:* ideo si *Initium* unius, vel plurium ejusmodi Prophetiarum proprio suo die (vel ob Festum proprium in I. Noct: habens Lectiones; vel

ob

ob Vigiliam, in tali die seu Feria, quâ alioquî poni deberet, occurrentem, vel denique ob alia *præcedentia Initia* primò ponenda in ejusmodi die) poni non possit, tunc ponendum est proxima die similiter non impedita, etiamsi aliud, aut alia insuper Prophetiarum Initia simul necesse sit ponere, aut unum vel plura illorum in aliam Feriam sequentem transferre, quò omnibus ponendis locus detur. Sic cùm annô 1700. nec *Initium Prophetiæ Habacuc* Feriâ III. ob celebratum in ea Festum translatum S. Clementis; Nec *Initium Sophoniæ Prophetæ* Feriâ IV. (eò quòd tunc ponendum fuerit ex Dominica præcedente *Initium Michææ Prophetæ*, & quidem illud solum, cùm Festum simplex S. Chrysogoni eâ Feriâ occurrens non nisi unam admiserit de Scriptura Lectionem) poni posset, ideo annô illô circa ponenda Initia dictarum 3. Feriarum, ac cæterarum eas subsequentium hic observatus fuit Ordo ab ipsomet Directorio Romano: Feriâ V. (in quam cadebat Festum S. Catharinæ) Lectio *prima* erat de *Initio Nahum* ex Feria II. præcedente. Lectio *secunda* de Initio Habacuc ex Feria III. præced. Lectio *tertia* de *Initio Sophoniæ* ex Fer. IV. præced. Feriâ VI. (in quam tunc cadebat Festum Simplex S. Petri Alexandr. Mart.) Lectio *prima* erat de *Initio Aggæi* ex *Feria V.* præcedente, eò quòd heri aliarum anteriorum Prophetiarum Initia fuerint ponenda. Lectio autem *secunda* fuit de *Initio Zachariæ* ex *Feria VI.* currente. Lectio *Tertia* propria de Festo hodierno simplici. Sabbatô denique [quô eô annô fiebat de S. Maria in Sabb.] prima & secunda Lectio fuit de *Initio Malach. Proph.* ex die currente. Tertia de B. V. ex Mense currente, ùt ibi post Horas Officij de B. Maria in Sabbat. Quid si [inquiet hîc Nonnemo] Lectiones S. Chrysogoni unirentur pro casu, ut duo Initia Prophetarum poni possint, secus omittenda? R. Id mihi non improbari, si utriusque, aut alterutrius, omissio aliter nequeat vitari; alioquî sequenda erit praxis paulò antè relata Directorii Romani. *Responsoria* tamen, ut suprà iteratò monui, semper in feriali Officio Sumuntur ex Feria currente, non autem ex alijs, aut alia diversa, ex qua, aut quibus quandoque desumuntur *Initia Prophetiarum*, nisi coincidant cum Responsorijs Feriæ currentis.

Quando alicubi Feriæ hujus, aut præcedentis Hebdomadæ sunt impeditæ Festis Locorum proprijs habentibus in I. Nocturno proprias Lectiones necessariò ponendas [eò quòd v. g. S. Catharina, aut S. Conradus Episcopus & Patronus Diœcesis Constantiensis incidens in 26. Nov. sint Duplex 1. Classis in sua Ecclesia] ità, ut non ampliùs aliqua vacet dies, in qua reliqua Prophetarum Initia

legi possint, tunc omitti possunt illa Initia Prophetar: quæ locum non habent: quia Rubrica suprà cit: jubens ea ponere n. 7. ait: *Quoad Commodè fieri poterit*; parúmque refert, si in Ecclesia aliqua particulari non legatur de omnibus Prophetis aliquò annô. *Gav. Tom. 2. Sect. 6. c. 21. n. 13.* Notat tamen Arnaudus *Tr. 2. P. 1. T. 19. n. 4.* decretum esse in postrema Breviarij Recognitione, ut, si Festa *Patronorum* solummodo *minùs Principalium* incidant in Feriam, vel Ferias, in quâ, vel quibus poni necessum sit *Initium* alicujus *Propheta*, Lectiones in I. Nocturno non eas esse dicendas, quas alioqui proprias in illo qua tale habet, sed eas, quæ sunt de Initio unius vel plurium Prophetiarum, eo die primo ponendarum.

Quando Feria IV. aut V. aut VI. hujus Hebdomadæ fit de ea, & postridie sequitur Vigilia S. Andreæ Apost: tunc Feria antecedente illam Vigiliam integræ Vesperæ dicuntur de Feria illa currente [attamen sub Precibus ferialibus] cum Oratione Dominicæ præcedentis, ac Commoratione solummodo de S. Saturnino Mart: cui subjunguntur Commemorat: de S. Cruce, & consuet: Suffragia Sanctor: quia cùm Festum Simplex S. Saturnini in sequenti die non habeat Officium, propter Vigiliam occurrentem, etiam non convenit illud habere primas Vesperas in præcedenti die, quas alioqui præcedenti Feria haberet à Capitulo, in Vigiliam, aut diem taliter impeditam non caderet. *Rubr. Gen. T. n.* & *XI. n. 9.* ac 10.

Quomodo deinceps ordinandum sit *Officium* & *Missa* respectivè in Dominicis & *Ferijs* per Adventum, Videatur infrà *Tit. 63.* ac cæteris deinceps.

TITULUS LVIII.

De Dominica, ac Hebdomada XII. post Pentecosten, nec non de reliquis usque ad Dominicam XXII. post Pentec: Speciatim.

Dominicâ XII. ac reliquis post Pentecosten [si de ijs fiat Officium] *Lectiones* I. & II. Nocturni cum suis *Responsorijs* semper sumuntur ex illa respectivè Dominica Mensis, pro Tempore currentis, in quam incidit hæc vel illa numerô Dominica post Pentecosten, prout ibi notantur in I. Parte Proprii de Tempore: v. g. Si Dominica XII. post Pentecosten incidat in Dominicam I. Augusti, *Lectiones* I. & II. Nocturni pro Dominica XII. post Pentec: sumentur ex Dominica I. Augusti;

sti; Si verò in aliam Dominicam illius Mensis (v. g. in IV.) incidat, tunc ex illâ aliâ sumentur, & sic de alijs Dominicis subsequentibus usque ad Adventum. Idem est de *Antiphona* ad *Magnificat* in I. Vesperis talis Dominicæ post Pentecosten : *Lectiones* verò III. Nocturni, uti & *Antiphona* ad *Benedictus*, & ad *Magnificat* in II. Vesperis, nec non *Oratio* pro currente Dominica post Pentecosten sumuntur ex II. Parte PROPRII de TEMPORE, prout ibi pro quavis Dominica post Pentecosten per annum occurrente annotantur, ubi *Homilia* & *Orationes*, à Dominica III. post Pentecosten inclusivè, usque ad Dominicam I. Adventûs exclusivè in Dominicis post Pentecosten dicendæ per Ordinem sunt dispositæ, unà cum *Antiphonis* prædictis ad *Benedictus* & ad *Magnificat*. Reliqua omnia tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam* dicuntur respectivè eô proportionaliter modô, quô in DOMINICA III. post Pent. & DOMINICÂ I. AUGUSTI suprà fol. 211. & fol. 227. dici debere ostensum est, adhibetúrque semper *Col. Viridi* in illis Dominicis, nisi infra aliquam Octavam occurrant ; tunc enim, etiam in *Missa* de Dominica adhibetur Color conveniens Festo, de quo Octava celebratur, etiam ab illis, qui Festum ejusmodi non celebrant cum Octava, si in Ecclesia celebrante illud cum Octava celebrent de tali Dominica, possúntque & ipsi apponere Cõmemorationem de Octava occurrente in illa Ecclesia, in qua celebrant, servatâ Rubricâ de omittenda 3. Oratione in Dominicis infra Octavam aliquam occurrentibus, nisi fortè insuper facienda sit Commemoratio de Festo Simplici simul occurrente : vicissim, si illi, qui celebrant Festum aliquod cum Octava in sua Ecclesia, celebrent tali Dominica in aliena Ecclesia, in qua Officium & Missa dicitur de Dominica in Paramentis Coloris Missæ Dominicali convenientis, possunt & ipsi, facientes sacrum de Dominica infra Ecclesiæ suæ Octavam occurrente, uti ijsdem Coloribus Paramentorum, quibus utuntur alienæ illi Ecclesiæ adscripti, & nihilominus perinde, ac in sua Ecclesia, facere Commemorationem de sui Festi currente Octava, omissa 3. Oratione in Missa de Dominica. Ità enim quoad utrumque decrevit, ac respondit Sac. Rit. Congreg. die 11. Junij 1701. à P.P. Tertij Ordinis S. Francisci super hoc, & alijs nonnullis punctis consulta, uti videre est apud Franc. Monacelli in Formulario Legali practico P. 2. Tit. 13. n. 29. Qui ibidem prædictum Sac. Congr. Decretum allegans, insuper addit, Sacerdotem extrum diebus Dominicis, aliisque diebus, quibus in Religiosorum Ecclesijs celebratur Festum de Sancto sui Ordinis sub Ritu duplici, in ejusmo-

modi Religiosorum Ecclesia celebrantem non tantùm posse, sed etiam debere se conformare Religiosorum illorum Ritui quoad Missam, eámque de ejusmodi Sancto, non autem de Dominica, vel alio Festo, multò minùs de *Requiem* dicere, esto illa cum Officio proprij Calendarij non conveniat, modò Festum illud apud eos Religiosos celebretur cum Solennitate, & concursu populi: Unde, juxta idem Decretum etiam conformare se possunt in Missa cum Religiosis illius Ecclesiæ quoad *Credo*, & quoad numerum Orationum more Duplicium. Vicissim, ut ex ejusdem Decreti Responso ad Quæsitum 2. constat, Regulares diebus illis, quibus propria Officia celebrant sub Ritu duplici, celebrantes in alienis Ecclesijs non possunt celebrare Missas cum proprijs suis Officijs concordantes, sed debent se alienæ Ecclesiæ Ritui conformare, & servatis servandis Missam de Festo illic celebri dicere, modò, ut antè dictum, ibi celebretur cum Solennitate, ac concursu populi.

Quòd si *Festum Duplex*, aut *Dies Octava* alicujus Festi in hujusmodi Dominicis post Pentecosten occurrat, fit de eo Festo, aut de *Die* illa *Octava*; aliter tamen, si Festum illud sit *Duplex minus*, aut *majus*, & aliter, si sit *Duplex* 1. vel. 2. *Classis*, ut ibidem, nempe Dominica III. post Pentecosten, est declaratum: de die autem infra Octavam in tali Dominica occurrente fit solummodo Commemoratio; *Festa* verò alia *Semiduplicia* in ejusmodi Dominicis occurrentia transferuntur in diem primè non impeditam, qualis impedita dies non semper est dies infra Octavam respectu *Semiduplicis* nomen ad *unum diem translati*: nam si Festum Semiduplex occurrat in Dominica *infra Octavam*, quæ admittit Festum Semiduplex (ut admittunt Octavæ omnes, Octavâ Ss. Corp. Christi consequentes, aliæque *non privilegiatæ* tunc tale *Festum Semiduplex* transfertur in sequentem Feriam II. quæ sit impedita Festô aliô 9. Lectionum, transferri id debet post Octavam; nè scilicet (ùt notat Gavantus) nimiùm interturbetur *Octava*, ac numerus Dierum, quibus de illa fit Officium, nimis minuatur: Unde *Festum Semiduplex* occurrens infra Octavam Ss. Corporis Christi (illa quam, utpote privilegiatam, de Festo *Semiduplici*, seu *occurrente*, in *translato* fieri non potest) si ei misceantur, aut eam proximè sequantur Octavæ *Nativitatis S. Joan. Bapt.* ac *Ap. Petri & Pauli*, transferri debet post omnes Octavas. Idem est de *Semiduplici*, quod jam ante aliquam Octavam translatum est (eò quòd non suo proprio die, nec aliquo alio posteriore ante ingruentem aliquam Octavam celebrari potuerit, ob diem omnes Festis alijs 9. Lectionum im-

pe-

peditos, nam etiam tale Semiduplex post unam, aut etiam plures quandoque Octavas transferri debet. Vide dicta Dominicâ III. post Pentec: & Dominicâ I. Augusti: quæ, sive fiat *Officium* de *Festo*, sive de *Dominica*, in hisce Dominicis post Pentec: semper sunt præ oculis habenda, eisque utrorumlibet *Officia* cum suis *Missis* conformanda. Quia tamen circa DOMINICAM XXII. post Pentec: ac reliquas deinceps usque ad Adventum insuper nonnulla alia specialia, ac ipsis propria veniunt observanda, ideo de illis sub proprijs earum Titulis paulò pòst ex instituto dicetur, quid circa illas insuper præter jam dicta sit observandum.

Ad FERIAS infra Hebdomadam XII. ac reliquas post Pentec: occurrentes quod attinet, tam *Officia*, quàm *Missæ*, infra unamquamque Hebdomadam dicenda, eô proportionaliter modò in ijs sunt ordinanda, quô suprà Hebdomadâ III. post Pentecosten, eundo per singulas illius Hebdomadæ Ferias, ad longum à nobis fuit declaratum; nec modò ibi dicta circa singulas *Ferias* (sive de *ijs*, sive de *Festis* fiat *Officium*) infra hæ quoque Hebdomadas diligenter sunt observanda, sed etiam illa, quæ in *Dominicis*, ac *Hebdomadis* uniuscujusque Mensis à Dominica I. Augusti usque ad Dominicam I. Adventús, circa *Vigilias*, ac *Feriæ* 4. *Temporum*, nec non circa primò ponenda *Initia Librorum Sac. Scriptura*, & *Responsoria nondum posita*, aliáque similia peculiariter superiùs annotantur: nominatim verò curandum, ut, quæ Rubricæ Breviarij, ac Missalis de dicendo hoc Tempore in Choro primâ cujusque Mensis *Die*, non impeditâ Festô 9. Lectionum, *Officiô Defunctorum*, unà cum *pridianis* eorumdem *Vesperis*, nec non de dicenda *Missa principali* generaliter pro Defunctis tum *primâ die Mensis* similiter non impeditâ, tum etiam quâvis *Feriâ* II. in qua fit de Feria (cum certis tamen limitationibus, ac exceptionibus) uti & de dicenda in Missis alijs Oratione *Fidelium* præscribunt: id quod pariter pluribus suprà *Tit. V.* à fol. 22. & *Tit. 33. à fol.* 217. Feria II. infra Hebdomadam III. post Pentec: reperies declaratum.

TITULUS LIX.

De Dominica XXII. post Pentecosten, ac Feriis eam Subsequentibus.

DOMINICÂ XXII. post Pentec: ac Feriis eam subsequentibûs, omnia, tam quoad *Officia*, quàm quoad *Missas*, fiunt ac dicuntur ad

Normam præcedentium Dominicarum post Pentec: observando ea, quæ Dominicâ, ac Hebdomadâ III. post Pentecosten, nec non paulò antè Titulo proximè præcedente in medium sunt allata: unum tamen quoad *hanc Dominicam* specialiter monendum occurrit; quòd scil. quando hæc Dominica incidit in *Festum S. Martini* Episc: ac Conf: (uti factum 1696.) vel in *Diem*, quô ex præcepto Superioris Ecclesiastici dicenda est, pro publica v. g. necessitate, Oratio: *DEUS Refugium &c*, in priori Casu in *Missa* de S. Martino, habente eandem Secretam cum Dominica XXII. simul occurrente, & exigente sui Commemorationem in Missa de Festo duplici, Oratio Secreta pro Dominica XXII. sumenda sit ex Missa Dominicæ XXIII. post Pentec: in posteriori autem casu, quô dicta Dominica, aut etiam simul Festum S. Martini incidit in tempus, quô dicenda etiam esset Oratio: *DEUS Refugium*, locô hujus Orationis dicenda sit cum correspondente sibi *Secreta*, ac *Postcommunione* Oratio eam proximè sequens, pro *quacunquè Tribulatione* inter Orationes ad diversa sub hoc Titulo posita in Missali, ac ità incipiens *Ne despicias omnipotens DEUS &c*: quæ enim Oratio Missæ Dominicæ XXII. post Pentec: non est diversa ob Oratione *DEUS Refugium*, & correspondens huic *Secreta*, ac *Postcommunio* etiam illa ipsa *Secreta*, & *Postcommunio*, quam habet illa Dominica, ide juxta Rubricam Gen. VII. Miss. n. 8. posterior Oratio (idem est Orationem *Secreta*, & de Oratione po Comunionem) comutanda est cu alia diversa, & quidem eâ, quam di in utroque casu, ùt ex cit: Rubr: Tom 1. P. 1. Tit. 7. n. 8 Lit. Q. probat Ga

Si Dominicæ post Pentec: fo rint solummodo viginti tres, tu locô Dominicæ sequentis vigesi tertiæ (hoc est ultimæ illius ann ponitur eâ Dominicâ *Officium*, a *Missa* Dominicæ XXIV. Officium a tem Dominicæ XXIII. cum sua Mi sa ponitur in Sabbato præcede non impedito Festo 9. Lectionum alioqui Feriâ VI. vel, si etiam h sit impedita, tunc alia proxime an teriori, infra hanc tamen Hebdom dem, Modô ac Ritu mox referendi

TITULUS LX.

De Dominica XXIII. post Pentecosten.

SI Dominica XXIII. non fuerit ultima post Pentecosten, tunc Officium ac Missa sient in ea, & de ea eôdem omnino proportionaliter modô ac Ritu, quô in Dominicis præcedentibus post Pentecosten; ver-

verò

verò *hæc Dominica* fuerit *ultima* post Pentecosten [quod ijs contingit annis, quibus Pascha incidit in diem 24. vel 25. Aprilis] tunc, quia ultimum locum inter Dominicas post Pentecosten [ob Rationem infrà afferendam] semper debet obtinere Officium *Dominicæ XXIV. post Pentec:* debet locò Dominicæ XXIII. post Pentec: juxta Rubricam huic Dominicæ præfixam eò annò poni Dominica XXIV. post Pentec. & de ea *Officium* ac *Missa*, fieri, ùt ibi, aut, si in eam incidat Festum aut Officium *Duplex*, saltem fieri Commemoratio, cum 9. Lectione de ead: in *Officio*, ac ultimo Evangelio in *Missa*; *Officium* autem Dominicæ XXXIII. post Pentecosten juxta eandem Rubricam tunc ponitur unà cum sua Missa in Sabbato proximè præcedenti, non impedito Festò 9. Lect: aut si Sabbatum illud ejusmodi Festò 9. Lect. sit impeditũ, Feriâ VI. illius Hebdomadæ similiter non impeditâ, dicendo tam *Officium*, quàm *Missam* de illa modò mox referendò. Quòd si autem tam Feria VI. quàm Sabbatum ejusmodi Festò sit impedita, tunc in aliquâ aliâ Feriâ illius Hebdomadæ, semper tamen illâ, quæ ex non impeditis viciniſſima est Sabbato, ùt ex Rubric: Gen. IV. Breviar: n. 4. probat Gavant. Dixi autem: *Sabbatò, aut Feriâ non impeditâ Festò 9. Lectionum*; nam sicut *Officium Simplex* B.V. in Sabbato alioquin occurrens, non impedit, quò minùs in tali Sabbato Officium ac Missa de ejusmodi Dominica anticipata fieri possit, ac debeat locò Officij de B. V. in Sabbato, ità etiam *Festum Simplex*, in Sabbato, aut aliâ Feriâ Festò 9. Lectionũ non impeditâ in ejusmodi casu occurrens, non impedit, quò minùs in Sabbato, aut, hôc impeditò, in alia ejusmodi Feriâ Officium fiat de Dominica anticipatò ponendâ, ùt rectè monet Gav: Tom. 2. S. 3. c. 5. n. 9. & 10. facienda tamen tunc est Commemoratio (sine Lectione) de Festo Simplici occurrente. Officium autem de Dominica XXIII. post Pentec: in casu talis ad *Sabbatum*, aut *Feriam aliam* anticipationis non est faciendum *Ritu Semiduplici* (ùt alioquin fieri solet in Dominicis, quæ propriâ suâ die ac Sede per annum celebrantur) sed *Ritu* tantùm *Simplici*, ac *Feriali*, dicendo nimirum omnia in Officio (etiam Versum tam ad Matutinum, quàm ad Laudes) de *Sabbato*, aut *Feria currente*, ùt in Psalterio, exceptis 3. Lectionibus Nocturni, quæ omissis, vel translatis (si sint Initium aliquod) Lectionibus Scripturæ illius Feriæ, dicuntur de Homilia Dominicæ XXIII. cum Responsorijs tamen Feriæ currentis; Antiphonâ quoque ad *Benedictus* pariter exceptâ, quæ, uti & *Oratio* Officij, dicitur de eadem Dominica XXIII. post Pentecosten, cum Commemoratione *Festi Simplicis* in

Laudibus, si quod occurrat, huic autem, vel (si nullum occurrat Festum Simplex) *Orationi* de Dominica subjungendo *Commemorationem de Cruce*, & post hanc *Commemorationes* Communes seu *Suffragia Sanctorum*. In Sabbato 1. Responsorium: *Laudabilis Populus &c* sumitur ex III. Nocturno Dominicæ I. Novembr: secundum verò (*Angustiæ mihi sunt*) & tertium (*Misit Dominus*) ex Feria II. eam subsequente juxta Rubric: 27. Gen: n. 5. *Missa* pariter dicitur tunc de Dominica XXIII. attamen sine *Glor:* & *Cred:* ac cum *Benedicamus* in fine, & cum Evang. ult: S. Joan. Si occurrat *Festum Simplex*, aut ratione Mensis, vel Feriæ II. dicenda sit Oratio *Fidelium*, tunc Oratio 2. erit de *Festo Simplici*, aut *Fidelium*. 3. verò *à cunctis*, alioquin hæc erit secunda, tertia autem ad libit: quòdsi simul occurrat *Festum Simplex*, & ratione Mensis vel Feriæ dicendum sit *Fidelium*; tunc si tantùm 3. dicantur Orationes, 2. erit Fidelium. 3. de Simplici. *Col. Virid.*

Quòd si tota ea Hebdomas (id est Dominicam 23. post Pentec: antecedens) in casu, quo post Pentecosten sunt tantùm Dominicæ viginti tres, sit impedita *Officijs* 9. *Lectionum*, etiam *translatis* (nam hæc quoque reddere diem, in quam transferuntur, impeditam, in postrema Breviarij Recognitione additum est) vel *Officijs* alicujus *Octavæ* alicubi occurrentis, adeoque nulla sit Feria, aut dies, in qua infra illam Hebdomadam anticipatò fieri dictô modo ac ritu possit *Officium* & *Missa* de Dominica XXIII. post Pentec: tunc ... xta suprà cit. Rubr: Gen. IV. n. 1. 4. & ... in *Sabbato* illius Hebdomadæ legenda est in Officio Festi nona Lectio ... Homilia Dominicæ XXIII. post Pentec: & de eadem Dominica facienda Commemoratio in Laudibus Festi cum Antiph: ac Oratione propria eidem Dominicæ, versum autem (*Replesumus*) pro facienda ea Commemoratione desumendo ex Sabbato, ... in Psalterio. Simili modô facienda tunc est de eadem Dominica XXIII. Commemoratio in *Missa* Festi, & ... fine illius Missæ legendum de ea ... Evangelium: Quæ omnia etiam procedunt in casu, quô totâ Septimana Festis 9. Lectionum impeditâ, in illâ Sabbatum incidit *Festum Duplex ... Classis*: esto enim hujusmodi Festum excludat Commemorationem Vigiliæ, non tamen excludit *Commemorationem Dominicæ anticipatæ cum ... de eadem Lectione in Officio*, & ... *Evangelio* in Missa: Quia cit: Rubr: Gen: IV. n. 1. & 4. loquitur universaliter, ac sine exceptione ullius Festi Duplicis. Rationem dat Gav. Tom. 2. Sect: 3. c. 5. n. 9. fin. At verò in Vesperis tam *primis*, quàm *secundis* nihil fit, nequidem Commemoratio de tali Dominica anticipatò celebrata, eô ipsô, quòd Ritu tantùm *Simplici feriali* celebretur: ... pro-

proinde in Vesperis Sabbati omnia eôdem modô dicuntur, ac fiunt, quô in Sabbatis præcedentium Dominicarum post Pentecosten : idémque etiam est de alia Feria, in qua, Sabbatô 9. Lectionum impeditô, quandoque modô antè descriptô ejusmodi Dominica celebratur ; cùm enim Officium de ea sit *Feriale*, terminatur id ad Nonam, nec habet 1. aut 2. Vesperas, nec aliquam Commemorationem in Vesperis hesternis aut hodiernis, de quocunque illæ sint, aut fuerint. Cæterùm si die præcedente talem Feriam aut Sabbatum, in qua, vel quo fiet Officium de Dominica XXIII. post Pentecosten, non occurrat Officium aut Festum 9. Lectionum, Vesperæ illius diei antecedentis totæ erunt feriales de die illa currente (sub Colore viridi) etiamsi postridie occurrat Festum aliquod simplex; quia enim de illo crastinum Officium ob Dominicam XXIII. cras anticipatò ponendam fieri non potest, nec convenit Vesperas de illo, ne quidem à Capitulo dici, adeoque solummodo de eo Simplici in Vesperis illis ferialibus fiet Commemoratio, esto nulla in illis fiat, nec fieri debeat Commemoratio de Dominica cras anticipatò celebranda. *Arg. Rubr: Gen:* XI. *n.* 10. Vide dicta suprà de Dominica III. & seqq: post Epiph: in genere; simúlque hîc nota, eos, quibus concessum est à Sede Apostolica, ut semel vel pluries singulis Hebdomadis, aut Mensibus possint dicere *Officium*, ac *Missam* v. g. de Ss. Sacramento, aut certis Sanctis, v. g. Ordinis Patrono, non posse vi talis Indulti seu Privilegij id facere eâ Feriâ, in qua juxta Rubricas est reponendum Officium Dominicæ, die suo celebrari impeditæ, non obstante, quòd Feria illa, ad quam anticipatur Officium talis Dominicæ, sit tantùm *Feria minor*: nec etiam obstante, quòd in ejusmodi Indulto non facta sit specialis mentio, seu exceptio *talis Feriæ*: ità enim declaratum esse à S. R. C. 1706. 20. Martij constat ex dictis *Feria IV. Cinerum.*

TITULUS LXI.

De Dominica XXIV. ac Reliquis post Pentecosten.

Dominicâ XXIV. post Pentecosten (quæ antiquitus, cùm Dominicæ nonnisi XXIII. post Pentecosten numerarentur, spectabat ad Adventum) licèt non semper sit, vocatur tamen *ultima*

post Pentecosten in Rubricis; eò quòd ejus *Officium* ac *Missa*, tanquam Præparatio ad Adventum, semper ultimô locô, hoc est *ultimâ* post Pentec: *Dominicâ* ponatur, utpote cujus Evangelium est de *fine mundi*, legendum idcirco etiam in *fine Anni Ecclesiastici*, qui incipit ab *Adventu*, & desinit *ante Adventum*, ut notat Gav: Tom. 1. P. 4. Tit. 12. n. 19. qui Tom. 2. Sect. 3. c. 5. n. 8. insuper addit: Ideo Dominicam XXIV. de Judicio futuro semper esse ultimam anni Ecclesiastici, incipientis ab Adventu; quia Ecclesia in toto anni curriculo repræsentare studet Christi Actiones à primo Adventu in carne, usque ad secundum in fine Mundi Adventum: unde sive sint pauciores post Pentec: Dominicæ, quàm viginti quatuor [nempe solummodo viginti' tres, quibus tamen pauciores esse non possunt] sive plures, nempe vel 25. vel 26. vel 27. vel denique viginti octo, quem ultimum numerum excedere non possunt, semper tamen in ultima post Pentecosten Dominica ponendum est *Officium*, & *Missa* illius Dominicæ, quæ in Ordine est XXIV. post Pentecosten in *Propr: de Tempore*; vel recitandô scilicet totum *Officium*, & *Missam* de ipsa, ùt ibi, ac Ritu præcedentium Dominicarum post Pentecosten [si *Festum Duplex*, aut *Dies Octava* alicujus Festi in ea non occurrat] vel faciendo saltem de ea *Commemorationem* in *Officio* & *Missa de Festo*, atque etiam 9. Lectionem in lo, & *ultimum* in hac *Evangelium* eadem Dominica dicendo, si *Duplex*, aut *Dies Octava* in illam incidat. Quia verò *Dominicæ* cum *prijs Orationibus*, ac *Evangelijs* in Breviario assignantur post Pentecosten solummodo viginti quatuor, cùm tamen aliquando à Pentec: usque ad Adventum occurrant plures, & 24. assignatis semper *ultimum* locum debeat obtinere *vigesima quarta*, ideo eæ Dominicæ, quæ in tali casu post Dominicam XXIII. post Pentec: occurrunt, ac propriam *Orationem* & *Evangelium*, seu *Officium* non habent, suppleri eô annô debent ab illis Dominicis, quæ illô annô post Epiphaniam *superfuerunt*, hoc est, celebrantur *ante Septuagesimam* non potuerunt, transferendo nimirum eas post Dominicam XXIII. post Pentecosten Ordine mox referendô. Porrò ut *Officio* ac *Missæ* Dominicæ XXIV. post Pentecosten *suus* semper, hoc est *ultimus*, constet *locus*, sive dein Dominicæ post Pentecosten sint præcise 24. sive pauciores, sive etiam plures; ideo Rubricæ Brèviar: ac Missal: tum generales, tum speciales statuunt sequentia, scilicet I. ut, si Dominicæ post Pentecosten essent tantùm 23. tunc locô Dominicæ 23. post Pentec: poneretur Officium Dominicæ Vigesimæ quartæ, Dominicæ verò vigesimæ tertiæ *Officium* poneretur cum sua *Missa* in Sabbato præcedente.

denti &c, modò Titulo præcedenti commemoratò. II. si autem Dominicæ post Pentecosten essent præcisè viginti quatuor [uti sunt hoc annò 1710.] tunc *Officium* & *Missa* in Dominica XXIV. post Pentecosten ponerentur omnino, ùt ibi notantur in Proprio de Tempore hâc eâdem Dominicâ XXIV. III. si denique Dominicæ post Pentecosten essent plures viginti quatuor, tunc post Dominicam XXIII. post Pentecosten resurrentur [solummodo tamen loquendo de *Officio*, quoad *Orat. Homil.* ac *Antiph. ad Benedictus*, & ad *Magnificat*] illæ Dominicæ, quæ eò annò post Epiphaniam superfuerunt, eò quòd illis ante Dominicam Septuagesimæ ponendis (ob hujus celeriorem Adventum) locus non fuerit, ac proinde ad complendum numerum 30. Dominicarũ, quæ ab Epiphania usque ad Septuagesimam, & à Pentecoste usque ad Adventum esse possunt, omnino sunt necessariæ, ne ulla ex ijs Dominicis vacet, quin saltem de ea fiat Commemoratio &c, si de illa totum Officium fieri nequeat, ob occurrens in ea *Festum*, vel *Officium* Duplex. *Ordo* autem, quò Dominicæ illæ, quæ post Epiphaniam aliquando supersunt, postmodum post Dominicam XXIII. post Pentecosten unà cum suis Missis ponendæ sunt, juxta Rubricas Breviarij, ac Missalis Romani est *iste*:

Si Dominicæ post Pentecosten fuerint XXV. Dominica XXIV. post Pentecosten erit Dominica VI. quæ superfuit post Epiphaniam, prout notatur post Dominicam XXIII. post Pentecosten, ac ante Dominicam XXIV. seu *ultimam* post Pentecosten in Proprio de Temp.

Si Dominicæ post Pentecost: fuerint XXVI. tunc Dominica XXIV. post Pentecosten erit Dominica V. quæ superfuit post Epiphaniam; XXV. autem tunc erit illa, quæ post Epiphaniam est VI. uti in eod: Propr: de Temp. post Dominicam XXIII. ambæ notantur.

Si Dominicæ post Pentec: fuerint XXVII. tunc Dominica XXIV. post Pentec: erit Dominica IV. quæ superfuit post Epiphaniam; XXV. autem post Pentec: erit Dominica V. quæ superfuit post eand: Epiphaniam; at verò XXVI. post Pentec: tunc erit Dominica VI. quæ superfuit post Epiphaniam, uti ibid: post Dominicam XXIII. notatur.

Si denique Dominicæ post Pentec: fuerint XXVIII. tunc Dominica XXIV. post Pentec: erit Dominica III. quæ superfuit post Epiph: XXV. autem tunc erit Dominica IV. quæ superfuit post Epiphaniam: XXVI. verò erit Dominica V. quæ superfuit superfuit post Epiph: ac demum XXVII. erit Dominica VI. quæ superfuit post Epiphaniam, prout & ipsæ notantur post Dominicam XXIII. ac ante Dominicam XXIV. post

Pen-

Pentecosten in Proprio de Tempore.

Ultimò verò *locò* semper ponitur illa Dominica, quæ ibi ponitur in Ordine XXIV. ac extat eod: locò in Breviar: Rom: post Dominicam VI. quæ superfuit post Epiphaniam, sub Nomine etiam *Dominicæ ultimæ* post Pentecost.

Quemadmodum verò, quando post Pentec: Dominicæ sunt *plures*, quàm viginti quatuor, post Dominicam XXIII. post Pentecosten eæ Dominicæ, quæ eô annô post Epiphaniam superfuerunt, resumuntur, quantum spectat ad *Officium* (juxta superiùs dicta tamen solummodo quoad *Orationem*, nec non quoad *Lectiones in III. Nocturno*, ac *Antiphonas* ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, non autem etiam quoad Lectiones I. & II. Nocturni) ità quoque, quando ob occurrentes post Pentec: plures, quàm tantùm 24. Dominicas, post Dominicam 23. post Pentecosten resumuntur, Ordine suprà descripto, *Missæ* earum Dominicarum, quæ annô illô post Epiph: superfuerunt, resumendæ illæ sunt solummodo quoad *Orationes*, *Epistolas*, & *Evangelia*, non autem etiam quoad *Introitum*, *Graduale*, *Offertorium* & *Communionem*, hæc enim semper, etiam in hujusmodi Missis resumptis dicuntur ùt in Dominica 23. post Penrec: ùt expressè monet Rubrica Missalis, extans ad finem Missæ XXIII. post Pentecosten: unde ma piter errant, qui, quando v. g. Dominicâ 27. post Pentec: resumenda Missa Dominicæ VI. post Epiphaniam, dicunt Missam totaliter, prout notatur ipsâ Dominicâ VI. post Epiphaniam, etiam quoad *Introitum*, *Graduale*, *Offertorium*, & *Communionem*; dicenda enim est non ùt in pro Tempore ante Septuagesimam in Missali notatur, sed prout notatur post Dominicam 24. post Pentecosten in eodem Missali, & sic etiam de alijs Dominicis, ex ijs, quæ superfuerunt post Epiphaniam, post Dominicam XXIII. post Pentec: resumendis.

Quid verò agendum, & quomodo Ordinandum sit *Officium*, ac Missa quando contingit, ut Dominica II. vel IV. vel. V. vel VI. ità superest post Epiphaniam, ut ob citiùs advenientem Septuagesimam nec omnes poni possit, nec etiam post Dominicam XXIII. post Pentecosten (ob pauciores eô annô ante Adventum Dominicas) dictum est suprà Tit: VI. De Dominica III. & cæteris post Epiphaniam in generè, à *fol.* 28.

TITVLVS LXII.

De Sabbato ante Dominicam I. Adventûs.

SI Sabbatô Dominicam I. Adventûs præcedente Officium fuit factum de *S. Maria in Sabbato*, aut de *Vigilia S. Andreæ* (quæ est una ex illis, quæ *jejunantur*) tunc ad *Vesperas* dicuntur Antiphonæ, & Psalmi feriales, utì notantur in Sabbato per annum in Psalterio: à Capitulo autem fit *Officium* de *Dominica I. Adventûs* sub Ritu *semid.* 1. *Classis*, dicendo de illa Capitulum, Hymnum, ac Versum, nec non Antiphonam ad *Magnificat*, & Orationem, utì notantur in Sabbato ante Dominicam I. Adventûs in Parte Hyemali Breviarij, cum Commemoratione Festi Simplicis, si quod cras alicubi occurrit. At verò Commemorat: de Cruce, & Suffragia Sanctorum (alioquin ad Vesperas ac Laudes, exceptis Duplicibus, & infra Octavas juxta propr: Rubric: & Gener: 35. dici solita) omittuntur ab his Vesperis usque ad Octavam Epiph: inclusivè; illa quidem, ne Christus videatur passus, antequam natus, hæc autem, ne ante Christum natum implorare videamur eorum opem, quos ipse Christus suo Adventu Sanctitatem docuit: omittimus quoque Commemorat: de Pace, utpote quæ ante ejus Nativitatem non fuit, sed eo nato ab Angelis est data Hominibus bonæ Voluntatis: ac denique, quia adveniente Principe cedunt alij, ùt ex Joan. Azorio, & Gulielmo Durando notat Gav. *Col. Violac*: In fine *Vesperarum* hodierni Officij post dictum: *Dominus det nobis suam pacem &c.* Subjungitur in Choro (siquidem in eo Vesperæ à Completorio separantur) extra Chorum verò in fine Completorij Antiphona: *Alma Redemptoris &c:* quâ ipsâ terminatur etiam Completorium suo Tempore in Choro. Atque hoc modo tam intra, quàm extra Chorum terminatur Officium etiam deinceps quotidie usque ad Completorium diei Purificationis exclusivè cum aliqua tamen Varietate: nam in Adventu (qui durat usque ad 1. Vesperas Nativitatis Domini exclusivè) subjungitur Antiphonæ *Alma Redemptoris*, quotiescunque hæc dicitur, Versus: *Angelus Domini nuntiavit &c*, ac Oratio: *Gratiam tuam &c*; à 1. Vesperis autem Nativit: Domini usque ad Purificationem subjungitur eidem Versus: *Post partum &c*, ac Orario: *DEUS, qui salutis æternæ*, ùt ibi. Eadem Antiphona *Alma Redemptoris* (par ratio

est de reliquis Antiphonis B. V. in fine Officij pro Varietate Temporis recitari solitis) cum dicta Variatione quoad *Versum* ac *Orationem*; præterea extra Chorum dicitur etiam in in fine Matutini post Laudes, si tunc terminandum sit Officium; alioqui, si alia Hora subsequatur, in fine ultimæ Horæ, non equidem ratione Horæ, sed ratione Matutini ac Laudum: quando tamen istæ separantur à Matutino in fine hujus non dicuntur hujusmodi Antiphonæ finales. Possunt tamen (Teste Gavanto Tom. 2. Sect. 5. c. 22. n. 31. semper dici post quamcunque Horam ex devotione à privatim Horas recitantibus. In Choro autem semper dicuntur hæ Antiphonæ, quandocunque terminatâ aliquâ Horâ discedendum est à Choro, etiam post Horam Officij parvi B. V. ut recessuri salutent priùs B. V. quam initiô cujusque Horæ salutaverant Salutatione Angelica, Vice cujus in fine Officij dicuntur hæ Antiphonæ post Orat: Dominicam. Nunquam verò dicuntur post aliquâ Horam, quando sequitur cum Officio diei *Officium Defunctorum* etiam ex devotione recitandum, vel *septem Psalmi Pœnitentiales*, vel *Litaniæ*, exceptô *Completoriô*; ad hujus enim Finem post Benedictionem ibi positam semper dicitur (præterquam in ultimo Triduo majoris Hebdomadæ) ea Antiphona de B. V. ex ibi positis, quæ convenit Tempori, etiamsi paulò ante enumerata subsequantur: v. g. ex devotione. Nunquam etiam dicuntur prædictæ Antiphonæ, quando post aliquam Horam subsequitur *Missa*. Oratio tamen mentalis post Horas non tollit ejusmodi Antiphonas finales, sed debent nihilominus dici, licèt à Choro non discedatur. Dicendæ etiam sunt, quando Concio fit absolutis Vesperis, & quidem ante Concionem, nisi statim post Concionem sequatur Completorium. Præterea si Missa longiori mora differatur, eo in casu perinde sunt dicendæ, ac si discedendum esset à Choro. Si Finitâ Missâ nulla sequatur Hora, eô casu non sunt dicendæ (secluſa legitima consuetudine) neque post *Officium Defunctorum*, aut *Psalmos Pœnitentiales*, aut *Litanias* &c. & similia. Arnaud. & Gav: loc. cit.

Quoties autem sunt dicendæ, dicuntur flexis genibus [præterquam in diebus Dominicis à 1. Vesperis Sabbati, & toto Tempore Paschali. Hebdomadario tamen ad *Orationem* Surgente: Huic autem subjungitur Oratio Dominica, salutatio Angelica, & Symbolum Apostolorum, eáque omnia pariter flexis genibus, exceptis diebus paulò ante commemoratis, quibus utì Antiphonâ, ita & ipsa stando dicuntur. Porrò sicut hic Ritus stando incipit à 1. Vesperis Dominicæ, non autem à media nocte, ità desinit in occasu solis ejusdem Dominicæ, more Indulgentiarum post

post quem proinde [inquit Gav.] non ampliùs est standum in Oratione : quod observari proinde nominatim Is vult ab ijs, qui præcedente Dominica post Salutationis Angelicæ signum, sub noctem dari solitum, recitant Officium pro sequente Feria II.

Quando *Sabbatô ante Dominicam I. Adventus* factum est de Festo novem Lectionum, tunc si illud Festum fuit *Semiduplex*, Vesperæ ejus secundæ dicuntur usque ad Capitulum de Festo, à Capitulo autem de Dominica I. Adventûs modô antè declaratô, cum Commemoratione tamen illius Festi, omissis, ùt suprà, Suffragijs, ac terminando Officium per Antiphonam: *Alma Redemptoris*, ùt ibid. *Col. Viol.* Simili quoque modô dicendæ sunt Vesperæ, quando Sabbato ante Dominicam I. Adventus factum est Officium de die infra Octavam (esto *Missa* facta fuerit de *Vigilia*) nam & tunc usque ad Capitulum dicentur de die infra Octavam, à Capitulo autem de Dominica cum Commemoratione de die infra Octavam, omissis tamen ad Completorium Precibus. Quòd si verò Festum illud fuerit Duplex, tunc totæ Vesperæ erunt de Festo, fiet tamen Commemoratio de Dominica I. Adventus, etiamsi Festum illud fuerit 1. aut 2. Classis; quia etiam in horum 2. Vesperis fit Commemoratio de quacunque sequente Dominica, præsertim si illa Dominica sit una ex Majoribus, uti est Dominica I. Adventus. In fine : *Alma Redemptoris &c.* Color Festo Conveniens. Si denique crastinâ Dominicâ Adventûs (par ratio est de qualibet alia Dominica illius) occurrat *Dies Octava* alicujus *Festi*, tunc Sabbato præcedenti Vesperæ non dicentur de *Die Octava*, sed usque ad Capitulum de Sabbato, uti in Psalterio per annum, cum Antiphonis & Psalmis ferialibus, ùt ibi, à Capitulo de Dominica Adventûs, ùt suprà, cum Commemoratione *Diei Octavæ*, ùt in 1. Vesperis Festi : intellige tamen, si Sabbato illo præcedente non fuerit factum Officium Duplex, aut Semiduplex; nam si fuit factum Officium Duplex, tunc totæ Vesperæ erunt de Festo, de die Octav: autem fiet tantùm Commemoratio, ut in 1. Vesperis Festi, & quidem primùm post Commemorationem de Dominica Adventûs: si autem Sabbato illo præcedenti factum fuerit Officium *Semiduplex*, tunc Vesperæ usque ad Capitulum, erunt de illo, à Capitulo autem de Dominica cum Commemoratione primâ de Festo Semiduplici (utpote de quo fuit hodie Officium) secundâ autem de die Octava (ut in 1. Vesperis Festi) utpote quæ nec hodie, nec cras habebit Officium: omittentur tamen hodie & cras Preces ad *Completorium & Primam*, aliòquin in Dominicis ac Officijs semiduplicibus extra Octavas occurrenti-

bus dici solitæ. Atque ità apud Gav. Tom. 2. Sect. 3. c. 8. n. 13. quoad *Dies Octavas* in Dominicis privilegiatis (cujusmodi præter 4. Dominicas Adventus, sunt etiam Dominica Septuagesimæ, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ) aliquando & alicubi occurrentes, observari mandavit Sac. Rit Congr. die 9. Nov. 1622. ob Rationes ibidem relatas à Gav. Vid. dicenda P. II. die 9. & 10. Decembr.

Hodie serò Clauduntur Nuptiæ, id est, *ex Decreto, Sacros: Concil: Trid: sess.* 24. *c.* 10. *de reform. matrim: nequeunt solenniter celebrari Nuptiæ à Dominica I. Adventûs usque ad Festum Epiphaniæ, sub diem 6. Januarij inclusivè.*

TITULUS LXIII.

De Dominica I. Adventus, ac Ferijs eam Subsequentibus.

QUia totus *Ordo* Ecclesiasticus *Officiorum Divinorum* hujus Temporis dispositus ac institutus est à Matre Ecclesia juxta contemplationem triplicis Adventus Domini, nempe unius, quô venit, *ut Homo fieret*, dein alterius, quô venturus est in *fine vitæ cujusque nostrum*, ac denique tertij, quô venturus est *in fine Mundi*, ac horum *primus*, observante Durando, *spem* generat, *secundus* & *tertius* verò *Timorem* incutit, ideo Tempus Adventûs Domini (ut notat Gav: Tom. 1. P.4. Tit. 1.) partim est *Tempus luctûs*, partim verò *lætitiæ* : unde Icones & Altaria ex more quarundam Ecclesiarum partim velantur, partim aperta relinquuntur hoc Tempore : Eadem de causa *Alleluja* in quibusdam *Officijs de Tempore* omittitur, in quibusdam verò additur : omittitur enim post Graduale in Missis, quæ dicuntur in Ferijs de Adventu : additur autem Graduali Missæ Dominicalis, uti & multis Antiphonis, quæ eodem Tempore dicuntur. Tacetur Hymnus Angelicus in Missis de ipso Adventu, non autem in Missis Festivis : non dicitur, Hymn: *Te DEum* in Officio de Tempore, bene autem in Officio de Festis. Præterea toto Tempore Adventus, quando Officium fit de eo, adhibetur Color Violaceus, etiam in illis Dominicis, quæ infra Octavam alicujus Festi occurrunt, adeoque omnia Altaria, etiam Tabernaculum Ss. Sacramenti ijs diebus debent ex præscripto S. R. C. esse parata Colore Violaceo Teste Bauldryo, cùm tamen extra Adventum, & illud Tempus, quod est à Septuagesima

usque

usque ad Sabbatum Sanctum, in Dominicis infra Octavas occurrentibus etiam in *Officio* & *Missa* de Dominica adhibeatur. Color Festo conveniens: Diaconus & Subdiaconus in majoribus Ecclesijs (puta Cathedralibus, Collegiatis, & insignioribus Regularium) in Missis de Adventu utuntur planetis plicatis ante pectus, idque ex dispositione Missal. & Sac. Rit. Congr. Decreto, exceptâ Dominicâ III. quæ dicitur *Gaudete*, in qua utuntur Dalmaticis consuetis & Tunicellis, uti & in Hebdomada Dominicam illam subsequente, quandotamen dicitur Missa de eadem Dominica Hebdomadâ hanc subsequente. Planetæ autem illæ sunt ejusdem formæ & Coloris, cujus est Planeta celebrantis, & vel tantùm plicantur intrinsecus usque ad pectus, vel revolutæ aciculis, aut quibusdam vinculis firmantur, ne pars earum anterior decidat; finitâ autem Missâ possunt eædem aciculæ aut vincula auferri, & sic eædem Planetæ etiam Sacerdotibus alijs pro celebratione Missarum inservire, uti post Bauldryum P. 4. c. 1. observat Gerlac: Vinit: in Compend. Sac. Rit. P. 6. Tit. 1. ubi etiam declarat *Ordinem* ac *Tempus* deponendi ac resumendi ejusmodi Planetam, uti & stolam latiorem sumendi ac deponendi, à Subdiacono, & Diacono respectivè observandum in Missa solenni. In *Minoribus* verò *Ecclesijs* Diaconus ad Missam solennem Ministrat tantùm indutus Albâ, stolâ, & Manipulo Coloris Violacei, Subdiaconus autem Albâ & Manipulo tantùm: Exceptâ tamen iterum Dominicâ tertiâ Adv: & ijs diebus, in quibus dicitur Missa de ead: Dominica: quia tunc utuntur Dalmaticâ & Tunicellâ, &c. ùt ibi.

Causas tum *Mysticas*, tum *Historicas*, tum horum, tum omnium universim *Caremoniarum*, & *Rituum*, in Ecclesia Orthodoxo-Catholica non modò per Adventum, sed & per reliquum totius anni decursum usurpari solitorum, vide apud Gavant: & A.A. ab eod: citatos. His de Adventu generatim præmissis, nunc ad *Singular. Domnicar.* & *Hebdomadum* illius usq; ad Nativitatem Domini inclusivè Declarationem progredior.

Dominicâ I. *Adventus* est *Dominica Major* 1. *Classis*, ac proinde una ex illis, quæ nunquam omittuntur, sùntque ità Privilegiatæ, ut quodcunque Festum in illis occurrens illis cedere ac transferri debeat in diem aliam non impeditam: imò si etiam alicubi *Titulus*, aut *Festum Patrocinij* (v. g. Lucernæ, ubi Templum Soc. Jesu S. Francisco Xaverio gaudet Patrono) in hac Dominica occurrat, & quidem non sine ingenti ad celebrandum alioqui Tale Festum populi concursu, non tamen fas esse ampliùs etiam in tali Ecclesia cantare 2. Missas, unam *de die*,

alteram de *Festo* per modum votivæ solennis ratione ejusmodi Festi Titularis, aut Populi concursûs ad celebrandum Festum, quòd transferri debet, constat ex recentiore Missalis Rubrica *de Translatione Festorum Tit. 6. n. 1.* Eâ tamen non obstante *votiva solemnis* de B. V. (vulgò ab ejus Introitu dicta *Rorate*) quotidie per Adventum, adeoque etiam hâc Dominicâ, ex recepta consuetudine in pluribus Germ. locis solet decantari. cum Gl. & Cr. Quia autem à Dominica 1. Adventus non modò totus Officiorum Ecclesiasticorum Ordo, sed etiam ipse *Annus Ecclesiasticus* suum sumit Initium, ideo ante omnia nôsse oportet, illam esse ac dici *Dominicam I. Adventûs*, quæ vel est proximior Festo S. Andreæ, vel venit in ipso Festo S. Andreæ, ùt eam Rubr: Gen: IV. n. 7. ex Durando L. 6. c. 2. describit; vel (ùt Alij cum Radulpho Propos. 16. loquuntur) quæ venit post crastinum S. Catharinæ; neque enim ante crastinum, neque in crastino ejus Sanctæ Virginis unquam contingit Initium Adventûs. Hôc prænotatô.

Fit *Officium* Dominicæ I. Adventûs Ritu semid: 1. Classis in hunc modum: Ad Matutinum Invitatorium: *Regem Venturum Dominum &c* ùt ibi; dicitúrque in Officio de Tempore (tam *Feriali*; quàm *Dominicali*) usque ad Dominicam III. Adventûs exclusivè. Hymnus: *Verbum Supernum prodiens &c*, pariter ùt ibi dicitúrque & ipse in alijs quoque Dominicis ac *Ferijs* per totum Adventum *Antiphonæ*, & *Versiculi* Singulorum Nocturnorum, uti notantur in Psalterio pro Tempore Adventus in parte Hyemali: *Psalmi* de eodem Psalterio ùt in Dominicis per annum. Lectiones, uti notantur in Proprio de Tempore. Responsorium I. hujus Dominicæ (*Aspiciens à longè &c*) tantum dicitur hac die, & quidem non omnino modò, quô ad longum ponitur in Recentioribus Breviarijs, nisi quod post *Gloria Patri &c* ab initio repetatur usque ad 1. Versum *Quique Terrigenæ &c.* exclusivè: continet illud tres Versus (quale nullum aliud est reperire in toto Breviario, nisi quòd etiam nonum Responsorium Officij solemnis Defunctorum præter Versum *Requiem æternam*, dum quoque habeat Versus) Qui tres Versus extraordinarij hujus Responsorij repræsentant ex mente Durandi 3. Ordines Sanctorum, qui *ante legem*, & *in lege*, ac *post legem* Salvatorem exspectârunt: ijs autem in fine additur *Gloria Patri* ad Laudandam Ss. Trinitatem, quæ tandem Redemptorem misit in mundum. Quoniam verò Modus dicendi Responsorium hujus Dominicæ quorundam Peritorum judiciô habendus videtur pro Norma ac Regula, cui universim in modo dicendi Responsoria majora accomodare se debeant Brevia-

viarij Recitatores, ideo occasione hujus Responsorij oritur, movetúrque hîc Quæstio: Qua ratione universim dicenda sint Responsoria majora, ac illa præsertim, quæ plures, id est duos vel tres continent Asteriscos, seu Stellulas? Quidam enim sic ea recitant, ut post primum Versiculum à primo Asterisco (*) totum repetant usque ad Versiculum: Alij verò repetunt Responsorium à primo Asterisco usque ad secundum Asteriscum, ac non ultra, & post secundum Versiculum, vel post *Gloria Patri &c*, repetunt secundũ Asteriscum: Quæritur igitur utrô horum, aut quô tandem modô dicenda ac repetenda sint post Lectiones Responsoria majora, ac ea præsertim quæ plũres habent Asteriscos, id est Stellulas? Ad 1. hujus Quæsiti Partem §. 1. observanda imprimis esse, quæ tum in Rubricis Generalib: Tit: XXVII. n. 2. & 8. nec non in proprijs Locis annotantur. §. 2. Tametsi ex præscripto antiquissimi Libri (cui Titulus: Ordo Romanus) apud Gav: Tom. 2. S. 5. c. 13. n. 5. Is, qui inchoat Responsorium, dicere etiam debeat Versum integrum, imò & *Gloria Patri* (par enim est ratio) cæteri verò de Choro id absolvere, ac repetere post Versum, & post *Gloria Patri*, ut *idipsum dicamus omnes* inquit Rupertus L. 1. de Offic: c. 15. *& non sint in nobis Schismata.* Hodie tamen (ùt notat Lohnerus Instr: pract: 2. P. 2. Tit. 1. §. 10. n. 7.) multorum contraria est praxis; in privata saltem Horarum Recitatione, dum Is, qui inchoat Responsorium, pergit in illo recitando usque ad Versum exclusivè, hunc autem, utì & *Gloria Patri*, recitat Is, qui Lectionem dixerat. Ad 2. verò Quæsiti partem Henr. Pisart. in Direct: Canon: Reflex: 16. ad Tit. 27. Rubricar: General: in hunc modum ex Gav: Respondet: Responsorium, inquit *à Respondendo deducit Rupertus; quia respondet Lectionibus, tristia tristibus, læta lætis succinente Choro usque ad* Versum, quô per Lectorem *pronuntiatô, fit Repetitio Partis Responsorij ab Asterisco* usque ad Versum; *&, si duobus Asteriscis divisum sit Responsorium fit tamen* post Versum adhuc *Repetitio Partis Responsorij à primo Asterisco usque ad* Versum; *ac tum post* Gloria Patri Repetitio alterius Partis Responsorij à posteriore seu *ultimo tantùm* Asterisco; eò quòd (ut apud Gav: notat Radulphus) Repetitio Responsorij post *Gloria Patri* debeat esse brevior, quàm ea, quæ immediatè fit post *Versum*, atque inde non rarò fit, ut ea periodus, quæ est ante Versum, dimidiata tantùm, aut ad huc magìs diminuta repetatur à Choro, ad denotandum (ut ibid: observat Radulphus) quòd *in gratiarum actione ad DEUM imparesimus, ac diminuti:* utraque insuper Responsorij Repetitio regulariter est *imperfecta*, hoc est *partis tantùm* Responsorij; *ut fateamur* (inquit Durandus

dus L. 5. c. 2.) *opera nostra esse imperfecta* Dixi: *regulariter*; nam in aliquibus Festis est perfecta à Capite usque ad Versum, ùt in primo Responsorio *Natalis Domini*; item *Paschatis*, ac *hodiernæ*, hoc est, *primæ Dominicæ Adventus*, *ad denotandam* [ùt cit: Loc: observat Durandus] *plenam Notitiam, & perfectionem Sanctorum.* Atque hæc ad Quæsita occasione Responsorij I. hodiernæ Dominicæ I. Adventûs mihi proposita, quibus id tantùm addo, meô judiciô universim tam hoc, quàm alia Similia Responsoria eô proportionaliter modô esse dicenda, ac repetenda, quô juxta receptam in quovis Loco consuetudinem tum intra, tum extra Chorum recitari, ac reperi solet Responsorium nonum in *Officio Defunctorum*, quando in eo dicuntur 9. Lectiones. Ab hac Dominica usque ad Nativitatem Domini, & à Dominica in Septuagesima usque ad Pascha, Dominicis diebus, in quibus fit de ea, post nonam Lectionem non dicitur Hymnus: *Te DEum &c*, sed locô ejus nonum Responsorium cuivis Dominicæ suô locô assignatum: cujusmodi Responsorium nonum cum Lectioni de Sancto non conveniat, ideo, si in ejusmodi Dominica, in qua dicitur Responsorium nonum, *Festum* aliquod *Simplex* occurrat, propriam alioqui Lectionem [seu unam, seu duplicem] habens, non dicetur de illo 9. Lectio in Officio Talis Dominicæ, sed tantùm fiet de eo Commemoratio in I. Vesperis, [illegible] Laudibus. *Rubr. Gen. IX. n.* 10. Ideo est, quando 9. Lectio legenda est [illegible] Homilia alicujus *Dominicæ*, vel Feri occurrente aliquo Festo in aliqua D minica, vel Feria majore, in qua de Festo 9. Lectionum, ùt ibid. *Laudes* dicuntur Antiph. propriæ, [illegible] notantur in loco in PROPRIO de Tem Psalmi de Psalterio, ùt in Dpminic per Annum. Capitulum, Hymnus Versus, Antiphona ad *Benedictus*, Oratio dic: prout notantur in loc in eod: Propr: de Temp: sine Suffra gijs quidem Sanctorum, attame cum Commemoratione *Festi Simplici* si quod occurrat. Quòd si in hodiern na, aut alia *Dominica Adventûs* occur rat *Dies Octava* alicujus *Festi* [v.g. Catharinæ, ubi ea est Patrona Tem pli] fiet in laudibus, ac etiam 2. Ve speris Dominicæ hujusmodi Privile giatæ de *Die* illa *Octava* post Oratio nem Dominicæ solummodo Com memoratio, ùt in Laudibus, ac 2. Ve speris Festi, omissis tamen ad *Primam* & *Completorium* precibus Dominicis libus [nequaquam verò Psalmo *Confitemini*, ac Symbolo *Quicunque &c*] alioquin ad *Primam* & *Completorium* in ejusmodi Dominicis dici solitis: In Laudibus quoque, ac utrisque Vesperis omittuntur tunc Commemorationes Communes, etiam extra Adventum. Denique & in *Missa* [di cenda de *Dominica*, cum Commemoratione tantùm de *Die Octava*] omittitur

situr 3. Oratio, nisi fortè facienda sit specialis insuper Commemoratio de Festo v. g. simplici simul occurrente: quæ omnia etiam observantur, si in hac, aut aliâ Dominicâ Advent. occurrat Dies aliqua infra Octavam. Arnaud. *suprà cit.* Idem est de alijs Dominicis majoribus privilegiatis.

Ad *Primam*, *Tertiam*, *Sextam*, ac *Nonam* Antiphonæ sumuntur ex Laudibus currentis Dominicæ, quartâ prætermissâ. Hymni ad singulas dicuntur, ùt in alijs Dominicis per annum. Ad *Primam* Psalmi: *DEus in nomine tuo*: *Confitemini Domino*: *Beati immaculati*: & *Retribue &c*, cum Symbolo S. Athanasij *Quicunque*, ac cæteris, ùt in Psalterio in Prima Dominicali Tempore Advent: In Responsorio brevi ad eandem dicitur Versus: *Qui venturus es in Mundum*: dicitúrque quotidie usque ad Nativitatem Domini, etiam in Officio de Sanctis, præterquam in Festo Immaculatæ Conceptionis B. M. V. & infra ejus Octavam, etsi Officium non fiat de *Die infra Octavam*, sed de Dominica v. g. III. Adventûs, infra Octavam occurrente. Ad Absolutionem Capituli Lectio brevis: *Domine, Miserere &c*, ùt ibi in Psalterio Tempore Adventûs, dicitúrque in *Dominicis* ac *Ferijs* usque ad *Vigiliam Nativitatis Domini* exclusivè. Preces autem Dominicales ibidem positæ dicuntur etiam in Festis, nisi sit Festum Duplex, aut dies infra Octavam, esto non de hac, sed de Festo v. g. semiduplici, infra eam occurrente fiat Officium. Ad *Tertiam*, *Sextam*, ac *Nonam* Psalmi consueti, ùt in Dominicjs per Annum: Antiphonæ illarum sumuntur de Laudibus Dominicæ currentis: Capitula & Responsoria brevia autem dicuntur, utì notantur hâc Dominicâ in Propr. de Temp. Oratio Dominicæ currentis. *Col. Viol.*

Missa dicitur, utì notatur Initiô *Missalis* in Proprio Missarum de *Tempore* Dominicâ I. Adventûs. Non dicitur in ea *Gloria in Excelsis*, utì nec in cæteris Missis ab hac Dominica usque ad Nativitatem Domini, nisì in Festis, de quibus fit Officium. In *Missis* tamen Dominicarum dicitur *Cred.* Ab hac die, usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusivè, post Orationem diei in Missis de Tempore dicitur Oratio: *DEus, qui de Beatæ Mariæ &c*; & post eam vel Oratio contra Persecutores Ecclesiæ: *Ecclesiæ tuæ &c*: vel Oratio pro Papa: *DEus omnium Fidelium &c*, nisì facienda sit Commemoratio alicuius *Festi Simplicis*, aut ratione *Feriæ II.* dicenda sit Oratio *Fidelium &c*; tunc enim post Orationem diei dicitur Oratio de Sancto, aut dicta Orat: pro Fidelibus Defunctis, & tertia de S. Maria: *DEus qui de Beatæ &c*, quæ, quotiescunque est ultima, terminatur cum correspondente sibi *Secreta*, ac *Postcommu-*

nione in hunc modum : *Per eumdem Dominum nostrum &c.* Præfatio Communis. In Fine *Benedicamus*, & Evang. S. Joan. Quòd si in hac, aut alia Dominica Privilegiata occurrat *Dies Octava* alicujus Festi, tunc in Missa (dicenda de Dominica) 2. Oratio erit de Octava 3. autem non dicetur. *Arnaud. Tr. 1. P. 1. Tit. 9. n. 6.* Idem est, si hâc, aut alia Dominicâ Adventûs occurrat dies aliqua *infra Octavam* alicujus Festi.

Vesperæ, nisi cras faciendum sit de Festo Duplici, dicuntur de Dominica currente sic : *Antiphonæ* sumuntur de Laudibus hodierni Officij, *Psalmi* utì in Dominicis per annum. Capitulum, Hymnus, Versus, & Oratio, utì in 1. Vesperis. Antiphona ad *Magnificat* propria. Si cras occurrat Festum semiduplex, aut dies infra Octavam, vel Festum simplex, fit in 2. Vesperis Dominicæ de illis Commemoratio, & in *Completorio* dicuntur Preces Dominicales, nisì sit *Dominica infra Octavam*, aut in ipsam hodiernam Dominicam incidat *Dies Octava* alicujus Festi : suspendi tamen, seu cessare Suffragia Sanctorum à 1. Vesperis Dominicæ I. Adventûs, usque post Octavam Epiph: ex suprà jam dictis constat. *Col. Viol.* Si in *hodierna*, aut alia *Dominica Privilegiata*, seu intra, seu extra Advent: occurrat *Dies Octava*, fit de illa in hodiernis Vesperis Commemoratio, ùt in 2. Vesperis Festi, & quidem ante Commemorationem de Festo semiduplici, si Dominica cum sequenti Festo semiduplici concurrat ; quia enim tunc Vesperæ sunt totæ de Dominica, ùt modò dictum, de Festo autem semiduplici in hodiernis Vesperis tantùm facienda est Commmemoratio (ut in 1. Vesperis ejusdem) : pari autem gradu Commemoratio nobilior est *Diei Octavæ*, quàm Semi*duplicis* Commememoratio, ideo decens est, ut ante Commemorationem de *Festo Semiduplici* fiat Commemoratio de *Die Octava*, ùt in 2. Vesperis Festi. *Gav. loc. supra cit. n.* 14.

Quòd si autem cras occurrat Festum Duplex, Vesperæ hodiernæ dicentur integræ de eo ; de Dominica autem currente fiet in illis Commemoratio (etiamsi Festum sequens sit 1. vel 2. Classis) & postea primum de *Die Octava*, si quæ hodie extra primum casum occurrat. Idem dic, si cras simul cum Duplici per annum *Dies infra Octavam* occurrat. Col. Festo Conveniens. Si cras fiat de Feria, hodie post *Vesperas Diei* dicuntur *Vesperæ Defunctorum*, omisso in Vesperis Dominicæ Versu : *Fidelium animæ &c*, ac Antiphonâ *Alma Redemptoris &c.* Et sic servatur etiam in sequentibus Dominicis Adventûs, nisi in Feriam II. incidat *Vigilia Nativitatis*, in qua cùm non sit recitandum *Officium Defunctorum*, ideo nec Dominicâ præcedente recitandæ sunt *Vesperæ Defunctor.*

TITU

TITULUS LXIV.

De Ferijs infra Hebdomadam I. Adventûs occurrentibus.

AD Officium hujus Temporis quod attinet, in Adventu non fit de *Festo*, nisi fuerit *Duplex*, vel *Semiduplex*: Quale si occurrat in aliqua Dominica Adventûs, transfertur regulariter in primam diem, Festô, aut Officiô aliô 9. Lectionum non impeditam: de *Simplici* autem *Festo* in Adventu occurrente, fit tantùm suis locis Commemoratio (sine aliqua de illo Lectione) toto Tempore Adventûs, nisi etiam Commemorationem de illo Qualitas Officij, vel Festi currentis (v.g. Duplicis 1. aut 2. Classis) vel ex toto, vel ex parte excludat. Dixi autem: *Regulariter Festum 9. Lectionum in aliqua Dominica Adventûs occurrens transferri in diem proximam 9. Lectionum Officiô non impeditam*: quia licèt id absolutè verificetur de quocunque Festo in *Dominica I. Adventûs* occurrente (eò quòd illa sit *Dominica Major 1. Classis* excludens à se juxta suprà dicta etiam Missæ solennis Festivæ celebrationem) non tamen id perinde verificatur de omni Festo in II. vel III. vel IV. Dominica Adventûs occurrente; cùm enim hæ 3. Dominicæ sint tantùm Dominicæ *Majores 2. Classis*, ideo si in illis occurrat vel *Patronus Principalis*, vel *Titularis Ecclesiæ*, vel hujus *Dedicatio*, saltem quodlibet horum 3. Festorum potest in dictis 3. Dominicis celebrari, si in aliqua illarũ occurrat, cum Commemoratione tamen Dominicæ in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non ultimo in hac de ead: Dominica Evangel: &9. Lect. in Officio. *Rubr. Gen. IX. n. 4. & X. n. 1.* Alia tamen Festa, quæ non cum tanta solennitate, ac in propria tantùm Ecclesia celebrantur, esto sint *Duplicia 2. Classis*, etiam hæ Dominicæ excludunt. Itaque his præsuppositis, si infra hanc, aut aliam Hebdomadam Adventûs occurrat Festum 9. Lectionum (seu *translatum*, seu non *translatum*) fit de eo *Officium*, & *Missa*, cum Comemoratione tamen de *Feriæ Adventûs*, qualecunque illud sit Festum, utpote de *Feria majori* necessariò faciendâ, sumendo Orationẽ pro Comemoratione Feriæ ex Dominica præcedente, nisi Feria illa sit *Feria 4. Temporum*; In Ferijs enim 4. Temporum propria habetur Oratio, suó locô notata, ac proinde pro Commemoratione talis Feriæ Adventual. tunc assumenda: & quia hæ Feriæ (nempe 4. Temporum) etiam proprias ha-

bent Lectiones in ſuo Officio, ac propriam Miſſam, ideo, ſi Feſtum 9. Lectionum occurrat in aliqua Feria 4. Temporum, non tantùm fit de ea Commemoratio in *Officio*, & *Miſſa Feſti* in ea occurrentis per propriam Orationem, ſed etiam legitur 9. Lectio de Homilia in Evangel: illius Feriæ in *Officio*, & ultimum de eâdem Evangel: in *Miſſa* Feſti ejuſmodi 9. Lectionum : De alijs autem Ferijs Adventûs (eſto & ipſæ ſint *majores*) nec dicitur 9. Lectio in *Officio*, nec ult: Evangelium in *Miſſa Feſti*, ſed tantùm fit de ijs tam in *Officio*, quàm in *Miſſa* Feſti Commemoratio per Orationem Dominicæ præcedentis; quia nempe nec Lect. de aliqua *Homil.* (ſed tantùm de Scriptura occurrente) nec propriam Miſſam habent, ſed tantùm reſumitur in ijs Miſſa Dominicæ præcedentis, modò pòſt referendò, ſi de illis fiat Officium.

Qui habent à Sede Apoſtolica Indultum, ut ſemel vel pluries diebus Feſto 9. Lectionum non impeditis in Menſe vel Hebdomade poſſint dicere Officium & Miſſam de SS. v. g. Sacramento, aut aliquo Sancto &c, non poſſunt vi illius id facere in *Ferijs Adventûs*, aliisque *Ferijs majoribus*, utì nec in *Vigilijs &c*, etiamſi in Indulto nulla ſit facta ſpecialis mentio hujusmodi Dierum, ùt conſtat ex Decr: S. R. C. Feriâ IV. Cinerum allegato.

Si infra hanc, aut aliam Hebdomadam Adventûs occurrat *Dies infra Octavam* alicujus Feſti (v. g. Conceptionis B. V. M. aut S. Francisci Xaverij, quorum illud nunc in Eccleſia univerſali, hoc verò à Societate JESU celebratur cum Octava) tunc pariter *Officium* ac *Miſſa* Ritu ſemiduplici de *Die infra Octavam* cum Commemoratione *Feriæ Adventûs*, ùt paulò antè, ac poſt eam *Feſti Simplicis*, ſi quod occurrat, exceptis tamen quoad *Miſſam* Ferijs Temporum; in his enim *infra Octavam aliquam* occurrentibus *Officium* fit quidem *De Die infra Octavam* cum Commemoratione Feriæ 4. Temporum, & 9. de eadem Lectione, at verò *Miſſa* juxta recentiorem Miſſalis Rubricam Tit. III. n. 2. dicenda eſt de *Feria* 4. *Temporum*, cum *Commemoratione Octavæ*, ùt infrà P. II. & III. ſuis locis dicetur. Idem eſt de Vigilijs infra Octavam aliquam occurrentibus (exceptis ijs, quæ veniunt infra Octavam Corporis Chriſti, de quibus itidem ſuò locò) in quibus pariter *Officium* dicitur de die *infra Octavam* cum Commemoratione *Vigiliæ* (ſumendo Antiph: & Vers: pro ea ex Fer: currente) & 9. ni eadem Lectione, quando Vigilia *extra* Adventum occurrit, nihil autem faciendò de illa in *Officio* dicitur *infra Octavam*, quando Vigilia aliqua *intra* Adventum occurrit : *Miſſa* vero omnino dicitur de *Vigilia* in tali caſu; aliter tamen ſi *intra*, & aliter ſi *extra* Adventum occurrat : nam ſi occur-

currat *extra* Adventum, Oratio 2. eſt de *Octava*. 3. *de Simplici*, ſi quod occurrat, aut, ſi nullum occurrat, de S. Maria *Concede nos*, nisi aliter notetur: ſi verò occurrat intra Adventum (etiam in Feria II.) tunc II. Oratio eſt de Octava. 3. de Feria Adventûs ex Dominica præcedente. 4. de ſimplici (v. g. S. Saturnino) ſi quod occurrat; & tunc addenda eſt etiam 5. *DEus, qui de B. M. V.* prout hoc ordine rectè præſcripſit Orationes pro Miſſa Vigiliæ Directorium Conſtantienſe, cùm pluribus ab hinc annis Vigilia S. Andreæ caderet in Diem IV. infra Octavam S. Conradi Confeſſoris & Epiſcopi Conſtantienſis (illius Diœceſeos Patroni) quæ erat Feriâ II. poſt I. Dominicam Adventûs, in qua proinde ob currentem Octavam non dicebatur ibi in Miſſa Vigiliæ Oratio *Fidelium*. Col. Viol.

Licèt autem, quando *Miſſa* diſcordat ab *Officio* (utì diſcordat, quando *Vigilia* aliqua, quæ jejunatur, aut *Feria* 4. *Temporum*, aut *Feria II. Rogationum* veniunt *infra aliquam Octavam*) Color *Altaris* ſequatur *Officium*, Color verò *Veſtium Sacerdotalium*, puta *Caſula*, *Stola*, ac *Manipuli*, utì & Burſæ Corporalis, ac Veli calicis debeat eſſe conformis *Miſſæ*, adeoque in noſtro caſu hæc quinque poſteriora debeant eſſe *Violacei Coloris*; pro Miſſa tamen ſolenni conveniens eſſe, ut *Pallium* quoque *Altaris* (vulgò *Antependium*) concordet cum *Colore Paramentorum Sacerdotis*, notant Gavant: & Arnaud.

Si infra hanc, aut aliam Hebdomadam Adventûs, occurrat in aliqua Feria Adventûs aliqua *Vigilia* (v. g. S. Andreæ, vel S. Thomæ) & Feſtum 9. Lectionum aut Dies infra Octav: non occurrat, nihil fit in *Officio de Vigilia*, ne quidem aliqua de illa Commemoratio, ſed fit ſolummodo *Officium* de Feria currente; at verò *Miſſa* fit de *Vigilia* cum Commemoratione Feriæ Adventûs, quantumvis de *Vigilia* non ſit factum *Officium*. Excipitur tamen Vigilia Nativitatis Domini; de hac enim non modò fit *Miſſa*, ſed etiam *Officium*, ùt ſuò locò. Quòd ſi alicubi in aliqua dictarum 2. Vigiliarum, incidentium in Adventum, occurrat Feſtum 9. Lectionum, fit de eo *Officium*, & in *Miſſa* Commemoratio tam de Feriæ Adventûs, quàm de Vigilia, & de priore quidem, nempe de Feria Adventûs, ſit in Miſſa Commem. in tali caſu ante Commemorationem Vigiliæ: Rationé Gav. ad Rubr: cit. n. 4. dat hanc: quia licèt quoad Miſſam *Vigiliæ* alius ſit Ordo (ſi nempe Miſſa dicatur de Vigilia) in Miſſa tamen alia, nempe de Feſto, dignior eſt illa Oratio, quæ dicitur in Officio, in hoc autem dicitur Oratio de *Feriâ Adventûs* per modum Commemorationis in ejusmodi Feſto, nullô autem modô dicitur in eo Oratio de *Vigilia*. *Similem ferè Caſum* (inquit idem Auctor)

ctor) *habes in Festo S. Leonis* 28. *Junij, in cujus Missa Oratio de Vigilia posterior est Oratione de Octava Nativ. S. Joan: licèt in Sabbato Missa Vigiliæ præferatur Missæ de Octava S. Joannis*, ùt constat ex Rubr: Missalis Festo S. Leonis præfixa. Et Ratio est; quia juxta Rubr: Gen: Missal. Tit. VII. n. 3. Oratio 2. est regulariter de eo, de quo fit Officiũ. Addit idem Gav. si in Vigilia incidente in Adventũ occurrat Festũ 9. Lectionũ, non tantùm faciendam esse in Missa de Festo priùs Commemorationem de *Feriâ Adventûs*, quàm de *Vigilia*, sed nec *Evangelium* in fine talis Missæ legendum esse *de Vigilia*, utì nec in *Officio*, nec in *Missa* Quatuor Temporum legitur de ea Evangelium, quando in ijs occurrit Vigilia. Quòd si Vigilia (v. g. S. Andreæ) non tantùm incidat in Feriam Adventûs, sed in eadem Vigilia simul occurrat Festum simplex, *Officium* tunc quidem adhuc fiet de Feria Adventûs modô mox Feriâ II. hujus Hebdomadæ declarandô, nihilque in eo fiet de Vigilia; *Missa* tamen dicetur de Vigilia (sine *Glor.* & *Cr.*) & in ea Oratio 2. erit de Feria Adventûs. 3. de Festo simplici occurrente; quòd si Vigilia illa insuper incidat in Feriam II. adeóque præter Commemorationem de Festo simplici, etiam ratione Feriæ II. dicenda sit Oratio *Fidelium*, dicetur ista quartô, id est penultimô locô, ac insuper ei addetur Oratio quinta: *DEus, qui de B. M. V.* cùm ex una parte in Missis quæ Ritu simplici celebrantur, Orationes juxta Rubric: oporteat esse impares, ex altera autem parte earundem Rubric: præscripto Oratio *Fidelium* in Missis Vivorum semper dicenda sit locô penultimô: unde si in Vigilia incidente in Feriam II. Tempore Adventûs, non occurreret Festum simplex, tunc 2. Oratio esset *Fidelium*. 3. autem de Feria Adventûs, nisi liberè malles universim 5. aut 7. dicere, tunc enim 1. locô diceretur Oratio de Feria Adventûs. 3. *DEus qui de B. M. V.* penultimo autem locô Oratio *Fidelium*. Præfatio in Missa Vigiliæ dicitur Communis (& quidem in *Missa Conventuali* non feriali) etiamsi Festum, cujus est Vigilia, propriam habeat Præfationem: in Fine ejusdem Missæ dic. *Benedicamus*, ac Evang. S. Joan. *Col. Viol.*

Quando alicubi in *Vigiliam* incidit *Festum Duplex*, aut *Semiduplex*, vel *Dies Octavæ* alicujus *Festi*, tunc *Officium*, & *Missæ privatæ* quidem fiunt, & dicuntur ùt suprà; At verò in Ecclesijs *Cathedralibus*, & *Collegiatis* cantantur 2. Missæ, una de *Festo*, seu *Die Octavæ*, post TERTIAM, altera de *Vigilia* post NONAM, in quarum illa non quidem erit facienda aliqua de *Vigilia* Commemoratio; nec in ista aliqua Commemoratio de *Festo*, aut *Die Octavæ*, vel *die infra aliam Octavam*; si tamen simul occurrat aliqua *Feria*

de

de qua facienda sit Commemoratio (v. g. *Feria Adventûs*) aut simul *Dies infra Octavam*, aut *Festum Simplex*, tunc *Commemoratio diei infra Octavam*, vel *Festi Simplicis* facienda est in Missa de *Festo*, seu de *Die Octava*, & non in *Missa Vigiliæ* (ùt constat ex Missali 28. Junij, & 20. Septembr.) Commemoratio autem *Feriæ* facienda est in Missa de *Vigilia*; quia sunt ejusdem Rationis, Oratio autem tertia tunc erit, quæ aliàs 2. locô diceretur: & in utraque dicetur in fine Evangelium S. Joan. *Rubr. Gen. Missal. VII. n. 2.* & Gav: *ibid.* Qui insuper ad Rubr: Gen: Missal: III. rectè observat, etiamsi in Eccles: Cathedr: & Collegiatis dicendæ sint dictô modô 2. *Missæ Conventuales*, quando *Vigilia* aliqua occurrit in *Die Octava* alicujus Festi, non tamen id procedere, si Vigilia quæpiam occurrat solummodo in *Die infra Octavam*. Quod etiam monet Arnaud: allegans Declarationem S. R. C. *P. 1. Tit. 3. n. 1.*

Si denique infra hanc, aut aliam Hebd: Adventûs, in Feriâ II. nec incidat Festum *Duplex*, aut *Semiduplex*; nec *Dies infra Oct:* nec *Dies* aliqua *Oct:* tunc Feriâ II. *Officium*, & *Missa* juxta Rubric: sic ordinantur: Ad *Matutinum* dicitur *Invitatorium*, & *Hymnus* uti Dominicâ proximè præcedente: *Antiphonæ*, & *Psalmi* de Feria currente, ùt in Psalterio. *Versus*, utì notatur in Psalterio pro Feria currente Tempore Adventûs. Lectiones autem & Responsoria pariter prout notantur in Proprio de *Temp.* pro Feria curr.

Ad Laudes dicuntur *Antiphonæ* usque ad Diem XVII. Decembr. exclusivè de Feria currente, ùt in Psalterio per annum: *Psalmi* verò de Feria currente, ùt in eodem Psalterio usque ad Vigiliam Nativ: Domini exclusivè: Capitulum (*Venite et ascendamus*) utì notatur Feria II. post Dominicam I. Adventûs in Propr. de Temp. *Hymnus* (*En clara vox*) ex Laud: Dominicæ. Vers: *Vox clamat.*: Antiph: ad *Bened:* quotidie Propria. Oratio Dominicæ præced: ante eam verò dicuntur preces feriales cum Psalmo *De Profundis* ad Laudes, & quidem flexis (saltem in Choro) genibus, ùt ibi, ac modô suprà descriptô: id quod etiam fit ad reliquas Horas in Officio feriali. Post *Laudes Diei* (nisi quoad hoc alia sit consuetudo Ecclesiarum) quâvis Feriâ II. Adventûs, in qua non occurrit *Festum*, aut *Officium* 9. Lectionum, dicitur I. *Nocturnum*, & *Laudes Officij Defunctorum*, omisso post *Laudes Diei* Versu: *Fidelium animæ &c.* & sic usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusivè. Quòd si toto Mense Decembri alicubi, aut aliquando non occurrat Feria II. in qua *Officium Defunctorum* recitari possit (quòd omnes sint impeditæ Officijs 9. Lectionum) non propterea in tali casu est recitandum in alijs Ferijs; quia in Adventu

(idem

(idem est de Quadragesima) quoad hoc nulla habetur Ratio *Mensis*, sed tantùm Feriæ II. ùt constat ex Rubric. Dixi autem 1. *usque ad Vigiliam Nativ: Domini exclusivè*; quia si Vigilia illa veniat in Feria II. Hebdomadæ IV. Adventûs, non erit recitandum in ea Officium Defunctor: neque etiam pridie dicendæ ejus Vesperæ. *Gav. & Arnaud.* Dixi 2. *in Adventu*; si enim in Mense Decembri ante Adventum (v. g. Sabbato ante Dominicam I. Adventûs incidente in 1. Diem Decembris) occurrat Feria non impedita Officio 9. Lectionum, dicetur omnino pro illa die Mensis Decembris non impedita Officium Defunctorum cum Oratione *Fidelium* in Missa, & pridie etiam *Vesperæ Defunctorum &c.* Pari modo si prima Dies Decembris occurrat Feriâ VI. aut Sabbatô, pariter dicetur eâ die Officium Defunctorum &c, pro 1. die Mensis, & sequenti Feriâ II. iterum dicetur pro Adventu, si fiat de Feria. *Bauldry P. 4. c. 1. n. 8.* Quomodo Tempore Adventûs ordinandæ sint Missæ Votivæ tam de B. V. quàm de alijs Sanctis, Vide infrà *P. III. Tit. De Missis Votivis.*

Ad PRIMAM (quæ quoad cætera dicitur in Ferijs Adventûs ùt in feriali Officio per annum) Antiphona sumitur in Ferijs hujus & seqq: Hebdomadarum ex Laudibus Dominicæ præcedentis, quamdiu ad Laudes Feriæ currentis propriæ non assignantur in Propr. de Temp. Capitulum: *Pacem & Veritatem &c.* in Psalterio. In Responsorio brev dic: Vers.: *Qui venturus es in Mun* post illud verò Preces Feriales flec genibus, ùti notantur in Psalterio Prima Feriali. Ad Absolutione Capituli à Dominica I. Adv: usque Vigiliam Nativit: Domini exclu in Feriali quoque Officio dic: *Dom ne Miserere nostri &c.*

Ad *Tertiam*, *Sextam*, & *Non* in Ferijs Adventûs pariter sumun Antiph. ex Laudibus Dominicæ pr cedentis, quamdiu ad Laudes il rum Propriæ non assignantur. C *tula* verò, & *Responsoria* brevia dic rum Horarum dicuntur in Offi Feriali usque ad Vigiliam Nativ. D mini exclusivè, ùti notantur Fe II. post Dominicam I. Advent Propr: de Temp: atque etiam in ipso Psalterio in Recentiorib: Brev pro Temp. Adventûs; dicuntur ad singulas Horas Preces Feriales xis genibus ibidem positæ, ac p eas Oratio Dominicæ proximè pra teritæ, quando propria non assig tur. *Col. Viol:*

Ad *Missam* hujus, ac subsequ tium Feriarum quod attinet, qua do infra Hebdomadam dicenda Missa *de Feria*, resumitur Missa Dominica proximè præcedenti, qu ties propria non assignatur: dicit tamen sine *Gloria*, & *Credo*, & po Graduale omittitur *Alleluja*, ac Ve

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

sus sequens: Oratio 2. de S. Maria: *DEus, qui de Beata &c.* 3. vel contra persecutores Ecclesiæ: *Ecclesiæ tuæ &c,* vel pro Papa: *DEus omnium Fidelium,* uti notantur in Missa Dominicæ I. Adventûs: nisi facienda sit Commemoratio de *Festo simplici,* aut dicenda Oratio *Fidelium*, uti dicenda hæc est quâvis Feriâ II. Adventûs, in qua fit de ea, usque ad Vigiliam Nativ: Domini. Nam si occurrat *Festum simplex*, post Orationem diei dicitur Oratio de Sancto. 3. autem Oratio tunc est de Sancta Maria: *DEus, qui de Beata &c*; si verò dicenda sit Oratio *Fidelium*, dicenda illa est locô penultimô, adeoque si non facienda sit insuper alia Commemoratio (v. g. de Festo simplici) dicetur illa 2. locô. 3. autem locô illa, quæ alioquin esset 2. nempe: *DEus, qui de Beata &c,* quæ quando est ultima cum correspondente *sibi secreta*, ac *Postcommunione* terminatur per verba: *per eundem &c.* Si verò facienda sit insuper Commemoratio de *Festo simplici*, aut in Missa Vigiliæ Commemoratio *Feriæ Adventûs*, 2. Oratio erit *Fidelium*, 3. de *Festo simplici*, aut *Feriâ Adventûs.* Quòd si denique non tantùm una aliqua alia Commemoratio, sed duæ sint faciendæ in *Missa Feriæ* (idem est de *Missa Vigiliæ*, v. g. in casu, quô Vigilia S. Andreæ incidit in Feriam II. post Dominicam I. Adventûs) tunc quia ex una parte Orationes Missæ, quæ dicitur Ritu simplici, debent esse numerô impares, ex altera autem parte *Fidelium* in Missis Vivorum seu non funebribus, poni penultimô locô, ideo ut hunc sortiatur locum Oratio *Fidelium*, debebunt dici ad minimum 5. Orationes. Hinc cùm anno 1700. prædicta S. Andreæ Vigilia incideret in Feriam II. Hebdomadæ I. Adventûs, ac proinde Missa diceretur *de Vigilia.* 2. Oratio erat de Feria Adventûs. 3. de S. Saturnino Mart. 4. *Fidelium.* 5. *DEus, qui de B. M. V.* Dixi autem: *Ad minimum 5. in tali casu debere* dici *Orationes:* quia in *Ferijs* (idé est de *Vigilijs*, quæ Ritum simplicem habent) ac Festis *simplicibus* non tantùm dici possunt (imò aliquando debent) 5. Orationes, sed etiam dici possunt septem, aut plures, modò impares, & modò inter eas *Fidelium* obtineat penultimum locum. Hæc de *Orationibus* in Ferijs Adventûs in Missa dicendis. Præfatio, quando Missa dicitur de ea, est ultima seu Communis. In fine Missæ dicitur *Benedicamus*, & Evangel. S. Joan. *Col. Viol.*

Cæterùm cùm juxta Rubr: Gen: Missal: V. quâvis Feriâ II. cujusvis Hebdomadæ, in qua Officium fit de Feria, non habente propriam Missam, etiam *Missa Principalis* dici possit pro Defunctis (*Missa* nempe *quotidiana*) ideo in Ferijs quoque secundis Adv: *Missa* etiam *Principalis* pro Defunctis dici poterit, ùt ibi.

Cùm verò in Adventu Missa dicitur de *Festo duplici*, vel *semiduplici*, vel de *Vigilia*, vel de *Die infra Octavam*, vel de *Die Octava* alicujus Festi occurrente modô paulô superiùs descriptô, semper fit Commemoratio de de Feria Adventûs, utpote Feria majore, in *Missis* saltem *privatis* (nam si in quapiam Ecclesia, in quâ celebrantur eodem die plures Missæ, cantaretur *Missa Votiva* solemnis, cantanda esset sine omni Commemoratione) ùt suprà; & pro ejus Commemoratione dicitur Oratio Dominicæ præcedentis, nisi sint 4. Tempora; in hæc enim si incidat *Festum*, aut *Officium 9. Lectionum* in Adventu, sumitur pro Commemoratione Feriæ currentis Oratio cuivis Feriæ 4. Temporum propria, & quidem Feriâ IV. & Sabbato 4. Tempor: illa, quæ in Missa harum duarum Feriarum est prima, utpote quæ concordat cum Officio talis Feriæ.

De *Festis Simplicibus* in Adventu occurrentibus fit tantùm Commemoratio tam in *Missis de Tempore*, quàm de *Sanctis*, & in istis quidem post Commemorationem *de Vigilia*, aut *Feria* currente.

Vesperæ hujus, & cujuslibet seqq: Feriarum, in qua fit Officium de ea, dicuntur semper de Feria currente, ùt in Psalterio per annum quoad *Antiphonas* ac *Psalmos* feriales: Capitulum verò (*Non auferetur sceptrum*) utì notatur Feriâ II. post Dominicam I. Adventûs in Propr: de Temp. Hymnus [*Creator Alme sidrum*] & Versus [*Rorate Cœli &c.*] ùt in I. & II. Vesperis Dominicæ I. Adv. *Antiphona* ad *Magnificat* quotidie propria. *Oratio* ex Dominica præcedente [etiam Feria IV. & VI. 4. Temporum] eíque præmittuntur flexis ut suprà, genibus, Preces feriales cum Psalmo *Miserere*, prout notatur post *Vesperas*, aut certè post *Laudes* Feriæ II. in Psalterio. Quòd si cum occurrat *Festum Simplex*, fit de eo post Orationem diei Commemoratio: Ad verò *Commemorationes Communes*, seu *Suffragia Sanctorum*, imò & de Cruce cessant, seu suspenduntur ex dictis toto Tempore Adventûs.

Ad *Completorium* [recitandum de reliquo ùt in alijs Ferijs per annum] dicuntur rursum [flexis, ut suprà, genibus] Preces ibidem positæ. *Col. Viol.*

Feriâ III. IV. V. & VI. infra Hebd: dicitur *Officiũ* de ea, ac Missa ferialis utì Feriâ II. præced: juxta quam tanquam Normam reliquarum Feriarum hujus Temporis, ordinatur *Officium feriale* usque ad Vigiliam Natiuitatis per totum Adventum, exceptis *Lectionibus*, & harum *Responsorijs*, nec non *Antiphonis* ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, quæ quotidie ponuntur, vel assignantur Propria in Proprio de Tempore. *Officium* quoque *Defunctorum*, & Oratio *Fidelium* in solis Ferijs II, [quantum est ex vi Rubricarum]

rum] Tempore Adventûs dicuntur. *Col. Viol.*

In SABBATIS Adventûs non impeditis Officiô, aut Festô 9. Lectionum, licèt *Officium* non fiat de *S. Maria in Sabbato*, dicitur tamen MISSA PRINCIPALIS de ea [*Votiva* scil: de *S. Maria ab Adventu usque ad Nativit. Domini*, quæ incipit: *Rorate*] in Paramentis Albis cum Commemoratione de Adventu, nisi fuerint *Quatuor Tempora*, vel *Vigilia*; his enim in ejusmodi *Sabbatum* incidentibus dicitur *Missa* etiam *Principalis* de *Sabbato 4. Temporum*, vel de *Vigilia*, ut suprà, ac suo locô: Porrò in Missa ejusmodi de B. M. in Sabb: Temp. Adv: dicitur *Gloria* sine *Credo*, Oratio 2. de Feria Adventûs, 3. de S. Spiritu, aut de Festo simplici, si tale occurrat. Præf. *Et te in venerat.* In fine *Ite*. & Evang: S. Joan. Tametsi autem in hujusmodi Sabbatis, in quibus *Officium* & *Missa* discordant, *Color Paramentorũ Sacerd:* debeat esse conformis *Missæ Votivæ* de S. Maria, atque adeò esse *Albus*; *Color Altaris* tamen, nempe *Antependij &c*, sequitur Officium, atque adeò est *Violaceus*, exceptâ Missâ solenni, in qua est albus. Gav: *Tom. 1. P. 1. Tit. 18. in fin.* Dixi autẽ suprà: *Missa Principalis*, seu *Conventualis*; nam ad *Missas privatas* quod attinet, resumitur [per se loquendo] etiam in *Sabbatis Adv:* in quæ nec *Festum 9. Lectionum*, nec *Feria 4. Temporum*, nec *Vigilia* incidit, Missa Dominicæ præcedentis, sine *Glor:* & *Cred:* ac sine *Alleluja*, & Versu seq: post Graduale: & in ea Orat. 2. *DEus, qui de B. M. V.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap: nisi facienda sit Commemorat: *simplicis*; tunc enim 2. est de simplici. 3. *DEus, qui de B. M. V.* Præf. Commun: in fin. *Benedicamus*, & Evang: S. Joan. *Col. Viol.* Dixi autem rursus: *Per se Loquendo*; quia, licèt Rubricæ non præscribant, ut Missæ etiam privatæ in ejusmodi Sabbatis dicantur de B. M. V. in Sabbato, non tamen dici de illa eas prohibent, imò etiam convenienter dicuntur de ipsa eo in casu: cùm *Missæ votivæ privatæ* dici possint, quocunque die *Officiũ* non est *Duplex*, aut *Dominica in foro celebris*, nec talis occurrit dies, in qua etiam de Festo duplici facere Missam est prohibitum, cujusmodi dies sunt: *Vigilia Nativitatis Domini*, & *Vigilia Pentecostes*, item *Feria IV. Cinerum*; *Feriæ omnes Hebd. Majoris*, ac *Dies infra Octavam Epiphaniæ*, *Paschatis*, & *Pentecostes.* Atque hæc de *Missa* in Sabbatis Adventûs.

Ad *Officium* quod attinet, in SABBATO ante Dominicam II. Adventûs quoad *Officium* usque ad *Vesperas* omnia dicuntur, ac fiunt, ut Ferijs proximè præcedentibus; at verò ad *Vesperas* & *Completorium* omnia eô modô, quô suprà Sabbatô ante Dominicam I. Adventûs.

TITULUS LXV.

De Dominica, & Hebdomada II. Adventûs.

DOMINICÂ, & HEBDOMADÂ II. Adventûs *Officium*, & *Missa* [quam propriam unà cum *Oratione* habet hæc Dominica] Ordinantur respectivè ad Normam *Dominicæ*, & *Hebdomadæ I.* Adventûs. Lectiones, & harum Responsoria, utì & Antiphonas *ad Benedictus*, & ad *Magnif:* sumendo infra hebd: ex Propr: de Temp: prout ibi pro qualibet Feria currente notantur, *Orationem* verò ex Officio *Dominicæ* proximè pra*dentis. Col. Viol.* Quid observandum si in hodiernam Dominicam incid*Dies Octava*, vel *Dies infra Octav* alicujus Festi [v. g. S. Franc. Xav rij in Societate JESU] aut etiam *stum Patroni principalis*, vel *Titulari* aut *Dedicatio* propriæ Ecclesiæ, co stat ex dictis Dominicâ ac Hebdo madâ præcedente.

TITULUS LXVI.

De Dominica, & Hebdomada III. Adventûs.

DOMINICÂ III. Adventûs [dicta *Dominica Gaudete*, ab hodiernæ Missæ Introitu] cum sua Hebdomada hoc tantùm quoad *Officium* & *Missam* habet diversi à 2. Dominicis, ac Hebdomadis præcedentibus, quòd in *Officio* mutetur *Invitatorium*, & deinceps usque ad Vigiliam Nativitatis exclusivè pro: *Regem Venturum Dominum &c*, tam in *Dominicali*, quàm *Feriali* Officio dicatur: *Prope est jam Dominus: Venite Adoremus*; ad *Missam* verò *Conventua-lem* Diaconus & Subdiaconus hodi & infra Hebdomadam [si tamen non repetatur Missa Dominicæ] utantur *Dalmaticis* consuetis, ac *Tunicellis*; Quòd item Altare *aliquantulùm* solen*niùs* paretur hâc Dominicâ, quàm alijs [in quibus abstinendum solen*niori* apparatu] quódque hodie pulsetur *Organa*; ac demum, si hodierna Dominica, aut aliqua Feria ex eam subsequentibus incidat in Diem 17. Decembris, tunc quoad Antiphonam ad *Magnificat*, & respectivè quoad

An-

Antiphonas ad Laudes feriales, facienda sit aliqua mutatio, utì & circa Lectiones, Orationem, ac Missam in tribus Ferijs 4. Temporum in hanc Hebdom: incidentium, modô pòst referendô. De reliquo omnia hodie, & seqq. Ferijs ordinantur tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam* ad Normam Dominicæ & Hebdomadæ I. ac II. Adventûs. Quòd si hac Dominicâ occurrat *Dies Octava*, aut *Dies infra Octavam* alicujus Festi [v. g. Conceptionis B. V.] fit de ea in *Officio*, & *Missa* tantùm Commemoratio, ut suprà, nec dicitur tunc 3. Oratio in Missa. Quid agendum, si *Festum Patroni*, vel *Titularis Ecclesiæ*, aut *hujus Dedicatio* hodie occurrat, vide ibid.

Quòd si hodierna Dominica [idem est de sequenti] vel Feria aliqua hodiernam Dominicam subsequens incidat in Diem 17. Decembr: tunc in Vesperis illius Dominicæ aut Feriæ locô Antiphonæ eidem Dominicæ aut Feriæ ad *Magnificat* assignatæ, ponitur prima ex *Antiphonis majoribus*, hoc est illis, quæ per 7. dies ante Nativitatem Domini ad Canticum *Magnificat* recitantur, incipientes singulæ ab O, dicuntúrque per Ordinem usque ad Diem ante Vigiliam Nativitatis, & quidem singulæ ante & post *Magnificat* integræ [adeoque *duplicantur*, sicut in Duplicibus] non obstante, quòd fiat Officium *de Tempore*; si verò Festum 9. Lectionum incidat in aliquam illarum Dierum, dicuntur post Orationem Festi pro facienda Commemoratione Adventûs cum consueto Versu: *Rorate*, & *Oratione* illius Dominicæ, vel Feriæ. Exstant hæ Antiphonæ post Officium Dominicæ III. Adventûs in Proprio de Temp: vocantúrque *Majores*; tum quia *duplicantur* in Officio de Tempore [hoc est integræ tam ante, quàm post *Magnificat* dicuntur, perinde acsi esset *Duplex*] quod alijs Antiphonis *Officij* de *Tempore*, quod Ritu tantùm *Semidupl:* aut *simplici* celebratur, non competit; tum quia ipsis cedunt Antiphonæ aliæ, Dominicis ac Ferijs extra 7. illos dies cadentibus in Propr: de Tempore alioquin assignatæ. Inchoantur autem die 17. Decembris, dicuntúrque singulæ suo die, sive dein Officium fiat *de Tempore*, sive de *Festo aliquo occurrente* (v. g. S. Thomæ) aut etiam *translato*, v. g. S. Bibianæ, utpote quod cadens in Dominicam I. Adventûs ob subsequentem duplicem Octavam S. Franc. Xaverij, & Conceptionis B. V. ante diem 17. Decembris celebrari salvis Rubricis in Societate JESU non potest: posse autem à die 17. Decembris inclusivè usque ad Vigiliam Nativitatis exclusivè fieri Officium quodcunque 9. Lectionum, sivè *Occurrens*, sive etiam *Translatum*, decrevit S. Rit. Congr. 1692. 17. Maij.

Prædictas *Antiphonas majores* Ve-

Iperarum præcedunt in *Laudibus*, ac *Horis* Officij de Tempore quædam *aliæ*, tanquam Præparatoriæ *ad Majores*, ibidem annotatæ, quæ per LAUDES & HORAS MINORES dicuntur in sex Ferijs ante Vigiliam Nativitatis, incipiendo pariter [in Ecclesia saltem universali) die 17. Decembris, & quidem ab Antiphonis, quæ Feriæ illius diei assignantur, puta ab Antiphonis Feriæ II. ibid: assignatis, si dies 17. Decembris, ubi fit de Feria, in Feriam II. incidat; ab Antiphonis autem Feriæ III. si dies 17. Decembris, ubi fit de Feria, in Feriam III. incidat, deinceps autem Ferijs subsequentibus dicendo illas, quæ illis alijs Ferijs tanquam propriæ assignantur, sive intra hanc, sive subsequentem Hebdomadam Feriæ illæ, aut aliquæ ex illis veniant. Notanda tamen simul sunt sequentia : Si dies 17. Decembris incidat in *Diem Dominicam*, tunc Antiphonæ illæ *Laudum* ac *Horarum* (utpote Officio feriali propriæ) inchoantur Feriâ II. sequente, quæ erit dies 18. Decembris; illæ autem, quæ dicendæ essent in die, in quo tunc occurrit Festum S. Thomæ, dicendæ in tali casu sunt in Sabbato unà cum Psalmis Sabbati, Quarta tamen illarum Antiphonarum prætermissâ, & locô illius dicendo Antiphonam : *Exspectetur sicut pluvia eloquium meum, & descendat super nos sicut ros DEus noster* (utpote conformem Cantico Moysis *Audite Cœli &c*, in Laudibus Sabbati decantari solito, de quo sumpta est, & bene quadrat *Tempori Adventûs*; si Vigilia Nativitatis venerit in Dominica : tunc enim in Sabbato præcedente dicuntur quidem Psalmi feriales de Sabbato, ùt in Psalterio; at verò Antiphonæ sumuntur tum de Laudibus Dominicæ, quartâ illarum prætermissâ, & locô illius dicendo prædictam Antiphonam *Exspectetur &c*; Antiphonam autem *Benedictus*, ac Orationem (unà cum prævijs precibus) tunc recitandô ut in Sabbato 4. Temporum utraque ponitur; Antiphonas verò, Laudibus illius Feriæ, in quâ eô annô venit Festum S. Thomæ, in Propr. de Tempore assignatas, annô illô pretermittendo; ac denique in sequenti Dominica ad *Laudes*, & *Horas* dicendo Antiphonas de Vigilia Nativitatis, & quidem Ritu duplici unà cum reliquo Officio, ùt ibi in Rubrica, Vigiliæ Nativitatis præmixâ. Similiter omittitur Antiphona *Exspectetur* (alioquin ob causam paulò antè relatam, semper in Sabbato quartô locô dicenda) tunc, quando *Festum S. Thomæ* venerit in Sabbato.

Cùm Hispanis, qui 17. Decembris celebrant *Festum Expectationis Partûs B: V.* Gregorius XIII. concesserit Antiphonas, quæ in 6. Ferijs ante Vigiliam Nativitatis in Laudibus ferialibus dicuntur, ipsi anticipent ac inchoent 16. Decembris, exurgit hâc

Quæ-

Quæstio: Quid ipsis agendum tunc, quando dies 16. Decembris incidit in Dominicam? R. cum Gav: eô annô omittendas esse ad Laudes Antiphonas Feriæ II. sicuti in Ecclesia universali omittuntur Antiphonæ illius Feriæ, in qua occurrit Festum S. Thomæ, quando Vigilia Nativitatis Domini occurrit in Dominica, cujus Antiphonæ tunc dicuntur in Sabbato præcedente in Laudibus Vigiliæ. Pari modo, ubi die 18. Decembr. celebratur Officium de Exspectatione Part. B. V. omittendæ sunt ad Laudes Antiphonæ illæ, quæ occurrunt in illa Feria in Proprio de Temp. S. R. C. 1682. 12. *Maij.* Si idem Festum Exspectationis venerit in feria quarta 4. Temporum, nec erit dicenda nona Lectio in Officio, nec legendum ejus Evang. in fine Missæ, sed illud S. Joan. atque adeo de Feria solùm fiet Commemoratio in Officio, & Missa. Ità enim decrevisse fertur ead. Sac. Rit. Congr. 1692. 12. Maij. Quia nempe etiam Evangelium Feriæ illius est de B. V. ac illud ipsum, quod legitur in hoc Festo. Quòd si alicubi contingat, reponi Antiphonas, 6. Ferijs ante Vigiliam Nativitatis assignatas, in Feria diversa ab ea, cui sunt assignatæ, tunc Antiphona quarta ea erit, quæ conformis est cantico cantando, uti præscribitur de Antiphona *Expectetur*, quæ unicè Sabbato reservatur. Gav. Tom. 2. S. 6. c. 2. n. 7. & 8. Ad *Antiphonas* ad *Benedictus* quod attinet, quamvis juxta superiùs dicta sua cuique Feriæ propria in Proprio de Temp: assignetur, duæ tamen sunt ità Privilegiatæ, ac certæ diei Mensis Decembris affixæ, ut ijs eô annô cedere debeant Antiphonæ aliæ in proprijs locis ad *Benedictus* assignatæ. Prior est Antiphona: *Nolite timere; quinta enim die veniet ad vos Dominus noster*: quæ semper est ponenda die 21. Decembris, sive dein sit Festum S. Thomæ, sive Dominica, ne scil. enuntietur falsum extra quintum diem ante Nativitatem eam ponendo: adeoque si 21. Decembris (ut regulariter fit) celebretur Festum S. Thomæ, tunc in ejus Officio prædicta Antiphona: *Nolite timere &c* ponenda est pro Commemoratione Adventûs; si verò contingat Festum S. Thomæ ob occurrentem Dominicam IV. Adventûs transferri in Feriam II. tunc Antiphona illa: *Nolite timere &c* dicenda est ad *Benedictus* in Officio Dominicæ locô Antiphonæ: *Ave Maria &c*, alioqui Dominicæ illi extra 21. Decembris cadenti assignatæ. Posterior est Antiphona: *Ecce Completa sunt omnia, quæ dicta sunt per Angelum de Virgine Maria*: quæ Antiphona semper ultimo die ante Vigiliam Nativitatis dicenda est ad *Benedictus*, eique cedere debet illa, quæ Feriæ tunc occurrenti alioquin in Breviario assignatur, si sit alia, seu diversa.

In-

Infra Hebdomadam III. Adventûs occurrunt 4. Tempora in Hyeme, in quorum Ferias si incidat Festum *Duplex*, vel *Semiduplex*, aut *Dies Octava* alicujus Festi (v. g. Conceptionis B. V.) quando ejusmodi *Dies Octava* venit ante diem 17. Decembris (nam die 17. Decembris supervenientè nil ampliùs fit de *Octava nondum absoluta*; ne quidem Commemoratio) fit in ijs de ejusmodi *Festo*, vel *Die Octava* Officium (sumendo pro I. Nocturno Lectiones in ejusmodi Festo, si Proprias non habet, de Communi Sanctorum; in die autem Octava, proprijs Lectionibus destitutâ, repetendo Lectiones I. Nocturni in Festo dictas) cum 9. Lectione de Homilia Feriæ currentis 4. Temporum, ejúsque in Laudibus Commemoratione, per *Orationem* & *Antiphonam* propriam tali Feriæ, nisi Feria illa 4. Temporum incidat in Festum S. Thomæ Apostoli; tunc enim locô Antiphonæ: *Ex quo facta est &c* (quæ alioqui dicitur in Feria VI. quatuor Temporum) & locô Antiphonæ: *Quomodo fiet istud* (quæ alioqui dicitur in in Sabbato Quat: Temporum) dicitur Antiphona: *Nolite timere &c*, ùt suprà. Quòd si præter Festum *9. Lectionum*, aut *Diem Octavam* alicujus Festi in Feriam ejusmodi 4. Temporum incidat simul *Festum Simplex*, v. g. S. Eusebij Episc: & Mart: fit etiam de illo (post Commemorationem de *Feria*) in *Laudibus*, & pridianis *Vesperis* Commemoratio. Quod dictum de *Officio*, intelligendum quoque suô modô est de Missa in ejusmodi casu: Nam etiam [loquendo de Ecclesijs, quæ nec Cathedrales, nec Collegiatæ sunt] dicitur de *Festo*, aut *Die Octava*, si incidant in Feriam quampiam 4. Temporum, cum Commemoratione Feria, utì & de Vigilia, ac Festo simplici, si unà incidant in Feriam aliquam 4. Temporum, nec non legendo ultimum Evangelium in eadem Feria 4. Temporum modo superiùs declaratô. At verò in Ecclesijs *Cathedralibus*, & *Collegiatis* cantantur duæ Missæ Conventuales in ejusmodi casu (quô nempe aut *Festum 9. Lectionum*, v. g. S. Thomæ aut *Dies Octava* alicujus Festi, v. g. Conceptionis B. V. ante diem 17. Decembris incidit in Feriam aliquam Quat: Temporum) una scilicet de *Festo*, aut *Die Octava* post Tertiam, cum Commemoratione de Feria currente. Altera verò de Feria currente quatuor Temporum post Nonam, sine Commemoratione de Festo, & in fine utriusque dicitur Evangel: S. Jo annis. In *Priore* fit Commemoratio de *Festo Simplici*, si quod occurrat, non autem de *Vigilia*, si quæ occurrat; in *Posteriore* verò fit Commemoratio de *Vigilia*, non item de Festo simplici, si simul occurrat: quæ autem tertiô locô in utraque ejusmodi Missa Conventuali dicenda

ratio

ratio tunc sit; quæ item 2. & 3. locô, si nec *Vigilia*, nec *Festum Simplex* simul occurrat, dictum est suprà, ac suô locô.

Quòd si non ipsa *Dies Octava* alicujus Festi, sed tantùm *Dies* aliqua *infra Octavam* incidat in Feriam aliquam 4. Temporum (uti annô 1707. *Dies septima infra Octavam* Conceptionis B. V. nempe 14. Decembris, incidit in Feriam IV. quatuor Temporum *in hyeme*) tunc *Officium* dicitur quidem de *Die infra Octavam* (sumendo Lectiones pro I. Nocturno Officij de *Die infra Octavam Conceptionis* ex Parabolis Salomonis, prout notantur post Diem XV. Decembris in Brev: pro Officio autem alterius Sancti, in Feriam IV. Temporum infra Octavam incidentis, sumendo Lectiones positas in Communi Sanctorum) de Feria autem 4. Temporum dicitur tunc solummodo 9. Lectio, cum ejus Commemoratione in Laudibus, ùt suprà; At verò *Missa* (colore Altaris, extra Missam Principalem, concordante cum *Officio*, colore verò Paramentorum Celebrantis sequente ipsam *Missam*) dicitur *infra Octavam* non de *Octava*, sed de *Feria curr: 4. Temporum*, *sine Glor:* & *Cred:* cum Prophetia, & Commem: de *Octava*, ac Oratione 3. de Spiritu Sancto, non autem: *Deus, qui de Beatæ*, ùt malè contra Rubric: Gen. IX. Missal. n. 9. ac contra Directorium Roman: nonnemo tunc posuit. Præfatio quoque in tali occurrentia non dicitur de *Octava Conceptionis*, sed *Cõmunis*, uti Tom. I. P. 1. Tit. 12. lit. C. fol. 32. recentioris editionis probat Gavantus, allegans in eam rem Decretũ Sac. Rit. Congr. 12. Decembr. 1626. ubi id statuit pro casu, quô Feriâ IV. quatuor Temporum occurrit in Octava Nativitatis B. V. M. Atqui par ratio est de Octava Conceptionis B. V. si aut ipsa Dies Octava, aut Dies aliqua infra ejus Octavam in Feriam IV. quatuor Temporum incidat, postquam Festum *Conceptionis* perinde, ac *Festum Nativitatis*, in universali Ecclesia jussu Innoc. XII. celebratur *cum Octava*: cùm utriusque Missa omnino sit eadem, & Decretum Sac: Congregat: de dicenda Præfatione Communi in *Missa de Feria* (occurrente intra aliquam Octavam) Teste Gav: loc: cit: non tantùm intelligendum sit de *Missa solenni*, sed etiam de *privata* ob Rationem, quam ibi insinuat, quæ tamen non pugnat pro Missis *Festivis*, & *Votivis*, quæ infra aliquam Octavam Festi alicujus, *propriam* habentis *Præfationem*, dicuntur. Quod verò hîc dictum de dicenda Præfatione Communi in *Missa de Feria 4. Temporum* occurrente intra aliquam Octavam, intelligendum quoque est de *Missa alicujus Vigilia*, intra aliquam Octavam occurrentis, uti ibid. Gavant. licèt autem, quando *Festum Duplex*, vel *Semiduplex*, aut *Dies Octava* alicujus Fe-

Festi (v. g. Conceptionis B. V.) incidat in Feriam aliquam 4. Temporum juxta Rubr: Gen. III. in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis cantari debeant duæ Missæ, modò paulò antè relatô, una de *Festo*, altera de *Feria* : id tamen non procedit de *Die infra Octavam* in *ejusmodi Feria* 4. Temporum occurrente, sed tantùm de *ipsa die Octava* in ea occurrente : ac proinde, si *Dies* 7. *infra Octavam Conceptionis B. V.* incidat in Feriam IV. quatuor Temporum, neque in Ecclesijs *Cathedralibus*, nec in *Collegiatis* cantabuntur duæ *Missæ Conventuales*, una de Octava, altera de Feria, sed una tantùm, eáque de Feria, cum Commemoratione Octavæ &c, ùt suprà : ità enim declaravit Sac. Rit. Congr. apud Arnaud: satísque colligitur ex cit: Rubr: Missal. n. 2.

Cæterùm, ùt suprà insinuatum, quando advenit Dies XVII. Decembris (in qua regulariter ponuntur Antiphonæ propriæ ad Laudes in *Officio de Tempore*, & in *quocunque Officio* Antiphonæ Majores O ad *Magnificat*) cessant ac suspenduntur omnes *Octavæ particulares*, ità, ut usque ad Diem Octavam Epiphaniæ inclusivè non modò nullum ampliùs Festum *Ecclesiæ* alicujus *particularis* (v. g. *Patroni*, vel *Dedicationis*, aut *Tituli* propriæ Ecclesiæ) celebrari intra illud Tempus possit cum Octava, sed etiam Octavæ jam antecedenter cœptæ, seu inchoatæ tunc abrumpantur, ità, ut nil ampliùs, ne quidem Commemoratio fieri de ea possit in *Officio*, aut *Missa*, ut expressum habetur Rubr: Gen: VII. Breviar: in fin. n. 1. Quare si occurrat *Dies Octava* Festi habentis Octavam in Die 17. Decembris, ne quidem in pridianis Vesperis fieri debebit Commemoratio de *Die illa Octava* : cùm enim sequenti die *Dies Octava Festi* Officium non habeat, nec etiam conveniet, ut habeat primas Vesperas etiam tantùm partiales, aut Commemorationem ex 1. Vesperis, uti ad cit. Rubr. decurrit Gav: Tom. 2. Sect. 3. c. 8. n. 5. ac 13. Vide tamen simul tum dicta superiùs *Tit: De Dominicâ Quinquagesimæ*, & *Feriâ III. eam subsequente*, tum etiam inferiùs dicenda P. II. Die 2. & 3. Febr.

Quòd si denique in Ferias 4. *Temporum Adventûs*, *aliquas*, vel *aliquam* illarum nec *Festum* 9. *Lectionum* nec *Dies Octava*, nec *Dies infra Octavam* incidat, *Officium* & *Missa* dicentur de ea sine *Glor:* & *Cred:* prout notantur in Proprio de Tempore, ac suprà declaratum, cum Commemoratione Vigiliæ S. Thomæ Apostoli (si in aliquam illarum Feriarum Vigilia hæc incidat) attamen in *Missa* tantùm, non in *Officio*, nec legenda in Missa (in qua tunc 3. Oratio: *DEus, qui de B. M. V.*) ultimum de ea Evangelium, sed S. Joannis. Si alicubi, aut aliquando etiam *Festum simplex* incidat in Feriam aliquam 4. Tem-

Temporum, tunc etiam de illo fiet Commemoratio in *Officio*, ac *Missa*, attamen in hac post Commemorationem de *Vigilia*: si autem nec *Vigilia*, nec *Festum Simplex* in Feriam ejusmodi 4. Temporum incidat, 2. Oratio in Missa erit: *DEus, qui de B. M. V.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro *Papa*. In ead: Præfatio Communis, & in fine: *Benedicamus*, ac Evangelium, S. Joan:

In Missa *Feriæ quartæ* ac Sabbati 4. Temporum dicitur post Kyrie eleison *Oremus*, *flectamus genua*, & in priore duplex Lectio, seu præter Epistolam etiam Prophetia; in Posteriore verò 6. Lectiones, ùt ibi. *Col. Viel.* In Vesperis *Feriæ quartæ & sextæ 4. Temporum* dicitur Oratio Dominicæ præcedentis, si de illis VESPERÆ dicantur. In omnibus 3. Ferijs 4. Temporum (etiamsi incidant in *Festum fori*) est *Jejunium de Præcepto*, item in eorundem *Sabbato* Collatio Ss. Ordinum in Ecclesijs Cathedralibus.

NB. In *Ferijs quatuor Temporum*, uti & alijs, in quibus dicendæ sunt plures Orationes cum *Prophetijs*, dictô *Kyrie eleison* in medio Altaris, revertitur celebrans ad Cornu Epistolæ, ubi stans ante Librum, extensis, & mox junctis ante pectus manibus, capùtque Cruci inclinans dicit *Oremus*, & (nisi currat Tempus Paschale, uti in quatuor Temporibus Pentecostes) *flectamus genua*, ac illicò manibus supra Altare extensis, ut seipsum ad Altare sustineat, genuflectit, tum sine mora surgens, eadem voce Ministro respondente: *Levate*, manibus extensis dicit ante 1. PROPHETIAM, seu Lectionem, illam solummodo Orationem (eámque cum competente eidem conclusione) quæ cum Officio illius Feriæ concordat, cæteras verò Orationes, Missæ illius Feriæ convenientes, dicit primùm ante Epistolam, hoc est, ultimam Lectionem ejus Missæ; eò quòd (ùt notat Bauldry) Epistola magìs attineat ad Sacrificium Missæ. Eruditiones varias de Nomine, Origine, Institutione, Numero, Mysterijs, ac Ritibus &c *Quatuor Temporum* vide apud Gav: Tom. 1. P. 4. Tit. 2. &c.

Si *Vigilia Nativitatis Domini* venenerit in *Dominica*, tunc *Sabbatô* Dominicam illam *præcedente* sumuntur juxta suprà dicta *Antiphonæ* pro *Laudibus ferialibus* Sabbati ex Dominica IV. Adventûs, exceptâ Antiphonâ quartâ; hæc enim ea die tunc prætermittitur, & locô illius dicitur Antiphona *Exspectetur &c*, utpote concordans cum Canticô Officij Sabbatini: ad *Benedictus* verò locô Antiphonæ: *Quomodo fiet &c*, dicitur Antiphona: *Ecce Completa sunt omnia &c*, & Oratio in Sabbato 4. Temporum posita, cum Precibus ferialibus; illæ autem Antiphonæ, quæ assignantur Feriæ, in qua annô illô occurrit Festum S. Thomæ, eô annô prætermittuntur,

ut sic Antiphonis Dominicæ quartæ Adventûs (quæ omitti penitùs non debent) illô Sabbatô 4. Temporum ponendis sit locus.

Si in Sabbatum ante Dominicam IV. Adventûs incidat Festum S. Thomæ Apost: tunc *Officium* & *Missa* fiunt de Festo, ùt suprà, ac suô locô, cum 9. Lectione de Homil: Sabb: 4. Temporum, hujúsque Commemoratione in *Laudib:* ac *Missa*, & in hac dicendô ultimum Evang: de eodem Sabb. 4. Temp. *Vesperæ* quoque dicuntur tunc de Festo, cum Commemoratione Dominicæ sequentis per Antiphonam: *O Oriens &c.* Col. Rubr. Si verò pridie Dominicæ IV. Adventûs Festum ejusmodi non occurrat, tunc Sabbatô ante Dominicam IV. Adventûs (etiam quando in istam incidit *Vigilia Nativitatis*) Vesperæ dicuntur usque ad Capitulum de Psalterio, ùt in Sabbatis per annum, dicendo scilicet & *Antiphonam* & *Psalmos feriales*, ùt ibi: à Capitulo autem dicuntur de Dominica IV. Adventûs recitandô omnia, ùt antè tantur in loco, in Proprio de Tempore, ac duplicando ad *Magnificat* tiphonam majorem occurrenti Festis Diei correspondentem. Col. Vid.

Singulariter hîc venit antetandum, quòd quando *Vigilia Nativitatu Domini* incidit in Dominicam IV. Adventûs, tunc Sabbato præcedente legatur quidem Evangelium Dominicæ (cùm idem sit utriusque Evangelium) non tamen legatur tunc eô Sabbatô in Officio Homiliæ Dominicæ IV. subsequentis, sed ea quæ assignatur Sabbato currenti.

TITULUS LXVII.

De Dominica IV. Adventûs, ac Ferijs eam Subsequentibus.

DOMINICA IV. Adventûs (nisì in eam incidat *Vigilia Nativit: Christi*, aut alicubi *Festum S. Thomæ*, ubi is, tanquam *Patronus Loci*, aut *propriæ Ecclesiæ*, est Duplex 1. Classis) OFFICIUM ac MISSA dicuntur Ritu Semidupl: 2. Classis de ea, in hunc modum: Ad MATUTINUM Invitatorium: *Propè est jam Dominus &c*, ùt in Dominica præcedente. Hymnus *Verbum supernum prodiens &c*, ùt in Dominica I. Adventûs. Antiphonæ ac Versus Nocturnorum, ùt in Psalterio Tempore Adventûs. *Psalmi* Nocturnorum, ùt ibid: in Dominicis per annum. *Lectiones*, & *Responsoria* (eáque novem) propria, ut notantur in Proprio de Tempore.

Ad

Ad Laudes, ùt ibid. At Hymnus [*En clara vox*] & Versus subsequens [*Vox clamantis &c*] ùt in Dominica I. Adventûs. Ad *Benedictus* Antiphona: *Ave Maria &c*, ùt in eodem Propr. de Temp: nisi Dominica hæc incidat in Festum S. Thomæ, seu Diem 21. Decembris, aut in ultimum Diem ante Vigiliam Nativitatis, seu in Diem 23. Decembris; nam si incidat in Diem 21. Decembris, quo alioquin, *id* est alijs annis, celebratur Festum S. Thomæ, tunc locô Antiphonæ: *Ave Maria &c* dicitur Antiphona: *Nolite timere &c*; Si verò incidat in Diem 23. Decembris, quæ est ultima ante Vigiliam Nativitatis, tunc locô memoratæ Antiphonæ *Ave Maria*, dic: Antiphona: *Ecce Completa &c.* Ad Primam (in cujus Respons: brevi dic: Vers: *Qui venturus es in mundum &c*) ac reliquas Horas Antiphonæ sumuntur ex Laudibus Dominicæ currentis: cætera dicuntur ad Normam præcedentium Dominicarum, ùt in Psalterio, ac proprio loco.

Missa quoque dicitur, ùti notatur in Propr: de Temp: cum *Cred:* sine *Glor:* Orat. 2. *DEus, qui de B. M. V.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa. Præfatio Commun: In fine *Benedicamus*, & Evangel: S. Joan. *Col. Viol.*

Vesperæ (nisi cras occurrat Festum S. Thomæ) dicuntur de eadem Dominica IV. Adv: & *Antiphonæ* quidem sumuntur ex Laudibus ejusdem: Psalmi verò dic: ùt in Dominicis per annum: *Capitulum* & *Hymnus* cum *Versu* subseq: ac Oratione, uti in 1. Vesperis currentis Dominicæ: Ad *Magnificat* Antiphona Major O, currenti Mensis diei correspondens, eáque duplicatur. *Col. Viol.* Post Vesperas diei dicuntur Vesperæ Defunctorum modô suprà descriptô.

Quòd si cras occurrat Festum S. Thomæ, aut hodie occurrens in crastinam Feriam II. transferatur, tunc totæ hodiernæ Vesperæ dicuntur de S. Thoma, ùt suô locô notantur; de Dominicâ verò hodierna fit in ijs tantùm Commemoratio, dicendo Antiphonam majorem O, versum [*Rorate Cœli*] ac Orationem, ùt paulò antè. *Col. Rub.*

Si in Dominicam IV. Adventûs incidat Festum S. Thomæ Apost: tunc Festum illud in universali Ecclesia transfertur in Feriam II. subsequentem: in Dominica verò illâ *Officium* ac *Missa* dicuntur de ea usque ad Vesperas exclusivè; Vesperæ autem de S. Thoma cum Commemoratione Dominicæ, modô ac Ritu paulò antè descriptô. At verò in illis Ecclesijs, in quibus S. Thomas colitur ùt *Patronus loci*, vel *Titularis Ecclesiæ*, adeoque est Duplex 1. Classis, Festum S. Thomæ occurrens in Dominica IV. Adventûs non transfertur, sed celebratur solenniter sub Ritu dupl. 1. Classis; eò quòd Dominicæ majores 2. Classis (quales sunt

II. III. & IV. Adventûs) in occursu cedant *Patrono*, vel *Titulari Ecclesiæ*, uti & ejus *Dedicationi*; debet tamen etiam in tali Ecclesia fieri Commemoratio de Dominica in utrisque *Vesperis*, *Laudibus* ac *Missa*, cum 9. Lectione de Homil: ejusdem in *Officio*, ac ultimo Evang: in *Missa*, ac proinde pro Comemoratione Dominicæ in Laudibus dicenda est Antiphona: *Nolite timere &c.* & in Vesperis Antiphona: *O oriens &c.*

Si in Dominicam IV. Adventûs incidat *Vigilia Nativitatis Domini* (quæ est privilegiata contra quodcunque Festum juxta Rubr: Gen. X. Breviar.) tunc juxta propr: Rubricam *Officium* fit hôc modô: Ad MATUTINUM dic: Invitatorium proprium de Vigilia: *Hodie scietis &c.*, uti notatur in Proprio de Temp: post Feriam VI. infra Hebdomadam IV. Adventûs. *Hymnus* de Adventu: *Verbum supernum prodiens &c.*, ut in Dominica 1. Adventûs. *Antiphonæ*, *Psalmi*, *Versiculi*: *Lectiones*, & *Responsoria* in I. & II. Nocturno dicuntur de Dominica IV. Adventûs, ut suprà. In III. Nocturno Antiphonæ & Psalmi pariter dicuntur de Dominica, ut in Psalterio Tempore Adventûs; At Versiculus III. Nocturni (*Hodie scietis &c.*) dicitur de Vigilia: *tres* quoque *Lectiones* cum suis *Responsorijs* dicuntur in III. Nocturno de Homilia Vigiliæ, & non legitur Homilia Dominicæ pro ultima Lectione. *Laudes*, & reliquæ HORÆ usque ad VESPERAS de cuntur pariter de *Vigilia*, & quidem *Ritu duplici*, ut ibi, ac suô locô, cum Commemoratione Dominicæ IV. Adventûs. *Missa* quoque tunc dicitur non de *Dominica*, sed de *Vigilia Nativitatis*, cum Commemoratione quidem Dominicæ IV. Adventûs, attamen sine ejus Evangelio in fine (utpote quòd heri jam lectum est) ut notatur in PRORRIO de Tempore nisi quòd, quando *Vigilia* hæc venit *in Dominica*, non modò fiat Commemoratio Dominicæ occurrentis (id quidem hujus tantùm) sed etiam pro Graduale dicatur *Alleluja*, ac Versus sequens, ut ibi, & præterea ratione Dominicæ dicatur tunc *Credo* (et nec tunc in ea dicatur *Gloria*, quod ex presse, non utique supervacanée, monet Bauldry P. 4. c. 2. n. 1.) approbat Gav: quem sequitur Directorium Romanum annô 1702. satis colligitur ex Rubr. Gen. XI. Missa n. 1. in princip: ac fin: unde errant oppositum aliquando ponentes in suis Directorijs. In eadem Missa de Vigilia dicitur Præfatio Commun: in fine autem *Benedicamus*, & Evang. S. Joan: etiam cùm venit in Dominica. *Col. Viol.* Quid porrò in casu quô Vigilia Nativ: Domini incidit in Dominicam, sit observandum, vide infrà in fine hujus Tituli, & P. II. die 24. Decembris.

Quomodo autem non pereat Officium *Dominicæ IV. Adventûs* etiam illô

illô annô, quô incidit in illam *Vigilia Nativitatis*, sed partim præcedente Sabbato, partim in ipsa Vigilia majore sui Parte ponatur, etiam quoad Evangelium, eruditè ostendit Gavantus Tom. 2. Sect. 6. c. 3. n. 1. & 2.

Officia Feriarum, quæ post Dominicam IV. Adventûs infra Hebdomadam illius IV. ponuntur, Radulphus apud Gav: loc: cit: appellat *supercrescentia*; eò quòd in breviori Adventu vel ex toto, vel ex parte omittantur; ex toto quidem tunc, quando Festum Nativitatis cadit in Feriam II. ex parte autem, quando in alias Ferias post Dominic. IV. Adventûs incidit. Quia tamen etiâ post Do- Dominicâ IV. Adv: aliquando occurrit una, vel altera, aut etiam plures quandoque Feriæ, in qua, vel quibus Officiû fit de ea, seu feriale, & nulla ex illis 5. est, in qua non aliquando id fiat, ideo pro Ferijs quoque infra Hebdomadam IV. Adventûs occurrentibus [nimirum II. III. IV. V. & VI.] assignantur propriæ Lectiones de S. Script: & sua cuique *Responsoria* in Proprio de Tempore; quæ proin *Lectiones* ac *Responsoria*, si de una aut pluribus dictarum Feriarum fiat Officium, in ferialis Nocturni Officio erunt recitanda. Reliqua verò dicentur ad Normam Feriarum præcedentis Hebdomadæ, recitando videlicet ad Matutinum *Invitatorium* ac *Hymnum* ùt in Dominica præcedente, seu III. Adventûs; *Psalmos* autem cum suis *Antiphonis* de Feriâ currente, ùt in Psalterio; cum Versu quoque Nocturni, ùt ibid: in Adventu. Ad Laudes verò & per Horas ponendo Antiphonas Psalmorum Feriæ currenti proprias, prout notantur post Antiphonas majores in Proprio de Tempore pro Laudibus sex Feriarum ante Vigiliam Nativit: Domini occurrentium, nec non circa Antiphonas ad *Benedictus*, & Antiphonas majores ad *Magnificat* (in eodem Proprio de Tempore assignatas) abservandô id, quod præcedenti Hebdomade est dictum, ut scil: in illæ Feria, in quam incidit Festum S. Thomæ non translatum, seu dies 21. Decembris, pro Commemoratione de Feria Adventûs loçô Antiphonæ, Feriæ currenti aliquin in Proprio de Tempore assignatæ, ponatur ad *Benedictus* Antiphona *Nolite timere &c*, & in ea, quæ Vigiliam Nativitatis proximè antecedit, seu incidit in diem 23. Decembris ibidem ad *Benedictus* ponatur Antiphona: *Ecce completa sunt omnia &c*, extans Feriâ VI. hujus Hebdomadæ: Majores verò Antiphonæ in feriali Officio ante & post *Magnificat* (suo unaquæque Die) integræ dicantur, adeoque duplicentur; ac denique Laudibus Feriæ II. si de ea fiat Officium, subjungendô *Officium Defunctorum* cum pridianis eorum Vesperis, ùt suprà.

Missa quoque dicitur in Ferijs hujus Hebdomadæ, si de ijs fiat *Officium*.

cium, de Dominica præcedente, sine *Gloria*, & *Credo*, omissô quoque post Graduale *Alleluja*, ac Versu sequente, cum ijsdem tamen Orationibus, exceptâ Feriâ II. in qua 2. Oratio est *Fidelium*, 3. autem : *DEus, qui de B. M. V.* Præf: Communis, in fine *Benedicamus*, & Evangel: S. Joan. *Col. Viol.*

Si in FERIAM II. aut aliam FERIAM hujus Hebdomadæ incidat *Vigilia* S. Thomæ, tunc juxta superiùs dicta de *Vigilia* nihil fit in *Officio*, ne quidem aliqua Cõmemoratio, sed totum dicitur de Feria currente, sine Cõmemoratione, ac ult. Lectione de Vigilia, ùt suprà : Missa tamen tunc dicitur (eriam principalis) de *Vigilia*, de *Feria* autem *Adventûs* fit tantùm Commemoratio, nec legitur de ista ultimum in *Missa* Evangelium : de reliquo dicitur illa sine *Gloria* & *Credo* : & consequenter cum *Benedicamus* in fine : ad *Orationes* quod attinet, si *Vigilia* prædicta S. *Thomæ* incidit in *Feriam II.* hujus Hebdomadæ, 2. Oratio erit *Fidelium*: 3. autem de *Feriâ Adventûs* ex Dominica IV. præcedente : si verò incidat in aliam Feriam hujus Hebdomadæ, tunc 2. Oratio erit de *Feriâ Adventûs*. 3. autem : *DEus, qui de B. M. V.*

Si in FERIAM II. aut aliam hujus Hebdomadæ incidat ipsum *Festum S. Thomæ*, aut in hesterna Dominica occurrens in hodiernam Feriam II. transferatur, *Officium* & *Missa* (etiam *Conventualis* in Ecclesijs Cathedralibus ac Collegiatis) fiunt de Festo ùt in proprio locô notantur, cum Commemoratione de currente Feriâ illâ Adventûs tam in *Officio*, quàm in *Missa* sumendo pro Commemoratione Feriæ Adventûs Orationem Dominica præcedente, attamen ne 9. Lectione in *Officio*, ac sine ultimo Evangelio in *Missa* de illa Feria Adventûs infra hanc Hebd: occurrente : Antiphona autem *Nesciens mater &c* eô annô ac locô, quô festum S. Thomæ in Dominica occurrens transfertur in Feriam subsequentem, non transfertur cum Festo, sed dicitur in ipsa Dominica locô Antiphonæ *Ave Maria*, Feriâ autem illâ, in quam transfertur Festum Thomæ, dicitur pro Commemoratione Adventûs Antiphona Feriali in Breviario assignata juxta superiùs dicta. Si denique in Feriam II. aut aliam hujus Hebdomadæ incidat *Vigilia Nativitatis Domini*, Officium totum fit de ea, ùti notatur in proprio loco, cum Oratione unica, ac sub Ritu duplici (attamen tantum ad *Laudes*, & per Horas) ùt ibi : nec dicitur *Officium Defunctorum*, si hæc Vigilia in *Feriam* II. Hebdomadæ II. Adventûs incidat, ùti nec *Vesperæ Defunctorum* Dominicâ eam præcedente. Quòd si eadem *Natalis Domini Vigilia* veniat in *Sabbatô*, tunc præter *Officium*, & *Missa* fiunt de ipsa ùt ibi, & infrà P. II. Die 24. Decembris;

bris: Quia verò tunc Psalmus *Jubilate* dicitur in *Laudibus Vigiliæ*, ideo tunc in Nocturno illius Officij locô Psalmi *Jubilate* dicendus est Psalmus: *Bonum est Confiteri &c*, ne scilicet idem Psalmus in eadem Hora (ut notat Gav:) bis dicatur, nempe in *Matutino*, & *Laudibus*, quæ juxta eundem ac Alios constituunt unam Horam: ob quam eamdem, & aliam insuper rationem, etiam in Sabbatis, in quibus fit Officium de B. Maria in Sabbato, in Nocturno illius Officij pariter dicitur Psalmus: *Bonum est Confiteri Domino.* In quamcunque autem hujus Hebdomadæ Diem incidat *Vigilia Nativitatis Domini*, Martyrologium pro sequente Festo legendum est in ea ad Primam cum majori, quàm aliàs solet, solennitate, de quo, & alijs ad *hanc Vigiliam* pertinentibus infrà P. II. die 24. Decembr: ubi & de Missa ejusdem Vigiliæ, quam habet hæc Vigilia propriam, nec potest locô ejus in ea dici *Missa privata Votiva*, nec etiam de *requiem* (nam utraque hac die prohibetur) dicitur verò Missa Vigiliæ cum Oratione unica, absque *Gloria*, & (nisi venerit in Dominica) etiam sine *Credo*: omittitur quoque post Graduale *Alleluja*, & Versus sequens, nisi venerit in Dominica. Præfatio semper Communis, & in fine *Benedicamus*, ac Evang. S. Joan. *Col. Viol.* Porrò post Nonam Vigiliæ Nativitatis terminatur Adventus, & cessat Versus: *Angelus Domini &c*, cum Oratione: *Gratiam tuam* ad Antiphonam *Alma Redemptoris &c*, uti & Collecta: *DEUS, qui de B. M. V.* Vesperæ de Nativitate Domini, ùt suô locô cit: P. II. die 24. & 25. Decembr.

TITULUS LXVIII.

De Dominica infra Octavam Nativitatis Domini.

Si Festum *Nativitatis Domini*, aut *S. Stephani*, vel *S. Joannis Evangelistæ*, aut *Ss. Innocentium* venerit in *Dominica*, tunc *Dominica* illa *vacat*, id est, nihil die illo fit de illa in *Officio* aut *Missa*, nè quidem aliqua Commemoratio, sed tam *Officium*, quàm *Missa* fit de *Festo* in tali *vacante Dominica* occurrente: fit tamen die proximo post *Festum S. Thomæ Martyris* (nisi hoc venerit in Dominica, aut Dies ipsum sequens fuerit Sabbatum) tam *Officium*, quàm *Missa*, de Dominica infra Octavam Nativitatis, etiamsi Dies ipsa non sit Dominica, prout utrumque notatur in *Bre-*

viario, ac *Missali Romano*, sub Titulo seu Rubrica: DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI: & *Officium* quidem tunc dicitur in hunc modum: In 2. Vesperis S. Thomæ dicitur (sub *Ritu semiduplici*) Antiphona; *Tecum principium*, cum reliquis Antiphonis, & Psalmis de Nativitate: à Capitulo autem fit de *Dominica infra Nativitatem*, dicendô Capitulum (*Fratres quanto Tempore*) Hymnum, Versum, Antiphonam ad *Magnificat* (*Dum medium silentium*) & Orationem, uti notantur post Festum S. Thomæ Martyris in PROPRIO de TEMPORE sub prædicto Titulo, ac faciendô Commemorationem de S. Thoma Mart: & quatuor Octavis, ùt ibi. *Col. Alb.* Hymnus Completorij: *Te lucis ante terminum* terminatur per Verba: *JEsu tibi sit Gloria, qui natus es de Virgine &c.* Ad *Matutinum* verò ac *Horas* sequentis Diei (hoc est, proximi post Festum S. Thomæ Martyris) omnia dicuntur sicut in die Nativitatis Domini, præter *Antiphonas* & *Versum* ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, necnon *Orationem*, *Lectiones*, harúmque *Responsoria*, ac *Capitula*, quæ omnia ac sola sunt Propria, & dicuntur, ùt ibi, ponendo hac Nocte (id est in I. Nocturnô hujus Officij) Initium Epistolæ B. Pauli Apost: ad Romanos: de qua, & alijs ejus Epistolis etiam deinceps legitur usque ad Septuagesimam, ità tamen, ut, si ob advenientem citiùs Dominicam Septuagesimæ quandoque contingat minus numerum Dominicarum, ac Hebdomadarum post Epiphaniam, & inde fiat, ut omnes Epistolæ Paulinæ (pro numero Dominicarum & Hebdomadarum, quæ inter Epiphaniam & Septuagesimam intercedere possunt, distributæ) primò poni non possint, tunc illæ, quarum ne initium quidem poni potuerunt, annô omittantur, quamvis de aliquibus Epistolis nihil sit lectum, de quo suis locis.

Missa quoque pariter tunc dicitur de DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI, prout notatur sub eodem hoc Titulo in Missali Romano post Festum S. Thomæ Mart: ac incipit: *Dum medium silentium &c:* dicitúrque cum *Glor:* Oct. ac Commemoratione 4. Octavarum, nec non cum Præfatione & Communicantes de Nativitate, ac Evang. S. Joan: in fine. *Col. Alb.* Vesperæ autem usque ad Capitulum dicuntur de Nativitate, Ritu tamen duplici, à Capitulo verò de S. Silvestro Papa et Conf. dicendo omnia (etiam Orationem: *Da quæsumus &c*) de Communi Conf. Pontif: cum Commemoratione 4. Octavar. *Col. Alb.*

Quòd si verò Festum S. Thomæ Martyris venerit in Dominica, tunc ipsum in Ecclesia Universali transfertur in Feriam II. subsequentem: in Vesperis autem Sabbati Dominicam

eam illam præcedentis, quæ à Capitulo fuerunt de Ss. Innocentibus, post Orationem de Ss. Innocentibus dicitur Antiphona : *Dum medium silentium*, & Versus : *Verbum Caro factum est &c.* ac Oratio (*Omnipotens sempiterne DEus, dirige &c.*) De Dominica infra Octavam Nativitatis, ex 1. ejusdem Vesperis, ùt ibi, & post eam fit etiam Cõmemoratio reliquarum 3. Octavarum: ipsâ autem Dominicâ, in quam cadit eô annô Festum S. Thomæ M. fit Officium & Missa Ritu semiduplici de *Dominica infra Octavam Nativitatis*, modô paulò antè relatô, nisi quòd in 2. Vesperis illius Dominicæ (in quibus tamen Psalmi ac Antiphonæ dicuntur Ritu semiduplici de Nativitate Domini, à Capitulo autem duntaxat de Dominica, ùt ibi) fiat Commemoratio S. Thomæ Mart. in sequentem Feriam II. translati, ac post eam etiam Commemoratio 4. Octavarum. *Col. Alb.*

Si denique dies post Festum S. Thomæ Episc: ac Mart: immediatè sequens fuerit Sabbatum, tunc Sabbatô illô *Officium*, & *Missa* non dicentur de Dominica *infra Octavam Nativitatis*, sed de currente *Octava Nativitatis* Ritu semiduplici in hunc modum : In 2. Vesperis S. Thomæ omnia dicuntur sicut in 2. Vesperis diei Nativitatis (nisi quòd Antiphonæ non duplicentur) & post Orationem *Nativitatis* fit Commemoratio S. Thomæ M. deinde S. Stephani, nec non S. Joannis Apost: & Evangelistæ, ac denique Ss. Innocentium. *Col. Alb.* In Sabbato autem ad *Matutinum* omnia dicuntur, sicut in die Nativitatis, præter Lectiones I. & II. Nocturni, ac utriusque *Responsoria* (quæ omnia dicuntur, ùt in *Dominica infra Octavam* Natitivitatis, modô ibi descriptô) necnon Lectiones III. Nocturni, quæ sunt propriæ, & dicuntur, utì notantur ante Festum S. Silvestri in Propr: de Tempore, ac denique etiam *Responsoria* hujus tertij Nocturni, quæ pariter dicuntur, utì in *Dominica infra Octavam* Nativitatis. Ad *Laudes* (in quibus fit Commemoratio 3. Octavarum nempe Ss. Stephani, Joannis, ac Innocentium MM.) utì & ad Horas minores omnia dicuntur sicut in Nativitate Domini, etiam Oratio. *Col. Alb.*

Missa quoque tunc dicitur de Octava Nativitatis prout notatur in Missali Romano immediatè ante Festum S. Silvestri, ac incipit : *Puer natus est nobis &c.*, cum *Glor: Cred:* ac Commemoratione 3. Octavarum Ss. Stephani, Joannis, ac Innoc: MM. Præf: & *Communicantes* de Nativitate. *Col. Alb.*

Vesperæ verò tunc Ritu duplicî (hoc est, duplicatis ante & post Psalmos Antiphonis) dicuntur hodie, ùt in Festo Nativitatis Domini, Capitulum autem & Reliqua de S. Silvestro, ùt in 1. Vesp: de Communi

Conf: Pontif: cum Commemoratione Dominicæ infra Octavam Nativitatis Domini (ùt in I. Vesperis ejusdem in Breviario per Antiph: *Dum medium silentium &c.* Vers: *Verbum caro factum &c*: & Orat: *Omnipotens sempiterne DEus &c*) & 4. Octavarum, ùt ibi: *Col. Alb.*

Si ipsum Festum S. Silvestri (ùt in tali casu contingit) venerit in Dominica, fiet eâ Dominicâ (nempe crastinâ) *Officium* ac *Missa* de Festo S. Silvestri, cum Commemoratione Dominicæ infra Octavam Nativitatis in 1. *Vesperis*, ac *Laudibus* Festi, ante Comemorationem omnium 4. Octavarum, necnon cum 9. Lectione de Homilia ejusdem Dominicæ. *Missa* quoque crastina tunc dicetur Ritu duplici de eodem Festo, cum Commemoratione Dominicæ infra Octavam Nativitatis (ex Missa: *Dum medium silentium &c*) & omnium 4. Octavarum: Præfatione & *Communicantes* de Nativitate, ac ultimo Evangelio de dicta Dominica, de qua tamen deinceps nil ampliùs fit (utì nec de Festo S. Silvestri) in subsequentibus hodiernis Vesp: in Ecclesia universali, utì P. II. dicetur. *Col. Alb.*

Atque hæc de Modo Ordinandi Officium, ac Missam per singulas totius Anni Dominicas, ac Feriarias: de quarum Utrarumque Origine, Institutione, Etymologia, Varietate, religiosâ respectivè Observantiâ jam inde à Temporibus Apostolorum, ac multiplici demum Præconio eruditissimè scribunt, ac differunt Guilielm: Durandus in Ration. Divinor: Offic. Joan. Stephan. Durandus de Ritib: Eccl. Bartholom. Gavant: Tom. 1. P. 4. Tit. 12. n. 21. &c. Item P. 2. Sect: 3. cap. 5. & 6. Joan. Azor Institut. Moral. Tom. 2. l. c. 2 &c. Suarez Tom. 1. de Relig. T. 2. l. 2. c. 4. &c. Tolet. l. 4. c. 23. &c. Layman. l. 4. T. 7. c. 1. Aliique abu. Quibus addi potest P. Cornel. à Lapide in cap: 28. Matthæi Vers: 1. &c. 20. Joan. v. 26. ac apud eund: Augustinus Serm: 251. de Temp: Ambrosius Serm: 254. Card. Joan. Bona Tr. de Divina Psalmod. c. 5. §. 18. ac denique Benedictus Pererius in Comentar: in Libr: Genes: in fine Operis primæ diei, ubi 13. *Diei Dominicæ* Prærogativas enumerat.

Finis Partis Primæ.

Pagina
5.
12.
17.
ibid.
26.
27.
31.
34.
40.
60.
70.
ibid.
95.
103.
112.
ibid.
117.
118.
ibid.
119.
127.
129.
131.
135.
154.
155.

Corrigenda & Addenda in I. Parte.

Pag. 2. Titulus Columnaris hujus paginæ sic est ponendus :
P. I. Tit. I. De Dominica occurrente in Epiph. ac infra hujus Octav.

Pagina.	Columna.	Linea.	
5.	1.	24.	pro Parenthesi fiat Comma, & Linea sequente post vocem *Festum*, adde vel *Officium*.
12.	2.	2.	post 9. *Lectione* adde *in Offic. & ult. Evang. in Miss.*
17.	1.	1.	ante verb: *dicendo* pro [fiat (
ibid.	ibid.	6.	post Verba : *ut ibi* pro] fiat)
26.	2.	8.	post *est* adde *de*
27.	1.	3.	post Parenthesin add: *de ijs*
31.	1.	20.	post *Dominica* 4. adde *post*
34.	2.	34.	pro *sumentur* lege *sumenda Nonnemini videntur* (*non tamen Alijs*)
40.	2.	33.	post *Julij* add: 1789.
60.	1.	5.	post voces 9. *Lectionum* adde (*quod non sit* 1. *vel* 2. *Class.*)
70.	2.	31.	post vocem *Ferijs* adde *quartis*
ibid.	ibid.	35.	post *Graduales* adde *ut*
95.	2.	20.	pro *L.* 10. *c.* 24. lege *Tom.* 2. *l.* 1. *c.* 25.
103.	2.	4.	pro *Sedum* lege *Pedum*
112.	1.	10.	post vocem *anno* lege 1658.
ibid.	ibid.	25.	post *Baptismalis* omisso commate adde *Benedicitur* cum commate subjuncto.
117.	1.	37.	pro *Saato* lege *Sabbato*
118.	2.	9.	post *datur* fiat comma, & postea addatur : *quamdiu durat tempus Paschale, uti nec in Dominicis à* 1. *earum Vesperis.*
ibid.	ibid.	13.	post *necessitatibus* adde : *semper*
119.	1.	14.	pro *Phesa* lege *Phesha.*
127.	1.	35.	post Parenthesin ante *ad* adde *accendatur*
129.	2.	17.	post *earumdem* ante Parenthesin adde *Versus*
131.	2.	33.	pro *quod Navaro* lege *apud Navarr.*
135.	2.	4.	pro *Festum* 2. *Class.* lege *Festum anterius* 1. *Class.*
154.	1.	10.	pro *ideo* lege *proin*
155.			in Titulo Columnari pro Numero *XXII.* ponendus est *XXVII.*

[Ad fol. ultimum Partis I.])(ibid.

Pagina.	Columna.	Linea.	
ibid.	1.	9.	post *Festo* adde *aut die Octava*,
ibid.	ibid.	17.	pro *Festo* lege *simplici.*
ibid.	2.	22.	post *quidem* adde : *de*
164.	2.	19.	pro *Dominicæ* lege *Octavæ.*
170.	2.	19.	pro *Feria II.* lege *Fer. III.*
179.	2.	2.	pro *Trinitatis* lege *Trinitas*
182.	1.	ult.	pro *ni* lege *in*
192.			pro custode *com* pone custodem *met*
193.	1.	1.	pro *comet* lege *met*
198.	2.	17.	pro *Simplicia* lege *Semiduplicia*
202.	1.	ult.	pro *enitùs* lege *penitùs*
ibid.	2.	28.	post *Dominica* fiat)
203.	1.	30.	pro *ac* lege *de*
260.	1.	28.	post vocem *libri* dele *I.*
263.	1.	ult.	pro *ni* lege *in*
175.	1°	18.	pro *XXXIII.* lege *XXIII.*
282.	1.	15.	pro 31. lege 13.)
ibid.	2.	4.	post *Horam* adde *immediatè*
ibid.	ibid.	25.	post *Paschali* locò commatis fiat]
ibid.	ibid.	27.	post *autem* adde *in fine Completorij*
314.	2.	32.	post *Commemoratione* adde *Dominicæ, &*
316.	1.	10.	pro *Guilielm* lege *Gulielm.*
ibid.	ibid.	12.	pro *Durandus* lege *Durantus*
ibid.	ibid.	14.	pro *P. 2.* lege *Tom. 2.*
ibid.	ibid.	18.	post *ab eo* adde : *citati* ;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PARS SECUNDA, *CONTINENS* SINGVLARIA FESTORUM, AC PRO-FESTORUM, SEU *VIGILIARUM.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

TITULUS I.

Singularia Festorum, ac Profestorum, seu Vigiliarum

MENSIS JANUARII,

Qui habet Dies XXXI.

1. CIRCUMCISIO Domini nostri JESU Christi, & Octava Nativitatis Domini: dupl. 2. classis. *Officium* ac *Missa* [in qua *Gloria* & *Credo*] dicuntur uti notantur in proprio loco: Oratio in Laudibus ac Missa unica, eáque propria. Præfatio & *Communicantes* de Nativ. *Col. alb.* Ut ut hoc Festum respectu Ecclesiæ Universalis sit tantùm dupl. *secundæ Classis*, nulli tamen cedit alteri Festo, etiam primæ classis, v. g. *Patroni*, aut *Tituli*, aut *Dedicationis propriæ Ecclesiæ*, adeoque nunquam suo die omittitur, seu transfertur. *Rubric. Gen. Brev. Rom. Tit. X. n. 1. & in Notand. ad Tabell. occurrentiæ.*

Quòd si *Festum Circumcisionis* incidat in *Dominicam*, annô illô Dominica *Vacat*, id est, nihil eô annô die illô fit de *Dominica*, nec in *Officio*, seu *Breviario*, nec in *Missa*, nulla quoque in ijsdem fit reliquarum *Octavarum* Commemoratio in hoc Festo, nisi tantùm diei Octavæ S. Stephani Protomart. in solis secundis hodiernis Vesperis [eáque ut in 1. Vesperis Festi, cum Oratione tamen propria.] utpote de qua fit Officium sequentis diei, non autem de diebus infra Octavas Ss. Joannis, & Innocentûm. *Rubric. propr. hîc & Rubric. Gen. Tit. IX. n. 6.*

In Versiculis *Primæ* & *Completorij* non additur *Alleluja*, bene tamen in alijs Horis. In Missa *Gloria* & *Credo*. Oratio unica. *Præfatio*, & *Communicantes de Nativitate. Col. alb.* in Officio & Missa.

Putârunt aliqui, Festum Circum-

cumcisionis esse *dupl.* 1.*mæ* classis in universa Societate JESU; at Româ responsum est à R. P. Procuratore Assistentiæ pro Germania, hactenus non esse tale, nisi ibi, ubi est *Titulus Ecclesiæ.*

Benedictio Mensæ non tantùm hodie, sed etiam deinceps usque ad Cœnam Vigiliæ Epiphaniæ exclusivè, fit sicut in Festo Nativitatis Domini.

2. *Dies octava S. Stephani Levit. ac Protomart. dupl. min.* In *Officio* omnia, ùt in Festo, præter Lect. & Orat. propr. Commem. Octavar. S. Joannis Apost. & Ss. Innocent. Mart. fit in *Laud* & *Missa*, quæ est eadem, quæ in Festo, excepta 1. Orat. prop. in ead. dic. *Gloria*, *Credo*, & Præfat. de Nativitate Domini; at verò infra Actionem *Communicantes* commune. *Col. rub.* In 2. Vesperis Antiphonæ utì in Laud. Festi; Psalmi verò utì in 2. Vesperis de communi un. Mart. à capit. de die Octava S. Joannis Apost. ibidem sub Ritu dupl. minor. ùt in 1. Vesp. Festi, cum Commem. S. Stephani Protom. & Ss. Innocentium M. M. *Color. alb.*

NB. Hymni Horarum etiam post Octavam Nativ. Domini terminantur per Vers. *JEsu tibi sit gloria, qui natus es de Virgine, &c* usque ad Festum Epiphaniæ. Idem est de Vers. *Qui natus es de M. V.* in 4. brev. ad Primam.

Quando dies Octava S. Stephani cadit in diem Dominicam, Dominica annô illô *vacat*, modò prà dictô.

3. Dies Octava S. Joannis & Evang. dupl. min. Omnia ut Festo [præter Lect.] cum Commorat. Ss. Innocent. non tantum *Laudibus*, & *Missa* [in qua *Gloria Credo*, & Præfat. de Apost.] sed tiam in 2. Vesperis; licèt enim Officium Octavæ S. Joannis in 2. Vesperis concurrat cum 1. Vesperis Octavæ Ss. Innocentûm, habebibus eundem Ritum, totæ tam Vesperæ hodiernæ dicuntur de Octava S. Joannis Apost. [sumen pro ijs Antiph. ex Laudibus Fest. Psalmos verò ex 2. Vesp. de Communi Apostol.] de Ss. Innocen autem fit tantùm Commemorat ùt in 1. Vesp. Festi, prout haben in *propr. Rubrica* hìc; ad quam refert Rubric. general. XI. de curr. n. 7. Vid. Gav. *To.* 2 s. 2 c. n. 15. & Arnaud. Tr. 2. P. 1. Tit. n. 11. *Col alb.*

Quando *Dies Octava* S. Joannis Apost. cadit in Dominicam, annô illô Dominica *vacat.*

4. Dies Octava Ss. Innocent. Mart. dupl. min. *Offic* ùt in Fest & Communi plurim. Mart. Lectiones tamen propriæ, & *Col. rub.* in 3. Noct. locô 2. Antiphonæ dicitur *Isti sunt, &c.* In 8. Responsorio majore suô locô interponitur *Gloria*

Pa-

Patri, &c. & locô Noni dicitur Hymnus: *Te DEum laudamus, &c.* In Missa dic. *Glor.* Gradual. *Alleluja*, & Vers. *Laudate* [sine Tract. & sine *Credo*, nisi veniat in *Dominica*, tunc enim dicitur *Credo*] cum Præfat. de Nativit. Domini, *Communicantes* verò commune. In 2. Vesp. Antiph. ex Laud. Festi: Psalmi ut in 2. Vesp. plurim. Mart. Reliqua in *Officio* & *Missa* dicuntur ut in Festo, cum Commemorat. Vigil. Epiph. in 2. Vesp. [Antiph. *Puer JEsus, &c* ℣. *Notum fecit, &c.* Orat. Domin. infra Octav. Nativ. Domini] & S. Telesphori Papæ & Mart. *Col rub.*

Quando *Dies Octava Ss. Innocentium* cadit in *Dominicam*, annô illô Dominica *vacat*. In casu, quo Festum S. Stephani, aut S. Joannis Apost. vel Ss. Innocentium M. M. ob occurrens in aliquo illorum Festum 1.mæ *Classis* [v. g. *Dedicationis*, aut *Tituli*] debet transferri, fiet de Festo hujusmodi translato in *Die* ejus *Octava* [saltem regulariter] & quidem de Festo Ss. Innocentium M. M. modô ac Ritu infrà die 28. Decembris ante finem descriptô, potéstque etiam videri Mich. Baudry in Man. sacr. Cæremoniar. P. 4. c. 2. n. 38. Edit. recentior. & auctior.

5. VIGILIA EPIPH. *sine Jejunio*, semid. omnia, ùt in Festo Circumcis. except. Lect. ac aliis suô locô positis, nec non cum Commemorat. S. Telesphori Papæ & Mart. in Laudib. PRIMA dic. sine Precibus. Missa de Vigil. utì notatur, cum *Gloria* sine *Credo* [nisi venerit in Dominica] Orat. 2. de S. Telesph. 3. *DEus qui salutis, &c.* cui correspondens Postcommunio, quando ultimô locô dicitur, terminanda est per verba: *Per eundem Dominum nostrum*, Præfat. de Nativit. *Communicantes* verò commune. In fine *Ite.* Col. alb.

Si hæc Vigilia venerit in Dominica, Dominica *vacat*, dicitur tunc tamen *Credo* in Missis; neutiquam verò: *Quicunque vult salvus esse* ad PRIMAM, utì nec Preces Dominicales. Si *occurrat* in hac Vigilia alicubi Festum *duplex*, fit de illo cum Commemorat. Vigil. ac 9. Lect. de Homil. Vigiliæ; quia duplici Officio occurrenti eodem die cedit semiduplex. *Rubr. gener. Tit. X n. 6. &c.* ac Gavant. hîc. De *Duplici* tamen *translato* non fit in hac Vigilia; eò quòd ipsa sit Officium 9. Lectionum; illique etiam *Dominica* cedit. Quòd si in eadem hac Vigilia occurrat *Festum semiduplex*, transfertur hoc post Octavam Epiph. tum propter eandem causam; tum quia ipsa est longè superior, quàm *Feria 6 post Octavam Ascensionis*, quippe quæ habet Evang. propr. & in multis æquiparatur Vigiliæ Nativ. Domini, ùt in *Rubr c.* de Vig. *n* 2. *&* 5. Nec obstat, quòd Hispanis [29. Decembris celebran-

tibus Festum Translationis S. Jacobi.] Gregor. XIII. concesserit, ut Festum semid. S. Thomæ Cantuariensis 29. Decemb. alioquin occurrens, transferre possint in hanc Vigiliam; quia id non est *lex*, sed singulare ipsorum Privilegium, ut notat Bartholom. Gavantus Cleric. Regular. Congreg. S. Pauli in Thesauro sacror. Rit. Tom. 2, sect. 6. c. 7. n. 1.

Est hæc Vigilia ità privilegiata, ut, si in illa occurrat alicubi Festum etiam 1.mæ aut 2.dæ Classis, fiat de ea Commemoratio ad Laudes cum 9.na Lectione, de Homil. ejusdem Vigiliæ in Officio Festi occurrentis, utì & in hujus Missa, cum ultimo de eadem Evangel.

Vesperæ hujus diei dicuntur [utì suô locô notantur.] de *Epiphania*, id est *Apparitione* Domini, sub Ritu dupl. 1. Classis, sine ulla Commemorat. Hymnus Completorij & alij ejusdem Metri terminantur per totam Octavam Clausulâ illâ: *JEsu tibi sit gloria, qui apparuisti gentibus, &c. Col. alb.*

Benedictio *Mensæ* propria per totam Octavam, id est, à Cœna hodiernæ Vigiliæ inclusivè, usque ad Cœnam diei Octavæ itidem inclusivè. *Rubric. propr. in fine Breviar* & *Gavant. Tom. 2 sect. 9. c. 6. Edit. ultimæ*, in qua corrigitur hîc error antiquioris cujusdam Editionis.

Prohiberi in hac Vigilia *Missas votivas privatas, etiam de requiem* ex Decreto sacror. Rit. Congreg. de anno 1697. 27. April. existimavit quidem aliquando Nonnemo gemino quodam suo Libello, Venetiis impresso 1702. verùm in Edit. recentiore num. 335. fatetur de ejusmodi Decreto hactenus edito non constare; neque ejusmodi Decretum prohibens agnoscit Auctor Directorij Romani, in plerisque omnibus multò accuratissimus; ideo hôc locô placuit annotare, [error, in dictis Libellis [quorum is, cui Titulus: *Recentiora Sac. Rit. Congr. Decreta, nullibi hactenus conjunctim impressa. &c.* ob quam dam, ut audio, Apocrypha, non in *Indicem Librorum prohibitorum* relatus *est*] fundatus, ac inde etiam in alia nonnulla Directoria Dioecesana subin irrepens, nunc autem agnitus, queat emendari; ne forte Sacerdos Stipendiarius, aut alius non dicens Missam *de requiem* ad Celebrare Privilegiatum in hac Vigilia [cùm tamen posset ac deberet] animas Purgatorij defraudet Indulgentijs, Missis *de requiem* annexis quando has dicere non est prohibitum. Non posse tamen dicere Officium ac *Missam* de S. Patrono sui Ordinis v. g. aut de SS. Sacramento, aut de Immacul. Concept. B. V. Mariæ, &c. in hac aut alia *Vigilia* illos, quibus alioquin à Sede Apostolica concessum est, ut semel vel plu-

pluries singulis hebdomadis, aut mensibus de ejusmodi Mysterio, vel Sancto *Officium* & *Missam* [sub ritu v. g. semiduplici] dicere possint, constat ex Decreto S.R. Cong. anno 1706. die 20. Martij ab eadem emanatô, ac inferiùs die 23. Febr. occasione *Vigiliæ S. Matthiæ Apostoli* allegandô. RITUM *benedicendi* ac *thurificandi* hoc Tempore domos, vide in RITUALIBUS sub Rubrica seu Titulo *De benedictionibus*.

6. EPIPHANIA seu APPARITIO DOMINI, dupl. 1.mæ Classis, etiam *in* foro celebre. *Col. alb.* OFFICIUM & MISSA propr. excludentes omnem Commemorationem. Dicto *Pater noster*, *Ave Maria*, & *Credo*, MATUTINUM hujus diei incipitur ex abrupto ab *Antiphona* & *Psalmo*; quia visâ stellâ *statim* venerunt Magi, *muto* Nuntio, non *loquente*, ad veniendum incitati. *Guil. Durand. L. 6. c. 16.* Omittitur quoque hodie *Invitatorium*, tum ad detestandam fraudulentam Herodis invitationem ad Christum adorandum, ùt notat Alcuinus *cap. de Theophan.* tum, quia Magi à Nemine invitati venerunt ad Christum, ùt ait Hugo : tum etiam quia Psalmus *Venite* dicendus est hodie in 3.tio Nocturno, ùt notat Durand. ap. Gav. Tom. 2. s. 5. c. 5. Non cantatur etiam *Hymnus* Primo die in Matut. quia *Perfectorum* est cantare Hymnos, Conversio verò Gentium in solis 3. Magis perfecta non erat. *Duran. Lib. & cap. cit.* Infra Octavam verò dicitur *Invitatorium* nomine Magorum, alios *Invitantium* ad adorandum Christum. *Idem ibid.* Psalmus quoque *Venite* cum peculiari Antiphonæ repetitione, juxta eundem hodie dicitur in Principio 3.tij Nocturni, ad indicandum, quòd in tempore *Legis gratiæ* [per *tertium Nocturnum* significato] invitata sit Ecclesia de gentibus per Magos & stellam, Antiphonâ *Venite adoremus* propterea sæpius repetitâ, ut omnes undique confluant. Cantatur autem hic Psalmus vel à duobus cantoribus, vel meliùs à quatuor, duobus hinc inde versus alternatim cantantibus, Choro autem Antiphonam semper repetente. *Gavant. Tom. 1. s. 6. c. 7. n. 5.* Ad 7. & 8. Responsorium III. Nocturni non genuflectitur ad ea verba : *Et procidentes adoraverunt eum.* Ad PRIMAM in Responsorio brevi dicitur hodie, & per totam Octavam Vers. *Qui apparuisti hodie*, in Missa autem *Gloria*, & *Credo* : Præfatio & *Communicantes* propria. Hodie post Evangelium Missæ solemnis decantatum denuntiat Diaconus *Festa mobilia totius anni*, cui ea promulganda committit, Concil. 4. Aurelianense cap. 1. fit autem ea promulgatio Modô ac Ritu præscriptô in PONTIFICALI Romano P. 3. Tit. De *Publicatione Festorum mobilium in Epiphan.* ac relato ex

EQ-

eodem à Bauldry Part. 4. c. 2. n. 41. Versiculis Primæ & Completorij non additur *Alleluja*, utì tamen additur Responsorijs brevib. aliarum Horarum. Vesperæ 2.dæ dic. de Festo currente, ut ibi. Quòd si Epiphania venerit in Sabbato, tunc in ijs fit Commemoratio *Dominicæ infra Octavam*, seu *I. post Epiphaniam*, Antiph. *Remansit*, &c. Vers. *Omnes de Saba*, &c. Oratio: *Vota*, &c. utì notatur hac die, & in Sabbato post Lect. diei sextæ infra Octavam. *Col. alb.* Festum Epiph. est ità privilegiatum contra quodcumque aliud Festum, ut ne quidem votivam Missam solemnem de alio Festo juxta Rubr. general. VI. Missal. dicere liceat hoc die, nec ullum aliud Festum occurrens in Festo Epiphaniæ [etiamsi sit *Titulus* vel *Dedicatio Ecclesiæ*, vel *Patronus*] possit in ea celebrari, sed necessariò est transferendum in diem aliam proximè non impeditam. *Rubr. general Tit. X. n.* 1. In concursu autem Festi 1.mæ Classis, v. g. *Patroni*, aut *Tituli*, aut *Dedicationis Ecclesiæ* cum Festo Epiph. aut vicissim Festi Epiphaniæ cum Festo *Patroni*, aut *Tituli*, aut *Dedicationis Ecclesiæ*, integræ Vesperæ dicendæ sunt [utrolibet modo ex duobus prædictis fiat Concursus] de *Festo Epiphaniæ*, solâque Commemorat. in ejusmodi Concurrentia est facienda de ejusmodi *alio Festo*: sic anno 1691. & 1703. quô in diem Sabbati cadeb *Festum* Epiphaniæ, in sequentem tem diem Dominicam *Festum* De cationis Templi N. rectè dice tur Vesperæ de *Epiphania* cum Co memoratione tantùm *Festi De tionis*, ac *Dominicæ*. In *Festo* tem *Dedicationis* pariter rectè batur 9. Lectio de Dominica Octavam, seu I. post Epiphani & non tantùm de ea, sed etiam Octava Epiphaniæ [utpote privi giata] in Laudibus ac 2. Vesp *Festi Dedicationis* fiebat Comme ratio: Initium autem Epistolæ ad Corinthios ponebatur Feriâ II qua Officium fiebat de die 2. in Octavam Epiphaniæ cum Comm moratione Octavæ Dedicationi Laudibus, Missa, Vesperis. Si stum Dedicationis, aut aliud 1.m Classis, incidat in diem, quô fim occurrit *Festum simplex*, v. g. diem 11. Januarij, quâ occurrit F stum S. Hygini, annô illô de simplici nihil fit in eo loco; quo doquidem Festa 1.mæ Classis omnem Festi simplicis *occurrentis* Comm morationem excludunt, imò no tantùm *occurrentis*, sed etiam illius cum quo in 2.dis Vesperis concu runt, in quo proinde differunt duplicibus 2.dæ Classis, quæ licè non admittant Commemorationem simplicis in primis Vesperis, admi tunt tamen illam in Laudibus, 2.dis Vesperis, utì & 9.nam de

Le-

Lectionem in Matutino, modò propriam id habeat, & non occurrat in *Dominica* vel *Feria majore*, aut *Vigilia* simul occurrente. Quando Festum Epiphaniæ occurrit in Dominica, Dominica illa eô annô *vacat* (ùt suprà in simili dictum) & Sabbato sequenti *Officium* fit de Dominica, ùt in Rubricâ, Dominicæ infra Octavam Epiphaniæ adscriptâ, annotatur, & suprà P. I. pluribus est declaratum. Diebus infra octavam Epiphaniæ fit tantùm de *Patrono*, vel *Titulari Ecclesiæ*, & ejusdem *Dedicatione*, si occurrant die aliquâ infra Octavam, etiamsi ea dies infra octavam sit *Dominica* (semper tamen cum Commemoratione *Octavæ* currentis) alia verò Festa, à tribus prædictis diversa, tam *duplicia*, quàm *semiduplicia*, transferuntur post octavam: de *simplicibus* verò fit tantùm Commemoratio diebus infra hanc Octavam, sine Lectione; tum quia *Rubrica propria* hic *solius* faciendæ *Commemorationis* de Festis simplicibus facit mentionem, non item de dicenda de ijs etiam 9.na Lectione infra hanc octavam, atque adeò inclusio unius videtur esse exclusio alterius; tum quia non modò *Ecclesia universalis* pro Festo simplici infra hanc octavam occurrente, nempe pro S. Hygino Pap. & Mart. nullam assignat propriam lectionē (qualem tamen mox post octavam assignat pro S. Felice Nolano, tametsi satis supérque Materiæ non minùs de illo, quàm de isto propriam concinnandi lectionem Fasti Ecclesiastici ei poterant suppeditare) sed etiam *Ecclesiæ particulares*, quarum ego quidem CALENDARIA ac PROPRIA DIŒCESANA inspexi, Festis suis *simplicibus* Diœcesanis infra hanc Octavam occurrentibus, pariter non nisi *Commemorationem*, exemplô *Ecclesiæ universalis*, assignant, v. g. S. Erhardo Episc. cui Diœcesis nostra Brixinensis ad diem 8. Januarij nonnisi *Commemorationem* in suo PROPRIO ac CALENDARIO Diœcesano assignat, cùm tamen alijs simplicibus Diœcesanis, pro quibus Propriâ lectione donandis minor (præscindendo ab hac octava) suppetebat ratio, postmodum plerumque propriam assignet: quod argumento mihi est, non esse morem Ecclesiæ, ut infra hanc octavam (aliunde ad maximè privilegiatas proximè accedentem) dicatur 9.na lectio de aliquo simplici: id quod cit. Rubr. per hoc quoque insinuare videtur, quòd dicat in numero plurali: de *simplicibus fieri Commemorationem* infra hanc octavam, quin faciat aliquam de dicenda de aliquo illorum etiam 9.na lectione; supponendo nimirum, quòd sicut *Ecclesia universalis* pro S. Hygino propriam non assignat, ità nec *Ecclesias particulares* aliquam pro suis simplicibus propriam lectionem assignare: unde monendo: de *Festis simplicibus infra hanc*

Octavam occurrentibus faciendam esse Commemorationem, non erat necesse, ut adderet particulam *tantùm*, vel partic: *sine Lectione* (hoc ipso, quòd pro illis propria assignata non exstet) utì tamen necesse erat addere ejusmodi particulas Rubricæ novæ de facienda duntaxat Commemoratione, non autem dicenda simul 9. lectione de *simplicibus infra Octavam SS. Corporis Christi occurrentibus*, quando Officium fit *de Octava*; tum quia olim (uti videre est apud Gavant. Tom. 2. S. 6. c. 20. & apud Arnaud. Tract. 2. P. 4. Tit. 20.) Rubricæ permittebant *infra octavam Corporis Christi* dici de simplicibus 9.nam lectionem, si propriam habebant; tum quia infra octavam Corporis Christi non rarò occurrunt Simplicia lectiones proprias habentia: unde ex eo, quòd nova Rubrica, Festo Corporis Christi præfixa, addat partic: *absque nona Lectione*, non efficaciter arguitur, quòd etiam Rubrica in fine Festi Epiph. exstans ad excludendam 9.nam de Simplici lectionem infra ejus octavam, *explicitè* addere ejusmodi particulam debuerit, quamdiu ostendi non potest, occurrere alicubi *infra Octavam Epiphaniæ* Festum simplex, *propriam habens lectionem*, quod ubi legitimè ostenderis, non repugnabo.

In ipsa *die Octava* Epiphaniæ (sive illa incidat in Dominicam, sive non) nullum omnino aliud Festum fas est celebrare, etiamsi illud [illegible] primæ Classis, v. g. *Patroni*, aut *Dedicationis*, aut *Tit:* propriæ Ecclesiæ, [illegible] suo locô dicetur, & constat ex *Rubrica* tum *propria* tum *Gen: Tit: X.* [illegible] nec non *Notand: ad Tab. occurren*[illegible]

Missæ quoque *Votivæ privatæ* utì & privatæ *de requiem*, etiam præsente Corpore, prohibentur per [illegible] tam Epiphaniæ octavam ex Decreto S. R. C. emanato 28. Augusti 16[illegible] & confirmato à Clem. X. distrib[illegible] præcipiente, ut id, ac Rubricæ Missalis imposterum ab omnibus, [illegible] singulis sacerdotibus cujuscunq[illegible] Conditionis & Instituti exactè [illegible] serventur.

Quòd si ex gravi causa dieb[illegible] infra octavam Epiphaniæ dicat[illegible] Missa *votiva solemnis*, eáque cara[illegible] propriâ Præfat. dicenda est *Præfa[illegible] Epiphaniæ*, utì & hujus *Communicantes*, sive habeat, sive non habe[illegible] propriam Præfationem; nisi *votiva illa solemnis*, sit Missa *de requiem*: nam in *Missis* quibuscunque *defunctorum* semper dicitur Præfatio & *Communicantes* commune, quocunque demum tempore legantur: in ijsdem quoque *Missis Defunctorum*, & quibuscunque *votivis* semper in fine dicitur Evangelium S. Joannis: *In principio erat Verbum &c. Infra octavam Epiphaniæ* dicitur eadem Missa, quæ in Festo, & post Orat. diei dicuntur orationes *DEus, qui salutis æternæ* &: *Ecclesiæ*, vel pro Papa, nisi occurrat

fat Festum simplex; tunc enim tertia est: *DEus, qui salutis*, eique correspondens Post-communio terminanda tunc est per verba: *per eundem Dominum &c.*

7. Die II. ac cæteris *infra octavam Epiph. diebus* Officium fit semiduplex, de reliquo sicut in Festo, nisi quòd *Matutinum* infra Octavam inchoetur more solito cum *Domine labia mea aperies &c: Invitatorio*, ac *Hymno*, ùt ibi in eodem Festo notatur. *Lectiones* 1. Noct. (nisi sit dies Dominica) de Epist. ad Romanos, cum Responsorio 1. *Tria sunt munera &c.* Lectiones 2. & 3. Noct. ùt propriò locò notantur. In 3. Noct. locò Antiph. I.mæ *Venite Adoremus*, & *Psalmi* 1. *Venite exultemus*, ponitur Antiph. *Homo natus est &c*, & *Psalmus: Fundamenta ejus &c.* Ad *Benedictus*, & *Magnificat* Antiphon. propr. per totam Octavam, Reliqua, in Laud. quoque ac Vesp. sicut in Festo. *Col. Alb.* Missa infra octavam Epiph. (exceptâ Dominicâ infra eandem octavam occurrente) pariter dicitur, sicuti in Festo: Cum *Gloria* & *Credo* nec non cum Præfat. ac *Communicantes* ejusdem Festi, verumtamen Ritu semidupl: hinc Orat. 2. *DEus qui salutis &c.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, nisi occurrat Festum simplex; tunc enim 2. Orat. erit de illo, & 3. *DEus, qui salutis*: cui coresponsens Post-communio terminanda est, ùt suprà. *Hodiè manè aperiuntur Nuptiæ*, id est: ab hoc die 7. Januarij usque ad Feriam 4. Cinerum exclusivè possunt ex *Decreto* SS. *Concilij Trident. Sess.* 24. *c.* 10. *de refor. Matr.* Nuptiæ solemniter celebrari. Quòd si in diem 2. aut aliam infra Octavam Epiph. diem incidat dies Dominica, tunc, si in Sabbato Dominicam illam præcedente venerit ipsa Epiphania, de Dominica infra Octavam fiet in 2. dis Vesperis Epiph. Commemoratio de ea Dominica, ùt suprà; si verò Sabbatum illud fuerit dies infra Octavã, tunc in eo Vesperæ à Capitulo erunt de Dominica infra Octavam Epiph. ùt ibi notatur: Crastinum verò Officium dicetur de *Dominica infra octavam* in hunc modum: Lectiones 1. Noct. de Initio Epist. 1.mæ ad Corinth. (prout notatur Dominica I. post Epiph. in Proprio de Tempore post lectiones diei octavæ Epiph.) & de eadem Epist. legetur etiam seqq. diebus, omissis Lectionibus, quæ aliquando supersunt de Epistola ad Romanos. Alia omnia (Responsorium quoque 1.mi Noct. *Hodie in Jordane.*) dicuntur sicuti in Festo, exceptis Lectionibus, Capitulis, Antiphonis ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, necnon Oratione propria, quæ dicuntur, ùti notantur *Dominicà infra Octav. Epiph.* cum Commemoratione Epiph. in Laudibus, & Missa (quæ dicitur tunc de Dominica occurrente) ac utrisque Vesperis, ùti ibidem, nec non S. Hy-

gini Pap. & Mart. (de comuni un. Mart.) in 1. Vesp. Missa, & Laud. si Is in tali Dominica occurrat, vel saltem in 2. Vesp. si Dominica illa infra Octav. in his tantùm cum eo concurrat.

Post *Dominicam infra Octavam Epiph.* continuantur dies Octavæ eodem numero, quô notantur in PROPRIO de tempore post Festum Epiph. perinde, ac si Dominica non intercessisset: e. g. si Dominica venerit in 3.tiâ die infra Octav. tunc 1.mô die post illam Dominicam Lectiones 2. & 3. Noctur. uti & Antiph. ad *Benedictus* & ad *Magnificat* dicuntur de 3.*tia die infra Octav*: non autem de 4.tâ, & sic deinceps de alijs: at verò Lectiones 1.mi Noct. reliquis deinceps infra Octavam diebus non ampliùs sumuntur ex *Epist. ad Romanos*, sed ijs, quæ de ea supersunt, omissis, sumuntur de Epist. 1. ad Corinth. quæ exstant Dominicâ 1.mâ post Epiph. in PROPRIO de *Tempore*, & de ea Epist. legitur etiam post Octavam usque ad sequentem Dominicam, nisì Festum occurrat, in quo aliæ assignentur. Rubr. propr. hîc. sed plura de de his etiam jam suprà P. I.

10. In hodiernis Vesper. (nisì hodie, aut cras occurrat *Festum Dedic.* aut *Patroni*) fit Commemoratio S. Hygini Pap. & Mart., ut in 1. Vesperis un. Mart. Oratio: *Infirmitatem*; *Col. Alb.*

11. COMMEMORATIO, attamen sine lectione (ut non frustra hic monet accurratiss. quidam Rubricista) in *Laudibus* hodierni Officij de S. Hygino Pap. & Mart. sumendo Antiph. & Vers. pro eo de comm. Un. Mart. Quæ tamen Commemoratio omittitur eo in loco, in quo hodie occurrit Festum *Dedicationis* aut *Patroni*, vel *Titularis* propriæ Ecclesiæ. Quomodo autem ordinandum sit Officium in hodiernis Vesperis tunc, quando *Epiphania*, & dies ejus octava cadunt in Dominicam mox dicetur.

12. In primis Vesperis *diei octavæ* Epiphaniæ omnia (præter *Orationem*, quam *propriam* habet die Octava) dicuntur sicut in primis Vesperis Epiphaniæ, nisì fortè hodie alicubi occurrat Festum *Patroni*, aut *Titularis*, aut *Dedicationis* propriæ Ecclesiæ; nam in occurrentia nisi Festi in 2.dis ejusdem Vesperis hodie de die Octava Epiphaniæ tantùm fieret Commemoratio, uti in 1. Vesperis ejusdem, cum Oratione tamen *propria* diei Octavæ Epiphaniæ.

Quòd si dies Octava Epiphaniæ venerit in Dominica, & Sabbatô eam Dominicam præcedente non occurrat Festum *Patroni*, aut *Titularis Ecclesiæ*, vel hujus *Dedicatio*, tunc Feria 6.tâ præcedente Vesperæ à Capitulo dicuntur *de Dominica infra octavam* Epiphaniæ cum Commemoratione Octavæ, ut ibi: Sabbato autem sequen-

sequenti, nempe hodie totum Officium (consequenter & *Missa*, dicenda cum *Gloria Cred.* & Commemoratione de Octava Epiph.) tunc fit de eadem Dominica infra Octavam, recitando totum uti infra Octavam, præter *Lectiones*, *Capitula*, *Antiphonas ad Benedictus*, & ad *Magnificat*, ac *Orationem*, quæ cum Commem. Octavæ dicuntur, uti notantur Dominicâ infra Octavam Epiphaniæ: ubi dicitur ulteriùs primò: Annô illô, quô Epiphania, eiusque dies Octava cadunt in Dominicam, ac proinde Officium Dominicæ infra Octav. Epiphaniæ fit Sabbato, diem Octa. Epiphaniæ immediatè præced. *Lectiones* 1. Noct. sumendas etiamnum esse Sabbatô illô ex Epistola ad Romanos, *Initium* verò Epistolæ ad Corinthios ponendum tunc esse ipsa die Dominica sequente in Officio diei Octavæ. Dicitur 2. eo in casu cras, seu ipsa die Octava Epiphaniæ nihil esse faciendum de Dominica (ut pote *vacante*) sed tantùm in 1. Vesperis diei Octavæ, nempe hodie, fieri debere Commemorationem pro secundis Vesperis Dominicæ infra Octavam Epiphaniæ (utpote de qua hodie celebratum est Officium) per Antiphonam: *Fili, quid fecisti &c.* ac per Versum: Omnes de Saba &c. ut ibi: quæ Antiphona ac Versus dicuntur pro Commemoratione Dominicæ in 1.mis Vesperis diei Octavæ Epiphaniæ etiam tunc, quando Octava Epiphaniæ venerit in Feria 2.da. Col. Alb. *Rubric. propr. Dom. in. fra* Octav. & die Octav. Epiph. At

Dubitabis: quid faciendum, si alicubi *Patronus Loci* incidat in Sabbatum, in quo faciendum alioquin esset Officium dictô modô de præcedente Dominica 1.ma post Epiphaniam? R. licèt aliqui existimârint, Officium Dominicæ anticipandum Feriâ 6.tâ in tali casu, magis tamen mihi probari Sententiam Gavanti *Tom 2. Sect. 6. c. 7.* Contendentis, non esse id antitipandum, sed sufficere in tali casu, ut Sabbatô illô in Laudibus Officij de Patrono fiat de Dominica illa 1.mâ post Epiphaniam solummodo Commemoratio per Antiphonam, Versum, & Orationem propriam, legatúrque de eadem nona Lectio in *Officio*, ac ultimum Evangelium in *Missa*, faciendo in hac quoque de eadem Dominica Commemorationem, ductô pro hac sua Sententia Argumentô à simili, quòd, quando Dominica 23. post Pentec. non habet propriam sedem in Dominica, neque Feriam in tota præcedente Hebdomade, in qua possit poni Officium Dominicæ 23. eo casu in Officio 9. Lectionum in Sabbato fiat de illa sola Commemoratio in *Laudibus*, cum nona Lectione in eodem Officio, ac ultimô Evangelio in Missa, ut expressè habet Rubrica *de Dominicis n. 4. in fin*: ergo id ipsum etiam hîc sufficiet. Por-

rò in *secundis Vesperis* ejusmodi *Patroni*, cum *die Octava Epiphaniæ*, concurrentibus, ait Gavantus fieri debere tantùm Commemorationem de *die Octava Epiphaniæ*, Rubricam de concurr. Offic. n. 2. pro hoc allegans. At quoad hoc ultimum Gavanto contradicit Henricus Pisart Ord. Canonicor. S. Augustini in Libello recentissimè impresso, & ad me delato, cui Tit. *Directorium Canonicum &c. Cap. 3 Propr. de Temp. n. 4.* Quòd non videatur ratio, quare in dato casu omittenda sit Commemoratio Dominicæ in 2. illis Vesperis: cum ea nunquam non fiat per annum in Dominicis, quando in ijs Festum 1.mæ vel 2. Classis occurrit. Verùm, quia Gavantus pro eo, quod ibi in fine afferit, Rubricam de *concurrentia*, non autem de *occurrentia Officij* citat, ideo dum ibi ait: *In 2. Vesperis Patroni concurrentibus cum die Octava Epiphaniæ, fit Commemoratio tantùm de die Octava, ut in Rubrica de concurr. Officij n. 2.* meô Judiciô per particulas: fit *Commemoratio tantùm de die Octava*, nequaquam excludere voluit Commemorationem Dominicæ, in Ecclesia Universali ad Sabbatum illud anticipatæ, quasi sensus illarum sit, quòd *tantùm* de *die Octava Epiph.* subsequente, non autem simul de Dominica (quo ad Officium) hodie occurrente sit facienda tunc in 2. Vesperis Commemoratio; sic enim ineptè, ac impertinenter citaret Rubricam *concurrentia*, ut patet; sed tantùm dicere voluit, in eo casu in 2. *Vesperis Patroni, cum die Octava Epiphaniæ concurrentibus*, de *die Octava Epiphaniæ* (cum qua sola, non autem cum Dominica ad hodiernum Sabbatum anticipata datur concurrentia in isto casu) plus fieri non debere quàm solam Commemorationem in 2. concursu, non obstante, quòd *die Octava Epiphaniæ* sit dies adeò privilegiata, ut etiam Festis 1.mæ Classis ac nominatim Patroni in occursu præferatur, ac proin meritò dubitet fortassis non nemo potuerit, an etiam in concursu Patroni cum ea in isto Vesp. ead. Patrono sit præferenda, quod proin dubium locô allegando prò tollere voluit Gavantus, allegans Rubricâ de concurrentia n. 2. in principio ac fine; nullô autem modô excludere intendens (meô ipsi dem Judiciô) Commem. Officij Dominicæ 1.mæ post Epiphaniam a Sabbatum illud in ejusmodi casu anticipatæ, & sic unà cum Festo Patroni tunc occurrentis, à 2. Vesp. Patroni; sed ejusdem Dominicæ in 2. quoque Vesperis Patroni faciendam Commemorationem supponens ex Rubrica de Commemorationibus Tit. IX. n. 3. His in defensionem Gavanti hîc obiter à me adductis quæ paulò antè dixi de Patrono, intelligenda quoque sunt de *Titulari Ecclesiæ*, ac ejus *Dedicatione* similiter

similî occurrentia, per Rubr. 11. n. 7. &c.

13. Dies Octava Epiph. Domini. dupl. C. A. In 1. *Vesperis* omnia dicuntur sicut in 1. Vesp. Epiph. exceptâ Oratione propriâ. Ad *Matutinum* Invitatorium, Hymnus, & Psalmi, ut infra Octavam: Cætera dicuntur, sicut in die Epiph. præter Lectiones: nam in 1.mo Nocturno dicuntur *Lectiones* de Epistola 1. ad Corinthios, cujus initium exstat in *Breviario* Romano post diem Octavam *Epiphaniæ*, Dominicâ 1.mâ post *Epiphaniam*, ac ponitur in Officio ejusdem Dominicæ primæ post Epiphaniam, quæ est infra Octavam Epiphaniæ, nisi Epiphania venerit in Dominica; tunc enim *Officium* & *Missa* de Dominica 1.ma post Epiphaniam fit Sabbatô diem Octavam Epiphaniæ immediatè antecedente, & in ejus 1. Nocturno leguntur lectiones de *Epistola ad Romanos*, positæ in Breviario post Rubricam Dominicæ infra Octavam Epiphaniæ, Initium verò Epistolæ ad Corinthios annô illô ponitur primùm ipsâ die Dominicâ, Sabbatum illud immediatè sequente, in ipso Officio diei Octavæ: quæ omnia constant ex propr. Rubr. ac suprà dictis P. I.

In 2. & 3. Nocturno *dies Octava* Epiphaniæ Lectiones habet proprias. Ad *Laudes* & per *Horas* omnia dicuntur sicut in die Epiphaniæ, exceptâ Oratione, quæ est: *DEus, cujus unigenitus.* Missa pariter dicitur sicut in Festo, excepta Oratione, & Evangelio propriis huic diei. *Ibid.*

In 2. Vesperis diei Octavæ Epiphaniæ de sequenti Duplici fit tantùm Commemoratio, nisi illud fuerit 1.mæ vel 2.dæ Classis (quale in Societate JESU est Festum SS. Nominis JESU) seu *Patronus*, vel *Titulus*, aut *Dedicatio Ecclesiæ*; tunc enim de Festo sequente non tantùm Crastinum Officium, sed etiam integræ hodiernæ Vesperæ dicuntur, attamen cum Commemoratione diei Octavæ Epiphaniæ. *Rubr. propr. hic: & Notand.* ad *Tab. Concur.*

Quòd si cras Festum 1.mæ aut 2. Classis non occurrat, sed tantùm *duplex majus*, vel *minus*, aut *Festum semiduplex* (quale respectu Universalis Ecclesiæ est Festum S. Hilarij Ep. Conf.) in hodiernis diei Octavæ 2. Vesperis non tantùm ejus fit Commemoratio, sed etiam Festi simplicis cras unà occurrentis, puta *S. Felicis Mart.*

Si dies Octava Epiph. Venerit in Sabbato, tunc in 2. Vesperis diei Octavæ fit Commemoratio Dominicæ 2. post Epiphaniam (sumendo Antiph. & Vers. ex Vesperis Sabbat. ut in Psalterio, Orationem verò ex propr. de Temp. ùt ibi) & S. Felicis Presb. ac Mart. tantùm; nam S. Hilarius tunc transfertur in diem proximam non impeditam, modô die 14. Januarij mox declarando.

Dies

Dies Octava Epiphaniæ est privilegiata contra quodcunque aliud Festum, ità, ut in ea occurrens Duplex quodcunque, etiam *Patroni*, & *Tituli Ecclesiæ*, vel *Dedicationis* ejusdem, necessariò sit transferendum, ùt dicitur in *Notand. ad Tab. occurrent.* & habetur in *Rub. Gen. Tit. X. n.* 1. Hinc si alicubi pro celebrando die anniversario Dedicationis alicujus Templi ab Episcopo consecratore designata sit *Dominica prima post Epiphaniam* & in eadem occurrat dies Octava Epiphaniæ (ùti contigit annis 1697. 1704. 1709.) nequit annò illò in ea Festum Dedicationis celebrari, sed juxta Rubricas transferendum foret in diem proximè non impeditam: quia tamen in Germania hac nostra superiore pro celebrando die seu Festo anniversario Dedicationum ut plurimùm nonnisi Dominicæ, aut Festa fori ab Episcopis Consecratoribus justis de causis, alibi referendis, solent assignari, ideo Episcopus Consecrator ponens diem anniversarium Dedicationis in Dominica 1. post Epiphaniam, simúlque sciens eam singulis ferè Quinquennijs, aut Septennijs, ob incidentem in ipsam *diem Octav. Epiphaniæ* (contra quodcunque Festum *privilegiatam*) fore impeditam, censendus omnino est, pro casu talis occurrentiæ designâsse Dominicam proximam post Octavam Epiphaniæ, ac proinde in ejusmodi casu Dominicâ illâ, nempe proximâ post diem Octavam Epiphaniæ, Festum Dedicationis [illegible] Celebrandum, ùti probat P. Georg. Gobat in Experient. Theol. Tri[illegible] 3. n. 696. Append. 3. Lit. K. Edict[illegible] nis postremæ Monacensis de an[illegible] 1681. & novissimæ Duacenæ de a[illegible] no 1700. ubi quoad hoc approb[illegible] Praxin Collegij Oenipontani S. [illegible] Festum Dedicationis suæ Basil[illegible] [SS. Trinitati annò 1646. die [illegible] Jan. à Reverendiss. ac Illustriss. [illegible] Antonio Crosino Episcopo Bellinen[illegible] simúlque Suffraganeo Brixinensi[illegible] Ara maxima dedicatæ] regulari[illegible] quidem Dominicâ infra Octav[illegible] Epiphaniæ, annis verò illis, quib[illegible] Epiphania, Diesque ejus Octava c[illegible] dunt in Dominicam, Dominicâ p[illegible] ximâ post Octavam Epiphaniæ [illegible] hunc usque annum 1709. celebrata non obstante, quòd in ejusmodi [illegible] currentia Dominicâ illâ proxim[illegible] post Octavam Epiphaniæ occurra[illegible] mul Festum SS. Fabiani & Sebasti[illegible] ni (quod in Ecclesia Universali [illegible] lebratur sub Ritu duplici minori [illegible] & aliquando etiam, ipsa Domini[illegible] Septuagesimæ [ùti anno 1704.] illi[illegible] cita autem sit Translatio in diem [illegible] alioqui impeditum; nam, ut rectè cum & ex eodem Gobato P. Clau[illegible] dius La Croix Tomul. 4. Lib. [illegible] Medullæ Theol. moral. Busenbau[illegible] mianæ, à se Additionibus Locupleta[illegible] tatæ, n. 1271. Observat, hîc non in[illegible] tervenit *Translatio*, propriè & Cano-

nicè

nicè loquendo, sed dici debet, quòd Dedicationis Festum ab initio statim fuerit pro tali anno & occurrentia constitutum in illa Dominica: unde cùm juxta Rubricas Tit. de Translat. Festor. & in Tabell. Occurrent: quando eodem die occurrit duplex 1. mæ Classis, & duplex per annum, sive minus, item Festum Dedicationis, & Dominica 2. Classis (qualis est Dominica Septuagesimæ) Officium non tantùm fieri possit, sed etiam debeat de Dedicatione, Duplex autem minus transferri, de Dominica privilegiata verò 2. Classis fieri tantùm Commemoratio debeat: ideo salvis omnino Rubricis Collegium Oenipontanum, die Octavâ Epiphaniæ occurrente in Dominica 1. post Epiphaniam, Anniversarium Dedicationis suæ multò pulcherrimæ Basilicæ hactenus celebravit Dominicâ proximâ post diem Octavam Epiphaniæ. Dico: *hactenus*; quia ob justas alias causas hôc eodem annô petita ac impetrata est Româ â S. R. C. Facultas Anniversarium prædicti Templi deinceps celebrandi illâ Dominicâ Mens. Julij, quæ vicinior cadit Festo Visitationis B. V. M. ritè super hoc obtentô à memorata Sac. Rit. Congr. ad Celsiss. ac Reverendissimum Loci Ordinarium Rescriptô id permittente. Quòd enim ad ipsam Curiam Romanam recurrendum fuerit super obtinenda hac Facultate, constat ex Decr. S. R. C. eman. 1604. 16. Octob. in quo decernitur: *Dedicationis Festum, extra actum Consecrationis, non posse amplius mutari ab Episcopo, inconsulta Sede Apostolica.* Posse autem Consecratorem Ecclesiæ in ipso actu Consecrationis statuere aliam diem pro Anniversario ejusdem Consecrationis, decisum fuit 1585. 19. Febr. ab alia Congregatione, quàm Rituum, hæc enim primùm annô 1587. fuit instituta. *Vid. Gav. To. 2. f. 8. c. 5. n 4.*

14. Hodie juxta Calendarium Romanum (regulariter, & nisi cadat in Dominicam) celebrandum est Festum S. Hilarij Episc. Conf. sub Rit. Semid. Missa cum 1. Oratione ùt in Communi Doctorum, attamen sine *Credo*. Orat. 2. de S. Felice. 3. *DEus, qui salutis.* in Officio (in quo in Hymno: *Iste Confess.* mutatur 3. Versus) dic: Lectiones 1. Noct. de script. occurrente, reliqua cum Oratione, ùt in proprio loco, & Communi Sanctorum de Conf. Pont. Responsorium 8. *In medio Eccl.* 9. Lect. & Comem. S. Felicis Presb. ac Mart. in Laudib. Ab hac die usque ad Vesperas Sabbati ante Dominicam Passionis exclusivè resumuntur, & dicuntur (exceptis Duplicibus, & Diebus infra Octavas) suis locis Suffragia Sanctorum, quibus in ferjali Officio præponitur Commemoratio de S. Cruce: in Commemoratione autem de B. V. M. dicitur usque ad Purificationē Versus: *Post Partum* &c.

ac Oratio: *DEus, qui Salutis &c.* Dicuntur quoque in *Festis semiduplicibus* extra Octavas occurrentibus *Preces Dominicales* ad Primam & Completorium. Idem à fortiori est de Festis Simplicib. ad PRIMAM & COMPLETORIUM. In 2. Vesperis (in quarum Hymno rursum mutatur 3. Versus) fit â Capit. de seq. cum Commemorat. præcedentis, & S. Mauri Abbatis, ut suô locô notatur. Vers. pro S. Hilario: *Elegit eum Dominus Sacerdotem sibi &c.* Pro S. Mauro Antiph. *Euge Serve bone &c*, & Vers. *Justum deduxit Dominus &c.* Quòd si Festum S. Hilarij transferatur, Versus in 2. ejus Vesperis erit: *Justum deduxit &c.* quia cessat ratio mutationis in Concursu aliorum duorum. Ubi verò est 1. Classis, dividenda est Octava Lectio in duas (omissa Lectione, & Commemoratione de S. Felice) ut in Festo S. Anselmi, ac infrà. Pari modo si Festum sequens S. Pauli 1. Eremit. ob occurrentem cras diem Dominicam, aut ex causâ mox infrà insinuandâ transferatur; tunc etiam hodie non variantur *Antiphonæ* & *Versus* in Vesp. & crastinis Laud. sed dicuntur ùt in eodem Communi Sanctorum. *Rubr. hîc.*

Dixi autem: *Regulariter* hodie fieri Officium de S. Hilario cadente extra Dominicam. Ratio limitationis est 1. quia si DOMINICA SEPTUAGESIMÆ (ut contingit, quando occurrit die 18. aut 19. Jan.) veniat in prima Dominica post Octav[a] Epiphaniæ, primum autem Sab[b]tum post diem illam Octavam Epi[p] est impeditum Festô aliquô 9. L[ec]tionum, tunc juxta Rubr. B[r]viar. positam ante Dominicam post Epiphaniam, prima die p[ost] diem Octavam Epiphaniæ, in q[uo] non sit Festum duplex (adeoque 1. Januarij) faciendum est *Officium Feriæ*, & in ea (omissô Hymno *DEum*) ponenda Responsoria primi Nocturni Dominicæ 2. p[ost] Epiphaniam, 3. Lectiones quæ Nocturni sumendæ sunt de Hom[i] ejusdem Dominicæ, cum ejus A[n]phona ad *Benedictus*, & ejusd[em] Dominicæ Oratione in *Laudibus*. *Horis*: In ijsdem Laudibus fit ea[m] casu de S. Felice Mart. tantum[m]do Commemoratio sine Lectione illo; & quia *Officium* hodiern[um] tunc est *feriale*, ideo suffragijs Co[m]munibus (quæ juxta dicta & p[ost] pòst dicenda hodie resumuntur) præponitur pro more etiam Com[m]emoratio de S. Cruce, ac dicit[ur] *Officium Defunctorum* pro Mens[e] nuario (præmissis pridie eorund[em] Vesperis) modô alibi relatô ac re[i]rendô; necnon *Officium parv[um]* B. M. V. ùt in Breviar. & Bullâ Pii[i] eidem præfixâ. MISSA dicitur de e[a]dem Dominica 2. post Epiphaniam, sed Ritu feriali, id est, sine *Gloria & Credo* Oratio 2. *Fidelium*, 3. de S. Felice Mart. In fine *Benedicamus*, [et] Evang.

Evang. S. Joan. *Col. Vir.* Festum vero S. Hilarij Episcopi Confessoris (hodie alioquin occurrens) juxta citatam Rubricam transfertur in ejusmodi casu in diem proximam similiter non impeditam, intellige, ubi id celebratur more Romano, hoc est sub *Ritu* solummodò *semiduplici*: nam si alicubi Festum S. Hilarij, aut aliud, hodie celebretur Ritu duplici, *tunc* in dicto casu [quo nempe Septuagesima venit in 1.a Dominica *post* Octavam Epiphaniæ, & Sabbatum primum post Octavam *illam est* impeditum Festô aliquô 9. Lectionum] non est hodie faciendum dictô modô Ritu feriali ac simplici de Dominica 2. post Epiph. sed 15. hujus, translatô S. Paulo primo Eremita in diem proximam non impeditam *arg*: *Rubric. sup. cit.* & juxta claram Rubr. Missal. præfixam Dominicæ II. post Epiph.

Quomodo autem Ordinandum sit Officium circa Dominicam 2. Epiphaniæ in ejusmodi casu seu occurrentia tunc, quando alicubi omnes Hebdomadæ dies post Octavam Epiphaniæ sunt impediti Festis duplicibus, aut celebratur alicubi per totam Hebdomadem aliqua Octava [uti celebrabatur Oeniponti annô 1663. quô Festum Dedicationis Templi SS. Trinitatis incidebat in diem 11. Januarij, dies verò ejus Octava & Dominica Septuagesimæ simul in diem 18. Januarij] dictum est suprà ex instituto P. I. Dominicâ II. post Epiphaniam, & aliquid etiam paulò pòst dicetur die 17. & 19. hujus. Vide Gav. To. 2. Sect. 6. c. 8. n. 4. & 5. atque etiam præcedentibus numeris.

Ratio limitationis est 2. Quia nonnullæ Religiosæ Familiæ, aut Communitates ex Permissione Sanctæ Sedis Apostolicæ celebrant hodie Festum SS. Nominis JESU; & aliquæ quidem sub *Ritu* tantùm *duplici majore*; Aliquæ verò sub *Ritu duplici* 2. *Classis*. Ubi celebratur ut *Duplex majus*, fit de eo in 2. Vesperis Octavæ Epiph. solummodò Commemoratio, unà cum Commemoratione de S. Felice Mart. in ijsdem Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non Lectione nona de eodem S. Felice in Matutino. Ubi verò celebratur ut *duplex* 2. *Classis*, ibi primæ Vesperæ sunt de eo cum Commemoratione Octavæ Epiphaniæ tantùm, id est sine Commemoratione de S. Felice: atque hoc posteriore Ritu ab anno Sæculi hujus secundo illud celebrat nostra Societas [cui aliquando nonnisi sub Ritu *duplici majore* fuerat concessum] ex Decreto recentiore Sac. *Rit.* Cong. 1. Octob. 1701. prout per extensum notatur in Proprio Festorum Soc. JESU, dicendo nimirum in die Octava Epiph. Vesperas integras de *SS. Nomine JESV* cum Commem. Octavæ tantùm; 9. nam Lectionẽ verò [nisi incidat in Dominicam] sequentis Officij recitando

tando de S. Felice Mart. cum ejusdem Commemoratione in laudibus, ac Missis privatis tantùm; in 2.dis verò Vesperis faciendo Commemorationem S. Pauli primi Eremitæ [si de eo postridiè faciendum sit Officium] & S. Mauri Abbatis, S. Hilarium verò transferendo in diem proximè non impeditam Festô aliquô duplici, aut semiduplici, ùt infrà. Ad Completorium & Horas minores dicitur in fine Hymni: *JESV tibi sit gloria, qui natus es &c*, & ad Ppimam, in 3. brevi: *Qui natus es de Maria Virgine.* Missa [â S. R. C. approbata] dicenda est sine *Sequentia*, attamen cum *Gloria* & *Credo*, Præfat. de Nativ. Domini, sine hujus *Communicantes*: exstat illa in aliquibus Missalibus in Ordine, in alijs autem in Appendice Missal. Quòd si Festum SS. Nominis JESU incidat in Dominicam, dicitur de hac 9na. Lectio in Officio, & ultimum Evangelium in Missa, cum Commem. ejusdem Dominicæ in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa [etiam solemni] cui in Laudibus & Missis privatis tantùm superadditur quoque Commem. de S. Felice Mart. omissâ pro eo anno nonâ de hoc Lectione. Ubi verò Festum S. Nominis JESU est *Titulare Templi*, adeoque 1.æ Classis, ibi nihil unquam fit de Festo simplici hodie occurrente, tam in *Officio* quàm in *Missa*: Lectio autem nona ibi dicitur, prout notatur in *Proprio loco*, nisi occurr in Dominica; tunc enim etiam l 9.a Lectio dicenda est de Dominic utì & ultimum Evang. in Missa, cu Commem. ejusdem Dominicæ, t in *Officio*, quàm in *Missa*: ad cu Introitum: *In Nomine JESV* t præscribitur genuflexio. Post A tiph. 1.am primi Psalmi in Matut hic inchoandus est à secundo Ver Benedictio Octava in eodem Mat est: *Divinum auxilium.* Porrò c Translationem S. Hilarij [par ta est de alijs similibus Festis habe bus 9.nam Lectionem de Festo s plici, in simili casu] illud quo hîc venit annotandum, quòd, qu do transfertur in diem, quô 9.na l ctio non est dicenda de aliquo Fes simplici occurrente, tunc tenæ L ctiones pro 3. Nocturno vel sumen dæ sint ex Festo S. Anselmi 21. Apri vel ex duabus Lectionibus, in Nocturno pro S. Hilario assigna faciendæ sint tres, attamen [ne a tima evadat nimis brevis, aut c reat debito sensu] in hunc modu ut scilicet earum Prima terminetur Verba: *ex duobus est unum*, Secun verò ad verba: *æternitati corpora s servantes*: Cujusmodi divisione cernere omnino est in Festo S. An selmi paulò antè allegato; præscri bitúrque in Octavario Romano d 3. infra Octav. Doctor.

Similis Lectionum dictarum d visio facienda est in ijs locis, in qu bus

bus S. Hilarius [tanquam *Patronus loci*, aut *Titularis Ecclesiæ*] celebratur ut duplex 1.æ Classis; cùm ijs in locis nec 9.na Lectio dici queat de S. Felice Mart. nec fieri de eo Commemor. in Officio & Missa : cùm duplex Iæ Classis. tam 9.am Lectionem, quàm Commem. de Festo simplici excludat juxta *Tab. occurr.* ac *Rubr. Gen. Tit. IX.* & quia *Festum simplex* non transfertur, ideo occurrens *in Festo* 1.æ Classis penitùs eô locô ac annô est omittendum.

Si Festum S. *Hilarij* venerit in *Dominica*, in Ecclesia Universali transfertur in Feriam VI. sequentem (*nisi* eo die placeat ad libitum facere de S. Canuto) Commemoratio autem cum nona Lectione de S. Felice fit in ipsa Dominica: quod & deinceps in similibus juxta antè dicta est observandum. *Rubr. hîc* Porrò si transferatur (sive in prædictam Feriam VI. sive in diem aliam) Festum S. Hilarij, in 2.dis Vesperis, ut suprà jam monui, non dicitur Versus: *Elegit eum &c*, sed Versus : *Justum deduxit &c*; quia cessat ratio mutationis, petita ex concursu aliorum duorum Confessorum, tunc, quando non transfertur: In Hymno tamen: *Iste Confessor.* semper mutatur 3. Versus, ùt in Breviario, quocunque dein die celebretur; idémque etiam fit in Festo sequentis Sancti; quia ambo obiêre extra hos dies, puta S. Hilarius 13. S. Paulus verò Eremita 10. Jan.

Quæres : Quænam dicendæ sint Lectiones in I. Noctur. tunc, quando Sanctus Hilarius transfertur in Quadragesimam? an scilicet *Fidelis Sermo &c.* de Communi Confess. Pontif. an verò : *Sapientiam omnium antiquorum &c*, ùt in Communi Doctorum ? R. meô judiciô dicendas tunc esse priores; quia posteriores ex usu Ecclesiæ non quibuscunque, sed illis tantùm *Ecclesiæ Doctoribus* appropriantur, qui in Calendario & Breviario Romano Titulum *Ecclesiæ Doctoris* suô proprio die adscriptum explicitè habent : unde eæ ne quidem in Festis SS. Joan. Chrysostomi, Athanasij, Basilij ac Gregorij Nazianz. sed tantùm de Scriptura occurr. dicuntur; qui tamen potiori jure, quàm S. Hilarius eas in I. Noct. exigere possent; cùm ipsis in utrisque Vesperis tribuatur Antiphona Doctoribus propria (*O Doctor optime &c.*) non item S. Hilario, sed huic solùm *SS. Pontificibus* communis.

Ab hac die, modô suprà dictô, usque ad Vesperas Sabbati ante Dominicam Passionis exclusivè reassumuntur, ac post Orationem diei dicuntur in fine *Laudum*, ac *Vesperarum* Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctorum, posita in Psalterio (exceptis *Duplicibus*, & *Diebus infra Octavas*, etiam ijs, in quibus Officium non fit de *Octava*) illisque adjungitur Commemoratio de *Patrono*, vel *Titulo Ecclesiæ*, imò

de *utroque*, si sint diversi, ante vel post Commemorationem de S. *Maria*, & de *Apostolis*, pro dignitate illius; ità tamen, ut semper ultimò locò ponatur Commemoratio de *Pace*: ijs autem, in *feriali* tamen tantùm *Officio*, post Orationem diei præponitur Commemoratio de S. *Cruce*; ibidem posita, quæ quidem inter *Commemorationes Communes* ferialis Officij semper obtinet 1.um locum, etiam ante *SS. Trinitatem*, ubi ea est *Titulus Templi*, Teste Gav. cap. mox citando n. 7. & 8. Nomine autem *ferialis Officij* venit etiam illud, in quo leguntur Lectiones de Homilia Dominicæ, suò locò celebrari impeditæ, uti v. g. contingit, quando post Pentecosten sunt Dominicæ tantùm 23. &c, ùt suò locò dictum P. I.

Circa *Commemorationes Communes*, seu *Suffragia Sanctorum* tum ex Rubr. tum ex Gav. Tom. 2. S. 5. c. 18. & alijs, ulteriùs Notanda sunt sequentia: I. Si facienda sit Commemoratio alicujus *Festi* occurrentis, etiam *simplicis* tantùm, ea semper fit ante ipsa *Suffragia consueta*, etiam ante *Commem. de Cruce*, quia, ùt rectè observat Gav. Commemoratio Festi est privilegiata *Titulo Festivo* supra *Communes* aliorum *Commemorationes*, juxta infrà dicenda.

II. Commemoratio de *S. Maria* non dicitur, seu additur reliquis (nisi in propria tantùm Ecclesia, tanquam *de Titulari*, ùt apud Gavan. Decrevit S. R. C. 10. Jan. 1604. quando dicitur ejusdem *Officium Parvum* in Choro; uti nec, quandocunque Officium diei sit de B. V. v. g. in Sabbato: cùm inconveniens videatur, quòd de uno, eodémque simul *Officium*, & *Commemoratio*; tamen, qui *Officium Parvum* B. V. recitat solùm privatim, debet in Officio diei facere Commemorationem de B. V. perinde, ac si illud non recitâsset, nisi reciter ratione Chori; nihil autem refert, si dividatur Officium B. V. ab Officio diei, quando v. g. illud Vesperi, hoc manè recitatur in Choro; quia ibidem utrumque dicitur, & unum in ordine ad aliud.

III. Datur obligatio in *Suffragijs Communibus* faciendi Commemorationem & de *Patrono*, & de *Titulari Ecclesiæ*, si sint diversi, utique possunt, ac sæpe sunt; nam *SS. Trinitas* v. g. potest esse *Titulus Ecclesiæ* (uti est apud nos hîc Oenipoti) non tamen potest esse Patrona *Gav. Sect.* 5. c. 18. nec obstat, quòd Rubrica dicat, debere fieri Commemorationem de *Patrono*, vel *Titulari*; nam Tò *vel* ibi tantùm significat: *aut*, vel *post* Commemorationem de S. Maria & de Apostolis debere etiam fieri de *Patrono*, vel de *Titulari* (prout nempe *Ordo* & *Dignitas* illorum respectivè exiget) aliunde supponendo fieri debere, si diversi sint, de utroque, ijs

ùt notat P. Tob. Lohner *P. 2 Tit. 2. §. 11. n. 2 & 3. alib. cit.* Sententiæ huic P. Lohneri opponit Nonnemo in manuscripto quodam Rubricam, Primæ *Dominicali* præfixam, quæ solùm de unico facit mentionem, dum ait: & *de Patrono Ecclesiæ, in ordine aliarum Commemorationum secundùm illius dignitatem &c.* manca autem, inquit, hæc Rubrica foret, si non de uno solo, sed de duobus vi Rubricæ facienda esset Commemoratio; ex altera autem parte ex Rubrica exstante inter *Suffragia Sanctorum* ante Completorium, difficulter existimat probatum iri de utroque Sancto, Patrono scilicet (*Diœcesano*, aut *Ordinis*) ac *Titulari Ecclesiæ* simul faciendam esse Commemorationem in *Communibus* illis *Suffragijs*; quòd enim Particula *vel* se ibi solùm referat ad *Ordinem Dignitatis*, ùti contendit P. Lohner, id censet solummodo benignam esse interpretationem; cùm rationabiliter dici possit, eam facere hunc sensum: faciendam videlicet esse Commemorationem *Patroni*, vel *Titularis*, id est, cùm non omnis *Titularis Ecclesiæ* etiam sit *Patronus Ecclesiæ*, faciendam de illo esse Commemorationem, seu *Patronus* vocetur, seu solùm *Titularis*. Verùm Sententiæ, ac Interpretationi Lohnerianæ non modò suffragatur auctoritas Gavanti, s. 5. c. 18. n. 7. illam sat clarè supponentis, Adversarij autem Interpretationem ex ipsis Rubricis ibi citatis elidentis, sed etiam ipsa Diœceseon recepta Praxis, quam etiam sequuntur ipsi Regulares, faciendo Commemorationem non modò de *Titulo* aut *Patrono suæ Ecclesiæ*, sed etiam *de sui Ordinis Patrono*, non obstante Rubricâ, in contrarium ab Adversario allegatâ, quæ, sicuti per hoc, quòd explicitè faciat ibi mentionem de Solo *Patrono Ecclesiæ*, non autem simul etiam de *Titulo Ecclesiæ*, qui non est *Patronus*, haud quaquam tamen hunc ibi excludit (quòd eadem utriusque sit ratio, & ambo sufficienter sint suô locô expressi) ità neque *Patronum loci*, aut *Ordinis* ibidem censenda est excludere.

Porrò *Patronus Loci* juxta inferiùs dicenda P. III. in Parathématis Titulô I. est ac dicitur Ille, qui Majorum auctoritate, ac Communi consensu Populi electus est in Patronum, conformiter tamen Decreto Urbani VIII. 23. Martij 1630. *Titularis* autem *Ecclesiæ* Sanctus dicitur Is, à quo *denominatur* Ecclesia, sive sub cujus *Invocatione* est *dedicata*. Cùm autem ea, quæ conveniunt *Patrono Loci*, conveniant etiam *Fundatori & Patrono Ordinis* in toto Ordine, post solemnem illius Canonizationem; ideo Regulares eô locô, quô facienda alioqui præscribitur à Rubrica Commemoratio de *Patrono*, faciunt in Officio, quod de Licentia Sedis Apostolicæ recitant, Commemorationem

tionem de S. *Patrono* seu *Fundatore sui Ordinis* ante vel post Commemorationem de *Titulo* vel *Patrono Titulari* particularis suæ Ecclesiæ, proue nempe exigit *Ordo Dignitatis*. Dixi: de *Titulo* vel *Patrono Titulari suæ Ecclesiæ*; nam sicut ex dictis aliud est esse *Patronum Loci*, & aliud esse *Sanctum* seu *Patronum solummodo Titularem Ecclesiæ*, ità & aliud est *Titulus Ecclesiæ*, & aliud *Patronus Titularis* alicujus *Ecclesiæ*: nam, ut antè dictum, SS. Trinitas rectè dicitur *Titulus Ecclesiæ* in ejus honorem dedicatæ, non autem esse ejus *Patrona*: pari modo ejus Festum rectè dicitur *Festum Titulare*, seu *Invocationis*: non autem rectè dicitur *Patrocinium talis Ecclesiæ*.

IV. Primum itaque locum inter Suffragia Communia ante quamcumque Commemorationem (etiam de SS. Trinitate, ac Christo) in *festiali Officio* habet Commemoratio de *Cruce*; quia Feriæ indicium est, sicut ultimum inter Suffragia Communia locum semper obtinet Commemoratio *de Pace*; quia, *qui pacem dedit, omnia Bona unô verbô dedit*, ait Glossa, & ultimum, quod exspectamus à DEO, est *Pax æterna*, pro qua oramus, & obsecramus DEUM *per Dominum nostrum JEsum Christum*. 2.dò Pro ratione dignitatis facienda est Commemoratio *Patroni Loci*, & *Sancti Titularis*, vel *Tituli Ecclesiæ*, scilicet vel ante, vel post *S. Mariam*, & *Apostolos*, vel inter eosdem: consequenter de Tit. SS. *Trinitatis*, S. *Spiritus* & SS. C. *poris Christi* facienda est ante S. M. *riam*, uti & de Titulo S. *Salvat.* nisi fiat *de Feria*; quia enim tunc de *Cruce*, non est tunc facienda Co. memoratio de *Titulo Salvat.* quia ambæ æquipollent. *Gav.*, verò etiam *Crux* & *Transfigu.* Christi, ubi hæc *quà talis*, non sunt sub ratione *Salvatoris* (uti est Templo nostræ Societatis Augs. Vindelicorum) est *Titulus Tem.* invicem æquipolleant, meritò bitatur: Propendeo ego in par. negativam (usque dum aliud S. C. decidat.) esto Gavantus in O. CTAVARIO Romano Octavæ Trans. gurationis Domini hunc Titulum præfigat. *Infra Octavam Transfig. rationis Domini seu Festi Salvatoris*; de SS. *Angelis*, & S. *Joanne Bapt.* fit ante *Apostolos*, non item de S. Sanctis Veteris Testamenti; Li. enim hi ordine *Temporis* in Litan. Apostolos præcedant, ordine tam. *Dignitatis* eos subsequuntur. de *Patrono Loci* (idem est de *Patr. Ordinis*, gaudente ijsdem, Teh. Arnaudo, Privilegijs) facienda si gulariter est Commemoratio an. *Titularem Ecclesiæ*, ut loc. cit. prob. Gavantus, si nempe sint æqualis di. gnitatis, v. g. uterque Martyr, vel Confessor, adeóque in pari grad. constituti, si autem sint dignitate inæqua-

inæqualis, tunc juxta Arnaudum Tr. 2. P. 1. Tit. 25. n. 3. & Lohner Instruct. 2. P. 2. Tit. 2. §. 10. & 11. n. 2. & 3. servandus est *Ordo Dignitatis*, qui juxta Lohner Tit. cit. §. 10. n. 2. in hunc ferè modum constituitur, ut de Tit. SS. Trinitatis, S. Spiritus, S. Salvatoris, SS. Corporis Christi, S. Crucis &c fiat Commem: ante *S. Mariam*, de hac ante SS. Angelos, post hos deinceps hoc Ordine: 1. de S. Joanne Baptista. 2. de Apostolis. 3. de Martyribus. 4. de Confessoribus Pontif. 5. de Confessor. non Pontificibus. 6. de Virginibus Martyribus, 7. de Virginibus non Mart. 8. de nec Virgine nec Martyre. Quòd si de S. Cruce, tanquam *Titulo Ecclesiæ*, facienda sit alicubi Commemoratio, sufficit ex Decreto S. Rit. Cong. 1621. 30. Mart. illa, quæ in feriali Officio ante alias est facienda. Pari modo sufficit Commemoratio *de S. Francisco* apud eos Ordinis minorum Religiosos, quorum Ecclesiæ Titulus sunt Sacra S. P. Francisci *Stigmata*. At quæres: An in Ecclesia *Omnium Sanctorum* nomine dicata (qualis est v. g. nostra Halensis) fieri debeat Commemoratio de B. V. & SS. Apostolis? R. cum Gav. affirmativè; eò quòd non sint omittenda suffragia *Specialia* propter *Generalia*, sicuti infra Octavam Omnium Sanctorum fit etiam de S. Carolo, SS. Vitale & Agricola, ac alijs: Porrò Commemoratio *Tituli omnium Sanctorum* à Clericis ejusmodi Ecclesiæ adscriptis facienda est non *ante*, sed *post Apostolos*; quandoquidem ità etiam fit ad Laudes & Vesperas in Officio parvo B. V. extra Adventum; non esse autem inconveniens bis fieri de eodem Commemorationem (semel scilicet *apertè*, seu *explicitè*, semel autem *latenter*, seu *implicitè*) ostendit Gavant. Tom. 1. P. 4. Tit. 5. n. 15. & Tom. 2. sect. 5. c. 18. n. 9. Plura de *Commemorationibus Communibus, & suffragijs Sanctorum* require ac vide suprà P. 1. Tit. 8. & 34. *de Feriis infra Hebdom. I. post Octavam Pentec. occurrentibus*: item infrà P. III. Tit. I. de *Ritu* ac *Modo celebrandi Festa Patronorum &c* ante fin: nec non Tit. *Corollaria pro regulandis Commemorationibus &c.*

V. In Officio *Vigiliæ* alicujus *Patroni*, aut *Titularis*, habentis *Vigiliam*, non est facienda Commemoratio consueta de ejusmodi *Patrono*, aut *Titulari*; sicut enim juxta superiùs dicta Officium S. Mariæ excludit Commemorationem consuetam de eadem (nè scilicet de eodem bis fiat Commemoratio in eadem Parte Officij) ità & hîc idipsum facit Officium ejusmodi *Vigiliæ*.

VI. Oratio pro facienda Commemoratione inter suffragia Sanctorum de *Patrono*, vel *Titulari* non est sumenda ex eorum *Vigilia*, aut *Octava* (si quas habent) sed ex *ipso* eorundem *Festo*, mutatô verbô: *Nativitatem*, *Natalitia*, alióve simili in

Vocabulum : *Commemorationem*, vel *Memoriam*. Quæ Mutatio si in aliqua *Oratione*, seu *Collecta* congruè fieri non potest, sumatur alia quadrans, aut saltem mutationem admittens de COMMUNI SANCTORUM. Cæterùm (teste Gavanto) non est incongruum in Commemoratione (idem est de Missa Votiva) de S. Joanne Baptista, tanquam *Patrono Titulari* alicujus Ecclesiæ, dicere: *Qui præsentem diem honorabilem nobis in B. Joannis Commemoratione &c.* neque: *Qui venerandam, sanctámque lætitiam in Beati Bartholomæi Commemoratione &c*, aliáve his similia; tum, quia non enuntiatur quid falsũ; tum, quia Commemoratio *Patroni*, aut S. *Titularis* est quasi Repetitio Festi per annum. Accedit, quòd (ùt P. Franc. Suarez de Sacrif.. Miss. q. 83. a. 2. d. 80. sect. 4. observat) quandoque *Præsentia* ad *præterita* referantur, ùt cùm Sabbatò Sanctô, aut in Festo Nativitatis Domini I. Missam circa Meridiem celebrantes dicimus: *Hanc Noctem*. Si facienda sit *Commemoratio* (aut Missa Votiva) de S. Leone II. Vocibus *Commemorationis Festa* substitue vocabulum: *Commemorationem*: si de SS. Dionysio ac Socijs, tace in eorum Oratione: *Hodierna die*; si de S. Apollinari Mart. omitte Articulum: *Hunc*, & sic de alijs.

Petes: An habens plures *Beneficiorum*, aut *Ecclesiarum* Titulos teneatur in Officio totidem *Commemorationes* facere? R. cum distinctione nam si Tituli sunt de eodem v. g. de S. *Maria*, tunc licèt sint diversi Titulorum Festa, sufficit tamen una Commemoratio Communis: *Sanctæ Mariæ, succurre miseris &c*, & sic de alijs. Quòd si verò Tituli Sanctorum sunt diversi, tunc juxta Gavanto poterit fieri alterutrô sequentium modorum: vel enim poterunt distinguì in Classes Sanctorum, v. g. Apostolorum, Martyrum, Confessorum ac Virginum, ità, ut unaquæque Classis recolatur cum *propria Antiphona*, *Versu*, *ac Oratione*, in qua ij non nentur Beneficiorum *Sancti Titulares*, qui spectant ad talem Classem, vel poterit de Majorum licentia sumari *Antiphona* cum *suo Versu*, & *Oratione*, quæ conveniat omnibus, & in qua vel singulis adscribatur competens Prædicatum, v. g. Martyris, Confessoris, &c (uti fit in Suffragijs communibus SS. Patronorum Ecclesiæ Cathedralis Brixinensis, S. Cassiani Pontif. & Martyris, ac SS. Ingenuini & Albuini Confessorum Pontif.) vel omne ejusmodi Prædicatum omittatur, ad eum omnino modum, quô in Festo SS. Martyrum Nazarij & Celsi &c omittitur in Oratione vox *Martyrum*: quia nempe S. Innocentius (de quo ibi) non fuit Martyr; uti & in Festo SS. Alexandri, Eventij &c; quia S. Juvenalis in illa Oratione partic nomi-

nominatus non fuit Martyr, sed tantùm Episcopus. Tametsi autè habens plura *Beneficia* satisfaciat unica recitatione Horarum Canonicar. pro eodem die, ùt probabilior Sententia docet; quia tamen tenetur *tot* facere *Commemorationes*, quod sunt *Beneficia*, seu *Patroni* Beneficiorum (eò quòd par sit omnium ratio) ideo eos, qui ex plurium seu *Beneficiorum*, seu *Ecclesiarum* Titulis ad plures Commemorationes in Officio faciendas obligantur, monet hôc locô Gavantus, facilè contingere posse, ut multarum ejusmodi Commemorationum omissio lethalis, & ad gravem materiam peccati mortalis constituendam sufficiens evadat, ùt in simili, probat Th. Sanchez in Oper. mor. L. 1. c. 4. n. 16. Imò & ad ratam Restitutionis fructuum faciendæ teneri Beneficiarium in hoc casu expressè tradit Martin. *Bonacina disp.* 1. q. 2. *Punc.* 4. *n.* 28. Quod tamen ultimum nimis rigorosè dici existimat idem Gavantus sect. 5. c. 18. n. 12. Tom. 2. Thesaur. an autem hoc meritò? alijs dijudicandum relinquo. Non deest certè, cui ipsius quoque Gavanti Doctrina satìs dura videtur; putátque in Dubijs benigniùs judicandum circa materiam sanè absolutè modicam.

VII. Etiam *Regulares* tenentur facere Commemorationem de eo Divo *Titulari*, cujus Ecclesiæ sunt adscripti, idque non tantùm intra, sed etiam extra Chorum, quamdiu Ecclesiæ illi sunt adscripti: cùm eadem sit ratio, quæ in *Beneficiato*: cùm uterque alatur Ecclesiæ propriæ emolumentis.

Ex dictis hoc, & præcedenti Numerò colligi posse videtur, an Nostri Eberspergenses, utentes *Directorio* Collegij *Monacensis*, teneantur facere Commemorationem de S. Archangelo Michaële, qui est Patronus Ecclesiæ nostræ Monachij, ad cujus loci Collegium spectat illa Residentia? An verò, & quô modô, seu quô Ritu, ac cujus authoritate Ecclesia una possit celebrare Festa alterius, vide apud Gavantum Tom. 2. sect. 1. c. 5. Tit. 2. à. n. 8. ac s. 2. c. 2. à n. 24. & 25. Vide etiam P. Gob. Tract. 3. n. 696. & in Append. 2. ejusdem Numeri litt. tt. & uu.

VIII. *Commemorationes Communes*, de quibus hactenus, cedunt ex suprà dictis Commemorationi *Festi simplicis* eo die occurrentis; quia Commemoratio *Festi* est privilegiata *Titulô Festivô* supra Communem aliorum Commemorationem; súntque illæ ideo *Communes*, dictæ; quòd cedant priorem locum *Festivis*: fiunt tamen frequentiùs per annum ad recolenda SS. Merita, & ad impetrandum sæpius eorum Patrocinium. *Guil. Durand. L. 6. Ration. Div. Officior. c.* 60.

In *Officio* Missæ ab Octava Epiphaniæ usque ad Purificat. B. V. nisi

fuerit *Duplex*, post Orationem diei dicuntur istæ Orationes: *DEus, qui salutis æternæ*; &: *Ecclesiæ*, vel pro Papa, positæ in Missa Dominicæ II. post Epiph. quarum Prior si sit ultima (ob faciendam v. g. Comemorationem simplicis Festi, aut dicendam Orationem *Fidelium*) tunc ei correspondens Postcomunio terminatur per Verba: *per eundem &c.*

15. S. Pauli *primi Eremitæ Conf.* Semiduplex. *Col. Alb.* Offic. sit de Communi Conf. non Pontif. In Hymno: *Iste Confessor.* mutatur 3. Versus. Lect. 1. Noct. de Script. occurr. Reliquæ, ùt in proprio loco. 9.na Lect. de S. Mauro Abbat. cum ejus in Laudib. Commemorat. per Antiph: *Similabo &c.* & Vers. *Amavit eum &c*, nisi hodie [translato S. Paulo] de *Dominica* fiat; nam si fiat de ista, Antiphon. & Versus pro S. Mauro non sumuntur ex 1. Vesp. sed ex Laudib. de Commun. Confessor. Missa, ùti notatur, cum *Glor.* sine *Cred.* Orario 2. de S. Mauro: *Intercessio &c. 3. DEus, qui salutis æternæ &c.* cui correspondens Postcommunio [non autem Secreta] sic concludenda: *per eundem Dominum &c.* Præfat. Commun. In 2. Vesp. à Capitulo sit de S. Marcello [nisi Is ob Dominicam cras occurrentem sit transferendus] *Col. Rub.*

16. Marcelli *Pap & Mart.* semid. In *Offic.* omnia, ùt in Comun. un .Mart. ac proprio loco. Respon-

sor. 8. *Domine prævenisti &c*, quod exstat ante Laudes de Commini ... Mart. & dicitur ideo de hoc, & ... nonnullis, partim ibi, partim ap... Gavantum Tom. 2. S. 8. c. 2. n. 5. ... pressis Sanctis; quia Sanguine ... non fuderunt, ùt loc. cit. notat ide... Gavant: qui ibi simul ostendit, qu... modo hoc non obstante in Hym... Vesperarum de hujusmodi Sanct... adhuc cum veritate, ac absque ... cessitate alicujus mutationis dici po... sit: *fundénsque pro te sanguine* ... Missa ùti notatur, cum *Gloria* ... *Credo*, Orat. 2. *DEus, qui salutis æ... næ.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro *Pap.* Relig... ùt heri. *Col. Rubr.*

II. Vesperæ dicuntur integ... de S. Antonio Abbate [sub Ritu du... min.] cum Comemoratione S. Ma... celli, cui præmittitur Commemora... tio Dominicæ, quando Festum ... quens incidit in Dominicam. *Col. Alb.*

17. S. Antonii *Abb.* dupl. min. *Col. Alb.* Lect. 1. Noct. de Scriptur. occurr. 2. Noct. propr. 3. Noct. *Sa... lumbi*, de Communi Confessor. non Pontif. Missa: *Os Justi*, de Comm... Abbat. exceptô 1. Evang. quod sumi... tur ex Missa: *Os Justi*, de Comm... Confessor. *Vesperæ* [nisi cras occurrat *Dominica privilegiata*, puta *Septuagesimæ*, aut Festum 1.mæ Classis v. g. *Dedicationis propriæ Ecclesiæ*] dicun... tur de Festo Cathedræ Romanæ S. Petri Apost. cum Commem. S. Pauli

Apost.

Apost. dein S. Antonij Abbat: & S. Priscæ V. ac M. *Col. Alb.*

Commemoratio S. Pauli in Festis S. Petri fit ante alias quascumque Commemorationes, etiam *Festi duplicis*, ac *Dominicæ*: quod ipsum vicissim servatur circa Commemorat. S. Petri in Festis S. Pauli, eô modô, quô suis locis annotatur sub propria Rubrica.

Si Dominica *Septuagesimæ* incidat in diem 18. Jan. [uti incidebat annô 1693. ac toties incidit, quoties Littera Dominicalis est D. Epacta autem 23.] tunc, quia in Sabbato eam antecedente, ob occurrens in eo Festum 9. Lectionum [nempe S. Antonij] non potest fieri Officium [Ritu feriali] de Dominica 2. post Epiphaniam, uti alioqui juxta Rubricam Dominicæ 1.mæ post Epiph. præfixam, ac superiùs allegatam, fieri deberet, ideo juxta hanc eandem Rubr. in tali casu 1.ma die post Octavam Epiph. in qua non est *Festum duplex*, adeoque feriâ IV. præcedente seu die 14. hujus, vel, si fortè alicubi die illo S. *Hilarius*, aut aliud Festum [v. g. SS. *Nominis JEsu*] celebratur *Ritu duplici*, tunc 15. hujus, seu Feriâ V. ejus Hebdomadæ faciendum est *Officium* [translato *Semiduplici* die illo occurrente] de Feria per annum, ità tamen, ut *Lectiones*, necnon Antiphona ad *Benedictus* non sumantur ex *Feria currente*, sed ex Dominica 2. post Epiph. uti & Oratio, ac Responsoria trium Lectionum Nocturni, quæ pariter sumenda sunt ex illa Dominica, & quidem ex 1. illius Nocturno, quia 1.mò ponuntur: facienda quoque est Commemoratio [sed sine Lectione] *Festi simplicis* die illo occurrentis, illi verò immediatè subjungenda Commemoratio de Cruce cum reliquis suffragijs Communibus Consuetis juxta superiùs dicta die 14. hujus. Dicitur tunc quoque in Choro *Officium Defunctorum* pro Mense Januario, cum *pridianis* eorumdem *Vesperis*, ùt suprà P. I. At verò *Missa* dicitur de Dominica 2. post Epiphaniam Ritu feriali, id est, sine *Gloria* & *Credo*, cum *Benedicamus* in fine, nec non cum Commemoratione S. Felicis Mart. aut alterius Festi simplicis occurrentis; cui, si dicantur tres tantùm Orationes, præmittitur Oratio: *Fidelium*, quæ in Missis vivorum, si dicitur, semper dicenda est penultimô locô; in Missis autem Defunctorum, si dicenda est, semper dici debet ultimô locô. Porrò *Color* tam in *Officio*, quàm in *Missa* ejusmodi Dominicæ anticipatæ seu extra proprium diem celebratæ, est *viridis*. Vesperæ autem tunc erunt de sequenti, cum Commemoratione Festi simplicis in Crastinum occurrentis, attamen sine Commemoratione dictæ Dominicæ 2. post Epiph. quia hujus Officium [utpote tantùm feriale] In tali casu jam fuit terminatum ad Nonam. Vide dicta superiùs

mùs 14. Jan. nec non P. I. *Dominica 2. post Epiph.* Quòd si cras occurrat simul *Dominica Septuagesimæ*, & *Festum Dedicationis*, aut *Patroni*, aut *Titularis Ecclesiæ*, tunc hodie (nempe 17. Januarij) translatô Festô Cathedræ Romanæ S. Petri, Vesperæ dicuntur integræ de *Dedicatione*, vel *Patrono*, aut *Titulari Ecclesiæ* cum Commemoratione Dominicæ *Septuagesimæ* tantùm, cum duplici *Alleluja* ad *Benedicamus*, ùt ibi: occurrente verò solâ Dominicâ Septuagesimæ in Crastino Festo Cathedræ, hodiernæ Vesperæ erunt de S. Antonio cum Commemoratione Septuagesimæ, & S. Priscæ Virg. ac Mart. cum duplici *Alleluja* ut antè. *Col. Alb.* Festum autem Cathedræ tunc tranfertur.

18. Festum Cathedræ Romanæ S. Petri Apost. Celebrandum hodie cum Commemoratione (post S. Paulum facienda) & 9. Lect. de S. Priscæ V. & M. sub. Ritu duplici majore, & Colore albo, uti in Breviario, nisi sit transferendum ob occurrentem hodie Dominicam privilegiatam Septuagesimæ, quæ juxa Rubric. Brev. soli cedit occurrenti in ea *Patrono*, vel *Titulari Ecclesiæ*, ac hujus *Dedicationi*: licèt autem in horum Festorum occursu fieri nequeat Officium de *Dominica Septuagesimæ*, fieri tamen etiam tunc debet de ea Commemoratio in utrisque Vespe-ris, Laudibus, ac Missa. Par ratio est de alijs *Dominicis* 2. *Classis*, ut dictum suprà P. I.

Si autem hodie occurrat Do-nica alia per annum fier de Dom-ca ejusmodi in *Officio* & *Miss-* dierni Festi Cathedræ tantùm C-memoratio in utrisque Vesp- Laudibus, & Missa cum 9. Lect- de eadem in *Officio*, cúmque e- dem Evangelio in fine *Missæ*. P- *Missa* Festi Cathedræ S. Petri extat in Ordine: atque in ea, u- in Officio, fit Commemoratio d- Paulo ante quascunque Comme- rationes, etiam Dominicæ, ut ultimô autem locô Commemo- quoque de S. Priscæ V. & M. In- dem dicitur *Gloria* & *Credo* Pri- Apost. *Col. Alb.*

Vesperæ (nisi cras alicubi o- currat Festum altioris Ritus) de e- dem Cathedra Romana, uti no- tur in Brev. Rom. cum Comme- ratione de S. Paulo Apost. nec m- ad libitum de S. Canuto quarto D- norum Rege ac Martyre (nisi h- cadat in Dominicam, aut occu- alicubi in aliquo Festo 9. Lection- vel infra aliquam Octavam eti- particularem alicujus Ecclesiæ u- Religionis; tunc enim ob ratione- pòst subjungendam annô illô mi- fit de eo, secluso speciali Indulto) a- que etiam de SS. Mario, Martha, a- Socijs Martyrib. ut in Brev. *Col. Al-*

Quòd si hodierna die (uti fa- Oeniponti 1693.) occurrat simul D- minic-

minica Septuagesimæ, & *dies Octava alicujus Festi* (v. g. *Dedicationis*, aut *Patroni*) totum Officium, translatô Festô Cathedræ, sit de Dominica, cum Commemoratione tantùm de *die Octava*, & S. *Priscæ* V. ac M. ùt pluribus P. I. *Dominicâ Septuagesimæ* declaratur.

Quòd si etiam *dies Octava* tantùm alicujus Festi (v. g. *Dedicationis*) hodie occurrat, Festum Cathedræ pariter transferetur, fiétque hodie Officium *de die* illa *Octava* (non obstante, quòd dies Octava sit tantùm *duplex minus*, Festum Cathedræ verò *duplex majus*) cum Commem: ac 9.na Lectione de S. Priscæ, ùt suô locô dicetur. quòd si simul Dominica per annum occurrat, tunc ante S. Priscam fit etiam de ista Commemoratio in *Officio*, & *Missa*, cum 9.na Lectione de ipsa Dominica, ejúsque Evangelio in fine Missæ.

Si cras non fiat de S. Canuto, aliôve Festo 9. Lectionum, nec de *die infra Octavam &c*, tunc hodie post Vesperas diei, dictô *Benedicamus Domino*, ac *DEO gratias*, omissóque Versu: *Fidelium animæ &c.* dicuntur (in Choro) *Vesperæ Defunctorum* pro 1.ma die Mensis Januarij non impedita, modô P. I. Tit. V. declaratô; cras autem post Laudes diei, itidem dictô: *Benedicamus*, ac omissô Versu: *Fidelium animæ &c*, dicitur illud Nocturnum *Officij Defunctorum*, quod Feriæ currenti correspondet, unà cum Laudibus ejusdem Officij, ùt ibidem, ac suô locô; ubi etiam de ordinandis *Missis* tam *privatis*, quàm *Conventi*: in hujusmodi Casibus. Dies autem impediti censentur etiam illi, in quibus actu fit Officium ad Libitum 9. Lectionum.

19. SS. Marii: Marthæ, Audifacis, & Abachum Martyrum. *Simplex*. Item S. Canuti IV. Danorum Reg. ac Mart. *Semiduplex ad libitum* (nisi cadat in dies infrà à S. R. C. exceptos) à temp. Clementis X. *Col. Rubr.* In 1. *Vesperis*, recitandis ùt herì anotatum, ac hodiernis *Laudibus* & *Missa* de S. Canuto à Celebrantibus illum hodie ad libitum fit Commemoratio de SS. Mario & Soc. MM. cum 9.na de ijsdem Lectione in 3.tio Noct. In 1.mo autem Nocturno dicuntur Lectiones de Scriptura diei currentis: Reliqua, ùt in Communi unius Martyr: ac propr: loco. In *Missa* (quæ est: *In virtute tua*: prima de Commun. un. Mart. exceptâ Orat. 1.ma propr. & 1.mâ Evangeliô: *Siquis vult post me venire*, sumendô ex Missa *Sacerdotes DEI* de Commun. un. Mart. Pontif.) dicitur *Gloria* sine *Credo*, Oratio 3. *DEus, qui salutis &c*: at correspondens ei tertia secreta (si fiat de S. Canuto) sumenda est ex Missa Votiva de B. V. post Purificationem: *Tua Domine*; eô quòd Secreta ordinaria hujus Temporis de B. V. coincidat cum Secreta hodiernæ Missæ. *Col. Rubr.*

Vespe-

Vesperæ hodie sunt de SS. Fabiano & Sebast: cum Comemoratione præced. Festi ad libitum, nisi in diem crastinam incidat *Dominica privilegiata*, aut *Festum altioris Ritus* (uti contigit annô 1709. quô apud nos in diem Vigesimam hujus incidit *Festum Dedicationis*, & annô 1704. quô in eandem diem 20. Jan. incidit *Dominica Septuagesimæ*, & simul *Festum Dedicationis Templi* nostri) tunc enim translatô Festô SS. Fab. & Sebast. Vesperæ in 1.mo casu erunt usque ad Capitulum de Psalterio [cùm S. Canutus semid. ad libitum tunc hodie penitùs omittatur ob ponendum Sabbatô illô Officium Dominicæ II. post Epiph.] à Capitulo autem de Dominicâ Septuagesimæ, ut ibi; in posteriori verò casu Vesperæ erunt de Festo illo solemni, cum Comemorat. Dominicæ cras occurrentis, etiamsi illa sit 2. Classis, nempe *Septuagesimæ*. Atque hæc de modo recitandi *Officium & Missam*, si hodie fiat *ad libitum* de S. Canuto M. Quibus adde hôc locô, quòd si Festum S. Canuti M. aut aliud ex ijs, quæ tantùm sunt *ad libitum*, occurrat in *Dominica*, aut in aliquo Festo 9. Lectionum de præcepto, etiam mobili, aut *loci solùm particularis*, aut *infrà aliquam Octavam*, *etiam tantùm particularem alicujus Ecclesiæ*, vel *Religionis*, eô annô, aut locô non sint transferenda [secluso saltem speciali Indulto, quale olim obtinuit Societas pro Nostris in Germania, & Polo nia, cùm Festum S. Hedwigis V cadens constanter in diem Octav S. Francisci Borgiæ etiamnum *semiduplex ad Libitum*] sed per omittenda, etiamsi sint *duplicia* Decreta S. R. C. tum de annô 2. Decemb. tum de annô 168 Januarij Festis ad Libitum in viarijs recentionibus præfixa; mittit tamen eadem Sac. Rit. Co in posteriore hoc suo Decreto *Festum Translatum*, quod alias e celebrandum occurreret, die non celebretur, sed ulteriùs t ferri possit in alium diem non im ditum; ut item die illo omitti sit Officium, semel per Hebd dem aut Mensem ex Indulto A stolico alioqui celebrari permis ut sic locus sit celebrando O ad *Libitum*, quod in ejusmodi occurrit.

Quòd si hodie non fiat de S. Canuto, aut alio Festo 9. Lectio neque de B. V. in Sabbato, aut D minicâ aliquâ anticipandâ, sed *Festo simplici* occurrente SS. M Marij & Sociorum, tunc *Officium Missa* dicuntur Ritu *Festi* 9. *simpl* qui extra Tempus Adventuale Quadragesimale, & Paschale, u versaliter est talis: Ad *Matutinu* dictis Invitatorio & Hymno de Fe sto, ùt in COMMUNE Sanctorum, dicitur Nocturnum Feriæ occurren cum 12. Psalmis ferialibus, cæ

præ-

præfixis Antiphonis, ùt in Psalterio: ijs finitis subjungitur Versus de Festo, uti is notatur in occurrente Feria in Psalterio, desumptus ex eo Nocturno, qui in Communi Sanctorum Feriæ currenti correspondet, utì mox de Responsorijs dicetur: dictâ post Versum Oratione Dominicâ dicitur Absolutio Feriæ currenti correspondens, nempe Feriâ II. & V. *Exaudi Domine JESV Christe*: Feriâ III. & VI. *Ipsius pietas, & misericordia &c.* Feria IV. *A Vinculis peccatorum &c.* Benedictio I. in Offic. de Sanct: trium Lectionum est: *Ille nos benedicat, qui sine fine vivit & regnat.* ℟. *Amen.* II. *Cujus*, vel *Quorum*, vel *Quarum Festum colimus, ipse*, vel *ipsi*, vel *ipsæ intercedat*, vel *intercedant pro Nobis ad Dominum.* ℟. Amen. III. *Ad Societatem Civium supernorum perducat nos Rex Angelorum.* ℟. *Amen.* Deinde dicuntur 3. Lectiones, una scilicet, vel duæ de Scriptura occurrente; reliq: de eo, aut ijs, de quo, aut quibus fit Officium, uti notantur in Proprio Sanctorum, & declaratur Rubr: Gener: *XXVI. Breviar: n. 4.* Primæ & secundæ Lectioni suum subjungitur Responsorium, sumendo illud (quando proprium non assignatur) de Commun: Sanctor: attamen ex eo Nocturno, qui Feriæ currenti respondet, nempe Feriâ II. & V. ex 1. Nocturno, sumendo tam primum, quàm secundum Responsorium illius Nocturni; Feriâ autem III. & VI. sumendo utrumque ex 2. Noct.; Feriâ denique IV. ex 3. Noct. Cùm autem Responsoria prædicto ordine ac modo sumuntur ex 1. aut ex 2. Noct: Communis Sanctor: pro *Festo Simplici*, seu *trium Lectionum*, debet in fine Responsorij 2.di apponi *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, cum Repetitione partis Responsorij, ad eum modum, quô additur, cum simili Repetitione partis Responsorij, in fine Responsorij 2.di in 3. Noct: de Commun: Sanctor. Post 3. Lectionem in Officio de *Festo simplici* (quale est hodiernum SS. Marij & Soc: MM.) non dicitur aliquod Responsorium, sed semper Hymnus: *Te DEum &c:* quæ omnia constant ex Rubr: Gen: XXVII. n. 2. & 4. Ad *Laudes* & *Horas* subsequentes *minores* usque ad Nonam (quâ terminatur Officium *Festi Simplicis*) inclusivè dicitur *Officium simplex Festivum*, uti in *Festis semiduplicibus*, de Festo, cum Precibus Dominicalibus ad Primam, & Suffragijs Sanctor: ad Laudes. Quomodo autem ordinandum sit Officium Festi Simplicis in casu, quô incidit in diem, quô fit de *S. Maria in Sabbato*, item in diem, quô faciendum est de *Dominica anticipata*, seu extra *suam sedem*, seu *propriam diem* celebrandâ, constat & constabit ex dictis ac dicendis P. I. & III. suis locis; uti & quomodo idem Officium sit ordinandum in 1. suis Vesperis (se-

cundas non habet) tam in casu, quô pridie illius nullum cadit Festũ 9. Lectionum, quàm etiam in casu, quo pridie illius occurrit ejusmodi Festum.

Quæres: An, quando *Dominica Septuagesimæ* venit in Dominica prima post Octavam Epiphaniæ, Dominica autem illa incidit in diem 20. Januarij (utì factum annô 1704.) an, inquam, tunc Sabbato præcedenti, nempe 19. Jan: *Officium Horarum*, ac *Missæ* fieri possit *ad Libitum* de S. Canuto? Ratio dubitandi oritur ex Rubricâ Dominicæ 1.mæ post Epiph. præfixâ, quæ jubet, ut, quando *Septuagesima* venerit in 1. Dominica post Octavam Epiph: tunc in 1. Sabbato post Octavam Epiph: adeoque Dominicam Septuagesimæ immediatè præcedente, ponatur (*Ritu* tamen solummodo *feriali*, ibidem descriptô) Officium *Dominicæ II.* post Epiph: modò Sabbatum illud non sit impeditum Festô aliquô 9. Lection: aut, si Sabbatum illud taliter sit impeditum, tunc 1.mâ die post Octavam Epiph. in qua non sit Festum duplex, translato semiduplici in ea occurrente: Cùm ergo Festum S. Canuti sit Festum 9. Lectionum, Festum autem 9. Lectionum excludat Celebrationem Dominicæ ab eo Sabbato, in quo ipsum occurrit, ideo nihil videtur obstare, quò minùs sit liberum in illo facere ad libitum de S. Canuto: Et verò non deerant, qui censuerant annô præd[illegible] 1704. Fieri potuisse ad Libitum [illegible] Januar. de S. Canuto; de Domi[illegible]ca autem 2. post Epiph: fieri debu[illegible] 14. Januarij (translatô S. Hilari[illegible] diem aliam non impeditam] au[illegible] illa esset alicubi speciali Festo dup[illegible]ci impedita, 15. ejusdem, transl[illegible] S. Paulo 1. Eremita. Licèt aut[illegible] horum opinio probabilis videa[illegible] P. Claudio La Croix Tomul. 4. [illegible] 4. q. 204. n. 1269. eámque di[illegible] annô secutum sit DIRECTORIUM Co[illegible]niense cum Rubricista quodam [illegible]mano, mihi tamen secùs vide[illegible]tum ob auctoritatem DIRECTORII [illegible]mani [cujus Auctor multò accu[illegible]tissimus in hujusmodi ambiguita[illegible]bus, ùt ex Teste omni excepti[illegible] majore accepi, Sac: Rit: Congr: [illegible]sum studiosè desuper solet indagare [illegible]tum etiam ob Rationem non mo[illegible] in suprà allegato Decreto, sed [illegible]so quoque DIRECTORIO Romano [illegible] ejus Auctore insinuatam. Ita[illegible] annô 1704. quô dies Octava Epi[illegible] inciderat in Dominicam 1.mam p[illegible] Epiph: ideóque neque hac Domi[illegible]ca, neque sequente, quæ erat *Septua[illegible]gesimæ*, incidens in diem 20. Janua[illegible] fieri poterat de Dominica 2.dâ p[illegible] Epiph: DIRECTORIUM Romanu[illegible] [quod secuta sunt nostrum Brixine[illegible]se, Leodiense, ac Viennense] co[illegible]formiter Rubricis, ac sæpius memo[illegible]rato Decreto Officium Dominicæ II. post Epiph: posuit 19. Jan: adeoq[illegible]

in

in Sabbato ipsam Dominicam Septuagesimam proximè præcedente, Modum *Ritu feriali* illud recitandi his verbis præscribens: *e 19. Jan Sabb. de Dominica 2 post Epiph. Officium fit feriale. Ad Matut. Invit. Hymn. Antiph. Psal. & ℣. ùt in Sabb. in quo dic: 2.da Antiph. cum suo Psal.* Jubilate; *tres verò Lect. de Homil. Dominicæ 2. post Epiph. & tria ℟℟. ex 1.mo Nocl. ejusdem Dominicæ* [*omissô Hymnô: Te DEum*] *Ad Laud. Antiph. Psal. Cap. Hymn. & ℣. de eodem Sabb.* Ad Benedictus verò Antiph. de eadem 2. Dominica: Nuptiæ &c, *cum ejusdem Orat.* Omnipotens, & cum *Commem.* [*attamen sine Lectione*] *de SS. Mario & Soc. MM.* nec non de *Cruce*; *&* cum *Suffrag Sanctor. in Laudib.* Post ipsas *dic* in Choro *3.tium* Nocturnum, *& Laud. Defunctor. Missa de eadem Dominica, cum 2.da Orat* Fidelium; & 3.tia de SS. Mario & Soc. MM. sine Gloria *&* sine Credo. *Col. Virid. Vesperæ feriales à Capit. de Dominica Septuages. Antiph. ad Magnificat:* Dixit Dominus ad Adam &c. *Oratio propr. ad Vers.* Benedicamus Domino *additur duplex* Alleluja, *& deinceps non dicitur* Alleluja *usque ad Sabbat. Sanctum, sed ejus locô initiô Horarum dicitur*: Laus Tibi Domine, Rex æternæ Glor. *Col. Viol.* Hæc ex Directorio Romano illius anni.

Si hodie [nempe 19. Jan.] fiat Ritu simplici de SS. Mario & Socijs, modô superiùs descriptô, tunc prídie pro Mense Jan. dicuntur pariter in Choro *Vesperæ Officij Defunctorum*, hodie verò post Laudes diei Nocturnum ejusd: *Officij*, Correspondens Feriæ currenti, cum Laudibus de ijsdem Defunct: in Missa autem hodierni Festi [quæ est propria] penultimô locô dicitur Oratio *Fidelium*: at verò in *Ecclesijs Cathedral. & Collegiat.* dicuntur tunc 2. Missæ, una, eáque Quotidiana, *pro Defunctis*, cum Orationibus ùt ibi, *Col. nig.* altera de *Festo* cum *Glor* sine *Cred.* 2. Orat. *DEus, qui salutis.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. *Col. Rub.* Quòdsi hoc Festum SS. Marij & Socior: veniat in Feria 2. & in ea non fiat ad libitum de S. Canuto, primæ duæ Lectiones sumuntur de Dominica præcedente, Versus autem & Responsoria duo ex I. Nocturno de Comun: plur: Mart: illorúmque secundo post Versum apponatur *Gloria Patri* cum Repetitione ultimæ Partis Responsorij ante & post *Gloria Patri*: id quod juxta suprà dicta semper faciendum, quando Responsoria duo sumenda sunt pro Festo trium Lectionum ex 1. vel 2.do Nocturno de COMMUN: SANCTOR: sumuntur autem juxta ibid: dicta ex 1. Nocturno, si hoc, aut aliud hujusmodi Festum trium Lectionum incidat in Feriam 2. vel 5. Ex 2. autem Nocturno tunc, quando incidit in Feriam 3. vel 6. idémque est de Versu Nocturni: si verò incidat

in Feriam 4.tam sumitur Responsor: I. & II. ex 3. Noct: Communis Sanctorum [idémque est de Versu] ùt ibi. Post III. verò Lectionem semper dicitur in Festis trium Lectionum Hymnus : *Te DEum &c.* Lectioni 1.mæ præmittitur Bened. *Ille nos benedicat &c.* 2.dæ *Cujus*, vel *quorum*, vel *quarum Festum colimus &c.* 3.tiæ *Ad societatem &c*, ùt suprà. Si idem Festum SS. Marij & Socior: veniat in *Dominica 2. post Epiph*: fit de eo in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa Dominicæ solummodo Comem: cum 9. Lectione in Offi: Dominicæ. Si verò veniat in *Dominic Septuagesimæ*, fit de eo tantùm Commem: sine 9.na Lectione. *Rubr. Gen. Tit. IX. n.* 10. *& Tit. 26. n.* 3. Si denique veniat in Sabb. ante Dominicam 2. post Epiph. & non fiat ad Libitum de S. Canuto, fit de B. V. M. in Sabb. de SS. Mario & Soc: autem fit pariter tunc hodie solũ Comemoratio in *Laudibus* ac *Missa* [post Orationem *Fidelium*] sine 9. Lectione, dicendóque Officium Defunctorum, ùt suprà ; in Ecclesijs autem Cathedralibus, & Collegiatis 2. Missas Conventuales, unam [eámque quotidianam] pro Def: *Col. nig.* alteram de B. Maria in Sabbato, cum Commemor: SS. Marij, ac Sociorum, Oratione 3. verò de S. Spiritu. Præfat. de B. V. *Et te in Veneratione.* Col. Alb.

Ubi fit Separatio SS. Fabiani & Sebastiani [eò quòd iste v.g. fit *tronus Templi*] Antiphonæ in Vesperis hodiernis pro S. Sebastiano sum *Qui me Confessus &c*, ex Comm: Un: Mart. Oratio : *Præsta quæsum omniporens DEus, ut intercedente* de eodem Communi 3.tiô locô, liquum Officium fit pariter de eo tali loco [ubi scilicet est *Patron* aut *Titularis*] ùt in Commun: uti Mart. uti in Festo 1.mæ Classis. *Tom. 2. S. 3. C. 10. à. n. 11.* usq 14. *inclusivè* : cúmque juxta e dem Gavantum *Sect. 7. c. 7. n.* 1 *Festis Maij* Evangelium *Missæ* cordare debeat cum eo, de quo tur Homilia in *Officio*, ideo rect rectoria Diœcesana, à me inspect *Missam*, (dicendá cum *Glor.* & Cre pro ejusmodi loco assignantis Communi unius Mart. illam pot assignant, quæ ibi habetur 2.dô cô, & incipit : *Lætabitur Just* quàm Missam : *In virtute*, exhi tem ibid: 1.mò locô : cùm in hu posterioris Evangelium non sit rire Homiliam in Breviario, ho autem in Evangelium prioris (pe 26. Jan. in Festo S. Polycarpi qua proin sumendæ sunt Lectio pro 3. Noct. in 1.mo autem Noctur dicuntur : *Fratres debitores &c* Rubricam exstantem post Psalm 1.mi Nocturni de Commun: uni Mart. In 2. denique Nocturno Prim & Secunda Lectio dicuntur uti n tantur in Breviario à Verbis il

ex Sebastianus ex Patre &c; Tertia: Principes persecuti &c, de Comun: un: Mart. At petes: Quando, & quo Ritu *Officium* & *Missa* in loco, in quo fit separatio S. Sebastiani à S. Fabiano sint facienda de Socio, nempe de S. Fabiano? R. Cum Gav. Tom. 2. S. 3. c. 10. n. 12. faciendum esse de S. Fabiano in tali Casu non nisi *Ritu Semiduplici*, & quidem post Octavam S. Sebast: eò quòd Dies omnes intra Octavam sint impediti. Quæ autem porrò in casu hujusmodi Separationum sint observanda, dicetur infrà *Tit. de Patron.* & *Tit. de Transl.* P. III.

Ubi verò non fit Separatio S. Sebastiani à S. Fabiano, Vesperæ hodiernæ, & crastinum Officium dicuntur, uti notantur in proprio loco, nisi cras occurrat *Dominica Privilegiata*, aut *Festum altioris Ritus*, de quo suprà.

20. SS. FABIANI & SEBASTIANI *Mart.* dupl. min. *Col. Rub.* MISSA propr. Vesperæ hodiernæ à Capit. sunt de S. Agnete (nisi ea veniat in *Dominica Privilegiata*, ac propterea sit transferenda) cum Commemoratione præcedentis. Antiph. de S. Agnete, ad *Magnificat*, uti & Oratio est propria. In locis verò, in quibus celebratur Festum S. Agnetis sub Ritu duplici majori, aut adhuc altiore (v. g. 1.*mæ Classis* in propr. Ecclesia) ibi dicuntur integræ Vesperæ de S. Agnete, sumendo Psalmos de Dominica, & pro ultimo Psalmum: *Laudate Dominum Omnes Gentes* (adeoque, uti notat hîc Gav. sicut in 1. Vesperis *Virorum*, & S. *Agathæ*) Antiphonas verò Psalmorum accipiendo ex Laudibus Festi. Ubi S. Sebastianus tanquam *Patronus* propriæ Ecclesiæ celebratur Ritu duplici 1.mæ Classis, & cum Octava, ibi Officium infra Octavam ordinatur, ùt in Rubrica Gen: VII. n. 4. & 5. approbatas Lectiones pro 2. & 3. Nocturno suppeditante OCTAVARIO Romano à fol. 253. & 273. Tit. *Infra Octavam un. Mart. non Pontif.* Quando in Majoribus & præcipuis Ecclesijs Hebdomadarius seu Officiator Hymnum: *DEus tuorum militum*, aliósque, qui incipiunt ab Invocatione (cujusmodi sunt etiam Hymni: *Creator Alme siderum &c*, item: *Salutis humanæ Sator &c*) inchoat, manus jungit, & inclinat se Versus Altare. *Bauldry P. 1. c. 5. n. 13.*

Si hoc aut aliud Festum 9. Lectionum occurrat in *Dominica Septuagesimæ*, aut aliâ simili 2.dæ Classis Dominicâ, id transfertur juxta Rubric: de Translat: Festor: in primam diem similiter non impeditam, nisi sit Festum *Patroni*, aut *Titularis Ecclesiæ*, aut ejus *Dedicationis*; tunc enim fit de Festo, cum Commemoratione Dominicæ in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, in qua à Dominica Septuagesimæ etiam in Festis post Graduale, Omisso *Alle-*

luja

Vesp. & versu sequenti, dicitur Tractus, ùt suis locis notatur. Si verò hoc, aut aliud Festum duplex cadat in aliquam Dominicam non privilegiatam (v. g. 3. 4. 5. aut 6. post Epiphaniam) fit de eo cum Commem : Dominicæ occurrentis in utriſque Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non cum Lectione nona de Homilia ejusdem Dominicæ, ac hujus Evangelio in fine Missæ.

Festum semidupl: in Dominica occurrens transfertur in diem proximè non impeditam ; cujusmodi dies non impedita, etiam respectu *Semiduplicis*, est quoque dies infra Octavam, modò Octava illa non sit privilegiata contra tale Festum, & Festum hujusmodi semidupl: non sit ad plures, quàm ad unum diem, translatum : unde si infra Octavam occurrat, & ea dies, quâ occurrit, impedita sit [ob occurrentem v. g. Dominicam, aut Festum duplex] sequenti die celebrari debebit infra Octavam non privilegiatam ; si autè proximè sequens dies sit impedita aliò Festô 9. Lectionum, transferri debet post Octavam : de quo plura suis locis.

Quid autem sit agendum, si Dominica concurrat cum Festo sequente, aut vicissim Festum aliquod cum Dominica Subsequente, dictum est P. I. *De Dominicis*

21. S. Agnetis V. & M. dupl. min. Col. Rub. In *Officio* dicuntur omnia, ùti notantur in proprio loco : observat autem hîc Gav: ob hujus Virgunculæ masculam fortitudinem Psalmos tam in *Matutino* quàm 2. Vesperis dici de Comm. SS. Virorum, & eosdem etiam accendos in 1. ejus Vesperis in propria Ecclesia, uti in Festo S. Agathæ. Antiphonæ ad *Magnificat* in utriſque Vesperis, item ad Psalm. Nocturnorum, ac Laudum, nec non ad *Benedictus* pariter sunt propr. Lectiones, Responsoria, & Capitula Horarum &c dicuntur, ùti notatur in loco. In textu 4. Lectio non est mendum [ùti Aliqui putarunt] in verbis illis : *Natalis Agnes* ; quia in casu Genitivo legitur & *Agnes*, & *Agnetis*, ùti videre est apud Gav. f. 7. c. 3. 21. Jan. *Missa* propr: cum *Gloria*, sine *Credo*, nisi veniat in Dominica non privilegiata, aut nisi sit Patrona, seu Tutularis Ecclesiæ, aut habeatur de ea insignis Reliquia. Ad 2. Vesperas Antiph. *Ingressa Agnes &c.* cum reliquis ex Laudibus. Ps. *Dixit Dominus* cum cæter. de Dominica, excepto ultimô, qui est : *Lauda Jerusalem* Capit. & Hym. ùt in 1. Vesp. Versus : *Diffusa est gratia &c.* Ad *Magnificat* Antiph. propria. Commemorat. Festi sequentis.

Quid Observandum, si hoc aut aliud Festum 9 Lectionum occurrat in Dominica privilegiata, aut non privilegiata, aut cum ejus modi

modi Dominicis concurrat in suis 2.dis Vesperis, aut ipsæ cum eo concurrant in 1. Vesp. illius, dictum est partim die præcedenti, partim suprà P. I. *de Dominicis*. Ubi fit *Octava S. Agnetis*, *ibi* die Octavâ dicuntur omnia, ut in die Festo, exceptis Oratione, Antiph: ad *Magnificat* in 1. Vesperis, Lectionibus 1. Nocturni [quæ sunt de Script. occurr] & Lectione 4.ta, quæ est de S. Agnete secundò, nec non 5.tâ & 6.tâ quæ sunt vel de Communi Virginum, vel uti notantur in OCTAVARIO ROMANO à Barthol. Gav. ad usum omnium Ecclesiarŏ collecto, & à Sac. Rit. Congr. approbato, complectente quoque Lectiones *infra Octavas* quorumcunque Festorum in II. & III. Nocturno recitandas.

22. SS. VINCENTII & ANASTASII *Mart.* semidupl. *Col. Rubr.* In *Officio* omnia de Comũ. plur. MM. except. Orat: & Lectionibus 2.di Nocturni; Lectiones autem 1.mi Nocturni sunt de Script. occurr. 3.tij Noct. *Cùm audieritis prælia*. Si hoc Festum veniat in Feriâ II. post Dominicam III. post Epiph. tunc, quia *Initium Epistolæ ad Galatas* in præcedente Dominica ob occurrens Festum S. Agnetis (in 1. Nocturno proprias habens Lectiones) poni non potuit, Initium illius Epistolæ hodie ponitur : id quod etiam circa initia aliorum Libror. S. Scripturæ juxta Rub. Gen. XXVI. est observandum, ùt P. I. de Dominicis est dictum. MISSA *Intret in Conspectu* [1.ma de Comũn. plur. Mart.] cum *Gloria* sine *Credo* : Oratio 1.ma propria. 2. *DEus, qui salutis*. 3. *Eccles.* vel pro Pap. ut̀ notantur Dominicâ 2.dâ post Epiphaniâ. Si venerit post Septuages. post Grad. omisso *Alleluja*, & Versu sequenti, dicitur Tractus. Præfat. Communis. Ubi cras fit de S. Raymundo à Pennafort Conf: Vesperæ hodiernæ dicuntur à Capit. de illo [mutatô 3. Versu in Hymno : *Iste Confessor.*] cum Commemorat. SS. Vincent. & Anastas. MM. ac S. Emerentianæ V. & M. *Col. Alb.* Ubî verò cras fit de Festo DESPONSATIONIS B. M. V. Vesperæ integræ hodie dicuntur de illo sub Ritu duplici, prout notantur in fine quorumdam BREVIARIORUM recentiorum, cum Commem. præcedentis, & S. Emerentianæ V. ac M. In fine quoque Hymni Completorij dic. *JEsu tibi sit Gloria, qui natus es &c. Col. Alb. Vbinam* autem, & *sub quo Ritu* celebrandum sit hoc Festum, Henricus Pisart. *Paragr. 1. Proprij Sanctor. n. 14.* his verbis edisserit : Festum *Desponsationis* B. M. V. sicuti in omnibus " Regnis & Provincijs Hispaniarum " Regi subjectis dici potest ex Indulto Pontificis, ità nunc quoque extensum est ad totum Romanum " Imperium, quod primitus tantùm " concessum fuit Provincijs hæreditari: & Patrimonialibus Aug. Rom. " Imperatoris sub *Ritu duplicis minoris*,

" rio, ſic tamen, ut in Concurſu cum
" alio *duplici minore* Præferentiam
" habeat; At, quod bene notandum,
" non ideo eſt *duplex majus* [*ut quæ-
" dam* DIRECTORIA *adſtruunt*] adeo-
" que, ſi cum Patrono minùs Prin-
" cipali *alicubi* concurreret, nonniſi
" Commemorationem in Veſperis
" habere deberet. Idem dic de qui-
" busdam alijs Feſtis, & Octavis Fe-
" ſtorum B. M. quas Sac. Congr. vo-
" luit habere Veſperas integras in
" Concurſu cum alio duplici minore
" die 11. Aug. 1691. Rem hanc Con-
" firmant Neobreviaria Romæ im-
" preſſa. Videantur Rubricæ de
" Concurrentia Officij n. 2. circa fi-
" nem. *Hæc Piſart.*

23. S. RAYMUNDI de PENNAFORT, Confeſſ. *Semid.* OFFIC: de Comun. non Pontif. In Hymno: *Iſte Confeſſor, &c* mutatur 3. Verſ. etiam quando non transfertur. Lectiones 1. Noct. de Script. occurr. 2.di propr. 3.tij Noct. *Sint lumbi &c.* 9.na Lect. & Commem. de S. Emerentiana V. & M. in Laud. ac Miſsâ: *Os Juſti*, 1.mâ de Commun. Conf. in qua *Glor.* ſine *Credo*. Orat. 3. *DEus, qui ſalutis &c. Col. Alb.* In 2. Veſperis à Capit. de S. Timotheo Epiſc. & Mart. cum Commemorat. de S. Raymundo. *Col. Rub.* Si in hôc aut aliô Feſtô ex ſequentibus ponendum ſit Initium alicujus Epiſtolæ Paulinæ locô Scripturæ occurrentis, procedendum eſt, ùt ſuprà 22. Jan.

In Provincijs hæreditarijs, Patrimonialibus Auguſtiſſimo Romanorum Imperatori ſubjectis, non in omnibus Regnis ac Provincijs Regis Hiſpaniarum celebra hodie Feſtum Deſponſationis B. Mariæ cum S. Joſepho ſub Ritu d minore. *Offic.* & *Miſſ.* dicuntur in Feſto Conceptionis B. M. V. [n taro Nomine *Conceptionis* in Nom *Deſponſationis*] exceptis Lectioni Nocturnorum, quæ ſunt propr 9.na Lectione de S. Emerentiana, fuerit Dominica, tunc enim Dominica, in qua celebratur troque autem in Caſu conveni Lectio nona Officij jungitur Oct [faciendo ex duabus unam, ubi vem habentur] ùt ſuprà allega Piſartus monet. Rationem aut Convenientiæ dat Gav. Tom. 2. c. 12. n. 18. obſervans, quòd, lice gulariter non ſit neceſſarium, ſed berum, ut, quando in Officio Lectionum facienda eſt Commem tio de aliquo Sancto trium Lec aut de Feria, aut de Dominica bente propriam Lectionem, aut prium Evangelium, ut, inquam tunc de primæ Homiliæ Lectioni Octavâ & nonâ fiat Lectio una, Oc vô locô legenda; in quibusdam men Caſibus [quales ibi recenſe Lectionem nonam omnino adjun debere Lectioni Octavæ, adeoq ex duabus fieri unam, ùt alibi dictum De eadem S. Emerentiana ſit inſup

Com-

Commemoratio in *Laudibus* ac *Missa*: in qua *Glor.* & *Credo*, Evangelium autem 1. sumendum est vel ex Vigilia Nativitatis Domini die 24. Decemb. vel ex Festo S. Josephi 19. Martij. Præfat. de B. V. *& Te in Desponsatione.* Si celebretur Desponsatio B. V. primùm post Septuagesimam, tunc post Graduale, Omissis *Alleluja* & Versu sequenti, dic. Tractus, sumendus ex Missa Votiva S. M. post Purificat: nisi exstet in in loco, uti extat in Missalibus impressis Antuerp. & Campid. ab anno *1689.* in quibus ad finem impressa extat tota Missa. In 2. Vesp. fit Comemoratio Sequentis. *Col. Alb.* Quòd si de hoc, aut alio Festo B. V. M. cantentur *Vesperæ solemnes*, tunc Officiator ad Intonationem Hymni *Ave maris stella* jungit, extendit, & elevat manus, ac caput inclinat versus Altare, ùt ex lib. 2. Cæremonialis Episcopor. c. 1. monet Bauldry in Man. Sacr. Cæremoniar. P. 2. c. 11. a. 1. n. 25. & 26. Hymnô autem intonatô mox se se supra proximum Altaris gradum in genua demittit, ibique genuflexus manet usque dum prima illius Hymni Stropha fuerit absoluta, uti idem Bauldry, & cum eo P. Tob. Lohner Instr. Pract. 2. P. 3. Tit. 3. §. 1. n. 4. advertunt. Ad Hymni prædicti Intonationem ad eundem Altaris gradum unà cum Officiatore etiam genuflectunt ambo ejus Assistentes, unus quidem à dextris, alter verò à sinistris, usque ad primæ illius Strophæ absolutionem; Ceroferarij verò stantes remanent, prout erant: absolutâ primâ Hymni illius Strophâ Officiator, factâ Altari Reverentiâ, ad suam revertitur sedem: id ipsum, exhibitis Officiatori & Altari debitis reverentijs, faciunt etiam ejus Assistentes, & Ministri omnes, uti videre est apud eosdem AA. unà cũ ijs, quæ porrò sunt observanda in his, & quibuscunque alijs *Vesperis solemnibus*, nominatim illis, in quibus Principium Hymni inchoatur per *invocationem* DEI, vel CHRISTI: Adde tamen his dictis simul ea, quæ infra die 7. Septembris ex Gerlaco Vinitore in medium affero.

Si in diem 23. Jan. incidat *Dominica Privilegiata* (qualis est *Septuagesimæ*) non dicitur nona Lectio de S. Emerentiana, sed tantùm fit de ea Commem. in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa Dominicæ; Festum autem Desponsationis B. V. M (ubi est concessum) tunc transfertur in diem proximam officiô 9. Lectionũ non impeditam, nisi ubi est *Titulus Ecclesiæ*, adeoque 1.æ Classis. Si verô incidat in Dominicam aliquâ post Epiph. ante Septuagesimam, tunc dicitur in suprà dictis Provincijs de Festo Desponsationis *Officiũ* & *Missa* ùt suprà, cum Commem. utrobique de Dominica, & post hanc etiam de S. Emerentiana; nona autem

tem Lectio in *Officio*, & ultimum Evangelium in Missa dicuntur tunc de Dominica *Col. Alb.* Infra Octavam autem dicuntur tunc Lectiones II. Nocturni utì infra Octavas Festor. B. V. in Octavario Romano à fol. 50. In III. verò Noct. utì in Festo, nisi propriæ & approbatæ habeantur. *Rub. gen. VII. n.* 4.

24. S. Timothei Episc. & Mart. Semid. Offic. de Commun. un: Mart. Lect: 1. Noct: de Script: occur. 2.di & 3.tij, utì notantur in loco. Oratio *Infirmitatem.* Missa, utì notatur, cum *Glor.* sine *Cred.* Orat. 2. *DEus, qui salutis.* 3. *Eccles:* vel pro Pap: & post Septuages. dicitur (Omisso *Alleluja*, & versu sequenti) post graduale Tractus, utì & in alijs Missis Festivis, in illa aut post illam occurrentibus. *Col. Rub. Vesperæ* de Convers: S. Pauli sub Ritu dupl. mai. cum Commem. S. Petri Apost. ut ibi, & S. Timoth. Episc. ac Mart. *Col. Alb.*

25. Conversio S. Pauli Apost. dupl. mai. *Offic.* ùt in Communi Apostolor: ac propr: loco cum Commem: S. Petri Apost: in *Laudib:* ac *Missa*: in qua *Glor.* & *Cred.* Præfat: de Apost: & post Septuages: Tractus. In 2. Vesp. (quæ dicuntur, ut ibi) Commemorat. S. Petri, & S. Polycarpi Episc: ac Mart: itidem ùt ibi. Ad Octavam Benedictionem in III. Nocturno non dicitur : *Cujus conversionem &c*, sed : *Cujus Festum colimus &c*, prout decretum [illegible] à S. R. C. 1666. 23. Feb: indèque [illegible] fertur, idem esse observandum [illegible] Officijs *Translationis*, *Inventionis*, *Apparitionis*, *Ordinationis* & similibus. Quòd si Conversio S. Pauli [illegible] currat Dominicâ III. post Ep[illegible] fit de ea Dominica Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, Missa, sed primùm post Commemorationem de S. Petro, & dedem Dominica dic: etiam 9.na [illegible] ctio in Matut: ac ult: Evangel: Missa. Verùm in hujusmodi [illegible] Octavæ Lectioni Festi convenit conjungitur ea, quæ alioquin [illegible] nona, ob rationem alibi ex Gra[illegible] legandam. Idem est, si transfertur hoc Festum in diem, quò [illegible] na Lectio dicenda est de Festo [illegible] plic: eodem illo die occurrente. *Col. Alb.*

Si autem veniat hoc Festum in *Dominica privilegiata Septuag[illegible]* aliâ simili, fit de ejusmodi Dominica translatô Festô Conversionis, nihil fit *Titulare Ecclesiæ* : nam *Patro[illegible]* vel *Titulari Ecclesiæ* (utì & in *Dedicatione*) etiam in Dominica 2.dæ Classis occurrente, fit de Festo cum Commemoratione tantùm [illegible] lis Dominicæ in utrisque Vesperis Laudibus, & Missa, ejúsque 9. Lectione in Officio, & Evang: in [illegible] Missæ. Porrò ubi Conversio S. Pauli est *Titulus Templi*, ibi celebratur cum *Octava*; Lectiones [illegible] infra

infra *Octavam* ijs diebus, quibus fit de *Octava* (nempe 28. Jan: & 1. Feb.) dicuntur, utì notantur in OCTAVARIO *Romano* ad dictos dies à fol. 127. & 133.

26. S. POLYCARPI Episc. & Mart. Semid. Offic. de Commun: un: Mart. Oratio: *DEus, qui nos Beati.* Lect: 1. Noct: de Script: occur: & siquidem herì ob Occursum Conversionis S. *Pauli* Dominicâ 3. post Epiph: poni non potuerit Initium Epist: ad Galat: id hodie ponitur ex Dominica Hest. Lectiones verò II. & III. Noct: dicuntur, utì notantur in loco. MISSA, utì notatur, cum *Glor:* sine *Cred.* Orat. 2. *DEus, qui Salutis.* 3. *Eccles:* vel pro Pap. *Col. Rubr.*

Quòd si Festum Conversionis S. Pauli occurrat in Feria 4. post Dominicam 3. post Epiphaniam, tunc hodie Lectiones 1. Noct: sumuntur ex Feria 4.ta Hebd. 3.æ post Epiph: utpote in qua ponitur Init: Epist: ad Ephesios. *Missa*, utì notatur, in qua *Glor.* sine *Cred:* & reliqua, utì 24. hujus. *Col. Rub.* Vesp: de seq: sub Ritu dupl: min: Commem: præced. In Hymno: *Iste Confessor* mutatur 3.tius versus, & in utrisque Vesperis ad *Magnificat* est Antiphona: *O Doctor optime &c.* Occasione autem hujus Antiph: hîc observo, quòd omnibus ac solis illis Sanctis Titulum Ecclesiæ DOCTORIS per antonomasiam ECCLESIA, & cum ea DIRECTORIUM ROMANUM tribuat, in quorum *Vesperis* ex Dispositione ejusdem Ecclesiæ dicitur prædicta Antiphona: *O Doctor &c*, & Symbolum sive *Credo* in eorum *Missis*, utì constat ex BREVIARIO, & MISSALI ROMANO, quorũ illud post COMMUNE *Confessorũ Pontif:* Tit: PRO DOCTORIBUS omnes & solos illos *Doctores* appellat, pro quorum Festis Antiphonam: *O Doctor optime &c* in utrisque eorum Vesperis assignat; hoc verò Rubr: Gener. XI. de Symb: *Ecclesiæ Doctoribus* non minùs SS. Athanasium, Basilium, Gregorium Nanzianzenum, & Joañem Chrysostomum, quàm SS. Thomam de Aquino, & Bonaventuram, expressis singulorum Nominibus, annumerat; unde Directoria Romana, quotquot ab ineunte hoc seculo in meas manus devenerunt, Titulum *Ecclesiæ Doctoris* non modò Festis *Latinorum*, sed etiam Festis prædictorum quatuor *Græcorum* Ecclesiæ Doctorum signatè hactenus præfixerunt, ad denotandum, ut opinor, in eorum *Officio* dicendam esse ad *Magnificat* Antiphonam: *ô Doctor optime &c*, & in *Missa* Symbolum seu *Credo*. Quorum proin Directoriorum Romanor: exemplum & mihi in hoc EPHEMEROLOGIO sequendum existimavi. *Col. Alb.*

27 S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Episc: Confess: & Eccles: Doct.* Dupl. minus. In *Officio* Lect. I. Noct. de Script: occ. II. & III. prop: utì & Ora-

ratio. Responſ: 8. *In Medio Eccleſiæ* de Doctoribus. Reliqua de Communi Confeſſ: Pont. *Miſſa*, utì notatur, cum *Glor.* & *Cred.* Orat: unica. Præf. Com. poſt Septuageſimã omiſsô poſt Graduale *Alleluja*, & verſu ſequenti dicitur Tractus. In 2. Veſper: Antiphona ad *Magnificat* utì in 1. Veſp: cum Commem: S. Agnetis ſecundò, utì hâc die notatur in loco. *Col. Alb.*

Quædam *Breviaria* & *Miſſalia* recentiora ponunt die ſequente inter *Feſta ad Libitum* Feſtum S. *Juliani* Epiſc: & Conf: 28. hujus ſub *Ritu ſemiduplici ad Libitum* celebrandum; ſed certum mihi eſt, id hactenus nec eſſe Feſtum *de præcepto*, nec etiam *ad libitum* in univerſali Eccleſia, utì palàm eſt ex recentiſſimo Directorio Romano, cui præfigi quotannis Indiculus ſolet omnium *recentiorum Feſtorum*, quæ in univerſali Eccleſia Ritum duplicem vel ſemiduplicem *de Præcepto*, vel *ad Libitum* habent, inter quæ *S. Julianus* non reperitur. Quòd ſi alicubi ex Indulto authentico Sedis Apoſtolicæ (de quo mihi non conſtat) Ritũ ſemiduplicem ad Libitum in dictis Breviarijs eidẽ attributum habet; tunc in hodiernis Veſperis poteſt de eo (ſi cras non occurrat Dominica) fieri prima Commemoratio, ſumendo Antiph: & verſum ex 1. Veſp: de Commun: Confeſſor: Pontif: Orationem verò propriam ex Supplemento Breviarij, continente Feſta certis tantùm Regn & Provincijs conceſſa. 2. autem Commemoratio tunc erit de S. A gnete ſecundò, ut ſuprà.

28. S. Agnetis *ſecundò*. ſimple Ad *Matutinum* dicitur Invitatori & Hymnus de Communi Virg Mart. cum Nocturno Feriæ curre tis, ùt in Pſalterio: verſus autem duo Reſponſiora ſumuntur ex alio Nocturnorum Feſti (celebrati hujus) eo ordine, quô ſumuntur ſponſoria ex Communi Sanctor in alijs Feſtis ſimplicibus, ùt dict in *Rubrica de Reſponſorijs*, ac de ratum à me fuit ſuprà 19. Jan: a fin. Lectio 1. & 2. de Script. 3. propr Ad *Laudes* & per *Horas* omnia d cuntur ùt in ojus Feſto 21. hujus præter Orat: quæ eſt propria, & de ùt in heſternis Veſperis. *Miſſa*, u tì notatur, cum *Glor*, ſine *Cr.* Ora 2. *Deus qui ſalutis* (niſi vel ratione Menſis, vel ratione Feriæ 2. dicendum ſit *Fidelium*) 3. *Eccleſiæ*, vel, p Pap. *Col. Rub. Veſperæ* ſub Ritu dup min: mutatóque 3. verſu in Hymn *Iſte Confeſſor*, dicuntur de ſequen *Col. Alb.* Quia Offic: Feſti ſimpl cis terminatur ad Nonam, deinceps nil ampliùs fit de eo illo die. Si ha ſit 1.a dies Menſis non impedita O ficio 9. Lectionum, tunc hodie dic tur Nocturnum Defunctorum Co reſpondens Feriæ currenti, cum Lau dibus ac pridianis Veſperis de ijſde dicuntúrque in Eccleſijs Collegiat ac

ac Cathedralibus tunc duæ *Missæ Conventuales*, ùt suprà 19. Jan: In alijs verò Missis de die currente penultimò locò Oratio *Fidelium*, ùt ibidem.

Quòd si *hoc*, aut aliud *Festum simplex* veniat in Sabbato, in quo juxta Rubricam præfixam Officio B. Mariæ in Sabbato fieri debet *Officium* & *Missa* de B. M. in Sabbato, fit in ijs de ejusmodi Festo simplici occurrente solummodo Commemoratio, sine 3.tia de eo Lectione. Quòd si ratione Mensis dicendum sit *Officium Defunctorum &c*, ùt suprà, adeoque in ejusmodi Missa de Sabbato dicendum sit *Fidelium*, dici id debet secundò locò, tertiò autem locò illa Oratio, quæ alioqui foret secunda, etiamsi esset Commemoratio facienda de Festo simplici, v. g. de S. Agnete: nam Oratio *Fidelium* in Missis, quæ non sunt *de Requiem*, semper debet esse penultima (& idem etiam est de alijs Orationibus pro Defunctis (sive dein dicantur tres tantùm Orationes, sive plures (quæ tamen debent esse numero impares) in ejusmodi Missa: at verò in *Missis Defunctorum*, sive *de Requiem*, in quibus dicuntur plures Orationes, Oratio *Fidelium* debet semper dici tertiò, seu ultimò locò; nunquam autem in *Missis Defunctorum* fieri aliqua Commemoratio pro Vivis, etiam per Orationem seu Collectam alioqui Communem Vivis & Defunctis; potest tamen (imò & oportet, suò tamen locò) in *Missis* etiam *Defunctorum* fieri *Memento* Vivorum, & viciſſim in Missis Vivorum fieri *Memento* quoque Defunctorum. *Rubr. Missal. VII. n. 6.* Si in hanc diem transferatur Festum Cathedræ Rom: S. Petri Apost: Commemoratio de S. Agnete secundò tam in Offic: quàm Missa fieri tunc debet post Commemorationem de S. Paulo. Si verò in hanc diem transferatur Festum Desponsationis B. M. V. Postcommunio de S. Agnete sumenda est ex Missa Festi 21. Jan: & in utroque casu integræ Vesperæ dicuntur de Festo ejusmodi translato, cum Commem: sequentis. Quid verò observandum hodie sit ibi, ubi Festum S. Agnetis celebratur cum Octava, dictum est suprà die 20. & 21. Januarij. Quòd si hoc, aut aliud *Festum simplex* extra Quadragesi: & Tempus Paschale incidat in Feriam II. tunc, si ea non sit impedita Officiò 9. Lectionum, nec sit *Prima Dies Mensis* non impedita ejusmodi Officiò, Missa etiam *Conventualis* dicetur de *Die currente*, & in ea perinde, ac in privatis, fiet Commemoratio generaliter pro Defunctis, dicendo penultimò locò Orat: *Fidelium*. Idem est, si ejusmodi Feria II. habeat propriam Missam (ob *Vigiliam* v. g. occurrentem) aut resumenda sit in ea Missa Dominicæ præcedentis. *Rubr: Gen: V. Missal. n. 2.* Si Festum S. Juliani Episc.

Conf. (de quo die 27. Jan: in fine) alicubi habeat ex Indulto Sed. Apostol. authentico, & non merè apocrypho Ritum semiduplicem ad libitum, tunc ibi, nisi Veniat in Dominica, potest hodie dici de eo *Officium* & *Missa* sub Ritu semiduplici, prout in Supplemento illorum Breviariorum, & Missalium, de quibus suprà die 27. hujus, in fine notantur ambo die 28. Jan: cum 9. Lectione de S. Agnete secundò, ejusdémque Comemoratione in Laud. & Miss. Vesperæ verò secundæ ibi dicentur de sequenti Festo, cum Commemoratione præcedentis. *Col. Alb.* De cætero eadem etiam ibi erunt observanda, quæ universim circa *Festa ad Libitum*, de quibus infrà in proprio loco, nec non ea, quæ suprà circa Festum S. Canuti 19. Jan: in certis occurrentijs &c. Simili modò ordinanda sunt *Officium* & *Missa* ibi, ubi hodiernâ, aut aliâ die celebratur Festum S. Ildefonsi Episc. & Confessoris, quod in calce recentiorum Breviarior: Venetijs impressorum, unà cum Officio ad Libit: S. Juliani, tanquam concessum Subditis Catholico Hispaniarum Regi sub Ritu semidupl: ponitur, cum propria Oratione, ac proprijs Lectionibus in 2. Nocturno, in 3.tio autem cum Lectionibus de Homil: in Evangel: *Vos estis sal &c*, de Comuni Doctor.

29. S. Francisci Salesii *Episc. & Conf.* dupl. min. *Col. Alb.* In Hymno Matut: & Vesperar: mut. tur 3. Vers. Lection. I. Noct. de Scrip. occurr. II. propr: utì & Oratio. Reliqua de Comuni Conf. Ponr. Quod si ob Festum translatum habens propias Lectiones in I. Nocturno, In tium alicujus Epistolæ S. Pauli, pe nendum alioquin in certa Feria in fra Hebdomadam 3. 4. aut 5. po Epiphaniam occurrente, die suo po ni non potuit, ponitur Initium illi die proximè sequenti, quò Lectionibus de Scriptura occurrente dicen dis iterum est locus: quòd si nulli superfit illa Hebdomade dies, q ejusmodi Epistolæ Initium (v. 2.dæ ad Thessalonicenses) pos possit, in casu v. g. quo Festum S Agathæ cadit in Sabbatum post Dominicam 4. post Epiphaniam, tunc ponitur anticipatò die aliqua immediatè præcedente illius Hebdomadæ, v.g. in dicto casu Feria 6.tà videre est apud Henric: Gross Ob perpet. Tab. 34. id quod nominatim observandum præscribit Rubr: Con XXVI. n. 7. utì suò locò declarata. Missa *Statuit*, de Com: Conf. Pont. Oratio propr: eáqun unica. Reliqua utì 20. hujus. In 2. Vesperis fit Commemoratio S. Martinæ Virg. & Mart. *Col. Alb.*

30. S. Martinæ V. & M. Semid. Quia hoc Festum occurrit inter duo duplicia, sic, ut de facto nonnisi Commemorationem habeat in Vesperis in Ecclesia universali, quando non

non transfertur, ideo Hymnus propr: Vesperarum *Martina celebri &c* jungendus est (exceptâ ultimâ Strophâ) Hymno Matutini, huic eum ità præponendo, ut ex duobus fiat unus, & sub eadem cum hoc Clausula eum terminando, quando Is (ùt regulariter Contingit) in pridianis Vesperis dici non potuit: ità enim statuit S. R. C. 1692. 26. Jan. Lectiones I. Noct: de Script: occurrente, observando tamen ea, quæ dicta sunt die 29. hujus. Lect. II. Noct. utì & *Hymnus* Laudum propr: Reliqua de Commun: Virg. & Mart. Missa. *Loquebar &c*, 1. de Com. V. & M. cum *Gl.* sine *Cr.* oratio 2. *DEus, qui salutis* 3. *Eccl.* vel pro Pap. *Col. Rub.* Vesp. de seq. cum Mutat: 3. Versus in Hymno : *Iste Confessor*, & Com: præced. *Col. Alb.*

31. S. Petri de Nolasco *Conf.* Dupl. min. In Hymno Matutini mutatur 3. Vers. Lect: I. Noct. de Script: occurr: (observando tamen simul 29. Jan: annotata) II. Propr III. *Nolite timere pusillus Grex.* Orat: propr. Reliqua de Commun. Confess. non Pontif. *Missa : Justus ut Palma* (2. de Comm. Conf. non Pont.) cum *Gl.* sine *Cred.* Orat: unica, eáque propr. *Col, Alb.* In 2. Vesperis fit Commem: de seq. *Col. Alb.*

TITULUS II.

Singularia Festorum Mensis Februarij,

Qui *Anno* communi *habet dies XXVIII. Anno verò Bissextili XXIX.*

1. S. Anct. Ignatii Episc. & Mart. Semid. Lect: I. Noct: de Script: occurr. II. & III. Propr. Reliqua de Comm. Un: Mart. Pont. Orat: *Infirmitatem nostram &c*, ùt in eodem Communi 1. locô. Missa propr: cum *Glor.* sine *Cr.* Oratio 2. *DEus, qui salutis.* 3. *Eccl.* vel pro Pap: nisi transferatur post Purificat: tunc enim 2. Oratio est *A Cunctis*, 3. ad Libitum. Si venerit post Septuagesimam, post Graduale Omisso *Alleluja*, & versu sequente dic: Tractus. *Col. Rub.* Vesperæ (nisi Festum Purific: ob occurrentem cras *Dominicam privilegiatâ* debeat transferri, dicuntur de Crastino Festo sub Ritu dupl: 2. Class: recitando omnia

utì

utì notantur in loco, sine Commem: præced: in *Vesperis autem solemnibus* (seu hodie, seu cras decantentur) *de B. V.* observando ea, quæ suprà die 23. Jan: circa Intonationem Hymni : *Ave maris stella &c* ex Bauldryo, Lohnero, & Cærem: Episc: ante finem illius diei à me sunt annotata. In fine Hymni Completorij dicendum : *JEsu tibi sit Gloria, Qui natus es de Virgine, Col Alb.* Quòd si autem cras occurrat *Dominica privilegiata* (v. g. *Septuagesimæ*, aut *Sexagesima &c.*) Vesperæ usq. ad Capitulum erunt de S. Ignatio Episc. & M. ùt in 2. Vesperis de Commun: Un. Mart: à Capitulo verò de *Dominica privilegiata*, ùt ibi, cum Commemoratione præcedentis. *Col. Viol.* Romæ est hodie *Vigilia & Jejunium de Præcepto* ex Institutione SS. D. N. Clem: XI. anno 1703. occasione Terræmotus, qui cùm prædictam Urbem graviter concusserit, ferè nullum intulit damnum, utì testatur *Franc. Monacelli Formular. Legal. Pract: P. 2. Tit. 13. fol. 140.* columna 2. n. 17. agens de Institutione *Festi Purificationis*, tanquam uno ex illis, quæ in Ecclesia universali celebrantur : de quorum omnium (Festô S. Nominis Mariæ anteriorum) Origine ac Institutione agit eodem Tit à fol. 139. n. 12.

2. Purificatio B. M. V. duplex 2. Classis. Si hoc Festum cadat aut celebretur extra Dominicam, ad *Benedictionem Candelarum*, & Pro*cessionem* adhibentur Paramenta Co*loris* violacei; ad reliquum verò Of*ficium*, ac *Missas Color Albus*: dic*turque* omnia, utì notantur pro loco, ac respectivè in Officio vo B. M. V. terminando omnes H*ymnos* (excepto Hymnô : *Ave maris stella*) per Versum *JEsu tibi Gloria, qui natus es de Virgine.* Primam verò in Responsorio b dicendo Versum *qui natus es de Maria Virgine* : atque utrumque observando etiam in alijs Festis M. V. & infra horum *Octava*, tiamsi Officium non fiat de ipsa *Octava*, sed de *aliquo Sancto*) tunc, quando Officium fit *de S. Maria in Sabbato* etiam respectivè Completorium Feriæ VI præcedentis, quando in Vesperis illius facta est saltem Commemoratio *B. V. in Sabbato.* In *Missa* hodierna (quæ tota est propria) *Gloria Credo.* Oratio Unica, nisi vero Dominica non privilegiata. Si venerit Purificatio post Septuagesimam tunc post Graduale (Omisso *Alleluja*, & Versu seq:] dic: Tract: Præfatio semper est de Nativitate Domini in hac Missa; *Communicantes* verò Commune. *Col. Alb.* Hic eôdem modô fit *Officium*, & *Missa* [nisi quòd in hac non dicatur Tractus, sed Graduale cum *Alleluja &c*] quando Festum Purificationis incidit in *Dominicam non privilegiatam*

tam (v. g. in Dominicam IV. post Epiph: uti hoc anno 1710.) quódque tunc in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa* fiat Commemoratio Dominicæ occurrentis, & de eadem dicatur 9. Lectio in *Officio*, & ult: Evang: in Missa; nec non *Benedictioni Candelarum* præmittatur *Aquæ benedictæ Aspersio pro more*. Verùm eo in casu convenienter Octavæ Lectioni de Festo Purificationis jungitur ea, quæ alioquin est nona, & ex duabus fit una. Idem est, quando hoc Festum ibi, ubi est *Titulus Templi*, celebratur in Dominica privilegiata II. Classis. De cætero si Festum Purificat: occurrat in aliqua *Dominicarum privilegiatarum* (puta vel *Septuagesimæ*, vel *Sexagesimæ*, vel *Quinquagesimæ*) tunc id quoad *Officium*, ac *Missam* juxta Rubricas transfertur in Feriam II. subsequentem ex Decreto Clementis VI. hodie autem tunc fit in Ecclesia universali solummodo *Benedictio*, & *Distributio Candelarum*, ac *Processio*, ùt infrà, & in Missali, factâ priùs more solito *Aquæ benedictæ Asperſione*, antequam celebrans ascendat ad Altare pro inchoanda *Benedictione Candelarum*: OFFICIUM autem ac MISSA dicuntur eô annô hodie de *Dominica* illâ *privilegiata* in ijs Ecclesijs, quæ in B. V. M. honorem DEO dedicatæ non sunt, attamen non nisi usque ad *Vesperas*; hæ enim (cum Commemoratione tamen *Dominicæ privilegiatæ*) dicuntur tunc de sequenti Festo Purificationis in crastinam Feriam II. translato, ùt dictum die præcedente. Simili quoque modô celebratur Festum Purificationis occurrens in Dominica privilegiata in illis Ecclesijs, quæ in honorem B. V. quidem sunt DEO dedicatæ, non tamen sub *Titulo Purificationis*, sed alio quocunque, nisi quòd in *his* ex Decreto Clementis VI. cantari debeant, aut saltem possint cantari conformiter Rubricæ VI. Missalis ac Cæremoniali Episcoporum L. 2. c. 16. apud Bauldry P. 4. c. 3. *duæ Missæ Conventuales*, una de *Festo Purificationis* (utut quoad *Officium* & *Missas privatas* in crastinum translato) altera (correspondens Officio hodiernæ Dominicæ) de *Dominica currente privilegiata*, dicendo in fine utriusque Evangelium S. Joannis, nec faciendo in Priore Commemorationem de Dominica. At verò in ijs Ecclesijs, quæ in honorem B. V. M. dedicatæ sunt DEO sub *Titulo Purificationis* (adeoque ubi B. V. *Purificata* quà talis est *Patrona Ecclesiæ*) Festum Purificationis occurrens in Dominica privilegiata minimè transfertur, sed tam *Officium*, quàm *Missæ omnes*, etiam *privatæ*, dicendæ sunt de Festo, cum Commemoratione tamen occurrentis Dominicæ privilegiatæ in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa*, nec non cum nona Lectione de Homilia ejusdem

Dominicæ in *Officio*, ac *ultimo* de eadem *Evangelio* in *Missa*. Ratio pro hujusmodi Ecclesijs ex Rubricis est: quia *Dominicæ majores* 2. Classis (quales sunt tres suprà dictæ Dominicæ privilegiatæ) cedunt in occursu *Patrono Templi*, seu *Festo Titulari Ecclesiæ*, tanquam duplici 1.æ Classis. Unde in tali Ecclesia nequaquam cantari debet Missa insuper alia de *Dominica*; quia (ùt notat Arnaudus Tr: 1. P. 4. Tit. 14. n. 2.) nunquam Missa dicitur de *Dominica*, nisì quando de ea factum est *Officium*, hoc autem in tali Ecclesia non fit de *Dominica*, sed de *Festo Titulari*: ergo ibi de Dominica fit tantùm Commemoratio in Missa, cum ultimo de eadem Evangelio: atque ad solam *Benedictionem Candelarum*, ac Processionem adhibetur col: viol: in ejusmodi Ecclesia, ad *Horas* verò, & *Missam* Col: Alb: etiam in tali Dominica privilegiata.

Quia hodie finitâ Tertia in Choro præmittitur *Missæ Conventuali* hodiernæ diei Benedictio & Distributio Candelarum, atque etiam Processio, Ritu in Missali Romano descripto: ad has autem solas adhibentur *Paramenta Violacei coloris* (non item ad *Missam de Festo*) solóque illo tempore, quo dicta peraguntur, ac proinde Aræ illi, ad quam respectivè Cæremoniæ illæ peraguntur, debet esse prætensum Pallium, seu Antependium *Violacei coloris*, ideo Pallium illud P... *laceum* ità superinducendum ... Pallio alteri *coloris albi*, seu *M...* *de Festo* Conformis, ut ante Missa... si dicenda sit de *Festo B. V.* facile... moveri queat.

Quid autem porrò sit observ... dum (tam in *minoribus*, quàm *M... joribus* Ecclesijs) circa Benedic... nem, necnon Distributionem C... delarum, ac Processionem hujus... fusè & accuratè describitur à B... thol. Gavanto *Thesaur: Sacr. ... Tom.* 1. *P.* 4. *Tit.* 14. Mich. B... dryo *Manual: Sacrar: Cæremo...* novæ edit: P. 4. c. 3. a. 1. 2. 3. & junctis ijs, quæ habet tum P. ... 9. n. 15. & 18. tum etiam in App... dice Manual: à c. 7. Gerlaco Vin... re Compend: Sacr. Rit. P. 6. Tit. ... Claudio Arnaudo *Epit. Thes. Sac... Rit.* Tr. 1. P. 4. Tit. 14. & denique ipso Cæremon: Episcopor. P. 2. c. ... & 17. Inter alia autem monet ... in Mensâ, pulchro Linteo coope... & vel in medio ante Altare, ... (quod Commodius) in Cornu Ep... stolæ cum impositis eidem sufficie... tibus Candelis collocandâ, paratâ ... insuper debere esse vas Aquæ bene... cum aspersor: & Thuribulum cu... Navicula: in ipso verò Cornu Altar... collocandũ Missale apertum, ad quo... antequam Sacerdos Candelas bene... dicturus accedat, osculari prius d... bet Altare in medio. 2. Dum stat ... in Cornu Epistolæ, ad dicendam ...

Tono

Tono Orationis Missæ Ferialis Orationem, huic præmittit Versum: *Dominus Vobiscum &c*, non debet se vertere ad Populum, sed stare versus Altare, neque diducere manus, sed junctas eas tenere non tantùm ad *Dominus Vobiscum*, sed etiam ad *Oremus*, & omnes *Orationes*, quæ sequuntur: id quod etiam in aliarum Rerum Benedictionibus observandum: dum autem dicit *Oremus*, vel profert Nomen *JEsu*, vertit se ad Crucem (junctis tamen hîc quoque semper manibus) atque ei se inclinat: quam modicam capitis inclinationem versus Altare etiam faciunt Clerici in Choro assistentes, ac Celebranti, cùm opus est, respondentes: nunquam autem Celebrans inter benedicendum genuflectit (nisi privatim celebret) esto genuflectat ejus Ministri. Idem sub Initium Processionis ad *Procedamus in Pace* non priùs se vertit ad Populum, quàm Chorus responderit: *In Nomine Christi, Amen*: tum enimverò in Plano, factâ Altari debita Reverentiâ, accipit à Diacono Biretum cum solitis osculis, qui etiam suum accipit à Cæremoniario. 3. Processioni Crucem præfert Subdiaconus, sed ità, ut Crucis Imago terga vertat Clero sequenti (quasi præire videatur) ac medius inter 2. Ceroferarios cum Candelabris accensis, præcedente Thuriferario cum Thuribulo fumigante: eos per Ordinem sequitur Clerus, juniores primò, deinde seniores, utrique bini & bini, facientes priùs debitam Reverentiam Altari, & inclinationem nudo Capite profundam Celebranti (eos pariter consalutanti Capitis inclinatione) portantésque Candelas accensas, sed ità, ut Is, qui à dextris incedit, suam gestet manu dextrâ, ille verò, qui à sinistris, sinistrâ quoque manu suam deferat candelam, ad æqualem tamen uterque distantiam seu altitudinem eam elevando, manu verò altera vel librum sustentando Ritualem (si eô opus habeat) vel manum librô vacuam pectori suo admovendo: Quòd si numerus sit impar, senior sive dignior procedit in medio duorum ultimorum, qui etiam solus, maximè si fuerit Prælatus, aut Superior, post omnes incedere poterit. *Gerlac. P. 4. Tit. 6 §. 29.* Quando per angustiorem Locum est transeundum, junior præcedit, senior subsequitur, loquendo de Processionibus, in quibus Clerus incedit ante Celebrantem (nam secùs est in alijs, in quibus seniores seu digniores incedunt proximè post celebrantem) post superatas autem loci angustias, eodem iterum modô, quô priùs, incedunt. Quæ omnia etiam observanda suô modô sunt in alijs Processionibus, v. g. Dominicæ Palmarum, Ss. *Corporis Christi &c.*, de quibus Vide Gav: *Tom 1. P. 1. Tit. 19. n. 3. lit. e.* Bauldry *P. 2. c. 14. &* seqq.

seqq. Gerlacum Vinitorem *loc. cit.* Tob. Lohner *Instruct. pract.* 1 P. 5. *Tit.* 2. Paul. Mariam Quarti *Tract. de Processionib:* apud quorum primum & secundum etiam reperies, quid circa præferendam Crucem Regularibus, aliisque Sodalitijs, ac Congregationibus sit observandum. In hac Candelarum processione, aliisque similibus, quæ fiunt intra Ecclesiam (qualis est etiam Palmarum) sine circumlato SS. Sacramento, non esse pulsandam Campanulam ad Elevationem SS. Sacramenti in Missa privata, & siquidem pulsetur ac advertatur Elevatio, tunc esse genuflectendum utroque genu à Transeuntibus ante Altare, in quo Missa celebratur, depositio autem SS. Sacramento progrediendum; & similiter si alij transeant ad Elevationem Calicis, decretum ajunt à SS. Rit. Congr: 1681. 1. Martij. 4. Dum in Missa cantatur Evangelium, candelæ usque ad ejus finem tenendæ sunt accensæ ab omnibus, etiam à Celebrante (non tamen à *Ministris*) qui data ante Evangelium Diacono Benedictione stans in cornu Epistolæ eam accensam accipit à Sacristano, vel alio, eámque & ipse stans tenet ad Evangelium, quod Diaconus cantat: quô finitô, antequam librum osculetur, eandem reddit Sacristæ, vel alteri extinguendam. Decantatô Evangelio extinguuntur etiam cæterorum Candelæ; sed paulò ante Elevationem SS. Sacramenti eædem rursus accenduntur, & sic ab ijs accensæ tenentur usque ad completam Communionem Sacerdotis, aliorúmque, qui adsunt; post Elevationem tamen tenentur à Stantibus, non autem a genuflectentibus: Intelligenda tamen modò dicta sunt solummodo prout su, quô Missa hujus diei cantatur *B. V.* nam quando Missa *hujus* est de *Dominica privilegiata* (puta *Septuagesimæ*, vel *Sexagesimæ*, *Quinquagesimæ*] non esse candelas accensas sub *Evangelio Missæ* tenendas, ex Marcello in Cæremon. Rom. L. 2. c. 28. tradunt Gav: Bas. Arnaud: & Vinitor: id colligentes tum ex verbis Rubricæ Missal: innuantibus candelas accensas teneri in honorem B. V. & consequenter in ejus tantùm Missa; tum ex praxi trium præcipuarum Ecclesiarum Romæ, nempe SS. Petri & Paul. S. Joan: in Laterano, & S. Mar. Major.

Ad Vesperas [si hodie festum sit de *Festo Purific:*] dic: Antiphonas *meon justus*, cum reliquis de Laudib. Psalmi consueti de B. V. ex ejus Purific. parv., Capitulum, Hymnus, Versus & Oratio ùt in 1. Vesperis Festi. Antiphona ad *Magnificat* propr: Commemoratio de S. Blasio. Oratio: *DEus, qui nos Beati.* de Commun. un. Mart. Pont: in Ecclesia universali. *Col. Alb.* Hodie post Vesperas diei, dictô *Benedicamus Domino*

&

& omissô Vers : *Fidelium animæ &c*, dicuntur Vesperæ Defunctor : pro 1. die mensis Febr: non impedita, si quidem cras non sit faciendum de Festo 9. Lectionum : alioquin alia die similiter non impedita ante Quadragesimam.

Quòd si cras occurrat Dominica, vel Festum 9. Lectionum, quod non sit 1.mæ Classis [v. g. semiduplex translatum] fit etiam illius Commemoratio ante Commemorationem de S. Blasio : Ubi autem S. Blasius est Patronus propr. Ecclesiæ, *ibi* integræ hodiernæ Vesperæ dicuntur de illo, cum Commemoratione Festi præcedentis, non item Dominicæ, si quæ hodie occurrat, nisi sit Dominica privilegiata.

Si *Vesperæ* dividantur à *Completorio*, in fine earum dicitur in Choro adhuc Antiph: *Alma Redemptoris*, utpote spectans ad Partum Virginis. Post Completorium autem hodierni Officij inclusivè & deinceps usque ad Feriam V. in Cœna Domini exclusivè dicitur Antiph: *Ave Regina Cœlorum &c.* cum Vers: *Dignare me*, ac Oratione : *Concede misericors DEus &c.* quæ Antiphona ad Completorium hodierni Officij, ac deinceps usque ad Cœnam Domini in fine Officij etiam tunc dicitur, quando Festum *Purificationis* hodie non celebratur, sed transfetur, non obstante, quòd Gavantus To. 2. sect. 5. c. 22. n. 7. allegans Decretum Sac Rit. Congr. de anno 1606. extans in Officijs PP. Carmelitar: discalceator: ità scribat : *Dicitur hæc Antiphona* (Alma Redemptoris) *usque ad Purificationem exclusivè, ita, ut, si Purificatio quoad Officium transferatur, Antiphona hæc quoque non dimittatur nisi in fine illius Officij : imò verò, si Purificatio alicubi Octavam habeat, adhuc Antiphona hæc dicenda erit usque ad Completorium diei Octavæ exclusivè, seu usque ad finem Octavæ, si fortè contingat eam finiri ad Nonam pridie Feriæ IV. Cinerum : quia tota Octava pro die uno reputatur &c.* Ratio est; quia veteri illi Decreto, quod Gavantus pro hac sua modò ex eo relata sententia in Editione antiquiore sui Operis allegat, derogatum est per aliud recentius Decr. de anno 1681. 11. Jan: extans in Opere Gavanti recentiùs edito To. 2. sect. 10. ad calcem Capitis 3. in quo declarat, atque decernit Sacra Rituum Congregatio : *Occurrente Festo Purificationis B. M. V. in Dominicis Septuagesimæ, vel similibus alijs privilegiatis, ità, ut illius Officium ex hoc contingat transferri, non esse ob id protrahendam etiam Recitationem Antiphonæ* Alma Redemptoris &c: *sed die 2. Februarij post Completorium illà dimissà, juxta dispositionem Rubricæ, & ejus laudabilem observantiam in Basilica Vaticana, sumendam esse Antiphonam* Ave Regina Cœlorum &c, *sublatóque quolibet alio asserto differæ*

quarumcunque Ecclesiarum usu, sive Consuetudine, ità ab omnibus, qui Breviario Romano utuntur, pariformiter servari debere. Similiter, si hôc Officiô translatô, antequam dies vacet, quô possit recitari, occurrat Festum Semiduplex, in hujus Officio pro Commemoratione B. M. in suffragijs, non debet ampliùs dici Versus: *post partum &c*, & oratio: *DEus, qui salutis &c*, sed Vers: *Ora pro nobis &c*, cum oratione: *Concede nos &c*: In Missa quoque de tali semiduplici Oratio 2.da tunc erit: *A cunctis*, & 3.tia ad libit: usque ad Fer. IV. Cinerum. Ita enim ordinatum à S. R. C. (Pisarto teste) 1705. 14. Febr.

Si cras non sit faciendum de Festo 9. Lectionum (seu *occurrente*, seu *translato*) tunc post Vesperas hodiernæ diei dicuntur Vesperæ Defunctor: pro 1.die Mensis Febr: non impedita; alioquin aliâ proximè similiter non impeditâ.

Quando *Festum Purificationis* (ob occurrentem hodie *Dominicam privilegiatam*) transfertur in crastinam Feriam II. seu diem 3. Februarij, tunc hodiernæ Vesperæ dicuntur sub Rit. dupl. 2. Class: de memorato Festo Purificat: uti notantur in loco in 1. Vesperis ejusdem, cum Commemoratione hodiernæ Dominicæ tantùm, h. e. sine Commemoratione S. Blasij: Ad Completor: hodierni, & Horas omnes crastini Officij dic: in fin: Hymnor: *JEsu tibi sit Gloria &c*, Officium verò à Completorio hodiernæ diei inclusivè, usque ad Fer: V. in Cœn. Domini exclusivè terminando per Antiphonam *Ave Regina Cœlorum*, juxta [illegible] dicta.

Si S. Blasius alicubi sit Patronus Ecclesiæ, adeoque celebretur [illegible] Ritu dupl. 1. Classis, tunc hodiernæ Vesperæ integræ sunt de S. Blasio, de Festo autem Purificationis hodie occurrente fit tantùm Commemoratio, ùt in 2. Vesperis ejusdem, [illegible] autem Dominicæ, non privilegiatæ, si quæ hodie occurrat, bene tamen Dominicæ privilegiatæ, si quæ hodie, aut cras occurrat, imò etiam non privilegiatæ, si talis cras occurrat.

Si Festum Purificationis alicubi sit *Titulare* illius Ecclesiæ, tunc ibi non tantùm illi cedit Dominica privilegiata modô suprà dictô, tanquam duplici 1. Classis (ità, ut celebrari eo die perinde, ac alijs annis solemniter possit) sed etiam celebratur in tali Ecclesia cum *Octava*, dicendo Lectiones II. & III. Nocturni infra Octavam, prout notantur in Octavario Romano suprà cit: Editionis Antuerpiens: de anno 1628. à fol. 50. & 66. Missam autem, uti in Festo, quando fit de Octava, cum Commemoratione Festi simplicis occurrentis, & 3.tiâ Oratione de S. Spiritu; quæ alioquin est 2.da, tertia autem

tem *Ecclesiæ*, vel pro Pap: si nempe nullum Festum simplex occurrat. Si infra hanc Octavam (ubi ea servatur) celebretur *Missa Votiva*, aut de *aliquo Sancto*, Orationes in illa dicendas esse, ut Tempore Nativitatis Domini (motus, ut reor, authoritate Bauldry P. 3. c. 7. super Tit. 9. Rubricar. Missal.] scribit Gerlacus *P. 1 Tit. 9 §. 4.* fortè, quia eos tunc latuêre duo posteriora S. R. C. Decreta suprà 2. Febr. à me allegata. Quòd si verò hoc, aut aliud Festum *habens Octavam* occurrat paucis ante Feriam IV. Cinerum diebus, & ea Octava non sit completa, tunc Feria III. ante Cineres terminatur ejusmodi Octava ad NONAM inclusivè : adeóque Vesperæ illius diei non amplius erunt de Octava, sed de Feria tertia currente, nisi in eam incidat aliud Festum 9. Lection: tunc enim essent de isto, attamen sine Commem: de Octav. Vide tamen ea, quæ dixi P. 1. Fer III. post Dominicam in Quinquages: ubi paulò ante dicta restringo solummodo ad diem 7. Octavæ, non autem ad istam præcedentes extendo, quibus Vesperæ 2.dæ competere videntur ob rationes ibi adductas.

3. S. BLASII Episc. & Mart. Simpl. *Col. Rub.* In OFFICIO Invitatorium & Hymnus de Communi un: Mart. Antiph: & Psalmi 12. feriales. Primæ duæ Lectiones de Script. hac die occurrente [nisi ponendum sit Initium alicujus Epistolæ Paulinæ nondum positum] tertia est propria. Vers: Mat: cum 1. & 2. Responsorio sumitur ex eo Nocturno de Communi Unius Martyris, qui Feriæ, in quam incidit Festum simplex, correspondet, dicendo in fine 2.di Responsorij *Gloria Patri* ante alteram Repetitionem ultimæ Partis Responsorij, & alia, ùt suprà 19. Jan. Ad LAUDES, & HORAS omnia dicuntur ùt in Commun: Un: Mart: etiam Oratio (*DEus qui nos Beati*) & post eam dicuntur Commemorationes Communes, seu suffragia Sanctorum. *Col. Rubr.*

Post *Laudes* diei (si hodie non occurrat Festum 9. Lection.) dicto *Benedicamus* (omisso Versu : *Fidelium animæ*) dicitur Nocturnum Defunctorum, Feriæ currenti correspondens, cum Laudib: Defunctor.

MISSA : *Statuit*, de Commun. Un. Mart. Pontif. cum *Glor.* sine *Credo.* si veniat post Septuages: post Graduale Omisso *Alleluja*, & Versu seq: dicitur Tractus. Oratio 2. *Fidelium* 3. *à Cunctis.* Præf. Commun. At verò in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis (si hodie fiat de simplici) dicuntur duæ Missæ Conventuales, una pro Defunctis post PRIMAM, altera de Festo (in qua 2. Oratio *à Cunctis* 3. ad Libit.) post SEXTAM, ut suprà die 19. & 28. Januar. Quænam autem sint observanda circa Orationes *A Cunctis*, & *ad Libitum*, vide

P. I. Tit: 8. *de Dominica IV. post Epiph.* & insuper nota sequentia. 1. mò in Oratione *A Cunctis* ad litteram N. ponendum quidem est juxta Dicta P. I. cit: Nomen *Patroni*, & non alterius *Sancti*, nominare tamen duos *Patronos* non videtur P. Lohnero prohibitum, si ij tales sint, qui alioquin ab Ecclesia conjungi solent, v.g. SS. Cosmam & Damianum; vel SS. Philippum & Jacobum &c. utì nec jungere Patrono universali Diœceseos Patronum Particularis ejusdem Ecclesiæ, vel Ordinis (cùm ipsa praxis id confirmare videatur) nec denique plures Communi Nomine exprimere, v. g. S. Mauritium, aut S. Ursulam cum soc. 2. dò. quando Sanctus aliquis plures ejusdem nominis participes habet (utì habet v. g. S. Franciscus Seraph.) non licere quidem addere nomen *loci*, ex quo est oriundus, in Oratione de tali Sancto (dicendo v. g. *Joannis Damasceni*; vel *Gregorij Nazianzeni*) esto sit expressum in Calendario: quia tamen ipsa Ecclesia aliquando addit *Cognomen Familiæ*, aut aliud ab aliquo casu, vel eventu &c. (utì patet in SS. *Petro de Nolasco*; *Raymundo Nonnato*; *Joanne Chrysostomo*; *Petro Cœlestino* &c.) ideo videtur Lohnero non esse contra mentem Ecclesiæ, si ejusmodi Cognomen addatur, saltem, si Oratio de tali Sancto desumpta fuerit ex Communi Sanctor: nam quando propriæ Orationes pro aliquo Sancto ab Ecclesia præscriptæ nil immutandum, aut addendum censet cum Gerlaco P. I. Tit. 9. § & Bauldryo P. 3. c. 7. Tit 9. R. n. 1. hinc inferente, quòd, licet Calendario expressum sit Cognomen familiæ (v. g. *Borromæi* 4. Nov.) tamen id dici debeat in *Officio*, *Missa*, nisì etiam ibi sit expressum 3.tiò. quando intra tempus, quod à Purificatione usque ad Quadrag. & à Dominica I. post Pentec: usque ad Dominicam I. Adventûs occurrit aliqua *Octava*, & infra illam in *Festo semid.* in Missa talis Festivitatio 2. est de Octava. 3. *Concede*, non tem à *Cunctis*. Quando Festum Purificationis occurrens in Dominica privilegiata ibi, ubi non est Titulus Templi, transfertur in diem hodiernam, seu 3. Febr: tunc de S. Blasio in *Laudibus* & *Missis privatis* Commemoratio, legiturque de in Officio Festi Purificationis tan Lectio, Octavæ autem Lectio de Festo Purificationis tunc non jungitur illa, quæ alioquin est tam faciendo ex duabus unam. Quod Festum S. Blasij (idem est de aliis Festis *simplicibus*) veniat in *Sabbato*, nondum currat Tempus quadrages male, nec ponendum sit Officium licujus Dominicæ anticipandæ, die suo celebrari impeditæ, Officium non fit de S. Blasio, sed de B. V. in Sabbato, dicunturque in Eccles Cathedralibus, & Collegiatis tam

duæ

duæ Missæ Conventuales, in Missis autem aliarum Ecclesiarum, & privatis penultimô locô Orat: *Fidel:* ùt suprà P. I. Tit: De *Sabbatis post Octavam Epiph:* & Titulo: *De Ferijs occurrentibus post Dominicam II. post Epiph:* fusè declaratur. Vide quoque dicta ibidem Tit: *de Dominica III. post Pentec:* ac *Ferijs eam subsequentibus.*

Quòd si hoc die faciendum sit de Festo 9. Lectionum (seu *occurrente, seu translato*) aut de *Dominica occurr. non privilegiata*, aut de *die Octava*, vel *die infra Octavam*, tunc de S. Blasio fit hodie tantùm Commemoratio in Laudibus, ac Missa, cum 9. de eodem Lectione : si tamen Festum illud, de quo fit, sit 1. vel 2. Classis, vel Festum simul duplex aliud incidat in illam Dominicam, tunc in 1. casu nihil fit de S. Blasio; in 2. verò dicitur quidem de eo 9. Lectio, Commemoratio verò non nisi in Laudib: ac privatis Missis, in 3. autem casu 9. Lectio non dicitur de illo, sed de Dominica, fit tamen post factam de Dominica Commemorationem etiam de S. Blasio in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa Commemoratio. Sola quoque fit de eo in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa Commoratio, si incidat in Dominicam privilegiatam.

Quòd si denique S. Blasius sit alicubi *Patronus Ecclesiæ*, fit hodie de illo sub Ritu duplici 1. mæ Classis, & cum Octavâ (omittendâ tamen juxta Rubr: 7. de Octav: si cras occurrat *dies Cinerum*, aut saltem abrumpendâ eo adveniente, si tota ante Quadragesimam absolvi non possit) prout in Octavario Romano de Commun: Un. Mart. Pontif. fol 222. & 243. necnon cum Commemoratione Dominicæ occurrentis in utrisque Vesperis, Laudibus ac Missa; at verò de Dominica antecedente hoc Festum in tali Ecclesia in 1. Vesperis Festi non fit Commemoratio, nisi Dominica illa sit privilegiata, uti est Dominica Septuagesimæ, ac eam proximè sequentes; bene tamen in 2. Vesperis de sequente Dominica etiam non privilegiata *Col. Rub.*

Si hodie propter Officium de Festo 9. Lection: non fuit dictum *Officium Defunctorum* cum annexis, dicetur id proxima die similiter non impeditâ ante Quadragesi.

Vesperæ (si quidem hodie factum fuit de S. Blasio Ritu duntaxat simplici) dicuntur Ritu semid: de Præcepto de S. Andrea Corsino Episc. Conf: dicendo omnia præter Orationem (quæ est propria: *DEus, qui in Ecclesia tua &c.*) ùt in Commun: Confessor: Pontif: sed cum mutatione 3. Versus in Hymno: *Iste Confessor*, hodie & cras. *Col. Alb.* Quòd si Festum S. Andreæ Corsini ob occurrentem cras Feriam IV. Cinerum transferatur, & hodie factum fuerit Ritu simplici de S. Blasio, Vesperæ hodier-

diernæ totæ erunt de Feria currente hodierna, cum Oratione de Dominica præcedente : ad eas, & deinceps *Col. Viol.* juxta ea, quæ suprà dixi P. I. fer. III. post Quinquages.

4. S. Andreæ Corsini Episc: Conf: semid. *Col. Alb.* Lectiones I. Noct: ante Quadrag: de Script. occurrente (nisi ponendum sit Initium alicujus Epistolæ Paulinæ antecedentis aut subsequentis, juxta Rubr. Gen: 26. n. 6. & 7. & dicta superiùs P I. Tit: *de Feriis occurrentibus post Dominicam II. post Epiph.*) in Quadrages: autem : *Fidelis sermo &c.* de Commun: Conf. Pontif. II. propr: III. *Homo peregrè &c.* de Communi (utì & reliqua) Conf. Pontif. Missa *Statuit*, itidem de Communi Conf. Pontif. præter *Orationem* propriam, quæ in recentiss: Missalibus exstat in ord: in alijs inter Festa ad Libitum. In ea *Glor:* sine *Cred.* Si venerit post Septuages: post Graduale, omisso *Alleluja*, & Versu seq: dic: Tractus. Oratio 2. *A Cunctis.* 3. ad Libitum : Præf: Commun: siquidem celebretur ante Quadragesimam : alioquin Oratio 2. erit de Feria majori Quadrag. 3. *à cunctis*, Præf: quadragesim: & in Ecclesijs Cathedralibus ac Collegiatis fient tunc 2. Missæ Convent: ùt suprà P. I. *Col. Alb.* Vesperæ dicuntur integræ sub Ritu duplici minore de S. Agatha Virg: & Mart: ùt ibi in Proprio Sanctorum, cum Commemoratione de S. Andrea Corsi. *Col. Rub.* Ad Ritum *duplicem* [cùm hactenus esset tantùm *semiduplex*] *Præcepto* elevavit Festum S. Ag... Sanctis: D. N. Clemens Pap. XI. anô 1713.

Si Festum S. Andreæ Cors... aut aliud Festum hujus Mensis ... nerit in *Feria* 4. *Cinerum*, aut in ... *minica I. in Quadragesimæ*, nequi... ri *Officium*, aut *Missa* [ne quid... Votiva solemnis] de eo die illa, ... transferri debet eô annô in diem p... ximam Officio 9. Lectionum ... impeditam, etiamsi sit *Patroni* aut *Titularis*, vel *Dedicatio* ... *Ecclesiæ.* Similiter transferri de... Festa 9. Lectionum, quæ venium... Dominica II. III. & IV. Quadrages... mæ, nisi sint Festa 1. Class: puta ... *Patroni*, aut *Titularis*, vel *Dedicationis propriæ Ecclesiæ* : nam contra ... 3. Fest. tres dictæ Dominicæ [cùm ... Domin. majores tantùm 2. *Class.* ... sunt ità privilegiatæ, quin in ejusmo... loco, vel Ecclesia prædicta 3. Fe... possint celebrari ; debet tamen ... per fieri de Dominica occurr... Commemoratio in utrisque Vesp... ris, Laudibus, ac Missa, nec non ... ci de eadem 9. Lectio in *Officio*, ... ultimum Evangelium in *Missa*. C... Festo conveniens. In Feriis ... tem reliquis Quadragesimæ usq... ad Hebdomadam majorem exclu... vè fit de quocunque Festo 9. Lectionum, etiam translato, cum Com... memoratione tamen Feriæ cu... rentis

rentis in Laudibus, Missa, ac Vesperis, nec non cum 9. Lectione de Homiliâ ejusdem Feriæ in Officio, ac ultimo de eadem Evangelio in Missa. In *Ecclesijs* autem *Cathedralibus* & Collegiatis, quando Tempore Quadragesimali Officium fit de Festo 9. Lectionum, dicuntur duæ Missæ conventuales, Una post *Tertiam* de *Festo*, cum colore eidem Festo conveniente; *Altera* post *Nonam*, cum colore *Violaceo* de *Feria currente*. In ea, quæ dicitur de *Festo*, si sit *Festum duplex*, nulla fit in Missa Conventuali Commemoratio, nisi *Festi simplicis*, si quod ea die occurrat; si autem sit Festum semiduplex, tunc in Missa Conventuali de Festo usque *ad Dominicam Passionis* erit Oratio 2. *A Cunctis*. 3. Omnipotens sempiterne DEUS &c. pro vivis & Defunctis, nisi simul occurrat *Festum simplex*; tunc enim 2. erit de *simplici*, 3. *à Cunctis*. In ea autem Missa Conventuali, quæ dicitur de *Feria*, usque ad Dominicam Passionis Oratio 2. est *A Cunctis*. 3. pro vivis & Defunctis, nisi occurrat simul in ejusmodi Festo semiduplici Vigilia S. Mathiæ Apostoli; tunc enim 2.da erit de Vigilia. 3. autem *A Cunctis*. In ea Missa Conventuali, quæ est *de Festo*, semper dicitur *Gloria*, & [si qualitas Festi, v. g. S. Mathiæ, id exigat] etiam *Credo*; in eadem quoque post Graduale semper dicitur *Tractus*, & usque ad Dominicam Passionis Præfatio Quadragesimalis, nisi illius Festi Missa propriam habeat Præfationem. In fine ejusdem semper dicitur *Ite*, & Evangelium S. Joann: In Missa autem Conventuali de Feria semper omittitur tam *Gloria*, quàm *Credo*, & in ejus fine, post dictam Orationem super Populum [Ritu in Missali, atque etiam suprà P. I. Feriâ IV. Cinerum descripto] dicitur: *Benedicamus* &c. & pariter Evangelium S. Joannis, ac Præfatio Quadragesimalis usque ad Dominicam Passionis.

Missæ Privatæ verò, uti & Horæ Canon: de Festis 9. Lectionum, quæ infra Hebdomadem Tempore Quadragesimali occurrunt, dicuntur à Feria IV. Cinerum exclusivè, usque ad majorem Hebd. exclusivè, de ipso Festo, seu duplici, seu semiduplici, occurrente, cum Commemoratione tamen Feriæ occurrentis in Vesperis, *Laudibus*, ac *Missa*, necnon cum 9. Lectione de Homil. ejusdem Feriæ, ac ultimo de eadem Evangelio in Missa, cum colore, ac Ritu Festo conveniente: post Commemorationem de Feria fit etiam Commemoratio Festi simplicis, si quod unà occurrat, nisi Festum, de quo fit Missa, sit Festum 1mæ. Classis. Si Festum simplex non occurrat, & dicatur Missa de Festo semiduplici, 3. Oratio usque ad Dominicam Passionis erit *A Cunctis*; si autem dicatur Missa de Festo duplici,

3. Oratio non dicitur, si Festum simplex non occurrat : sive autem dicatur de Festo *semiduplici*, sive *duplici*, semper dicetur *Gloria*, & [si qualitas *Missæ* id exigat] etiam *Credo*; post Graduale quoque [*Omisso Alleluja*, & Versu sequente] in Utravis dicitur *Tractus*, & Præfatio Quadragesimalis [nisi Festum, de quo fit Missa, propriam habeat] & in fine Evan: de fer. curr.

De *Festis* autem *simplicibus* Tempore Quadragesimali occurrentibus, tam in Officio, quàm in Missa [seu de Feria, seu de Festo 9. Lectionum dicantur] usque ad Vesperas Feriæ IV. majoris Hebdomadæ exclusivè fit tantùm Commem. nisi etiam hanc Qualitas Festi, aut Missæ excludat.

Atque hôc modô dicuntur Officia, & Missæ Festorum hujus Mensis, si [ut sæpè fit] incidant in Quadragesimam : Si verò non incidant in Quadragesimam, tunc si veniant post Festũ Purificationis [hoc est die 2.Februarij]in *Festis* duplicibus dicitur in Missa non nisi Una Oratio, nisi facienda sit Commemoratio de Dominica per annum, aut die infra Octavam, aut Festo simplici occurrente; vel de mandato Superioris dicenda sit Oratio : *DEus refugium*, aliáve similis. In Festis autem semiduplicibus 2. Oratio post diem Purificationis in Missa usque ad Quadragesimam erit *A Cunctis*. 3. ad *Libitum*, nisi facienda sit Commemoratio diei infra Octavam, aut *Festi* [illegible] *plicis* simul occurrentis; tunc erit 2. erit de simplici, aut die illa in Octav: 3. autem, quæ alioquin 2.da. In *Festis* denique *Simplicib* quoad *Officium*, & *Missam* procedum tunc erit eô omnino modô, supràs.hujus in Festo S.Blasij, ubi lud celebratur Ritu simplici : tale Festum occurrat ante Quad Festo *duplici*, vel *Semiduplici*, dici etiam de eodem 9. Lectio, si priam habeat [aliàs non] & fit dem Commemoratio etiam in ficio, si aliunde nil obstet. Pr rea in Missis Festorum, quæ ven ante Quadragesimam, dicitur semp Præfatio Communis, nisi propri habeant, aut veniant infra Octav alicujus Festi, habentis propriam Præfationem; tunc enim etiam dicetur in Missa Festi, propria Præfatione carentis. In eorundem Festorum, seu 3. seu 9. Lectionum, Missis, omisso post Graduale *Alleluja* Versu seq: dicitur *Tractus* [si veniat post Septuages:] & non tantùm *Gloria in excelsis*, sed etiam respectivè *Credo*, si qualitas Missæ id exigat.

5. S. Agathæ Virg. & Mart. *Duplex min. Col. Rub.* In Officio omnia, utì notantur in proprio loco in *Proprio Sanctorum*, faciendo juxherì dicta Commemorationem Feria Quadragesimali, si occurr in Quadragesima, in Vesperis, Laudibus, nec non dicendo 9. nam eadem

eadem

eadem Feria Lectionem. Missa pariter propr: cum *Glor.* sine *Cred.* Post Graduale, si veniat post Septuagesimam, omisso *Alleluja*, & Vers. seq: dic: Tractus. Oratio 2. extra Quadrages: unica, nisi alicubi simul occurrat Festum simplex. In Quadrag: Oratio 2.da de Feria curr. Extra Quadrag: Præfatio Communis : In Quadrag: Præfatio Quadragesimalis, & in fine Evangel: de Feria currente. Si hoc, aut aliud Festum 9. Lectionum veniat in Quadragesima, tunc in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis dicentur 2. *Missæ Conventuales* modô die præced: declaratô.

In 2. Vesperis fit Commemoratio (attamem post Commemorationem Feriæ occurrentis, si veniat in Quadragesima, aut Dominicæ sequentis, si quæ sequatur) de S. Dorothea Virg: & Mart: ùt in 1. Vesp: in Communi Virg. Oratio : *Indulgentiam &c Col. Rub.* Si in 2. Vesp: S. Agathæ aut alterius Sanctæ fieri debeat Commemoratio de B. V. in Sabbato, pro ejus Officio sequenti Sabbato celebrando, tunc, ne Versus: *Diffusa est gratia &c* jam dictus in 2. hodiernis Vesperis debeat in ijsdem repeti, dicendus est pro Commemoratione de S. Maria Versus : *Benedicta tu &c* ex Laudibus Officij B. V. M. in Sabb. per Rubr: gener: IX. n. 8.

In Societate JESU (nisi occurrat hodie Dominica privilegiata, aut alicubi *Festum Patroni Principalis*, aut *dedicatio Ecclesiæ Cathedralis*) celebratur hac die sub Ritu duplici majore Festum 3. B. B. Martyrum Japonensium Pauli Michi, Joannis De Gotto, & Didaci seu Jacobi Quizai, ex ead. Soc. In 1. *Vesperis* dicuntur Antiphonæ, Psalmi, & reliqua omnia ùt in Communi plur. Mart. Oratio: *DEus, qui nos annua BB. Martyrum tuorum &c.* ùt ibi. *Col. Rub.* Ad *Matutinum Lectiones* I. Nocturni : *Fratres debitores &c.* II. Quotiescumque. III. De Homil S. Greg. in Evang: *Cùm audieritis prælia*, ùt in Communi plur. Mart. primô loco : cum toto reliquo Officio. Quòd si hoc Festum celebretur in Quadrages: dicetur 9. Lectio de Feria currente, cum Commemoratione in utrisque Vesperis ac Laudibus, Feriæ pro tunc currentis.

Missa : *Salus autem justorum* (3.tia de Communi plur. Mart.) exceptô 1. Evangelio [*Cùm audieritis Prælia*] quod sumitur ex Missa *Instret*, h. e. 1.ma de Communi plur. Mart. Dic: in ea *Gloria*, non tamen *Credo*, nisi celebretur in Dominica aliqua post Epiphaniam, seu non privilegiata, aut in ejusmodi Ecclesia Societatis, in qua habetur *Insignis de ijs Reliquia*, aut est *Populi concursus cum solemniore Missa*, ùt dicitur in Decreto Congreg Gen: XV. de anno 1706. quod ideo addi videtur : quia sicut solus

solus concursus Populi sine alio solemnitatis Titulo non facit, ut legitimè dicatur Credo *ex Rubricis*, alioquin (inquit Gavantus To. 1. P. 1. Tit. 11. in fin.) *in Ecclesijs ruralibus in omnibus Festis diceretur* CREDO, ità nec sufficit qualiscunque Missa solemnis; alioqui quoties decantaretur Missa solemnis in aliquo Festo, primæ præsertim, aut 2. Classis, ad quam numerosus Populus confluere solet, dici posset *Credo*, quod tamen & Rubricis, & Praxi universalis Ecclesiæ repugnat, ùt patet in Festis S. Joannis Baptistæ & S. Laurentij extra proprias eorum Ecclesias: quantumvis igitur Officium aliquod solemne, etiam in hoc, alióve simili Festo minùs principali Ordinis, in Templis Societatis decantetur, & ad illud ejus Scholares, aliíque plures Devoti confluere soleant, non tamen idcirco (ut etiam Româ rescriptum) in Missa tali solemni dici debet, aut salvis Rubricis potest *Credo*. Quid autem, & quantum ad prædicta accedere debeat, ut *Credo* in Missa solemni de hujusmodi Festo dici queat, nec in dicto Decreto, nec apud alios expressum reperio: censeo ego (salvo meliore aliorum judicio) talem accedere ad prædicta debere causam, qualis alioqui requiritur juxta Communem Rubricistarum, ut Missa votiva solemnis pro re gravi cantari queat, ut si v. g. ad Templum, in quo celebratur Festum de hujusmodi Beato, instituereturà Communitate ali qua solemnis Supplicatio, aut ali publica in eo Devotio in gratiarum actionem pro accepto tempore Pesti aut Belli per ejus Invocationem o signi Beneficio, aut in ordine ad a cipiendum ab eo simile Beneficium

Cæterùm ex Indulto Urbi Pap. VIII. per S. R. C. 26. Sept. 16 emanato, possunt omnes Sacerdote tam sæculares, quàm Regulares, Ecclesias Soc. JESU Confluentes illo, quô Festum 3. prædictorum M Martyrum Japonensium in illis lebratur, & ipsi *Officium*, ac *Mis* de Communi plur. Mart: sub eod Ritu in Societatis Ecclesijs [non men extra] de ijsdem BB. Mart rib: dicere, ac celebrare. Vid. Georg. Gobat Tom. 1. Edition. n P. 1. Tr. 3. n. 678. & n. 696. Append 1. Litt. S. & seqq. Quid autem *Ecclesiæ Societatis* Nomine intelligam declarat Tract: 3 Quinarij: n. 135 136. & 198.

In 2. Vesperis BB. Mart. Japonens: fit Commemoratio S. Agathæ [utpote, dequa in Soc: fit co stinum Officium, & fuit hodie] n non S. Dorotheæ Virg. & Martyr: de qua etiam cras dicitur ibidem 9. Lectio, si cadat extra Quadragesi. & Dominicam, cum Comemoratione ejusdem in crastinis Laudibus, ac Missis.

Quòd si Festum BB. Martyrum Japonensium celebretur in Quadragesi. tunc in Vesperis, Laudibus, a Missa

Missa facienda est Commemoratio [ante Commemorationem de Festo simplici] de Feria die illo occurrente, nec non dicenda de eadem Feria 9. Lectio in Officio, & ult: Evangel: in Missa. Quòd si idem Festum BB. Martyrum cadat in *Dominicam privilegiatam* (v. g. *Septuagesimæ*) aut in *diem Cinerum*, vel alicubi (ùt in diœcesi Brixinensi) eodem die occurrat Festum *Patroni Principalis Diœceseos*, transfertur juxta Rubricas in diem proximam Festô 9. Lectionum non impeditam; & quidem etiam in ultimo casu, nisi stabilis eidé celebrando dies in hujusmodi casu de Licentia Sedis Apostolicæ fuerit assignata, siquidem verum sit, quòd Sac. Rit. Congr. 1682. 28. Nov: declaraverit, Neminem posse assignare Festis translatis *diem fixum* sine Speciali Licentia Sedis Apostolicæ: licèt autem hujus Decreti Authenticam Promulgationem hactenus reperire non potuerim (nam Libellus Venetijs impressus 1702. allegans illud, nullius ampliùs est Authoritatis, postquam in Indicem Librorum Prohibitor. 1709. 4. Mart. relatus est) Româ tamen accepi & scripto, & Oretenus, non esse ibi morem in nostris Ecclesijs, ut *dies fixa* assignetur talibus Festis, etiam perpetuò impeditis, cujusmodi apud nos sunt Festum S. Agathæ, Festum S. Cajetani &c. sed in diem proximam non impeditam juxta Rubric: de translat: Festor: quo annis transferri. Quod Responsum confirmatur authoritate seu Testimoniô alterius cujusdam Decreti postmodum ad me delati, ac infrà afferendi.

6. S. Dorotheæ *Virg.* & *Mart.* Simplex. Si cadat extra Quadrag: & non sit faciendum Officium de Festo 9. Lectionum hac die alicubi *occurrente*, aut in hunc diem *translato*, nec de B. Maria in Sabbato, nec de Dominica, tunc fit *Officium* de hoc Festo in hunc modum: Ad Matutinum *Invitatorium*, & *Hymnus* dicuntur ùt in Communi Virg: Mart: his subjungitur *Nocturnum* Feriæ currentis cum suis Antiphonis & 12. Psalmis ferialibus, ùt in Psalterio. 1. & 2. Lectio Nocturni sumitur de Scriptura die illo occurrente, nisi ponendum sit *Initium* Epistolæ Paulinæ nondum positum: 3.tia verò dicitur, utì notatur in Propr: Sanctorum. Versus Nocturni, & duo Responsoria post primas duas Lectiones sumuntur de Communi Virginum & Martyrum; &, siquidem cadat in Feriam II. vel V. ex 1. Nocturno; si in Feriam III. vel VI. ex II. Nocturno; si in Feriam IV. ex III. observando simul suprà annotata die 19. Jan: quoad Responsoria &c. Post III. Lectionem dicitur *Te DEum*. Benedictio 1. *Ille nos Benedicat &c.* 2. *Cujus Festum colimus.* 3. Ad *Societatem &c.* Ad *Laudes*, & per *Horas* usque ad *Nonam* inclusivè omnia dicuntur (etiam Orario: *Indul-*

dulgentiam &c.) de Commun: Virg. ac Mart: utì in Festis earundem Semiduplicibus. *Col. Rub.* Quòd si ratione Mensis nondum in Choro sit dictum Officium Defunctorum, tunc præmissis pridie modò alibi declaratò eorum Vesperis, id hodie dicitur post *Laudes diei*, ùt suprà die 3. tiò hujus, siquidem hodie fiat Officium de S. Dorothea.

Si autem hodie fiat Officium de Festo 9. Lectionum, seu occurrente, seu translato, aut de Dominica non privilegiata, aut de B. Maria in Sabbato (siquidem etiam huic cedit *Festum simplex*) tunc de S. Dorothea fit Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa cum 9. de eadem Lectione in Officio, nisì veniat in Quadragesima, aut fiat de B. Maria in Sabbato; tunc enim de S. Dorothea fit tantùm Commemoratio, ut paulò antè, sine Lectione, utì etiam, si veniat in Dominica Privilegiata, seu intra, seu extra Quadr. Quòd si Festum 9. Lectionum herì occurrens fuerit 1. Classis, nulla in hesternis Vesperis facienda fuit de S. Dorothea Commemoratio, bene tamen, si fuit duplex 2. Classis. Præterea, si hodie occurrat alicubi Festum dupl: 1. Classis, nihil omnino ibi fit de Festo simplici S. Dorotheæ; si autem occurrat hodie Festum dupl: solummodo 2. Classis, nulla quidem fit de illa Commemoratio in 1. Vesperis, admittit tamen nonam de ea hodie Lectionem, utì & Commemoratio nem in Laudibus, ac Missis pri tantùm.

Missa, quando fit de S. D thea, est: *Me exspecta verunt* (de Commun: Virg: & Mart.) *Glor:* & (si veniat post Septuag cum Tract: sine *Credo*. Orat. *Cunct.* 3. ad Lib. nisì ratione sis, aut Feriæ secundæ dicendæ *Fidelium*; tunc enim 2. est *Fidel* 3. *à Cunctis*, aut, si tunc 5. vel cantur Orationes, Oratio *Fide* erit illarum penultima. Præf mun. *Col. Rub.*

Quid autem porrò sit obser dum juxta Rubric: Gen: Missal. Ecclesijs Cathedralibus & Colleg tis, quando hoc Festum extra Q dragesimam cadit in Feriam II. diem Mensis 1. mam non impedi Festo 9. Lectionum, Vide suprà die 19. & 28. Januar: tum P. I. *de Ferijs post Dominicam 2. post occurrentib.*

Vesperæ (si hodie factum fuit S. Dorothea) integræ dicuntur de Romualdo Abb: sub Ritu dupl. ùt in Communi Conf. non Pontif. Hymn: *Iste Confessor* hodie, & mutatur 3. Ver. Orat: *Intercessio*, ùt in eod. Commun. Si S. Romu dus veniat in *Dominica non privilegiata*, fit de hac Commemoratio in Vesp. si verò in *Dominica* aut *Feria privilegiata*, v. g. Cinerum, transfer si denique in alia Feria Quadrag mali,

mali, fit Commemoratio de Feria currente. *Col. Alb.*

7. S. Romualdi Abbat. dupl. min. *Col. Alb.* Offic: de Commun: Conf. non Pont. In Hymn: *Iste Confessor* mutatur 3. Vers. Lect. I. Noct. de Script: occurr. nisi veniat in Quadrages. tunc enim sumuntur de Commun. Confessor. non Pontif: per Rubricam positam in Communi Apostolor. *post Psalmos* I. Nocturni: rectè autem in eo casu (qualis accidit 1693.) sumuntur ex primo Ordine, nempe de *Libro* Sapientiæ cap. 4. & 5. *Justus si morte &c*, uti Romæ reperio 1704. practicatum. Lectiones II. Noct. sunt prop. III. verò de Commun: Abbat. *Si veniat in Dominica Non privilegiata*, fit de ista in *Officio* (de S. Romualdo tunc dicendo) Commemoratio, cum 9. de eadem Dominica Lect. Si autem veniat in *Dominica privilegiata*, transfertur S. Romualdus in diem proximam non impeditam. Si denique veniat aut celebretur hoc Festum in Quadrages. fit in *Officio* Commemoratio Feriæ curr: cum 9. de ead: Lect.

Missa: *Os Justi*, de Commun: Abbat: cum *Glor.* sine *Credo*, nisi veniat in Dominica. Si veniat post Septuages: post Grad. omisso *Allel.* & Versu seq. dicitur Tractus. Si veniat in Dom. non privil. aut Feria Quadrages. post Cineres, fit de Dom. illa, aut Feriâ Commemoratio, & de ead: legitur quoque ultimum Evangel. Præf. extra Quadrages. Communis; in Quadrages. Quadragesimalis. *Col. Alb.* Si celebretur in Quadrages: in Ecclesijs Cathedralib: & Collegiatis cantantur 2. Missæ Conventuales, una post Tertiam de Festo sine Commemoratione Feriæ, *Col. Alb.* altera post Nonam de Feria cum solitis Orationibus de Temp. *Col. Viol.* & in utraque dic: Præfat: Quadrages. ac in fine utriusque Evang. S. Joan.

Vesperæ à Capitulo sunt de S. Joanne de Matha Conf: dupl. in Hymno *Iste Conf:* mutatur 3. Vers: & fit Commemorat: præced: nec non Feriæ current: si veniat in Quadrages. *Col. Alb.*

8. S. Joan. de Matha Conf: dupl. *Col. Alb.* Offic. de Commun: Conf. non Pont. In Hymno *Iste Confessor* mutat: 3. Vers: Lect. I. Noct. de Script: occurr. nisi veniat in Quadrages: tunc enim *Beatus Vir* de Commun. Conf. non Pont. II. propr. III. *Sint Lumbi* de eod. Comun. Si veniat in Dominica, vel Quadrages. observanda sunt ea, quæ heri.

Missa: *Os Justi*, de Communi Conf. non Pontif. Orat. propr. cum *Glor.* sine *Cred.* nisi veniat in Dominica. Si veniat post Septuages. omisso *Alleluja*, & Versu seq. dic: Tractus. Si veniat in Dominica non privilegiata, aut Feria Quadragesimali post Cineres, fit de ea Dominica, aut Feria Commemoratio, ac de ijsdem legitur etiam ult: Evangel. Præf: extra

Quadrages: Commun. in Quadragesima Quadragesimalis. *Col. Alb.*

In 2. Vesperis fit Commemoratio de S. Apollonia Virg. & Mart. Oratio : *DEus, qui inter cætera &c. Col. Alb.*

9. S. Apolloniæ *Virg. & Mart.* Simpl. Si veniat extra Quadrages: & non fit faciendum Officium de Dominica, aut Festo 9. Lectionum hac die alicubi occurrente, aut in hunc diem translato, nec de B. M. in Sabbato, tunc Officium de Festo Simplici S. Apolloniæ fit sequentem in modum : Ad *Matut:* Invitator. & Hymnus de Communi Virg. & Mart. His subjungitur Nocturnum Feriæ currentis, cum suis Antiphonis, & 12. Psalmis ferialibus, ùt in Psalterio per annum. I. & II. Lectio sumitur de Scriptura die illo occurrente, ut suprà in Festo S. Dorotheæ. III. verò Lectio dic: utì notatur in Propr. Sanctor. Versus, & Responsoria post I. & II. Lection. sumuntur de Comun. Virg. & Martyr: ex illo Nocturno, qui Feriæ, in quam simplex cadit, respondet, ut in eod. Festo S. Dorotheæ, ac Mense præcedente die 19. annotatum, addito ad finem 2. Responsorij cum consueta Partis illius repetitione *Gloria Patri.* nisì jam adsit. Benedictiones verò sunt: 1. *Ille nos benedicat &c.* 2. *Cujus Festum colimus.* 3. *Ad Societatem &c.* III. Lectioni subjungitur Hymn: *Te DEum Laudamus. Ad Laudes* & per *Horas* omnia dicuntur de Commun: Virg. Mart. utì in Fe earundem Semiduplicib. *Col.* Quòd si ratione Mensis nondu Choro fit dictum *Officium Defu rum* cum pridianis Vesperis; au niat hoc Festum in Dominica privilegiata, seu non privilegi aut in Feria aliqua II. aut in Qua gesima, aut in Sabbato ante Qua ges: vel incidat in diem, in qu ciendum Officium de Festo 9. Le num, observanda sunt ea, quæ 6. hujus circa Festum S. Dorothe locis ibi cit: sunt annotata.

Missa, quando fit de S. lonia, est : *Loquebar de Festiv.* de Commun: Virg. & Mart. *Glor:* sine *Credo*, nisì in propr. cles: aut ubi insignes habentur Re quiæ. Reliqua ùt in Festo S. D rotheæ 6. hujus.

Vesperæ de Feria cum Psalter. cum Orat: Dominica ced: nisì cras occurrat Festum ctionum. Quòd si cras occurra cubi *Festum simplex* de quo fieri Officium, aut faciendum sit de *in Sabbato*, Psalmi Vesperarum pariter de Fer. curr. à Capit: de Festo illo subsequente, aut de in Sabbato.

13. Si hodie non occurrat stum 9. Lect: & cras faciendum Festo simplici sequente, Vesperæ que ad Capit. dicuntur de Fer. à Capit: autem de S. Valent. Pro byt. ac Mart. Orat. propr. *Col.*

Si tamen Festum S. Valentini, vel aliud quodcunque *Festum simplex* incidat in Feriam 4. Cinerum, tunc Feriâ 3. præcedente, in qua factum de Feria, non dicentur Vesperæ à Capitulo de Festo simplici incidente in diem Cinerum, sed integræ dicendæ sunt de Feria III. currente cum Oratione Dominicæ præcedentis, & Commemoratione duntaxat de Festo simplici in crastinam Feriam 4. Cinerum incidente, sine Precibus Ferialibus, ac sine Comemoratione Feriæ 4. Cinerum : dicentur tamen pro more Preces Dominicales ad Completor: & in Vesperis post Commemorationem de Cruce, Suffragia Consueta Sanctor. *Col. Viol.*

14. S. Valentini Presbyt. & Mart. *Simpl.* si cadat hoc Festum extra Quadrages: nec faciendum sit de Dominica, Festóve 9. Lectionum, nec de B. Maria in Sabbato, fit de illo sequentem in modum : Ad *Matut.* Invitator: & Hymn: de Commun: Un. Mart. Antiphonæ & Psalmi Feriales. I. & II. Lectio de Script: occurr. III. de Serm. S. Augustini : *Triumphalis &c.* Versus Nocturni, Responsoria, Absolutio, Benedictiones, & reliqua deinceps ad Laud: & per Horas dicuntur eô proportionaliter modô, quô 19. Jan. à fol. 30. declaratum. *Col. Rub.*

Quòd Si tamen hodie occurrat Dominica, etiam non privilegiata, aut Festum 9. Lectionum, non dicetur in Officio Dominicæ, aut Festi illius 9. Lectionum, *nona Lectio de S. Valentino*, ùt rectè ex Rubr: Gen: X. Brev: n. 9. colligit Gavantus To. 2. S. 3. c. 11. n. 34. eò quòd S. Valentinus propriam non habeat de Vita Sancti, sed tantùm aliquam ei appropriatam de Communi.

Missa, quando fit de S. Valentino, est : *In Virtute tua &c.* 1. de Commun. Un. Mart. non Pont: cum *Glor.* sine *Cred.* Si veniat post Septuages: post Graduale omissô *Alleluja*, ac Versu seq:dic. Tractus. Oratio 1. propria (uti & *Secreta*, ac *Postcommunio*) Oratio verò 2. ac 3. cæteráque omnia dicuntur ac fiunt eô modô, quô suprà in Festo S. Dorotheæ die 6. Febr. *Col. Rub.*

Vesperæ (si nec hodie factum fuit, nec cras fiet de Festo 9. Lectionum, aut de B. M. in Sabb.) dicuntur extra Quadragesimam usque ad Capit: de Feria currente, ùt in Psalterio, at verò à Capitulo de SS. *Faustino & Jovita M. M.* (*Col. Rub.*) nisi Festum horum SS. Martyrum incidat in *Feriam IV. Cinerum*, tunc enim hodiernæ Vesperæ totæ sunt Feriales, cum Oratione Dominicæ præcedentis; de SS. Faustinô & Jovitâ autem fit tantùm Commemoratio juxta herì dicta, & *Col. Viol.*

15. SS. Faustini & Jovitæ Fratrum ac Martyr. *simpl.* si cadat hoc Festum extra Quadragesimam, nec faciendum sit de Dominica, nec de

Festo

Festo aliquo 9. Lection. nec de B. Maria in Sabbato, fit de illo sequentem in modum : Ad *Matut.* Invitatorium, & Hymnus de Commun: plur. Mart. Antiphonæ, & Psalmi feriales de Fer. curr. ùt in Psalter. per annum. Lect. 1. & 2. de Script occurr. 3. propr. Versus Matutini, & Responsor. 1. de Commun. plur. Mart. ex eo Nocturno, qui Feriæ illi, in quam Festum hoc cadit, correspondet. Responsor. 2. *Hæc est vera Fraternitas &c.* uti notatur ante Laudes in eod. Commun. plur. Mart. Post 3. Lect. dic: *Te DEum Laud.* Absolutio, Benedictiones, & reliqua dic. de Commun. plurim. Mart. eô proportionaliter modô, quô 19. Januar. à fol. 30. *Col. Rub.*

Missa, quando fit de SS. Faustino, & Jovita, est : *Salus autem Justorum &c.* 3.tia de Commun. plur. MM. cum *Glor:* sine *Cred.* Si veniat post Septuages: tunc post Graduale, omisso *Alleluja*, & Versu seq: dic: Tractus. Oratio 2. & 3. aliáque omnia dicuntur, ac fiunt eô modô, quô suprà in Festo S. Dorotheæ 6. Febr. *Col. Rub.*

Vesperæ, si cras non fit faciendum de aliquo Festo, aut de S. Maria in Sabb: dicuntur integræ de Feria currente, ùt in Psalter: & suprà P. I. Oratio Dominicæ præced. Ante Septuages. *Col. Vir:* post Septuages. *Col. Viol.* Pari modo integræ Vesp. dic. pridie de Fer. curr. cum Orat. Dominicæ ùt suprà tunc, si aliqua Festum incidat in Fer. IV. Cinerum ti incidet in eam annô 1711. Febr perendinum) & tunc, si Festû tab 9. Lectionum, transferetur; si tri tantùm, tunc de eo fiet in hodi Vesp: fer: solùm Commemoratio

17. Si cras fiat de *S. Simeon* pisc. & Mart. nec hodie factum fi Festo 9. Lection: tunc Vesperæ diernæ usque ad Capit. erunt de ria curr: à Capitulo autem de S. meone, Orat: *Infirmitatem*, & qua, ùt in Commun. Un. Mart. *Rub.* Si veniat S. Simeon in IV. Cinerum, tunc hodiernæ Ve ræ juxta paulò antè dicta intr erunt de Fer. curr. cum Orati Dominicæ præced. & Commemorat ne de S. Simeone, cui subjungen Commemoratio ferial. de Cruce, Suffragia Sanctor. *Col. Viol.*

18. S. Simeonis Episc. & Mart. Simpl. Si Festum hoc cadat e Quadr: nec faciendum sit de Do nica, Festóve 9. Lectionum : de B. Maria in Sabbato, sit de il quentem in modum : Ad *Ma* Invitator: & Hymn: de Comm Un: Mart. Antiphonæ & Psalmi Fer. curr. I. & II. Lectio de Scri occurr. III. propr. Versus Noctur Absolutio, Benedictiones, Respo soria, & reliqua omnia dicuntur Commun: Un. Mart: eô proport naliter modô, quô 9. hujus. *Col. Ru*

Missa, quando fit de S. Simeo

ne, est : *Statuit ei Dominus*, 1.ma de Commun. Un. Mart: Pont. cum Glor: sine *Cred.* Si veniat post Septuages: post Graduale omisso *Alleluja*, ac Versu seq: dic: Tractus. Oratio 2. & 3. cæteráque omnia dicuntur, ac fiunt eô modô, quô suprà in Festo S. Doroth. 6. hujus. Col. *Rub.*

Vespera (si nec hodie factum fuit, nec cras fiet de Festo 9. Lection. aut de B. M. in Sabb.) dicentur extra Quadr. de Fer: curr. cum Oratione Dominicæ præced. Ante Septuages. *Col. Vir.* Post Septuages. *Col. Viol.*

19. Gavantus To. 2. S. 7. c. 4. circa fin. observat : Officium S. Conradi Placentini Confess. quod Schedis, imò etiam alicubi Breviarijs impressum circumfertur, tanquam sub Ritu Semidupl. die 19. Febr. recitandum, nequaquam esse omnibus promiscuè concessum, etiam solummodo ad Libitum à Sac. Rit. Congr. utpote quæ illud Placentinis tantùm & Netinis in Sicilia concesserit, ac subin etiam Urbanus VIII. Ordini Minor. S. Francisci. Unde apocryphæ sunt Schedæ, tam veteres, quàm recentes, in quibus Festum S. Conradi Placentini, tanquam *Festum Vrbis & Orbis* (sive de Præcepto, sive ad Libitum) per errorem (etiam in quædam forsan Directoria Dioecesana irrepentem) proponitur : secùs enim se rem habere ex ipso Directorio ac Calendario Romano fit palam, illud nec inter Festa ad Libitum, nec inter Festa de Præcepto hactenus unquam collocantibus. Similis error circa Festum B. Pij V. in quædam Breviaria, Diurnalia, ac etiam Missalia circiter annũ 1692. & 1697. &c. alicubi impressa irrepsit, in quibus eo Tempore asserebatur Festum B. Pij V. *esse Romæ &c. de Præcepto*, quod tamen non erat ità, ùt infrà 5. Maij dicetur, & constat ex ipsis Directorijs Romanis, ad currentem usque annum 1710. impressis, in quibus constanter positum fuit tanquam Festum *ad Libitum Romæ*, & *ubi est concessum* (per speciale scilicet indultum) non autem tanquam Festum, quod *Romæ* sit *de præcepto*, & ubivis extra Romam *ad Libitum* : nec allegari poterit Exemplum alicujus *Beati*, cujus Festum ante ejus Canonizationem sit ad Libitum in universali seu tota Ecclesia.

21. Si Festũ Cathedræ Antioch. S. Petri Apost. non cadat in Dom. privileg. aut Fer. IV. Ciner. hodiernæ Vesperæ erunt de dicto Festo Cathedræ sub Rit. dupl. maj. dicentúrque omnia, ut in Festo Cathedræ Romanæ 18. Jan. omissa Commemoratione S. Priscæ, attamen cum Commemoratione S. Pauli [ante omnes alias Commemorationes] ac Feriæ currentis, si veniat in Quadragesima, vel Dominicæ, si hodierna die

dies sit Dominica, & non veniat in Quadragesima. *Col. Alb.*

22. Cathedra S. Petri Apost. Antioch. dupl. mai. *Col. Alb.* Officium ut in Cathedr. Rom. 18. Jan. exceptis Lect. II. & III. Noct. quæ sunt propr. cum 9. Lect. de Homil. Fer. currentis [si veniat in Quadrages.] ejusdémque Commemoratione in Laudib. Miss. ac Vesp. post Commemorat. de S. Paul. Si fuerit annus bissextilis, hodie ad Primam non legitur in Martyrologio *Vigilia S. Mathiæ*, sed primùm die crastino, utpote primùm perendie celebranda.

Si hoc Festum ante Quadrages: venerit in Sabbato, vel transferatur in Fer. II & annus non fuerit bissextilis, legitur 9. Lectio de Homil Vigil. S. Mathiæ, & de ead. fiet Commemoratio, itidem post Commemorationem de S. Paulo, in Laudibus & Missa, & de eadem legetur in hac ultimum Evang. In Eccles. tamen Cathedralib. & Colleg. tunc dic. 2. Miss. Convent. ut infrà die 23. declarabitur. Si autem veniat in Quadrages. 9. Lectio juxta dicta erit de Homil. Fer. occurr. cum Commemorat. de ead. at verò nihil tunc fiet de *Vigilia*, nisi Commemoratio in Missa post Commemorat. de Fer. Quadr. *Col. Alb.*

Missa, utì in Festo Cathedræ Romanæ suprà 18. Jan. cum *Glor:* & *Cr.* omissa tamen Commemoratione S. Priscæ, & post Commemorationem de S. Paulo faciendo Commemorat. *Feriæ*, si veniat in Quadragesima, aut *Vigiliæ*, modô prædi[illegible] si hæc extra Quadrages. occurrat [illegible] hoc Festo, & tunc etiam dicetur [illegible] ead. *Vigilia* in fine Missæ ultimum Evang. *Post* Graduale omisso *Alleluja* & Versu seq. dic. Tractus. P[illegible] de Apost. & in fine Evangel. de [illegible] curr. si veniat in Quadrages. [illegible] *Alb.* Attamen si veniat in Quadrages. in Eccles. Cathedralib. & Colleg. [illegible] giat. cantantur 2. Missæ Conv[illegible] Una post Tertiam de *Festo*, [illegible] Col. Alb. & Comm. de S. Paulo [illegible] tùm [nisì simul occurrat aliud [illegible] stum simplex; tunc enim post [illegible] Paulum etiam hujus facienda [illegible] Commemoratio] altera de *Fer. currente* post Nonam, sine Commemoratione, nisi *Vigiliæ S. Mathiæ*, quando illa simul occurrit in Feria [illegible] Quadragesimali, & tunc Orat[illegible] erit *A Cunctis*; alioquin in Missa [illegible] Feria Orat. 2. est *A Cunct.* 3.tia [illegible] *mnipotens sempiterne &c.* Col. V[illegible] In priore Missa Præf. est de Ap[illegible] in posteriore Quadragesimalis, & [illegible] fine utriusque dic. Evang. S. Joan.

Ad. *Vesperas* Antiph. *Ecce Sacerdos magnus*, cum reliquis de Laudib. Psalmi: *Dixit Dominus*, cum reliquis de Dominica; at locô ultimi Psalmi: *Memento Domine David.* Capit. & Hymn. ùt in 1. Vesper. Versus, & Antiph. ad *Magnificat*, ut notantur in loco, Commemorat. S. Paul.

Paul. & post eam Feriæ, si veniat in Quadragesi. aut Dominicæ, si quæ sequatur, nullô autem modô *Vigiliæ S. Mathiæ*, si hæc [ùt interdum contingit] hodie occurrat. *Col. Alb.* Si hoc Festum incidat in Dominicam privilegiatam, aut in Fer. IV. Ciner. transfertur in diem proximam non impeditam : Quòd si concurrat cum Dominica Sexagesimæ, aut hæc cum illo, nihil refert bis dici Orationem de S. Paulo, utpote sub diversa ratione formali. Gav. *To.* 1. *P.4. T.5. n.15. & To.2. S.7. C.4. hic.*

23. VIGILIA S. Mathiæ Apost. cum *Jejunio*, nisi fuerit annus bissextilis; tunc enim *Vigilia* hæc unà cum *Jejunio* transfertur in diem 24. Festum verò S. Mathiæ tam in *foro*, quàm in *Choro* in diem 25. Febr. in Martyrologio autem ad PRIMAM tunc ea non annuntiatur 22. sed 23. ejusdem, ùt ibi, & apud Gavantum To. 2. S. 5. c. 21. n. 9. & 10. item S. 7. c. 4. die 23. & quia annô bissextili [quô Februarius est 29. Dierum] inter Diem 23. & 25. Dies intercalaris 24. interponitur, tanquam non esset, aut foret reputanda, ideo tunc Mense Februario in Annuntiatione Martyrologij bis dicitur : *Sextô calendas Martij*, nempe Die 24. tô & Die 25. tô illius Mensis, ac Littera Dominicalis, quæ assumpta fuit in Mense Januario, mutatur tunc in præcedentem : in Annunciatione autem *Vigiliæ*, quæ tunc fit à Legente Martyrologium Die 23. Februarij, post Lunæ pronuntiationem per prædicta Verba : *Sexto Calendas Martij*, tantùm dicitur : *Vigilia S. Mathiæ Apôstoli : item Commemoratio plurimorum &c*, omissa eo Die mentione illorum *Sanctorum*, quorum Festa alioquin in *Diem Vigiliæ* S. Mathiæ incidunt; sequenti verò Die nempe 24. quô in tali casu pro die 25. Februarij annuntiatur in Martyrologio *Festum S. Mathiæ*, hujus annunciationi eadem, quæ pridie, præmittitur Lunæ pronuntiatio, dicendo rursus : *Sexto Calendas Martij*, & huic subjungitur Lectio diei 24.tæ alioquin in Martyrologio appropriata, nempe : *In Judæa Natalis S. Mathiæ &c*; quia nimirum tunc dies 25. Febr. eadem, quæ 24.ta reputatur, & sic consequenter (ùt notat Henr. Pisart in Dir. Canon. recentissimè edito §. 1. PROPR. SANCTORUM) dies 26. censetur esse 25. & 27. censetur esse 26. &c, ex quo ulteriùs consequitur, quòd Festum *Ordinis* vel *Diœcesis*, cadens in diem 25. Febr. in anno bissextili cedere quidem juxta alibi dicta debeat (nisi sit 1.mæ vel 2.dæ Classis) *Festo S. Mathiæ*, sed non alteri, quod fortè die 26. sedem habet; cùm enim 26. in anno bissextili reputetur pro die 25. omnia Festa eodem modo procedere debent, sicut ipsa Lectio Martyrologij, in qua continetur. *Pisart. loc cit.* Si hujus, aut cujus-

cum-

cumque alterius *Vigiliæ* dies cadat in *Dominicam*; tunc licèt *Officium* & *Jejunium* Vigiliæ anticipetur ad Sabbatum præcedens, Denuntiatio tamen Vigiliæ non perinde anticipatur etiam in Martyrologio, sed fit eodem die, quô alijs annis. Gavant. To. 2. S. 5. c. 21. n. 11.

Ad *Officium* VIGILIÆ S. Mathiæ quod attinet, si hæc veniat ante Quadrageſimam, OFFICIUM de illa ſit feriale, hoc eſt, de Feria currente, ùt in Pſalterio, cum Precibus ferialibus ad omnes Horas, flexis (ſaltem in Choro) genibus dicendis, ac eo inſuper modo, quô ſuprà P. I. Feriâ III. poſt Dominicam Quinquageſimæ in fine declaratur. Lectiones tres dicuntur de Homil. in Evangel. *Hoc eſt Præceptum meum*, uti notantur in COMMUNI SANCTORUM, in Vigil. Apoſtolor. folio. I. Reſponſoria de Feria curr. nisi primò ponenda ſint Reſponſoria nondum poſita, juxta Rubr. Gener. XXVII. n. 7. Orat. de Vigil. uti notatur in PROPRIO SANCTOR. Col. Violac.

Miſſa quoque, Si hæc Vigilia veniat ante Quadrageſ. & Feſtum 9. Lection. in ea non occurrat, dicitur de Vigilia, ùt in Communi Sanctorum in Vigil. Un. Apoſt. ſine *Glor.* & *Cred.* atque etiam ſine Tractu poſt Graduale. Orat. 2. *Concede.* 3. *Eccleſiæ*, vel pro Papa, nisi ratione Menſis, aut Feriæ II. 2. dô locô dicendum ſit *Fidelium* in Miſſis privatis. Præfat. Commun. In fine *Benedicamus*, & Evang. S. Joannis. Col. Vi... Si in hac Vigilia extra Quadrageſimam occurrat Cathedra Antiochiæ S. Petri (uti contingit, cùm Feſt... S. Mathiæ incidit in feriam II.) ... *Officium* & *Miſſa* dicuntur de Fe... cum 9. Lectione de Vigil. ejusd... que Commemoratione in *Laud...* ac *Miſſa*, & ultimô in hac de... dem Vigil. Evangelio. In *Ecl...* autem *Cathedralib.* ac *Collegiatis*... cuntur tunc duæ Miſſæ Conven... modô ac Ritu ſuperiùs die 4. F... & ſuprà P. I. Tit. *De Feriis poſ...* *neres* annotatô. Idem eſt, ſi a... Feſtum 9. Lection. occurrat e... Quadrag. in hac Vigil. etiam tr... latum. Quòd ſi Feſtum illud ſit *... miduplex*, tunc in Miſſis privatis... Feſto 2. Oratio eſt de Vigil. 3. *A Cun...* *ctis*; at verò in Miſſa Conven... Feſto Orat. 2. eſt *A Cunctis*: 3. *ali...* *bit.* in Miſſa autem Conv. de Vi... 2. Orat. *Concede.* 3. *Eccleſiæ*, vel ... Pap. Si hæc Vigilia extra Quadrag... ſimam ſit *prima dies Menſis* non ... pedita Officiô 9. Lectionum, ... in Eccleſijs Cathedralib. ùt & C... legiatis dicuntur 2. Miſſæ Conven... tuales, una pro Defunctis, altera ... Vigilia, in alijs verò *Miſſis priv...* Commemoratio generaliter pro D... functis per Orationem *Fidelium*, ... ſeu penultimô locô dicendam, ... Rubricam General. V. Miſſal. n... Si denique hæc Vigilia incidat ...

Feria

Feriam II. non impeditam Officiô 9. Lection: tunc circa Missam tam *Principalem*, quàm *privatas* observanda sunt ea, quæ præscribit eadem Rubrica n. 2. Vide dicenda 23. Jun: ante fin. Si Vigilia hæc venerit extra Quad: in *Die Octava* alicujus Festi, aut *infra Octavam* alicujus Festi, observanda erit Rubrica Gen: Missal: III. n. 1. & 2.

Quòd si Vigilia S. Mathiæ extra Quadrag: venerit in Sabbato, & non *factum fuerit* de Festo, tunc Vesperæ *erunt* de Sabb: currente ùt in Psalterio per annum, à Capitulo autem de Dominica sequente. *Col. Viol.*

Si autem Dies sequens Vigiliam S. Mathiæ fuerit *Feria* 4. *Cinerum* [utì fuit 1700.] ac eapropter Festum S. Mathiæ transferatur in Choro in Feriam V. post Cineres, tunc in 2. *Vesperis Vigiliæ* [dicendis de Feria III. currente ùt in Psalterio, & cum Antiphona : *Miserere mei &c* ad *Magnificat*] dicentur Preces feriales flexis, ùt suprà, genibus etiam ad Vesperas, attamen cum Oratione *Dominicæ præcedentis*, non *Vigiliæ*, aut *Feriæ IV. Cinerum* subsequentis, ùt monet Rub: Gen: Brev. XI. n. 9. & quoad *Preces* insuper *Feriales* in tali casu etiam in Vesperis dicendas Rubrica Gener: XXXIV. n. 5. quòd autem in eo casu non modò in *Laudibus*, & *Horis minoribus*, sed etiam in *Vesperis* sint dicendæ *flexis genibus*, non modò sat clarè colligitur ex eadem Rubr: Gener: XXXIV. n. 3. & 5. sed etiam ex eo, quòd de ratione *Precum ferialium* sit, ut, siquidem dicendæ sint, flexis [saltem in Choro] dicantur *genibus*; sive dein in *Laudibus*, aut *Horis*, ut vocamus, *parvis*, sive etiam in *Vesperis* dicantur [siquidem in his dicantur, utì debent dici in hoc casu] ut ex eadem Rubrica n. 3. 4. & 5. colligitur. Quæ omnia confirmantur auctoritate Directorii Romani, quod annô prædictô 1700. [quo Vigilia S. Mathiæ pridie Cinerum occurrebat, Festum autem S. Mathiæ ipso Die Cinerum occurrens juxta Rubricas fuit translatum in Feriam V. post Cineres] Officium Vigiliæ pridie Cinerum ordinans in *Vesperis* expressissimis verbis præscripsit, ut eô modô dicantur Vesperæ, quô ego in tali casu esse dicendas dixi; sic enim ad Diem 25. illius anni [quæ erat Feria III. ante Cineres] habent ejus verba: *Vesperæ feriales. Antiphona ad Magnificat: Miserere mei &c. Preces ferial. flex. genib. Oratio Dom. præced. Col. Viol. &c.* Nec obstat, quòd Rubrica Gen: cit: Tit. de *Precibus* n. 4. inter Dies, quibus Preces feriales etiam ad *Vesperas*, *si non sequatur Festum*, sunt dicendæ, non etiam recenseat *Vigilias*, sed tantùm *Ferias* majores *Adventûs*, *Quadragesimæ*, & *Quatuor Temporum* : nam eô numerô est ei duntaxat sermo de eo, quod regulariter fit : cùm enim regulariter in diebus *Vigiliarum* Vesperæ extrà hunc casum [quo nempe Vi-

Vigiliam S. Mathiæ sequitur prima Dies Quadragesimæ] non sint de *Vigilia* seu Feria, sed de sequenti Festo, aut Dominica, si Festum habens Vigiliam celebretur Feriâ II. ideo numerô quidem illô nulla fit mentio *Precum ferialium* in Vesperis eo Die, quô fit de Vigilia, dicendarum, cùm eo in casu Officium Vigiliæ jam fuerit ad NONAM terminatum: secùs fit in nostro casu, quem proin Rubrica n. 5. mox sequenti excipit. Hinc ad Completorium quoque eodem in casu Preces consuetæ Dominicales flexis genibus dicuntur, ùt iterum ad dictum annum expresse DIRECTORIUM Romanum hîc præscribit. *Col. Viol.*

Si denique VIGILIA S. MATHIÆ venerit in Quadragesima, nec *Officium*, nec *Missa* dic: de Vigilia, fit tamen de ea Commemoratio, sed nonnisi in Missa (in qua tunc 3. Oratio est *à Cunctis*) nec legitur in hac ultimum tunc Evangelium de Vigil: Sed S. Joannis. *Rubr. Missal. & Brev. hîc.* Quòd si Vigiliâ S. Mathiæ veniente in Quadragesima occurrat simul Festum 9. Lectionum, tunc in Missis privatis Commemoratio de Vigilia fit post Commemorationem de Feria Quadragesimali (cùm hæc sit *Feria major*) nec ultimum Evangelium legitur de *Vigil:* sed de *Feria curr:* in Ecclesijs autem *Cathedralibus* & *Collegiatis* cantantur tunc duæ Missæ, ut suô locô. Unde si Cathedra Antiochena S. Petri (utì contigit 1687.) currat in Sabbato 4. Temporum Quadragesimæ: & simul in idem Sabbatum incidat Vigilia S. Mathiæ annô incidentis in Feriam II. Dominicam II. Quadragesimæ: Missis privatis (celebrandis tunc Festo Cathedræ) dici debent 4. Orationes hoc Ordine: 1. de Festo Cathedræ. 2. de S. Paulo Apost. 3. Feria currente Quadragesimæ, 4. Sabbato 4. Tempor: in Quadragesimæ, 4. de Vigilia S. Mathiæ, & in Missæ dicendum Evangel: de Feria curr: h. e. Sabbato 4. Tempor. At verò ibi, ubi cantantur duæ Missæ Conventuales: una scilicet de *Festo*; altera de *Feria Quadragesimæ* (utì cantari debent in *Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis*) in Missa de *Festo* fit Commemorat: solius S. Pauli, in Missa vero de *Feria* Oratio 2. debet esse de Vigilia. 3. *à Cunctis*, & in utraque Missa Conventuali dici Evangelium S. Joannis: Præfatio autem in posteriore dici de Apost: in posteriore verò Quadragesimalis, & in illa adhiberi *Alb.* in ista *Col. Viol.*

Vesperæ (si Festum S. Mathiæ non venerit in Dominica, aut Feria 4. Ciner.) sunt de seq: Festo S. Mathiæ, dicunturque omnia sub ritu dupl: 2. Classis, ùt in Commun: Apostolor: & propr: locô, & si hodie occurrat *Dies Dominica*, aut *Feria IV. Cinerum*, fit de *illa Dominica*, aut *Feria* in hodiernis Vesperis Commemo-

tio

tio, uti & de quacunque alia Feria Quadragesimali; si Festum illud veniat in Quadragesi. *Col. Rub.* Quòd si Festum S. Mathiæ venerit in *Dominica*, tunc in hodiernis Vesperis dic: Psalmi feriales, ùt in Psalter: ac Sabb: per ann: à Capitulo autem de Dominica seq: ùt ibi: *Col. Viol.* Festum autem S. Mathiæ, utpote occurrens in Dominica privilegiata, in Choro transfertur in Feriâ 2. subsequentem, nisi alicubi sit *Patronus propr: Ecclesiæ*, adeoque *Duplex* 1. *Classis*; nam cùm *Patrono propriæ Ecclesiæ* cedant *Dominica majores* 2. *Classis* (quales sunt Dominica *Septuagesimæ*, item *Sexagesimæ*, ac *Quinquagesimæ* necnon Dominica 2. 3. & 4. *Quadragesimæ*, & *Adventûs*) in ejusmodi loco non transferetur occurrens in tali Dominica, sed perinde celebrabitur, ac si Dominica non foret privilegiata. Aliud esset, si caderet in *Dominicam I. Quadragesimæ*: hæc enim, utpote *Dominica major* 1. *Classis*, nulli omnino cedit Festo: & quoniam simili modò contra quodcumque Festum occurrens est etiam privilegiata *Feria IV. Cinerum*, ideo, si Festum S. Mathiæ incidat in *Feriam IV. Ciner*: ac eapropter transfertur tunc *in Choro* in Feriâ V. post Cineres, tunc hodiernæ Vesperæ dicuntur de hod: Feria currente, ùt in Psalterio, attamen (ob *Vigiliam*) cum Precibus ferialibus, Oratione autem *Dominicæ* præcedentis, & non Vigiliæ, ùt suprà. *Col. Viol.*

Qui habent à Sede Apostolica Privilegium, vi cujus ipsis conceditur, ut semel vel pluries singulis hebdomadibus, vel mensibus, dicere possint *Officium* & *Missam* v. g. de Venerabili Sacramento, aut aliquo Sancto diebus aliquo Festo duplici, vel Semiduplici non impeditis, non possunt vi ejusmodi Indulti id facere in diebus Vigiliarum, sive cum Jejunio, sive absque Jejunio, nec in Ferijs Adventûs, nec Quadragesimæ, nec Quatuor Temporum, nec Feriâ II. Rogationum, nec in alia Feria, in qua secundùm Rubricas est reponendum Officium Dominicæ, etiamsi horum Dierum nulla facta sit specialis mentio in aliquibus ejusmodi Officiorum Concessionibus: ità enim declaravit S. R. C. 1706. 20. Martij.

Si *Vigilia S. Mathiæ* incidat in ultimum Diem Bacchanalium, posse Episcopum transferre *Jejunium* in Sabbatum præcedens, ne violetur Jejunium, tradit quidem Gavant: Tom. 2. S. 7. c. 4. n. 23. ex Diana 3. P. Tr. Miscellan. Resol. 69. & alijs, quos citat, ac sequitur P. Claud: La Croix. Tom 3. L. 3. P. 2. n. 1273. & Tom. 7. n. 2082. favétque Laymann lib. 4. Tom. 8. cap. 3. in fine censens, si *Vigiliæ S. Mathiæ* incidat in Feriam II. vel III. Quinquagesimæ, justam fore causam, ut Episcopus tale Jejunium in præcedens Sabbatum transferat, si animadver-

tat, homines ejus loci ità comparatos, & ad Intemperantiam ijs diebus proclives, ut plurimi, nisi dicta Commutatio fiat, Jejunium sint violaturi, etiam cum Carnium esu ac Scandalo; atque etiam suas pro hac sententia adducens rationes: ob quas etiam in Diœcesi non una pluries, saltem antehac, est practicata ex Statutis Diœcesanis, ùt videre est apud cit. La Croix. Similis Jejunij à Fer. III. Quinquagesimæ ad præcedens Sabbatum dispensatoriæ Anticipationis Exemplum annô 1694. (quô Festum S. Mathiæ incidit in Feriam IV. Ciner.) habuimus equidem in nostra quoque Brixin: Diœcesi; Verùm, quia eôdem annô 1694. 23. Jan: & 1699. 11. Jul. ità volente jubente Pont: Innoc. XII. Romæ emanavit Decretum S. R. C. mandans, ut, *Si Vigilia S. Mathiæ occurrerit ultimâ Die Bacchanalium, observetur eâdem Die Jejunium, non verò anticipetur*, ideo 1700. simili incidente casu Mori ac Decreto utrique Romano proximè allegato etiam nostra se se accommodavit Diœcesis Brixinensis utì & deinceps. Quid verò alibi tunc practicatum fuerit, non memini: nullum quoque legi, qui concedat locum esse simili *Jejunij* Translationi, si Festum S. Mathiæ incidat in Feriam VI. ante Quinquages: utì incidit 1702. *Vide Franciscum Monacelli Formular. legal. Pract. P. 2. Tit. 16. fol. 319.* ubi ità Scribit. Si

" Vigilia S. Mathiæ Apostoli
" tingat in ultima Die, *Carni*
" (vult dicere *Bacchanalium*)
" modô est transferenda, sed
" ea jejunium, ùt bis respondi
" Congregat. Rituum, nempe
" diebus 23. Januarij 1694. &
" Julij 1699. Unde caveas à
" na, quem refert, & sequitur
" vantus *Man. Episcopor. in Verb.*
" nium *in Addit*: tenentes, Ep
" pum posse dictam S. Mathiæ
" liam, in ultima Die Bacchan
" occurrentem, transferre in S
" tum præcedens. Dictum Dec
" est impressum in Bullario
" centii XII. in Ordine 91.
" *Franc. Monacelli.*

24. S. Mathiæ Apost: nisi
rit annus *Bissextilis*; si enim
annus *Bissextilis*, tunc quia Feb
rius est Dierum 29. *Vigilia* cum
nio transfertur in Diem hodier
seu 24. Februar: ùt herì dictum
observantur circa *Officium* &
ibi annotata: Festum autem S.
hiæ annô illô transfertur tam
quàm in *Choro* in Diem 25. Feb
in Martyrologio tam Annunti
Vigiliæ, quàm *Festi S. Mathiæ* tunc
riter transfertur ùt suprà, & in
bis dicitur *Sexto Calendas Martij*, id
pro die 24. & die 25. Littera verò
minicalis, Mense Januario ea
assumpta, mutatur deinceps in
cedentem, modô in Calendario
mano, Breviarijs præfixo, ad
Men-

Mensis Februarij declarato. Officium autem particulare alicujus Diœcesis vel Religionis 25. Febr: alioquin occurrens, transferendum tunc est (nempe annô Bissextili) ad primam Diem non impeditam, nisi fuerit ex solemnioribus 1. Classis; huic enim cedere deberet S. Mathias, utpote tantùm 2. Classis. Ita declaratum ajunt à S. R. C. 1680. 7. Dec. His præmissis

Officium de Sancto Mathia Apost: *in* Ecclesia universali fit Ritu *dupl:* 2. Classis, dicendo omnia ùt in *Communi* Apostolor: & propr: locô, cum 9. Lect: de Homil: & Comem: Feriæ curr: si veniat in Quadragesˢ: *in Laudibus*, & *Missa* (quæ est propria) & in ea *Gloria* Tract: & *Credo*. Præf: de Apost: ac in fine Evang: de Fer: si veniat in Quadragesˢ: In 2. Vesperis (quæ, excepta Oratione propria, dicuntur ùt in Communi Apostolor: in II. Vesperis) fit pariter Commemorat: de Fer: currente, si in Quadragesˢ: incidat hoc Festum, aut de Dominica sequente, si veniat in Sabbato. *Col. Rub.*

Si veniat hoc Festum in *Feria IV. Ciner:* aut in *Dominica I. Quadragesimæ* (quarum utraque ex Dictis est privilegiata contra quodcumque Festum) transferri id debet quoad *Officium* & *Missam* (non autem *in foro*) in sequentem Diem, nec ulla Missa de eo dici tunc potest, utì nec Missa *Votiva privata*, aut *Defunctorum* in die Cinerum. Quòd si intra aut extra Quadragesˢ: incidat hoc Festum in Dominicam aliam privilegiatam ex suprà enumeratis 2. Classis, tunc quidem, ubi S. Mathias non est *Patronus*, seu *Titularis Ecclesiæ*, ejus Festum pariter transfertur in sequentem Fer. II: faciendo in 1. Vesperis Festi Comem: de Dominica currente, reliquum verò *Officium* & *Missam* Feriâ illâ II. de eodem, ut suprà; at verò ubi est *Patronus propriæ Ecclesiæ*, adeoque *Duplex* 1. *Classis*, ibi fit de eo *Officium*, & *Missæ* eo ipso die (cum Commemoratione tamen Dominicæ in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non cum 9. de eadem Lectione in *Officio*, & ult: Evang: in *Missa*) ùt suprà, & insuper in ejusmodi Ecclesia celebratur hoc Festum cum *Octava*, quoties venit ante Quadrag: non tamen nisi usque ad *Feriam IV. Ciner*: exclusivè: nam si paulò ante Quadragesimam aliquod Festum venerit, & jam per aliquot Dies Officium factum sit de ejus *Octava*, adveniente Quadragesima nil ampliùs fit de Octava, nè quidem Commemoratio, ùt habet Rubr: Gen: Breviar: VII. n. 1. de quo plura suprà P. I. Fer. III. post Ciner: & ibidem, ac infrà ad Diem 17. Decembris, Lectiones autem dicendæ in 2. & 3. Nocturno *infra Octavam* hujus Festi (ubi, & quamdiu id celebratur *cum Octava*) petendæ sunt ex Octavario Romano, à fol. 135. illas assignante.

Quòd si Festum S. Mathiæ veniat in Quadragesima, in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis dicuntur 2. *Missæ Conventuales*, una post TERTIAM de FESTO sine Commemorat: Fer: curr: *Col. Rub.* altera de Feria post NONAM *Col. Viol.* Oratio 2. *à Cunctis.* 3. pro viv: & def: & in fine utriusque dic: Evang. S. Joan. *Missæ autem privatæ* dic: de Festo, cum Commemorat: & ult: Evangel. de Feria curr: aliisque ùt suprà. *Col. Rub.*

25. Si fuerit annus Bissextilis, tunc ex Præcepto Alex. III. *c.* 14. de verbor. signif. VIGILIA S. MATHIÆ transfertur in diem 24. Festum verò illius in diem 25. Februarij, modò paulò antè die 23. & 24. hujus ejusdem Mensis declaratò; ubi etiam, quid observandum circa *Vigiliam* & celebrationem hujus *Festi*, quando id cadit in *Feriam IV. Cinerum &c*: licèt autem in ultimo hoc casu in *Choro* (id est, quoad *Officium*, & *Mis*- transferatur in diem 25. Febru- adeoque à Feria IV. Cinerum Feriam V. post Cineres; in Fe- men (id est quoad *obligationem diendi sacrum*, & *abstinendi ab servili*) non transfertur, sed ipsi Cinerum est observandum: n quoque tunc affixa manet suæ nempe 23. Februarij, seu Feria post Quinquagesimam; quia est causa hanc transferendi; po que ab ea separari *Jejunium*, per quendo, ac in suprà dictorum Sententia etiam ad Sabbatum cedens interveniente auctorita- dinarij anticipari ex causa rati bili, ùt in simili tradit Gavan: T 2. Sect. 3. *c.* 7. *n.* 3. patétque in Vigi Nativitatis Domini, cùm occu in Dominica. At vide dicta lat riùs. *pag.* 14.



TITU-

TITULUS III.

Singularia Festorum Mensis Martij, qui habet dies XXXI.

ANte Quadragesimam *primâ Die* hujus Mensis non impeditâ Festo 9. Lectionum (alioquin alia sequenti similiter non impeditâ) dicitur in Choro post Officium diei *Officium Defunctorum*, id est Vesperæ post Vesperas diei præcedentis, & Matutinum post Laudes diei occurrentis (nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum) ùt pluribus alibi declaratur. Per totam verò Quadragesimam (præterquam in majore hebdomada) quavis *Feriâ secundâ*, non impeditâ Festo 9. Lectionum, dicitur modô prædictiô Officium Defunctorum, nempe Vesperæ post Vesperas diei præcedentis, Matutinũ, & Laudes autem post Laudes diei, seu Feriæ II. currentis. Quavis præterea *Feriâ IV.* non impeditâ Festo 9. Lection: usque ad majorem hebdomad: exclusivè dicuntur in Choro ante Matutinum *Psalmi Graduales* cum *Precibus*, & *Orationibus*, uti notantur post Officium Defunctorum in Brev: Romano. Ac denique quavis *Feriâ VI.* non impeditâ Festo 9. Lectionun usque ad eandem maiorem Hebdomadem exclusivè, dicuntur in Choro (post dictum ad Laudes diei *Benedicamus Domino*) Psalmi Pœnitentiales cum Litanijs, & Precibus annexis, & quidem flexis genibus, uti in Brev: Rom: habentur.

Quando verò in Quadragesima fit de *aliquo Festo*, intellige 9. *Lectionum* [nam *de Festo simplici* tunc occurrente fit in Officio solummodo Commemoratio sine aliqua de illo Lectione, etiamsi propriam alioquin habeat] tunc in *Ecclesijs Cathedralibus* & *Collegiatis* dicuntur 2. Missæ *Principales*, seu *Conventuales*: una post TERTIAM de *Festo*, in Colore Festo conveniente: Altera post NONAM de *Feria*, in Colore Violaceo. In priori, si sit *Festum Duplex*, nulla fit Commemoratio, nisi Festi simplicis, si quod die illo occurrat; si verò sit *Festum Semiduplex*, 2. Oratio erit de Festo simplici occurrente. 3. verò usque ad Dominicam Passionis exclusivè *à Cunctis*; vel, si non occurrat *Festum Simplex*, Oratio 2. usque ad Tempus Passionis erit *à Cunctis*. 3. pro Vivis, & Defunctis *Omnipotens sempiterne DEus &c*, sine Commemoratione de Feria. In posteriore usque ad Dominicam Passionis Oratio 2. est *à Cunctis*. 3. *Omnipotens sempiterne DEus &c.* uti notantur Feriâ IV.

Ci-

Cinerum, dicitúrque post ultimam Postcomunionem dicto *Humiliate &c.* etiam Oratio super Populum, ùt ibi; à Dominica Passionis verò in Missa Conventuali de Festo, si sit *Duplex*, & non occurrat *Festum simplex*, dicitur una tantùm Oratio, si verò in eo occurrat *Festum simplex*, fit hujus solius in ea Missa Commemoratio, si autem sit *Festum Semiduplex* in Missa Conventuali *de Festo Semiduplici* 2. Oratio est de *Festo simplici* occurrente. 3. *Ecclesiæ &c.* vel pro Papa. Quòdsi non occurrat *Festum simplex* 2. Oratio in tali Missa erit vel *Ecclesiæ &c*, vel pro Papa tantùm: non enim tunc dicetur. 3. Oratio. *Arnaud. Tr. 1. P. 1. Tit. 9. n. 4. &* 5. In Missa autem Conventuali *de Feria* Tempore Passionis Oratio 2. semper est *Ecclesiæ*, vel pro Papa tantùm, sine Commemorat: de *Festo*, etiam *Simplici* occurrente. In Missa Convent: de *Festo* dic: *Gloria*, &, si qualitas Missæ requirat, etiam *Credo*, necnon post Gradurale [omissô *Alleluja* & Versu sequente &c] Tractus. Missa verò Convent: de *Feria* dic: ubi notatur, sine *Gloria* & *Credo*, ac in ejus fine: *Benedicamus*. In utraque usque ad Dominicam Passionis dicitur Præfatio Quadragesimalis: *Qui Corporali Jejunio &c:* à Dominica Passionis verò Præfatio de Cruce: nisi Missa Festiva propriam habeat: In fine etiam utriusque Missæ Conventualis dic: Evangelium S. Joan: Missæ autem privatæ in Quadrag: [nisi, quando fi per leges Rubricarum, dicatur *Votiva*, vel de *Requiem*] in Fe Lectionum dicuntur de Festo 9. occurrente, cum Commemora Feriæ occurrentis, ejúsque Eva in fine, prout notatur suis Quòd si locô *Missæ Festivæ*, aut *lis*, dicatur in Quadragesima de concessis *Missa Votiva*, dici deb illa Psalmus: *Judica*, item *Patri* ad Introitum, & ad Psal *Lavabo* etiam Tempore Passionis que etiam in Missa Votiva de Passione: In omnibus quoqu sis votivis, quæ dicuntur à Se gesima usque ad Pascha, post duale omissô *Alleluja*, & Versu seq te semper dicitur Tractus. In dem *Missis Votivis*, nisi propriam beant, dicitur Præf: Quadragesim usque ad Dominicam Passionis Dominica autem Passionis usq Sabbatum Sanctum Præfatio de ce: porrò in fine illarum, quæ que tempore dicantur, semper tur Evangel. S. Joan. Ad Om nes Missarum Votivarum quæc net, usque ad Dominicam Pas nis Oratio 2. est de Feria occur te. 3. de Simplici, si quod occu aut, si nullum occurrat, à Con à Dominica Passionis verò 2. de Feria, 3. de simplici ocurrente, si nullum occurrat, *Ecclesiæ*, vel Papa. Excipitur Votiva de B. V. qua 2. oratio est de Officio diei oc-

rentis. 3. autem (nisi occurrat Simplex) etiam Tempore Passionis est de Spiritu Sancto, ùt notat Gavant. *Tom. 1. P. 1. Tit. 9. ad n. 15.* In Votivis quoque de Ss. Apost Petro & Paulo non dicitur *à Cunctis*, quando hæc alioquin in alijs Missis est dicenda, sed ejus locò oratio *Concede*, de quo, utì & alijs circa Missas Votivas observandis, dicetur ex instituto infrà *P. III. Tit. de Missis Votivis. Quòd* autem in votivis etiam *Tempore Passionis* (esto dicantur de *Cruce*, aut *Passione*) dicendæ sint *tres Orationes*, aut etiâ plures, si lubet, modò impares, non autem tantùm *duæ*, uti in Missis, quæ tunc dicuntur de *Temp.* tradit Ex Gav: & Arn. Gerlac: P. 1. Tit. 9. §. 8. &c. Et Ratio est, quia non sunt Missæ de *Tempore*, sed *Votivæ*. Vide Lohner: Instr. 1. P. 2. Tit. 11. n. 7.

3. Si hodie factum fuerit de Feria, & cras non occurrat *Dominica*, vel *Dies Cinerum*, Vesperæ erunt de seq: cum Commemoratione Feriæ (si veniat in Quadragesima) & S. Lucij Pap: ac ac Mart: [alioqui solius S. Lucij] eique subjunguntur Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctorum &c. *Col. Alb.*

4. S. Casimiri Reg: ac Conf. semid. *Col. Alb.* Offic: de Communi Conf: non Pontific. Lectio I. Noct: si veniat ante Quadrag: de Script: occurrente : si autem veniat in Quadragesi: *Justus si morte &c.* II. Nocturni propriæ. III. *Sint lumbi.* 9. Lectio [si veniat in Quadragesima] de homil: *Feriæ Currentis*, cum ejus Commemoratione in Vesperis, Laudibus, ac Missa, utì & S. Lucij in 1. Vesperis, Laudibus, ac eadem Missa. Oratio propria. Missa *Os justi &c.*, de Commun: Conf: non Pontif: cum *Gloria*, & Tractu, attamen sine *Credo*. Oratio 2. de S. Lucio, ùt ibi. 3. *à Cunctis*, si veniat extra Quadrag: at verò in Quadrag: Oratio 2. de Fer. curr. 3. de S. Lucio. Præf: Communis, si veniat ante Quadrag: si autem in Quadragesima, Præfatio Quadragesimalis, cum ult: Evangel: de Feria Quadragesimali. In Ecclesijs autem Cathedralibus, & Collegiatis dicuntur tunc 2. Missæ Conventuales : una post Tertiam de *Festo*, cum Commemorat: de S. Lucio [non item de Feria] ac 3. Oratione *à Cunctis*. Altera de Feria post Nonam, in qua Orat. 2. *à Cunctis*. 3. *Omnipotens sempiterne DEUS*. In utraque Præfatio Quadragesimalis, & in fine utriusque Evangel. S. Joan. &c, modò superiùs post Initium hujus Mensis descriptò. Si S. Casimirus occurrat in Feria II. post Dominicam II. Quadragesi: tunc Postcommunio pro S. Lucio sumi debet ex Missa : *Statuit*, de Communi Unius Mart. Pont. ne scil. coincidat cum Postcommunione de Feria curr: de qua fit 1. Commemoratio. *Gav. Tom. 1. P. 1. Tit. 7. n. 8. lit. Q. circa fin.* In 2. Vesperis fit Commemorat: de Fer: si

si veniat in Quadragesimam. *Col. Alb.* Si ob occurrentem Dominicam, aut Feriâ IV. Cinerum, transferatur hoc Festum, in Hymno: *Iste Confessor* mutatur 3. Versus, nisi immediatè celebretur post Fer. IV. Cinerum: tunc enim probabiliùs non mutatur, non modò in 1. Vesperis, sed etiam ad Matutinum, & 2. Vesperas, ob Rationes alibi afferendas. Commemoratio autem de S. Lucio in Officio ac Missa nunquá transfertur in aliam Diem. Oratio 2. verò in *Missa* S. Casimiri tunc extra Quadragesimam est *à Cunctis*. 3. ad Libitum; in Quadragesima autem 2. de Fer. 3. *à Cunct.*

7. S. Thomæ de Aquino Conf: & Eccles: Doctor. dupl. min. *Col. Alb.* Antiphona ad *Magnificat* in utrisque Vesperis: *O Doctor optime &c.* Lect: I. Noctur: *Sapientiam omnium antiquorum &c*, ùt in Communi Doctor. II. Noct: propriæ III. Noct: de eodem Communi Doctor: cum 9. Lectione de Homil: Fer: currentis [si veniat in Quadragesimam:] ejusdémque prima Commemorat: in Vesperis, Laudibus, ac Missa. Responsorium 8. de Doctorib: *In medio Ecclesiæ &c.* Oratio propria. In 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa fit in Ecclesia Universali etiam Commemoratio [post Commemorationem de Feria Quadragesimali] de Ss. Perpetua, & Felicitate MM. Reliqua ùt in Comun: Conf: non Pontif.

Missa, utì notatur in loc: cum *Glor: Tract: Credo*, Commemoratione de Feria [si veniat in Quadrage... ac Ss. Perpet: & Felicit. ut ibi. Præ... Quadragesimalis, si veniat in Q... dragesima [alioqui Communis] ult. Evangel. de Feria Quadrag... mali. At verò in Eccles: Cathe... libus & Collegiatis dicuntur tunc Missæ Conventuales ad eum m... dum, quô dictum in Festo S. C... miri 4. hujus. Quòd si Festum Thomæ Aquin: incidat in Fer... post Dominicam III. Quadrages... [utì incidit 1695.] tunc Post... munio de Ss. Perpetua, & Feli... te [propè coincidens cum Post... munione Feriæ, de qua 1. loc... in eadem Missa Commemora... sumenda est ex Missa *Dilexiſti*, ... Commun: Virg: tantùm, juxta ea... quæ tradit Gav: locô suprà cit... diem 4. Martij. Si transferatur hoc Festum, non propterea transit... etiam Commemoratio Festi Sim... cis hodie occurrentis; Mutatur ... men tunc tertius Versus in Hym... *Iste Confessor*. In 2. Vesperis fit Co... memoratio Festi sequentis [nisi ... incidat in Dominicam, aut in Feri... IV. Cinerum, ac propterea fit tra... ferendum] item Feriæ currentis ... veniat in Quadragesima. *Col. Alb.*

8. S. Joannis de DEO Co... non Pontif: ac Ordinis Fratrum Ho... spitalitatis Fundatoris. Semid. C... *Alb:* Officium [jussu Ss. D. N. Cle... mentis XI. de anno 1714. 4. Ma... deinceps ab omnibus Christi Fideli... hu...

bus, qui ad Horas Canonic: tenentur, sub dicto Ritu recitandum hac die &c.] dicetur ùt in Commun: Confessor: non Pontif: excepta Oratione, quæ est propria, & Lectionibus, quæ in I. Noct: sunt : *Beatus vir &c.* de Libro Ecclesiastici, ùt in Commun: Conf: non Pontif: 2. locô. In II. propriæ. In III. Noct: utì notantur in locô, súntque desumptæ ex Homilia S. Joan: Chrysostomi in Evang. Dominicæ 17. post Pentec: *Accesserunt ad JESUM Pharisæi &c.* Quòdsi autem venerit in Quadragesima, tunc 9. Lectio dicitur de Homilia Feriæ occurrentis, & fit de eadem tam in *Officio*, quàm in Missis privatis Commemoratio; In Ecclesijs autem Cathedralibus, & Collegiatis tunc observandum, quod suprà die 4. hujus, quoad *Missas Conventuales*. Est autem Missa hujus Festi : *Os Justi &c.*, exceptô 1. Evangeliô, quod sumitur ex Dominica 17. post Pentec. Dic: in ea Glor: fine *Cred:* cum tractu. In Quadragesi: Oratio 2. est de Fer: curr: 3. *à Cunctis*, necnon Præf: Quadragesi: & in fine Evangel: Feriæ curr: extra Quadragesi: verò Oratio 2. *à Cunctis.* 3. ad Libit. Præf. Commun. *Col. Alb.* Vesperæ de sequenti, cum Commemoratione Præcedentis, & Feriæ, si veniat in Quadrag. *Col: Alb.*

9. S. Franciscæ Romanæ, Viduæ. Dupl. min. *Col. Alb.* Offic: de Communi nec Virg. nec Mart. Oratio propria. Lectio I. Noct: *Mulierem Fortem &c.* II. propriæ. III. *Simile est Regnum Cœlorum thesauro &c.* 9. Lectio dicitur de Homil: Feriæ occurrentis, & de eadem fit Commemoratio in Vesperis, Laudibus, ac Missa, ùt in Proprio de Temp.

Missa : *Cognovi*, de Communi nec Virg: nec Mart: [in Recentioribus Missal: extans in Ordine] cum *Gloria* & Tractu post Graduale, sine *Credo.* Oratio 1. propr. Commemoratio de Feria. Præfatio Quadragesimalis, si veniat ante Dominicam Passionis; si verò post illam [utì 1693.] tunc Præf: de S. Cruce. In fine Evangel: de Feria curr: at verò in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis dicuntur hodie, aut si ob occurrentem Dominicam, vel diem Cinerum transferatur hoc Festum, die illo, quo celebratur, duæ Missæ Conventuales, modô suprà post initium hujus Mensis descriptô.

In 2. Vesperis fit Commemoratio de Festo sequenti, nisì id transferatur ob occurrentem Dominicam, aut Feriam IV. Cinerum.

10. Ss. Quadraginta Martyrum. Semidupl. *Col. Rub.* Offic: de Communi plur: Mart. Oratio & Lectiones omnes, ùt in proprio loco. 9. Lectio de Homil: Feriæ, ejusdémque Commemoratio in Vesperis, Laudibus, ac Missa, quæ dicitur, utì notatur in Missali, cum *Gloria* & Tractu post Graduale, sine *Credo.* Oratio 2. Fer: curr: 3. *à Cunctis*, si veniat

niat ante Dominicam Passionis; si verò post Dominicam Passionis, tunc 3. Oratio est *Ecclesiæ*, vel pro Papa; nam in *Festis semiduplicibus* [utì & in *Missis Votivis*] dicuntur 3. Orationes etiam *Tempore Passionis*, utì videre est apud Gavant: & Arnaud: Tr. 1. P. 1. Tit. 9. n. 3. [cum aliqua tamen exceptione quoad Eccles: Cathedral: & Collegiat: de quâ suprà, ac rursum paulò pòst] esto in *Missis de Tempore* dicantur tunc tantùm duæ, etiam occurrente *Festo simplici* in aliqua Feria illius Temporis, nisì fortè alicubi 2. Simplicia simul occurrant, aut ex Præscripto Superioris dicenda sit Oratio: *DFUS Refugium*, vel similis; tunc enim, quia propter talem Orationem aliquam supernumerariam, non est omittenda aliqua ex Orationibus, quas Rubricæ Missalis 2. aut 3. locô præscribunt, & alias in earum locum sufficere non licet [ùt monet Arnaud: P. 1. Tit. 9. n. 7.] per accidens dicentur Tres. Præfat. Quadragesimalis, si veniat ante Dominicam Passionis; si verò post illam, tunc Præfat: de Cruce. In fin. Evangel: de Fer: curr: Quòdsi hoc Festum incidat in Fer: V. post Cineres, tunc *Oratio Secreta* 2. in Missa hujus Festi sumenda est ex Feria VI. mox subsequente. Gav. *Tom.* 1. *P.* 1. *Tit.* 7. *n.* 8. *lit. Q. circa fin.* Si idem Festum incidat in Feriam III. Hebdomadæ I. in Quadragesima, tunc *Postcommunio* 2. pro Feria currente accipi debet in Missa Festi ex Feria IV. seque[...] Gav. ibid. ob rationis paritatem.

In *Ecclesijs Cathedralibus* & C[...] *giatis* cantantur quoque in hoc F[...] [etiam cùm transfertur] duæ [...] sæ Conventuales modô superiùs [...] initium hujus Mensis descripto[...] ter tamen ante, & aliter post [...] minicam Passionis, ùt ibi: nam [...] Dominicam Passionis in utraq[...] cuntur tantùm duæ Orationes, [...] pe secunda *Ecclesiæ*, vel pro P[...] *Gav. Tom.* 1. *P.* 4. *Tit.* 15. *n.* 6. [...] dicantur in *Missis* privatis de F[...] *mid:* utì & in *Votivis*, etiam illo T[...] Arnaud. suprà cit. VESPERÆ, nisi [...] occurrat *Dominica*, aut *Festum* 9. [...] *ction:* dicuntur integræ de Comm[...] plur. Mart. ùt ibi in 2. Vesperis, cu[...] Commemorat: Feriæ occurr. Col. [...]

12. S. GREGORII MAG. P[...] Conf. & Eccles: Doct. Dupl. [...] *Col. Alb.* OFFIC: de Communi C[...] Pont. Antiphona ad *Magnificat* [...] utrisque Vesperis: *O Doctor* [...] Oratio propria. Lect. I. Noct: [...] *tiam omnium Antiquor:* de Com[...] Doct. II. & III. Noct: propriæ. [...] sponsor. 8. *in Medio Ecclesiæ &c*, cu[...] Lect: de Homil: Feriæ curr: [...] démque Commemoratione in u[...] que Vesperis, ac Laudibus.

MISSA, utì notatur in Pro[...] Sanctor: cum *Glor: Cred:* Tractu [p[...] Graduale] ac Commemoratione F[...] riæ curr. Quòdsi ex mandato Su[...] rioris dicenda alicubi sit hodie [...]

ratio pro Gratiarum actione [exstans in fine Missæ Votivæ de S^{ma}. Trinitate] dicenda illa est in Missis privatis tertiò locô, non autem sub una conclusione cum prima, ut contra Quarti tenent, ac ex Gav: probant Arnaudus *Tr.* 1. P. 1. *Tit.* 9. *n.* 8. & Lohner *Instr.* 1. P. 2. *Tit.* 11. *n.* 5. Præfat: Quadrages: si veniat ante Dominicam Passionis; si autem post illam, de S. Cruce. *In fin:* Evang: Fer. *Col. Alb.*

In Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis cantantur etiam in hoc Festo 2. *Missæ Conv.* modô suprà post initium hujus Mensis descriptô.

In 2. *Vesperis* fit Commemoratio Feriæ curr: aut, si hodie sit dies Sabbati, Dominicæ subsequentis. *Col. Alb.*

Ubi S. Gregor: M. est *Patronus Ecclesiæ*, fit de eo ad eum modum, quô infrà 19. Mart. dicetur.

17. S. Patritii Episc: Conf. Semid. *Col. Alb.* Offic: de Communi Conf. Pont. Oratio propr. Lect. I. Noct. *Fidelis sermo &c*, de eod. Communi. II. Noct: propr. III. Noct: *Homo peregrè proficiscens*, ùt in dicto Communi Conf. Pont. 9. Lectio de Homilia Feria occurr: ejusdémque Commemorat: in utrisque Vesperis, ac Laudibus, si celebretur in Quadrag.

Missa: *Statuit*, de Communi Conf. Pont. cum *Glor:* & Tractu [post Graduale] sine *Cred.* Orat. 2. de Fer. 3. *Cunctis* si veniat ante Dominicam Passionis; si verò post illam 3. Oratio erit *Ecclesiæ*, vel pro Pap: ùt suprà 10. hujus. Præfat: Quadragesimalis si veniat ante Dominicam Passionis; at verò post illam de S. Cruce. In fin. Evang. Fer. *Col. Alb.*

In Eccles. Cathedr: & Collegiat: verò dicuntur in hoc Festo, si celebretur in Quadragesima, 2. Missæ Conventuales modô suprà post initium hujus Mensis, ac 10. Martij descriptô.

Si autem hoc, aut aliud ex sequentibus Festis 9. Lectionum veniat infra majorem Hebdomadem, aut Octavam Paschæ, transfertur post Octavam, ac postea primùm juxta Rubric: *de Translat. Festor.* fit de eo Ritu Paschali, h. e. descriptô in Rubricâ, Festo Annuntiationis B. V. nec non Communi plurim. Martyrum in Breviario, ac Missali Romano præfixâ, dicendo scilicet in *Officio* tres Psalmos cujuslibet Nocturni sub prima tantùm Antiphona illius Nocturni [servato Ritu duplici vel semiduplici, pro Qualitate Festi] ac in fine recitationis Antiphonarũ, Versuum, & Responsoriorum addendo *Alleluja* [nisi jam adsit] illúdque duplicando in Responsorijs brevibus, ad eum modum, quô in Dominica in Albis; præterea in *Semiduplicibus* [exceptis diebus infra aliquam Octavam occurrentibus, etiamsi Officium non fiat de Octava] faciendo Commemorationẽ de Cruce in Laudibus & Vesperis per Antiphonam, Versum, & Orationem annotatam Fe-

riâ II. post Dominicam in Albis. In *Missa* verò in fine INTROITUS ante Psalmum dicendo duo *Alleluja*, & in fine OFFERTORII, & COMMUNIONIS unum *Alleluja*, nisi jam adsit; omissóque post Epistolam Graduali recitando duos Versus cum 4. *Alleluja* [uti post Epistolam Sabbati in Albis notatur, ac suis locis ponitur] nec non Præfationem Paschalem, nisi Missa, quæ dicitur, propriam habeat; ac denique hæc omnia observando totô illô Tempore, quod est inter Pascha, & Pentecosten, etiam in alijs FestisB. M.V.necnon *Ss. Pontificum, Confessorum, Virginum, non Virginum, Dedicationis Ecclesiæ*, & aliorum, pro quibus non datur *particulare Officium* pro Tempore Paschali, uti & in *Missis Votivis*; At verò de *Ss. Martyribus* [seu *Uno* seu *Pluribus*] dicendo *Officium*, & *Missam*, prout vel *propriô suô locô*, vel in *Communi Martyrum Tempore Paschali* notantur. Vide dicta P. I. Feria II. post Dominicam in Albis.

VESPERÆ, si cras non fiat *de Festo 9. Lectionum*, aut de *Dominica*, integræ dicuntur de S. Patritio, uti in Comuni Confess. Pontif: cum Commemorat: Feriæ current: si celebretur in Quadrag: *Col. Alb.* Ubi verò 18. Martij de licentia Sedis Apostolicæ celebratur Festum S. GABRIELIS Archangeli, ibi Vesperæ integræ de hoc dicuntur, cum Commemoratione S. Patritij, & Feriæ curr. *Col. Alb.*

18. Quibusdam in locis, & nominatim in Hispania, celebratur die ex Indulto Sedis Apostolicæ festum S. Gabrielis Archangeli [de verò, ut infrà dicetur, 24. hujus] Ritu dupl: majore, prout notatur fine quorumdam Breviariorum hunc diem. Si id celebretur in Quadragesima, fit Commemoratio, dicitur 9. Lectio de Feria occurrens & tunc conveniens esse, ut 9. Lect. Festi jungatur Lectioni Octavæ eadem, adeoque ex duabus fiat monet Pisartus in *Dir: Can: Reform. ad Tit. 26. Rubr: Gen:* Sed si veneri aliqua Dominicarum Quadragmæ, tunc juxta Rubricam extant in fine Missæ transfertur in Feriam V. sequentem, nisi Dominica illa *Dominica in Palmis*; nam si venerit in Dominica Palmarum, aut in majori Hebdomade, transfertur post Octavam Paschæ, post Festum Annuntiationis, juxta eandem Rubricam; dicendo tum tres Psalmos ex juslibet Nocturni sub prima Antiphona illius Nocturni, ac adhibendo Invitatorio, Antiphonis, Versibus, Responsorijs brevibus, eorúmque Versiculis &c in fine *Alleluja*, ut supra *Col. Alb.*

MISSA dicitur, prout notatur in fine Missalis ad 18. Martij cum Gl. & *Cred:* necnon Commemoratione Feriæ, si celebretur in Quadragesima, ejusdémque Evangelio in fine Missæ, ac Præfatione de Tempore

nem-

nempe vel Quadragesimali, vel Passionis. Si transferatur post Pascha, dic: eadem Missa, sed Ritu Paschali [de quo die præcedente] & cum Præfatione Paschali. *Col. Alb.* Si celebretur in Quadragesima: tunc in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis dicuntur 2. Missæ Conventuales, ùt suprà 10. hujus.

Vesperæ dicuntur Regulariter de S. Joseph, Confess: sub Ritu duplici 2. Classis, cum Commemoratione S. Gabrielis, & [si celebretur hodiernum Festum in Quadragesima] Feriæ currentis, omnia dicendo, ut in propr: notantur loco in novo hujus Sancti Officio, recentissimè à Ss. D. N. Clemente XI. novis Antiphonis, Versibus, Lectionibus primi Nocturni, Responsorijs, & Capitulis, nec non proprio Invitatorio de præcepto deinceps recitandis, donato. *Col. Alb.* Si Festum S. Josephi transferatur, tunc in 2. Vesperis S. Gabrielis omnia dicuntur, ùt in primis, & locò ultimi Psalmi Psalmus: *Confitebor tibi Domine, in toto Corde meo; quoniam &c.* Versus verò, & Antiphona ad *Magnificat*, ac Oratio, utì notantur in loco. *Col. Alb.*

19. S. Joseph, Sponsi B. M. V. & Conf. Dupl. 2. Classis atque etiam in Foro celebre in universali Ecclesia de mandato Gregor. XV. 1621. *Col. Alb.* Officium exceptis Psalmis [qui sumuntur de *Communi* Confessoris non Pontificis] dicitur prout modò notatur in proprio loco, cum proprio Invitatorio, necnon proprijs Antiphonis, Versibus, Lectionibus, Responsorijs, & Capitulis. Si celebretur in Quadragesima, tunc [ùt etiam observat Pisartus in Direct. Can: Reflex: 15. ad Tit. 26. Rubr.] ex Octava, & 9. Lectione convenienter fit una, nona autem Lectio tunc dicenda est de Homil. Feriæ occurrentis, ejusdémque faciendæ Commemoratio in Laudibus, ac utrisque Vesperis.

Missa propria, cum Glor: & Tractu post Graduale, nec non Commemoratione Feriæ curr: ejusdémque Evang. in fine, si celebretur in Quadrages. attamen sine *Credo*, nisi ubi est *Patronus loci* [utì ajunt esse Provinciarum, seu Ditionum Austriacarum, saltem alicubi, aut aliquarum] vel *Propriæ Ecclesiæ*. Præfatio de Tempore, scilicet vel Quadragesimali, vel Passionis, vel Paschali, prout hoc, vel illo celebratur; & siquidem celebretur post Octavam Paschæ, dicenda est Missa Ritu Paschali, ùt suprà 17. hujus. *Col. Alb.* Si celebretur hoc Festum in Quadragesima dicuntur in *Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis* duæ Missæ Conventuales, ùt suprà 10. hujus.

Si cadat idem hoc Festum in Dominicam Palmarum, aut aliquam trium subsequentium Feriarum maioris Hebdomadæ [prout in Feriam

IV. illius cecidit 1704.] tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam* transfertur ad Fer. III. post Dominicam in Albis, nec potest ulla Missa (ne quidem votiva solennis) Dominicâ illâ, aut Feriâ majoris Hebdomadæ de illo dici. Idémque est de sequentibus Festis, si incidant in quamcunque diem majoris Hebdomadæ, aut primum Triduum Paschæ. Tametsi autem transferatur in ejusmodi casu Festum S. Josephi *in Choro* post Octavam Paschæ, *in Foro* tamen (hoc est quoad *obligationem audiendi Missam*, & *abstinendi ab opere servili &c*) non transfertur, sed observandum est suo die: Quòdsi incidat in Dominicam Passionis, tunc quidem (etiam ibi, ubi est Patronus) non potest celebrari in illa Dominica in Choro, sed transferri debet *in Choro* in Diem proximam Festô 9. Lectionum, aliôve Officiô privilegiatô non impeditam, possunt tamen ibi, ubi est Titulus Ecclesiæ, vel concursus Populi ad celebrandum id Festum [par ratio est de sequentibus, aliisque hujusmodi Festis] Dominicâ illâ cantari duæ Missæ solennes, una de Die, altera de Festo, aut saltem in Missa principali de die fieri Commemoratio de Festo juxta Rubr. Gen. VI. Missal. apud Gav. modô alibi declaratô; & à fortiori id ipsum fieri poterit in aliis Dominicis Quadragesimæ anterioribus, quæ tantùm sunt 2. Classis; imò si in Dominicam ejusmodi 2. Classis, v. g. secundam, vel tertiam aut quartam Quadragesimæ, incidat Festum S. Josephi, potest, ac debet illud in Ecclesia propria, cujus S. Josephus est Patronus Titularis, omnino etiam quoad *Officium* & Missa sub Ritu dupl. 1. Classis celebrari ejusmodi Dominica majore 2. Classis cum Commemoratione Dominicæ in utrisque Vesperis, Laudibus, Missa, nec non cum 9. Lectione eâd. Dominica in *Officio*, & ultimo Evang: in Missa. Idem est de quocunque alio *Festo Patroni* seu *Tituli* propriæ *Ecclesiæ*, uti & *Dedicationis* ejusdem in Dominicis 2. Classis occurrens P. 1. dictum; cum Octava tamen festum etiam *Patroni*, aut *Dedicationis* propriæ Ecclesiæ, secluso speciali privilegio celebrare in Quadragesima non est concessum per Rubricas Tit. *de Octavis n.* 1.

Quòdsi *Festum S. Josephi* occurrat in *Feriâ V. majoris Hebdomadæ* [quod contigit 1693.] tunc ex Decreto S. Rit: Congr. de año 1692. 13. Septembris, *in Choro* quidem [h. e. quoad *Officij*, & *Missæ* de eo Recitationem] transferendum est juxta Rubr. post Octavam Paschæ; at verò quoad *Præceptum*, seu *obligationem audiendi Missam*, & *vacandi ab operibus servilibus* non est transferendum, sed observandum eâ ipsâ Feriâ V. majoris Hebdomadæ; accuratè tamen per Ordinarios Locorum tunc providendum ut eô die aliquæ quidem Missæ privatæ,

vatæ, ante celebrationem solitæ Missæ Conventualis pro Præcepti adimplemento celebrandæ, non desint, non tamen propterea antiquus mos Communionis Cleri in Missa solenni ejus diei, quo Ecclesia Ss. Eucharistiæ Sacramenti Institutionem, & Memoriam recolit, summa Religione hactenus retentus, ullatenus omittatur, utì habetur in eodem Decr.

Cæterùm, quando tam *Festum S. Josephi*, quàm *Annuntiationis B.M.V.* juxta Rubricas post Octavam Paschæ est transferendum (eò quòd unum in majori Hebdomade, alterum intra Octavam Paschatis occurrat) tunc rursum ex Decreto S.R.C. de anno 1692. priùs reponendum est Festum Annuntiationis, ùt infrà, quàm Festum S. Josephi, non obstante Decreto alio anteriore in contrarium de anno 1682. 13. Junij emanato, nec ea ratione, quòd Festum S. Josephi sit prius seu antiquius translatum, nisì (ut excipit Pisartus, infrà die 25. Martij ante fin: citandus) de S. Josepho ut Patrono fiat Officium 1. Classis. Verùm quid sentiendum de hac Exceptione ego existimem, ibidem aperiam.

In II. Vesperis S. Josephi (si celebretur die suo, & in Quadragesima) fit Commemoratio de S. Joachim (per Antiphon: Vers: ac Orationem propriam, ùt in Breviario) & de Feria currente. *Col. Alb.*

20. S. Joachim, Patris B.M.V. & Conf. Dupl. min. *Col. Alb.* Officium, ùt in Communi Conf. non Pont: ac propr. locô, ubi Oratio, Antiphona, ac Versus ad *Magnificat* in I. Vesperis, nec non ad *Benedictus* propr: assignantur. Lectiones I. Noct. *Beatus Vir &c.* de Communi Confess. non Pontif. 2. locô. II. & III. Noct. propriæ. Si celebretur in Quadragesima, tunc ex Octava, & nona Lectione Festi, convenienter juxta Gav: & alios, fit una (cùm in ea, ut notat Arnaud, contineatur sumum S. Joachim Privilegium) nona autem Lectio tunc dicenda de homilia Feriæ currentis, ejusdémque facienda Commemoratio in Laudibus, ac utrisque Vesperis.

Missa propria, cum *Glor:* & Tractu post Graduale (si celebretur in Quadrages.) attamen sine *Credo*, nisì in propr. Ecclesia. *Initium S. Evangelij Secundùm Matthæum.* Commemoratio Feriæ occurrentis, cum ultimo de ead. Evangelio, si veniat in Quadrages. Præfatio de Tempore, scilicet vel Quadragesimali, vel de Passione, id est, de Cruce, si celebretur intra illud Tempus, vel denique Paschalis, si celebretur post Pascha, & tunc dicenda est Missa *Ritu Paschali*, ùt suprà 17. hujus. *Col. Alb.* Quòdsi celebretur hoc Festum in Quadragesima, dicuntur in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis. 2. *Missæ Conventuales*, ùt suprà 10. hujus. Ubi S. Joa-

Joachim est Patronus propriæ Ecclesiæ, procedendum est, ut die præced.

In II. *Vesperis* (quæ usque ad Capitulum sunt de S. Joachimo) omnia dicuntur de Communi Confess: non Pont: sed à Capitulo de S. Benedicto Abbate, cum Commemoratione S. Joachim (per Antiphon: & Vers: de eod. Communi) ac Feriæ occurr: si celebretur in Quadragesimo. Oratio de S. Benedicto: *Intercessio nos &c*, de Commun. Abbat. *Col. Alb.*

21. S. Benedicti Abbat. Dupl. min. *Col. Alb.* Officium de Communi Conf. non Pontif. Lectiones I. & II. Nocturni propriæ. III. Noct. *Ecce nos reliquimus omnia*, uti in Commun: Abbatum. Nona Lectio de Homilia Feriæ occurrentis, ejusdémque Commemoratio in Vesperis, Laudibus, ac Missa, si celebretur in Quadragesima.

Missa: *Os Justi &c*, de Communi Abbatum cum *Gloria* & Tractu (post Graduale) nec non Commemoratione de Fer: occurrente, si celebretur in Quadragesimo: attamen sine *Credo*, nisi ubi est Patronus Ecclesiæ, vel Ordinis. Præfatio, & reliqua, ut herì. *Col. Alb.* Si celebretur in Quadragesimo: in *Eccles: Cathedr:* & *Collegiat:* dicuntur 2. Missæ Conventuales (ut suprà 10. hujus) & in 2. Vesperis fit Commemoratio Feriæ occurrentis. *Col. Alb.*

Ubi S. Benedictus est aut *Titularis Ecclesiæ*, aut *Ordinis Patronus*, celebratur sub Ritu dup. 1. Classis, etiam cùm incidit in Dominicam majorem 2. Classis, & quidem à Religiosis dinis S. Benedicti etiam tunc *Octava*, quando celebratur in Quadragesima, vi specialis Privileg quô celeberrimus hic Ordo gaud Teste Georgio Geisser apud P. G bat Tom. 1. P. 1. Tr. 5. n. 658.

23. Ubi ex Indulto Sedis Ap stolicæ Cras celebratur Festum Gabrielis Archangeli, ibi hodie cuntur de eo Vesperæ sub Ritu du majore, cum Commemoratione currentis, siquidem celebretur Quadragesima, & non post Octav Paschæ transferatur. *Col. Alb.*

24. Cùm Augustiss: Leopold
" Imperator electus suis litteris, San
" ctissimo Domino nostro porrexi
" & per eundem ad Sac. Rit. Cong
" remissis supplicâsset, ut Festum
" Archang. Gabrielis (sub cujus T
" telam ex singulari sua in eum D
" votione militares Copias cont
" immanissimum turcarum Tyra
" num transmissas se subdidisse
" serunt) sicut in quibusdam Provi
" cijs, & à Franciscana Familia co
" Officio & Missa sub Ritu dupl
" majore celebratur, ità pariter
" Romano Imperio, & Regnis,
" Provincijs suis hæreditarijs
" omnibus utriusque Sexus Chri
" Fidelibus tam Sæcularibus, quam
" Regularibus, qui ad Horas Can
" nicas

" nicas tenentur, hujusmodi Festum " cum ijsdem Officio, & Missa, ac " sub eodem Ritu duplici majori ce- " lebrari possit, & valeat, eadem " Sac. Congregatio pijs precibus Ma- " jestatis Cæsareæ benignè inclinata, " gratiàm desuper petitam indulsit, " atque concessit die 17. Junij 1684. ùt ex Decreto à Sac: Rit: Congr. his ijsdem ferè Verbis concepto, ac dicto die, & anno emanato constat: quia autem permittit Decretum, Officiô, & Missâ celebrari hoc Festum ad eum modum posse, quô celebratur tum in quibusdam Provincijs (in quibus celebratur 18. Martij, ùt suprà) tum à Franciscana Familia (celebrante illud 24. Martij, Officiô & Missa diversis ab Officio & Missa aliarum Provinciarum) ideo non malè inferri videtur, in Sac: Rom: Imper: ac dictis Regnis, & Provincijs Hæreditarijs Augustissimæ Domus Austriacæ, posse utrolibet modô celebrari, vel eô scilicet modô ac die, quô illud celebrat Familia Franciscana, vel eô, quô id aliæ Provinciæ de Sedis Apostolicæ Licentia celebrant. Directorium Ratisbonense, & alia quædam assignant ei diem 18. Martij cum Officio, & Missa extantibus ad dictam diem in Appendice Breviarij, ac Missal: Rom: at verò Directorium Viennense, & plura alia diem 24. pro Rom: Imper: & dictis Regnis, ac Provincijs Hæreditarijs. Id ipsum traditur in Supplemento Breviarij Monastico-Benedictini, Salisburgi 1692. impresso, ubi pag. 394. hæc leguntur: die 24. Mart. Festum S. Gabrielis Archangeli sub Ritu Dupl. maj. in Romano Imperio, Regnis, & Provincijs Hæreditarijs suæ Cæs: Majest: celebrandum de Indulto. Quisque sequatur morem receptum in sua Provincia, aut Diœcesi, eáque de reliquo observet, quæ suprà die 18. Martij in medium sunt allata, tam quando in Quadragesima, quàm quando post illam celebratur: nominatim autem observandum, ut, si celebretur in Quadrages: dicantur tunc in *Eccles: Cathedr:* & *Collegiatis* duæ *Missæ Convent:* modô suprà post Initium hujus Mensis, ac die 1. ejusdem declaratô: præterea in casu, quô celebratur in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ curr: tam in *Officio*, quàm in *Missis privatis*, & legitur de eadem Feria nona Lectio in Officio, ac ultimum Evang: in Missis privatis: At verò 9. Lectio ipsius Officij tunc convenienter jungitur Lect: Octavæ ejusdem, faciendo ex duabus unam, ùt notat *Pisart loc: suprà citato, ac infrà citando.*

Vesperæ hodiernæ dicuntur de Festo sequenti (nisi hoc transferatur) ùt in propr: loco notantur, cum Commemorat: præcedentis, & Feriæ currentis, aut crastinæ Dominicæ. *Col. Alb.* Quòdsi verò Festum Annuntiationis transferatur, tunc integræ erunt de S. Gabriele, (si hodie cele-

bretur) ac locô ultimi Psalmi dicetur Psalm: *Confitebor tibi Domine in toto Corde meo; quoniam &c*, ùt suprà 18. Martij: Ad *Completorium* alioquin in fine Hymni dic: *JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c. Col. Alb.* Quòdsi hodie celebratum fuerit *Festum 7. Dolorum B. V.* (quod ex Indulto Sedis Apostolicæ in Hispania, ac Germania concessum est celebrari Fer. VI. post Dominicam Passionis modô suprà P. I. *Feriâ* illâ VI. à me descriptô) tunc in 2. Vesperis nihil amplius fit de eo, ne quidem Commemoratio, sed totæ hodiernæ Vesperæ dicuntur de *Festo Annuntiationis*, cum Commemorat: solius Feriæ. *Col. Alb.* Quocunque autem die Festum Annuntiationis B. V. M. celebretur, debent in *Vesperis*, quæ de eo *Solenniter* cantantur, ad Intonationem Hymni: *Ave maris Stella &c*, observari ea ab Officiatore, & ejus Ministris, quæ suprà die 23. Januarij circa finem ex Bauldryo & Lohnero retuli.

25. ANNUNTIATIO B. V. M. Duplex 2. Classis. *Col. Alb.* OFFICIUM, ùt in propr: loco, & ejus Officio parvo; nisi quòd in *Matutino* locô nonæ Antiphonæ dicatur Antiphona: *Angelus Domini &c*, ùt ibi. Si celebretur in Quadragesima, nona Lectio dic: de Homil: Feriæ occurrentis cum ejus Commemoratione in Laudibus, ac Vesperis; ex Lectione autem Octavâ, ac ea Festi, quæ alioquin esset nona, convenienter tunc una fiet. *Pisart suprà cit: libro in Praxi* SANCTOR: *Resp:* 22. In fine Hymnorum (exceptô Hymno: *Ave maris Stella &c*) dic: *JESU tibi sit gloria, qui natus es &c. Col. Alb.*

MISSA propr: cum *Glor:* Oratione, Tractu (post Graduale) ac Commoratione Feriæ, si celebretur in Quadragesima. Præfat: de B. V. *te in Annuntiatione.* In fine dic: Evangel. Fer: curr: si celebretur in Quadragesi: in *Ecclesijs* autem *Cathedr.* & *Collegiat:* dicuntur tunc 2. *Missæ pro vent:* modô suprà post Initium hujus Mensis, & die 10. ejusdem dictô. Notandum porrò est, quòd Verba illa Symboli: *Et incarnatus est &c*, celebrans in *Missis privatis* non flectat utroque genu, sed uno tantùm, ut faciliùs surgat; idque juxta usum Communissum, Teste Cavalieri Tom. 1. P. 1. Tit. 17. n. 3. at verò in *Missa solenni* surgit à Sede, & super infimo Gradu in Cornu Epistolæ flectit genua, facie ad Cornu Evangelij conversa, ad ea verba, & quando dicitur *Homo factus est*, insuper Caput inclinat; aut si non sedeat sub Symbolo, tunc ad *Incarnatus est &c* in infimo superiori Altaris Gradu genuflectit, & ad dicta verba Caput profundè inclinat. *Lohn. &c.* Si verò transferatur *Festum Annuntiat:* post Octavam Paschæ, tunc OFFICIUM & MISSA de hoc Festo dicuntur *Ritu Paschali*, descripto in Rubricâ, huic Festo in Breviario & Missali Romano immediatè præ-

fixâ. *Col. Alb.* In 2. *Vesperis* dicuntur omnia ùt in primis, exceptâ Antiphonâ ad *Magnificat*, quæ est : *Gabriel Angelus &c*, ùt ibi, fitque Commemoratio (si celebretur in Quadrages:) Fer. current. *Col. Alb.* Quòd si cras occurrat Festum 7. Dolorum B. V. ibi, ubi est concessum, tunc in hodiernis Vesperis non fit de eo Commemoratio.

Quando idem Festum 7. Dolorum B. M. V. (quod juxta dicta multis in Locis ex concessione Clementis X. celebratur Fer. VI. post Dominicam Passionis, nominatim in Imperio Romano, & Ditionibus Regi Catholico subjectis) impeditur ea die ab Officio altioris *Ritus*, aut *dignitatis*, utì contingit, quando in illam Feriam VI. Cadit *Festum Annuntiationis B. M. V.* tunc *Festum Dolorum* transfertur in Sabbatum immediatè sequens non impeditum Festo 9. Lectionum; at non ulteriùs, si *sequens Sabbatum* sit dictô modô impeditum (v. g. Festo S. Joachimi, utì continget annô 1717.) idque ex Decreto, ùt ajunt, S. R. C. de anno 1693. 26. Februarij : Quod ipsum quoque constat ex Rubricâ, illi Missæ in Appendice quorumdam Missalium præfixâ, quæ ità habet : *Si hoc Festum occurrat cum alio Duplici primæ vel secundæ Classis, transfertur ad Sabbatum sequens : Quod si sit impeditum aliô Festô 9. Lectionum, illô annô omittatur, & nunquam transferatur ad Tempus Paschale.*

Circa Festum Annuntiationis B. M. V. Notanda ulteriùs sunt sequentia : I. Quando hoc Festum incidit in *Dominicam Palmarum*, vel in *Feriam* II. vel III. vel IV. vel. V. *Majoris Hebdomadæ*, vel in quamcunque Diem *Hebdomadæ Paschalis* à Dominica Paschatis usque ad Dominicam in Albis inclusivè, tunc quidem in *Choro* (h. e. quoad Officium & Missam de ipso recitanda) transfertur in Ecclesia universali post Octavam Paschæ, & quidem in Feriam II. post Dominicam in Albis, non tamen perinde transfertur tunc etiam in *Foro*, seu quoad obligationem *audiendi Missam*, ac *abstinendi ab operibus servilibus*, sed quoad hæc duo observandum omnino est eo ipso die, in quem cadit : imò si post primum Triduum Paschæ intra hujus Octavam occurrat, potest ibi, ubi Annuntiatio est *Titulus*, vel *Concursus Populi ad celebrandum ejus Festum*, Missa una Votiva solennis ea die cantari, ùt postea dicetur, ac rescriptum Româ 20. Februarij 1693. quô memoratum Annuntiationis Festum incidit in Feriam IV. post Dominicam Resurr: Domini. II. Quando verò idem Annuntiationis Festum occurrit in *Feriâ VI. in Parasceve*, aut in *Sabbato Sancto*, tunc ex Decr: Sac: Rit. Congr: de anno 1690. 11. Martij (extante apud Dominicum Macrum in Hierolexico Verbo : *Parasceve*) ab Alexandro VIII. approbato, non modò in *Choro* (hoc est

est, quoad *Officium* & *Missam* de ipso recitanda) sed etiam in *Foro*, id est, quoad *Præceptum*, seu *Obligationem audiendi Missam*, & *Vacandi ab operibus Servilibus*, transfertur in Feriam II. post Dominicam in Albis, protractô, seu translatô ad aliam Diem quocunque aliô Festô in eâ Feriâ II. forsan *occurrente*, nisi hoc fuerit altioris Ritus. Si enim Festum eâ Feriâ II. *Occurrens* fuerit 1. Classis, tunc Festum Annuntiationis B. V. adhuc quidem *in Foro* celebratur Feriâ illâ II. At verò *in Choro* est transferendum in aliam diem proximam, Officiô 9. Lectionum non impeditam: licèt enim Annuntiatio ob Festum altioris Ritus, in ea Feriâ II. occurrens, ulteriùs quoad *Officium*, & *Missam* in tali casu protrahatur, non tamen ideo protrahitur etiam *obligatio audiendi Missam*, & *Vacandi ab operibus Servilibus*, utpote affixa illi Feriæ II: pro casu, quô Annuntiatio B. V. in *Feria VI. Parasceves*, aut *Sabbatô Sancto* occurrit.

Quòd si alicubi in prædicta Feria II. *occurreret* quidem *Duplex* 1. *Classis*, si tamen in eo loco etiam ipsa *Annuntiatio* celebretur sub eodem Ritu, nempe 1. Classis (eô quòd v. g. sit *Titulus Templi*) tunc Annuntiatio (casu quo die suo proprio celebrari non potest) Feriâ illâ II. foret celebranda modô antè declaratô; illud autem aliud Festum Duplex 1. Classis in ejusmodi loco esset transferendum in Diem aliam proximè non impeditam; quia enim *Feria illa* II. post
prà allegatum Decretum est
seu Sedes propria & fixa pro
tiationis, à Die *Parasceves*, aut
Sancto, si alterutro horum occurr
translato, ità, *ut* (sunt verba
ti) *prædicto casu eveniente, eadem*
II. pro Sede propria, & fixa memor
sto Annuntiationis assignata perpetu
telligatur, non tantùm in Ordine
dicendum de eo Feriâ illa II. Offic
& *Missam*, sed etiam quoad *Præc*
seu *obligationem audiendi Missam*,
vacandi ab operibus Servilibus, ut ea
S. R. C. 14. Junij 1692. declar
apud Monacelli *Bullar: Innoc. XII.*
ideo censetur etiam ipsa Annun
tio in tali casu occurrere eadem
atqui in casu, quo duo duplicia e
dem Ritus simul *occurrunt*, *Officium*
Missa sunt de Digniore, translatio
tem de *minùs Digno*, utì habetur R
Gen: X. Breviar: n. 6. ergo cùm
nuntiatio, tanquam Festum B. V.
Festum *dignius*, quàm Festum alter
Sancti eâdem Feriâ 2. occurrens,
ex suppositione, quòd utrumque
beat eumdem Ritum (nempe 1. Cl
sis) illud prius huic posterior
li occursu erit præferendum.
licèt Annuntiatio [ubi non est
lis Ecclesiæ, &c.] sit tantùm *Dupl*
Classis; licèt item *Rubrica* modo
gata n. 7. *de Translatione* Festorum
hunc modum disponat: *Si plura*
sta 9. Lectionum sint transferenda,
transferatur duplex, quàm semiduplex;

inter plura duplicia, quod est magis solenne, semper priùs transferatur, & priùs celebretur; alioqui, Si sint æqualia, unum ante aliud transferatur eo Ordine, quò erant celebranda in proprijs Diebus; quia tamen Feria II. post Dominicam in Albis est *Dies fixa* pro Festo *Annuntiationis* in eventum, quò Feriâ VI. in *Parasceve*, aut *Sabbatò Sanctò* occurrens die sibi proprio celebrari non potest, & insuper Annuntiatio est Festum dignius Festò S. Josephi, ideo *sequitur primò*, in casu, quò Festa *S. Josephi*, & *Annuntiationis* simul sunt transferenda, priùs faciendum esse de *Annuntiatione*, quàm de *S. Josepho* [esto hujus Festum sit antiquius translatum, quàm Festum Annuntiationis, & æquè, quàm istud, sit 2. Classis] urì Sac. Rit. Congr. [antiquato aliquo anteriore Decreto in Contrarium] 1692. 14. Junij decrevit, ac in ipsa rube Roma 1693. fuit observatum, dum in Diem 30. Martij, quæ erat Feria II. post Dominicam in Albis, *Festum Annuntiationis*, in sequentem Feriam III. verò *Festum S. Josephi* fuit translatum; quorum posterius annô illô in Feriam V. in Cœna Domini, prius verò in Feriam IV. infra Octavam Paschæ inciderat: Id ipsum practicatum est Romæ, & alibi etiam annô 1704. quô Festum Annuntiationis, tunc incidens in Feriam III. Paschæ, pariter translatum est, in Fer. II. post Dominicam in Albis; Festum verò S. Josephi, tunc incidens in Fer. IV. majoris Hebdomadæ translatum similiter est in Fer. III. post Dominicam in Albis, quæ annô illô cadebat in Diem 30. Martij, quâ in Directorio Romano illius anni leguntur sequentia: *Vesperæ de Annunt: Comm: Dominicæ. Officium Annunt: B. M. V. præponitur alijs Festis etiam priùs translatis, & æqualis Ritus, ex Privilegio semper servando juxta Mandatum S. R. C.* Cæterùm non modò Festum *S. Josephi*, sed etiam *Annuntiationis* in *solo Choro* fuit translatum in dictos Dies; nam Festum S. Josephi de facto *in Foro* nunquam, sed tantùm *in Choro*; Annuntiationis verò Festum tunc solùm tam in *Foro*, quàm in *Choro* transfertur, quando occurrit in *Die Parasceves*, aut *Sabbato Sancto*, ùt ex suprà dictis, ac ibid: allegatis Decretis de anô 1690. 11. Martij, ac 1692. 13. Septembr: item ex quadam Declaratione Pontificia, facta 14. Junij 1692. Bullar: Innoc: XII. 106. constat. Quibus equidem Decretis etiam nostra *Diœcesis Brixinensis* annô 1693. & deinceps laudabiliter se conformavit, cùm antea juxta Statutum Synodale Diœcesanum de anno 1603. in Rubrica seu Titulo de *Festis n. 6.* Festum Annuntiationis in majore Hebdomade occurrens, tam *in Foro*, quàm *in Choro* more quarumdam aliarum Diœceseon anticipâsset ad Sabbatum, aut Feriam VI. ante Dominicam Palmarum. Vide P. Gobat.

Tom.

Tom. 1. P. 1. Tr. 3. à n. 224. & Tr. 5. à n. 102. ubi fusè de hoc Festo incidente in *Paraſceven*, ac *Sabbatum Sanctum*, variisque Germanarum quarumdam Diœceseon in eo transferendo tunc Temporis Praxibus tractat. Sequitur 2. Quòd licèt *Annuntiatio* sit tantùm Duplex 2. Classis, in casu tamen, quô Festum aliquod alicujus Sancti, etiam 1. Classis, adeoque altioris Ritus, incidens in tempus, quod est à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusivè, simul foret transferendum, adhuc Festum Annuntiationis ob suprà allatam rationem celebrandum foret prædictâ Feriâ II. adeoque *ante* Festum aliud *translatum* altioris Ritus; esto enim Annuntiatio, tanquam Festum tantùm 2. Classis, cedere debeat Festo altioris Ritus, seu 1. Classis *occurrenti* in ipsa prædicta *Feria II.* (eò quod hoc in Decr: Die 11. Martij 1690. sub Alex. VIII. emanato disertè exprimatur) non tamen cedit Festo altioris Ritus solumodo *translato*; eò quod dicta Feria II. sit *Dies fixa* pro Festo Annuntiationis, quando hoc à *Paraſceve*, aut *Sabbato Sancto* in eam transfertur, atque adeò *impedita* respectu alterius Festi, etiam Ritus altioris, quando hoc ob proprium suum Diem impeditum necesse habet pariter transferri, ùt tum ex citato Decreto, tum etiam ex prædicta Declaratione sub Innocentio XII facta patet. Excipit quidem Pisartus, suprà die 19. Martij in fi relatus, *Festum S. Joſephi*, ubi de tanquam *Patrono*, fit Officium plex 1. Classis, dum in Director Can: §. 1. Propr: Sanctor: n. 24. scribit: *Sac. Rit. Congreg. 14. Junij decrevit, prius transferendum, ac brandum esse Festum Annuntiationis quàm S. Joſephi, si utrumque debeat: nisi de S. Joſepho ut Officium 1. Classis.* Verùm quia ctores alij satis recentes (nomi tim Franc. Monacelli) S. R. C. cretum de dicto die ac anno gantes, nullam faciunt mention de hac exceptione, & insuper De tum, quod allegant, Feriam II. Dominicam in Albis, si *in ea* stum 1. Classis non *occurrat*, Fe Annuntiationis, à sua Sede pro su, quo *Feria VI. Paraſceves*, aut *to Sancto* occurrit, *translato*, tanqu *fixam* appropriant, ideo, ni Decreto, quod Pisartus loco cit allegat, ego autem hactenus ob nere, ac inspicere non potui, exc ptio ab ipso asserta pariter e censeo ob rationes suprà allatas, stum Annuntiationis in Paraſceve aut Sabbato Sancto occurrens, posse quidem in Feriam II. post Dominicam in Albis transferri, si Feria illa II. Festo altioris Ritus *rente* sit impedita, posse tamen, i debere dicto casu occurrente in ea tunc transferri; tanquam *Sedem* pro casu *propriam* & *fixam* pro tunc, quando

do Festum altioris Ritus, nempe 1. Classis in eâ Feria II. non occurrit, & hoc etiam in casu, quo reponendum, seu transferendum supereſt Festum aliud altioris Ritus, seu 1. Classis. Idem Pisartus ibid: n. XXV. "ità scribit: Regulares, aut alij qui- "cumque Ritum sequuntur Roma- "num, non possunt anticipare Offi- "cium Annuntiationis B. M. V. li- "cèt morentur in Diœcesi, in qua "anticipatur ejus Festum; sed ser- "vato anticipativè pro loci consue- "tudine Die Festo juxta Trid. Sess. "25. de Regularibus c. 12. translatô "post Pascha Officiô, præponant il- "lud aliis quibuscunque Festis æqua- "lis Ritûs, etiam priùs translatis, "conformiter ad Decretum de 14. "Junij 1692. ex speciali Sac. Congre- gationis Declaratione. Hactenus verba Pisarti. IV. tametsi in antiquis Rubricis General. Missal. Tit. 6. *de Transl: Festor:* dicatur: Si Festum Annuntiationis incidat in eos Dies, qui occurrunt à Dominica Palmarum usque ad Feriam III. Paschatis, posse ratione *Tituli Ecclesiæ*, vel *concursûs Populi ultra Missam*, *correspondentem* Officio, insuper cantari aliam de *Festo*; per *Rubricam* tamen *novam* Missalis Tit: eod: id ampliùs fieri nequit ullâ *earum Dierum*; potest tamen *cæteris* Quadragesimæ, ac Octavæ Paschalis *Diebus* id fieri, adeoque in istis *Duplex Missa* cantari, una de Die, altera (cum *Gloria* & *Credo*) *de Festo*, debét- que tunc etiam in fine hujus dici Evangelium S. Joannis, id quod semper observandum in Missa de Festo, distincta à Missa de Feria majore, diéve currente, quando ambæ cantantur eodem die. *Gav. Tom. 1. P. 4. Tit. 15. n. 5.* V. Tametsi, quando *Dies Octava*, aut *Dominica non privilegiata* concurrit cum Festo 1. Classis postridie celebrando, in hujus primis Vesperis nulla fieri debeat Commemoratio de ejusmodi *Die Octava*, aut *Dominica* non privilegiatis, per Rubr: Gen: IX. n. 4. si tamen *Dies Octava* etiam non privilegiata concurrat cum Festo Duplici tantùm 2. Classis, etiam translato, tunc totum quidem Officium dicitur de sequente ejusmodi Festo, cum Commemoratione tamen præcedentis *Diei Octavæ*, etiam non privilegiatæ in 1. Vesperis Festi, non tamen *Dominicæ non privilegiatæ*, sed tantùm *privilegiatæ*, qualis est Dominica in Albis, & aliæ majores, tam 1. quàm 2. Classis: de quibus proinde facienda est Commemoratio in 1. Vesperis Festi Duplicis immediatè subsequentis non tantùm 2. sed etiam 1. Classis, v. g. *Dominicæ in Albis*, quando postridie illius fit de Festo Annuntiationis, aut S. Marci. &c. *Rubr. Gen. IX. n. 4. & XI. n. 4. & 7.* Plura ad Festum Annuntiationis pertinentia vide infrà 24. April: in fine, & suprà P. I. *fol. 96.*

Hoc, aut *sequenti Mense*, si in illum incidat Feria VI. post Dominicam

cam Passionis, celebratur eâ Feriâ VI. non impeditâ aliô Festô altioris Ritus, ex Indulto Sedis Apostolicæ nonnullis in locis Festum Matris Dolorosæ, h. e. 7. Dolorum B. M. V. de quo jam suprà hoc Die, & plura bus suô locô P. I. de Feria VI. infra Hebd: Passionis.

TITULUS IV.

Singularia Festorum Mensis Aprilis, qui habet dies XXX.

SI intra hunc Mensem currat tempus Quadragesimale, tunc in *Feriali Officio* quavis Feria II. dicitur in Choro *Officium Defunctorum*: *Feriâ* autem *IV.* dic: *Psalmi Graduales*: ac demum *Feria VI. septem Psalmi pœnitentiales* cum *Litanijs* (præterquam in Ferijs majoris Hebdomadæ) modô suprà sub initium præcedentis Mensis, & P. I. declaratô.

Præterea quoties *currente* infra hunc Mensem *Quadragesimâ* fit de aliquo Festo 9. Lectionum, in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* cantandæ sunt *duæ Missæ Conventuales* modô pariter sub Initium Mensis præcedentis à me expositô, & insuper observando ea, quæ tum circa *Missas Conventuales*, tum *alias* quascumque etiam *Votivas*, tum ibi, tum etiam ad Diem 10. Martij à me sunt annotata.

Festa 9. Lectionum infra illud Tempus, quod est à Dominica Palmarum inclusivè usque ad Dominicam in Albis pariter inclusivè, hoc Mense occurrentia transferuntur *in Choro* (non item in *Foro*, excepto su, quo Festum B. V. Annuntiatæ cidit in *Fer. VI. Paraſceves*, aut Sa *tum Sanctum*) post Octavam Pasc observando in eorum translati Ordinem, tum à Rubricis, tum à Si Rit: Congr: Decretis 1691. 24. No & 1695. 11. Julij præscriptum, quo infrà, nec non dicendo Offic & *Missam* de ijs *Ritu Paschali*, hoc eô, quem Rubrica tum Brevia tum Missalis Romani, Festo Annu tiationis, nec non Communi plu morum *Martyrum* præfixa exigit ego suprà ad diem 17. Martij ea dem utraque Rubrica declarat.

Si *Festum Simplex* hoc Mense currat ante Dominicam Palmar fit de eo (attamen occurrente Fe 9. Lection: post Comemoratione de Feria) in *Officio* & *Missa* tantu Comemoratio, sine Lectione: qu si tale *Festum Simplex* occurrat *Dominicâ Palmarum*, tunc quidem 1. *Vesperis*, ac *Laudibus* Dominicæ o currentis fit de eo Commemorat

non

non tamen in *Missa* illius *Dominicæ*, utpote exigentis juxta propriam Rubricam *unicitatem* Orationis. Post Dominicam Palmarum verò usque ad Feriam V. majoris Hebdomadæ exclusivè, item à Feria IV. post Dominicam Resurrectionis inclusivè usque ad Dominicam in Albis itidem inclusivè fit quidem de Festo Simplici, seu (quod idem) *trium Lectionum*, tam in *Officio*, quàm *Missa* suis in locis Commemoratio, sed sine Lectione; attamen in Feria V. in Cœna Domini usque ad Feriam III. Paschæ inclusivè, nulla fit Festi Simplicis, seu trium Lectionum, in ijsdem Commemoratio, uti habetur in Rubrica præfixa Feriæ II. majoris Hebdomadæ: unde si Festum ejusmodi 3. Lectionum incidat in *Feriam V. majoris Hebdomadæ*, ne quidem in Vesperis *Feriæ IV. præcedentis* facienda est de eo Commemoratio, uti monet Rubr: Gen: XI. n. 10. in fine ob rationem ibidem insinuatam. Quæ omnia ideo placuit ad Initium hujus Mensis prænotare, quia (ut Gav. Tom. 1. P. 4. Tit. 15. n. 21. observat) initiò Aprilis aliqua Sanctorum Festa mutant Ritum à Tempore non Paschali, ad Paschale, & è converso: Quòdsi eaproprer contingat, ut desint *propria* Missarum *Officia*, sumenda erunt de *Communi*.

1. Vesperæ hodiernæ (si cras fiat de S. Francisco de Paula, & hodie non occurrat Festum altioris, aut æqualis Ritûs) integræ dicuntur de sequenti, vel Ritu duplici Paschali, si celebretur extra Quadragesimam, vel cum Commemoratione Feriæ, aut Dominicæ hodiernæ, si celebretur in Quadragesima: Antiphonas, Psalmos, ac reliqua omnia recitando, ut in Communi Confess: non Pontif: excepta Oratione, quæ est propria. *Col. Alb.* Quòdsi transferatur Festum S. Francisci de Paula, in Hymn: *Iste Confessor &c.* mutabitur 3. Versus.

2. S. Francisci de Paula Conf. Dupl. min. *Col. Alb.* Offic: de Commun: Conf: non Pontif: Ritu Paschali, si celebretur post Pascha, & tunc Lectiones I. Noct: de *Initio Libri Act: Apostolor:* si nondum sit positum, aut, si hoc jam sit positum, de Scriptura occurrente: si verò celebretur in Quadragesima, Lectiones I. Noct. *Beatus Vir*, ut in Commun: Conf: non Pontif: 2. locô. Lectiones II. Noct. propriæ. III. Noct: *Nolite timere pusillus Grex &c*, de eod: Communi 2. locô, cum 9. Lectione de Fer: occurrente, ejusdémque Commemorat: in Laudibus, si celebretur in Quadrages. Oratio propria ex 1. Vesperis:

Missa: *Justus, ut Palma &c.* (2. de Commun: Conf: non Potif:) cum *Glor:* sine *Credo*, Oratio propria. In Quadrages: fit Commemorat: Feriæ occurrent: & post Graduale dic: Tractus cum Præfat: de Tempore (h. e. vel Quadragesimali, aut Passionis, seu de Cruce) ac ult: Evangel: de Feria cur-

currente. Si verò celebretur post Pascha, tunc in fine Introitûs ante Psalmum dicuntur duo *Alleluja*, in fine verò Offertorij, & Comunionis unum *Alleluja*: post Epistolam autem non dicitur Graduale, sed duo Versus cum 4. *Alleluja*, ùt ibi; & Sabbato in Albis, atque etiam suprà. Præfat: Paschal. *Col. Alb.* In Quadragesima dicuntur hodie in Eccles: Cathedr: & Collegiat: 2. Missæ Conventuales, ùt suprà Initio hujus, & præcedentis Mensis.

In 2. *Vesperis* (quæ rursum, exceptâ Oratione, dic: de Communi Confess: non Pontif: ùt ibi in II. Vesperis) fit Commemoratio Feriæ currentis, aut Dominicæ sequentis, quando occurrit in Quadrages: aut Sabbato. *Col. Alb.*

4. Si hodie factum est de ea, & crastina Dies non est impedita (ob occurrentem v. g. Dominicam, aut majorem Hebdomadem, vel Octavam Paschæ) Vesperæ hodiernæ erunt de sequenti Festo, dicentúrque omnia, præter Orat: propriam, de Communi Conf: non Pontif: vel Ritu semiduplici Paschali, si celebretur post Pascha, cum Commemorat: de Cruce Tempore Paschali; vel cum Commemoratione Feriæ currentis, si celebretur in Quadragesima. *Col. Alb.* Si transferatur hoc Festum, in Hymno *Iste Confessor* mutabitur 3. Versus.

5. S. Vincentii Ferrerii Conf. Semid: de præcepto. *Col. Alb.* Om[illegible] de Commun: Conf: non Pontif: [illegible] Paschali, si celebretur post Pasch[illegible] & tunc Lectiones I. Noct: de Scr[illegible] occurr: si verò celebretur in Quad[illegible] ges: Lect: I. Noct: *Justus si morte* [illegible] de Commun: Confess: tantùm. Le[illegible] II. Noct: propr: III. Noct: *Sint la[illegible] bi &c.* de eod: Comuni, cum 9. Le[illegible] de Feria, ejusdémque Commemora[illegible] in Laudib: si celebretur in Quad[illegible] ges. Oratio propr: ex 1. Vesper[illegible]

Missa: *Os Justi &c* 1. de Co[illegible] mun: Confess: non Pont: cum [illegible] sine *Credo*. Orat. 1. propria. Si [illegible] lebretur post Pascha, tunc dicen[illegible] est *Missa* Ritu Psachali, ùt suprà, [illegible] Oratio 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel p[illegible] Papa: prout notantur post Domi[illegible] nicam in Albis. Præfatio Paschalis. At verò tempore Quadrages: ante Dominicam Passionis Orat: 2. de Fer[illegible] occurr: 3. *à Cunctis*: post Domini[illegible] cam Passionis Orat. 2. de Fer. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa. In Quadrages[illegible] post Graduale dicitur Tractus, [illegible] Præfatio de Tempore, nempe vel Quadragesimali, vel Passionis, [illegible] de Cruce, & in fine Missæ Evang[illegible] Fer: curr: *Col. Alb.* Si veniat in Quadragesima, cantantur in *Eccles: Cathedral:* & *Collegiat:* duæ Missæ Conventual: ut suprà Initiô hujus, [illegible] præcedentis Mensis. In II. Vesperis (quæ, excepta Oratione, dicuntur de Commun: Conf: non Pont: [illegible] ibi in 2. Vesperis) fit Commemora-

tio

tio Feriæ currentis, si occurrat in Quadraſ: si autem Temp: Paſchali, tunc de Cruce, ùt ſuprà in 1. Veſp. & ante eam de S. Maria in Sabbato, ſi cras fiat de hac Officium. *Col. Alb.* Si cras occurrat fieri de Feſto Semiduplici, dividet cum eo Veſperas; ſi de Duplici, Veſperæ erunt hodie de illo, cum Commemorat: S. Vincentij.

10. VESPERÆ hodiernæ (ſi cras fiat de S. Leone, nec hodie occurrat Feſtum altioris, aut æqualis Ritûs) integræ dicuntur de ſequenti, vel Ritu duplici Paſchali, ſi celebretur poſt Paſcha, vel cum Commemorat: Feriæ, aut Dominicæ hodiernæ, ſi celebretur in Quadrageſ: Antiphonas, Pſalmos, ac reliqua omnia (etiam Orationem: *Exaudi quæſumus Domine &c*) recitando, ùt in Commun: Conf: Pont: *Col. Alb.* Si transferatur S. Leo, in Hymno: *Iſte Confeſſor &c.* mutabitur 3. Verſus.

11. S. LEONIS I. Papæ & Conf. Dupl. min. *Col. Alb.* OFFIC. de Commun: Conf: Pont: dicendum Ritu Paſchali, ſi celebretur poſt Paſcha, ùt ſuprà. Lectiones omnes, utì notantur in propr: loco. Reſponſor: Octav: *In medio Eccleſiæ.* Si venerit in Quadrageſimâ, aut aliquâ Dominicâ poſt Paſcha, tunc ex 9. & 8. Lectione convenienter fit una, 9. autem Lectio dicitur de Feriâ, aut Dominicâ prædicta occurrente, ejusdemque fit etiam Comem. in Laudib.

MISSA, utì notatur, cum *Glor:* ſine *Cred.* Si veniat in Quadrageſ: fit Commemorat: Fer: occurr: & poſt Graduale dic: Tractus cum Præf: de Temp: nempe vel Quadrageſimali, vel Paſſionis, ſive de Cruce, ac ult. Evang. de Fer. curr. dicuntur tunc quoque in *Eccleſijs Cathedral: & Collegiat:* 2. Miſſæ Conventuales modô initiô hujus, ac præcedentis Menſis deſcriptô. Si verò veniat poſt Paſcha, dic. ead. Miſſa Ritu Paſch: ac cum Præfat. Paſchali, ùt ſuprà 2. hujus &c. *Col. Alb.*

In 2. Veſperis (quæ rurſus dicuntur de Commun. Confeſſ. Pontif. ùt ibi in 2. Veſperis cum Antiph: ad *Magnificat: Dum eſſet ſumus Pontifex*) fit Commemorat. Feriæ curr. aut Dominicæ ſeq. quando occurrit in Quadrageſ. aut Sabbat. *Col. Alb.*

Quomodo infra Octavam hujus Feſti (ubi id celebratur cum Octava) ordinandum ſit *Officium*, & *Miſſa*, vide in Octavario Romano fol. 181. & apud Gav. Tom. 2. Sect. 7. c. 6. hoc die.

12. Si hodie factum eſt de ea, & craſtina Dies non eſt impedita (ob occurrentem v. g. Dominicam, majorémve Hebdomadem, vel Octavam Paſchæ) Veſperæ hodiernæ erunt de ſequenti Feſto, dicentúrque omnia, ſi veniat in Quadrageſ. ſub Ritu ſemid. de Communi unius Martyris, exceptô Hymnô: *Regali Solio &c*, & Oratione, quæ dicuntur ut propr. notantur locô, cum Com-

memorat: Fer: occurrentis &c. Si verò celebretur tempore Paschali, omnia dicuntur, ut in Commun: un: Mart: Tempore Paschali, præter Hymn: & Orat: propriam cum Commemorat: de Cruce Tempore Paschali. *Col. Rubr.*

13. S. HERMENEGILDI Mart: Semid: *Col. Rub.* Si veniat in Quadr: OFFICIUM dicitur de Commun: un: Mart: exceptis Hymnis Vesperarum, Matutini, ac Laudum (qui sunt proprij) & Oratione, itidem propriâ. Quòd si in pridianis hujus Festi Vesperis (ob occurrentem v. g. Dominicam, aut Festum Duplex) de S. Hermenegildo facta fuerit solummodo Commemoratio, adeoque Hymnus illi proprius in ijs dici non potuerit, tunc, ad servandum melius Ordinem seu Seriem Vitæ hujus Sancti, Nonnemini, uti & mihi, ponendus videtur Hymnus ille ad Matutinum, Hymnus autem *Matutini* tunc transferendus ad *Laudes*, in quibus alioquin idem dicitur Hymnus, qui extra talem casum in utrisque Vesperis dicitur in hoc Festo, quod cùm non contingat in Festo *S. Martinæ* 31. Januarij, nec in Festo *S. Venantij* 18. Maij (in quibus alius est Hymnus primar: *Vesperarum*, alius *Matutini*, & alius *Laudum*, in secundis autē horum Vesperis Hymnus primarum Vesperarum ob occurrens postero Die *Festum Duplex* poni nequit) ideo mirum non est, quòd ibi, ubi *S. Martina* & *S. Venantius* habent [illegible] solummodo *Semiduplicem*, in [illegible] quô Hymnus Vesperarum prop[illegible] in neutris ipsorum Vesperis po[illegible] test, debeat in eorum Festis pra[illegible] ni Hymno Matutini, & sic cum [illegible] conjunctim dici sub una conclusio[illegible] conformiter Decreto S. R. C. de a[illegible] 1692. 26. Jan: aut Apr. Quia, cum [illegible] posteriora hæc Festa habeant in [illegible] *dibus* Hymnum proprium, diver[illegible] ab Hymno *Vesperarum*, non po[illegible] perinde, ac in Festo S. Hermene[illegible] di, Hymnus Vesperarum Ss. Ma[illegible] næ & Venantij dici solus in hor[illegible] Matutino, & Hymnus Matu[illegible] transferri ad Laudes, sed, ne po[illegible] tùs omittatur, debet præponi [illegible] conjunctim dici cum Hymno Ma[illegible] tini; eò quòd nullus alius suppe[illegible] tat locus, in quo poni possit, servat[illegible] Ordine Vitæ, & sine alterius Hymn[illegible] proprij omissione, seu præjudic[illegible] sicut tamen Hymno Vesper: S. He[illegible] menegildi ponendo cum debito O[illegible] dine, & sine alterius Hymni propr[illegible] omissione, supperit locus in casu [illegible] ipse in 1. Vesperis, adeoque propt[illegible] suô locô non potest primò poni [illegible] nempe Hymnus ille Vesperarum [illegible] dicto casu, tanquam continens pri[illegible] cipium Vitæ, seu Martyrij S. He[illegible] menegildi, ponatur primò ad Mat[illegible] tinum, positus autem in Matutin[illegible] Hymnus tunc transferatur ad La[illegible] des, cúmque sic in recitando utroque Hymno & debitus serverur Vitæ Or[illegible] do,

do, & simul utrique proprio hujus Festi Hymno separatim ponendo sufficiens superfit locus, neutiquam est necessarium, ut in casu, in quô S. Hermenegildus in 1. Vesperis solam habet Comemorationem, Hymnus *Vesperarum* & *Matutini* perinde, ac in Festo Ss. Martinæ, ac Venantij, conjungantur in unum sub una eadémque clausula, sed eo casu convenientiùs (Salvô meliore aliorum judiciô, & nisi aliud decernat S. R. C.) ad *Matutinum* dicetur Hymnus *Vesperarum* solus, & ad *Laudes* dicetur ille itidem solus, qui alioquin, si nempe Vesperæ primæ non sunt impeditæ, dicitur ex Præscripto Breviarij ad Matutinum; ne, si uterque in tali casu dicatur simul, tunc in eadem Hora (nam *Matutinum* & *Laudes* juxta Communem Sententiam constituunt unam numerô Horam *Canonicam*) idem Hymnus bis dicatur, quod fieret, si Hymnus Vesperarum: *Regali Solio &c* non tantùm diceretur in *Matutino*, sed etiam postea rursus in *Laudibus*, more ordinario. Si celebretur hoc Festum in Quadr: Lectiones I. Nocturni sunt: *Fratres Debitores sumus &c*, ùt in Comun: plur: Mart: II. Noct: utì notantur in loco. III. Noct: *Si quis venit ad me*, de Comun: un: Mart: per annum. 9. Lectio de Homil: Feriæ currentis, cum ejus Commemoratione in Laudibus, in quibus idem Hymnus, qui assignatur pro utrisque Vesperis in locô: Reliqua omnia dicuntur de Communi un: Mart: per annum. Si autem celebretur Tempore Paschali, omnia (etiam Responsoria) dicuntur ùt in Comuni unius Mart: Tempore Paschali, præter Orationem propriam, & Hymnos, qui cum Lectionibus II. & III. Nocturni dicuntur, ùt suprà: in I. autem Nocturno dic: tunc Lect: de Scriptura occurrente: & in Laudib: fit Commemoratio Paschalis de Cruce. *Col. Rub.*

Missa (in qua *Gloria*, sine *Credo*) si celebretur hoc Festum in Quadragesima, est: *In virtute tua*, quæ est 1. de Commun: un: Mart: non Pontif: extans in recentioribus Missalibus in Ordine, excepta Oratione (quæ est propria, non item correspondens ei *Secreta*, ac *Postcomunio*) & 1. Evangeliô, quod incipit: *Si quis venit ad me*, ac sumitur ex Missâ *Statuit* 1. de Communi un: Mart: Pontif. Orat. 2. de Feria currente. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa. Post Graduale dicitur Tractus. Præfat. de Cruce. In fine Evang. Fer. curr. In Ecclesijs autem *Cathedr:* & *Colleg:* cantantur tunc 2. Missæ Convent: modô suprà initiô hujus ac præcedentis Mensis declaratô. Si verò celebretur Tempore Paschali, dic: Missa: *Protexisti me DEUS &c*, 1. de Comun: Mart: Temp. Paschal. excepta Oratione, & Evangelio, quæ dicuntur, ùt suprà. Oratio 2. Concede (nisi occurrat Festum Simplex) 3. *Ecclesiæ*, vel

vel pro Pap. *Gloria* sine *Cred.* Præfat. Paschal.

Vesperæ (nisi cras occurrat Festum 9. Lect:) hodie integræ dicuntur de S. Hermenegildo, cum Commemoratione Feriæ currentis (si celebretur hodiernum Festum in Quadragesima) & posteà Ss. Tiburtij, & Socior. Mart. tantùm. Hymnus propr: idémque, qui in 1. Vesperis: Orationes in loco: Reliqua omnia dic: ùt in 2. Vesperis de uno Mart: per annum. Si verò celebretur Tempore Paschali, dicuntur Vesperæ 2. de S. Hermenegildo, utì notantur in Commun: un: Martyr: Tempore Paschali, cum Hymno, & Oratione ùt suprà; fitque tunc Commemoratio de Ss. Tiburtio, & Soc: ùt in 1. Vesperis plur: Mart: Tempore Paschali cum propr: tamen Oratione, cui postmodùm subjungitur Commemoratio de Cruce Tempori Paschali propria. *Col. Rub.*

NB. Commune Martyrum Tempore Paschali *habetur cum alijs Communibus Sanctorum ejusd. Temporis in* Communi *Sanctorum ante Commune plurimorum Martyrum.*

Quòdsi Festum S. Hermenegildi transferatur (eò quòd vel veniat in Dominica, vel infra majorem Hebdomadem, aut intra Octavam Paschæ) de Ss. Tiburtio & Soc: nihilominus fit hodie & cras suis locis debita Comem: nisi incidat Ipsorum Festum in ultimum triduum majoris Hebdomadæ, aut primum Triduum Paschæ; tunc enim de Festo Simplici occurrente nihil omnino fit in *Officio*, aut *Missa*, utì nec in *Missa Dominicæ Palmarum*, si quod ejusmodi festum in ea occurrat; fit tamen hoc ultimo casu de eo Commemoratio in 1. Vesperis, & Laudibus Dominicæ, attamen sine Lectione per Rubr: Gen: VII. Missal. n. 1. IX. Brev. n. 7. ac 10.

14. Ss. Tiburtii, Valeriani, Maximi MM. Simpl. *Col. Rub.* veniat hoc Festum infra Hebdomadam Passionis, fit de eo tantùm Commemoratio in Vesperis hesternæ, Laudibus & Missa hodiernæ dic. sine Lectione: idem est, si incidat in Sabbatum in Albis, vel in Feriam IV. aut V. vel VI. infra Octavam Paschæ, vel Feriam II. aut III. aut IV. Majoris Hebdomadæ, nisi quòd incidat in *Feriam IV. infra Octavam Paschæ*, in solis *Laudibus*, non autem pridianis *Vesperis* (utpote habentibus Ritum duplicem 1. Classis) fiat eo Commemoratio, ùt mox dictum est: At verò si incidat in primum Triduum Paschæ, vel ultimum Triduum majoris Hebdomadæ, nec illo, nec de alio Simplici fit aliqua in *Officio* aut *Missa* istorum Dierum, utì nec de *Festo Simplici subsequente*, cum aliquo in 2. Vesperis Feriæ II. Paschæ fiat concursus, utì constat ex Tab: concurrent n. 2. & Rub: Gen. IX. n. 4. & 5. Si autem hoc, aut ali-

aliud Festum Simplex incidat in Dominicam Palmarum, tunc juxta herì & suò locò dicta in 1. *Vesperis*, ac *Laudibus* illius Dominicæ fit quidem Commemoratio de illo (sed sine Lectione) non tamen fit de eo Commemoratio in *Missa* illius Dominicæ. Si hoc aut aliud Festum simplex habens propriam Lectionem occurrat in *Dominica in Albis*, aut alia subsequente, in qua fit de Dominica, tunc non modò fit de eo Commemoratio suis locis in *Officio*, & *Missa*, sed etiam de eo legitur 9. Lectio (faciendo ex duabus unam, si duas habeat proprias) saltem regulariter loquendo.

Quòd si denique veniat hoc Festum post Octavam Paschæ, & hodie non sit faciendum de Festo aliquo 9. Lect: translato, aut hodie alicubi occurrente, nec de Dominica, nec de Octava, nec de Feria aliqua majore, nec de B. V. in Sabb: fit *Officium* & *Missa* de eo Ritu simplici sequentem in modum: Ad *Matut:* dic: Invitatorium, & Hymn: de Commun: plur: Martyr: Tempore Paschali cum sua propria clausula: huic subjungitur Nocturnum, seu 12. Psalmi Feriæ currentis, ùt in Psalterio, sub una Antiphona *Alleluja*, ut ibi tempore Paschali: post Psalmos, & Antiphonam dicitur Versus pro pluribus Martyribus temp: Paschali, desumptus ex eo Nocturno Communis Martyrum Temp: Paschali, qui respondet Feriæ currenti, nempe Feriâ II. & V. Versus I. Nocturni: Feriâ III. & VI. Versus II. Noct: Feriâ IV. Versus III. Nocturni. Post Versum dic: *Pater noster*, post hoc *Absolutio* (respondens dictô modô, seu Ordine, Feriæ currenti, ùt in Rubrica de absolutionibus) postea *Benedictiones*, quarum 1. *Ille nos benedicat &c.* 2. *Quorum Festum Colimus &c.* 3. *Ad societatem*, cum 3. Lectionibus, quarum 1. de Scriptura occurrente. 2. & 3. de Sanctis, utì in Propr: Sanctor. Post 1. & 2. Lectionem dic: Responsorium 1. & 2. illius Nocturni Communis Martyrum Temp: Paschali, qui respondet Feriæ currenti, nempe Feriâ II. & V. Responsorium primum, & secundum primi Nocturni. Feriâ III. & VI. Responsorium primum, & secundum secundi Nocturni. Feriâ IV. denique primum & secundum Responsorium tertij Nocturni. Quando autem Responsoria prædicta sumuntur ex 1. aut II. Nocturno, tunc in fine ultimi, h. e. secundi Responsorij, dicitur *Alleluja* cum repetitione partis Responsorij, ad eum proportionaliter modum, quô fit in 2. Responsorio III. Nocturni. Non dicitur autem ℟. *Hæc est vera Fraternitas*; tum, quia non est Responsorium Paschale; tum, quia non omnes sunt Fratres. Post 3. Lectionem dic: *Te DEUM laudamus.* Ad *Laudes*, ac *Horas* omnia dicuntur utì in

Communi Martyr. Temp. Paschali, cum Commemoratione de Cruce, propria Tempori Paschali, ac extante Feriâ II. post Dominicam in Albis. *Col. Rub.*

Missa (si veniat post Octavam Paschæ hoc Festum) dic: uti notatur in Missali in Propr. Sanctor. cum *Glor.* sine *Credo* : Oratio 2. *Concede.* 3. *Ecclesiæ*, vel *pro Papa*, prout notantur post Dominicam in Albis. Præfat. Paschal. *Col. Rubr.*

Vesperæ feriales, si hodie fuit factum de SS. Tiburtio ac Soc: & cras non sit faciendum de aliquo Festo, aut S. Maria in Sabbato; alioquin enim Vesperæ accommodandæ erunt crastino Officio. Si hodie Tempore Paschali fiat de aliquo Festo 9. Lect: in hanc diem translato, fit in 1. ejus Vesperis, Laudibus, ac Missa de Ss. Tiburtio, & Soc: Commemoratio, dicitúrque de ijsdem etiam 9. Lectio, faciendo ex duabus unam. Color Festo conveniens.

Si verò Festum hodiernum *Simplex* (par Ratio est de alijs Festis simplicibus hujus Mensis) incidat in Sabbatum non impeditum Officiô 9. Lectionum, *Officium* fit de *S. Maria in Sabbato*, ùt suô locô; de Ss. Tiburtio & Soc: verò tunc tantùm fit Commemoratio pridie in Vesperis, & hodie in Laudibus, ac Missa, sine Lectione deillis, & tunc. *Col. Rub.*

16. In Quadragesima de Festo simplici cras occurrente in hodiern Vesperis ferialibus fit tantùm Co memoratio, nisi id incidat in u mum triduum majoris Hebdoma tunc enim nec hodie, nec cra aliquid de illo, ne quidem al Commemoratio. Idem est, si c stinum, aut aliud Festum simplex cidat in 1. Triduum Paschæ, si v in aliam Hebdomadæ majoris, Paschalis diem incidat, fit de Commemoratio tam hodie in Vi ris (cum limitatione tamen al si incidat in Feriam IV. Octava schalis, ùt suprà die 14. hujus) q cras in *Laudibus* (sed sine Lectio ac etiam in *Missa*, exceptâ tamen rum Dominicâ in Palmis; in hu enim *Missa* de Festo simplici non Commemoratio, esto fiat, attamen sine Lectione, in ejus Officio.

Si verò veniat crastinum Sim plex post Octavam Paschæ, & cu non fiat de Festo 9. Lectionum, s cubi, aut aliquando occurrente, v translato, nec de Octava, vel Domi ca, aut de B.V. in Sabbato, hodiern Vesperæ usque ad Capitulum dice tur de Feria currente, ùt in Psalte Tempore Paschali, à Capitulo autem de Festo simplici cras occurrente cum Commemoratione de Cru propriâ Tempori Paschali. *Col. Rub.*

17. S. Aniceti Pap. & Martyr Simplex. *Col. Rub.* Si veniat in Qu drag: aut intra Octavam Paschæ, de illo in *Officio*, & *Missa* tantum Com-

Commemoratio, exceptis diebus, de quibus heri, & ſuprà 14. hujus. Si verò veniat poſt Octavam Paſchæ, & non ſit faciendum de Feſto 9. Lect: in hunc diem translato, nec de aliqua Octava, vel Dominica, aut de B. Maria in Sabbato, fit de eo Ritu ſimplici Paſchali, id eſt, Sumendo ad *Matut:* Invitatorium, & Hymnum cum Verſu, ac Reſponſorijs &c de Communi unius Martyris Tempore Paſchali; Antiphonam verò [*Alleluja*] & Pſalmos ex Nocturno Feriæ currentis, ad eum de reliquo modum; quô 14. hujus, niſi quòd tertia tantùm Lectio dicatur de Sancto, utì hac die in Propr: Sanctor: ea annotatur: prima autem, & ſecunda Lectio dicatur de Scriptura occurrente.

Missa [ſi hodie fiat de S. Aniceto) dicitur, prout notatur in Recentioribus Miſſal: in Propr: Sanctor: cum *Glor:* ſine *Cred:* Oratio 2. *Concede.* 3. *Eccleſiæ*, vel pro Pap. Præf: Paſchal. *Col. Rub.* Si autem hodie fiat de Feſto 9. Lection: translato, aut de Octava, aut B. V. in Sabbato: tunc fit de S. Aniceto ſolummodo ſuis locis Commemoratio cum ultima de eodem Lectione ſaltem in 1. Caſu, & verò etiam in 2. niſi ſit Octava Paſchæ, nunquam autem in 3. Caſu, quô nempe fieret de B. M. in Sabb.

20. Si Craſtina dies non ſit impedita (ob occurrentem v. g. Dominicam, aut majorem Hebdomadem, vel Octavam Paſchæ) nec hodie factum fuerit de Octava, aut Feſto 9. Lection: integræ Veſperæ dicuntur de ſequenti ſub Ritu ſemidupl: Paſchali, ad initium hujus, & præcedentis Menſis deſcriptô; dicendo de reliquo omnia ùt in Comun: Conf: Pont: præter Orationem, quæ eſt propria, & cum Comemoratione de Cruce, ùt Tempore Paſchali. *Col. Alb.*

21. S. Anselmi Epiſc: & Conf: Semid. *Col. Alb.* Si occurrat hoc Feſtum in Dominica, aut intra Hebdomadem majorem, vel Octavam Paſchæ, transfertur in Eccleſ. univerſali in diem proximam non impeditam; alioquin fit de eo hodie, dicendo Officium (attamen Ritu Paſchali, ad initium hujus, & præced: Menſis deſcriptô) de Communi Conf: Pontif. Lection: I: Noct. de Scriptur: occurrente, niſi contingat fieri de hoc Feſto (v. g. in caſu, quô transfertur) Feriâ II. Rogat: aut in Vigil: Aſcenſ: tunc enim, ſi non ſuperſit ponendum Initium alicujus Epiſtolæ nondum poſitum, Lectiones I. Nocturni juxta Rubr. Gen: XXVI. n. 9. ſumendæ ſunt de Commun: Conf: Pontif: *Fidelis ſermo*, non autem: *Sapientiam omnium &c.* ſeu de Commun Doctor: quia S. Anſelmus (par ratio eſt de Ss. Hilario, Leone, & ſimilibus) nec à Breviario, nec à Miſſali numeratur inter *Doctores Eccleſiæ*, antonomaſticè tales; unde nec in 1. nec 2. eorum Veſperis dicitur Antiphona: *O Doctor optime &c* ad

Magnificat, sed ea, quæ in utrisque assignatur in Communi Confessoris tantùm Pontificis, id quod de S. Anselmo expresè hîc monent Directoria Romana à me inspecta. Lectiones autem II. & III. Noct: sunt propr. Responsor: Octavum verò : *In medio Ecclesiæ &c*, uti in Communi Doctor. Oratio propr. Commemoratio Paschalis de S. Cruce.

Missa : *In Medio Ecclesiæ &c*, ùt in Communi Doctor: cum *Glor:* sine *Cred:* Oratio 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. nisi occurrat de eo fieri in Rogationibus; tunc enim 2. Oratio esset de Rogat. 3. *Concede*. Præf. Paschal. *Col. Alb.*

In 2. Vesperis à Capitulo fit Ritu Paschali de sequenti, cum Commemorat: præcedentis. *Col. Rub.* nisi cras faciendum sit de Dominica; tunc enim Vesperæ hod: dicuntur à Capit. de Dominica; Festum autem sequens transfertur.

22. Ss. Soteris, & Caii Pontif: & Mart: Semid. *Col. Rub.* Offic: de Comun: plur: Mart: Temp. Pasch. Oratio : *Beatorum Martyrum, pariterque Pontif: &c*, de Commun. plurim: Mart: Pont. Lectiones I. Noct: de Script: occur. II. Noct. uti notantur in propr. loco. III. Noct: *Ego sum vitis, vos Palmites &c*, ùt in Communi Mart: Temp: Pasch. 2. locô. Commemoratio Paschalis de Cruce.

Missa, uti notatur, cum *Glor:* sine *Credo*. Orat. 2. *Concede* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. Præf: Paschal. Col. Rub. Quòdsi veniat hoc, aut simile Festum in Rogationibus. 2. Oratio in Missis privatis erit de Rogat. 3. *Concede*. ibi.

In 2. *Vesperis* à Capit: de S. Georgio Mart: ubi hujus Festum juxta morem, ac Calendarium Romanum celebratur 23. Aprilis, Ritúque duplici taxat Semiduplici, cum Commemoratione præcedentis. *Col. Rub.*

Ubi verò Festum S. Georgii celebratur 23. hujus *Ritu duplici*, ibi integræ Vesperæ dicuntur de illo in Commun: un: Mart. Tem: Pasch: excepta Oratione, quæ propria; de Ss. Sotere, & Cajo autem fit solùm Commemoratio; imo & hæc omittitur ibi, ubi S. Georgius est Patronus primarius, aut Titularis Ecclesiæ. Ubi denique S. Georgius (uti in quibusdam Dioecesibus Germaniæ, ac nominatim in nostra Brixinensi) celebratur primùm 24. Aprilis, ibi hodiernæ Vesperæ integræ dicuntur de Ss. Sotere, & Cajo (nisi cras faciendum sit vel de Dominica, aut de alio quodam Festo 9. Lection:) dicuntur item, ùt in 2. Vesperis plur: Mart: Temp. Paschal. *Col. Rub.*

Juxta Calendarium Romanum (quod sequuntur Complures Dioeceses, non tamen omnes, etiam Nostræ Germaniæ) occurrit hodie Festum S. Megalo-Martyris Georgii celebrandum Ritu Semid: Paschal.

ùe in Communi un: Mart: Tempore Paschali, ac Propr. locô. Quia autem in pluribus locis est *Festum Fori* (quo nomine in Germania veniunt illa Festa, quæ habent annexam obligationem audiendi Missam, & abstinendi ab opere servili) ideo in Vesperis, quæ solenniter cantantur de hoc Sancto, ad Intonationem Hymni: *DEUS tuorum militum* Officiator jungit, extendit, & elevat manus, ac caput inclinat versùs Altare, utì ex Cæremoniali Episcoporum monet Bauldry P. 2. Manual. c. 11. a. 1. n. 25. ubi ait: Idipsum esse faciendum, quoties initium alicujus Hymni inchoatur per Invocationem *DEI*, vel Christi.

Missa, utì notatur, cum *Glor:* sine *Credo* (nisì in propria Ecclesia &c) Orat. 2. & 3. ùt herì. Præf. Paschal. Vesperæ hodiernæ de eod: cum Commemorat: Paschal: de S. Cruce. *Col. Rub.* Sicubi S. Georgius sit *Patronus primarius*, aut *Titularis Ecclesiæ*, ibi celebrandus est sub Ritu dupl. 1. Classis, & cum Octava, pro qua Lectiones in II. & III. Nocturno dicendas assignat Octavarium Romanum à fol. 253. & 290. Editionis Antuerpiensis de anno 1628.

Ubi *Festum S. Georgij* non hodie, sed primùm cras celebratur, ibi hodie (nisì fortè faciendum sit de Simplici, aut alio Festo 9. Lection: alicubi hodie occurrente, aut translato) Officium sit feriale usque ad Nonam inclusivè.

Vesperæ autem dicentur de S. Georgio Mart: Ritu semidupl: vel duplici, prout alterutro horum Rituum in ejusmodi loco celebratur; & *Crastinum Officium* dicetur ibi similiter de eodem, modô paulò antè relatô. *Col. Rub.* Quid observandum circa hoc Festum, quando incidit in *Parasceven*, aut *Sabbatum Sanctum*, vel *Dominicam Resurr:* ac nominatim ibi, ubi est *Festum Fori*, partim dictum est jam suprà hac Parte, partim etiam P. I. *Tit: de Ferijs major: Hebd.* & videri potest P. Gobat Tom. I. P. I. Tr. 3. Cas. 7. à n. 213. 223. & 227. ubi inter alia ait: Cùm anno 1666. in Parasceven Constantiæ incidisset Festum S. Georgij (quod ibi celebratur more Romano 23. Aprilis, at tanquam *Festum Fori*, seu de *præcepto*, obligante ad abstinentiam ab Opere servili, & Missæ Auditionem) celebratum id ipso illo die fuisse *feriatione à labore Servili:* & quidem solâ, id est, absque obligatione assistendi Officio illius diei, quod cùm propriè *Missa* non sit, & præter illud Missam aliquam propriè dictam (saltem per se loquendo) facere die illo non liceat, cessat pro tali die obligatio audiendi Sacrum ejusmodi die, ac loco: unde etiam, cùm anno 1633. in Ecclesia Universali Festum *Annuntiationis B. V.* in eandem *Feriam VI. Parasceves* incidisset, rescriptum est Româ, etiam illic tum nullam Missam fuisse celebratam, Populúmque pronun-

riatum fuisse liberum ab obligatione Ordinarij Officij illius diei, non item tunc Temporis ab obligatione Vacandi ab operibus Servilibus. Licàt autem modò Festum Annuntiationis, quando id incidit in *Parasceven*, aut *Sabbatum Sanctum* ex recentiore Sac. Rit. Congr. Decreto de anno 1690. 11. Mart: tam in *Foro*, quàm in *Choro* transferatur, non tamen perinde permittit ead: Sac. Rit: Congr: sed potiùs prohibet [Teste Barbosa, & Gav: & Alijs apud Gobatum Tom. 1. Tr. 3. n. 227. & Tr. 5. n. 102. alia quoque Festa similiter *in Foro transferri*, quando die suo celebrari *Officiò* ac *Missâ* non possunt; imò etiam ipsum Annuntiationis Festum, nonnisi prædictis 2. diebus hodie ampliùs *in Foro*, quantum est ex vi Decreti, permittitur, sed *in solo Choro*, cùm die suo celebrari non potest. Vid. citat. Gob. Tom. 1. P. 1. Tr. 5. à n. 102. & n. 110. ubi plura de Festo Annuntiat: & S. Georgij, incidentibus respectivè in Parasceven, & Sabbatum Sanctum.

24. In quibusdam Germaniæ Diœcesibus [nominatim nostra Brixinensi, ac Ratisbonensi &c] hac die celebratur Festum S. Georgii sub Ritu duplici Paschali, modô cætera heri descriptô, nisi quòd 2. Vesperæ dicantur integræ sub Ritu duplici 2. Classis de sequenti, h. e. S. Marco Evangelista, recitando omnia ùt in Communi Apostolor: & Evangelistar: Tempore Paschali, [illegible] propriô locô; cum Commemoratione præcedentis, nisi ubi S. Georgius *Patronus primarius*, aut *Titularis* [illegible] *sia*; adeoque duplex 1. Classis; enim etiam II. Vesperæ dicuntur S. Georgio, cum Commemoratione de sequenti, atque etiam de Dominica, si hodie sit Sabbatum. Col. Rub. Vide herì dicta, ubi plura huc pertinentia. Si Festum sequens celebretur Fer: II. post Dominicam Albis, tunc in 1. ejus Vesperis de Dominica in Albis fit tantùm Commemorat: etsi enim *Die Octava* Pas[chæ] [idem est de *Die Octavæ* Epiphan. Ascensionis, & Corporis Christi concurrente cum sequenti duplici minore, aut etiam majore, Vesperæ etiam secundæ integræ dicendæ sunt de Die tali Octava, ac sola facienda Commemoratio de seq. Festo Duplici minore, aut majore; si tamen sequens Festum, etiam translatum, sit dupl: 1. vel 2. Classis [quale est Festum S. Marci] Vesperæ integræ de sequenti, cum Commemoratione Diei Octavæ. *Rubr: Gen: XI. n. 7. fin.*

25. S. Marci Evangelistæ. Duplex 2. Classis. Romæ Statio ad S. Petrum, & *Litaniæ majores*, de quibus suprà P. I. & Gav. Tom. 2. S. c. 16. item S. 7. c. 6. hîc, & S. 9. c. [illegible] à n. 9. In Officio omnia dicuntur ut in Commun: Apostolor: & Evangelistar: Temp: Paschal: ac propr: loci.

Si

Si veniat in Dominica post Octavam Paschæ, dicitur de eâ Dominicâ 9. Lectio, cum ejusdem Commemorat: in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, in cujus fine tunc quoque de eadem Dominica dic: ult: Evangel. *Col. Rub.*

Missa de S. Marco pariter dic: uti notatur hoc die in Missali, cum *Glor:* & *Credo.* In ea [nisi veniat in Dominica] Oratio unica. Præfatio de Apostol: & in fine Evang. S. Joan. *Col. Rub.*

Hoc Die [Verumtamen in Paramentis *Violacei Coloris*] fit simul Processio Litaniarum maiorum cum Missa de Rogationibus [extante post Dominicam V. post Pascha in Missal: Roman.] nisi in hunc eundem diem incidat Festum, seu Dominica Resurrectionis Domini; uti contingit, quando littera Dominicalis est C. Epacta autem XXV. vel XXIV. & ità accidit 1666. tunc enim juxta Rubricam ejusdem Missalis, hodierno Festo præfixam, & S. Rit: Congr: Decretum de anno 1629. 25. Sept: *Processio*, ac *Litaniæ majores* unà cum *Missa Processionis*, seu *Rogationum* transferuntur in Feriam III. sequentem Paschæ, ob Congruentias à Gav: Tom. 2. Sect. 6. c. 16. n. 1. ingeniosè observatas, *Festum* autem *S. Marci* tunc transfertur [attamen in *solo Choro*] in diem proximam non impeditam post Octavam Paschæ. Quòd si *Festum S. Marci* in aliam quamcunque diem infra Octavam Paschæ, aut in ipsam ejus Diem Octavam [quæ est, ac dicitur *Dominica in Albis*] cadat, uti contigit 1677. tunc Festum S. Marci quidem dictò modò transfertur, quoad *Officium* scilicet, ac *Missam*, *Litaniæ* autem, seu *Processiones* [dictæ olim *nigræ*; tum quòd Cruci, & Altaribus *nigri Coloris* vela oppanderentur; tum quòd homines in signum mœroris, ac pœnitentiæ *nigris Vestibus* induti procederent] non transferuntur, sed ipso die 25. Aprilis habentur; atque tunc in *Missa de Rogationibus* [cantandâ in Terminô Stationis, five Processionis, cum Paramentis Violacei Coloris, non modò sine *Gloria*, & *Credo*, sed etiam absque Commemoratione Paschatis] dicitur quidem Præfatio Paschalis, sed ea, quæ cum suo Cantu dicitur in diebus ferialibus, quia Missa est *ferialis*, ac Missa *de Luctu*; & consequenter in fine Missæ dicendum est *Benedicamus*, non tamen huic addenda duo *Alleluja* illa, quæ alioquin per hanc Octavam addi solent ad *Ite Missa est.* In Canone tamen etiam hujus Missæ *Communicantes*, & *hanc igitur* Paschæ propria unà cum Præfatione Paschali dici debent. *Gav:* & *Gerlac: hic.* In eadem *Missa Litaniarum* Oratio 2. est *Concede 3. Ecclesiæ*, vel pro Pap. Missæ aliæ verò dicuntur de die currentis Octavæ, sine Commemorat: de Rogationib.

Si *Festum S. Marci* alio quocunque

que die post Octavâ Paschæ occurrat, pariter eodem die, nempe 25. Aprilis, fit Processio cum Paramentis Violacei Coloris in Litanijs majoribus, ac Missa Processionis de Rogationibus: excipe tamen Casum, quô Processio illa Litaniarum Majorum terminatur *ad Ecclesiam S. Marci*; ibi enim ex Decr: Sac. Rit. Congr: de anno 1603. 23. Maij, vel ùt Al. cit. 13. Martij, etiam *Missa Processionis* Cantatur de S. Marco, omissâ Missâ de Rogationibus; quia Titulus Ecclesiæ est Locus Lætitiæ eo die: alioquin autem die Litaniarum majorum [idem est de die minorum, ut suô locô] in Ecclesijs saltem Cathedralibus & Collegiat: cantantur duæ Missæ, una *de Festo* (extra Octav. Pasch.) ùt suprà, sine Com̃emoratione Litaniarum, altera de Rogationibus, seu *Litaniâ*, sine Com̃emorat: de S. Marco, aut de Octava, si Festum S. Marci, adeoque & Litaniæ majores fortè veniant infra Octavam Paschæ: Porrò *Missa* Litaniarum majorum semper [etiam infra Octavam Paschæ] dicenda est in Paramentis Violacei Coloris, & sine *Gloria*, & *Credo*, nisi dicatur in Dominica; tunc enim adhuc quidem dicenda sine *Gloria*, non tamen sine *Credo*, uti ex Rubric. Gen. XI. Missal: Roman: post medium, ac circa finem illius, colligit Auctor Directorij Viennensis, ad Annum 1694. [quô *Festum S. Marci*, ac *Litaniæ majores* inciderant in Dominica 2. post Pascha] ponens sequentia: *Missa Processionis est eadem, quæ* [illegible] *II. Rogationum, sine Gloria; Credo* [illegible] *men dicitur propter Dominicam*, [illegible] *vìs ejus Commemoratio non fiat* [illegible] *Missa*, conformiter Rubricæ [illegible] XI: Missal: in fin. Quare cum [illegible] jus Casûs exceptione intelligendus erit id, quod scribit Gavantus T[illegible] I. P. 4. Tit. 11. n. 13. circa finem [illegible] *Missa Litaniarum* [tam *majorum*, [illegible] *minorum*] 2. Oratio est *Concede* [illegible] *Ecclesiæ*, vel pro Pap: ac semper [illegible] fatio Paschalis [tono tamen *fe*[illegible] non autem *festivo* decantanda] [illegible] cùm *Missa* illa *Litaniarum* dicitur [illegible] Festo S. Marci, & in fine Evangelium S. Joannis. In *Missis* de *S. Marci* etiam privatis, non fit Commemoratio *de Rogationibus*, nec legitur in fine illarum Evangelium de Rogationibus. Hinc, nisi Festum S. Marci veniat in Dominica, dicitur [illegible] Missis tam privatis, quàm etiam [illegible] lenni de illo, non nisi unica Oratio & in fine Evangelium S. Joannis. Si verò veniat in Dominica post Octavam Paschæ, fit in Missis de [illegible] jus Festo Commemoratio de Dominica occurrente, legitúrque in fine earundem Evangelium de eadem Dominica: Col. Rub. & Præfatio de Apostolis juxta superiùs jam dicta.

Modum Competenter instituendi Processionem Litaniarum, tam *majorum*, quàm *minorum*, accurrat tra-

tradit Rituale Romanum in *Rubrica*, seu *Titulo de Processionibus*, nec non Cæremoniale Episcopor. l. 2. c. 32. & ex ijsdem Bauldry *P.* 2. Man: c. 17. & *P.* 4. *c.* 12. *à n.* 9. Gerlac: Vin: *P.* 6. *Tit.* 20. Inter alia præscribuntur Sequentia: 1. Manè die, ac Horâ statutâ Clerus (indutus Cottis, h. e. superpelliceis) & Populus in Ecclesia congregati, omnes contrito, & humili corde, Deum tantisper flexis genibus deprecentur. 2. Sacerdos Amictu, Albâ, Cingulô, Stolâ, & Pluviali (vel in hujus defectu saltem Stolâ supra Superpelliceum) Violacei Coloris in Sacristia indutus, inde, quodam alio, Crucem modô *alibi* relatô inter 2. Acolythos (Candelabra cum accensis Cereis deferentes) præcedente, procedit ad summum Altare, ibique Clerus, in Presbyterio congregatus, stando cantat Antiphonam: *Exurge Domine &c*, uti in Rituali Romano. 3. finitâ Antiphonâ genuflectunt omnes, & duo Clerici (vel Cantores) ante ipsum Altare majus genuflexi, devotè cantare incipiunt Litanias omnium Sanctorum, Choro respondente, & easdem repetituro, si talis sit consuetudo, aut saltem, si longior sit Processio. 4. ubi cantatum fuerit *Sancta Maria ora pro nobis*, surgunt omnes (non antè) ac Ordinatim procedunt, egredientes, Litaniásque prosequentes, præcedentibus Thurisferario, hóque, qui defert Crucem, necnon Acolythis, ac Clero, ultimô verò locô Sacerdos, paratus Pluviali, ùt suprà, ac post eum Populus. 5. Ordine hoc vadit Processio usque ad Ecclesiam, ad quam dirigitur, pro more, ac consuetudine cujuscunque loci; ejúsque Ecclesiæ Clerus obviam illi procedet usque extra Portas Templi, ibique stans eam recipiet. 6. Si Processio sit longior, Litanijs usque ad preces exclusivè absolutis, vel repetuntur eædem Litaniæ, vel decantantur Psalmi (saltem aliqui) Pœnitentiales, aut Graduales, usque dum Ventum sit ad Ecclesiam, ad quam terminatur Processio: nullô autem modô in Processione Litaniarum majorum, ac minorum decantari debent Responsoria, aut Hymni, vel cantica Lætitiæ, ob Rationem suprà insinuatam. 7. Si in via divertendum sit ad Ecclesiam unam vel plures, post ingressum in talem Ecclesiam intermissis tantisper Litanijs, vel Psalmis, cantatur Antiphona cum Versu, & Oratione de S. Patrono illius Ecclesiæ, attamen juxta Bauldryum illa, quæ in Suffragijs pro Commemoratione per annum ad Vesperas dicitur, & non de ipsomet die Festi, nisi sit conformis Commemorationi. Deinde egrediendo resumuntur Litaniæ, vel Psalmi, proceditúrque ulteriùs ad Ecclesiam designatam. 8. Postquam perventum fuerit ad eam Ecclesiam, ad quam juxta consuetudinem loci diri-

gitur Processio, tunc, si consuetudo habeat, ut ibi *terminetur* Processio, dicitur (omnibus genuflexis, etiam celebrante, nisi quod hîc ad Orationes surgat) alternatim à Choro Psalmus : *DEUS in Adjutorium &c*, ùt infrà, cui celebrans subjungit preces, & Orationes, pariter, ùt infrà; Litanijs verò in hunc modum absolutis, & post eas modò mox dicendò Missâ Rogationum (& quidem sine Commemoratione Festi occurrentis) finitur Processio. Quia verò pluribus in locis consuetudo habet, ut in ea Ecclesia, ad quam dirigitur Processio, ubi ad eam perventum, decantetur quidem ibi Missa solennis de Rogationibus (in Param: Violac: Coloris) non autem de S. Marco, nisi hic fuerit *Patronus Titularis* illius Ecclesiæ, non tamen in ea Ecclesia modò paulò ante relatò terminetur Processio, sed celebratâ ibi Missâ, ut dixi, Processionali, Clerus simul ac Populus ab ea redire Processionaliter soleat ad primam Ecclesiam, unde discesserant, ideo 9. ubi hæc posterior viget consuetudo, Missâ, ùt dixi, finitâ, regreditur Processio ad Ecclesiam, unde exivit, cantando in reditu Litanias, vel Psalmos pœnitentiales, aut Graduales nondum per solutos. 10. Processione in Ecclesiam reversa ab omnibus genuflectitur, dicitúrque Psalmus : *DEUS in Adjutorium &c* alternatim ab ipsomet Choro, incipientibus ipsum Cantoribus; postmodum ab Hebdomadario, [illegible] Sacerdote Officiatore Pluviali in[illegible] to, & ante Altare summum ge[illegible] flexo, cantantur *Preces* : His [illegible] stans (& quidem solus) subjun[illegible] *Orationes* in Breviario Romano [illegible] Litanias omnium Sanctorum [illegible] gnatas, Clero de genibus resp[illegible] dente.

Ad Normam, ac Similitu[illegible] nem hodiernæ Processionis *Litaniarum majorum*, instituendæ quoque [illegible] Triduò ante Ascensionem Dom[illegible] Processiones seu *Litaniæ minores*, [illegible] *Rogationes* seu *Deprecationes* appellat[illegible] de quibus suprà P. I. aliæque Proce[illegible] nes extraordinariæ, quæ quandoq[illegible] ad placandam Iram Divinam in[illegible] tui solent, & de quibus in specie [illegible] gunt locis cit: Cæremoniale Epis[illegible] porum, & Rituale Romanum [illegible] & de illis, quæ ex causa lætitiæ, [illegible] Gratiarum actione, aut etiam Tra[illegible] latione Sacrarum Reliquiarum [illegible] interdum instituuntur) tradenda [illegible] rum ordinandarum *Praxim*, ac [illegible] *dum*. Videri quoque de ijsdem po[illegible] test Paulus Maria Quarti integr[illegible] Tractatu de Processionibus agens [illegible] Castald. hîc, & Bauldry P. 2. Man[illegible] à Cap. 14. usque ad Cap. 19. inclu[illegible] sivè, ubi inter alia etiam traditu[illegible] dinem recipiendi *Processionaliter Pr[illegible] latos Ecclesiæ*, item *Principes Secular[illegible]* puta : *Imperatorem*, *Regem &c*, [illegible] non *Imperatricem*, *Reginam*, alias *Magnæ potentiæ Principissas*, ac tandem [illegible] Ba[illegible]

Barthol: Gavantus Tom. 1. P. 1. Tit. 29. lit. E. ubi erudita de Processionibus generatim ab eo traduntur; in specie autem *de Processione Litaniarum majorum*, ac *minorum* agit Tom. 1. cit. P. 4. Tit. 11. à n. 7. Ubi de Utrarumque Origine, Notatione Nominis, & causa finali differit; cur item illæ, quæ fiunt in Festo S. Marci, dicantur *majores*, illæ autem, quæ in triduo ante Ascensionem Domini, apellentur *minores*. Circa harum utrasque, ac omnes universim ritè decantandas notare hîc insuper ex Bauldryo cit: P. 2. c. 17. & P. 4. c. 12. & Arnaud: juvat sequentia: 1. Quando dicuntur Litaniæ pro *vitanda peste*, vel alia simili de causa, tunc ante Versum: *Per Mysterium Sanctæ Incarnationis tuæ &c* dici debet: *A peste*, vel: *A fame &c*; post Versum verò: *Ut omnibus Fidelibus Defunctis &c* dici debet iste alius Versus: *Ut à Pestilentiæ flagello &c.* Idem fiat de aliis Versibus similibus, qui in Litanijs extraordinarijs ità dici possunt, uti videre est in Rituali Romano Pauli V. 2. Si Processio in Festo S. Marci procedat ad Ecclesiam in honorem ipsius S. Marci Deo dicatam, tunc Missam Processionalem in ea Ecclesia non esse cantandam de *Litanijs*, seu *Rogationibus*, sed de *Festo S. Marci*, decrevit Sac. Rit. Congreg. 13. Martij 1603. 3. In Litanijs nominandi sunt Sancti eo Ordine, quo cantantur, ità, ut Ordo præscriptus inverti non debeat, etiamsi sint *Patroni*, & *Titulares*: unde non rectè (inquit Bauldryus) nominarentur v. g. Ss. Laurentius, aut Augustinus, ante Ss. Stephanum, aut Silvestrum, more quorumdam, qui sæpe nominant Nomen Patroni Episcopi v. g. ante Nomen S. Petri, aut alterius Apostoli, antequam exeant de Ecclesia; hoc enim pugnat contra Ordinem Ecclesiæ: imò ne nominari quidem debent Patroni, aut Titulares Ecclesiæ in Litanijs (seclusô speciali Sedis Apostolicæ Indultô) nisi eorum Nomina sint expressa in ipsis Litanijs; ità enim statutum à S. R. C. 22. Martij 1631. & 1706. 20. Martij expressè decernente, præter Nomina Sanctorum, quæ ibi in Breviario sunt expressa, non licere alia superaddere, etsi sint Patroni Loci, aut Titulares Ecclesiæ &c, inconsulta Sac: Sede Apostolica. Multò minùs (inquit Arnaud) invocandi erunt in Litanijs ij, qui nondum sunt Canonizati, imò hi neque privatim in Litanijs recitandi. 4. vacante Sede Apostolica per mortem summi Pontificis omittenda est in Litanijs Petitio de Dominio Apostolico, reticendo hæc verba: *Dominum Apostolicum*, item post Psalmum in Precibus Versum: *Oremus pro Pontifice nostro &c*, ac denique Orationem pro Papa: *Omnipotens Sempiterne DEUS &c.* Vocatur autem Papa *Domnus*, non *Dominus*; quia *Dominus* Titulus *DEI* est, *Domnus* autem

Hominis Præclari, ùt ex Evodio ad annum Christi 416. docet Baronius; *Apostolicus* autem vocatur Papa, quia Successor est Principis *Apostolorum*, nempe S. Petri. Vide Dominicum & Carolum Macrum (Vulgò Magrium) in Hierolexico, Verbô: DOMNUS, ubi ità scribunt: DOMNUS *vox* est *ab Ecclesiasticis* locô DOMINI usitata; *nam* DOMINUS est *Titulus solius DEI* (intellige per excellentiam) *& ideo Hominibus Syllabâ demptâ* DOMNI *Titulus datur, juxta illud*: Cœlestem DOMINUM, terrestrem dicito DOMNUM. Hinc etiam est, quòd licèt, cùm quis *Officium* aut *Missam* privatim seu solus recitat, in Petitione Benedictionis ante Lectiones, aut Evangelium, dicere debeat: *Jube Domine benedicere*, quando quis tamen Officium recitat cum alio, aut in Choro, adeoque Benedictionem ante Lection: petit ab alio (idem est de Petente Benedictionem ante Evangelium à Celebrante) & sit Episcopo inferior, dicere debeat: *Jube Domne &c*, non *Domine*. Ratio est; quia in priori casu eam immediatè petit à DEO, in posteriore ab Homine. Gav. S. 3. c. 11. n. 4. Vide Dicta *Feriâ II*. Rog.

Quia *Litaniæ Majores*, quæ 25. Aprilis in Festo S. Marci, aut, si in eum Diem incidat Festum Paschæ, Feriâ III. subsequente decantantur, utì & *Litaniæ minores*, quæ in triduo *Rogationum* seu Litaniar: *minor*: ante Festum Ascens: pariter decantantur, [illegible] *Pars Officij* illorum Dierum, ideo [illegible] mnibus, qui tenentur recitare [illegible] ras Canonicas, præcipiunt Rub[illegible] Breviarij [& quidem sub Mo[illegible] juxta Communem, ac probabi[illegible] rem Suarii *L. 4. de Hor: Canon: c.* [illegible] *n. 8. & 9.*] ut ij, qui non inter[illegible] Processionibus illorum Dierum, [illegible] *tanias de omnibus Sanctis* cum anne[illegible] *Precibus* & *Orationibus* [attamen [illegible] *Psalmis pœnitentialibus*] recitent D[illegible] bus illis privatim post Laudes D[illegible] Versui *Benedicamus Domino* [om[illegible] Versu: *Fidelium animæ &c*, ac [illegible] phonâ *Regina Cœli &c*] easdem [illegible] mediatè subjungendo, & quid[illegible] flexis genibus: mœrorem enim [illegible] bent, ut indicat Color Violáceus [illegible] illásque Recitantes *Peccatorum* po[illegible] tiùs Statum repræsentant, quam *Justorum*; Unde & in ijs dicunt: *Pe[illegible] catores &c*, ùt ex Joann. Beleth [illegible] tat Gav.[1] Porrò inter *Absentes à Pro[illegible] cessione* etiam illi [teste Gav: ac alij] numerantur, qui sub Process: vel omnino non cantant, vel fabulando cum alijs &c solummodo materialiter decantant Litanias, ut P. I. Pa[illegible] ris Boni Dote. 2. c. 2. q. 5. Auctoritate, ac Ratione ostendo. An verò ille, qui recitat Vesperi *Matutinum* cum *Laudibus*, possit etiam statim recitare *Litanias*, cum annexis *Precibus* & *Orationibus* pro seq: Die, inter D.D. Controvertitur. Gav: Tom. 2. S. [illegible] c. 16. n. 6. censet, posse id licitè fieri

Quia,

Quæ, inquit, *Rubrica conjungit Litaniarum Laudibus, quibus idcirco adimitur Versus*: Fidelium, *& Accessorium sequatur naturam sui Principalis, quod in hoc casu sunt Litaniæ.* Atque hanc Gavanti sententiam suò quoque calculò olim probavit P. Gobat Tr. 5. n. 615. At contrarium [& meritò meò Judiciò] tenent P. Thom. Tamburin: l. 2. in Decal: c. 2. §. 5. n. 7. & P. Joan. Stoz. in Tribun: nec non P. Carolus Guyet in sua Heortologia l. 4. c. 2. q. 6. tales pro hac Sententia adferens Rationes, ùt etiam P. Gobat eam tanquam *Verosimiliorem* (ob Rationem cit. P. I. Pastoris boni à me insinuatam) in posteriore sui *Operis* Editione Tr. 5. n. 616. amplectatur.

Ubi viget Consuetudo *abstinendi à Carnibus* in Festo S. Marci, seu die Litaniarum majorum, vel etiam Statutum Capituli *Rogationes, de consecr: distinct.* 3. similiter imperans *Abstinentiam à Carnibus in* 3. *Ferijs Rogationum*, ibi ejusmodi Consuetudini, ac Statuto mos erit gerendus juxta Mensuram obligationis, quâ juxta Communem sensum censentur obligare, vel non obligare in ejusmodi loco. *An* autem, & *quomodo* etiam transferenda sit illa abstinentia in ejusmodi Locis tunc, quando Festum S. Marci incidit in Feriam II. vel III. aut IV. Paschæ (uti in hanc ultimam incidit 1685. & 1696.) vel in ipsam Dominicam in Albis, uti incidebat 1677. Videri potest apud cit: Guyet, & P. Claud: La Croix Tom. 4. l. 4. n. 1291. Qui posterior Tom. 1. l. 1. n. 571. & 592. ex P. Gobat insuper tradit Regulam cognoscendi, an consuetudo ejusmodi sit solummodo devotionalis, an verò obligatoria sub Reatu Culpæ, qualem supponit dari in Diœcesi Monasterienſi, Parisina &c.

In II. Vesperis S. Marci (dicendis, ùt in Commun: Apostolor: & Evangelistar: Temp. Pasch: excepto Orat.) fit Commemoratio de Festo sequenti, etiam ibi, ubi S. Marcus est Patronus Titularis Ecclesiæ, ei verò Commemorationi præponitur Commemoratio de Dominica, quando Festum hujus S. Evangelistæ incidit in Dominicam. *Col. Rub.*

Quando Festum S. Marci, & Festum Ss. Apostolor: Philippi, & Jacobi simul transferuntur, tunc ex Decreto Sac: Rit: Congr: de anno 1666. 18. Septemb: priùs reponendum, seu celebrandum est Festum S. Marci, & postea primùm Festum Ss. Apostol: Philippi, & Jacobi: id quod ipsum Directorium Romanum 1707. exactè observavit, non obstantibus ijs, quæ Gavantus tradit P. 2. Sect. 3. de concurr: cap. 9. n. 3. & in Tabula 34. Ubi Festum S. Marci celebratur cum Octava, ibi infra Octavam Lectiones in II. Nocturno dicuntur, prout notantur in Octavario Romano à fol. 193. *Tit. Infra Octa-*

vam Evangelistar. In III. Noct: autem prout notantur ibid: à *fol.* 208. *Tit. eod.*

26. Ss. Cleti, & Marcellini Pontif: & Mart: Semid. *Col. Rub.* Officium, ùt in Commun: plur: Mart: Temp. Paschal. Oratio: *Beatorum Martyrum, pariterque Pontificum &c*, de Commun. plurim: Mart. Lectiones I. Nocturni, quando Feriâ II. Rogationum hodie non occurrit, sunt de Scriptura occurrente. II. propriæ. III. *Ego sum vitis, vos Palmites &c*, ùt in Commun: Mart. Temp. Pasch. 2. locô. Si autem hoc Festum celebretur Feriâ II. Rogationum, tunc Lectiones I. Nocturni sumuntur ex Communi Martyr: extra Tempus Paschale de Epist: B. Bauli ad Rom: *Fratres Debitores &c*, & 9. *Lectio legitur de Homilia Feriæ*; cum Commemoratione ejusdem in Laudib: ac Missa, ùt infrà. Similiter si aliquod ex sequentibus Festis 9. Lectionum occurrat dictâ Feriâ II. Rogat: aut in Vigilia Ascensionis, in I. Nocturno leguntur Lectiones, quæ habentur in Communi illius Sancti extra Tempus Paschale, nisi propriæ assignentur, aut ponendum sit Initium alicujus Epistolæ præcedentis Dominicæ, quod omissum sit ob aliud Festum in ea celebratum, in quo propriæ Lectiones sint assignatæ. *Rubr: Brev: hîc.* Pari modo dicitur 9. Lectio in Officio, & ult: Evangelium in Missis Festivis, de Fer: II. Rogationum, aut Vigiliâ Ascens: quando hæ in aliquo sequentium Festor. Lectionũ occurrunt, cum illarum eodem Officio, ac Missâ privatâ Fe- vâ Cõmemoratione: occurrente Festo 9. Lection: in Feria 3. Rog. nihil fit de illa in Officio. Inci- hoc Festũ in Dominica tranferr.

In *Vesperis*, ac *Laudibus* fit Cõ- memorat: Paschalis de Cruce, a- veniat infra aliquam Octavam.

Missa: *Sancti tui Domine* [2. de Communi Mart: Temp. P- schal: extans in Ordine in recen- ribus Missalib.] cum *Glor:* sine Cr- *Orat. 2. Concede. 3. Ecclesiæ*, vel Pap. Præf. Paschal. *Col. Rub.*

Si hodiernum, aut aliud f- stum Semidupl: hujus, vel sequen- Mensis incidat in Feriam II. aut I- Rogationum, tunc in Missis pro- tis [nisi simul occurrat *Dies infra Octavam* aut *Festum simplex*] Oratio est de Rogationibus. 3. *Concede*, Festum Simplex non occurrat] fine Missæ talis Festi, si cadat in Fe- riam II. Rogationum, legitur Evang. Missæ Rogationum; Evangelium autem S. Joannis, si id cadat in Fe- riam III. Rogation: in qua si simul occurrat *Festum Simplex*, Commemo- ratio de Rogat: fiet post Commemo- rationem de Simplici, secùs eli- Simplex simul occurrat in Feria II. Rogationum; quia hæc est *Festum major*, non item illa. At verò in Ecclesijs *Cathedralibus*, & Collegiat- cantantur tunc duæ Missæ, una F-

Festo post TERTIAM, Altera de Festa Rogationum post NONAM, & tam in Missa de Festo [nisi simul occurrat *Dies infra Octavam*, aut *Festum Simplex*] quàm de Rogationibus, Oratio 2. est *Concede*. 3. Ecclesiæ, vel pro Pap. Præfatio utrobique Paschalis, & in fine utriusque legitur Evangelium S. Joannis.

Si denique ejusmodi Festum semidupl. incidat in Feriam IV Rogationum, tunc in Missis privatis 2. Oratio est de Vigilia Ascensionis Domini. 3. de Rogationibus. Præfatio Paschal: & in fine Evangel. de Vigilia Ascens. *Col.* Festo conveniens. In Ecclesijs. verò *Cathedralibus, & Collegiatis* cantari tunc debent, juxta propr. Rubr. hîc 3. Missæ. Prima de *Festo* post TERTIAM *Col. Rub.* secunda de *Vigilia* post Sextam *Col. Rub.* 3. de Rogationibus post NONAM in paramentis Violacei Coloris, & in qualibet illarum (cum Exceptione tamen aliqua mox subjungenda) Oratio 2. est *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. Præf: Paschal: ac in fine uniuscujusque dicitur Evangel. S. Joannis *Gav. To. 1. P. 4. Tit. 11. n. 14. & Tit. 15. n. 9.* ubi observat, Missam hujus Vigiliæ ideo dici post *Sextam*; quia est Vigilia, quæ *non jejunatur* (eò quòd nondum ablatus ab Ecclesia sit Sponsus, sed cras primùm repræsentativè ab ea auferendus) esto alicubi hodie servetur abstinentia à Carnibus, ùt suprà. Si in Triduo Rogationum unà cum Festo Semiduplici occurrat *Dies infra* aliquam *Octavam*, aut *Festum simplex*, tunc Feria II. Rogation. in Missis privatis, dicendis de Festo, Oratio 2. est de Die infra Octavam. 3. de Rogationibus: 4. de simplici, si quod simul occurrat: quòd si non occurrat *Dies infra Octavam*, 2. Oratio erit de Feria II. Rogat. 3. de *simplici*: in Missa verò Conventuali de ejusmodi Festo Oratio 2. erit de Die infra Octavâ, vel de Festo Simplici simul occurrente. 3. *Concede*, sine Commemorat: de Feria II. Rogat: Feria autem III. in ejusmodi *Diei infra Octavam*, aut *Festo Simplicis* cum *Festo Semiduplici* occursu in *Missis privatis de Festo* 2. Oratio erit de Die infra Octavam, vel de Simplici. 3. verò, seu ultima, de Rogationibus: in Missa autem *Conventuali Festiva* Oratio 2. est de Die infra Octavam, aut Festo simplici. 3. *Concede*. sine Commemoratione de Rogationibus.

Feriâ denique *IV. Rogationum*, seu in *Vigilia Ascens:* in suprà memorato *Diei infra Octavam*, aut *Festi Simplicis* cum *Festo Semidupl.* occursu in *Missis privatis de Festo* 2. Oratio est de Die infra Octavam (si talis occurrat) 3. de Vigilia, 4. de Festo simplici, & ultima de Rogationibus: quia, ùt Gavantus To. 1. P. 4. Tit. 11. n. 14. observat) *Festum simplex* præcedit *Feriam* III. & IV. *Rogation:* quà tales etiam in Missa, quarum neutra in *Officio* aliquam habet juxta eumdem

Com-

Commemorationem : in Missa autem Conventuali de Festo 2. Oratio tunc erit de Die infra Octavam. 3. seu ultima de Festo Simplici, si tale simul occurrat ; quòd si verò tantùm vel Dies infra Octavam, vel tantùm Festum Simplex simul occurrat, tunc 3. Oratio erit : *Concede*, juxta Rubric: Gen: VII. Missal. & Gavant: ibid: Lit. H.

Vesperæ (nisi cras occurrat Dominica, aut Festum 9. Lectionum) integræ dicuntur de SS. Cleto & Marcellino, ùt in II. Vesperis plur: Mart: Temp. Paschali, cum Commemoratione Paschali de S. Cruce, cui præmittetur Commemoratio de B. V. in Sabbato (ùt in ejus Officio Temp. Paschali) quando hodiernum Festum incidit in Feriam VI. & cras faciendum est de B. V. in Sabbato.

Si autem cras occurrat Dominica, vel Festum semiduplex, aut dies infrà Octavam, Vesperæ à Capitulo erunt de sequenti cum Commemoratione præcedentis. Si verò sequatur Duplex, integræ erunt de sequenti, cum Commemorat: præcedentis.

27. Si hodie, vel cras occurrat fieri Officium 9. Lectionum [v. g. de Dominica, aut Festo translato] quod non sit 1. vel 2. Classis, aut cras fieri debeat de B. M. in Sabbato, tunc in hodiernis Vesperis fiet de S Vitale Martyre solummodo Commemoratio, utì etiam, si cras occurr fieri de Feria 2. Rogationum, de Vigilia Ascensionis ; quia hodiernæ Vesperæ integræ erunt Feria hodie currente cum Orat Dominicæ præced:, fiétque C memorat: duntaxat de S. Vi (ob Rationem alibi datam) e subjungetur Commemoratio Pa lis de Cruce. *Col. Alb.* Extra c verò hactenus exceptos hodie Vesperæ dicentur usque Capitul de Feria hodie currente, ùt in terio Tempore paschali, à Capi verò de S. Vitale Mart : ut in mun: Un: Mart. Temp. Paschali. tio : *Præsta quæsumus omnipotens De ut qui Beati &c.* 1ma. de comm Un. Mart. *Col. Rub.*

28. S. Vitalis Mart. Simple *Col. Rub.* Nisì veniat hoc Fest in Diebus mox excipiendis, fi eo *Officium*, ùt in commun. U Mart. Tempore Paschali. Ad *tut:* Invitatorium, & Hymn in Commun: Un: Mart. Tem Pasch. Antiphon: *Alleluja* : Ri Ferial: duæ Lectiones de Scrip hac die occurrente (nisi ponen sit Initium Epistolæ præced: D nicæ nondum positum) 3. pop Vers: Responsor: & Reliqua, ut prà Die 14. & 17. hujus in Festo Aniceti. Missa [quando ho Officium sit de S. Vitale] est : *texisti me &c.* 1. de Cummun: Mar Temp: Paschali, cum *Glor:* sine C

Ora-

Orat: 1. *Præsta quæsumus omnipotens* DEUS, ùt in ead: Miss. 3. locô. Orat. 2. *Concede.* (nisi veniat in Feria III. Rogat.) 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. Præf: Pasch. *Col. Rub.* Si incidat Festum S. Vitalis, aut aliud Festum Simplex in Feriam III. Rogat: Offic: fit de illo sine Comem: de Feria, sed tantùm de Cruce: at Miss: priv: dici possunt tunc vel de Sancto *in Param: Rubr:* vel de Rogationibus *in Param: Violac.* Si fiat de Festo, Oratio 2. erit de Rogationib. 3. *Concede*: dicetúrque *Gloria* (sine *Cred.*) necnon Præfat: Pasch: & in fine Evang: S. Joann. Si fiat de Rogationibus, tunc (omissô tam *Gloria* quàm *Credo*) Oratio 2. erit de Festo. 3. *Concede.* Præfat: Paschal. In fin. *Benedicamus*, & Evang: S. Joannis. At verò Missa Litaniarum, seu Processionis occurrente ejusmodi Festo Simplici semper dicitur de Rogationibus sine Commemoratione Festi occurrentis; & in ea Oratio 2. *Concede.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. &c. Si incidat hodiern: Festum in Sabbatum non impeditum Officiô 9. Lectionum, aut in Feriam II. vel IV. Rogationum, fit de eo tantùm Commemoratio in pridianis Vesperis, ac hodiernis Laudibus, & Missa, sine Lectione. Pari modô fit de eod: solummodo Commemoratio (attamen cum 9. Lectione de illo in Officio) quando vel occurrit in *Dominica in Albis*, vel in alia per annum, in qua fit de ea Officiũ, vel incidit in Festum *occurrens*, vel *translatum* 9. Lectionum, modò hujusmodi Festum, in quod incidit, non sit Festum *Duplex* 1. *Classis*, (uti est Ascensio Domini, item Feria II. ac III. infra Octavam Paschæ) nec celebretur in ipsa Dominica: nam si sit Festum 1. Classis, nihil prorsus fit in Officio, ac Missa de *Festo Simplici* occurrente; Si verò sit Festum Duplex inferioris quidem Class: attamen incidat in Diem Dominicam non privilegiatã, tunc fit quidẽ hodie de eo Comemorat: in Laudibus, ac Missa (excipe *Missam solennem*, si hodie occurrat *Duplex* 2. *Classis*) Lectio tamen nona tunc non dicetur de Festo Simplici hodie simul occurrente, sed de Dominica currente, de qua dicetur tunc etiam ultimum Evangelium in hod: Missa. Si denique incidat hoc Festum in Feriam IV. infra Octavam Paschæ, tunc in pridianis Vesperis nulla quidem fit de eo Commemoratio, fit tamen de illô Commemoratio (attamen sine Lectione) in hodiernis Laudibus, & Missa. Atque modô hucusque declaratô Ordinantur quoad *Offic:* & *Miss:* etiam alia *Festa simplicia* usque ad Ascensionem Domini deinceps occurrentia. Quòd si aliquod illorum incidat in Festum 1. Classis, nihil fit de illo tam in *Officio*, quàm in *Missa*: si incidat in Festum 2. Classis, dic: de eo 9. Lect: extra Dominicã, & Comemoratio fit de illo in Laudib: & Missis priv: tantùm. Si denique veniat infra

Octavam Ascens: aut in aliis Festis 9. Lection: quæ non sunt 1. vel 2. Classis, fit de illo Commemoratio in 1. Vesperis, Laudib. ac Missa, cum 9. de eodem Lectione, si propriam habeat; id quod semper subintelligitur, quando dicitur, quòd dicenda sit 9. Lectio de Festo Simplici, quando id occurrit in Dominica, aut Festo 9. Lectionum &c. Quòd si S. Hermenegildus, aut aliud Festum habens Missam *Protexisti me DEUS*, in hodiernam diem transferatur, Secreta pro Commemoratione de S. Vitale est illa, quæ in eadem Missa assignatur pro Martyre tantùm secundô locô, & incipit: *Accepta sit &c*: idem est de Postcommunione, quæ in eo casu pro S. Vitale pariter est illa, quæ ibi 2. locô assignatur, ac incipit: *Refecti Participatione muneris Sacri.*

Vesperæ hodiernæ dic: de seq: Festo S. Petri Martyris (nisi id ob cras occurrentem Octavam Paschæ, aut Festum 1. Classis sit transferendum) sub Ritu dupl. minor: ùt in Comun: Un: Mart: Temp. Paschal: exceptâ Orat: propr. *Col. Rub.*

29. S. Petri Mart. Dupl. min. *Col. Rub.* Offic: de Commun: Un. Mart: Temp. Pasch. Lect: I. Noct: de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit hodie Initium alicujus Epistolæ præcedentis Dominicæ, quod nondum poni potuit, aut nisi hodie occurrat Feria II. Rogationum, vel Vigilia Ascensionis, nam in utroque posteriore hoc casu sumuntur Lectiones pro I. Nocturno hodierni Festi ex Communi plurimor: Mart: *Fratres, Debitores sumus, &c*, non tem illæ, quæ ponuntur in Communi Un. Martyris, & incipi *A Mileto &c*; hæ enim poster sunt tantùm pro *Martyre Pontifice*, ex Rubrica ipsis præfixa constat. lectiones II. Noct. propriæ. III. N *Ego sum vitis vera &c*, ùt in Comm Mart: Temp: Pasch: 1. locô. S curat in Dominicâ, vel Feriâ II. gat: aut in Vigil: Ascens: dicim Lectio de illa Dominicâ, aut F aut Vigil: cum Commemorat: e suis locis in Officio, & Missa, ac in hac de ead. Evangelio.

Missa: Utì notatur in loc cum *Glor:* sine *Credo* (nisi in pro Ecclesia, aut nisi veniat in Dom ca, vel infra Octav: Ascens: &c ratio unic. Præf. Paschal. Col. Quando incidit hoc Festum in *IV. Rogationum*, seu in *Vigiliam Ascensionis* (ùtì contigit 1693.) cantari bent in Ecclesijs Cathedr: & Colle giat: 3. Missæ Convent: *Prima* de post Tertiam, sine Commemora ne, nisi Festi simplicis, si quod cubi occurrat: *Secunda* de *Vigilia* Sextam; quia est Vigilia, quæ *jejunatur*, ùt habet Phrasis Rubr starum, & probat Gav: P. 4. Tit. n. 9. *Tertia* de *Rogationibus* post N nam, & in qualiber illarum dic: P fatio Pasch: & in fine Evangelium

Joan

Joan. In *Secunda*, & *Tertia* illarum Oratio 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. In 1. & 2. dic: *Gloria* sine *Credo*. Tertia dic: sine *Glor:* & *Credo*, ac in fine illius *Benedicamus*. Si hoc, aut aliud Festum Duplex incidat in *Feriam II. Rogationum*, Missæ privatæ dicuntur de Sancto cum Commemoratione Rogationum, & post hanc *Festi simplicis*, si quod simul occurrat; in fine quoque Missarum ejusmodi privatarum legitur Evangelium de Rogationibus, uti & 9. Lectio in Officio de eadem Feria II. Rogat: cum Commemoratione ejusdem in Laudibus tantùm; at verò de *Festo simplici* fit Commemorat: non modò in Laudibus, sed etiam in 1. Vesperis, *si quod* Feria II. Rogat: occurrat, attamen sine Lectione de illo in Officio in hoc casu, etiamsi alioqui propriam habeat. Missa autem *Litaniarum minorum*, seu illa, quæ dicitur ad *Processionem*, nec non illa, quæ in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* Die illo cantatur post NONAM, dicitur de *Rogationibus*, sine Commemoratione Festi occurrentis, & sine *Glor:* ac *Credo*. Oratio 2. *Concede*. 3. Ecclesiæ, vel pro Pap. Præf: Pasch: (cantanda tono feriali) & in fine: *Benedicamus*, cum ult: Evangel: S. Joannis; quod Evangelium etiam dicitur in fine illius Missæ Convent: quæ in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis dicitur post TERTIAM de *Festo*, sine Commemoratione de Rogationibus, sed Festi Simplicis tantùm, si quod occurrat, & ante illud de Die infra Octavam, si quæ alicubi occurrat.

Si hoc, aut aliud Festum Duplex occurrat Feria III. Rogat: *Offic:* fit de eo sine Commemoratione de Feria, sed de Simplici occurrente tantùm, ac 9. Lectione, si propriam habeat: *Missæ* quoque *privatæ* dic: de Sancto cum Comemorat: de Rogationib: & ante eam de Festo simplici, si quod simul occurrat: *Missa* autem *Litaniarum minorum*, seu illa, quæ dicitur ad Processionem, dicitur ùt herì: in Ecclesijs verò Cathedralib: & Collegiat: dicuntur duæ Missæ, una de Festo cum Glor: & Comemorat: de Festo Simplici tantùm; & ante illud de Die infra Octavam, si quæ simul alicubi occurrat: altera verò de Rogationib: ùt herì, in Param: Violac: Prior dicitur post TERTIAM, posterior post NONAM: & in utraque Præfatio Pasch: (nisi Festiva propriam habeat) & in fine utriusque Evangelium S. Joan.

Si denique hoc, aut aliud Festum Duplex celebretur infra Octavam Ascens: *Offic:* & *Missa* ordinantur modò inferiùs Die 2. & 3. Maij &c referendò.

VESPERÆ (si hodie factum fuit de S. Petro, & sequens Festum vel ob occurrentem Octavam Paschæ, vel ob cras occurrens Festum Ascensionis &c, non est transferendū) dic: à Capitulo de S. Catharina Senensi

Virg: cum Commemorat: S. Petri Martyr. Oratio propria. Reliqua ùt in Communi Virginum Ritu Paschali, suprà 17. Martij, & P. I. Tit. De Fer. II. post Dominicam in Alb: descriptô. *Col. Alb.*

Si Festum hodiernum S. Petri, aut crastinum S. Catharinæ, vel aliud ex sequentibus incidat in Octavam Paschæ, aut in Festum Ascensionis, transferri id debet in Diem proximam non impeditam.

30. S. Catharinæ Senens. Virg: Dupl: min. *Col. Alb.* Nisì hoc Festum (eò quòd veniat vel infra Octavam Paschæ, vel in Die hujus Octava, vel in Festo Ascensionis Domini) debeat juxta herì dicta transferri in aliam Diem proximam non impeditam, tunc hodie fit de eo Officium (Ritu Paschali suprà descripto) ùt in Communi Virginum tantùm. Lectiones I. Noct: de Scriptura occurr: nisi ponendum sit Initium alicujus Epistolæ, quod suo Die poni non potuit, aut nisì hodie occurrat Fer: II. Rogat: vel Vigilia Ascensionis; quia in posteriore utroque hoc casu Lect. I. Noct: sumuntur de Communi Virginum: *De Virginibus Præceptum Domini &c*, Lect: II. Noct: propr: III. Noct: *Simile erit Regnum Cœlorum decem Virginibus &c*, ùt in Communi Virg. Oratio propr: ex hesternis Vesperis.

Missa: *Dilexisti &c*, 1. de Communi Virginum tantùm, cum *Glor:* sine *Credo* (nisì veniat in Domi[illegible] non privilegiata, aut celebretur [illegible] Octav: Ascensionis) Oratio prop[illegible] utì & Secreta, ac Postcommun[illegible] correspondens. Præf: Pasch. Col. [illegible] Quando incidit hoc Festũ in Vigi[illegible] Ascens: in Ecclesijs Cathedralib[illegible] Collegiatis cantari debent 3. Mi[illegible] 1. de *Festo* post *Tertiam* sine Com[illegible] moratione, nisi Festi Simplicis, [illegible] alicubi occurrat. 2. de *Vigilia* [illegible] Sextam, ob rationem suprà da[illegible] 3. de *Rogationibus*, post Nonam, [illegible] omnibus tribus dic: in fine Eva[illegible] S. Joannis. In secunda, & [illegible] illarum Orationes, & alia dic[illegible] ùt Die 26. ac 29. hujus.

Vesperæ (nisì cras occurrat F[illegible] stum Ascensionis Domini, uti fieb[illegible] 1704.) sunt de Ss. Philippo, & Ja[illegible] cobo Apost: sub Ritu dupl. 2. Cla[illegible] Antiphona: *Domine, ostende Nobis* [illegible] cum reliquis de Laudibus; Psalm[illegible] Capitulum, Hymnus & cæt[illegible] (præter Orationem, quæ est pro[illegible] pria) dic: ùt in Communi Apost[illegible] lorum Tempore Paschali, cum Com[illegible] memorat: solius S. Catharinæ Senen[illegible] sis, nisì ubi crastinum Festum [illegible] Philippi ac Jacobi, vel de utroq[illegible] vel de alterutro illorum celebra[illegible] sub Ritu duplici 1. Classis; ibi enim [illegible] nulla fit Festi præcedentis (etiam du[illegible] plicis, nisì fuerit 1. vel 2. Classis) [illegible] Simplicis sequentis Com̃emorat: [illegible] solius Dominicæ, si quæ sequatur, [illegible] autem, si quæ antecedat; nam Domi[illegible]

nicæ

nicæ antecedentis hoc Festum nè quidem ibi fit Commemoratio, ubi cum Ecclesia universali celebratur tantùm ut duplex 2. Classis. Rubr. Gen. IX. n. 6. *Col. Rub.* Si in crastinam Diem incidat Festum Ascensionis, in hujus 1. Vesperis pariter nulla fit Commemoratio S. Catharinæ Senensi: nisi ubi illa est Duplex 1. vel 2. Classis, nulla autem penitùs tam hodie, quàm cras Festi Simplicis alicubi cras unà occurrentis.

NB. Quia aliqua Festa in fine Maij, ac Initio Junij occurrentia mutant aliquando Ritum à Tempore Paschali ad non Paschale, & è converso, ideò si *Missæ*, vel *Officia* propria tunc Temporis desint, erunt sumenda de Comuni, & Ritu Tempori illi conveniente celebranda.

TITULUS V.

Singularia Festorum Mensis Maij, qui habet dies XXXI.

1. SS. Philippi, & Jacobi Apostolorum. Dupl. 2. Classis. *Col. Rub.* Offic: ùt in Commun: Apostolor: Temp: Pasch: ac propr: locô. Lect. I. Noct: de Initio Epist: B. Jacobi Apost: ùt in Dominica IV. post Pascha, nisi de Epistola illa jam antecedenter cœptum fuerit legi hoc Tempore; tunc enim hac die ponitur de ea in I. Noct: id, quod illo die occurrit, utì propria hujus Festi Rubrica monet. Si idem hoc Festum veniat in Sabbato post Dominicam III. post Pascha, tunc in Dominica IV. debent legi Lectiones Feriæ II. sequentis, nè bis duabus diebus immediatè legatur Initium ejusdem Epistolæ. Lect: II. & III. Noct: propr. Si hodie alicubi occurrit Festum simplex (quale in Diœcesi Passavienſi, & Ratisbonensi est S. Walpurga) ibi de eo legitur 9. Lectio, nisi hoc veniat in Dominica, & fit de eod: Commemoratio, sed in Laudibus, & Missis privatis tantùm: si verò hodie occurrat Dominica per annum, tunc de illa legetur 9. Lectio (non de Simplici, si quod simul occurrat) & ultimum Evang: in Missa, fietque de eadem Commemoratio etiam in 1. Vesperis, & [ante Commemorationem de Simplici occurrente] in Laudibus, Missa, ac 2. Vesperis, nisi cras occurrat Festum 1. aut 2. Classis: tunc enim in 2. Vesperis non fit amplius Commemoratio Dominicæ per annum, seu non privilegiatæ, ùt suprà dictum.

Missa propria cum *Glor:* & *Cred:* Oratio Unica, nisi occurrat *Dominica*,

aut alicubi *Festum simplex*; tunc enim fieret de illis Commemoratio, cum ultimo Evangelio de Dominica &c, eô, quô paulò antè declaratum est, modô. Præf: de Apostolis.

Si hoc, aut aliud Festum 1. vel 2. Classis veniat infra Octavam Ascensionis, nec in *Officio*, nec in *Missa* fit Commemoratio de Octava, dicitur tamen in Missis, quæ infra Octavam Ascensionis dicuntur, *Communicantes*, & Præf: Ascens: nisi Festum illud infra Octav: occurr: habeat propriam Præfationem, uti habet Festum Ss. Philippi, & Jacobi, ac Festum Inventionis S. Crucis: in quorum priore dicitur Præfatio de Apostolis, in posteriore verò Præfatio de Cruce: *Communicantes* verò in utriusque Missa dic: in tali casu de Ascensione. *Col. Rub.* Si hodiernum Festum veniat in Feria II. vel III. vel IV. Rogat: ordinantur *Officium*, & *Missæ* tam *privatæ*, quàm *Conventuales* seu Litaniarum, modô 22. & 23. Aprilis declaratô.

Quando in Diem 1. Maij incidit Festum Ascensionis Domini [uti incidit 1704.] tunc Festum Ss. Apostolor: Philippi, & Jacobi transfertur ad Diem proximam non impeditam, etiam ibi, ubi Festum dictorum duorum Apostolorum ratione *Patrocinij* est duplex 1. Classis; quia Festum Ascensionis Domini juxta *Rubr: General: X. n.* 1. ac *Not: ad Tab: Occurr:* est unum ex illis, quæ nulli alij Festo cedunt, etiam Patroni *Tituli Ecclesiæ*, vel *Dedicationis* ejus si eodem Die occurrat: contra omnia est ità privilegiatum Fe Ascensionis juxta Rubricam no Missalis, Tit: VI. ut de eis, vel quo alio Festo Missa ulla [etiam lennis, ac Votiva] dici non po id quod ad dictum annum 170 ligenter annotavit Directorium manum.

Ubi Festum Ss. Philippi, & cobi, vel horum Alterutrius ra *Tituli*, aut *Patrocinij* est Dupl Classis, ibi celebratur cum Oc dicendo per Octavam Lectio II. & III. Noct: prout allegantur notantur in Octavario Roman fol. 135. & 183. cúmque in eiusmo casu ac loco *Dies Octava* Patroci Ss. Philippi & Jacobi incidat in de 8. Maij, quâ in Ecclesia univers occurrit Festum Apparitionis S. M chaëlis Archangeli, quod est Du *majus*, *Duplex* autem *majus* in oct su *Diei Octavæ* [ut ut hæc habeat lummodo Ritum duplicem min rem] cedere debeat per Rubric & alibi dicenda *Diei Octavæ* e non privilegiatæ, ideo in ejusm loco Officium & Missa dicenda e de Octava Patrocinij, Festum Apparitionis in Diem proxim non impeditam transferendum: cus est, si in Diem 8. Maij incid Festum 1. aut 2. Classis, v. g. Asce sio Domini; tunc enim juxta Rubr Off

Officium & Missa (translatâ Appatitione S. Michaëlis) fiunt de ejusmodi Festo 1. aut 2. Classis, de *Die Octava* verò *Patrocinij* (utpote quæ non transfertur) fit tantùm Commemoratio in *Officio* & *Missa* illius Festi. Idem esset, si in Diem 8. Maij incideret simul alia Dies Octava privilegiata, puta Ascensionis Domini, & ante illam locus non foret, ùt olim, celebrando Festo Titulari Ss. Philippi & Jacobi. Porrò ubi fit de Octava Ss. Philippi & Jacobi, si infra eam occurrat *Feria II. Rogationum*, vel *Vigilia Ascensionis*, Lectiones I. Noct: sumi ea die debent de Communi Apostolorum: *Sic Nos existimet &c*, ùt in Breviar.

Quòdsi contingat alicubi dividi hos Ss. Apostolos, eò quòd unus illorum (v. g. *S. Philippus*) sit alicubi *Patronus*, vel *Titularis*, adeoque celebretur sub Ritu dupl. 1. Classis, non item alter, v. g. *S. Jacobus*; tunc Posterior quidem quoad *Officium*, & *Missam* transferri debet, ac Die aliâ proximè non impeditâ celebrari, attamen adhuc sub Ritu duplici 2. Classis, perinde, ac si proprio suo die celebraretur; quia cùm sit unum ex *Majoribus Festis* (per quæ intelliguntur Duplicia 1. & 2. Classis) retinet suum Ritum etiam tunc, quando dividitur à suo Sancto CoApostolo, atque transfertur, uti habetur in Rubricâ, Tabulæ occurrentiæ subscriptâ. Cæterùm in eo casu in Ecclesia S. Philippi Lectiones I. Nocturni in ejus Festo erunt de Communi Apostolorum, Lectionibus Epistolæ S. Jacobi reservatis Officio ejusdem, utpote cujus Epistola illa est propria. Ad Lectiones verò II. Nocturni quod attinet, quarta de S. Philippo dicetur, uti notatur hac Die in Proprio Sanctorum; Quinta autem, & Sexta sumentur de Communi Apostolorum. Lectiones III. Noct: cum Antiphonis in Laudibus dicentur, uti notantur hac die in Breviario; quia sunt magis de S. Philippo. *Gav.*

In *Officio* verò S. Jacobi (quod in dicto casu transferri debet in primam diem non impeditam, etiam infra Octavam S. Philippi Titularis, inquit Gavantus, scribens hæc eo Tempore, quò Dies 4. & 5. Maij non erant Dies impediti (nisi in ijs occurrebat Dominica) uti tamen sunt modò ambo impediti Festis 9. Lectionum. Lectiones I. Noct: erunt de ejus Epistola, ùt suprà. In II. Nocturno prima, & secunda erunt illæ, quæ in Breviario Romano in II. Nocturno hodierni Festi sunt penultima, ac ultima; Tertia verò ejusdem II. Nocturni Lectio sumetur de Communi Apostolor: *Sermo S. Gregorij Papæ : Scriptum est : Spiritus Domini &c.* Lectiones denique III. Nocturni in casu dictæ Divisionis pro S. Jacobo sumentur de Homil: in Evangelium: *Ecce Nos reliquimus omnia*, ùt in eodem Communi Apostolor:

extra

extra Tempus Paschale. Antiphonæ verò omnes pro Festo S. Jacobi accipientur tunc de Communi Apostolorum Tempore Paschali. Oratio in utriusque Festo dicetur eadem (mutato tantùm Nomine, ac Numero plurali in singularem) quæ in Breviar: exceptis tamen illis Diebus, quibus unius Festum occurrit cum die infra Octavam alterius, tunc enim variari debent Orationes, ac proinde in 2. Vesperis S. Jacobi, si Die postero alicubi fiat de Die infra Octavam S. Philippi, sumi poterit Oratio pro S. Jacobo Minore ex Festo S. Jacobi Majoris, seu die 25. Julij. *Gav: & Arnaud: hîc.* Ad Missam utriusque in dato casu quod attinet, de S. Philippo dicetur ea ipsa, quæ in Proprio Sanctorum à Missali Romano Die hodierna assignatur cum Orationibus in ea positis, dicendis tamen de eodem Sancto in Numero singulari. De S. Jacobo verò dici poterit *Missa*, ut in Festo S. Marci Evangelistæ, demptis tamen Oratione, Epistolâ, & Evangelio, quæ cum *Officio* concordare debent, adeóque Epistola dici illa, quæ in Communi *Sanctor:* extat post Missam: *Lætabitur justus*, de Commun: un: Mart: non Pontific: 1. locô, ac incipit: *Charissimi omne gaudium &c:* Evangelium verò sumendum ex Missa de Communi Abbat: *Ecce nos reliquimus.*

Hæc eadem hactenus dicta servanda sunt quoque vice versa, ubi S. Jacobus Minor est *Titularis* Eccles. aut *Patronus Loci*, & si *infra* alterius, aut utriusque *Octavam* occurrat *Feria II. Rogationum*, vel *Vigilia Ascensionis*, Lectiones pro I. Noct. sumendæ sunt de Communi Apostolorum juxta Rubr: Gen: XXVI. *Missæ* verò tam *privatæ*, quàm *Conventualis*, tunc dicuntur *de Rogationibus*, vel *Vigilia*, non autem *de Octava*, attamen cum Comemoratione Octavæ, & Oratione 3. *Concede, famulis* & *Credo*, intellige in 1. Casu, ac Præfat: de Temp: Paschali (cantabo Tono Feriali) nec non cum *dicamus*, ac Evangel: S. Joan: in in Param. Viol. *Rubr. Missal. III.*

Accidit interdum alicubi, festum Ss. Philippi, & Jacobi transferri in Choro post Festum SS. Trinitatis, consultus igitur Gavantus super modo illud celebrandi in tali casu, respondit: Salva semper Auctoritate Sac: Rit: Congreg: Officium suô Judiciô in ejusmodi casu faciendum esse, ùt in Communi Apostolorum extra Tempus Paschale, retentis tamen ijs, quæ propria sunt Festi, & demptis *Alleluja* ad Antiphonas. In Missa quoque demendum *Alleluja* ad Introitum, & ad Communionem; Epistolam verò, Graduale, & Offertorium sumenda esse ex Missa Votiva Ss. Apostolorum Petri, & Pauli.

Vesperæ hodiernæ dicuntur de Ecclesia Universali de Ss. Philippo Ja-

Jacobo: Antiphona: *Domine ostende Nobis*, cum reliquis de Laudib. Psalmi, & reliqua de Communi Apostolor: Tempore Paschali, exceptâ Antiphonâ ad *Magnificat*, & Oratione, quæ dic: ut propriò locò, cum Commemorat: de S. Athanasio Episc: & Conf: ac Eccles: Doctore (per Antiphonam: *O Doctor optime &c*) nec non Dominicæ, si quæ hodie occurrat, vel cras sequatur. *Col. Rub.* Ubi S. Athanasius est Patronus, seu Titularis Ecclesiæ, ibi integræ Vesperæ sunt de illo cum Commemorat: hodierni Festi, & Dominicæ, si ea cras, non autem hodie occurrat. *Col. Alb.* Eodē modò dicuntur Vesperæ, si cras *alicubi* occurrat Festū Dedicationis.

Si Festum Ss. Apostolor: Philippi, & Jacobi veniat infra Octavam Ascensionis (utì venit 1693. & 1704.) nec in Officio, nec in Missa fit Commemoratio de Octava Ascens: etiam in 2. Vesperis; eò quòd crastinum Officium non fiat de Octava. *Rubr: Gen: IX. n. 6. ante fin:* dicitur tamen tunc in Missa *Communicantes* de Ascensione (esto non dicatur Præfatio de illa, sed de Apostolis) & Hymni Completorij, ac aliarum Horarum Clauduntur per Vers: *JESU tibi sit Gloria, qui Victor &c.* Ad Primam autem in Respons: brevi dic: Vers: *Qui scandis super sidera &c.* Et sic etiam in alijs Festis occurrentibus infra eandem Octavam, nisi quòd, si propriam Præfationem non habeant, tunc etiam Præfatio Missæ dicenda sit de Ascensione: Idem est de Missis Votivis, quæ dicuntur infra Octavam Ascens: in quibus pariter dicitur solum *Communicantes* de Ascensione, si Præfationem propriam habeant; alioquin etiam ipsa Præfatio Ascensionis. Quando Festum Ss. Philippi & Jacobi, & Festum S. Marci Evangelistæ [quod est ejusdem Classis] simul transferuntur, utì contigit 1707. tunc prius reponendum, seu celebrandum esse Festum S. Marci, quàm Festum Ss. Philippi, & Jacobi, constat ex suprà dictis Die 25. Aprilis, nec non ex *Decr: S. R. C. de anno 1692. 22. Dec. apud Pisart.*

2. S. Athanasii Episc: Conf: & Eccles: Doct. Dupl. min. *Col. Alb.* Offic: de Communi Conf: Pontif: [etiam Oratio, quæ est: *Exaudi quæsumus Domine &c*] sub Ritu Paschali, nisi Festum hoc transferatur alicubi post Octav: Pentec: & tunc in Hymno: *Iste Confessor* mutatur 3. Versus. Lect. I. Noct. de Scriptura occurr: si non ponendum sit Initium alicujus Epistolæ, vel Libri, nondum positum, utì contingit, si S. Athanasius incidat in Feriam II. Rogation: tunc enim pro I. Nocturno sumendæ sunt ex præcedente Dominicâ V. post Pascha, eò quòd ob occurrens hesternum Festum Ss. Philippi & Jacobi. Initium Epistolæ 1. B. Petri poni nequiverit: *In Missis* quoque *privatis* facienda tunc est Com-

Commemoratio Feriæ II. Rogationum, hujúsque legendum Evangelium in Missis privatis : Quid verò ulteriùs in hoc vel simili casu sit observandum, dictum est suô locô P. I. Lectiones II. & III. Noct: sunt propriæ. Si veniat in Dominica, fit de illa in *Officio*, & *Missa* Commemoratio, cum 9. de eadem Lectione, ac ult: Evang: in Miss: atque hoc ipsum observandum quoque circa alia *Festa Duplicia*, quæ in Dominicis per annum *occurrunt*.

Missa, utì notatur in loco, cum *Glor:* & *Credo*. Oratio unica, nisì veniat in Dominica : tunc enim etiam hujus fit Cõmemoratio : cum ultimo de ead: Dominica Evangel. Præfatio Paschal: nisì transferatur post Octavam Pentec: quia tunc dic: Præf: ultima, seu Communis, & post Epistolam Graduale &c, ùt in Commun: Doctor. Si veniat hoc Festum infra Octavam Ascensionis, fit de Octava in Officio, & Missa Commemoratio (ubi non est Festum 1. aut 2. Classis) dicitúrque in eadem Missa Præfatio, ac *Communicantes* de Ascensione, etiam ibi, ubi non fit Commemoratio de Ascens. Hæc eadem etiam observanda sunt præter superiùs dicta, si quod ex seqq: Festis veniat infra Octavam : quòd si aliquod illorum habeat propr: Præfationem, dicitur quidem illa, *Communicantes* tamen nihilominus dic: de Ascens: Vicissim si Feria VI. *post* Octavam Ascensionis aliquod ex seqq: Festi carens propria Præfatione, occurrat, dicitur quidem in Missa talis festi Præfatio de Ascensione, non tamen *Communicantes* de Ascensione Commune. Si hoc, aut aliud festum duplex hujus, aut sequentis Mensis incidat in Feriam II. aut Rogationum, aut in Vigiliam Ascensionis, ordinatur *Officium*, & *Missa* modô, quô suprà die 29. & 30. Aprilis item P. I. Tit. de Ferijs Dominicis post Pascha subsequentibus. *à fol.*

Vesperæ de *Inventione S.* Cr cum Antiphonis, Psalmis, ac utì notantur Die 3. Maij in Pr Sanctor. In ijsdem fit in Eccl universali Commemorat: S. Athan sij (rursus per Antiph: *O Doctor egr me*) & Dominicæ tantùm, si qua cras, non autem hodie occurr nam Dominicæ per annum hodie currentis non fit Commemoratio, nec Festi simplicis crastini in 1. Vesperis hodiernis de S. Cruce. Si Festum Ascensionis concurrat cum Festo Inventionis S. Crucis, fieri debet nihilominus Commemoratio de Festo Inventionis in 2. Vesperis Festi Ascensionis ; quia licèt utrumque videatur esse Festum de *eodem Domino*, datur tamen Differentia in Diversitate Mysterij, inquit Gavant.

Sicubi S. Athanasius sit *Patronus* seu *Titularis Ecclesiæ*, celebratur ejus Festum sub Ritu dupl: 1. Classis cum Octava, dicendo de illo hodie etiam

etiam 2. Vesperas, cum Commemoratione de Festo, ac Dominica sequente tantùm; & tunc *Col. Alb.* per Octavam verò Lectiones tunc in II. & III. Noct: dic: uti notantur in Octavario Romano fol. 181. Vicissim, ubi sequens Festum est *Titulus Templi*, ibi istud est 1. Classis, ac proinde in 1. suis Vesperis non tantùm excludit Commemorationem Dominicæ hodie occurrentis, sed etiam hodierni Festi duplicis, fieri tamen etiam ibi debet Comemoratio Dominicæ immediatè subsequentis.

3. Inventio S. Crucis. Ubi hæc est Titulus *Templi*, ibi est Duplex 1. Classis, ac celebratur cum Octava, *sumendo* Lectiones pro II. & III. Noct: quando infra Octavam fit de illa, ex Octavario Romano fol. 36. & seq: ac dividendo hodie Lectionem Octavam in duas, nisi veniat in Dominica, aut Feriâ 2. Rogationum (tunc enim 9. Lectio legenda hodie foret de Homilia in Evang: Dominicæ, aut Feriæ occurrentis) nihilque omnino tam in Officio, quàm in *Missa* hodierni Festi faciendo de Festo simplici hodie alioquin occurrente, uti nec de Vigilia Ascensionis. At verò in Ecclesia universali Inventio S. Crucis est *Duplex 2. Classis* & quidem ex Bulla Urbani VIII. (non tamen ubique usu receptâ) etiam *in foro celebre*, h. e: Festum, annexam habens obligationem *audiendi Missam*, & *vacandi ab opere servili &c*, ratione cujus obligationis hujusmodi Festa à Rubricistis Italis *Festa de præcepto* appellantur. *Col. Rub.*. In Officio omnia sunt propria. Quia verò Duplex 2. Classis admittit de se 9. Lectionem, & Commemorationem de Festo Simplici in Laudibus, ac Missis privatis, ideo in Ecclesia Universali in hodierno Officio 9. Lectio (nisi veniat in Dominica, aut Feria 2. vel 4. Rogationum) dic: de Ss. Alexandro, ac Socijs: Eorundem fit quoque Commemorat: in Laudib: eique Commemorationi præmittitur Commemoratio de Dominica, aut Feria 2. Rogat: aut Vigil: Ascens: cum 9. Lect: in Offic: & ult: Evang: in Missa de eadē, si aliqua harum hodie occurrat.

Missa propr: cum *Glor: & Cred:* & Commemorat: Ss. Mart: Alexandri, & Soc: attamen in Missis privatis tantùm, & in his solummodo ibi, ubi Festum Inventionis non celebratur ut dupl. 1. Classis. Præfatio de Cruce. Si occurrat in Dominica, fit de eadem in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa Commemoratio, dicitúrque de eadem Dominica 9. Lectio in Officio, ac ult: Evangel: in Missa. Si veniat infra Octavam Ascensionis, nulla quidem fit de hac in *Officio*, aut *Missa* Commemoratio, dicitur tamen in hod: Missa tunc *Communicantes* de Ascensione, non autem hujus Præfatio, sed de Cruce: Hymni quoque de S. Cruce

propriam habent clausulam (etiam tunc dicendam, quando hoc Festum venit infra Octavam Ascensionis) reliqui verò Hymni terminantur extra Octavam Ascensionis clausulâ Paschali, clausulâ vero Ascensionis, si infra Octavam Ascensionis celebretur: & tunc etiam in Responsorio brevi ad Primam dic: Versus: *Qui scandis super sidera*: & sic etiam in alijs Festis, venientibus infra Octavam Ascensionis. *Col. Rub.* Si veniat hoc Festum in Fer: II. aut III. Rogat: vel in Vigilia Ascens: aut infra Octav: Ascen. &c, ordinantur *Officiũ*, & *Missæ* tam *privatæ*, quàm *Conventuales*, sive Litaniarũ in Eccles. universali, modô 29. ac 30. Aprilis, ac 2. Maij declaratô; ad priores quod attinet, si Festum hodiernum incidat in Feriam II. Rogation: tunc in Missis privatis Oratio 2. est de Feria II. Rogationum. 3. de Ss. Alexandro & Socijs (sine 9. de his Lectione in Officio) & in fine Missæ tunc legitur Evangelium de eadem Feria curr: ac etiam de eadem tunc dicitur 9. Lectio in Officio hodierni Festi: in Missa autem Conventuali illa, quæ dicitur de Festo, non debet fieri Commemoratio Ss. Alexandri & Socior: quia non est Missa privata.

In *Vesperis* II. (in quibus dic: omnia, ut in 1. præter Antiph: ad *Magnificat*, quæ est propria) fit Commemoratio de S. Monica, ùt ibi, vel si hujus Festum ob occurrentem cras Dominicam transferatur, fit Commemoratio de crastina Dominica sine Commemoratione de *Die infra Octavam Ascensionis*, si in hujus currentem Octavam incidat hodiernum Festum; quia in 2. Vesperis Festorum 2. Classis tunc tantùm fit Commemoratio in concursu cum Die infra Octavam non privilegiatam de *Die infra Octavam*, quando de hac sequenti dicitur fit Officium, utì habetur Rubr: Gen: IX. n. 6. ante fin. *Col. Rub.*

Ubi *S. Monica* celebratur sub Ritu Dupl. 1. Classis, ibi integræ Vesperæ hodie dic: de illa, de Festo autem Inventionis fit tantùm Commemoratio. *Col. Alb.* Ubi verò S. Monica celebratur sub Ritu Duplici tantùm 2. Classis, ibi Vesperæ integræ sunt de Festo S. Crucis tanquam Digniore, de S. Monica autem fit tantùm Com̃emoratio. *Rubr: Gen: XI. n. 1.* Porrò ubi idem S. Monicæ Festum celebratur cum Octava, Lectiones in II. & III. Noct: dicuntur per Octavam, prout notantur in Octavario Rom: fol. 181.

Occasione hodierni Festi respondendum est ad Quæstionem jam olim tempore Gulielmi Durandi, Episcopi Ecclesiæ Mimatensis, à quibusdam Eruditione Sacra non admodum magna pollentibus motam, ab Heterodoxis verò non sine insulso admodum Sarcasmo rudioribus Catholicis hodiedum proponi solitam sciscitando ex ipsis: Eccur in Eccle-

sia

sia Catholica Die 3. Maij, ac iterum 14. Septembris *fiat Festum* de Cruce, *in qua Christus fuit dehonestatus, ac flagellatus* (saltem linguis blasphemantium Judæorum) & non etiam de Asina, *in qua valde fuit honoratus, nec etiam de alijs, quæ ipse tetigit?* Responderi potest (inquit ad hunc Cavillum Durandus, utriusque Juris non minùs, quàm Theologicâ Scientiâ jam pluribus abhinc Sæculis clarus) *quòd Laus & honor super Asinam impensus transiverus, & mundanus fuit, de quo proin honore* (ut idem ait) *curandum non est: nec inde Salus nostra prodijt. Præterea per Alia, quæ Ipse tetigit, non leguntur Miracula, & sanitates fieri, nec per illa redempti sumus: dehonestatio verò* Christi, *in Cruce facta, nostra Redemptio fuit.* Ita Durand. Ration. Divinor. Officior. *l. 7. c. 11. n. 6.* Videndus etiam ibidem *à n. 1.* ubi ait: *Sicut B. Virgo portavit Dominum, ità & Sancta Crux suò modò: & sicut Dominus dat Aquis Baptismalibus Sanctificare, & alijs Sacramentis, ità per tactum Dominicæ Carnis Sanctificatum fuit Lignum, ut nos suò modò Sanctificare possit.* Vide Eumdem L. 6. c. 67. de Dominica in Ramis Palmar: n. 11. Et *L. 7. c. 29. de festo Exaltationis S. Crucis*, ex Recentioribus verò P. Jacobum Gretserum, Soc. JESU Theologum, *Tr. De Cruce Christi, Rebúsque ad eam pertinentibus*, ubi L. 1. c. 50. & seqq. utì & Tom. 3. l. 3. c. 5. & 7. hanc, plurésque alias ejusmodi Hæreticorum lœdorias ac frigidissimas cavillationes, ex Claudio Taurinensi, antiquissimo Iconomacho, à posteriorum Temp: Sectarijs petitas, ità solidè refellit simul, ac exagitat, ut Heterodoxos meritò pudere debeat hæc talia Orthodoxis objcere; & insuper eôdem, ac 4. alijs, de S. Cruce anno 1598. 1605. & 1608. à se contra *Inimicos Crucis Christi* editis in lucem Tomis, *Cultum S.* Crucis, Ejúsque Sacrarum Imaginum, adeò invictis tuetur Argumentis, Recentiorúmque Iconomachorum Sophismatis ita suas detrahit larvas, ut nemini non pateat, quàm magnum sub ijs lateat inane.

4. S. Monicæ Viduæ. Semid: *Col. Alb.* Offic: de Communi nec Virg: nec Mart: Ritu Paschal: nisì transferatur post Octav: Pentec. Lectiones I. Nocturni de Scriptr: occurrente, nisì ponendum sit Initium alicujus Epistolæ, vel Libr. Sac. Scriptr: nondum positum; aut nisì veniat hoc Festum in Feria II. Rogat: vel in Vigilia Ascens: tunc enim ponendum Initium Epistolæ nondum positum præcedentis Dominicæ, aut, si jam sit positum, sumendæ in defectu Lectionum de Scriptura sunt de Communi nec Virg: nec Mart: *Mulierem fortem &c.* Lectiones II. & III. Noct: propr: utì & Oratio, cui in Laudibus additur Commemorat: Paschal: de S. Cruce, nisì veniat infra Octav: Ascens. Quòd si alicubi ipsum Festum S. Monicæ celebretur cum O-

ctava, Lectiones in II. & III. Nocturno leguntur, utì præscribitur in OCTAVARIO Rom: foliô in præfixo eidem *Indice Octavarum* allegatô.

MISSA, utì notatur, cum *Gloria* sine *Credo*, nisì veniat infra Octav: Ascens. Oratio 1. propria. 2. *Concede*. 3. Ecclesiæ vel pro Pap. Præfat: de Ascens: cum hujus *Communicantes*, si veniat infra Octav. Ascens: alioquin Præfatio Pasch: nisì transferatur post Octavam Pentecostes (utì anno 1704.) tunc enim dic: Præfatio Communis, seu ultima, ac tota Missa Ritu non Paschali, h. e. omissis *Alleluja* ad Introitum, Offertorium, ac Communionem, dicitúrque post Epistolam Graduale cum Versu &c. utì in Missa *Cognovi* de Com̃un: nec Virg: nec Mart: Orat. 2. tunc in Semiduplicibus est: *A cunctis*. 3. ad lib: nisì facienda sit Com̃emoratio Festi Simplicis. Atque hæc etiam suô modô sunt observanda circa alia Festa hujus, ac sequentis Mensis, quando illa à Tempore Paschali ad Tempus non Paschale transferuntur. Si veniat hoc Festũ in Feria II. vel III. aut IV. Rogationum, ordinantur *Officium*, & *Missæ* tam *Conventuales*, ac *Litaniarum*, quàm *privatæ*, ut suprà Die 26. Aprilis. Si verò veniat infra Octavam Ascensionis, tunc ordinantur (sub Ritu tamen Semid.) utì 2. hujus &c.

Secundæ Vesperæ (nisì cras occurrat fieri aut de Festo 9. Lectionum translatô, aut de Dominica) fiebant antehac in Ecclesia univer[illegible] li hac Die integræ de S. Mon[illegible] cum Commemorat: Paschali de [illegible] ce; Romæ autem, & in Op[illegible] Boschi Dertonensis Diœcesis, ne[illegible] in Diœcesibus Montis Regalis, [illegible] pesina, & Sutrina, fiebat à Ca[illegible] lo de crastino Festo B: Pij V. Pa[illegible] Conf: sub *Ritu semid: ad Libitum*, [illegible] cendo omnia, præter Oratio[illegible] quæ est propria, ùt in 1. Vesp[illegible] Conf: Pont: Ritu Paschali, cum C[illegible] memorat: S. Monicæ, ac Comm[illegible] ratione Paschali de Cruce, nisi q[illegible] do Is incidebat in Diem *Domin*[illegible] vel in aliquem *Diem Festorum* [illegible] *lium*, vel veniebat infra *aliquam* [illegible] *ctavam*, aut incidebat in *Festum* [illegible] *rius cujusdam Sancti*, de quo in aliq[illegible] Religione, vel Diœcesi ex Indu[illegible] Sedis Apostolicæ fiebat Officium [illegible] Præcepto; tunc enim etiam ibi, [illegible] Festum B. Pij erat tantùm *ad libitum* eô annô nec die suo proprio (q[illegible] est Dies 5. Maij) poterat celebra[illegible] nec in alium transferri, sed pen[illegible] erat omittendum, atque adeo de [illegible] nihil illô annô faciendum; [illegible] ità circa *quæcunque Festa ad Libitum* [illegible] *creverit* Sac. Rit: Congr: die 2. Decem[illegible] 1673. item die 24. Jan. 1682. & [illegible] 19. Januarij: quibus Decretis etia[illegible] Romæ mos gerebatur, utì constat [illegible] Directorio non uno Romano præc[illegible] dentium annorum, nominatim ill[illegible] quod editum fuit 1704. nam ibi [illegible] annô ad diem 5. Maij hæc annota[illegible]

lege-

legebantur: *Hôc annô de B. Pio V. Pap. & Conf: nihil fit :* & in fine ejusdem Directorij, ubi Festa ad Libitum pro more ponere solet, B. Pium V. annô illô omittebat; quia nempe eô annô cadebat in Diem quandam *infra Octavam* Ascensionis. Ex quibus, utì & (ùt mox dicam) alijs quoque rationibus manifesti erroris convincuntur quædam Breviaria, Missalia, ac Diurnalia (nominatim 1692. & 1697. alicubi impressa) nec non eorumdem quædam Supplementa seperatim ante sedecim annos alicubi typis excusa, dum in Rubrica huic Festo præfixa asserunt: Festum B. Pij V. (loquuntur de Tempore, quô nondum erat Canonizatus) *Romæ*, & *Locis* suprà nominatis esse *Festum semid: de præcepto*, alibi verò, id est, per reliquam Ecclesiam *esse Festum semid: ad Libitum*: nam falsum esse utrumque hoc Assertum constat ex paulò antè dictis, & omnibus Directorijs Romanis jam inde à Tempore Innocentij XI. usque ad currentem annum 1713. Romæ impressis, in quibus (ut videre est in eorumdem pagina seu Columna 2. nec non in fine illorummet Directoriorum post Festa Mensis Decembris) Festum B. Pii V. inter *Festa ad Libitum*, non autem de præcepto, & quidem solummodo *Romæ*, ac certis quibusdam *Locis* tanquam speciali Indulto sub Ritu semidupl: ad lib: concessum ponitur: & verò, quòd usque ad annum 1713. etiam Romæ non fuerit Festum *de præcepto*, sed tantùm *ad Libitum*, etiam ex eo est manifestum, quòd (ùt paulò antè dictum) annis illis, quibus incidit *infra aliquam Octavam*, aut in *Diem Dominicam*, aut in *aliquam Dierum Festorum Mobilium*, nihil factum fuerit in *Officio*, vel *Missa*, aut illo, aut alio die Romæ de B. Pio V. hoc autem nec debuisset, nec etiam potuisset ibi fieri, si ibi B. Pius V. eô Tempore fuisset *Festum de Præcepto*; nam Festa 9. Lectionum de præcepto non *omitti*, sed transferri debent illîs annîs, quibus proprio suo Die celebrari non possunt. Quòd autem nec Festum fuerit tunc Temporis *ad Libitum* per totam reliquam Ecclesiam, sed tantùm cum restrictione ad illa loca, quibus speciali Indulto Pontificio id competebat, colligitur ex eo, quòd nullum allegari possit exemplum alicujus Festi, quòd sit *ad Libitum* per *totam Ecclesiam*, quando illud est Festum solummodo alicujus *Beati*, nondum verò *Canonizati*. Quòd autem ex eo, quòd B. Pius V. *Romæ* fuerit tunc Temporis *Festum ad Libitum*, nequaquam sequatur, quòd etiam alibi sub simili Ritu secluso speciali Indulto Sedis Apostolicæ potuerit celebrari, certum fit inde, quòd Sac. Rit. Congr. (ut videre est in ejus Decretorum Registro, Breviarij Romani Calendario quoad hoc summariè præfixo) inter alia declaraverit, ac decreverit: Non posse

Offi-

Officia Sanctorum particularibus locis concessa *de loco ad locum extendi*; nec posse locorum Ordinarios citra Licentiam Sedis Apostolicæ, aut S. R. C. addere Calendarijs, etiam proprijs, aliquod aliud *Officium*; nec denique de *Beatis* nondum *Canonizatis* aliquid propria Auctoritate ab ijsdem constitui, sed omnino consulendam esse Sac. Rit. Congr. Vide Dicta superiùs Die 19. Febr: ubi Errorem, hactenus refutato persimilem, ex Gav: Tom. 2. S. 7. c. 4. in fine refero, qui olim [ùt loc: cit: queritur Gavantus] circa Festum S. Conradi Placentini in Breviarium Venetijs impressum irrepsit, & inde in quædam etiam particularium Ecclesiarum Calendaria fuit propagatus, & à pluribus in hanc usque Diem inobservatus. Verùm cùm annô 1712. B. Pius V. Die 22. Maij ipsô Festô SS. Trinitatis à Ss. D. N. Clem. XI. cum BB. Andrea Avellino, Felice Capuc: & Catharina de Bononia Sanctorum Catalogo solenni Ritu sit adscriptus, annô autem insequenti 1713. Die 17. Febr: Idem Sanctiss. ejusdem Divi Nomen Martyrologio Romano cum Elogio inseri, Festum verò illius sub *Ritu semiduplici de præcepto* per universalem Ecclesiam [de qua adeò præclarè est meritus] celebrari mandaverit, ideo deinceps, nisì incidat in Dominicam, aut Diem aliam [Festo v. g. mobili altioris Ritus] impeditam, adeoque sit transferendum in aliam Diem non impeditam, [illegible] lebrandum est Festum hujus Sanc[illegible] in universali Ecclesia sub Ritu [illegible] dicto Die 5. Maij, ùt sequitur: [illegible] speræ hodiernæ, nisì cras occ[illegible] Dominica, aut Festum mobile, [illegible] Ascensio Domini, dicentur à C[illegible] tulo de S. Pio V. Pap. ac Confess[illegible] Commemoratione Festi præced[illegible] tis, ac de Cruce, nisì currat Octa[illegible] dicendo omnia præter Oratio[illegible] [quæ est propria] ùt in 1. Vesp[illegible] de Communi Conf: Pontif. Ri[illegible] mid: Paschali [nisì transferatur [illegible] Octav: Pentec:] de præcepto. O[illegible]

5. S. Pii V. Pap: & Conf. [illegible] dupl. *Col. Alb.* Officium de Co[illegible] Pontif. Confessor: Ritu Paschali, [illegible] sì transferatur post Octav: Pent[illegible] Lectiones I. Noct: de Script: occu[illegible] nisì ponendum sit Initium Epistolæ aut Libri nodum positum, vel [illegible] occurrentem fortè hodie Feriam [illegible] Rogation. sumendæ sint de Communi. Lect: II. Noct: propriæ, [illegible] notantur vel in Ordine nov[illegible] vel ad calcem minùs recentium Breviarior: ità tamen, ut in fine terti[illegible] Lectionis secundi Nocturni, nem[illegible] post illa Verba: *multis à DEO ejus intercessione patratis miraculis*, deinceps apponantur [ubi non habentur] [illegible] quentia: *Quibus ritè probatis à Clemente undec. Pontifice maximo Sanctorum numero adscriptus est.* Lectiones III. Nocturni: *Homo peregrè &c*, de Commun: Conf: Pontif. Orat. propr. [illegible]

oc-

occurrat in Vigilia Ascensionis hoc Festum, tunc Lectiones I. Nocturni sumuntur de Comuni Conf: Pontif: *Fidelis Sermo &c.* nona autem Lectio tunc dicitur de Vigilia cum ejus Commemoratione in *Laudibus* & *Missa*, cui in Missis privatis [non autem in Officio] supperadditur Commemoratio de Rogationibus, & in fine earundem Missarum privatarum legitur Evangelium de Vigilia, modô supra P. I. infra Hebdomadam V. post Pascha declaratô; ubi Vide, quid universim circa *Officium*, & *Missas*, quà *privatas*, quà etiam *Conventuales* in Triduo Rogationum sit observandum, si hoc, aut aliud Festum 9. Lectionum incidat in illud Triduum.

Missa: *Statuit &c*, 1. de Comuni Conf: Pont: Ritu Paschali, nisi transferatur post Octavam Pentec: cum *Gloria* sine *Credo* [nisi veniat infra Octav. Ascens.] Orat. 1. propr. 2. *Concede.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. nisi facienda sit una, vel plur: Commem. Præf: Paschal. *Col. Alb.*

Vesperæ hodiernæ [nisi hodie aut cras occurrat Festum Ascensionis] sunt de S. Joanne ante Portam Latinam, dicendæ Ritu dupl: majore de Commun: Apost: Temp. Paschali cum propria Oratione, & propr. Antiph: ad *Magnificat*: In ijsdem fit Commemoratio S. Pij V. si hodie fuit de ipso factum Officium.

Si hodie, aut cras occurrat Dominica, fit de illa [ante Commemorationem de S. Pio, si hodie sit Sabbatum] in hodiernis Vesperis pariter Commemoratio, nisi crastinum Festum celebretur alicubi sub Ritu dupl: 1. vel 2. Classis; ibi enim fit quidem Commemoratio de Dominica cras subsequente, non tamen de Dominica antecedente, uti nec de Festo hodiern: Semid. *Col. Rub.* Si hodie factum sit de *Die Octava Ascens:* tunc de sequenti Duplici fit tantùm Commemoratio, nisi istud alicubi celebretur sub Ritu 1. vel 2. Classis: tunc enim Vesperæ dicendæ forent integræ de Festo, & de Die Octava Ascens: solummodo in illis facienda Commemoratio juxta Rubric: Tabulæ concurrentiæ subscriptam. Atque hoc ipsum venit observandum, quando aliud sequentium Festorum duplicium habet concursum cum Die Octava Ascens: in 1. aut 2. Vesperis Diei illius Octavæ.

6. S. Joannis ante *Portam Latinam.* Dupl. maj: *Col. Rub.* Si hodie occurrat Festum aut Dies Octava Ascensionis, tunc Festum S. Joannis ante Portam Latinam (par Ratio est de quibuscunque alijs Festis in Festo Ascens: occurrentibus) transfertur in diem proximam non impeditam. Alioquin hodie fit Offic: de S. Joanne, ùt in Comun: Apostolor: Temp. Pasch. In I. Noct: legitur Initium Epistolæ 1. B. Joannis, ùt in Dominica infra Octavam Ascensionis, nisi eo Tempore jam aliunde legatur de

Libro Apocalypsis, vel ejus Epistola; tunc enim ponuntur in I. Nocturno Lectiones eo die occurrentes. Quòd si in Sabbato infra Octavam Ascens: occurat hoc Festum, legetur in I. Noct: Initium Epistolæ illius ex Dominica sequente, in hac autem legentur tunc Lectiones Feriæ II. sequentis, nè bis ejusdem Epistolæ Initium immediatè legatur. *Brev: apud Gav: hic.* Lectiones II. & III. Noct: propriæ; At quando occurrit hoc Festum in *Dominica*, aut *Feria II. Rogat:* vel transfertur in Diem, in quo simul occurrit *Festum Simplex*, habens *propriam Lectionem*, tunc convenienter Lectio nona conjungitur Octavæ (quia in illa de Martyrio hujus S. Apostoli agitur, ut observat hîc Gav.) 9. autem Lectio tunc dic: de occurrente illa *Dominica*, aut *Feriâ*, aut *Festo Simplici*, cum Commemoratione Dominicæ in Officio, ac Missa; vel Feriæ in Laudibus, & Missis, vel Simplicis in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, ut suprà. *Col. Rub.*

Missa, uti notatur, cum Glor: & Cred: Orat: Unica, & Præf: de Apost: etiam tunc, quando hoc Festum venit infra Octavam Ascensionis, dicendum tamen tunc est *Communicantes* Ascensionis. *Col. Rub.*

In 2. Vesperis (in quibus Oratio, & Antiphona ad *Magnificat*, ùt in 1. Vesperis) fit Commemoratio de S. Stanislao Episc: & Mart: ùt in 1. Vesp: de Comun: Mart Temp. Pasch. Cum Orat: propr: nisi ob currentem cras Dominicam tra ratur; tunc enim fit Comme tio non de illo, sed de Domi *Col. Rub.* Quòd si hodie occurra minica, fit etiam illius Comme rat: in hod: Vesperis, & poste S. Stanislao, nisi cras occurra stum Ascensionis; tunc enim diernæ Vesperæ integræ dicun Ascensione sine Commemora ulla, etiam S. Joannis, & tunc *Alb.* Si cras occurrat Dies O Ascensionis, tunc hodiernæ Ves rursus integræ dicuntur in Col de Die illa Octava, attamen Commemoratione de S. Joanne suprà, in Ecclesiâ universali, ubi S. Joannes hodiè celebratur Duplex 1. vel 2. Classis, Vesperæ tegræ erunt de illo, & de die Oc va Ascens: fiet tantùm Comme tio, ut in 1. Vesperis illius; fiet nim *Dies Octava Ascens:* perinde *Dies Octava Corporis Christi*, non *Duplici majori* secum *occurrens*, *concurrenti*, ac proinde in utrius *Concursu* exigat integras Vesperas solam Commemorationem de Fe secum concurrente, cedit tamen traque Festo dup. 1. & 2. Class: tam 1. quàm 2. Vesperis, contenta solâ in illis Commemoratione.

Ubi *Festum S. Joannis ante Lat:* celebratur cum Octava, ibi bus infra Octavam, in quibus fit illa, dic: Lectiones in II. Noct:

notantur in Octavario Romano à fol. 189. in III. Noct: autem, uti notantur ibid: fol. 140. & seqq. Si ejus Octava concurrat cum Octav: Ascens: hæc illi præfertur tam in *Officio*, quàm in *Missa*, sive faciendum sit de Octava totum *Officium*, sive tantùm Commemoratio, ob occurrentem v. g. Dominicam, aut Festum 9. Lectionum, uti præscribit Rubrica de Octavis n. 3. ante fin.

Quando venit hoc Festum in Fer: II. aut III. aut IV. Rogation: vel infra Octav: Ascens: Ordinantur Officium, & Missæ tam Convent: quàm privatæ modò Die 29. & 30. Aprilis, ac respectivè 2. Maij &c declaratò.

7. S. Stanislai Episc. & Mart. Semid. *Col. Rub.* Officium (nisi transferatur hoc Festum post Octavam Pentec: adeoque à Tempore Paschali ad non Paschale) dic: de Commun. Un. Mart. Temp. Pasch. sequentem in modum. Oratio propria. Lect: I. Noct: de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Epistolæ, vel Libri Sac: Script: nondum positum (uti contingit, quando Festum S. Joan: ante Portam Latin: incidit in Dominicam 4. post Pascha) aut nisi occurrat Feria II. aut IV. Rogation: quia tunc (ni ponendum sit Initium Scripturæ nondum positum) sumendæ sunt de Commun: Un: Mart: Pontif: *A Milete &c.* Lect: II. Noct: propriæ. III. Noct: *Ego sum vitis vera &c*, ùt in Commun: Mart: Temp: Pasch: 1. locô. Si Festum hoc transferatur post Octavam Pentecostes (uti contingit, quando in Diem hunc incidit *Dies Octava* Ascensionis, uti anno 1693.) tunc dic: Offic: de S. Stanislao, ùt in Communi Un: Mart: extra Tempus Paschale. Orat: & Lect: I. ac II. Noct: ut suprà. III. Noct: de Homilia in Evang. *Si quis venit ad me &c*, ùt in Commun: Un: Mart: extra Tempus Paschale 1. locô. *Col. Rub.*

Missa: *Protexisti me (si celebretur Tempore Paschali)* 1. de Communi Martyrum Temp. Pasch: cum *Glor:* sine *Cred:* (nisi veniat infra Octav: Ascens: tunc enim dic: *Credo*) Orat: 1. propr. 2. *Concede.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap: Præf: Paschal: nisi veniat infra Octavam Ascensionis; tunc enim dic: Præfatio de Ascens: cum ejusdem *Communicantes.* Extra Tempus Paschale dicitur Missa: *Statuit &c*, 1. de Commun: Un: Mart: Pontif: cum *Gloria* sine *Credo.* Oratio 1. cum correspondente Secreta, ac Postcommunione, ùt Temp: Pasch. Oratio autem tunc 2. *A Cunctis* 3. ad libit. Præfat: ultima, seu Communis. *Col. Rub.*

Quando incidit hoc Festum in Feriam II. aut III. aut IV. Rogation: aut occurrit infra Octavam Ascens: *Officium*, & *Missæ* ordinantur, ùt suprà 26. Aprilis, & 2. Maij &c.

Vesperæ (nisi cras occurrat Festum Ascens: aut Dies illius Octava) dic: de Apparitione S. Michëlis Archangeli : utì in propr: loco, sub Ritu dupl: Maj: eóque Paschali, nisi ob occurrentem v.g. Die crastinâ Octavam Ascensionis, illa transferatur post Octavam Pentecostes; fitque in ijsdem Vesperis Commemoratio S. Stanislai, & ante istam etiam Dominicæ, si hodie sit Sabbatum. *Col. Alb.*

8. Apparitio S. Michaelis Archang. Dupl. maj. *Col. Alb.* In Officio omnia dicuntur, utì notantur hac Die in propr: Sanctor: & quidem Ritu Paschali, si celebretur currente etiamnum Tempore Paschali; si autem transferatur ultra Tempus Paschale (ob occurrentem hodie Diem Octavam Ascensionis; utì contigit 1704.) tunc fit Offic: utì 29. Septembr: nisì quòd, si in 2. Vesperis tunc concurrat cum Festo Ss. Corporis Christi, Vesperæ de hoc dicantur, sine ulla Commemoratione, tam hodierni, quàm alterius Festi, Hymnúsque Completorij tunc terminetur per Vers: *JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c.* Benedictio Octava (quocunque Tempore celebretur) in Officio Apparitionis S. Mich. est: *Quorum Festum Colimus &c.* Si occurrat hoc Festum *Feriâ* 2. *Rogat:* aut *in Dominica*, vel celebretur (Ritu consueto) in aliquo Die, quô simul occurrit *Festum Simplex*, habens propriâ Lectionem, tunc in III. Nocturno Lectioni Octavæ convenienter adjungitur nona (utpote in qua sola agitur de Ss. Angelis, id quod hic tat Gav.) nona autem Lectio dic: de *Feriâ* 2. *Rogat:* aut Dom. aut *Festo* illo *Simplici* occurrente, quibus fit etiam suis locis Commoratio, ùt suprà in Festo S. Joan. ante Port: Latin: ad cujus Festi similitudinem etiam hodierni Festi *cium* & *Missæ* de reliquo ordinan quando Festum illud hodiernum *cursum*, aut *concursum* habet cum rum Festorum aut Dierum (utì cùm incidit in Triduum Rogationum, aut venit infra Octavam scensionis &c) vel altiorem alic Ritum habet, vel etiam Octava pro qua in II. & III. Nocturno cendæ Lectiones assignantur ab Octavario Romano fol. 106. & Diem 8. Maij. Cæterùm cùm transfertur hoc Festum ultra 15. Maij quam aliàs cadit Dies illius Octav tunc annô illô celebratur sine Octava, juxta Rubr: Gen: X. n. 1. in fin. nisi Titularis Ecclesiæ Privileg alicubi aliter fieri oporteat juxta Rubr: *Gen: X. n. 1. in fin.*

Missa, utì notatur hac Die cum *Gloria, Credo*, & Orat: Unica; si veniat in Dominica, aut Trid. Rogation: aut infra Octav: Ascens. &c) Præfat. Paschal. si celebretur Tempore Pasch. Si verò celebretur extra Tempus Pasch: tunc omnia ad

ad Introitum, Offertorium, & Communionem *Alleluja* dic: Præfatio Communis, & post Epistolam Graduale cum suo Vers: &c, uti in Dedicatione S. Michaël: 29. Sept.

Vesperæ (nisi cras occurrat Festum Ascens: aut Dies ejus Octava) de eodem Festo Apparitionis, cum Psalmis, Versu, & Antiph. ad *Magnificat*, ut ibi. Commemoratio de S. Gregorio Nazianzeno (nisi is cadens in Vigiliam Pentecostes sit transfedus) per Antiph. *O Doctor optime &c*, ac Orationem, ut in propr. Sanctor. *Col. Alb.* Si Festum Apparitionis, aut aliud 9. Lectionum (nisi illud fuerit unum ex solennioribus, h. e. 1. vel 2. Classis) cadat in Feriam VI. post Octavam Ascens. fit de Die, seu Feria illa currente in hodiernis Vesperis [non autem in hesternis] necnon in hodiernis Laudibus, ac Missa Commemoratio, sumendo Orationem cum Vers: & Antiphon: ex Dominica præcedente. *Col. Alb.*

Quid agendum, si in hodiernum Diem incidat alicubi *Dies Octava* alicujus partic: Festi, dictum est suprà Die 1. Maij &c.

9. S. Gregorii Nazianz. Episc. Conf. & Eccles. Doct. Dupl. min. *Col. Alb.* Officium hujus Festi dic. de Communi Conf. Pontif. & quidem Ritu Paschali, nisi transferatur post Octavam Pentec. uti contingit, quando incidit in Vigiliam, aut Festum, aut Octavam Pentecostes. Lect. I. Noct. de Scriptura occur. nisi ponendum sit Initium alicujus Epistolæ, vel Libri Sac. Script. nondum positum; aut nisi hodie occurrat Feria II. aut IV. Rogat. tunc enim [nisi ponendum sit, ut modò dixi, Initium Epistolæ nondum positum] Lectiones I. Noct. sumendæ sunt de Communi Doctorum: *Sapientiam omnium antiquorum. Lect:* II. Noct. propriæ. III. Noct. *Vos estis sal terræ &c.* ut in Communi Doctor. Responsor. Octav. *in Medio Ecclesiæ*, ut ibid. Oratio: *Deus, qui Populo tuo &c.*

Missa: *In Medio Ecclesiæ &c* de Communi Doctor. sed Epistola: *Justus cor suum &c*, quæ extat in fine illius Missæ. Oratio unica, ut in ead. Missâ, dicendâ cum *Gloria*, *Credo*, ac Præfat. Pasch: Siquidem illa celebretur Temp. Paschali; alioquin Præfatio Communis, & post Epistolam Graduale cum Versu sequente &c. *Col. Alb.* Quando incidit hoc Festum in Triduum Rogation. aut in Dominicam, vel venit infra Octavam Ascens. &c, tunc Ordinantur *Officium*, & *Missæ*, uti 29. & 30. Aprilis, ac respectivè 2. Maij. &c.

In 2. Vesperis [in quibus Antiph. ad Magnificat: *O Doctor optime &c*] nisi cras occurrat Vigilia, vel Festum, aut Octava Pentec. aut Dominica, fit Commemoratio de S. Antonino Episc. Conf. nec non de Ss. Gordiano, & Epimacho MM. atque de his etiam tunc, quando cras

occurrit Vigilia Pentec. aut Dominica per annum, non tamen, si cras occurrat Festum 1. vel 2. Classis. *Col. Alb.*

10. S. Antonini Episc. Conf. Semidupl. de præcepto. *Col. Alb.* Si hodie occurrat Festum vel Vigilia Pentecostes, aut Dies infra Octavam Pentec. transfertur hoc Festum [par Ratio est de alijs Festis 9. Lectionum], post Octavam Pentec. & fit de illo Ritu non Paschali: de Festis autem Simplicibus occurrentibus in *Vigilia Pentec.* fit quidem Commemoratio in *pridianis Vesperis* [nisi illæ fuerint de Festo 1. Classis] uti & in *Laudibus* Officij, quod dicitur Sabbatô in Vigilia Pentec. unà cum 9. si propriam habeant, de ijsdem Lectione; non tamen fit de illis Comemoratio in ipsa *Missa Vigiliæ* Pentecostes, quantumvis facta fuerit illorum Commemoratio in Officio Vigiliæ. At verò in Festo, seu Dominica Pentecostes, uti & Feriâ II. ac III. mox subsequente, nec in *Officio*, nec in *Missa* fit quidquam de Festo aliquo Simplici; reliquis autem infra Octavam illam Diebus, fit tam in Officio, quàm in Missa de illis [attamen sine Lectione] Commemoratio usque ad Vesperas 1. Festi SS. Trinit: exclusivè. In Festo autem SS. Trinitatis [ubi hæc non est Titulus Templi] post Commemorationem de Dominica [de qua dic. 9. Lectio in Offic. & ult. Evang. in Missa] fit etiam Commemoratio in Laudib. ac *Missis privatis* de Festo Simplici occurrente, uti & in Vesperis sec. dis de Festo Simplici subsequente: ubi verò SS. Trinitas est Titul. Templi, ibi in Festo SS. Trinit. nec in Officio, nec in Missa SS. Trinitatis fit quidquam de Festo Simpl. occurrente, nec etiam de subsequente in 2. Vesperis SS. Trinitatis: Idem est, si post Feriam III. Pentecostes aut post Fest: Ss. Corporis Christi, aut p. aliud Festum 1. Classis sequatur immediatè Festum Simplex; namq. pridie talis Festi Simplicis par nulla fit Comemoratio in Vesp. Si Festum Simplex veniat infra Octavam Corporis Christi, *sic de* Commemoratio pridie (nisi eo die occurrat Festum 1. aut 2. Classis) nec non in posteræ diei (h. e. illius, in quam cadit Festum Simplex) Laudibus, ac Missa, non tamen legitur tunc nona Lectio de Festo Simplici nisi die illo, quô hoc occurrit, sed Officium Duplex de alio Sancto; tunc enim legitur de Festo Simplici etiam 9. Lectio, modô propriam (unam vel duplicem) id habeat. Et non tantùm aliquam de Commem. modò item Duplex illud non sit *Duplex* 1. Classis; utpote excludens non tantùm *Lectionem*, sed etiam Commemorationem omnem de Festo Simplici tam occurrente, quam subsequente: nec denique duplex illud occurrat in Dominica; tunc nim

nim nona Lectio est de Dominica, de Simplici verò fit tantùm suis locis Commemoratio modò suprà & alibi dictò. De reliquo dicitur 9. Lectio de Festo Simplici etiam in Festis dup: 2. Class: infra Octav: Ss. Corporis Christi extra Dominicam occurrentibus, si Festum Simplex propriam habeat, esto tunc Commemoratio de eo fiat nonnisi in Laudibus, & Missis privatis, non autem in pridianis Vesperis. His Prænotatis

Officium de *S. Antonino* dic: ùt in Communi Conf. Pont. Temp. Pasch. si eo Tempore celebretur. In Hymn: *Iste Confessor* mutatur 3. Vers. Lect. I. Noct. de Script. occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Epist. aut Libri Sac. Script. nondum positum, aut nisi occurrat Feria II. vel IV. Rogat. tunc enim sumendæ sunt de Communi: *Fidelis sermo &c.* Lect. II. Noct. propriæ. III. Noct: *Homo peregrè &c*, de eodem Communi. 9. Lectio (nisi veniat in Feria II. aut IV. Rogationum) de *Ss. Gordiano, & Epimacho*: de quibus fit etiam Commemorat: in Laudibus & post eam Commemoratio Paschalis de S. Cruce, si celebretur Temp. Pasch. si verò extra illud, dicuntur Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctorum ad Laudes, & utrasque Vesperas: & sic usque ad Adventum etiam in alijs Festis Semidupl. nisi occurrant infra aliquam Octavam. *Col. Alb.*

Missa: *Statuit &c*, 1. de Communi Conf. Pont. dicenda Ritu Paschali, si celebretur Tempore Paschali, cum *Glor.* sine *Cred.* (nisi veniat infra Octavam Ascens: tunc enim dic. *Credo*) Oratio 2. de *Ss. Gordiano, & Epimacho*. 3. *Concede*. Præf. Pasch. Si veniat infra Octavam Ascensionis tunc 2. Oratio erit de Octav. 3. de Ss. Martyribus. Præfat. & *Communicantes* autem de Ascens. Si celebretur extra Tempus Paschale, ad Introitum, Offertor: & Communionem omittentur *Alleluja*, dicetúrque post Epist. Graduale cum Vers. seq. & tunc (nisi occurrat Festum Simplex, vel Dies infra aliquam Octavam) 2. Oratio erit *A Cunctis*. 3. ad Libitum.

Vesperæ (nisi cras occurrat fieri de Dominica, aut Festo alio translato &c.) de hod. Festo, ut in 2. Vesp. Conf. Pont: cum Commemorat. de S. Maria in Sabb. si cras de illa fiat Offic. & Commemorat. Paschali de Cruce, si celebretur Tempore Paschali: alioquin dicentur Commemorat. Communes, ut suprà, cum Precibus Dominicalibus ad Primam, & ad Completorium, nisi currat aliqua Octava. *Col. Alb.*

11. Vesperæ (si hodie factum est de Feria, aut Festo duntaxat Simplici, nec cras faciendum sit de Dominica) dicuntur de *Ss. Nereo, & Soc. MM.* sub Ritu Semidupl. Paschali, cum Commemoratione Paschali de

S. Cru-

S. Cruce, ùt in Comuni Mart: Temp. Paſch. nisi eorum Feſtum transferatur poſt Octav. Pentecoſtes. Orat. prop.. *Col. Rub.*

12. Ss. Nerei, Achillei, Domitillæ Virginis, atque Pancratii MM. Semid. *Col. Rub.* Officium (ſi celebretur hoc Feſtũ Temp. Paſch.) ùt in Communi plur. Mart. Temp. Paſch. Lectiones I. Noct. de Scriptura occurrente, nisi ponendum ſit Initium alicujus Epiſtolæ, vel Libri S. Script. nondum poſitum, aut occurrat Feria II. Rogat. vel Vigilia Aſcenſ. tunc enim Lect. I. Noct. ſumuntur de Commun. plur. MM. extra Tempus Paſch. *Fratres Debitores.* Lect. II. & III. Noct. propriæ. Si occurrat hoc Feſtum in Fer. II. Rogat. aut in Vigilia Aſcenſ. aut celebretur aliquo die, quo ſimul occurrit Feſtum Simplex habens propriam Lectionem, tunc (ut notat Gavantus) conveniens eſt, ut 9. Lectio hodierni Officij jungatur Octavæ, & ex utraque fiat una; eò quòd in illa Lectione, quæ alioquin eſt nona, agatur de Sanctis, de quibus hodie fit Offic. In Laudibus fit Commemorat. de Cruce, cui præponitur Commemoratio de Feſto ſimplici, ſi quod occurrat; huic autem Commemoratio de Feria II. Rogat. aut de Vigilia Aſcenſ. ſi harum alterutra occurrat. Si incidat in Fer. 3. Rogat. in Officio nihil fit de Feria, at in Miſſa Commemoratio de Rogationibus, ſed poſt Commem[oratio]
de Simplici.

Missa (ſi celebretur T[empus]
Paſch.) dic. uti notatur in M[issali]
in Propr. Sanctorum cum *Glori[a]*
Credo, nisi veniat infra Octav[am]
ſcenſ. Oratio 2. *Concede.* 3. Ec[clesiæ]
vel pro Papa, nisi occurrat Fe[stum]
ſimplex, aut Feria II. vel III. v[el]
Rogat. Præf. Paſch. *Col. Rub.*
transferatur hoc Feſtum extra T[empus]
pus Paſchale, tunc in *Officio* m[utatur]
tur Antiphonæ, & Reſponſ[oria]
dicuntúrque ùt in Communi
Mart. extra Tempus Paſchale;
tamen dicitur Reſponſ. *Hæc e[st]*
Fraternitas &c; quia non omnes
Fratres: dicitur tamen *Oratio*
dem, quæ Tempore Paſchali, &
& eædem reſpectivè Lectiones
Nocturnis. Missa (ſi transferatur
hoc Feſtum à Tempore Paſchali
non Paſchale, uti anno 1695.
1704.) dicitur de Communi
Mart. extra Tempus Paſchale, nam-
pe: *Intret in Conſpectu tuo &c.* Ex-
cipiuntur 1. Oratio cum correſpon-
dente ſibi Secreta, ac Poſtcommu-
nione, & Evangelium: *Erat quid.*
Regulus &c: quæ dicuntur uti in Fe-
ſto, cadente alioquin in Diem
hujus. Oratio 2. autem tunc
Cunctis. 3. ad Libitum; nisi occurrat
Feſtum Simplex, v. g. S. Perron[is]
uti 1704. tunc enim 2. Oratio
de Simplici. 3. *a Cunctis.* Præfat[io]
Communis, nisi occurrat infra
ctavam

ctivam habentem Præfationem propriam. *Col. Rub.* Gav. *Tom.* 2. *Sect.* 7. c. 7. *Die* 12. ac Director: Roman: *ad dictum annum*, quò Signatè assignat Missam *Intret in Conspectu tuo &c* de Communi plurim. MM. exceptis iis, de quibus suprà: unde dubites, an sit authentica Rubrica illa, quæ in quibusdam Missalibus (nominatim 1689. impressis) subscripta legitur Missæ hodierni Festi pro Tempore non Paschali: quod etiam ex eo Colligitur, quòd alia Missalia, multò recentiora, illâ penitùs careant. Quare standum erit meo judicio Auctoritate Gavanti, & Directorij Romani.

Ubi Festum *Ss. Nerei, & Soc. MM.* celebratur cum *Octava*, ibi infra Octavam, & in Die Octava in II. & III. Noct: dicendæ sunt Lectiones, prout assignantur in Octavario Romano fol. 305. & 182. ad diem 12. Maij. Quando hoc Festum occurrit in Triduo Rogation: aut infra Octav: Ascens: Ordinantur *Offic:* & Missæ, uti 26. April. ac 2. Maij &c.

Vesperæ (Ritu Paschali, vel non Paschali, prout scil: hoc vel illo Tempore celebratur hodiernum Festum) dic: ùt in 2. Vesperis plur: Mart. nisi cras fiat alicubi, aut aliquando de Festo, aut Officio 9. Lectionum; nam si cras occurrat Festum Duplex, tunc in hod: Vesperis fit de Ss. Nereo & Soc: solummodo Commemoratio; si Dominica, aut Festum Semiduplex, tunc Vesperæ 2. de Ss. Nereo, & Soc. dicentur quidem de ipsis usque ad Capit: à Capitulo autem de seq: Dominica, vel semidupl: integræ verò de memoratis Ss. martyribus, si cras, vel nullum occurrat Festum, vel tantùm Festum simplex, aut Officium de B. Maria in Sabbato, de quibus tamen tunc fit Commemoratio, & post hanc etiam de Cruce, si celebretur Tempore Paschali. *Col. Rub.*

13. Si hodie factum est de Fer: currente, & cras non occurrit fieri de Dominica, aut Festo 9. Lectionum, nec de S. Maria in Sabbato, aut de Feria 2. Rogat: aut Vigil: Ascens: vel Pentec: &c, Vesperæ hod: dicuntur usque ad Capit: de Feria currente Ritu Paschali, à Capit: autem de S. Bonifacio Mart: ùt in Communi Mart: Temp: Pasch: cum Commemorat: Paschal: de S. Cruce. *Col. Rub.* alioqui dicentur, ùt suprà die 27. April: ac respectivè die 10. hujus.

14. S. Bonifacii Mart: Simpl. *Col. Rub.* Quando hoc Festum cadit in Diem impeditum, h. e. talem, quô fieri nequit de eo *Officium*, ac *Missa* (cujusmodi sunt illi, de quibus heri, nec non Die 28. April: & Die 10. Maij, tunc circa *Officium* & *Missam* hujus Diei observanda sunt ea, quæ suprà memoratis duobus Diebus, nempe 28. April. & 10. Maij, diximus esse observanda, estque hoc ipsum de alijs quoque Festis Simplicibus,

hôo & seq: Mense usque post Octavam Pentec. ac Corporis Christi occurrentibus, intelligendum. Quando verò incidit hod: Festum in diem non impeditum, tunc *Officium*, & *Missa* de S. Bonifacio dicuntur sequentem in Modum. Ad *Matutinum* Invitator: & Hymnus de Commun: Un: Mart: Temp. Pasch. Antiphona *Alleluja*. Psalmi ferial. Lectio I. de Script. II. & III. propr. Vers: Responsor: & reliqua ut̀ 14. 17. & 28. April.

Missa: *Protexisti &c*, ut̀ in Communi MM. Temp. Pasch. cum *Glor:* sine *Cred:* Oratio 1. propria. 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap: nisi veniat in Feria III. Rogat: tunc enim in Missa de Festo Orat: 2. erit de Rogat: 3. *Concede*. Secreta, & Postcommunio 1. ut̀ in Missa *Protexisti* penultimô locô. Præf: Pasch. *Col. Rub.* Si hodie occurrat fieri de Festo 9. Lectionum habente eandem Missam (nempe *Protexisti me DEUS*) pro Tempore Paschali, tunc Secreta, & Postcommunio pro Commemoratione de S. Bonifacio dicenda est illa, quæ in eadem Missa assignatur pro Martyre tantùm secundô locô.

Si incidat hoc Festum in Triduum Rogationum, vel in Octavam Ascens: aut in Vigiliam, vel Ferias Pentecostes, aut in Sabbatum, ordinanda erunt *Officium*, ac *Missa* hujus diei modô suprà Die 29. April. & 10. Maij &c Declaratô.

15. Si hodie factum est de *ria*, aut *Simplici*, nec cras occurr Dominica, vel Festum altioris tus, nec currat aliqua Octava vilegiata (v. g. Pentecostes) hodiernæ Vesperæ dicuntur sub tu semidupl: de S. Ubaldo Conf: ut̀ in Communi Confess: Pontif: Temp. Pasch. Orat. propr. Commemorat. Pasch. de Cruce. *Col.*

16. S. Ubaldi Episc: Semidupl. de præcepto. *Col. Alb.* ficium dicitur (Ritu Paschali, transferatur à Tempore Paschali non Paschale) ut̀ in Commun. Pontif. Lect. I. Noct. de Script currente, nisi ponendum sit alicujus Epist. vel Libri *S. Script.* nondum positum, aut veniat in Feria II. aut IV. Rogat: tunc enim sumendæ sunt de Communi Conf. Pont. *Fidelis Sermo &c.* II. Noct. propriæ omnes, ut̀ in Recentioribus Breviar. III. Noct. *Homo peregrè &c.* ut̀ in Commun. Conf. Pontif. Octavio Proprià.

Missa: *Statuit &c*, 1. de Commun. Conf. Pont. dicenda Ritu Paschali (si Die suo proprio hodiern. Festum celebretur) cum *Glor.* sine *Credo*, nisi veniat infrà Octav. Ascens. Oratio propria. 2. *Concede*. Ecclesiæ, vel pro Papa. Præfat. Paschal. *Col. Alb.*

Si incidat hoc Festum in Vigiliam, vel Ferias, aut Octavam Pentecostes, transfertur in Diem pro-

xi-

xiam non impeditam post Festum SS. Trinitatis, & tunc in Hymn. *Ille Confessor* mutatur 3. Versus; in Missa autem Oratio 2. *à Cunctis.* 3. ad libit. Præfat. Commun. *Col. Alb.*

Quomodo autem Ordinandum sit Offic. & Missa hujus Diei, quando hodiernum Festum incidit in Triduum Rogation. aut venit infra Octav. Ascensionis, aut in Vigilia, vel Octava Pentec. dictum est suprà Die 26. April. & respectivè 2. ac 10. Maij.

Vesperæ H. de S. Ubaldo (nisi crastina Dies sit impedita) dic. ad eum proportionaliter modum, quô suprà die 10. Maij in Festo S. Antonini.

Hac eadem Die [uti videre est in Acts Sanctorum *digestis, ac illustratis à Godefrido Henschenio, & Daniele Papebrochio S. J.* Tom. 3. Maij, Die 16. à folio 667.] Pragæ in Bohemia agitur memoria anniversaria *B. Joannis Nepomuceni Ecclesiæ Metropolit: Pragensis S. Viti Canonici, Presbyteri*, ac *Martyris*, quòd, ùt ibi dicitur, Sacrosanctum Confessionis arcanum in gratiam Wenceslai IV. cognomento *iracundi*, Bohemiæ Regis, & Caroli IV. Filij (ut ut hujus jussu, ad illud eruendum, in catasta crudelissimè fuerit extensus, admotisque facibus ustulatus) prodere constantissimè recusaverit, & eapropter jubente eodem Rege in Muldavam [hodie Moldavam] flumen fuerit præcipitatus Anno Domini 1383.

De Veneratione autem & cultu, qui Joanni, *velut Beato & Martyri, ab omni memoria* [ùt in ejus vita c. 3. testatur Bohuslaus Balbinus] hodiedum in Bohemia *tribuitur*, Pragæ quidem hac die, Nepomuci autem, unde erat oriundus, proximâ post Ascensionem Dominicâ, ac etiam alijs, vide prædictos Scriptores Tom. cit. à folio 667. & 673. Tametsi autem cultus hujus Beati, ut ut nondum solenniter Canonizati, à Tempore immemoriali aliquô modô sit publicus, & in aliquibus similis modo colendi alios Sanctos, sciendum tamen est [uti habetur ll. cc.] anniversariam Beati hujus memoriam nullô seu *Officiô Divinô*, seu *Sacrô* de eo dictô honorare hactenus licere etiam in ipsa Bohemia [eò quòd sine Apostolicæ Sedis Auctoritate fieri id nequeat, ùt ex S. R. C. Decretis Breviario ac Missali Romano summariè præfixis constat] ac proinde non modò nullæ de eo *Horæ Canonicæ*, sed nec *Missæ*, etiam eo Die, quô ejus Martyrij memoria recolitur, hucusque dicuntur, sed solummodo *Missæ Votivæ de SS. Trinitate*: id quòd post superiùs dicta à me jam exarata, litteris 8. Septembris 1712. à quodam è Nostris Patribus Pragâ datis legi confirmatum, in quibus inter alia ità scribit: *Rumor de concesso Officio Divino, vel Sacro pro S. Joanne Nepomuceno fundamentô caret: Nihil adhuc penitùs Roma super hîc dixit,*

neque dicet, donec formatus sit Processus (pro quo formando Instructionem Romanam habemus) super duo Puncta. 1. de cultu immemoriali, seu centum annis superante Bullam Urbani VIII. &c. 2. De Miraculis ad Invocationem S. Joannis factis &c. Interim vulgaris cultus dissimulatur, non tamen Officium, vel Sacrum de eo, sed tantùm in Festo Sancti (ùt passim vocatur) celebratur Sacrum de SS. Trinitate ibi locorum, ubi peculiariter colitur: Addit tamen, Die, quô anniversaria ejus Martyrij recurrit memoria, haberi de ejus virtutibus Conciones ad populum, seu Panegyres, aliáque, de quibus in ejus Vita apud cit: Daniel. Papebroch. Per Bullam verò Urbani VIII. intelligere videtur illam, quæ exstat P. II. Manual. Episcopor. D. Barthol. Gavanti Tit. X. edita 1625. 13. Martij, in qua cùm Pontifex reculisset, reprobâsset, ac etiam sub pœnis ibi expressis prohibuisset nonnullos abusus, qui in colendis quibusdam, cum Sanctitatis, aut Martyrij famâ, vel opinione quidem defunctis, nondum tamen à S. Sede Apostolica Canonizatis, aut Beatificatis, irrepserant, circa pingendas nominatim, sculpendas, ac exponendas eorum Imagines cum laureolis, aut radijs, seu Splendoribus circa caput, aliáque nonnulla ibi enarrata, ante finem tamen illius Bullæ declarat, quòd per ea, quæ præmiserat, non velit in aliquo, neque intendat ijs præjudicare, qui aut per Communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem Temporis cursum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum Scripta, vel longæ Temporis scientiâ, ac tolerantiâ Sedis Apostolicæ, vel Ordinarij coluntur. Quæ omnia occasione incidentis in hanc Diem memoriæ B. Joannis de Nepomuk, apud Bohemos, ùt videmus adeò celebris, hîc ideo censui commemoranda; eò quòd ab aliquot annis (ut est notorium) ejusdem veneratio è Bohemia in nostram quoque Germaniam varijs in locis magnopere cœperit propagari: multùmque tem, imò plurimùm in similibus referat, ne ex Zelo, qui non secundùm scientiam, sed ex crassa non rarò procedens ignorantia excedantur limites, à Sacra Sede Apostolica præscripti, pluráque fiant, aut fieri permittantur, quàm Sacros: Tridentina Synodus Sess. 25. de Invocat: Sanctorum summorúmque Pontificum Constitutiones &c concedunt.

17. Si cras celebretur Festum S. Venantij, & hodie fuerit factum de Feria, aut Festo simplici, hodiernæ Vesperæ integræ dicuntur de S. Venantio sub Ritu Semidupl: ùt in Communi Mart: Temp: Paschali: exceptô hymnô, qui totus (etiam quoad clausulam) est proprius, ut & Oratio, cui subjungitur Commemoratio Pasch: de Cruce, Col. Rub. Quòd si hodie occurrat Festum Ascens: utì 1703. aut Dies Octava Ascen-

scensionis, uti anno 1714. aut denique Festum SS. Trinitatis, uti 1693. tunc in secundis horum Fastorum Vesperis fit Commemoratio de S. Venantio, sed in 1. & 2. Casu Ritu Paschali, in 3. verò Ritu non Paschali. *Col. Alb.*

18. S. Venantii Martyr. Semid. *Col. Rub.* Nisi transferatur hoc Festum à Temp: Pasch: ad non Paschale, Offic: dic: ùt in Comuni Un: Mart: Temp: Pasch: & propriò locò. Itaque ad Matutinum Hymn: propr: jungendus Hymno Vesperarum (immediatè post illa Verba: *Succensa Lampas ustulat*) & una conclusione *Sit Laus Patri, sit Filio &c* terminandus, quando hymnus Vesperarum in 1. Vesperis ob herì occurrens Festum Duplex dici non potuit. Lect. I. Noct: de Script: occurr: nisi ponendum sit Initium alicujus Epistolæ, vel Libri Sac. Script: nondum positum, aut occurrat Fer: II. aut IV. Rogat: tunc enim sumendæ sunt de Communi plur. MM. nempe: *Fratres Debitores &c*; Non autem illæ, quæ incipiunt: *A Mileto*; quia hæ leguntur tantùm, si Martyr sit Pontifex, ùt habet Rubrica illis præfixa. Lect: II. Noct: sunt propr: III. Noct: *Ego sum vitis vera*, de Comuni Mart: Temp: Pasch: 1. locò. Ad *Laudes*: Hymn: ppropr: & Commemorat: Pasch: de Cruce, nisi veniat infra Octav.

Missa: *Protexisti me &c* (si celebretur Tempore Pasch.) cum Gloria sine Cred: nisi veniat infra Octav: Ascens. Oratio 1. propr: uti & ei correspondens Secreta, ac Postcommunio. Orat. 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, nisi veniat infra Octav: Ascens: aut Triduum Rogation. Præf. Paschalis, nisi veniat infra memoratam Octavam Ascensionis; tunc enim dic: Præf. & *Communicantes* de Octava. Si autem veniat hoc Festum extra Tempus Paschale, aut transferatur à Tempore Paschali ad non Paschale, tunc, exceptis proprijs, dicitur *Officium*, & *Missa* sub Ritu Semid: ùt in Commun: Un: Mart: Temp: non Paschali, ac proinde in *Missa* (quæ nunc est: *In virtute tua*. 1. de Comuni Un: Mart: non Pontif: exceptò tamen Evangelio: *Si quis venit &c*, quod tunc sumitur ex Missa: *Statuit*, 1. de Commun: Un: Mart: Pont.) dic. quidem Oratio 1. cum correspondente Secreta, ac Postcommunione, uti Temp. Pasch, sed Oratio 2. tunc est: *à Cunct.* 3. ad Libit. & Præfat: Commun: nisi veniat alicubi infra Octav: SS. Trinitatis (ùt annò 1693. Oeniponti, ubi SS. Trinitas tanquam Titulus Templi S. J. celebratur cum Octava) tunc enim 2. orat: est de Octava. 3. *Concede*, & Præf. pariter de Octava. *Col. Rub.*

Quomodo autem Ordinanda sint *Offic:* & *Missa* hujus diei tunc, quando incidit hoc Festum in Triduum

duum Rogation: vel in Octavam Ascens. aut in Vigil. vel Octav: Pentec: dictum est suprà 28. April. nec non Die 2. & 10. Maij &c.

Vesperæ sunt regulariter loquendo (nisi scil. in diem crastinam incidat Festum Ascensionis, vel Vigilia aut Festum Pentecostes, vel SS. Trinitatis, vel Corporis Christi, aut Dies Octava alicujus Festi, vel currat Octava Pentecostes) de S. Petro Cœlestino Pap. ac Conf. ùt in Communi Conf: Pontif. præter Orationem, quæ est propria) cum Commemorat. S. Venantij M. ac S. Pudentianæ V. Ritu Pasch. *Col. Alb.* Quòd si Festum S. Venantij incidat in Feriam VI. post Octavam Ascensionis, tunc ordinandum est hodiernum ac crastinum Officium, ut infrà Die 24. 25. & 26. hujus.

19. S. Petri Coelestini Pap. & Conf. Dupl. min. *Col. Alb.* Offic: de Communi Conf. Pont. (Ritu Paschali, si celebretur Tempore Paschali) præter Orat. quæ est propria, & Lection. quæ in I. Noct. sumuntur de Script. occurr. nisi ponendum sit Initium alicujus Epist. aut Libr. S. Script. nondum positum. II. & III. Noct. uti notantur in propr. Sanctor. cum 9. Lectione de S. Pudentiana, ut ibi, nisi hod. Festum S. Petri Cœlest. celebretur in Dominica, tunc enim 9. Lectio dic. (uti & ult. Evangel. in Missa) de Dominica currente, fitque de eadem Commemoratio in utrisque Vesperis Laudibus, ac Missa, ante Commemorationem de S. Pudentiana in Vesperis, Laudibus, ac Missa parum faciendam. Quando autem hodiernum hoc Festum transfertur in Diem, quò nullum occurrit Festum Simplex, propriam habens Lectionem, tunc 9. Lectio dicitur, uti notatur hac die in Recentioribus Breviarijs post Lectionem de S. Pudentiana, seu, uti habetur quinta die infra Octavam Ss. Apost. Petri & Pauli, à verbis illis: *Et Paulus, tertium decimus &c.*

Missa: *Statuit &c* [extans p. extensum, seu integrè in recentioribus Missalib.] de Comuni Conf. Pont. exceptô Evang: sumendô ex Missa Abbat. dicitur autem Ritu Paschali, vel non Paschali, prout scil. hoc, vel illo Tempore celebratur, cum Glor: in *Credo* nisi veniat infra Octavam, v. g. Ascensionis, vel SS. Trinitatis alicubi occurrentem. Oratio 1. propr. 2. de S. Pudentiana V. [*Exaudi nos DEUS salutaris noster &c*] *Col. Alb.* Præf. Paschal. si dicatur Tempore Paschali, alioqui Communis, nisi veniat infra Octavam, quæ proprium habet præfationem; tunc enim dic. Præfat de Octava, uti & ejus *Communicantes*, si proprium quoque ea habeat.

In 2. Vesperis [nisi cras occurrat Dominica, vel dies aliter impedita] fit Commemoratio de S. Bernar-

nardino Senensi Conf. [Ritu Paschali, vel non Paschali, pro qualitate mmir. Temporis] propriam habente Orationem. Antiph. ad *Magnificat* pro S. Petro Cœlestino est: *Dum esset summus Pontifex.* Col. Alb.

Cæterùm Quomodo ordinanda sint *Offic.* & *Missa* hujus diei, aut Festi, si istud veniat in triduo Rogat. vel in Festô, aut infra Octav. Ascens. aut in Vigilia, vel Festo, aut infra Octavam Pentec. vel in Festo Trinit. aut Corporis Christi &c, vide suprà die 29. ac 30. April. nec non 2. & 10. Maij; item infrà 25. & 26. hujus &c. Addendum quoque hôc locô est ex Gav. & Arnaudo, quòd sicuti initiô Aprilis, ità & in fine Maij (non rarò circa ipsum hoc Tempus, aut initiô Junij aliqua Festa mutent Ritum à Tempore Paschali ad non Paschale, & è converso: unde si Missæ aut Officia propria desint Tempori illi accommodata, sumenda erunt de Communi, dummodo aliunde nil obstet ejusmodi Festorum celebrationi.

20. S. Bernardini Senens. Conf. Semid. *Col. Alb.* Offic. de Communi Conf. non Pont. (Ritu Paschali, si celebretur Tempore Paschali) præter Orat. quæ est propria, & Lect. I. Nocl. quæ dicuntur de Script: occurr: nisi ponendum sit Initium alicujus Epist: vel Libr: S. Scripturæ. II. Nocl. propr. III. Nocl. *Ecce nos reliquimus*, ut in Commun. Abbat. Commemorat: de Cruce, si celebretur Temp: Paschali; alioqui Commemorationes Communes, seu Suffrag. Sanctorum (nisi currat aliqua Octava) de quibus suprà 14. Jan. & *Preces Dominicales* ad *Primam*, & *Completorium*.

Missa: *Os Justi* de Communi Conf. non Pontif. (dicenda Ritu Paschali, vel non Paschali pro exigentia Temporis) exceptâ 1. Oratione, quæ est propria, & 1. Evangeliô (*Ecce nos reliquimus*) quod sumitur ex Missa Abbat. Dic. *Glor:* fine *Credo*; nisi veniat infra Octavam Ascensionis, aut SS. Trinitatis, aliquando alicubi occurrentem.

Si celebretur Tempore Paschali, Oratio 2. est *Concede.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. & Præfat. Pasch: extra Tempus Paschale verò Oratio 2. *A Cunctis.* 3. ad Libit. & Præf. Communis. *Col. Alb.*

In 2. *Vesperis* fit Comorat: Paschal. de Cruce, si celebretur Temp. Paschali, alioqui dicuntur Suffragia Sanctor. *Col. Alb.* nisi occurrat in Sabbato; tunc enim Vesperæ 2. dicuntur à Capitulo de Dominica seq: cum Commemorat. præced. sub eo Colore, quem requirit subsequens illa Dominica. Si cras faciendum sit de B. V. in Sabbato, fit de illa in hod. Vesperis Commemoratio, ùt suô locô notatur, ac in fine Hymn: ad Completor. dic. *JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c.*

Quomodo ordinanda sint Offic. &

& Missæ hodierni Festi, quando id venit in triduo Rogation. vel infra Octav. Ascens. aut in Vigilia, vel Octava Pentec. vide suprà die 26. April. nec non die 2. & 10. Maij.

24. Si hodie factum est de Feria, & crastina dies non est impedita, Vesperæ integræ dicentur de Festo sequenti Ritu Paschali, vel non Paschali pro exigentia Temporis. Oratio propr. Commemoratio de S. Urbano Pap. & Mart. nec non Paschalis de Cruce, si celebretur Tempore Paschali: alioqui dicentur Suffragia Sanctorum. *Col. Alb.* Quòdsi transferatur Festum crastinum, non propterea transfertur S. Urbanus in eo occurrens. Si hodie non occurrat Festum 9. Lectionum, cras autem occurrat Vigilia Pentecostes, tunc in Vesperis [hodie dicendis de Feria VI. currente eô modô, quô notatur in Rubrica post diem Octavam Ascensionis] facienda est Commemoretio S. Urbani tantùm, Festum autem sequens transfertur post Festum SS. Trinitatis.

25. S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virg. Semid. *Col. Alb.* Offic. de Communi Virg. Ritu Paschali, vel non Paschali, prout scil. hoc, vel illo Tempore celebratur. Lect. I. Noct. de Script. occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Epistolæ, vel Libri Sac. Script. nondum positum: aut nisi incidat in Feriam II. vel IV. Rogation. tunc enim Lect. I. Noct. sumendæ sunt de Communi, & sic etiam de aliis Festis, si proprias non habent in Noct: Lectiones. II. Noct. propr. Noct. *Simile erit Regnum Celorum Virginibus &c* de Communi Virg. 9. Lectione [nisi transferatur] de Urbano Pap. ac Mart. Oratio propr. In Laudibus fit Commemoratio S. Urbano, & Paschalis de Cruce si celebretur Tempore Paschali, non veniat infra Octavam: extra Tempus Paschale verò dic Suffragia Sanctor: nisi currat aliqua Octava.

Missa: *Dilexisti.* 1. de Communi Virg. non Mart. [dicendis tu Paschali, vel non Paschali, prout hoc, vel illo Tempore celebratur cum *Glor.* sine *Credo.* Oratio 1. propr. 2. de S. Urbano Pap. & Mart: nisi transferatur. 3. *Concede*, & Præfat. Paschalis, si celebretur Tempore Paschali; alioquin Oratio 3. est *Cunctis*, & Præfatio Communis, nisi veniat infra Octavam non privilegiatam, tunc enim Oratio 2. est de Octav. 3. *Concede*, & Præfat. de Octava, si hæc propriam habeat. Quando transfertur hoc Festum in diem, quo nec occurrit *Simplex*, nec *Dies infra Octavam*, nec *Feria* II. vel III. vel IV. *Rogation.* 2. Oratio Tempore Paschali erit *Concede.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap: extra Tempus Paschale verò Oratio 2. erit: *à Cunctis.* 3. ad Libit. *Col. Alb.*

Si incidat hoc Festum in Triduum

dum Rogat: vel in Octav: Ascens: vel in Vigilam, vel Octavam Pentec: tunc ordinanda sunt Officium, & Missa hujus Festi modò suprà die 26. April: & 2. ac 10. die Maij descripto. Si incidat in Feriam Sextam post Octavam Ascens: fit de Festo, sed cum Commemoratione Officij illius diei, seu Feriæ, in Laudibus, Missa, & 2. Vesperis : & non dicuntur preces ad Primam, ac Completorium : In Missa verò tunc dic: Præfatio de Ascens: attamen *Communicantes* Commune.

Vesperæ (nisi in diem crastinam incidat *Festum Ascensionis*, vel *Vigilia*, aut *Festum Pentec.* vel *SS. Trinitatis*, vel *Corporis Christi*, aut *Dies Octava* alicujus Festi, vel currat *Octava Pentecostes*) dic: de S. Philippo Nerio, ut in 1. Vesperis Conf: non Pontif: exceptâ Oratione, quæ est propria: in iisdem, ubi non celebratur Ritu 1. aut 2. Classis, fit Ritu Paschali, vel non Paschali (pro exigentia Temp.) Commemoratio de S. Maria Magdal: de Pazzis, & S. Eleutherio Pap. & Mart. *Col. Alb.*

Si cras occurrat Vigilia Pentecostes hodiernæ Vesperæ integræ erunt de S. Maria Magdal: de Paz: cum Commem: hujus diei (Antiph: *Hæc locutus sum*; Vers: *Dominus in Cœlo*) & S. Eleutherij Pap. ac Mart. *Col. Alb.*

26. S. Philippi Nerii Conf: Dupl. min. *Col. Alb.* Offic. ut in Comun: Conf: non Pontif: Ritu Paschali, vel non Paschali, pro exigentia Temp. Oratio propr. Lect: I. Noct: de Script. occurrente, nisi veniat in Fer: II. vel IV. Rogat: aut nisi ponendum sit Initium alicujus Epistolæ, vel Libri Sac. Script. nondum positum. Lect: II. Noct: propr: III. *sint Lumbi &c*, de Communi Conf: non Pontif: cum 9. Lectione, & Commemorat: de S. Eleutherio Pap. & Mart: in *Laudibus*, & *Missa*, siquidem hodie fiat Officium de S. Philippo, & non transferatur, ob occurrentem hodie Vigiliam, aut Octavam Pentecostes, vel Festum Ss. Trinitatis &c: nam translatô Festô 9. Lectionum non perinde transfertur cum illo etiam Commemoratio, ac 9. Lectio Festi Simplicis, sed utraque fit die suo, nisi alterutram, vel etiam utramque excludat Officium illius diei; quô modô Vigilia Pentecostes excludit Commemorationem Festi Simplicis in *Missa*, non item (utì nec ultimam Lectionem) à suo Officio: Dominica autem utì & Feria 2. ac 3. Pentecostes utramque excludunt ab *Officio*, & *Missa*: reliqui denique infra eandem Octavam dies solam ultimam de Simplici Lectionem ab Officio, non autem Festi Simplicis Commemorationem aut ab Officio suo, aut à Missa.

Missa propria: *Charitas DEI diffusa est &c.* extans in ordine, vel supplemento novor: Missal: dicenda

da Ritu Paschali, vel non Paschali pro qualitate Temporis, cum *Glor:* fine *Credo* (nisi veniat infra Octavam aut in Dominica) & Commemorat: de S. Eleutherio Pap. ac Mart. *Col. Alb.*

Si Festum hoc incidat in *Triduum Rogat:* vel in *Octavam Ascens:* aut in *Vigiliam*, vel *Festum*, aut *Octavam Pentecostes*, ordinanda sunt ejus *Officium*, & *Missa* modò suprà die 29. ac 30. April. nec non 2. & 10. Maij descriptò, etiam quoad S. Eleutherium, de quo (si hodiernum Festum incidat in *Vigiliam Pentecostes*, adeoque transferatur) fit tantùm Commemoratio in Vesper: pridianis (dicendis de S. Magdal. de Paz.) ac Laudibus Vigiliæ, non autem in Missa Vigiliæ hodie occurrentis: dicitur tamen etiam tunc 9. Lectio de S. Eleutherio in Officio Vigiliæ Pentecostes: id quod etiam in alijs similibus casibus est observandum. Si incidat hodiernum Festum in solennitatem Ss. Corporis Christi, transfertur post Octavam, ubi non est Duplex 1. Classis, nam ubi est tale, transfertur in diem proximè sequentem; non tamen ibi tunc aliquid fit de Festo Simplici sequente.

In II. Vesperis fit Commemoratio S. Joannis Pap. & Mart. Ritu Paschali, vel non Paschali pro qualitate Temporis: Oratio: *DEUS, qui nos Beati &c* ùt in Communi Un: Mart: Pontif. 2. loco. *Col. Alb.* Si cras occurrat Festum 1. Classis, tum nec de S. Philippo Ner: nec de S. Joanne Pap. fit aliquid in hodierna Vesperis, nisi ibi, ubi S. Philippus Nerius est Patronus &c: ibi etiam de S. Philippo in 1. Vesperis cras Festi (Festo subsequente, ùt supra dignioris) fit Commemoratio: pro quo notandum, quòd *Festum Patroni* juxta expressam Rubric: sola cedat Festis Domini, Dedic: B. V. M. Angelorum, & Apostolorum, non item cæteris duplicibus 1. Classis. Post Tempus Paschale pridie primi diei hujus Mensis non impeditâ festô 9. Lectionum, dicuntur in Choro post Vesperas diei, dictô *Benedicamus*, Vesperæ Defunctorum, uti notantur in propr: Rubr: in fine Breviarij, & infrà pluribus declarabitur.

27. S. Joann. Pap. & Mart. Simplex. *Col. Rub.* Quando hoc Festum incidit in diem impeditum, h. e. talem, quô fieri nequit de eo *Officium*, ac *Missa* (cujusmodi sunt v. g. *Sabbata*, utpote in quibus faciendum est de S. Maria in Sabbato, & insuper illi, de quibus die 18. April. & 10. Maij) tunc circa *Officium* & *Missam* hujus diei observanda sunt ea, quæ modò dictis diebus suprà, ac suô locô sunt annotata; & si quidem incidat in *Vigiliam Pentecostes* nulla facienda est hodie in *Missa Vigiliæ* de eo Commemoratio (esto facta sit herì in *Vesperis*, & hodie in *Laudibus*, cum 9. de eod. S. Joanne

Lo-

Lectione ad Matut: ex duabus faciendo unam) ut suprà dictum, & rursus paulò pòst dicetur: omnino verò nulla tam in Officio, quàm Missa facienda de eo Commemoratio, si incidat in *Primum Triduum Pentecostes*, aut in *Festum Ss. Corporis Christi*, vel aliud 1. Classis: si autem hoc, vel aliud Festum Simplex veniat *infra Octavam Corporis Christi*, fit quidem de eo Commemoratio prima in Vesperis (nisi eo die occurrat Festum 1. Classis, v. g. Corporis Christi) ac posteræ diei *Laudibus*, & *Missa*, non tamen tunc legitur 9. Lectio de hoc aut alio Festo Simplici, nisi (NB.) quando die illo, quo occurrit, fiat *Officium Duplex* de alio Sancto; tunc enim legitur de illo etiam 9. Lectio (modò propriam, unam vel duplicem, id habeat, & non tantùm de Communi; modò item Duplex illud non sit Duplex 1. Classis) ùt Sac: Rit: Congr: annò 1669. 8. Junij decrevit; de quo plura P. I. Tit. de *Festo St. Trinitatis*, & *Corporis Christi*, ac utriusque respectivè Octava: ubi etiam, quid sit agendum, quando Festum hoc, aut aliud Simplex, occurrit in Dominica infra Octavam Corporis Christi; item quid tum, quando venit alicubi infra Octavam SS. Trinitatis tali die, quô simul occurrit dies infra Octavam SS. Corporis Christi, ac proinde *Officium*, ac *Missa* fit de *Octava SS. Trinitatis*, non autem de *Octava Corporis Christi*.

Si hoc, aut aliud Festum Simplex incidat in Festum Dupl. 1. Classis (v. g. Ascensionis, aut Corporis Christi) nihil fit penitùs de eo in *Officio*, aut *Missa*; si incidat in Festum Dupl: 2. Classis non fit de eo Commemoratio in 1. Vesperis, bene tamen in Laudibus (cum 9. de eodem Lectione, si propriam habeat) ac in Missis etiam privatis. Si post Festum *Duplex* 1. *Classis* (v. g. post Feriam III. Pentec.) occurrat *Festum Simplex*, nulla fit de hoc in illius Duplicis II. Vesperis Commemoratio; fit tamen de Festo Simplici sequente Commemoratio in 2. Vesperis Festorum 2. Class. Si idem hoc Festũ, aut aliud Festum Simpl. incidat in Festum SS. Trinitatis, fit de eo solummodo Cõmemorat: (sine 9. Lectione) in Laudibus, & Missis privatis. Si verò hoc, aut aliud Festum Simplex incidat in triduum Rogation: vel in Octavam Ascensionis, aut in Vigiliam Pentecostes, vel in ipsum Festum, aut reliquas Ferias Pentecostes &c, tunc ordinantur *Officium*, & *Missa*, ùti die 28. April. & 10. Maij, &c.

Quando autem incidit hodiernum, aut aliud sequens Festum Simplex in diem *non impeditum*, h. e. talem, in quo potest fieri *Officium*, & *Missa* de *Festo Simplici*, tunc, si currat etiamnum Tempus Paschale, fiet de eo Officium, ac Missa (*Protexisti*) Ritu Paschali; etiam quoad 2. Responsorium, eô proportionaliter modô, quô

quô suprà die 17. April. necnon 14. hujus in Festo S. Bonifacij Mart. ac propriô locô; Si verò Tempus Paschale non ampliùs currat, Officium fit Ritu Simplici non Paschali modô suprà 19. Jan: declaratô, nempe in hunc modum: Ad *Matutin.* Invitatorium, & Hymn: de Communi Un: Mart: extra Tempus Paschale: Antiphonæ verò, ac Psalmi Feriales de Fer: currente. Lectio prima de Scriptura occurr: nisì ponendum sit Initium Libri Scripturæ nondum positum. Secunda (post quam dicendum extra Tempus Paschale Responsorium: *Domine prævenisti eum*, positum ante Laudes un. Mart.) & Tertia propriæ, utì notantur in Propr: Sanctor: quòdsi Simplex aliquod habeat tantùm unam Lectionem propriam in Proprio Sanctorum sibi assignatam, tunc non tantùm prima, sed etiam secunda Lectio dicitur de Scriptura. Versus, & Responsoria verò (idem est de prævijs Absolutionibus) primum & secundum, nisi aliquando proprium, aut diversum assignetur, utì hîc, sumuntur ex eo Nocturno de Communi unius Martyris, qui correspondet Feriæ currenti, nempe Feriâ II. & V. ex I. Nocturno: Feriâ III. & VI. ex II. Noct: Feria IV. ex III. Nocturno de Communi Un: Mart. Porrò, quando Responsorium 1. & 2. sumuntur dictô modô ex I. aut II. Nocturno, tunc in fine secundi Responsorij cum Repetitione partis [illegible] sponsorij, [antè & pòst faciend[illegible] dicitur: *Gloria Patri &c*, eô mo[illegible] quo fit in 2. Responsorio III. No[illegible] ni: post Tertiam verò Lectio[illegible] dic: *Te DEUM laudamus. Benedic*[illegible] in Festis Simplicibus, seu trium [illegible] ctionum de uno in singulari sum[illegible] *Ille nos benedicat &c.* 2. *Cujus Fe*[illegible] *colimus &c.* 3. *Ad Societatem &c.* [illegible] *Laudes*, & *Horas* usque ad NONAM [illegible] terminatur Officiũ simplex] inclu[illegible] omnia dicuntur ùt in Cõmuni [illegible] Mart: extra Tempus Paschale in [illegible] stis Semiduplicibus, & post Or[illegible] nem diei, dicuntur in Laud[illegible] Commemorationes Communes, [illegible] Suffragia Sanctorum eô modô, [illegible] ordine, quô suprà 14. Januarij cum Precibus Dominicalibus ad Primam.

MISSA extra Tempus Paschale; *Sacerdotes DEI*, ùt in Cõmuni Un: Mart. cum *Gloria* sine *Credo*. Oratio 2. *Fidelium*; si ratione Mensis aut Feriæ II. sit dicendum [de quo P. I. Tit. de Ferijs post Dominicam I. & III. post Pentec.] 3. *à Cunctis*; alioquin Oratio 2. *à Cunctis*. 3. ad Libitum. Præfat: Communis. *Col. Rub.*

Extra Tempus Paschale primâ die Mensis Maij, non impeditâ Festo 9. Lectionum, dicitur in Choro *Officium Defunctorum*, nempe Vesperæ Defunctorum, post Vesperas diei præcedentis, Matutinum verò, & Laudes Defunctorum [nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum] post Laudes diei,

diei, dicto utrobique *Benedicamus*, ac omisso Versu : *Fidelium Animæ &c:* Dicitur autem ad Matut: nonnisi unum Nocturnum, respondens Feriæ occurrenti, ac sine Invitatorio, ùt in Rubricâ, I. Nocturno Officij Defunctorum præfixa. Extra idem Tempus Paschale prima die hujus Mensis non impedita Officiò Dupplici, vel Semiduplici, dicitur *Missa principalis* generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs, nempe quotidiana pro Defunctis &c. Si verò in ea fuerit Festum Simplex, vel Feria, quæ propriam habeat Missam, aut resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis, quæ fuit impedita, & infra Hebdomadem non occurrat alius dies, in quo ea resumi possit, in Ecclesijs *Cathedralibus* & *Collegiatis* dicuntur 2. *Missæ Conventuales*, una pro *Defunctis*, alia de *Festo Simplici*, vel *Feria prædicta*, horis in Rubr: XV. General: à Miss. Rom. præscriptis *n.* 2. & 3. In Ecclesijs verò non Cathedralibus, nec Collegiatis, dicatur Missa de die cum Commemoratione Generaliter pro Defunctis addendo Orationi diei Collectam *Fidelium*, sed semper penultimò locò : quod etiam observandum in Missis quibuscunque privatis, sive dicantur de die, sive dicatur Missa alia votiva, modò non *de Requiem*; nam in his, si plures dicantur Orationes, Collecta *Fidelium* semper est ultima.

Si crás occurrat *Vigilia Pentec:* tunc hodiernum Officium unàcum 2. Vesperis dic: utì præscribitur in Rubrica præfixâ Feriæ VI. post Octav: Ascens: in Proprio de Tempore, cum sola Commemoratione hodierni Festi in 2. Vesperis *Diei Octavæ Ascensionis*, nec non in Laudibus hodierni Officij, in quo etiam dicitur 9. Lectio de Festo Simplici hodie occurrente. Si hoc, aut aliud Festum Simplex habens propriam Lectionem [seu unam, seu dupplicem] incidat in Dominicam minorem, aut veniat infra Octavam non privilegiatam, vel incidat in diem, quô fit de Festo 9. Lectionum, quod non est 1. Classis, dicetur de eo etiam 9. Lectio [faciendo ex duabus unam, si duas habeat] in Officio ejusmodi *Dominicæ*, vel *Octavæ*, vel *Festi 9. Lectionum*, modò non simul eâdem die occurrat *Vigiliæ*, aut *Feriæ majori*, v. g. *Secundæ Rogationum*; tunc enim 9. Lectio dicitur *de Vigilia*, aut *Feria illa Majore*. Atque hactenus dicta observanda quoque sunt circa sequentia Festa Simplicia in simili casu, nisi quòd 9. Lectio tunc tantùm dicatur de Festo Simplici occurrente in die, quô fit Officium 9. Lectionum [v. g. de Feria VI. post Ascensionem] admittens de se nonam de Festo Simplici Lectionem, si *propriam* habeat illud Simplex, & non tantùm aliquam *de Communi* [utì habet v. g. S. Petronilla] nam

si *propriam* non non habeat, sed solùm *de Communi*, tunc ea Lectio solummodo tunc dicitur, quando Officium fit de ipso Festo Simplici, non autem, si fiat Officium 9. Lectionum.

Vesperæ hodiernæ sunt totæ feriales, si hodie factum fuerit de S. Joanne Pap. & Mart. & cras non occurrat aliquod Festum, nec faciendum sit de S. Maria in Sabbato, &c. Col. Officio de Temp. Conveniens.

29. Extra Tempus Paschale quavis Feriâ II. hujus Mensis, in qua Officium fit de Feria, Missa principalis dici potest pro Defunctis. Si autem fuerit propria Missa de Feria, vel de Festo Simplici, vel resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis, in Missa de die fiat Commemoratio Generaliter pro Defunctis, ùt suprà.

Si hodie factum est de ea, & cras fieri potest *Officium*, & *Missa* de S. Felice Pap. ac Mart: Vesperæ hodiernæ usque ad Capitulum erunt de Feria currente, à Capitulo verò de S. Felice Pap. ac Mart. Ritu Paschali, vel non Paschali, pro exigentia Temporis. Oratio: *Infirmitatem nostram &c*, cui subjungitur Commemoratio Paschalis de Cruce, vel Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctorum pro qualitate Temporis. *Col. Rub.*

In Regno, ac Provincijs Serenissimo Hispaniarum Regi subjectis dicuntur hodiernæ Vesperæ sub Rit dupl. de B. Ferdinando III. Cast læ, & Legionis Rege, nisi ejus stum ob occurrens Festum alt Ritûs, vel *Vigiliam*, aut *Feriam* P *costes* sit transferendum. Oratio pria extans in fine Breviarior: centior. Reliqua (Ritu Paschali, non Paschali) de Comuni Conf non Pontif: cum Commemorat S. Felicis Pap. ac Mart. nisi S. F din: alicubi celebretur Ritu I. au Classis. *Col. Alb.*

30. S. Felicis Pap: ac M Simplex. *Col. Rub.* Officium, & sa ordinantur ad eum proporti liter modum, quô 27. hujus, sive Tempus Paschale, sive non Paschale, & sive in diem impeditum, sive non impeditum incidat hoc Festum. Si de illo fiat Officium, 1. & 2. Lectio dic: de Scriptura occurrente modô herì annotatô, 3. est propr. Missa verò: *Protexisti &c*, ùt in Communi Temporis Paschalis 1. locô, si celebretur Tempore Paschali; at verò extra Tempus Paschale dicenda est Missa: *Statuit &c*: 1. de Comm. ni Un: Mart. Pontificis.

Vesperæ [quando hodie factum de Simplici, & cras iterum fiet] dicuntur usque ad Capitulum de Feria currente, à Capit: verò de S. Petronillâ Virg. Oratio [*Exaudi &c.*] & reliqua, ùt in Communi Virg: in 1. Vesp. *Col. Alb.*

In Regnis, ac Provincijs Sere nis.

vissimo Hispaniarum Regi subjectis celebratur hodie Festum B. Ferdinandi III. Castellæ, & Legionis Regis, Ritu dupl. vel Paschali, vel non Paschali pro qualitate Temporis. Oratio propr. Lectio I. Noct: de Scriptura occurr. II. propr. III. *Nolite timere pusillus Grex &c:* de Communi Conf: non Pontif: 2. locò, cum 9. Lectione, & Commemoratione in Laudibus S. Felicis Pap. & Mart. ùt in Brev. Missa: *Justus, ut Palma &c.* 2. de Communi Conf: non Pontif: Ritu Paschali, vel non Paschali, cum Gloria sine *Credo*. Commemoratio de S. Felice. Præf. Communis, nisi celebretur Tempore Paschali, tunc enim dic: Præf. de Temp. In H. Vesperis fit Commemoratio de Festo Simplici seq: nisi cras occurrat Festum 1. aut 2. Classis. *Col. Alb.*

31. S. Petronillæ Virg. Simpl. *Col. Alb.* Si fiat hodie de S. Petronilla, Offic: dic: Ritu Simplici Paschali, vel non Paschali [pro exigentia Temporis] ùt in Communi Virginum non Martyrum. Primæ duæ Lectiones de Feria curr: tertia: *Nunc nobis ad Virgines &c*, de Communi 2. locò. Oratio: *Exaudi nos DEUS &c.* Missa: *Vultum tuum*, de eodem Communi. Reliqua ut in Festo S. Joannis Pap. & Mart. 27. hujus, ad quorum Normam etiam quoad cætera ordinanda sunt *Officium*, & *Missæ* hujus diei, si in isto occurrant Casus ibi expressi, ùt quando incidit hodiernum Festum in triduum Rogationum, aut in Vigiliam, vel Octavam Ascensionis, vel Pentecostes, vel alicubi SS. Trinitatis, vel Corporis Christi, aut quando hodie faciendum est de B. V. in Sabbato, aut de Festo aliquo 9. Lectionum: & peculiariter notandum, quòd, licèt in *Officijs*, & *Missis* quorundam ex modò recensitis diebus fieri debeat suis locis Commemoratio de S. Petronilla, nunquam tamen dicenda sit 9. aut ultima Lectio de illa in dictorum Dierum *Officio*, eò, quòd ipsa *propriam* non habeat, sed tantùm *de Communi*, dicendam tunc tantùm, quando de ipsa S. Petronilla fit Officium.

Vesperæ feriales, si cras fiat de ea, ut in Psalterio, cum Vesperis Defunctorum, ùt suprà 26. hujus &c. Color Feriæ sequenti conveniens.

TITU-

TITULUS VI.

Singularia Festorum Mensis Junij, qui habet dies XXX.

QUia hoc quoque Mense contingere solet, ut fiat translatio quorundam Festorum à Tempore Paschali ad non Paschale, aut vicissim à Tempore non Paschali ad Tempus Paschale; ideò, si fiat translatio alicujus Festi à Tempore Paschali ad Tempus non Paschale, Officium, & Missa dicuntur de eo Ritu non Paschali: si verò fiat Translatio à Tempore non Paschali ad Tempus Paschale, dicentur ambo, prout Tempore Paschali.

1. *Extra Tempus Paschale* Prima die hujus Mensis non impedita *Festô 9. Lectionum* (seu *occurrente*, seu *etiam Translato*) alioquin alia sequenti die similiter non impedita, dicitur in Choro post Officium diei *Officium Defunctorum*, id est, Vesperæ Defunctorum post pridianas Vesperas diei; Matutinum verò, & Laudes Defunctorum post Laudes diei (nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum) post dictum Versum: *Benedicamus*, & omissô Versu: *Fidelium animæ &c* in primis Vesperis, ac Laudibus diei: dicitur autem ad Matut: solummodo unum Nocturnum, sine Invitatorio, ut suprà 27. Maij.

Primâ itidem hujus Mensis *Die*, non impeditâ Festô 9. Lectionum citur extra Tempus Paschale principalis Generaliter pro Dectis Sacerdotibus, Benefactoribus alijs, nempe *quotidiana pro* Defi Si verò in ea fuerit Festum Simp vel Feria, quæ propriam h Missam [pro quali à Directorio mano de anno 1710. 27. Octob betur etiam illa, in quam cadit *Vigilia*] vel in ea resumenda si sa Dominicæ præcedentis, quæ impedita, & infra Hebdomaden non occurrat alius Dies, in qu resumi possit, in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis dici debe 2. Missæ Conventuales, una pro *functis*, alia de *Festo Simplici*, vel Feriâ prædictâ, Tempore à Rubric Gen: XV. aliàs allegatâ, in Missali Rom: præscriptô: in Ecclesijs rò non Cathedralibus, nec Collegiatis dicenda est in tali Casu Missa die, cum Commemoratione generaliter pro Defunctis, addendo Orationi diei Collectam *Fidelium*, & quidem semper penultimô locô, etiam v. g. in Sabbato, quô fit de B. V. in Sabbato, occurrat simul Festum Simplex, de quo pariter facienda fit Commemoratio, aut etiamsi necessarium

rium sit 4. Orationibus ex præscripto dicendis superaddere quintam, ac *fidelium* penultimô locô dici possit.

Insuper quavis *Feriâ II.* hujus, ac seqq: Mensium (extra Tempus Paschale tamen) in qua Officium sit de Feria, dici potest Missa principalis pro Defunctis : si autem fuerit *propria* Missa de *Feria*, vel de *Festo simplici*, vel *resumenda* sit *Missa Dominica precedentis*, tunc in Missa de die fiat Commemoratio generaliter pro Defunctis, ùt suprà.

Si hodie factum est de Feria, & cras non occurrat fieri de B. V. in Sabbato, nec de Dominica, nec de Festo aut Offic. 9. Lection. hodiernæ Vesperæ dicuntur usque ad Capit: de Feria currente, ùt in Psalterio, à Capitulo verò de Festo seq. *Col. Rub.*

2. Ss. Marcellini, Petri, atque Erasmi MM. Simpl. *Col. Rub.* Oratio : *Deus, qui nos annua &c*, ultima de Communi plurim: Mart. Lectio I. de Sac. Script. 2. & 3. propria, reliqua de dicto Communi plur: MM. Temp. Paschali, vel non Paschali, pro qualitate Temporis. Missa, ùti notatur in Propr: Sanctorum; quia verò hoc Festum incidit modò in Tempus Paschale, modò in Tempus non Paschale; modò item in diem non ità impeditum, quin de eo saltem fieri Commemoratio, vel etiam nona Lectio dici queat; modò autem in diem ità impeditum, ut ne quidem Commemorationem, saltem in *Missa*, ùt, cùm incidit in *Vigiliam* Pentecostes, vel etiam in *Officio* (ùt cùm incidit in Triduum primum Pentecostes, aut in Festum aliud 1. Classis, v. g. Corporis Christi) facere de illo liceat, ideò Officium & Missa hujus diei ordinanda sunt modô superiùs die 14. 17. & 28. April. necnon die 10. & 27. Maij descriptô.

Vesperæ Feriales. Col. Temporì conveniens.

5. Nisi hodie occurrat Festum altioris Ritûs, nec crastinum Festum ob occurrentem v. g. Vigiliam, aut Octavam Pentecostes, vel Festum Ss. Trinitatis, aut Corporis Christi, debeat transferri, Vesperæ hodiernæ in Ecclesia universali integræ dicuntur de S. Norberto Episc. & Conf. ac Sacr. Ord: Præmonstrat: Fundat. Oratio propr. Reliqua, ùt in Communi Conf: Pontif: Ritu dupl. Paschali, vel non Paschali, pro exigentia Temporis. *Col. Alb.*

6. S. Norberti Episc. & Conf. Dupl. min. *Col. Alb.* In Offic. Lect. I. Noct. de Scriptura occurrente; nisi ponendum sit Initium alicujus Libri S. Script. nondum positum. Lect: II. Noct. propr. III. Nocturni (*Homo peregrè &c*) & reliqua de Communi Confess. Pontif: Ritu Paschali, vel non Paschali pro qualitate Tempor. Si transferatur hoc Festum, in Hymno *Iste Confessor &c* mutatur 3. *Versus*.

Missa : *Statuit &c*, 1. de Communi Confess. Pont. dicenda Ritu Paschali, vel non Paschali (pro Ratione Temp.) cum *Gloria* sine *Credo* : nisi veniat in Dominica, vel infra Octavam, v. g. Ascens. Oratio propr. Præfat. Communis, nisi veniat infra Tempus Paschale, vel Octavam, quæ propr. habet Præf. *Col. Alb.*

Vesperæ secundæ (nisi cras occurrat Festum æqualis, aut altioris Ritûs) dic: integræ de S. Norberto, ùt in Communi Conf. Pont. In 2. Vesperis Orat: ùt in 1. Vesperis. *Col. Alb.*

Si cras occurrat Festum 1. Classis (dignius S. Norberto) fit de S. Norberto ibi tantùm Commemoratio in hod: Vesperis, ubi S. Norbertus est Duplex 1. vel 2. Classis ; at verò, si cras occurrat Duplex min: eo in Casu Vesperæ à Capitulo dicunt: hodie de sequenti, cum Commemorat: præcedentis, & tunc Col: sequenti Festo conveniens.

Si Festum S. Norberti veniat infra Octavam Ascensionis, vel in Vigilia, aut infra Octavam Pentecostes &c. Officium, & Missa hodie ordinanda sunt, ut suprà 29. ac 30. Aprilis, nec non 2. & 10. Maij, ac denique 26. ejudem, quando occurrit in Festo Corp. Christi.

Circumfertur Decretum Urbani VIII. de anno 1625. quo Festum S. Norberti transfertur in Diem 11. Julij, sed Idem Pontifex (ùt hic a testatur Gavant.) anno 1631. declaravit, ab Ordine tantùm Præm stratensi transferendum id esse am Diem, non à reliquo Clero.

8. Vesperæ, & alia, ut p hujus.

9. Ss. Primi, & Feliciani M Simpl: *Col: Rub:* Oratio propr. Le de Script: occurrente, 2. & 3. p Responsorium 2. *Hæc est vera Fr nitas &c* exstans ante Laudes Mart: & in quibusdam Brevia tiam in Ordine. Reliqua de C muni plur: MM. Tempore Pasc vel non paschali, pro qualitate modô 14. 17. & 28. April: item 27. Maij &c descriptô. *Missa ex* Tempus Paschale, ùti notatur die in Propr. Sanctor: cum Or propr. & *Gloria* sine *Credo*. Orati *à Cunctis* (nisi ratione Mensis, Feriæ II. dicendum sit : *Fidelium* ad Libitum. Præf. Commun. verò hoc Festum occurrit modò tra, modò extra Tempus Paschale & quandóq; incidit in dies aut tota aut secundùm quid impeditos, Officium, & Missa hujus diei nanda sunt eô proportionaliter dô, quô 2. hujus, & diebus ibidem citatis. Vesperæ dic: sub Ritu Semi de crastino Festo S. Margaritæ Scotiæ, nisi incidat in diem impeditam, qualis est *Festum SS. Corpus Christi*, & *tota* etiam hujus Octa [ubi S. Margarita in ea occurrens non est

est Festum Duplex] & similiter quæ-vis *Dies Dominica &c.* Oratio propria, quæ in Breviarijs minùs Recentibus extat inter Officia ad libit. 8. Julij. Reliqua de Commun: Sanctar: nec Virg: nec Mart: Ritu Pasch. vel non Paschali pro exigentia Tempor. *Col. Alb.*

10. S. Margaritæ Reg Scotiæ. Semidupl. *Col. Alb.* Offic. de Commun: Sanctar: nec Virg: nec Mart: Ritu Paschali, vel non Paschali pro exigentia Tempor. Lect. 1. Noct: de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Epist: vel Libri S. Scripturæ nondum positum. Lect. II. Nocturni (utì & Oratio) propriæ, extántque in Breviarijs minùs Recentibus inter Festa ad Libitum, 8. Julij: quia verò modò est Festum de Præcepto habens assignatum hunc diem, ideò in fine Lectionis Sextæ post *Colitur* omittenda sunt illa Verba: *Cujus Festum ab eodem Pontifice &c*, ubi etiamnum habentur adjecta. Lect. III. Nocturni: *Simile est Regnum Cœlorum Thesauro &c*, de Communi non Virg. Si transferatur hodiernum Festum in diem, quò occurrit Festum Simplex, dicitur de hoc 9. Lectio, si propriam habeat (faciendo ex duabus unam, si duas habeat) & fit de eodem in *Officio* & *Missa* Commemoratio suis locis.

Missa: *Cognovi &c* ex eodem Communi, cum *Gloria* sine *Credo*. Oratio 1. propria. 2. Tempore Paschali de Officio Octavæ currentis. 3. *Concede*. Præf. de Octav: curr: sine ejus *Communicantes*: Tempore autem non Paschali 2. Oratio: *à Cunctis*. 3. ad Libitum, nisi occurrat Festum Simplex: tunc enim Orat. 2. est de Simplici. 3. *A Cunctis*. Præf. Comun. *Col. Alb.*

Si hodiern: Festum incidat in Feriam VI. post diem Octavam Ascensionis (utì contigit 1707.) aut in illam transferatur, tunc in ejus Laudibus. 2. Vesperis, ac Missa (in qua tunc Præfatio de Ascens: *Communicantes* verò Commune) fit Commemoratio Officij hujus diei, sine precibus tamen ad *Primam*, & *Completorium*, utì habetur in Rubricâ, Feriæ VI. post Octavam Ascens. præfixâ: atque hoc etiam observatur in alijs Festis 9. Lectionum, in dicta Feria occurrentibus, nisi ea fuerint ex Solennioribus, ùt dicitur in *Rubr: de Commemorationibus*, non tamen fit Commemoratio *Officij* hodiernæ Feriæ in Vesperis pridianis, h. e. Secundis diei Octavæ Ascensionis.

Si hodiernum Festum incidat in *Vigiliam* aut *Triduum Pentecostes*, vel in *hujus*, aut *Corporis Christi Octavam*, tunc transfertur post Octavam Pentecostes, aut Corporis Christi.

Quòd si crastinum Festum incidat in *Vigiliam Pentecostes*, tunc ho. diernæ Vesperæ dicuntur de S. Margarita, cum Commemoratione *Offi-*

tij hujus Diei, pro qua Antiph: *Hæc locutus sum &c.* Vers: *Dominus in Cœlo &c*: Oratio: *Omnipotens sempiterne DEUS &c* ex Dominica præced. *Col. Alb.* In *alijs* circa hoc Festum *Occurrentijs*, & *Concurrentijs* procedendum est, ùt suprà die 10. & 25. Maij &c.

Quòd si verò crastinum Festum non incidat in diem impeditum (quales sunt *Vigilia*, *Octava*, & *Festum Pentecostes*, necnon *Festum SS. Trinitatis*, & *Corporis Christi &c.*) tunc hodiernæ Vesperæ dicentur de illo sub Ritu duplici majore, eóque Paschali, vel non Paschali pro exigentia Temporis. Oratio propr. Reliqua de Communi Apostolorum Temp: Paschali, vel non Pasch: Commemoratio præced. *Col. Rub.*

11. S. Barnabæ Apost. Dupl. maj. *Col. Rub.* Offic: ùt in Communi Apostolor: (Tempore Paschali, vel non Paschali) & propriô locô: ubi assignantur propriæ Lectiones pro singulis Nocturnis, atque etiam Oratio propria.

Si celebretur hoc Festum Tempore non Paschali, tunc Missa dic: ùti notatur hac die in Proprio Sanctorum, & incipit: *Mihi autem &c*; Si verò celebretur Tempore Paschali (id, quod contingit, si incidat in Feriam VI. post diem Octav: Ascens: ùti factum annô 1666.) tunc dicitur *Missa*, ùt in Festo S. Marci Evang: 25. Aprilis: Exceptis *Orationibus*, *Epistolâ*, & *Evangelio*, quæ dicuntur ùt in propria Missa. *Gav:* & *propr. hic.* Sive autem celebretur te, sive post Pentecosten, di Missa *Glor:* & *Credo.* unacum de Apostolis etiam in Casu, quò nit infrà Octav: Corporis Christi qua Octava tunc facienda est Co memoratio tam in *Officio*, quàm *Missa.* Col. Rub.

In 2. Vesperis (dicendis, ùt 2. Vesperis de Commun: Apostol Tempore Paschali, vel non Pasch li, exceptâ Oratione propria) Commemoratio de Festo Simp sequente itidem Ritu Paschali, non Paschali. Excipe eas Eccl sias, in quibus Festum S. Barnabæ Festum 1. Classis, in his enim juxta Rubr: de Commemorat: & Tabc curr: nec in 2. Vesperis facienda est Commemoratio in concursu cum Fe sto Simplici sequente. *Col. Rub.* Quo modo autem ordinandum sit Offici quoad Lectiones 2. & 3. Nocturni per Octavam ibi, ubi *S. Barnaba* celebratur *cum Octava*, vide in Octavario Rom: ubi pro I. Noct: assignantur infra Octav: Lect: de Scriptura curr. pro II. Noct: de Communi Octava Apostolorum, ùt ibi à folio 183. pro III. Noct: propriæ, ùt ibid à folio 141.

Si incidat hoc Fest. in *Festi* aut *Vigiliam*, aut in *Octavam Pentecostes*, vel *Festum SS. Trinitatis*, transfertur in diem proximam non impeditam: Si verò hoc, aut quodcunque aliud Festum

stum veniat in *Festo Ss. Corporis Christi*, nunc juxta Rubr: Gen: VII. n. 3. transfertur post totam hujus Octavam, modò non sit Festum dupl: 1. Classis; nam de *Duplicibus* 1. *Classis* etiam *translatis* fit infra Octavam Corporis Christi (die proximô, quô alioquî faciendum esset Officium de die infra Octavam) esto fieri nequeat infra illam de *aliis Duplicibus translatis*, etiam 2. Classis. Prima Pars constat ex Rubr: Gen. X. n. 1. juxta quam Festum Nativit: S. Joannis Baptistæ in die Corporis Christi occurrens transfertur in sequentem diem cum Commemoratione Octavæ, ità tamen, ut in 2. Vesperis Corporis Christi fiat de S. Joanne Baptista tantùm Commemoratio, utì expressè habetur Rubr: Gener: X. n. cit. Secunda verò Pars constat tum ex Rubr: VII. Gen. paulò antè cit: tum ex speciali alia Festo Corp. Christi præfixâ, & Decr: S. R. C. mox citando. Vid. P. Claud: la Croix Tom. 4. l. 4. n. 1274. Si verò hoc, aut Festum Duplex aliud quodcunque *occurrat* in die aliquo *infra Octavam SS. Corporis Christi*, fit de illo, cum Commemoratione tamen *Octavæ* in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, etiamsi Festum illud infra eam Octavam occurrens sit 1. Classis: nam de *Octava Corporis Christi* (idem est de *Octava Nativit:* & *Epiph: Domini*) semper fit Commemoratio, si quod Festum infra illas celebretur, utì constat ex Rubr: Gen: VII. Breviar: n. 3.

12. Ss. Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarii MM. Simplex. *Col. Rub.* Quia hoc Festum incidit modò in *Tempus Paschale*, modò in *Tempus non Paschale*; aliquando item in *Vigiliam*, aut in *Festum Pentecostes &c*, aut in *Festum*, vel Octavã *Corp: Christi*, ideò *Officium*, & *Missa* hujus diei ordinanda sunt, ùt suprà 27. Maij, & 2. Junij. Si fiat hodie de Ss. Martyribus, Lectio prima dic: de Scriptura occurr: nisì ponendum sit Initium alicujus Libri S. Script. Secunda, & Tertia propriæ (utì & Oratio) prout notantur in loco. *Col. Rub.*

Vesperæ Ritu duplici minore de Festo sequenti, nisì hoc cadat in Festum, vel Octavam Pentec: aut in Festum SS. Trinitatis, vel Corporis Christi. Orat: propria. Reliqua de Commun: Confess: non Pontif. *Col. Alb.* Si transferatur Festum sequens, in Hymn: *Iste Confessor* mutatur 3. Vers. *Col. Alb.* Si hodie fuit factum de *Die Octava Corporis Christi*, tunc de sequenti Duplici in hodiernis Vesperis fit tantùm Commemoratio, nisì id Ritu duplici 1. vel. 2. Classis alicubi celebretur, nam ibi de Festo fiet Officium, *Vesperar:* & de Octava tantùm Commemoratio.

13. S. Antonii de Padua Conf. Dupl. min. *Col. Alb.* Si incidat hoc Festum in Diem, aut Octavam Pentecostes, vel in Dominicam SS. Trinitatis, transfertur ubique in Diem proximam non impeditam Festo 9:

Lectionum post Festum SS. Trinitatis, & tunc in Hymn: *Iste Confessor* mutatur 3. Versus. Si verò incidat in *Diem SS. Corporis Christi*, transfertur post totam hujus Octavam, etiam ibi, ubi celebratur Ritu duplici 2. Classis; siquidem S. R. C. 1664. 12. Julij decrevisse fertur, infra Octavam SS. Gorporis Christi non esse agendum de Officijs, seu *Festis translatis* Ritu *duplici* 1. *Classis non decoratis*, & satis colligitur ex Rubricis Gen: die præcedente citatis, utì, & speciali præfixâ Vesperis Festi SS. Corporis Christi, nec non alia exstante post Missam ejusdem Festi. Posse autem S. Antonium ibi, ubi tanquam Patronus, seu Titularis Ecclesiæ celebratur *Ritu duplici* 1. *Classis*, in Casu, quô cadit in Festum Corporis Christi, etiam in *Diem infra Octavam Corporis Christi* transferri, quô alioqui faciendum esset de Octava, constat pariter ex dictis: quod enim Rubrica Gen. X. *n.* 1. permittens Translationem Nativitatis S. Joan. Baptistæ in diem proximam non impeditam infra Octavam SS. Corporis Christi, quando id Festum incidit in Festum Corporis Christi, explicitè disponit de Festo Nativitatis S. Præcursoris Domini dictô modô transferendo, eô ipsô etiam implicitè disponere videtur de quocunque alio Festo 1. Classis alicubi aliquando occurrente in Festo Corporis Christi, ùt indicat Gavant: Tom. 2. P. 3. c. 8. n. 2. ubi loquens de Octavis ait: Octavam Corporis Christi post ultimam Breviarij recognitionem admittere quidem Festa duplicia infra eam *occurrentia*, non tamen *translata*, nisì *ea sint altioris Ordinis*, utì Festum S. Joannis quod ex Exempli locô adducit. Id ipsum sentit P. La Croix loc: suprà cit. his disertis verbis traditur à Bauld. t. 2. *c.* 16. *a.* 1. *n.* 3. & a. 14. n. 1. ubi addit: si Festum S. Joan. Baptist. occurrens in Festo SS. Corporis Christi, Feria VI. mox subsequente celebrari non possit, eò quòd illa Festo duplici occurrente alicubi sit fortè impedita, transferendum illud tunc esse in loquens Sabbatum &c. Licèt autem suppositô Decretô superiùs allegatô Octava Corporis Christi non penitus de admittat Festa *duplicia translata* 2. *Classis*, potest tamen in ijs Ecclesijs, in quibus celebratur Festum duplex etiam tantùm 2. Classis, Feria IV. V. VI. & Sabbatô infra Octavam Pentecostes (si in aliquam horum Dierum cadat) præter Missam *solemnem De Die* cantari insuper alia solemnis de *Tali Festo* transferendo, & ubi hoc alioquin admittit Symbolum (id est *Credo* in Missa) etiam istud dici, cum unica Oratione ac ult: Evang: S. Joannis: In Missis verò privatis (dicendis de die occurrentis Octavæ) fieri poterit Commemoratio de ejusmodi Festo cadente in aliquam prædictarum Dierum infra

sit Octavam Pentecostes, uti tradunt Rubricistæ, nominatim Mich. Bauldry P. 3. c. 7. Tit. 6. ad *Rubr. Gen. VI. Missal.* ubi addit: si hoc, aut simile Festum occurrat in quatuor Temporibus Pentecostes, dicentur ambæ Missæ solennes post Nonam; & ea quæ dicitur de Festo (per modum Votivæ solennis) dicenda est ultimò locò; alioquin (puta Feria V. illius Octavæ) ea, quæ est de Die, post dictam in Choro Tertiam, ea verò, quæ est de Festo transferendo, post Nonam dici debet. Quæ omnia ex Rubr. Gen. Missal. VI. de translat. Festor. & XV. de horâ celebrandi Miss: deducit, ac colligit cit. *Bauld.* P. III. c. 7. Tit. 6. &c. Edit. novis. Quòd si verò hoc, aut aliud Festum etiam 1. Classis incidat in 1. *Triduum Pentec:* aut in *Festum Ss. Corporis Christi*, tunc nè quidem Missa votiva solennis dici potest de Festo quocumque, etiam 1. Classis, modò relatis Diebus occurrente. Secùs est, si occurrat in Festo SS. Trinitatis; hoc enim allegata Rubr: Gen: VI. Missal. quoad *Missam Votivam Solennem*, de ejusmodi Festo transferendo, in eo occursu decantandam non excipit. Si Festum S. Antonij, aut aliud ei simile incidat in Diem Octavam SS. Corporis Christi, fit de illo ibi, ubi id celebratur sub Ritu 1. Classis (cum Commemoratione tamen ubivis facienda de Die Octava Corporis Christi) ubi verò celebratur Ritu inferiore, ibi S. Ant. transfertur. Bauld. cit. a. 14. His (pro Directione quid in *Simili* aliorum quoque Festorum *Occurrentiâ* sit observandum) non abs re præmissis

Officium de S. Antonio Patavino dic: ùt in Commun. Conf. non Pont. Lect. 1. Noct. de Script: occurrente, nisi ponendum sit Initium S. Scripturæ nondum positum. Lect: II. Nocturni (uti & Oratio) propriæ. III. Noct: *sint Lumbi &c*, uti in cit. Communi.

Missa, uti notatur in Propr: Sanctor: cum *Gloria*, sine *Credo*, nisi ubi est Patronus, aut nisi veniat infra Octavam Corporis Christi, aliámve Similem, vel in Dominica. Oratio unica, & Præf. Commun: nisi veniat infra Octavam Corp. Christi; tunc enim fit Commemoratio de Octava, & de ead: Octava dicitur etiam Præfatio. Si veniat in Dominica, tunc pariter fit de ea Commemoratio (& quidem ante Commemorationem de Octava, si veniat in Dominica, quæ est infra Octavam Corporis Christi) tam in *Officio*, quàm in *Missa*; dicitúrque de eadem Dominica etiam 9. Lectio in Officio, & ult. Evangel. in Missa *Col. Alb.*

Vesperæ usque ad Capit: de S. Antonio, ùt in 2. Vesperis Conf. non Pont. à Capit: verò de S. Basilio Magno Episc. Conf & Eccles: Doct. ùt in Commun: Conf: Pont:

Sed

Sed in Hymn. *Iste Confessor* mutatur 3. Vers. & in utrisque Vesperis dic: ad *Magnificat* Antiphona : *O Doctor optime &c.* Oratio : *Exaudi quæsumus &c*, ùt in Commun: Conf: Pont: 2. locô. *Col Alb.* Si cras occurrat Dies Octava SS. Corporis Christi, tunc ibi, ubi S. Antonius non celebratur Officiô duplici 1. vel. 2. Classis, Vesperæ hodiernæ erunt de Die Octava Corporis Christi, ùt in 1. Vesperis Festi, cum Commemoratione de S. Antonio; S. Basilius verò tunc transfertur in Diem proximam non impeditam Officio 9. Lectionum. Ubi verò S. Antonius hodie celebratus fuit Ritu duplici 1. vel 2. Classis, ibi de Die Octava Corporis Christi cras occurrente in hodiernis Vesperis fit tantùm Commemoratio, ut in 1. Vesperis Festi. *Col. Alb.*

Lect: in. 2. & 3. Noct. per totam Octavam S. Antonij Patavini dicendas (ubi Is cum Octava celebratur) assignat Octavarium Romanum à fol. 416. & à fol. 424. Quòd si quandoque tamen Is transferatur ultra totam Suam Octavam, ùt fieri potest, si v. g. incidat in Festum Pentecostes, tunc illo anno celebratur sine Octava, *nisì* alicubi Titularis Ecclesiæ privilegiô aliter fieri oporteat, utì habetur in Rubr: Gen: X. *n.* 1. *in fin.* Putat quidem Nonnemo *Titulari Ecclesiæ* hoc dari absque alio *Speciali requisito consensu*; quia alias (inquit) illud *nisì* frustra contraheretur ad *Titulum*, cùm etiam alijs *requisitâ* Sedis Apostolicæ facultate dari possit. At secùs videtur Henrico Pisart in Director: Canon: ubi Tit. VII. in Rubr. Brev. in Ver. illa Rubricæ de Octavis : *Nisi Titularis Ecclesiæ privilegiô aliter fieri oporteat*, fol. 110. n. 6. ità scribit: *id est, nisi Speciali privilegio propter Titulum Ecclesiæ aliter concedatur.* Nec difficulter respondebit ad Rationem in oppositum.

14. S. Basilii Magni Ep. Conf: & Eccles. Doct. Dupl. in *Col. Alb.* Offic: de Commun. C. & Pont. In Hymno : Iste Confess. mutatur 3. Vers: Lect: I. Noct. de Script: Diei curr: II. & III. Noct. propriæ. Responsor: 8. *In Medio Ecclesiæ.* Orat. *Exaudi quæsumus*, ùt in Commun: Conf: Pont: 2. locô.

Missa, utì notatur in Propr. Sanctor. cum *Gloria* & *Credo.* Oratio Unica (nisì veniat in Dominica, vel infra Octav.) præfat. Commun. nisì veniat infra Octav. Ss. Corporis Christi, aut alicubi infra Octavam Ss. Trinitatis, ubi hæc est Titulus Templi. Si veniat in Dominica, in Offic. dic: 9. Lectio, & in Missa Evang. de Dominica cum *Col. Alb.*

In 2. *Vesperis* (in quibus Antiphona ad Magnificat *O Doctor optime &c.*) fit Commemoratio de Festo Simplici sequente, & ante illam de Dominica, seu occurrente

seu

seu sequente, si quæ aut hodie occurrat, aut cras sequatur, uti & postea de Die infra Octavam, si currat aliqua Octava. *Col. Alb.* Ubi Festum *ss. Viti, & Socior :* celebratur Ritu duplici min: ibi Vesperæ hodiernæ &c: à Capitulo de Sequenti, cum Commemoratione præcedentis &c. *Col. Rub.*. Ubi verò S. Vitus est Patronus Titularis Ecclesiæ, adeoque celebratur Ritu duplici 1. Classis, ibi in hodiernis Vesperis (dicendis integrè de S. Vito) nec de S. Basilio, nec de Dominica hodie occurrente, nec de Socijs S. Viti (si Is solus sit Patronus) fit aliqua Commemoratio, benetamen de Dominica sequente, *si S.* Vitus incidat in crastinam Dominicam. *Col. Rub.*

Circa celebrationem hodierni Festi ea insuper suô modô sunt observanda, quæ Die præcedente sunt annotata circa Festum S. Antonij; & siquidem etiam S. Basilius alicubi celebretur cum Octava, Lectiones II. Nocturni eô modô sunt dicendæ, ac ordinandæ, quô præscribitur in Octavario Romano à folio 305. In III. verò Noct. uti ibidem à folio 354. & 14. Junij folio 182. & 355.

Si sequens Festum simplex veniat in Feria IV. Pentecostes, tunc nihil fit de eo in hodiernis Vesperis, quæ tunc de Feria III. Pentec. dicuntur, translatô S. Basiliô post Festum SS. Trinit. *Col. Rub.* Idem est, si aliud Festum simplex veniat in dicta Feria IV. quatuor Tempor: Pentecostes. Si verò hoc, aut aliud Festum simplex ex præcedentibus, aut subsequentibus veniat in dicta Feria IV. quatuor Tempor: Pentecostes. Si verò hoc, aut aliud Festum simplex ex præcedentibus, aut subsequentibus veniat in posteriore aliquâ Feriâ infra Octavam Pentecostes, scilicet vel Feria V. vel VI. vel Sabbatô illius Octavæ, tunc fit de eo Commemoratio tam pridie in Vesperis, quàm in *Laudibus* hodierni Officij, ac *Missa* hodiernæ Diei, sine 9. de eo Lectione in Officio, & absque 3. Oratione (*Contra Persecutores Ecclesiæ*, vel *pro Pap.*) in Missa currentis Feriæ Pentecostes. Porrò *Antiphonæ*, ac *Versus* pro Commemoratione Festi simplicis infra Octavam Pentecostes modô hactenus relatô occurrentis, sumuntur de Communi Martyrum *Tempore paschali*, si Festum illud

15. SS. Viti, Modesti, atque Crescentiæ MM. Simpl. *Col. Rub.* Si veniat hoc Festum in Feria IV. quatuor Tempor. Pentecostes, tunc, ubi celebratur Ritu simplici, fit de eo nonnisi Commemoratio in hodiernis Laudibus solùm, & Missa, sine ultima de eo Lectione in Officio, nec dicitur in Missa hodierna (in qua tunc Prophetia, *Gloria*, Sequentia, & *Credo*) 3. Oratio, sed solùm de SS. Vito & Soc: fit suô locô in ea Commemoratio. Idem est, si aliud Festum simplex ex præcedentibus, aut subsequentibus veniat in dicta Feria IV. quatuor Tempor: Pentecostes. Si verò hoc, aut aliud Festum simplex ex præcedentibus, aut subsequentibus veniat in posteriore aliquâ Feriâ infra Octavam Pentecostes, scilicet vel Feria V. vel VI. vel Sabbatô illius Octavæ, tunc fit de eo Commemoratio tam pridie in Vesperis, quàm in *Laudibus* hodierni Officij, ac *Missa* hodiernæ Diei, sine 9. de eo Lectione in Officio, & absque 3. Oratione (*Contra Persecutores Ecclesiæ*, vel *pro Pap.*) in Missa currentis Feriæ Pentecostes. Porrò *Antiphonæ*, ac *Versus* pro Commemoratione Festi simplicis infra Octavam Pentecostes modô hactenus relatô occurrentis, sumuntur de Communi Martyrum *Tempore paschali*, si Festum illud

simplex sit Festum unius, aut plurium Martyrum; si verò non sit Festum Martyris, dicuntur tamen etiam tunc *Ritu Paschali*.

Si autem *hodiernum*, aut aliud *Festum simplex* veniat post Octavam Pentecostes (quæ Octava quoad Officium perinde, ac Octava Resurrectionis in Pasch. terminatur in Sabbato sequenti ad Nonam) fiet de eo Ritu non Paschali modò suprà descriptò 27. Maij, ac locis ibi citatis, sive veniat ante, sive infra, sive post Octav. Corporis Christi; & siquidè incidat in Festum SS. Trinitatis, non fit de eo Commemoratio in 1. Vesperis illius Diei, seu Festi, sed tantùm in *Laudibus*, & *Missis privatis*, sine 9. de tali Simplici Lectione, ùt ibi: ubi verò Festum SS. Trinitatis est *Titulus Templi* (adeoque Dupl. 1. Classis) ibi ne quidem facienda est Commemoratio de Simplici. Quòd si hodiernum Simplex (par Ratio est de alijs) cadat in Diem, quò ipsum *Officium* & *Missam* de eo dicere fas est, Lectio 1. dic. de Script. Diei currentis. 2. & 3. verò (utì & Oratio) prout notantur in Propr: Sanctorum. Idem est de *Missa*, quæ pariter est propria, ac dicenda cum *Glor*: sine *Cred*: Orat. 2. à Cunctis. 3. ad Libit. nisì ratione Mensis, aut Fer: II. Occurrentis, 2. locò dicendum sit *Fidelium*, & 3. *A Cunctis*. Præf. Commun. *Col. Rub.*

Quòdsi hoc Festum alicubi celebretur sub Ritu duplici minor aut etiá altiore, tunc ordinanda [illegible] *Officium*, & *Missa* ad eum proportionaliter modum, quò in Festo S. Antonij 13. hujus: & siquidem alibi sit *Patronus Titularis Ecclesiæ*, celebratur ibi cum Octava (pro quâ lectiones pro II. & III. Noct: suppletat Octavarium Roman: à fol. [illegible] & fol. 354. & 355.) ac in *Missa* *Credo*: quod etiam dicitur in illis Ecclesiis, in quibus habentur insignes de S. Vito Reliquiæ: Quæ autem sint insignes Reliquiæ, declarat R. Congr: in Decreto, Missalibus & Breviarijs Romanis summo præfixo.

Vesperæ Feriales (nisi hodie vel cras factum, aut faciendum alicubi, vel aliquando de Festo 9 Lectionum, aut occurrat Dominica &c.) ut in Psalter. *Col. Viv.*

18. SS. MARCI, & MARCELLIANI Mart. Simpl. *Col. Rub.* Si verò at hoc Festum infra Octavam Pentecostes, fit de eo post primum illius Hebdomadæ triduum tantùm Commemmoratio in pridianis Vesperis (nisì hæ fuerint dictæ Ritu duplici 1. Classis, ùt cum Dies 17. Junij incidit in Feriam III. Pentecostes) ac *Laudibus*, & *Missa* hodiernæ Diei Ritu paschali, ùt 15. hujus sine ullâ de eo Lectione in Officio de Feria currente. Si incidat in Festum SS. Trinitatis, vel Corporis Christi, vel post alterutrum illorum, pariter eo-

dem

dem proportionaliter modô ordinandi sunt *Officium*, & *Missa* hujus Diei, quò 15. hujus; & siquidem de ipsis hodiernis SS. Martyribus ea fiant, Lectio 1. & 2. dic: de Script: occurrente (nisi ponendum sit ipsum Initium Libr: Reg.) 3. verò prout notatur in Propr: Sanctor: hac Die. Post Lectionem secundam dic: Responsoriũ: *Hæc est vera Fraternitas &c.* ut ibi. Orat. propr. utì & missa, in qua *Glor*: sine *Credo*. Oratio 2. à *Concilio*. 3. ad lib: nisì ratione Mensis, aut Feriæ II. secundô locô dicendum sit *Fidelium*, & tertiô: à Oratio. Præf. Commun. *Col. Rub.*

Vespere (nisì hodie, aut cras fiat Officium 9. Lection.) usque ad Capit: dicuntur de Feria currente, à Capitulo autem de Festo simplici sequente (*Col. Rub.*) nisì hoc incidat in Sabbatum; tunc enim à Capit: dicuntur hodie de S. Maria in Sabbat. (*Col. Alb.*) cum Commemoratione Festi simplicis cras occurrentis, cui Commemorationi subjunguntur Commemorationes Communes modô suprà *P. I. Tit: de Dominicis, ac Fer: post Octav. Epiph. &c. generatim*, nec non Die 14. Jan: declaratô.

19. SS. Gervasii, & Protasii MM. simpl. *Col. Rub.* Si veniat hoc Festum in Sabbato quatuor Tempor. Pentecostes, fit de eo *in pridianis Vesperis*, ac *Laudibus* hodierni Officij, nec non in hodierna *Missa* solũmodo Commemoratio, sine ultima de illo Lectione in Officio hujus Diei: sumuntur autem Antiphonæ, & versus pro facienda in vesperis, ac Laudibus de his Sanctis Commemoratione, de Communi Martyrum Tempore paschali: Oratio: *DEUS, qui Nos annua &c.* ùt in Communi plurim: Martyr: loc. ult.

Si autem veniat in Festo SS. Trinitatis, fit de eo solummodo Commemoratio in Laudibus illius Festi (sine 9. Lectione de illo) ac Missis duntaxat privatis, & quidem post Commemorationem de Dominica 1. post Pentecosten, de qua tunc dicitur 9. Lectio in *Offic*: & ultim: Evang: in *Missa*. Quòd si SS. Trinitas alicubi sit Titulus Templi (utì hîc Oeniponti) tunc de Festo hodierno Simplici nec in *Officio* fit aliquid, nec in *Missa*. Si denique veniat Festum hodiernum Simplex post Festum SS. Trinitatis (sive ante, sive post Octavam SS. Corporis Christi) tunc *Officium* & *Missa* hujus Diei, eô modô sunt ordinanda, quô Die 27. Maij, nec non 15. ac 18. hujus: & siquidem incidat in Diem, quo *Officium* & *Missa* fieri possunt de ipsis SS. Martyribus, Lectio 1. dic: de Script: Diei currentis. 2. & 3. verò, uti notantur in Propr: Sanctorum, & post *Secundam* illarum dic: Responsorium: *hæc est vera Fraternitas*, ùt ibi. Missa (Cujus *Introitum* composuisse fertur S. Gregorius Occasione Pacis

hoc Die Sancitæ inter Imperatorem Romanorum & Regem Longobardorum) pariter tunc dicitur, prout notatur in loco in Propr: Sanctor: cum *Glor:* sine *Cred:* Orat. 2. & 3. ùt herì. Præfat: Commun. *Col. Rub.*

Vesperæ (cum ea tamen Exceptione, quâ Die 19. hujus) usque ad Capitulum sunt feriales, hoc est, de Feria currente: à Capitulo verò de Festo Simplici Sequente: Oratio: *Infirmitatem nostram &c.* 1. de Commun: Un: Martyris Pontificis. *Col. Rub.*

20. S. Silverii Pap. ac Mart. Simpl. *Col. Rub.* Si fiat de eo Officium, Lectio 1. sumitur de Scriptura Diei curr: ùt suprà 27. Maij. 2. & 3. verò prout notantur in Proprio Sanctor: versus; & Responsorium 1. sumuntur ex eo Nocturno unius Martyris, qui respondet Feriæ currenti, at verò Responsorium 2. semper est (si fit de hoc Sancto Officium) *Domine prævenisti &c.* quia non effudit Sanguinem. Missa pariter, utì notatur in Loco, cum *Glor:* sine *Cred:* Oratio 2. & 3. ùt herì ac nudius tertius. Præf. Commun. *Col. Rub.* Quæ autem porrò sint observanda tam circa Officium, quàm circa Missam, tum hujus tum etiam aliorum *Festorum Simplicium*, extra Tempus Paschale, Diebus tam impeditis, quàm non impeditis occurrentium; Vide suprà Die 19. Jan: & Maij, juxta quæ, si incidat hoc Festum in *Dominicam SS. Trinitatis*, nulla fit eo Commmemoratio in primis Vesperis *SS.* Trinitatis, sed tantùm *Laudibus*, ac *Missis privatis* hodiernis Festi, sine 9. Lectione de Festo Simplici hodie occurrente, ùt etiam constat ex herì dictis, ad quæ, &c. ulteriùs annotata Lectorem remitto.

Si incidat in Feriam II. post Festum *SS.* Trinitatis, fiet de eo specialis Commemorationem de Dominica omnino Commemoratio in 2. Vesperis *SS.* Trinitatis, nisi ubi hæc habet *Titulus Templi*, adeoque Festum Classis: nam ibi nihil omnino fit de tali Duplici de Festo Simplici, seu occurrente, seu etiam subsequente, quod sæpiùs jam dictum, atque etiam procedit de Festo *SS.* Corporis Christi, si hoc, aut aliud Simplex in illud incidat. Si veniat infra Octavam Corporis Christi, ea ratione sunt observanda, quæ Die 27. Maij. Si denique hoc, aut aliud Festum Simplex veniat *infra Octavam SS. Trinitatis* in loco, in quo hæc est *Titulus Templi*, fit de eo non tantùm Commemoratio suis locis in *Officio*, & *Missa*, sed etiam dic: de eodem per Lectio, si propriam habeat, faciendo ex duabus unam, si fortè duas habeat, ùt dictum ibid.

Vesperæ feriales (nisi hodie aut eras alicubi occurrat fieri Officium 9. Lectionum, aut de *S.* Maria in Sabbato) ut in Psalterio. *Col. Rub.*

In

In Societate Jesu (nisi cras occurrat Festum *SS. Corporis Christi*, aut Dies Ejus *Octava*) dicuntur hodiernæ Vesperæ sub Ritu *Duplici majore* de B. Aloysio Conzaga Conf: Soc. JEs: recitando omnia, uti & eorum reliquum Officium, ùt in Communi: Conf: Non Pontif. Orat: *DEUS, qui Nos Beati &c. Col. Alb.* Cæterùm cùm contingere possit (utì reipsa contigit 1707.) ùt hodie fieri debeat *Officium*, & *Missa* sub Ritu itidem Duplici majore de S. Barnaba Apostolo, in hanc diem translato; ideo orum est dubium, an PP. Societatis debeant integras Vesperas hodiernas dicere de *S.* Barnaba, *in 2. suis* Vesperis concurrente cum *Duplici alio majore* (nempe B. Aloysio Gonzaga) an verò possint saltem à Capitulo in tali Concurrentia eas dicere de B. Aloysio, cum Commemoratione præcedentis ? Prius haud paucis persuasit *Tabula Concurrentiæ*, juxta quam *Duplici* aliquo *majori* concurrente in Vesperis cum alio *Duplici majore*, totum *Officium* faciendum est de Festo dupl: majore dignum, de minùs dignoverò faciendo solùmodo Commemoratio: cùm ergo Festum S. Barnabæ, tanquam *Apostoli* & *Sancti*, Comparatione B. Aloysij Conf: *nondum Canonizati* sit Festum Dignius, integræ dicendæ erunt Vesperæ de Præcedenti, Commemoratio autem duntaxat facienda de sequenti, nempe B. Aloysio, qui nec *Apostolus* est, nec etiam ad hunc usque annum *Canonizatus*. Posterius verò ex sensu, ac Resolutione cujusdam peritissimi Rubricistæ practicatum eô annô fuit Friburgi Nuithonum; tum quia (utaiebat) S. Barnabas non est adeò propriè Aopstolus, in eo nempè rigore, quo illi alij, quos communiter, & per Antonomasiam *Apostolos* nominamus; tum, quia B. Aloysius est Festum ex minùs principalibus Ordinis nempe Societatis, & in eadem celebratur *cum aliqua Solennitate* [esto non tanta, quæ, ùt pòst dicetur, sola sufficiat ad dicendum in Missa de eo, seu Solenni, seu non Solenni *Credo*] atqui per Rubric. Gener. Breviar. XI. n. 2. in fin. in concursu Festorum ejusdem Classis, seu Ritûs, Festa illorum Sanctorum, qui in proprijs Ecclesijs celebrantur solenniter, præferuntur suô modô alijs, etiam in *Calendario Romano* [de hoc enim, Teste Gavanto, loquitur Rubrica] *descriptis* : ergo, non obstante, quòd B. Aloysius nondum sit in *Sanctorum* numerum relatus seu *Canonizatus*, neque etiam sit *Apostolus*, quia tamen habet Officium ejusdem Ritûs cum *S.* Barnaba, ideo saltem à Capitulo ob eam, quam attuli, rationem, videntur dici posse in tali Concurrentia de eo Vesperæ hodiernæ in *Col. Albo*. Dixi: *saltem à Capitulo &c.* quia extare dicitur Decretum à *S.* R. C. 1686. 20. Julij

Julij emanatum, quò decernatur, ut, quando plura transferenda sunt Festa, quæ eadem Die *occurrunt*, & quibus non convenit Ratio *majoris Dignitatis*, in eorum Repositione attendatur major apparatus, & Populi concursus (ex quo etiam vocatur major Solennitas) suppositò tamen, quòd sint ejusdem Ritûs: atqui par ratio videtur militare pro *Concursu*, nec *major Dignitas* stare juxta dicta pro *S.* Barnaba. Verùm negant prioris Sententiæ Patroni ex dictis Rationibus id evinci, ex prima præsertim; cùm *S.* Barnabas ità propriè dicatur *Apostolus*, ut ipsa S. Scriptura, Breviarium, & Litaniæ eum inter *Apostolos* numerent, ac in his insuper duobus Evangelistis præferatur: Consequenter etiam in proposito Casu B. Aloysio ob hanc, & suprà allatas Rationes censent præferendum: cui equidem sententiæ & ego subscriberem, nisi super hoc dubio Anno 1711, mihi ità rescriptum fuisset Româ: *Rubricæ universales non debent mutari: cùm ergo in concurrentia Festorum æqualis Ritus Vesperæ debeant dimidiari, eodem etiam modò in proposito Casu*, quantumvis *solenniter cantatæ*, debebunt dimidiari *inter Aloysium & Barnabam*: nam *Dignitas Personæ solùm facit in Ordine Commemorationum, non Vesperarum: nam in Vesperis solùm Dignitas attenditur in Christo Domino, & B. V. in cæteris autem quoad Vesperas jam decisum est, non attendi, ut bene notatur Decretum* [illegible] *Septembris* 1698. quò ajunctum, quòd primæ, & secundæ Vesperæ *SS.* Angelorum Custodum (qui in Ecclesia universali habent Ritum duplicem solummodo majorem) sint dividendæ à Capitulo, si concurrant cum Festo duplici minore. Quæ cùm ità sint, ponendo in proposito Casu, aut etiam debebit posterior Sententia, cùm suffragantibus non careat fundamentis, omnino practicari, usque dũ aliud pro hujusmodi Casibus statuat forsan, aut declaret *S.* R. C. De quo *infrà* 1. Oct.

21. In Societate Jesu celebratur hodie Festum B. Aloysij Gonzagæ, Conf. ex eadem Societate *Ritu Duplici majore*. Lectio I. Noct. de Libro Sapientiæ c. 4. 6. & 7. *Justus, si morte &c.* ut in Commun. Conf. Non Pontif. 1. locò. Lect. II. Noct. Sermo *S.* Joannis Chrysostomi: *B. Aloysij Dies &c.* ùt in eod. Communi 1. loco. Lect. III. Noct: de Homil. *S.* Greg. Pap. in Evang. *Sint Lumbi &c.* ut ibid. Reliqua, ut in eod. Commun.

Missa: *Os Justi &c.* 1. de Commun. Conf. Non Pontif. cum gloria, fine *Credo*, tam in Missa *solenni*, quam non solenni (ut 1707. rescriptum ad me Româ, conformiter Decreto Congr. Gener. XV. de Anno 1704.) nisi veniat in *Dominica*, aut adsit *signis* de B. hoc Juvene *Reliquiæ*, vel magnus alicubi Populi concursus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

concursus cum *solemniori* Missa, uti in Statu Mantuano: tunc enim, & in ejus modi Nostrorum Ecclesijs dicitur *Credo* in *Missis* etiam *privatis*. Cæterùm nec solam *Missam solennem*, nec solum *concursum Populi* sine alio Solennitatis Titulo facere, ut legitimè per Rubricas dicatur *Credo* in Missa etiam solenni, suprà Die 5. Febr. ex Bartholom: Gavanto To. 1. P. 1. Tit. 11. &c. circa fin. ostendi. Vide etiam dicenda Die 13. Nov: & *Director: Festor: S. I. recentiss. impress.*

Si Festum B. Aloysij occurrat infra Octavam Corporis Christi, fit de ipso, sed tam in *Officio*, quàm *Missa* facienda est Commemoratio de Octava, & in Missa (in qua tunc *Credo*) dicenda Præfatio de Nativitate Domini, alioqui verò Præfatio Communis. Si idem Festum B. Aloysij incidat in ipsum *Festum Theophoriæ*, seu *Corporis Christi*, transferendum est *Festum B. Aloysij* juxta Recentior: Missal: Rubric: ac S. R. C. Decretum suprà allegatum post totam illam Octavam, utpote admittentem Duplicia tantùm *Occurrentia*, non autem *translata*, nisi sint 1. Classis. Si autem incidat in ipsam *Diem Octavam SS.* Corporis Christi, transfertur in Diem proximam non impeditam Festô 9. Lectionum juxta Rubric: X. *de Translat: Festorum* n. 1. Si Festum B. Aloysij occurrat pridie *SS.* Corporis Christi, in hujus primis Vesperis non fit Commemoratio de illo, bene autem in 2. Vesperis, si id postridie Festi Corporis Christi celebretur. Si idem Festum B. Aloysij occurrat pridie Diei Octavæ Corporis Christi, Vesperæ hodiernæ integræ dicuntur de *Die Octava* Corporis Christi, ùt in primis Vesperis Festi, de B. Aloysio verò fit in illis tantùm Commemoratio. Idem est, si Festum B. Aloysij veniat postridie Diei Octavæ Corporis Christi; nam tunc in 2. hujus Vesperis fit pariter solummodo Commemoratio de B. Aloysio, uti constat ex Notando, Subscripto Tabulæ Concurrentiæ, ubi asseritur 1. quòd in 1. Vesperis Diei Octavæ Corporis Christi totum Officium fiat de Octava cum Comemoratione præcedentis Festi Duplicis, nisi hoc fuerit *Solenne Principale*, vel 1. *vel* 2. *Classis*; quia tunc de Festo fieret Officium, & Commemoratio de Octava. Asseritur 2. In 2. Vesperis Diei Octavæ Corporis Christi de sequenti Duplici fieri pariter tantùm Commemorationem, nisi illud fuerit 1. vel 2. *Classis*, seu *Patronus*, seu *Titulus*, aut *Dedicatio Ecclesiæ*; quia tunc de Festo fieret Officium, & de Octava tantùm Commemoratio. In Festo B. *Aloysij Gonzagæ* possunt ex Indulto Apostolico Gregorij XV. de Anno 1621. 2. Octobr. Sacrum de eo facere in Ecclesijs Soc. JESU (non tamen extra illas) etiam Sacerdotes Externi, tam Regulares, quàm

Sæcu-

Sæculares, non autem perinde etiam de eodem Beato recitare possunt Horas Canonicas; cùm Indultum illud *solius Missæ* faciat Mentionem. Plus conceditur in Festis Reliquorum Nostrorum BB. ùt suô dicitur locô. Videri potest P. Gobat in Experient: Theol. Tr. 3. à n. 674. usque ad 677. Item n. 696. Append. n. lit. c. & o. ac seqq. Item in eadem Append. lit. u. & seqq.

In hodier. Vesperis (si dicantur de B. Aloysio, aut alio Festo 9. Lectionum hodie occurrente, si non sit primæ Classis, nec cras occurrat Festum 1. vel 2. Classis) fit Commemoratio *S. Paulini* Episc. & Conf. *Col. Alb.* Ubi autem hodie factum de Feria, aut Festo Simplici occurrente, ibi hodiernæ Vesperæ usque ad Capitulum dic. de Fer. Curr. à Capitulo verò de *S.* Paulino Episc. Conf. nisi cras debeat fieri de B. MARIA in Sabbato, aut de Festo 9. Lectionum, seu *occurrente* seu *translato*. *Col. Alb.*

22. S. PAULINI Episc. & Conf. Simpl. *Col. Alb.* Quando hoc Festum incidit in *Festum SS. Trinitatis*, aut *Corporis Christi*, vel venit *infra Octavam SS. Trinitatis* (ubi hæc est *Titulus Templi*) vel *infra Octavam Corporis Christi*, eadem circa illud sunt observanda, quæ Die 20. hujus, & locis ibi allegatis dixi esse observanda circa Festum *S.* Silverij. Quòd si de ipso S. Paulino fiat hodie Officium 1. Lectio dicitur de Scriptura Diei currentis. 2. & 3. prout notatur in Proprio Sanctor: observando de reliquo ea, quæ habentur 19. Jan.

MISSA, uti notatur in Propr. Sanctor: cum *Glor.* sine *Cred.* orat. à *Cunctis* 3. Ad lib. nisi ratione Mensis, aut Feriæ II. dicendum in *Fidelium* 2. locô, & 3. à *Cunctis*. Prid. Commun. *Col. Alb.*

Vesperæ Feriales (si quidem cras fiat de Vigilia) de Feria currente, ùt in Psalter. Oratio Dominica præcedent. sine precib. ferialibus ad Vesp. *Col. Vir.* Si autem cras Dies sit Dominica, tunc hodie die (nisi currat aliqua *Octava*, aut faciendum sit hodiernum, vel crastinum Officium de *Festo* aliquo 9. *Lectionum*) fit *Officium*, & *Missa de Vigilia* S. Joan. Baptistæ, de S. Paulino autem Commemoratio tantùm, ùt infrà, Vesperæ verò hodiernæ usque ad Capit: tunc dicuntur de Psalterio, ùt in Sabbatis per annum: à Capitulo autem de Dominica cum Suffrag: & Precibus Dominicalibus consuetis. *Col. Vir.* Quid observandum verò sit hodie circa *Officium* & *Missam* quando occurrentem cras Dominicam *jejunium* & *Officium* crastinæ Vigiliæ *S.* Joann: Baptist: anticipatur ad hodiernam Diem, & simul currit Octava Corporis Christi, vide P. III. Tit. 4. *de Octavis*, Item Tit. 6. *de Occur. & Concurr.* §. 8. n. 8. cum observ.

servatione eorum, quæ præscribit Rubrica Gen. VI. Breviar. n. 1. & Rubr. Gener. III. Missal. *n.* 2. Dicendum tunc nempe est *Officium* unà cum *Missis privatis* de *Octava*, cum 9. Lect. ac Commemoratione *Vigiliæ*, ac dein etiam S. Paulini (omissâ pro eo anno de ipso Lectione) nec non cum ultimo de eadem Vigilia in ijs *Missis* Evangelio. In *Ecclesijs* autem *Cathedralibus* & *Collegiatis* dicendæ tunc sunt duæ Missæ, una de *Octava* post Tertiam, altera de *Vigilia* post Nonam & in neutra earum facienda est alterius Commemoratio. In 1. Oratione est de S. Paulino 3. *Concede*. In 2. Oratio 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel *pro Pap.*: & in hac sola Præf. Commun. & Col. Violaceus, sine *Glor.* & *Cred.*

Quando *Solemnitas SS. Corporis Christi* incidit in *Vigiliam S. Joannis Baptistæ*, seu Diem 23. Junij, (uti Contigit 1707.) tunc *Jejunium* illius Vigiliæ de *præcepto* ex Decreto Leonis X. in quodam Brevi, ad Legatum Hispaniæ, teste Martino Navarro Manual. c. 21. n. 11. & Barthol. Gavanto To. 2. sect. 3. c. 7. n. 3. transmisso, anticipari debet ad Feriam IV. præcedentem, h. e. Diem hodiernam, quæ est 22. Junii. Quod ipsum (uti videre est in Bullario Laërtij Cherubini) postea fieri præcepit Urbanus VIII. in Brevi Apostolico, expeditô Romæ sub Die 13. Octobr. uti citat Gav. vel, ùt alius, 24. Sept. 1638. pro anno 1639. proximè subsecuto (quô idem occurrebat Casus) ut tota instrueretur Ecclesia: & sic etiam observatum fuit annô 1707. Non tamen perinde in hujusmodi Casibus anticipandum est etiam *Officium* ac *Missa Vigiliæ*, sed eô annô hæc omittuntur, ùt notat Gav: loc. cit. ubi ait, Cajetanum cum Tabiena, & alijs docere, posse etiam Episcopum in Festo Solemni *Patroni loci*, si in eo occurrat aliqua *Vigilia*, quæ jejunatur, transferre *Jejunium* in pridianum Diem. Sic alicubi (ùt Idem ibid. testatur) ob Festum S. Christinæ Patronæ jejunatur pridie ejus Festi ratione Vigiliæ S. Jacobi Apostoli: sic etiam Ratisbonæ Jejunium Vigiliæ omnium Sanctorum [Cadens alioquin in *Festû S. Wolfgangi Episcopi*, ac *Patroni Ratisbonensis*] anticipatur regulariter ad Diem proximè præcedentẽ ex longæva plurimorum annorum Praxi. *Officium* tamen *Vigiliæ* [ûti rursum monet Loc: Cit: Gavantus] in hujusmodi Casibus non est anticipandum; Separari námque possunt *Officium Vigiliæ*, & *Jejunium Ejusdem*, ùt patet in Vigilia Nativit. Domini, cùm occurrit in Dominica.

23. VIGILIA S. JOANNIS. BAPT. Simpl. *Col. Viol. Jejunium.* Quando in hunc Diem incidit Festum SS. Corp. Christi, tunc Jejunium, in hac Vigilia alioqui præceptum, anticipatur ad

Diem, seu Feriam IV. proximè præcedentem, ùt herì ostensum, non ité tunc anticipatur *Vigiliæ* quoad *Officium* ac *Missam*, sed annô illô nec in *Officio*, nec in *Missa*, aut hodie, aut die præcedente fit quidquam de *Vigilia*: ità jubente Rubricâ Gen: Missal: III. & VI. Breviarij n. 2. ubi præcipitur, ut, si in Vigilia aliqua occurrat Festum solenne alicujus loci, vel unum ex Solennioribus infra annum [v. g. S. Joannis Baptistæ, aut aliud 1. Classis] annô illô nihil prorsus fiat de *Vigilia*, ne quidem aliqua Commemoratio, tam in *Officio*, quàm etiam in *Missa* (exceptâ solâ *Vigilia Epiphaniæ*) nè scil. Solennitas Festi occurrentis imminuatur. Vid. Gav. herì Cit.

Si hodie occurrat aliud Festum 9: Lectionum (h. est tale, quod non est 1. Classis) aut aliquod ejusmodi Festum, seu Duplex, seu Semiduplex, in hanc Diem transferatur, tunc fit de eo hodie *Officium* & *Missa*, attamen cum 9. Lectione de Homil. Vigiliæ, & Commemorat: ejusdem in *Laudibus*, & *Missis* privatis, in quibus tunc *Gloria*, & (si Qualitas Missæ id exigat) etiam *Credo*, cum Evangelio Vigiliæ in fine: In *Ecclesijs* autem *Cathedralibus* & *Collegiatis* in tali Casu dicentur juxta Rubr. 3: Gener. Missal. n. 1. 2. *Missæ Conventuales*, una de *Festo* post Tertiam, altera de *Vigilia* post Nonam. In harum priore dic: *Gloria* & Oratio unica, si fit Festum duplex, nec simul occurrat *Dies infra Octavam*, vel aliquod *Festum Simplex*; alioquin etiam istis facienda esset in hac Commemoratio. Si verò Festum quod hodie Celebrandum, sit tùm *Semiduplex*, nec occurrat Festum aliud *Simplex*, tunc in *Priore* Missa Conventuali, eâ nempe, quæ est *Festo*, Oratio 2. erit *à Cunctis*, si libitum. Si autem *simul* occurrat alicubi, aut aliquando *Festum* Duplex, aut Dies infra Octavam particularem, tunc in primo Casu Oratio erit de Simplici, 3. *A Cunctis*. In secundo verò Casu 2. Oratio de Octava illa particulari. 3. Gloria de. In fine autem Missæ utroque Casu prædicto dicitur *Ite*, & Evangel. S. Joann. Color Festo Conveniens. In *Posteriore* verò Missa eiusmodi Conventuali (h. e. ea, quæ de *Vigilia* in dictis Ecclesijs, & eodem fine *Gloria* & *Credo* in occurrente Festi Semidupl. infra Octavam est decantanda) Oratio 2. est: *Concede*, 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, prout tantur post Dominicam in Albis Commemoratione Festi etiam plicis, si quod simul occurrat. Communis: In fine: *Benedicamus* & pariter Evangelium S. Joannis. *Viol.* Dixi verò *Dies infra Octavam particularem*: nam si Vigil. S. Joannis niat infra Octavam SS. Corporis Christi, Missæ tam *Conventuales* quam *privatæ* ordinandæ sunt juxta Rubr. Ge-

Gener. 3. Missal: n. 2. Missæ autem privatæ etiam in *dictis Ecclesijs* dicuntur de *Festo* cum Commemoratione *Vigiliæ*, & post hanc etiam Festi Simplicis, si quod unà occurrat, ac ultimo Evangelio de Vigilia. Si Festum extra Octavam hodie occurrens sit tantùm Semiduplex, Oratio 2. in Missis ejusmodi privatis erit de Vigilia. 3. *à Cunctis* (non autem *Concede*) vel, si simul occurrat Festum Simplex, de Festo Simplici occurrente. Idem est de Missa Conventuali illarum Ecclesiarum, in quibus Diebus Festis Sanctorum celebratur tantùm una Missa. Notandum præterea est, quòd si in hodierna aut alia Vigilia Patroni fiat de Festo *Semiduplici* extra occurrentem aliquam Octavam, tunc inter Suffragia Communia Sanctorum non fiat in *Laudibus* (idem est de Orat: *Acunctis*) Commemoratio *Patroni* à Clericis illarum Ecclesiarum, seu Locorum, in quibus cras est *Patrocinium*. Gav. qui insuper T. 2. S. 3 c. 11. n. 23. ità scribit: *In Vigilia Patroni, quæ habet Officium in Calendario, est omittenda Commemoratio de Patrono, quæ solet fieri inter Suffragia: ne de eodem fiat* Officium *&* Commemoratio: *quæ est indubitata Regula in Officio Divino.* Vide eumdem Sect. 5. c. 18. n. 14. Si hæc Vigilia veniat alicubi *infra Octavam*, nullatenus Coincidentem cum *Octava SS. Corporis Christi*, tunc si non occurrat Festum 9. Lectionum, Offic. quidem dic. de Die illa infra Octavâ, cum 9. Lectione tamen, & Commemoratione de *Vigilia* (pro qua Antiph: & Vers. de Fer: Curr. Oratio Verò utì notatur suô locô) in Laudibus. At verò Missæ non modô privatæ, sed etiam *Conventualis* in suprà dictis Ecclesijs dic: *de Vigilia* cum Commemoratione Octavæ, & 3. Oratione *Concede*, nisi facienda sit insuper Commemoratio de *Festo Simplici* occurrente; dicitur autem sine *Glor.* & *Cred.* cum Præfatione Communi, & in fine *Benedicamus*, ac Evang. S. Joann: quia verò in tali Casu *Missa* discordat ab *Officio*, ideo Color Altaris sequitur *Officium*, Paramentorum autem Sacerdotalium Col: debet esse Conformis *Missæ*, adeóque esse violaceus: pro *Missa* tamen *Solenni* convenit, ut *Pallium* quoque Altaris (vulgo *Antependium*) concordet cum Colore Paramentorum Missæ. *Gav. & Arnaud. Tr.* 1. P. 1. *Tit.* 18. Errant proinde DIRECTORIA, quæ etiam in tali Casu 2. *Missas Conventuales* in *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicendas contendunt; contrarium enim evidenter ex Rubr. Gen. III. Missal. n. 1. probat Gavantus. Dixi autem 1. *infra Octavam*; nam si hæc, aut alia similis Vigilia non veniat *infra Octavam*, sed in ipsa *Die Octava* alicujus Festi, tunc Officium fit de Octava, cum 9. Lectione de Homil. Vigiliæ, & Commemoratione ejusdem in Laudibus

[pro qua Antiph: & Vers. de Feria Curr.] ante Commemorationem de Simplici, si quod simul occurrat; at verò in *Ecclesijs Cathedralibus* & *Collegiatis* Cantantur omnino tunc duæ Missæ Conventuales, una *de Octava* post Tertiam, sine Commemoratione Vigiliæ; altera *de Vigilia* post Nonam sine Commemoratione Octavæ, cum Orationibus, ac reliquis, ùt paulò antè in Casu, quò in *Vigiliam* incidit Festum 9. Lectionum. Missæ verò aliarum Ecclesiarum, & quæcunque privatæ dicuntur in tali Casu de *Die Octava*, cum Commemoratione *Vigiliæ*, & *Festi Simplicis*, si quod simul fortè alicubi, aut aliquando occurrat, & ult: Evang. de eadem Vigilia. Dixi 2. *nullatenus coincidentem cum Octava Corporis Christi*: nam si *Vigilia S. Joannis Baptistæ* [idem est de Vigilia SS. Petri, & Pauli] occurrat *infra Octavam Corporis Christi*, tunc juxta recentiorem Rubr. Missal. *Tit.* 3. *n.* 2. tam Missæ, quàm Horæ Canonicæ [nisi occurrat Festum Duplex] dicuntur de *Octava Corporis Christi*, cum Commemoratione *Vigiliæ*, & 9. de eadem Lectione in *Officio*, ac ultim. Evang. in *Missa*: In *Ecclesijs* tamen *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur tunc duæ Missæ, Convent: *Prima* de *Octava* post Tertiam; *Secunda* de *Vigilia* post Nonam, absque ulla de altera Commemoratione; sed cum Orationibus 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. & quidè in utraque, nisi forsan occurr[at] Simplex; tunc enim in *Priore* [non] autem in *Posteriore*] fit Comemorat[io] de Simplici, & 3. Oratio tunc e[st] ea Missa *Concede*: at verò in Pos[t]ore manent Orat: invariatæ, [&] Comemorat. tam Simplicis, quàm [Oc]tavæ. In priore dic: Præf. [de] Nativitate cum *Glor.* & *Cred.* & in [Com]ne *Ite*, ac Evang: *S.* Joann. *Cal.* [&] In Posteriore nec *Glor.* nec *Cred.* [sed] tiam ibi, ubi *S.* Joann. Baptista [et] Patronus] dic. autem Præf. Com[mu]munis, & in fine *Benedicamus*, [et] pariter Evang. *S.* Joann. *Cal.* [&] Si autem *Die Vigiliæ* infra hanc, [et] aliam Octavam fiat Officium de Fe[s]sto occurrente, tunc [nisi *aliter* no]tetur, ut in Rubrica præfixa Festo *S.* Leonis 28. hujus] juxta Rubr. [s]uprà cit. n. 2. Missa etiam Conventualis dic. de Festo cum Commemorat. *Octavæ*, & *Vigiliæ*, ac post hanc *Festi Simplicis* occurrentis, nisi qualitas Festi, vel utramque, vel saltem alterutram excludat; nam in *Fest[is]* 1. *Classis* nulla fit in toto eorũ Officio, aut Missa Commem. *Vigiliæ* nec Festi Simplicis occurrentis; nulla [com]. *Diei infra Octavam* in Festis 1. & 2. Classis, nisi sit Octava privilegiata, ut̀ est Octava Corporis Christi. [Si] *Vigilia S. Joann. Baptist.* aut alia Si[mi]milis incidat in diem Dominicam, tunc juxta Rubr. Gen. VI. Vigilia in Dominica occurrens non modò quoad *Jejunium*, sed etiam quoad

Off.

Officium & *Missam*, anticipatur ad Sabbatum Dominicam illam præcedens, ità, ut si Sabbatum illud non sit impeditum Officiô 9. Lectionum, fiat *Officium*, & *Missa* de vigilia, ut infrà, cum Commemoratione Festi Simplicis, si quod Sabbatô illô occurrat [uti tunc respectu Vigiliæ S. Joannis Baptistæ occurrit Festum Simplex *S. Paulini* Episcopi ac Confessoris] sine aliqua de eo Lectione; si verò Sabbatum illud sit impeditum Officiô 9. Lectionum, tunc saltem legatur de homilia Vigiliæ 9. Lectio in *Officio*, cum Commemoratione de eadem in *Laudibus*, ac *Missis*, nec non ultimo in his de illa Evangelio, præterquam in Festis 1. Classis, in quibus nihil omnino fit de Vigilia tam in *Officio*, quàm *Missis* ejusmodi Festorum, ùt *Ibi*, & *Rub. III. Miss. n.* 2. Tametsi autem, si Vigilia hujusmodi occurrat in Dominica, ea tam quoad *Jejunium*, quàm quoad *Officium*, & *Missam* anticipetur, & transferatur ad Sabbatum præcedens, non tamen perinde etiam anticipatur ejus Annuntiatio in Martyrologio ad Feriam VI. præcedentem, sed perinde in Lectione Martyrologij fit ea pridie illius Diei, in quem alioqui cadit Vigilia, nempe Sabbatô Dominicam illam, in quam eô annô cadit, præcedente, uti Gavant: *To.* 2. *Sect.* 5. *C.* 21. *n.* 11. ex Regul. 4. Martyrologij demonstrat, ubi sic: *Translatâ quoque Vigiliâ in Sabbatum, non anticipatur Lectio de Vigiliâ in Martyrologio, Licèt anticipetur Officium cum Jejunio.*

Si crastinum Festum Nativ: *S.* Joannis Baptistæ occurrat in Festo Corporis Christi, tunc in iis Ecclesijs, in quibus Festum *SS.* Trinitatis est Titulare [adeoque celebratur cum Octava] Feriâ IV. præcedente *Missæ* dicendæ sunt *de Vigiliâ*, sine *Gloriâ*, ac *Cred:* de *Octavæ* autem *SS.* Trinit. facienda in iis solummodo Commemoratio, & post eam dicenda Oratio 3. *Concede.* Præf. Commun: & in fine *Benedicamus*: ac quoniam Missa in tali Casu discordat ab *Officio* [quod tali in loco est *de Octava SS. Trinitatis.*] ideo Color Altaris [exceptô eô, ad quod cantatur *Missa Principalis*] concordare debet cum *Officio*; Paramentorum autem Sacerdotalium Conformis esse *Missæ de Vigiliâ.* Si verò Festum Nativ. *S.* Joann: occurrat Fer. VI. post Festum Corporis Christi, tunc, ut suprà dictum, *Jejunium Vigiliæ* anticipatur quidem ad Feriam IV. antecedentem Festum Corporis Christi, non tamen etiam in iis Ecclesiis, in quibus Festum *SS.* Trinitatis celebratur cum Octava, anticipatur etiam *Missa Vigiliæ* ad eam Feriam, sed Feriâ illâ IV. dicitur Missa de currente *Octava SS.* Trinitatis, de *Vigilia* autem nihil fit eô annô tam in *Missa*, quàm in *Officio*: quia hujusmodi *Vigiliæ* tunc solùm anticipan-

tur *unà cum jejunio*, quando incidunt in *Dominicam*, Festum autem habens Vigiliam incidit in Feriam II. tunc enim per Rubr. Gen. VI. Breviar. n. 2. non modò *Jejunium Vigiliæ* ab Ecclesia præceptum anticipatur ad Sabbatum præcedens, sed etiam eô ipsô Sabbatô, extra Dies ibid. exceptos, fit *Officium de Vigilia*, aut si Sabbatum illud sit impeditum Officiô 9: Lectionum, fit saltem in isto Commemoratio de illa cum 9. Lectione. Ad idem quoque Sabbatum præcedens juxta Rubr. III. Rom. Missal. n. 3. anticipatur tunc, extra Casus in eadem Rubrica exceptos, *Missa Vigiliæ*, aut, si Sabbatum illud sit impeditum *Festo* 9. *Lectionum*, saltem *Commemoratio de illa*, facienda in Missa Festi, cum ultimo de *ead. Vigilia* Evangelio (nisi Festum illud sit Dupl. 1. Class.) & alia in ead. Rubr. Missalis à n. 1. & seqq. præscripta tunc insuper sunt observanda.

Quòd si denique Festum Nativitatis S. Joannis occurrat in Sabbato, aut in Dominica post Festum Corporis Christi (prout contigit 1696.) tunc Feriâ præcedente Festum Nativitatis S. Joannis dicitur quidem *Officium* in iis Ecclesijs, in quibus Festum SS. Trinitatis celebratur cum Octava, non de Octava Corporis Christi, sed de Octava SS. Trinitatis, prout præscribit Octavarium Romanum Pag. 10. & 13. cum Commemoratione Octavæ Corporis Christi, nec non Vigiliæ S. [illegible] ann. ac 9. Lectione de Hom[illegible] usdem Vigil. At verò non le[illegible]tur dubium, an etiam Missa[illegible]li Casu dicenda sit de Octav[illegible] Trinitatis, idque ob Ration[illegible] frà insinuandas. Mich. Ba[illegible] quidem P. 4. Manual. c. 15. [illegible] Edit. nov. fol. 268. in eam prop[illegible]det Sententiam, quòd in tali C[illegible] Missa nec sit dicenda de *Octav[illegible] Trinitatis*, nec *de Vigilia S. Joannis*, [illegible] de *Octava Corporis Christi*, cum Commemoratione Octavæ SS. Trinitatis, ac postea Vigiliæ, nec non [illegible]jus in fine Missæ Evangelio: [illegible]clesijs tamen Collegiatis dicen[illegible] tunc ei videntur duæ Missæ Co[illegible]vent: una de *Vigilia* post Nonam, [illegible]ne Commemoratione de Octav[illegible] sed cum Oratione 2. de S. Ma[illegible] *Concede*, & 3. *Ecclesiæ*, vel prop[illegible] altera verò post Tertiam de *Octava Corporis Christi*, cum Commemoratione Octavæ SS Trinitat. [illegible]que huic suæ Opinioni favere Rubric. III. recogniti Missalis: [illegible]men (inquit ibid.) non caret [illegible] hæc *difficultate*, ideò *Superioribus* [illegible] eo *definienda* relinquitur: & [illegible] cum *Octava Corporis Christi*, [illegible] omnium hodie sententiam, tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam* cedat *Octavæ SS. Trinitatis*, tanquam digniori, hæc autem Octava, utpote una ex non privilegiatis, cedat *Vigiliæ* infra eam occurenti, quantum

at-

ariter ad *Missam*, per eandem Rubr. Missal. cedere eidem *Vigiliæ* debebit quoad hoc etiam *Octava Corporis Christi*, juxta illud : *Vincit te, qui vincit vincentem te.* Neque obstat, quòd illa Rubrica recentior excipiat *Octavam Corporis Christi*, dicátque, si *Vigilia* infra eam occurrat, Missas privatas dicendas esse *de Octava* Corporis Christi, cum commemoratione *Vigiliæ* : in *Ecclesijs* autem *Cathedralibus & Collegiatis* dicendas tunc esse 2. Missas Conventuales, unam de *Octava*, & alteram de *Vigilia*; quia Rubrica ibi loquitur de Casu, quô Officium fit de ipsa *Octava Corporis Christi*, non autem de Casu, quô fit *de alia Octava*, non quidem privilegiata, attamen digniore ; sicut ergo Rubrica Recentior Breviarij, quando asserit, infra Octavam Corporis Christi non esse dicendam 9. Lectionem de Festo Simplici infra eam occurrente, etiam cùm propriam habet, ex Declaratione S. R. C. intelligenda est tantùm de Casu, quô *Officium* fit de *ipsa Die infrà Octavam*, non autem de Die, quô infra illam fit de *Festo aliquo alio Duplici*, ità & Rubrica Missali allegata intelligenda erit duntaxat de Casu, quô de *Die infra Octavam Corporis Christi* fit *Officium*, (ut ibi manifestè supponitur) non autem de Casu, quô Officium fit de alia Octavâ, ab Octav. Corp. Christi diversâ, aut, si ob solennitatem Octavæ Corporis Christi non videatur conveniens, ut Missæ omnes, saltem privatæ, etiam in Ecclesia tantùm particulari dicantur in *Colore Violaceo*, convenientius tamen forsan erit, ut eæ in tali particulari loco dicantur potiùs *de Octava SS. Trinitatis*, utì aliàs, tanquam de digniore, cum Commemoratione Octavæ Corporis Christi, & Vigiliæ, hujúsque ultimo Evangelio in ijsdem Missis : verùm ultimata hujus dubij Resolutio sit penès S. R. C. Interim Amicorum Nonnemo, rerum Rubricisticarum apprimè Studiosus ac peritus, super hoc dubio à me Consultus, discursui antè à me facto his ferè verbis subscribit. Judico ex ipsis verbis Rubric. Gener. III. n. 2. „in Vigilia S. Joannis Baptistæ, occurrente intra Octavas SS. Trinitatis & Coeporis Christi, Missam dicendam esse *de Vigilia*, non de alterutra Octava ; non *de Octava SS. Trinitatis* ; quia id repugnaret parti primæ illius Rubricæ III. n. 2. non de Octava SS. Corporis Christi ; quia juxta posteriorem partem illius Rubricæ tunc tantùm dicitur Missa de Octava Corporis Christi, quando eo die fit Officium de Octava illa : in Casu autem proposito Officium non fieret de Octava Corporis Christi, sed de Octava SS. Trinitatis occurrentis : ergo tunc Missa non est dicenda de *Octava Corporis Christi*, sed de *Vigilia*, cum Commemoratione utriusque Octavæ,

&

"& præfatione communi, non au-
"tem alterutrius Octavæ: nisì fortè
"obstet huic meæ opinioni, quòd co-
"lor cæruleus non conveniat Octavæ
"Corporis Christi, præsertim, quia
"eò octiduô expositum est Venera-
"bile Sacramentum, eáque de Cau-
"sa etiam *Missæ de Requiem* excludun-
"tur. Hactenus ille in suis ad me
litteris: in quibus id, quod in fine
illarum suæ objicit Sententiæ non
admodum urgere videtur; quia sicut
non est inconveniens, quòd infra O-
ctavam *SS.* Corporis Christi juxta
ipsummet Missale recognitum, oc-
currente infra eam Vigiliâ, in Ec-
clesijs saltem Cathedral. & Collegiat.
dici in *Colore Cæruleo* debeat *Missa* de
Vigilia etiam principalis, ità nulla
quoque erit inconvenientia, quòd
infra eandem Octavam, quando de
ipsa non fit Officium, sed de alia O-
ctava non privilegiata, admittente
de se *Missam* de *Vigilia*, dicantur in Ec-
clesia aliqua particulari Missæ pri-
vatæ de Vigilia infra eandem Cor-
poris Christi Octavam in *Colore Cæru-
leo*.

Dicet forsan aliquis: esto in
casu, quô Vigilia occurrit infra u-
tramque prædictam Octavam, *O-
ctava Corporis Christi* non videatur ex-
igere posse vi Rubricæ Missalis re-
cogniti, à Bauldryo allegatæ, ut Mis-
sa dicatur de ipsâ potiùs, quàm de
Octava SS. Trinitatis, (cùm ista jux-
ta omnes sit dignior illâ, & in utri-
usque occursu non modò exige-
de se dici *Officium*, sed etiam Mis-
videtur tamen vi illius Rubric-
saltem adhuc exigere, ne M-
privatæ dicantur *de Vigilia* etiam in
casu, quô non tantùm ipsa, sed
mul quoque Octava Festi alte-
dignioris occurrit: cùm non obst-
te Octavæ illius dignioris occu-
adhuc verificetur, *Vigiliam venire in-
fra Octavam Corporis Christi*, in-
quam Rubrica nova Missalis Vig-
simul occurentibus non nisì *Comme-
rationem in Missis privatis* conce-
cùm ergo saltem quoad hanc pa-
adhuc sit observabilis ea Rub-
debebit omnino quoad eam obs-
vari, & sic mediâ in hac controver-
incedendum viâ erit; quod tunc fie-
si juxta Sententiam paulò antè in-
sinuatam *Octavæ SS. Trinitatis* tribu-
tur illud jus, quod ei ex Declaratio-
ne. S. R. C. apud Gav. Tom. 2. s. 6. c.
19. n. 2. ac vi Rubricæ exstantis in
Octavario Romano competit (ut
nempe *Feriâ VI.* & *Sabbatô*, infrà u-
tramque dictam Octavam occurren-
tibus, in propria *SS.* Trinitatis Ec-
clesia fiat *Officium* & *Missa*, de Oc-
va Trinitatis, tanquam dignior,
de Octava autem Corporis Christi
solummodo Commemoratio) *Octa-
væ* verò *Corporis Christi* pariter conce-
datur id, quod ei vi Rubricæ Mis-
lis novi n. 2. etiam tunc videtur
competere, quando alterutrô dicto-
rum Dierum *Vigilia S. Joannis Baptis-*
si-

simul occurrit, in ordine saltem ad excludendas *Missas privatas de Vigilia infra Octavam Corporis Christi*, occurrente, infra quam Octavam Rubricalla ei *Vigiliæ* in Missis privatis nonnisi *Commemorationem* permittit: siquidem hôc pactô in casu proposito & *Octavæ Corporis Christi* tribueretur id, quod hîc & nunc vi Rubricæ novæ prætendere potest, & simul *Octavæ SS. Trinitatis*, tanquam *dignioris*, non tantùm sua salva manebit prærogativa supra Octavam Corporis Christi, sed insuper hujus posterioris privilegiô ac Jure id consequetur, ut in hujusmodi casu de ipsa non modò *Officium*, sed etiam *Missa* (cum *Commemoratione* tantùm de *Vigilia*, & ultimo hujus in ea Evangelio) dicatur, quæ alioqui *tota* de *Vigilia* diceretur, si non infra utramque hanc Octavam occurreret. Ad hanc Replicam 3ª. Me ob adductas in ea Rationes sentire, ne quaquam improbandam esse Illorum praxin, qui in proposito casu non tantùm *Officium*, sed etiam *Missam* dicunt modô suprà relatô de ipsa *Octava SS. Trinitatis*, cum Commemoratione tantùm alterius Octavæ, & *Vigiliæ*, nec non cum hujus in fine Missæ Evangelio &c, usque dum aliud S. R. C. decernat, aut declaret.

Extra *occurrentias* hucusque recensitas, Officium & Missa hujus *Vigiliæ* (uti & aliarum Similium) sic ordinantur: *Officium* illius totum fit de Festia currente, ùt in Psalterio: & 3. Lectiones leguntur de Homilia in Evangelium *Vigiliæ*, utì suô locô notantur, cum tribus Responsorijs de Feria occurrente, ordine in Rubrica de Resp. gener: XXVII. n. 5. ac seqq. descripto. Dicuntur preces feriales flexis [saltem in Choro] genibus ad omnes horas usque ad Vesperas, modô alibi declaratô: oratio propr. cum Comem. Comun. quibus ad *Laud.* præmittitur Comem. ferialis de Cruce: non tamen fit inter illas hodie Commemoratio de *Patrono* ibi, ubi cras erit *Patrocinium*: quod etiam observandum [utì & pleraque alia, paulò antè annotata] in alijs *Vigilijs Sanctor.* Testè Gav: Gerlac. &c. Dico: *Sanctorum*: nam in Vigilijs *Nativit. Domini*, *Epiphaniæ*, *Ascensionis*, & *Pentecostes* [quarum prima, & ultima quidem etiam jejunatur, reliquæ verò duæ non jejunantur] ordinantur *Officium & Missa* modô ab alijs Vigilijs diversô, utì in proprijs locis notatur.

Missa (quando, ac ubi hodie fit de Vigilia) dic: utì notatur in Propr. Sanctor: sine *Gloria* & *Credo*. Oratio 2. *Concede* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. (prout notantur post Dominicam in Alb.) nisi ratione Mensis, aut Feriæ 2. dicendum sit *Fidelium*: tunc enim Oratio 2. aut certè penultima, est: *Fidelium*, & 3. *Concede*. Id, quod Auctor Directorij Romani

1704. & 1710. (quorum priore hæc Vigilia S. Joannis Baptistæ, posteriore autem Vigilia SS. Simonis, & Judæ incidit in Feriam II.) diligenter observavit, idque ex præscripto Rubric. Gen. V. Missal. n. 2. Quòd si hæc Dies sit 1. Dies Mensis non impedita Officio duplici, vel semiduplici, tam circa Missam principalem, quàm privatas observandum erit id, quod eadem Rubr. Gen. V. Missal. n. 1. præscribit, & suprà initiò hujus Mensis est annotatum. *Col. Viol.* Eos, quibus alioqui concessum est à sede Apostolica, ut semel vel pluries singulis Hebdomadibus, aut Mensibus possint Diebus Festo duplici aut semiduplici non impeditis, dicere *Officium* & *Missam* de Venerabili v. g. Sacramento, aut de certo aliquo Sancto &c, non posse id facere in hac, aut quacunque alia *Vigilia*, constat ex Decr. S. R. C. suprà Die 23. Febr. occasione *Vigiliæ S. Mathiæ* allegato, & extante apud Franc. Monacelli Formular. Legal. pract. P. 2. Tit. 13. Pag. 68. &c.

Vesperæ, nisi cras occurrat Festum SS. Corporis Christi, dic: de Festo Nativitatis S. Joann. Baptistæ sub Ritu dupl. 1. Classis: in ijs Psalmi de Dominica, exceptô ultimô, qui est: *Laudate Dominum omnes Gentes &c.* Antiphonæ, & reliqua omnia sunt propria, ac dicuntur, ùt ibi: si cras occurrat Dominica, fit de illa Commemoratio, non tam fit Commemoratio de Dominica die occurrente; quando nempe festum S. Joannis incidit in Feriam II. at verò de Octava Corporis Christi (utpote privilegiata) semper Comemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus ac Missa, quocunque infra eam Octavam veniat Festum S. Joannis Baptistæ, aut aliud quodcunque Festum, etiam 1. Classis. *Alb. Officium* de Nativitate S. Joannis Baptistæ compositum ferunt S. Gregor. *Hymni* à Paulo Diacono qui raucedine impeditus Sanctum impetravit, quam initiò Hymnum qui ad Vesperas dicitur, posthuma. *Durand. Lib.* 7. C. 14. *De Notis* Musicalibus: *Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La* ex prima Stropha Hymni Vesperarum hujus Festi desumptis, vide Gav. *Tom.* 2. *Sect.* 5. *Cap.* 6. Fol. 50. & Joannem Clericatum de Sacrosanc. Missæ Sacrif. Decis. 37. à n. 11.

24. Nativitas S. Joannis Baptistæ, ac Præcursoris Domini. Duplex 1. Classis *Col. Alb.* Celebratur cum Octava. Quòd si hodie contingat *Festum SS. Corporis Christi*, fit hodie de Isto, ùt suô locô; at verò Festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ tunc per Rubric. Gen. V. Breviar. *n.* 1. transfertur in Feriam VI. mox subsequentem, cum Commemoratione Octavæ in *Officio*, & *Missa*, & in II. Vesperis Corporis Chri-

Christi fit tantùm Commemoratio de S. Joanne : Sequentibus autem Diebus fit Officium de eadem Octava Corporis Christi, cum Commemoratione Octavæ S. Joann. Dies autem Octava Nativitatis S. Joann. tunc veniens in Die Octava Corporis Christi, non transfertur, sed de illa eò annò fit tantùm Commemoratio in utrisque Vesperis, & Laudibus Diei Octavæ Corporis Christi, ut infrà 1. Jul. dicetur. Hôc prænotatò, ac suo tempore observatò

In Festo *Nativitatis S. Joannis Baptistæ*, (quæ accidit Feriâ VI. Hebdomadæ, ut rectè apud Gavantum *colligit* Joannes Azorius ex Nativitate Christi, eique olim tantus habitus est honos, ut Teste P. Gobat liceret cuilibet Sacerdoti ritè dispositò *ter* sacrificare *hac Die*, perinde, ac *Die Natali Domini*,) Officium, & Missa dicuntur, uti notantur in Proprio loco : Nam omnia sunt propria. Antiphona ad *Benedictus* (ut notat Gavant.) non impedit, quò minùs Cant. *Benedictus* inchoetur à Capite more solito ; quia Rubrica Genral. loquitur de Antiphona, quæ est eadem cum Cantico: at in Antiphona hac deest *Dominus* : ergo &c. Si ocurrat hoc Festum in Dominica, aut *infra Octavam SS. Corporis Christi*, fit de illa Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa : in qua dic. *Gloria*, non tamen *Credo*, nisi in propria Ecclesia, aut nisi veniat in Dominica, aut infra Octavam SS. Corporis Christi. Præfatio Communis, nisi celebretur infra Octavam Corporis Christi, infra quam si occurrat, dic: Præfatio Octavæ, quæ est eadem cum illa, quæ dic. in Natali Domini. *Col. Alb.*

In II. Vesperis (quæ dicuntur ut ibi) fit Commemoratio de Dominica hodie occurrente, & Die infra Octavam Corporis Christi, si utraque, aut alterutra hodie occurrat : fit etiam in 2. Vesperis Commemoratio in hoc Festo de Dominca subsequente, si quæ sequatur, uti contingit, cùm hodiernum Festum incidit in Sabbatum, esto in ejus primis Vesperis non fiat perinde Commemoratio de Dominica antecedente, quando id incidit in Feriam II. *Col. Alb.*

Quid agendum sit ibi, ubi hoc Festum incidit in diem v. g. Dominicam, quâ alicubi celebratur Festum Dedic. Vide 29. hujus. At petes : Quid faciendùm sit in 2. Vesperis hodierni Festi, Casu quo sequens aliud Festum est Festũ *Patroni*, aut *Titularis*, aut *Dedicationis* ? cùm justam dubitandi Rationem hîc ingerat diversitas Rubricarum, quarum una *Digniori* defert integras Vesperas ; alia verò solis Festis Domini, B. M. V. SS. Angelorum, & Apostolorum, ac post istos SS. Patronis Ecclesiæ præ cæteris omnibus

in Calendario notatis : Festum autem S. Joannis Baptistæ nec Festum Domini est, nec B. V. nec Angelorum, nec Apostolorum. 3. Dubij hujus Resolutionem petendam ex ijs, quæ infrà dicentur P. III. *Tit.* de Patronis, & Tit: De *Occurrentia*, & *Concurrentia* Festorum 1. Classis ex Gav. & Arnaudo. Ad Rubricas inter se in speciem diversas quod attinet, ex ibidem dicendis apparebit, posse ambas inter se concordari, perinde ac Jura apparenter sibi contraria possunt, ac etiam debent. Quod additur de S. Joan. Bapt. tanquá Patrono Eccles. Apostolis inferiore postponendo, eò quòd inter Festa ibi enumerata nulla ejus fiat mentio, non videtur contra eum, sed potiùs pro illo facere; si enim Patronus cedit Apostolis ejusdem secum Classis, à fortiori cedere debebit S. Joanni Baptistæ, qui tam in Breviario, quàm Missali Romano ipsis Apostolorum Principibus præfertur. Vide quoque inferiùs dicenda Die 27. & 28. Jun. in fine, ibíque dicenda etiam Festis 1. Classis cum hodierno & in hodierno Festo respectivè Concurrent. & Occurrentibus accommoda.

25. Nisì hodie faciendum sit de Festo 9. Lectionum (seu occurrente, seu legitimè *translato*) aut de *Dominica infra Octavam*, vel de ipsa *Nativitate S. Joannis Baptistæ* (eò quòd in hesternam Diem inciderit Festum Corporis Christi) aut denique *Octava Corporis Christi* (utpote [illegible] gniore, ac aliquando cum Octav[illegible] Joannis *Concurrente*) tunc hodie num Officium & Missa dicuntur Die 2. infra Octavam Nativit. Joannis Baptistæ Rit. Semid. & [illegible] *Alb.* In I. Nocturno dicuntur Lectio de Script. occurrente, nisi [illegible] nendum sit initium alicujus Lect nondum positum. In II. & III. Noct. prout notantur hac Die [illegible] Prop. Sanctorum. Reliqua ùt in Festo.

Missa Festi cum *Gloria*, [illegible] *Credo*, nisi in propria Ecclesia. [illegible] 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pa[illegible] prout notantur post Dominicam [illegible] Alb. *Col. Alb.*

Si hodie occurrat *Dominica infra Octavam* S. Joannis Baptistæ, [illegible] de ea *Officium*, & *Missa*, ùt in Psal[illegible] terio, ac propr. loco; de *Octava* tem S. Joannis fit solummodo in [illegible] Commemoratio. Ad Primam dic[illegible] Psal. *Confitemini*, & Symb. *Quicunque*, sine precib. Reliqua, ùt in Dominicis per annum. *Col. Alb.* [illegible] *Missa* (quæ pariter est de Dominica currente) dicitur tunc *Credo*, non tamen tertia Oratio (nisi simul occurrat Dies infra Octavam Corporis Christi, vel alicubi Festum Simplex &c.) & Color tam Altaris, quam Paramentorum Sacerdotis debet esse *Albus*, & non *Viridis* per Rub. Gen. XVIII. *Missal. n. 2.*

Si

Si *Octava Corporis Christi* misceatur *Octavæ Nativitatis S. Joannis*, Officium & Missa dic. hodie [nisi sit Dominica] de Octava Corporis Christi, & tunc in Missa dic. *Gloria & Credo* nec non Orat. 2. de Octava S. Joannis. 3. *Concede.* Præf. de NativitateDomini. *Col. Alb.* Si hodie, aut quocunque alio Die infra Octavam S. Joannis occurrat *Dies* ipsa *Octavæ* Festi Corporis Christi, fit de Die Octava Corporis Christi cum Commemoratione Octavæ S. Joann. Festum autem occurrens ea die transfertur in Diem proximam non impeditam Festo 9. Lectionum: Excipiuntur tamen Festa dupl. 1. Classis, & nominatim Festum SS. Apostolorum Petri, & Pauli, in quibus si occurrat Dies Octava SS. Corporis Christi, *Officium* & *Missa* dicuntur de Festo, de Die autem Octava Corporis Christi [non item de Octava S. Joann.] fit tunc Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa Festi, modò herì declaratò.

Si Festum Corporis Christi fuit heri, tunc hodie fit de Nativitate S. Joannis Baptistæ cum Commemoratione Octavæ Corporis Christi in Laudibus, Vesperis utrisque, ac Missa: & in hac dic: tunc *Credo*, & Præfatio de Nativitate Domini. *Col. Alb.*

Vesperæ hodiernæ dicuntur usque ad Capitulum de Octava S. Joannis Baptistæ, si hodie factum sit de illa, dicendo omnia [sed Ritu Semid.] sicut in 2. Vesperis Festi: Sed à Capitulo de *SS. Joanne & Paulo MM.* Antiph. ad *Magnificat*, & Oratio propria. Vers. de Commun. plur. Mart. Commemoratio de Octava S. Joannis, ùt in 2. Vesperis Festi. *Col. Rub.*

Si Festum Sequens veniat in Dominica, Vesperæ hodiernæ à Capit. dic. de crastina Dominica, cum Commemoratione Octavæ S. Joan. & tunc *Col. Alb.* non autem *Rub.* nec *Virid.* Festū verò sequens tunc *transf.*

Ubi tamen Festum SS. Joan. & Paul. MM. celebratur Ritu *duplici*, ibi etiam quando cadit in Dominicam, hodiernæ Vesperæ dic. de illo, sumendo Antiphonas Psalmorum ex Laudibus crastini Officij, reliqua verò (præter Antiph. ad *Magnificat*, & Orationem, quam utramque propr. habet) dicendo de Commun. plur. MM. Cum Commemorat. Octavæ S. Joan. nisi alicubi celebretur Ritu dupl. 1. aut 2. Classis, ibi enim non fit Commemoratio Octavæ S. Joann. bene tamen Octavæ Corporis Christi, si infra hanc veniat hoc, aut aliud Festum duplex, etiam 1. Classis.

Quomodo ordinanda sint *Offic.* & Missa, ibi, ubi celebratur sequens Festum cum Octava, vide in Indice præfixò Octavario Romano, nec non in locis in eodem citatis.

26. SS. Joannis, & Pauli MM. Semid. *Col. Rub.* Offic: ùt in Commun: plur: MM. & propr. loc. ubi assignantur Lect. pro 1. Noct. de Epist. ad Roman. *Fratres Debitores sumus &c.* cum Responsorijs, ùt ibi, pro II. & III. Noct. autem (in quorum posteriore 8. Responsorium est: *Hac est vera Fraternitas &c.*) Lectiones propriæ, ùtì & propriæ Antiphonæ ad *Laudes*, necnon ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, cum Oratione propr.

Missa prop. cum *Gloria* sine *Credo* (nisì in propr. Ecclesia, aut ubi adsunt insignes Reliquiæ) cum Commemoratione Octavæ, nisì celebretur Ritu 1. aut 2. Class. & Præf. Commun. *Col. Rub.*

Si veniat hoc Festum extra Octavam Corporis Christi *in Dominica*, transfertur in sequentem Diem: hodie autem *Officium* & *Missa* dic. de Dominica currente cum Commemoratione Octavæ S. Joannis in Laud. ac Missa, dicendis modò herì annotatò; nisì quòd, si simul occurrat Dies infra Octavam Corporis Christi, 2. Oratio in Laud: & Missa debeat esse de Octava Corporis Christi, & 3. de Octava S. Joannis. *Col. Alb.*

Si hoc, aut aliud Festum Semid. veniat infra Octav. Corporis Christi, transfertur post hujus Octavam: & siquidem hanc sequantur proximè Octavæ S. Joann. Bapt. & Ss. Petri, & Pauli, transfertur post Omnes Octavas, ùtì notat Gavant. Tom. 2. S. 3. C. 10. n. 4. ubi explanans Rubricæ Gen. X. Tit. Numerum quintum, ait: sensus horum Verborum: *ità, ut Festum Semiduplex infra Octavam* (in qua Festis occurrentibus) *non transfertur, nisì in proximè sequentem Diem si Die suo celebrari non possit*, esse hoc *id est, si sequens Dies erit impedita, non fertur Semiduplex ultra omne Officium Lectionum, etiam illud, quod est in Octava.* Sed quid faciendum, si festum hoc, aut aliud Semiduplex cidat in ipsam *Diem Octavam* S. *poris Christi*, venientem infra vam aliam non privilegiatam? cidit hic Casus annô 1710. quô D es Octava Corporis Christi inci in diem 26. Junij, qui erat fin Dies tertia infra Octavam S. Joann Baptistæ, quæ cùm privilegiata non sit, admittit Diebus non impedi Festô 9. Lectionum non modò *plicia translata*, sed etiam *Semidupli* si illa cadant in Dominicam, & proximè sequens Dies, seu Feria II. non sit impedita Festo 9. Lectionum (alioquì transferenda sunt ultra Octavam non modò illam, in qua occurrunt, sed etiam illam, quæ hanc immediatè aliquando, aut alicui subsequitur) ùtì habetur in Rubric. X. cit. n. 5. Quia tamen Rubrica illa (clarè saltem) ibi nonnisi de Semiduplici *Occurrente in Dominica* non autem de occurrente in *Die Octava*, aut in *alia Die impedita*, loqui-

tur,

tur, ideo cùm *Exceptio unius firmet Regulam in oppositum*, sive *in non exceptis*, inisque Rubricæ allegatæ de Festo Semiduplici, in Dominica infra Octavam non privilegiatam occurrente, ultra unum Diem non transferre, nè nimirùm Octava ejusmodi interturbetur, & numerô Dierum, quibus de eadem fiat, nimis minuatur, huic autem fini meliùs consulatur, si Rubrica permittens celebrare *Semiduplicia translata* infra Octavas non privilegiatas ad ea solùm Semiduplicia, quæ in *ipsa Dominica*, non autem in *alia Die infra Octavam* impeditâ occurrunt, restringatur, ideo, inquâ spectando saltem Rationem, videbatur mihi aliquando in Casu, quô Festum Semiduplex SS. Joann. & Pauli in Diem Octavam Corporis Christi, & simul in Diem infra Octavam Nativit. S. Joann. Bapt. incidit, nihil de eo cras faciendum, sed transferendum id esse post omnes tres Octavas, nempe *Corporis Christi*, *S. Joann. Bapt.* & *SS. Petri*, *& Pauli*, uti etiam Auctor cujusdam Directorij Diœcesani prædictô annô reipsa ita transtulit, nexus fortasse Auctorit. P. Gob. qui Tr. S. n. 658 *ni Appendice Appendicis* lit. R. non contemnendis Rationibus contendit, eò modô in tali Casu esse procedendum. Verùm cùm Auctor Direct. Romani (cui ipsa Rubrica X. de Translat: Festorum in principio, & fine Numeri 5. videtur favere) Festum hodiernum SS. Joannis, & Pauli, occurrens annô suprà dictô 1710. in Die Octavæ Corporis Christi, transtulerit in Diem crastinam immediatè sequentem (non obstante, quòd ea esset dies quarta *infra Octavam* S. Joannis Baptistæ) perinde, ac si occurrisset *in Dominica* infra illam octavam, ideò nec ego ausim illud in tali Casu transferre post Octavam hanc alteram, imò & tertiam mox subsequentem; sed censeo statim cras celebrandum, ubi Festum 9. Lectionum Die crastina non occurrit, motus nempe Auctoritate memorati Directorij Romani, declarantis hac suâ Praxi Sensum sæpius allegatæ Rubricæ, à Gavanto, ac Arnaudo *Tit. de Translat. seu occurrentiâ Festorum n. 4.* non satis clarè explicatum. Ut persisterem in hac mea Sententia, persuasit mihi 1. Auctoritas ipsius Gavanti, qui Tom. II. sect. 3. cap. 8. num. 3. scribens in Rubricæ de Octavis numerum 3. disertè tradit, Festum Semiduplex Die suo impeditum, non tantùm, tunc, quando occurrit in Dominica infra Octavam non privilegiatam, transferri in Diem immediatè sequentem non impeditam Festô 9. Lectionum infra ejusmodi Octavam, sed etiam tunc, quando aliquando, aut alicubi occurrit in *Festo duplici*, habente Octavam non privilegiatam, v. g. *in Festo Ascensionis Domini*, *in quo Casu* [inquit] *transfertur Semi-*

miduplex in Diem proximè sequentem, si non est impedita [Festô 9. Lectionum occurrente] *& sic infra Octavam fit de Semiduplici translato* : addit deinde : idipsum *sæpius in Ecclesijs particularibus contingere*, ut scil. *Semiduplex occurrat in Festo majori, quod habet Octavam, & eapropter de eo fiat in secunda Die infra Octavam* : ergo etiam juxta Gavantum id ipsum fieri debet in nostro Casu, qui vel est idem, vel certè similis utrique præcedenti. Persuasit mihi id ipsum 2. Henric. Pisart Auctor Direct. Canonic. annô 1713. Coloniæ editi fol. 133. ubi in Tit. X. de Translat. Festorum ità scribit: „Censuit Sacr. Congregatio Die 30. „Septembr. 1629. Festum Semidu„plex occurrens in Festo duplici in„fra Octavam non privilegiatam „(qualis est Octava Nativitatis S. „Joannis Baptistæ) non esse trans„ferendum post Octavam, quando Di„es immediatè sequens non est à Fe„sto Duplici vel Semiduplici impedi„ta, sed faciendum de eo ipsomet „Die immediatè sequenti. Idemque „servandum esse, quando Semidu„plex occurrit ipsomet Die Festo, „quod habet Octavam non Privilegi„atam 30. Sept. 1679. Idem dic. si Se„midup. cadat in Diem Octav. si hæc infra aliâ Octav. occurr. Hæc cit. Auctor. Vide dicta suprà in Tit. de Fest. *Ascensionis*, & quæ dicam infrà P. III. Tit. *e Octavis*, nec non Tit. de occurrentia, & translat. Festorum &c.

Si hodie factum sit de SS. Joanne, & Paulo MM: nec cras fiendum sit de Festo 9. Lectionum, aut de Dominica, sed de Die infra Octavam S. Joannis Bapt. Vesperæ SS. Joann. & Pauli habent speciale Ritum contra Rubricam generalem de Concurrentia Off. *n.* 4. (qui tamen ibidem significat verbis illis : *nisi aliter signetur*) de hodie, ex dispositione propriæ Rubricæ eæ integræ dicuntur de his SS. Martyribus, ut ibi [Col. 1. de *Die* autem crastina *infra* Octavam fit tantùm Commemoratio; cæterùm alioqui juxta Rubr. Gen. & Tabulam Concurrentiæ dicendæ forent à Capitulo de Octav. siquidem Semiduplex concurrens in 2. Vesperis cum Die infra Octavam juxta dictam Rubricam & Tabulam Concurrentiæ dividit Vesperas cum ista. Sed quia hi SS. Martyres fuêre *Nobiles Romani*, idcò Ecclesia Romana integris 2. Vesperis eos in tali Casu voluit honorare. Dixi autem 1. *in 2. Vesper.* nam 1. Vesperæ (ut ut cæteroqui nobiliores Secundis) nonnisi à Capitulo de ijs dicantur, intellige ibi, ubi, uti in Ecclesia universali, habent Ritum solummodo *Semiduplicem*. Dixi 2. *in tali Casu* : nam si hoc Festum in 2. Vesperis non concurrat cum Die tantùm infra Octavam, sed vel cum sequenti Dominica, vel cum Festo alio Semiduplici subsequente (uti facilè contingere potest, quando *transfer-*

tur

tur Festum Ss. Martyrum) tunc in 1. Vesperis etiam ipsum sequitur Rubricas Generales de Concurrentia Officij, atque adeò etiam ipsæ dicendæ sunt *à Capitulo de Dominica, aut Festo Semiduplici sequente*, cum Commemoratione Ss. Joannis, & Pauli, ac Octavæ S. Joann. Bapt. id quod rectè annotârunt Gavant. *Tom. 1. S. 7. Cap. 8. ad Diem 26. Jun.* & Arnaud. *Tr. 2. P. 4. Tit. 29. ad eundem Diem*: practicavítque Directorium Romanum annô sæculari 1700.

27. Nisi hodie faciendum sit de Festo 9. Lectionum (seu *occurrente*, seu legitimè *translato*) aut de Dominica infra Octavam, aut de Octava Corporis Christi, (utpote digniore) aliquando cum Octava S. Joann. concurrente, tunc hodiernum Offic., & Missa dicuntur de Die 4. infra Octavam Nativit. S. Joannis eò modô, ac Ritu, quô 25. hujus, & respectivè in Breviario hac Die. *Col. Alb.*

Si hodie occurrat *Dominica infra Octavam S. Joann. Bapt.* aut *Octava Corporis Christi* misceatur Octavæ Nativitatis S. Joann: Bapt. tunc Officium, & Missa pariter ordinantur, ùt supra 25. Junij in hujusmodi Casibus ordinari debere est declaratum.

Si hodie factum est de Octava S. Joann. Baptistæ, tunc Vesperæ hodiernæ usque ad Capit. erunt de eadem Octava; at verò à Capitulo de Festo sequenti S. Leonis Pap. cum Commemoratione Octavæ S. Joann. ùt ibi, nisi Festum S. Leonis veniat in Dominica, vel infra Octavam Corporis Christi; tunc enim id transfertur post Octavam Ss. Apostolorum: in hodierno autem Officio [dicendo de Octava S. Joannis] si cras sit Dominica, legetur hodie 9. Lectio de Homilia Vigiliæ Apostolorum cum Commemoratione ejusdem ad Laudes: *Missa* autem etiam Conventualis (non enim tunc dicuntur duæ) dicetur de ipsa *Vigiliæ* Apostolorum (adeoque discordabit ab Officio) ùti notatur post Festum S. Leonis, cum Oratione 2. de Octava S. Joann. & 3. *Concede*, sed sine *Gloria* & *Credo*, Præf. Commun. In fine *Benedicamus*, & Evang. S. Joann. Color verò altaris sequetur tunc *Officium*, ac proinde erit *Albus*, Vestium autem Sacerdotalium &c erit conformis *Missæ*: pro Missa tamen Solenni convenit, ut *Pallium* quoque altaris concordet cum colore Paramentorum Missæ, adeoque sit *Violacei* coloris. Gavan. & *Arnaud. ad Tit. 18. Rubric. Miss.* Antequam hæc Typo mandarem, quidam ea legens, quid ipse circa modò Dicta sentiret, his verbis aperuit: *Sæpius cogitavi, antependij discordiam à Casula bene quidem statui, eò quòd supponatur esse Chorus, in quo, dum fit Officium de Octava, utique color*

lor Aræ bene congruit: *si verò sit talis Ecclesia, ubi Chorus non habetur, putarem posse concordare; quis enim hic finis discordiæ?* verùm, cùm nec Gav. nec alij Rubricæ XVIII. *de coloribus Paramentorum* interpretes, neque etiam Directorium Romanum (factum pro universali Ecclesia) nec denique *Directoria* Ecclesiastica *Diœcesana* in Casibus, in quibus discordat *Missa* ab *Officio*, distinguant inter Ecclesias *habentes Chorum*, & inter *non habentes Chorum*, sed absolutè asserant: in ejusmodi Casibus *Colorem Altaris sequi* (*extra Missam solennem*) Officium; *vestium autem, seu Paramentorum Sacerdotalium colorem debere esse* Missæ conformem, nec ego ausim, usque dum aliud *S.* R. C. decernat, prædictam *Antependij* à *Casula &c* discordiam ad solas *Ecclesias habentes Chorum* restringere, idque contra Praxin antiquitus receptam ac observatam in hac nostra Provincia. Et verò si finem habet etiam in Ecclesijs non habentibus Chorum illa Rubrica, quæ præscribit, ut in Dominicis infra Octavas occurrentibus (nisi sint *Dominicæ majores*) color tam *Altaris*, quàm *Paramentorum Sacerdotalium*, discordet à colore, quem alioqui requirit tam *Officium*, quàm *Missa* illius Dominicæ, adeoque conformetur Festo, cujus Octava eo tempore currit, tametsi de Octava illa eo die nec *Officium* dicatur, nec *Missa*, sed de Dominica; finem etiam habere poterit in ijsdem Ecclesijs Rubrica præscribens discordiam *Antependij à Casula &c* pro Casu, ubi saltem *Officium Canonicum* dicitur de *Octava*, esto non etiam de ista dicatur *Missa*, ut nempe hæc Antependium quoad *colorem* cum *Die infra Octavam conformitas* etiam in tali Ecclesia *indicium currentis hìc & nunc Octavæ* utì est in Casu, quò in *minore Dominica*, infra Octavam occurrente adhibetur color *Octavæ*, non autem *Dominicæ* currenti (quæ requirit *viridem*) conveniens, nempe *albus* vel *Ruber*, pro *Qualitate Festi*, cujus Octava celebratur; aut si bona est Ratio in oppositum allata, non apparet, quem finem etiam in Ecclesijs *habentibus Chorum* saltem illorum Altarium, ad quæ Horæ Canonicæ non cantantur, sed tantùm celebratur Missæ, habeat *Antependij* à Casula Discordia; nec etiam, cur pro Missa tantùm solenni in ejusmodi Ecclesijs Pallij Altaris cum colore Paramentorum Missæ requiratur concordia, & non etiam pro *Missis privatis*, quæ ante & post decantatas Horas ad illud Altare dicuntur? Cetè cùm Gavan. & Arnaud. tantùm pro *Missa solenni* requirant Antependij Altaris cum eadem concordiam in tali Casu, supponunt ad quamcunque aliam Missam colorem Altaris discrepare à Colore, qui convenit *Missæ*.

Ad

Ad *Vesperas* hodiernæ Diei quod vinet, si cras occurrat *Dominica* dicentur usque ad Capit. de Octava, at verò à Capitulo de crastina Dominica, cum Commemoratione Octavæ. *Col. Alb.* Si verò currat Octava Corporis Christi, tunc sicut hodiernum *Officium*, & *Missa* fuerunt de Octava Corporis Christi, cum Commemoratione Octavæ S. Joann. ita etiam hodiernæ Vesperæ erunt *regulariter* de eadē Octav. cum Cōmemoratione Octavæ S. Joann. *Col. Alb.*

28. VIGILIA (cum *Jejunio*) *SS. Apostol. Petri & Pauli*, ac Festum S. Leonis II. Pap. & Conf. semid. *Col. Alb.* Si Festum S. Leonis veniat die *infra* Octavam Corporis Christi (uti 1707.) aut ipsa Die Octava Corporis Christi, transfertur id (non tamen *Jejunium* & *Vigilia*) juxta Rubric. post Octavas, hodie autem, nisi sit Dominica, fit *Officium & Missæ primæ* de Octava Corporis Christi cum Commemoratione *Octavæ S. Joannis & Vigiliæ* in *Laudibus*, & *Missis*, nec non cum 9. Lectione de Homil. *Vigiliæ*, & ejusdem Evangelio in fine Miss. uti omnia notantur in Loco. *Col. Alb.* At verò in Ecclesijs Cathedral. & Collegiatis cantantur tunc duæ Missæ convent. una de *Octava* post Tertiam, alia de Vigilia post Nonam, uti notatur in Propr. Sanctor. post Festum S. Leonis, idque, ut populus ad Jejunium excitetur per auditionem Missæ de Jejunio, ut ex Gavant. notat Bauldryus in *Tit. de Fer.* & *Vigil.* In earum Priore dic. *Glor.* & *Cred.* Oratio 2. de Octava S. Joann. 3. *Concede* (si sit dies infra Octavam Corporis Christi; nam in die ipsa Octava 3. oratio non dicitur) sine Commemoratione *Vigiliæ*. Præfat. de Nativitate Domini, & in fin. Evang. S. Joann. *Col. Alb.* In Posteriore nec *Glor.* dic. nec *Credo*, nec fit Commemoratio 2. Octavarum, sed oratio 2. *Concede* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. Præf. Commun. In fine. *Benedicamus*, & Evang. S. Joann. *Col. Viol.* Missæ reliquæ dic. de Octava Corporis Christi cum *Gloria*, *Cred.* & Commemorat. *Octavæ* S. Joann. ac *Vigiliæ*. Præfat. de Nativitate. In fin. *Ite*, ac Evang. de *Vigilia*. Col. Alb. *Rubr. Gen. III. Missal. recogniti. n.* 2.

Si idem hodiernum Festum S. Leonis veniat in Dominica, tunc ubi non habet altiorem Ritum transfertur post Octavam Apostolorum cum mutatione 3. versûs in Hymn. *Iste Confessor &c.* hodiernum verò *Jejunium de præcepto*, unà cum *Vigilia* SS. Petri, & Pauli transfertur, seu anticipatur ad Sabbatum proximè præcedens, nempe diem 27. Junij, in quo *Officium* fit de Octava S. Joannis, cum 9. Lectione de Homilia Vigiliæ Apostolorum, ac Commemoratione ejusdem ad *Laudes* tantùm, sumendo Antiph. & vers. de Feria occurrente ad *Benedictus*, ut in

Psalterio. *Missa* verò Sabbatò illò non fiet de *Octava S. Joannis : sed de Vigilia* Apostolorum (adeoque discordabit ab *Officio*) dicetúrque, utì notatur in Proprio Sanctorum, post Festum S. Leonis, sine *Gloria* & *Credo* cum 2. oratione de Octava S. Joannis, & 3. de B. V. *concede &c.* ùt in Rubricâ Missalis recogniti huic Festo præfixâ, & heri pluribus declaratum, quæ vide, & observa in tali Casu : hodie autem tunc juxta modò cit. Rubric. dic. *Officium & Missa* de Dominica occurrente, cum Commemoratione de Octava S. Joann. *Col. Alb.* Tametsi autem in tali Casu anticipetur *Jejunium*, & *Vigilia* SS. Apostolorum ad Sabbatum hodiernam Dominicam præcedens, non tamen propterea anticipatur Lectio, seu Denuntiatio Vigiliæ in Martyrologio, sed fit eôdem, quô alijs annis, Die, ùt suprà ex Gavant. & Arnaud. monui Die 23. hujus.

Eos, quibus à sede Apostolica est concessum, ut semel, vel pluries singulis Hebdomadibus vel Mensibus possint dicere *Officium & Missam* de certo aliquo Mysterio, aut Sancto (v. g. SS. Sacramento, aut sui Ordinis Patrono &c.) Diebus Festo aliquo duplici, aut Semiduplici non impeditis, non posse id facere vi ejusmodi Indulti in diebus quarumcunque *Vigiliar.* sive extra, sive intra Octav. occurrentium, & sive habeant annexum Jejunium, sive non, constat ex Decreto S. R. C. supra dic. Febr. occasione *Vigiliæ S. Matthiæ* gato.

Quocunque verò alio die hactenus Commemoratis venerit *stum S. Leonis*, fit de eo *Officium Missa* (respectivè ùt in Comm Confess. Pontificis, ac propriò loc cum Commemoratione Octavæ Joann. nec non etiam Vigiliæ in diernis *Laudibus*, ac *Missâ* : dicit que de eadem *Vigilia* etiam 9. Lect in *Officio*, ac ultimum Evangel in *Missis privatis*. Dico : *primo* nam in *Ecclesijs Cathedralibus* & legiatis cantantur juxta Rubrica huic Festo præfixam duæ *Missæ conv tuales*, una de *Festo* post Tertiam cum *Gloria* sine *Credo* (nisi ubi S. Joann Baptista est Patronus ; ibi enim ratione *Patrocinij*, non tantùm Gloria sed etiam *Credo* dicitur per totam Octavam S. Joann.) ac cum Commemoratione de Octava S. Joann. nec non de B. Maria (per orationem *Concede*) tantùm. *Col. Alb.* Altera autem Missa tunc canitur in ejusmodi Ecclesijs de *Vigilia* Apostolorum sine *Gloria & Credo* cum Commemoratione B. Mariæ : *Concede Nos &c.* & 3. oratione : *Ecclesiæ tuæ &c.* vel pro Pap. *DEUS omnium &c.* utì notantur post Dominicam in Alb. *Col. Viol.* In priore dic. In fine *Ite*, in posteriore *Benedicamus* : in utraque verò Præfatio Commun. & ult. Evang. S. Joann. *In Principio erat Verbum &c.* Rubrica cit.

cis præfixa huic Festo, ex cujus Rubricæ 1. parte, utì & ex numero 1. ac 2. Rubricæ Gen. III. ejusdem Missal. rectè colligit Gavantus, si hæc, aut alia similis Vigilia occurrat infra hanc, aut aliam Similem Octavam alicujus Sancti, dicendas quidem esse 2. Missas Conventuales in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis dictò modò tunc, quando in tali Vigilia præter Diem infra Octavam simul occurrit Festum 9. Lectionum, de quo Die illo fit Officium (utì hodie de S. Leone, si non venit in Dominica) non tamen dicendas esse duas Missas conventuales etiam tunc, quando die illa infra Octavam, in quam incidit Vigilia, non simul occurrit Festum 9. Lectionum; tunc enim nequaquam (ùt perperam ponunt quædam Directoria) cantandæ sunt duæ Missæ principales, una de Octava, altera de Vigilia, sed una tantùm, eáque de Vigilia perinde, ac *Missæ privatæ* (quæ postea tunc discordant ab *Officio*, quod est de *Octava*) & in ea 2. oratio dicenda de Octava. 3. de B. Maria, *Concede Nos &c.* ut suprà. Excipitur tamen juxta Rubricam allegatam Gen. III. Missalis recogniti n. 2. *Octava SS. Corporis Christi*, infrà quam si occurrat *Vigilia* (v. g. S. Joannis, aut SS: Petri, & Pauli) in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis etiam tunc cantantur duæ Missæ conventuales, una scil. de *Octava* post Tertiam, alia de *Vigilia* post Nonam, quando die illâ infra Octavam Corporis Christi nullum occurrit Festum 9. Lectionum, perinde ac duæ cantari solent, quando *Vigilia* aliqua (v. g. SS. Petri & Pauli) incidit in ipsam *Diem Octavam* illius, aut alterius Festi, vel in Festum aliquod 9. Lectionum.

Vesperæ hodiernæ dicuntur Ritu duplici 1. Classis de Festo seq. SS. Apostolorum Petri & Pauli cum propriis Antiphonis, & aliis in loco annotatis: Psalmi de Dominica, exceptò ultimò, qui est: *Laudate Dominum omnes Gentes &c.* & non fit in ijs Commemoratio S. Pauli (cùm Oratio sit utrique Communis) nec Festi præcedentis, nisi sit Duplex 1. aut 2. Classis, nec Dominicæ antecedentis, si id cadat in Feriam II. nec denique Octavæ S. Joannis; bene tamen Dominicæ sequentis (si hodie sit Dies Sabbati) utì & Octavæ Corporis Christi, si vel infra Octavam, aut in ipsa Die Octava Corporis Christi occurrat respectivè vel Vigilia, vel Festum SS. Petri & Pauli. *Col. Rub.*

Quòd si alicubi *Patronus loci*, aut *Titularis Ecclesiæ*, inferiores Apostolis, puta Martyres, Confessores, aut ejusmodi concurrant hodie cum Festo seq: SS. Petri & Pauli, horum Festum, tanquam Apostolorum præferri debet, & habere Vesperas integras; tum quia Rubrica XI. n. 2.

hoc clarè præscribit; tum quia inter Suffragia consueta Commemoratio Apostolorum præcedit Commemorationem *Patroni*, seu *Titularis*, nisi hic sit majoris Dignitatis, utì est B. V. ac S. Joann. Baptista; tum quia in Oratione: *à cunctis* id ipsum accidit; tum denique, quia hi 2. Apostoli habentur veluti Patroni universalis Ecclesiæ ex Durand. *L. 7. C. 8. &c.* Unde non solùm in Officio magno primum locum habent in Suffragijs Sanctorum Communibus, sed etiam in Officio parvo B: Mariæ in Commemorationibus consuetis. Ità Arnaud. Tr. 2. P. 1. Tit. 11. n. 3. ubi addit: Quod diximus de *Concurrentia*, idem dicendum de *Occurrentia*; si enim in Die Festo Apostolorum Petri & Pauli occurrat *Patronus Loci*, vel *Titularis Ecclesiæ*, ob easdem Rationes fiet de Apostolis, translatô Festô *Patroni* aut *Titularis*. Vide eumdem ibidem Tit. 12. n. 10. ubi ait: habet integras utrasque Vesp. (*Patronus Loci*, ac *Titularis Ecclesiæ*) nisi concurrat cum Festis Christi Primæ Classis, aut B. V. Assumptæ, aut Dedicationis propriæ Ecclesiæ &c. puto tamen (ut postea subjungit) quòd in concursu cum SS. Apostolis Petro & Paulo eis cedit *Patronus*, utpote dignioribus, ob rationes Tit. præced. allatas. Ita ille.

29. SS. Petri, & Pauli Apost. Dupl. 1. Classis habens Octavam. *Col. Rub.* Offic. ùt in Communi Apostolor. & propr. locô, sine Commemoratione Octavæ S. Joann. etiam in propr. Ecclesia, cum Commemoratione tamen Dominicæ in utraque Vesperis, ac Laudibus, & 9. lectione de Homilia ejusdem Dominicæ (sed priùs ex ea, quæ aliogn est nona, & ex *Octava* faciendo *nam*) quando incidit in Dominicam: cum Commemoratione Octavæ Corporis Christi, si in illam, aut in illa hodiernum Festum occurrat.

Missa propr. cum *Gloria*, *Credo*, & Oratione unica, nisi vel in *Dominica* (tunc enim de ista fienda est Commemoratio, ac in fine Missæ de eadem Dominica legendum Evangelium) aut *infra Octavam*, vel in Octava Corporis Christi: nam & hujus facienda est tam in *Officio*, quàm in *Missa*, de quocunque Festo dicantur, Commemoratio. Præfatio de Apostolis. *Col. Rub.*

Vesperæ, ubi non est faciendum crastinum Officium de S. Paulo in in propria illius Ecclesia, dicuntur hodie quoad *Antiphonas* & *Psalmos* Hilarum, ùt in Communi Apostolorum in II. Vesperis: Capitulum verò, Hymnus, & Oratio, ùt heri in I. Vesperis: Versus: *Annuntiaverunt Opera DEI*, ut in cit. Communi. Antiphona *ad Magnificat* propria: *Hodie Simon Petrus &c.* & non fit Commemoratio S. Pauli, ob rationem hanc datam, nec Octavæ S. Joannis, bene tamen

tamen Octavæ Corporis Christi (si infra Ejus Octavam, aut in ipsa Die illius Octava occurrat hodiernum Festum) uti & Dominicæ, quando hodie, aut cras occurrit Dominica. Ubi verò crastinum Officium fit de S. Paulo in Propria hujus Ecclesia, ibi hodiernæ Vesperæ dicuntur de illo sub Ritu duplici 1. Classis, uti notatur in Breviar. ante Diem 30. Junij, cum Commemoratione de S. Petro ut ibi, & post hanc Octavæ Corporis Christi, si hæc aut hodie, aut cras occurrat, non tamen Octavæ S. Joann. uti nec Dominicæ hodie occurrentis, bene tamen Dominicæ in crastinum subsequentis, ac pariter post Commemorationem de S. Petro.

Si Commemoratio S. Pauli incidat in Diem Octavam Corporis Christi (uti annô 1707.) tunc licèt illa per Rubric. Breviar. extra propriam Ecclesiam transferatur in 1. Diem infra Octavam, Dominicâ aliquâ, vel Festô 9. Lectionum non impeditam, in propria tamen Ecclesia non transfertur, adeoque hodiernæ Vesperæ adhuc ibi dicuntur de S. Paulo modô antè declarab; de Die Octava verò Corporis Christi fit hodie, & cras solummodo Commemoratio post Commemorationem de S. Petro. *Col. Rub.*

Si in hodierno Festo SS. Apost. Petri & Pauli occurrat *Patronus Loci*, vel *Titularis Ecclesiæ*, ipsis inferior, tunc ob Rationes heri indicatas fiet Officium cum Missa *de SS. Apostolis*, translatô Festô *Patroni*, aut *Titularis*. Gavant. & Arnaud. ad Tit. *de concurr. Offic.* at

Quæres: quid agendum, quando *Festum SS. Apostolorum Petri & Pauli* occurrit alicubi in Dominica, quâ eô in locô celebratur *Festum* anniversarium *Dedicationis Ecclesiæ*, an scil. hoc, an illud in tali Casu sit transferendum? Respondet P. Gobat in Exper. Theol. Tr. 3. n. 696. appen. 3. lit. f. & g. Festum SS. Apostolorum Petri, & Pauli (idem est de S. Joanne Bapt.) haud dubiè cedere debere *Diei Dedicationis*: etsi enim tam *illorum*, quàm hujus Festum sit 1. Classis, Dedicatio est *dignior*, ut ex Rubricis Breviarij post Tabellam occurrentiæ, & concurrentiæ Offic. liquet: utrobique enim exprimitur, posse, imò debere infra Octavam Epiph. dici Officium, aut fieri Comem. de *Dedicatione*, tunc *occurrente*, aut *concurrente*; cùm tamen id non permittatur de Sanctis, nisi *Titularibus*; licèt autem Rubricæ locis cit. videantur Festum *Patroni* seu *Titularis* præferre *Diei Dedicationis*, quandoquidem illud nominant ante hoc; quia tamen (ut S. Thomas ex Communi apud Gavant. *Tom. 2. S. 3. C. 8. n. 7.* docet) majus est Festum *Dedicationis Ecclesiæ*, quàm tantùm alicujus *Sancti*, adeoque præferendum

dum *Patrocinio*, ideo data Resolutio etiam ibi procedit, ubi SS. Petrus, & Paulus sunt *Titulares*, *vel Patroni*. Ad rationem in contrarium respondet cit. Gobat. At petes: in quem Diem sit transferendum Festum Apostolorum in dato Casu? respondet rursum cit. Gob. lit. h. & I. non esse transferendum in Diem immediatè sequentem, Commemoratione S. Pauli suô Locô motâ (ut olim Nonnemini videbatur) sed clarâ Regulâ, ac Rubricâ Breviarij standum de Festis, quæ proprio Die nequeant aliquando celebrari, nonnisi in Diem Officio 9. Lectionum non impeditum transferendis. Rationem in contrarium solvit cit. Gobat. cujus utique Resolutioni adhærere licebit, usque dum forsan aliud decernat S. R. C. Non enim deest, qui circa prædicta in quodam manuscripto aliter sentiat, ità scribens: *Videtur, attendendo Causam, cur Commemoratio S. Pauli specialitèr celebretur, priùs celebrandum de utroque: adde, quòd dicatur Commemoratio, quasi aliquid alterum Subsequens: aliud esset, si foret Titulus; tunc enim Nomen Festi sortiretur per Gavant. hic.*

30. Commemoratio S. Pauli Apost. Duplex. *Col. Rub.* Offic. in Ecclesia universali dic. ùt in Communi Apostolor. & propr. loco. In *Laudibus* fit Commemoratio S. Petri Apost. (ùt ibi) ac postea Octavæ Nativ. S. Joann. Bapt. ante hanc verò *Dominicæ* occurrentis, si incidat in Dominicam: de qua etiam tunc dic. 9. Lectio in *Officio*, & ultimum Evangelium in Missa, in qua pariter de eadem Dominica fit Commemor etiam in Ecclesia propria.

Missa in Ecclesia universali similiter dicitur, utì notatur in Propr. Sanctorum hac Die, cum *Gloria & Credo*. Orat. 2. de S. Petro ùt ibi. 3. de Octava Nativit. S. Joann. Baptistæ, nisì hodie occurrat Dominica; tunc enim 3. Orat. esse debet de Dominica, & 4. de Octava S. Joann. Baptist. Præfat. de Apost. in fine Evang. S. Joann. nisì occurrat Dominica; nam hac occurrente ut Evangel. erit de Dominica. *Col. Rub.* Si Commemoratio S. Pauli veniat infra Octavam Corporis Christi, tunc ante Commemorationem de Octava S. Joann. fit etiam Commemoratio de Octava Corporis Christi, tam in *Missa*, quàm in *Officio*. Atque hôc modô hactenus declarato fit *Officium*, & *Missa hodierna* in Ecclesia universali, seu ibi, ubi S. Paulus non est *Patronus*, seu *Titularis Ecclesiæ*: at verò in propria ipsius Ecclesia dicitur Officium & Missa hodie de Commemoratione S. Pauli sub Ritu duplici 1. Classis sine Commemoratione de Octava S. Joann. Baptistæ, cum Commemoratione tamen Dominicæ (si in Dominicam incidat) tam in *Officio*, quàm in *Missa*, nec non cum 9. Lectione de eadem

dem in Officio, ac ultimo ejus Evangelio *in Missa*. Similiter etiam in propria Ecclesia fit tam in *Officio*, quàm *in Missa* Commemoratio de Octava Corporis Christi, si sæpiùs dicta Commemoratio S. Pauli veniat infra illam Octavam. *Col. Rub.*

Quòd si eadem COMMEMORATIO S. PAULI veniat in ipsa *Die Octava* Corporis Christi, tunc extra propriam Ecclesiam transfertur Commemoratio S. Pauli in primam Diem infra Octav. Apostolorum, Dominicâ, aut Festo 9. Lectionum, non impeditam, hodie autem fit tunc *Officium*, & *Missa* extra propriam Ecclesiam de die Octava Corporis Christi, sub Ritu Duplici, cum Commemorat. utrobique Octavæ S. Joannis Baptistæ, & post hanc etiam Octavæ Apostolorum, pro qua in *Laudibus* Antiphona: *Glorioſi* &c. vers. *In omnem Terram*: orat: DEUS, *qui hodiernam &c.* sine Commemoratione alia speciali de S. Petro, aut Paulo [cùm Commemoratio prædicta utrique sit Communis] in 2. Vesperis verò (dicendis de eadem Die Octava Corporis Christi, cum prima Commemoratione Diei Octavæ S. Joann. Bapt. ùt in 1. Vesperis Festi) Antiphona pro Commemoratione 2. de Octava eorundem Apostol. est *Petrus Apostol. &c.* vers. *Constituens*: Oratio eadem, quæ in Laudibus: DEUS, *qui hodiernam &c.* prout dicuntur infra Octavam eorundem, ac notantur ante Diem 3. Julij, *Col. Alb.*

At verò *in propria Ecclesia* (h. e. ibi, ubi S. Paulus est *Patronus Ecclesiæ*) Commemoratio *S.* Pauli, utpote *Titulus*, seu *Patrocinium Templi*, ac *Duplex* 1. *Classis*, juxta herì jam insinuata non transfertur, sed ibi totum Officium à 1. Vesperis usque ad secundas inclusivè fit Ritu Duplici 1. Classis (idem est de Missa) ut suprà, cum Commemoratione solius S. Petri, & diei Octavæ Corporis Christi in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, omissâ Commemoratione de Octava *S.* Joann. Bapt. præterquàm in 2. Vesperis, quæ licèt in Ecclesia S. Pauli integræ dicantur de S. Paulo, ùt in 2. Vesperis in Communi Apostolorum, ac Proprio loco, cum Commemoratione de S. Petro, & postea primum de Octava *SS.* Corporis Christi, fit tamen in ijs post Commemorationem de *Die Octava* Corporis Christi, etiam Commemoratio de *Die Octava Nativitat. S. Joann.* ut in 1. Vesperis Festi. Quæ omnia constant tum ex propriis huic Festo Rubricis, tum etiam ex Rubr. Gen. X. & XI. à Gavant. Tom. 2. *S.* 7. C. 8. Die 30. Jun. deducuntur. *Col. Rub.*

Extra propriam Ecclesiam S. Pauli, nisi cras occurrat Dies Octava Corporis Christi, dicuntur hodiernæ Vesperæ usque ad Capitulum tam quoad *Antiphonas*, quàm *Psalmos*, sicut

sicut in Communi Apostolorum in II. eorum Vesperis; at verò à Capitulo fit de Die Octava S. Joann. Bapt. ùt in 1. Vesperis Festi, cum Commemoratione SS. Apostolorum Petri & Pauli, per Antiphonam: *Petrus Apostolus &c.* Versum *constitues eos &c.* ac Orationem: *DEUS, qui hodiernam Diem &c.* utrique Communes, ùt ibi: quòd si hodie sit Sabbatum, fieri etiam debet Commemoratio de crastina Dominica, attamen post Commemorationem de SS. Apostolis, non autem ante, ùt rectè contra quemdam hîc monet Gavantus; quia hæ 2. Vesperæ sunt duplices, atque adeo Nobiliores Dominicâ: & sic anno 1703. exactè observatum fuit ab Auctore Directorij Romani. *Col. Alb.*

Dixi autem: *Nisì cras occurrat Dies Octava Corporis Christi*: Nam, quando Dies Octava Corporis Christi, & Dies Octava Nativitatis S. Joann. Bapt. occurrunt eodem Die (quod tunc fit, quando Festum Corporis Christi, & Festum Nativitatis S. Joann. incidunt in eundem Diem) tunc juxta Rubr. Gen. Brev. X. n. 1. hodiernæ Vesperæ integræ dicuntur *de Die Octava Corporis Christi*: Dies autem Octava Nativitatis S. Joannis simul occurrens, tunc non transfertur, utut ipsum Festum fuerit translatum (cùm juxta Commun. Regul. ibidem *n.* 2. & Rubr. post Tabellam Occurrentiæ extantem *Dies Octavæ* nunquam transferatur) sed [illegible] xta modò allegatam Regulam [illegible] Die Octava S. Joannis annô [illegible] hodiernis Vesperis solummodo [illegible] memoratio, ùt in 1. Vesperis [illegible] ac postea etiam de Apostolis, [illegible] prà. *Col. Alb.* Et hæc de *Officio*, [illegible] *Missa* hodiernæ Diei: circa quam [illegible] men duo etiamnum restant [illegible] bia.

Primum dubium est: cujus Cla[illegible] sis sit *Commemoratio* S. Pauli? Respon[illegible] det hîc Gavantus: non esse 1. Cla[illegible] sis, nisì ubi est *Patronus*, vel *Titu*[illegible] neque etiam 2. Classis, quia [illegible] tit in Laudibus Commemoratio[illegible] de Octava S. Joannis; non esse [illegible] terea *Duplex Majus*; quia non hab[illegible] integras utrasque Vesperas; non [illegible] se denique *Duplex minus*; quia Apostoli Festum est secundarium: *est* [illegible] (inquit) *unicæ Class.*, *& unico* debe[illegible] unica *Paulo*, *ideoque* COMMEM[illegible] *minatur*, *non Festum.* Ità Gavan[illegible] cujus tamen *Discursus* Nonnemini [illegible] *deò solidus* (ut loquitur in Manuscripto) *non videtur*, jubetq; pensare [illegible] *Rationes*, ac pergit. *Estne mirum*, [illegible] *non habeat utrasque Vesperas integ*[illegible] *concursu* 1. *Classis*? Estne Ratio, *quòd ideo non possit esse duplex* [illegible] *quia Apostoli Festum est secundarium*? *quid hoc nomine intelligit*? Quærit de[illegible] *An*, *si concurrat Duplex Commune* [illegible] *Commemorat. S. Pauli*, *item*, *si* [illegible] *Dupl. an totæ Vesperæ dandæ tum* 1. [illegible] *S. Paulo? videtur sanè absolutè hoc vellet*[illegible]

bra specialis, dum ait: Et totum Officium fit ut in propria Ecclesia. *Dein ut hoc ipso capite translationis tandem ferenda decidendum est, cujus Ordinis sit; & inde colligi crederem, quod solùm a-lijs translatis, v. g. S. Barnabæ, sit præferendum; quia illud*: primo Die *in Rubrica speciali sic specialem vim haberet contra alia translata.* Hæc ille; an verò ea satis enerventtum hujus, tum etiam sequentis (quod pariter tangunt) Dubij Resolutionem, id equidem Lectoris æqui Judicio decidendum relinquo. Itaque

Secundum Dubium movetur occasione Rubricæ, hodiernæ Diei à Breviario Romano præfixæ, in qua dicitur: *Si Commemoratio S. Pauli veniat in Die Octava Corporis Christi* (prout contigit 1707.) *extra propriam Ecclesiam transferendam esse Commemorationem S. Pauli in primam Diem infra Octavam Apostolorum, Dominicâ, vel Festo 9. Lectionum non impeditam*: cùm autem alicubi contingat, ut dies omnes infra eam Octavam vel Dominicâ, vel Festo aliquo 9. Lectionum seu occurrente, seu saltem *translato antiquiore* sint impediti, oritur jam dubium, an Commemoratio S. Pauli, in die Octava Corporis Christi occurrens, etiam in tali loco sit celebranda Die 4. aut 5. Julij, hoc est, Die 6. aut 7. infra Octavam Apostolorum, an verò ulteriùs transferenda in Diem aliam dictò modò non impeditam post Octavam? prius suadere, imò exigere videtur Rubrica modò allegata, diserte mandans, ut in ejusmodi Casu Commemoratio S. Pauli transferatur in primam Diem *infra Octavam Apostolorum Dominicâ, vel Festo non impeditam*: ne enim frustranea sit hæc Rubrica, plus sanè præcipere debet, quàm generalis illa Regula, quæ præcipit, ut Festum suâ propriâ Die impeditum transferatur in proximam Diem non impeditam Festo 9. Lectionum, seu *occurrente*, seu priùs *translato*: atqui si Commemoratio S. Pauli cedere debet Festis duplicibus etiam priùs translatis, Rubrica hæc sensum alium non habebit, quàm qui à Regula generali comprehenditur, ut scil. ea transferatur in 1. Diem non impeditam. Deindè non additur frustra in eadem Rubrica: *In 1. Diem infra Octavam*: si autem æquè cedat infra Octavam Duplicibus antè translatis, quàm post Octavam, voces illæ prorsus frustraneæ sunt: per se enim celebranda est infra Octavam, si nulla antiquiora adsint Duplicia translata. Accedit, quòd videatur absurdum, ut totâ Octavâ fiat de aliquo Sancto, de quo per totam Octavam nunquam principaliter celebratum fuisset Festum: hoc autem fieret in S. Paulo, de quo principaliter fit in Commemoratione ejusdem: ergo ad vitandum tam hoc, quàm prius absurdum, Commemoratio S. Pauli præferenda erit

alijs translatis Duplicibus, in Casu saltem, quô etiam ipsa transfertur. Ità ingeniosè ratiocinabatur celebris quidam Rubricista meum super hoc dubio Sensum exquirere dignatus 15. Junij. 1707. quô alicubi nec *Festum S. Barnabæ* duplex majus, nec *Festum S. Viti* duplex Diœcesanum (utrumque antiquius translatum, quàm Commemoratio S. Pauli) poterat alicubi ante Diem 5. Jul. celebrari.

Responsioni tunc datæ inhærendo, censeo Ego, etiam in tali Casu, ac loco observandam esse Regulam, seu Rubric. Gen. X. Breviarij, quæ *n.* 7. ità disponit: *Si plura Festa* 9. *Lectionum transferenda sint, priùs transferatur Duplex, & inter plura duplicia quod est magis solemne semper priùs transferatur, & priùs celebretur, alioquin, si sint æqualia, unum ante aliud transferatur eô ordine, quô erant celebranda in propriis Diebus*, id est (inquit hîc Gav) si *æqualis* sint *Ritûs, fiat prius de eo, quod erat priùs in Calend. celebrandum*: id quod etiam tunc observandum est ex Decreto S. R. C. de anno 1696. 22. Decembr. quando inter Festa translata æqualis Ritûs est unum, quod immediatè præcedit illum Diem, quô rursum fieri potest de Festo aliquo translato, ità ut etiam tunc priùs faciendum sit de Festo translato anteriore æqualis Ritus, quàm de seriùs translato, ità tamen, ut quoad *Festa semiduplicia* occurrentia *in Dominicis infra Octav.* servetur id, quod eadem Rubrica Gen. X. de transl. Festor. n. 5. prescribit, ùt S. R. C. in modò allegato Decreto declaravit, Teste Fr. Monacelli *P.* 2. *Formular Legal.* pro *Tit.* 13. *pag.* 67. *n.* 21. factô ab eadem ad removendum eorum Errorem, qui Sensum Genuinum supra dictæ Rubricæ Gen. X. non satis assequentes, existimârunt, quòd *universaliter*, ac etiam extra Casum *quô semid. incidit in Dominicam infra Octavam*, de Festo translato sit hodiendum Officium Die *immediate sequenti*, si ea Festô aliquô *occurrente* non sit impedita, non obstante Festô aliô priùs translatô æqualis Ritûs etiamnum superstite, eô nixi fundamentô, quòd Festum, quod uno tantùm Die transfertur, censeatur suo Die fieri; quia in ipso Die in quem incidit, si sequens non sit impedita, adhuc potest habere primas Vesperas, vel Commemorationem: sed nullum hoc esse fundamentum (exceptô Casu, quô jam dicta, & alibi dicenda *Semiduplex incidit in Dominicam infra Octavam*, &c. non aliô, Die 25. Mart. relatô) extendunt Gavant. *Tom.* 2. *S.* 3. *C.* 10. *n.* 7. Guyet. *Heortol. l.* 4. *C.* 7. Bissus *de Sacr. Ritib. lit. O. n.* 127. §. 4. vide dicenda infrà Tit. de Translat. Festorum. Ad primam Rationem in contrarium Respondeo, eô ipsô, quòd dicat Rubrica, in dato Casu

Com-

Commemorationem S. Pauli extra propriam ejus Ecclesiam esse transferendam in diem primam infra Octavam, Dominicâ, vel Festô non impeditam, insinuari, si omnes sint impediti aliquô Festô (sive *occurrente*, sive *translato*, cùm Rubrica non distinguat) transferendam omnino eam esse post Octavam: tamen autem de hoc jam satis superque disposuisse videatur Rubr. Gener. in Tit. de translat. Festorum, ac proinde quoad hoc minimè opus esse Rubricâ insuper aliâ Speciali; nec tamen absurda, nec Supervacanea est Specialis illius Rubricæ (dei 30. Jun. præfixæ) Dispositio; tum, quia novum non est, ea in propriis locis repetere, quæ in Rubricis Generalibus Breviarij, vel Missal. jam antecedenter, & quidem sufficientissimè leguntur expressa, id, quod innummeris Exemplis doceri posset; tum quia partim ratione *Sancti*, de quo alioquin est hodiernum Officium, partim ratione *Octavæ*, infra quam occurrit, haud immeritò poterat dubitari, an non in Casu, quô, ob occurrentem Diem Octavam Corporis Christi, Commemoratio S. Pauli proprio suo die celebrari non potest, celebranda illa sit, suô quôdam privilegiô, vel die immediatè sequenti (nempe in die Octava S. Joann.) faciendo de hac solummodo Commemorationem in *Officio*, & *Missa*, prout fieri debet, quando in diem illius Octavâ incidit dies Octava Corp. Christi, aut in diem Octavam Dedicationis Templi alicubi Dominicâ 1. Octobris incidit Festum Rosarij, de quo Gavant. *Tom.* 2. *S.* 7. *C.* 12. & Bauldryus *P.* 4. C. 17? Vel primùm post totam Apostoli utriusque Octavam? Ad tollendum igitur rationabile hoc dubium præfixa est diei trigesimæ Junij Rubrica illa, *tria* nos edocens circa Casum, quô Commemoratio S. Pauli incidit in diem Octavam Corporis Christi. 1. est, eam in tali Casu non esse penitùs omittendam, sed transferri posse in aliam diem. 2. Non esse de ea faciendum Officium die immediatè sequenti, nempe in Octava S. Joann. non obstante, quòd, si ulteriùs transferatur, fiat in Offic. & Miss. de Octava S. Pauli Commemoratio (Ipsi, & S. Petro Communis) quatuor diebus antè, quàm celebretur ejus Festum, quod paradoxum, aut forsan etiam absurdum alicui prima fronte videri queat, non tamen absurdum esse advertit Gavantus Tom. 2. S. 7. C. 8. circa fin. 3. Posse etiam transferri in diem aliquam infra illam Octavam, nullâ Dominicâ, vel Festô impeditam, non obstante, quòd ipsum Officium Octavæ perinde jam sit de ipso, ac est de S. Petro. Ratio ulterior specialem Rubricam Commemorationi S. Pauli præfigendi potest insuper esse 1. quòd meritò dubitari

potuisset, an separanda essent hæc duo Festa, cùm aliàs nulla Dominica, nulla Octava separet commemorationem S. Pauli, quando per annum fit de S. Petro, & vicissim. 2. Quia specialem Dispositionem requirit Festum, quod Classem inter duplicia nominatam non habet. Atque ex his patet etiamResponsio ad 2. Rationem in contrarium, quòd scil. allegata Rubricæ Verba non sint frustranea, nec etiam supervacanea ejusd. Rubr. fit Dispositio. Præterea, quòd in ejusd. Rubr. dispositione signatè addantur hæc verba: *infra Octavam*, id etiam eò fit, quia quando Rubricæ (utpote principaliter factæ Pro Regulandis Officijs Calendarij Ecclesiæ universalis) aliquid statuendo non faciunt mentionem aliquam, exceptionémve *Propriæ*, aut *Particularis Ecclesiæ*, earum Dispositio facta censeri debet pro *Occurrentijs*, aut *Concurrentijs* Festorum, prout eæ contingunt in *Ecclesia universali*, non autem in *Ecclesia* aliqua duntaxat *particulari*: ac *per accidens*: cùm ergo Dies 6. & 7. infraOctav. Apost. (id est dies 4. & 5. Julij) in dato Casu non sit impedita aliquâ Dominicâ, aut Festò respectu Ecclesiæ universalis, ideo Rubrica in diem infra Octavam dictò modò respectu Ecclesiæ universalis non impeditam jussit eâ transferri. Id quod confirmari etiam potest à Pari: Per leges Rubr. dici 2. Nov. præfixæ, si dies 1. post Fest. omnium Sanctorum fuerit Dominica, debet Officium Defunctorum alioquí die illa recitandum, ex Decreto Urbani VI. transferri in sequentem Feriam II. adeoque in diem 3. Novembris, & tamen dies illa Lunæ, seu 3. Novembris alicubi sit impedita Festo aliquo *Præcepto*, hoc est, *in foro celebri* (sic enim per *Festum de Præcepto* hôc locô intelligitur) Officium Defunctorum in ejusmodi loco transferri debet unà cum Missis in diem 4. Novemb. non obstante Festò 9. Lectionum (quale in Ecclesia universali est S. Carolus) Die illâ occurrens, uti videre est apud Gavant. *Sect.* 5. *C.* 13. *ad diem* 3. *Novembr.* ubi ea quæ dixi, traduntur etiam postquam Festum S. Caroli Borrom. donatum est Ritu duplici de præcepto ab Alexandro VII. uti constat ex recentiori Editione Gavanti cit. c. 13. ad diem 4. Novembr. die autem 3. Novembris per *Festum de præcepto* (ut consideranti patebit) intelligit Festum habens annexam obligationem, seu *Præceptum audiendi Missam & abstinendi ab opere servili*, adeoque *Festum fori*, non autem *solius Chori*, aut prout opponitur *Festo ad Libitum*: familiare namque est Scriptoribus Italis, usitatâ etiam ipsi Curiæ Romanæ phrasi, ea Festa, quæ nos in Germania vocamus *Festa fori* appellare *Festa de Præcepto*, ob annexum illis Præceptum audiendi Missam, &

gracandi ab opere servili, ut notat etiam P. Gob. Tom. 1. P. 1. Tr. 3. n. 654. &c. Sicut ergo

Rubrica Brev. asserens generaliter, transferendum esse Officium Defunctorum in diem 3. Novembr. si horum Commemoratio occurrat in Dominica, intelligenda est de taliter facienda translatione *in Ecclesia universali*, non autem in *hac*, aut *alia particulari Ecclesia*, pro cujus à Communi Regula exceptione (quando Die 3. Novembr. occurrit *Festum* seri) eadem pugnat ratio, quæ pro *Dominica*, ità pari modo se res habet in nostro Casu. Et verò si mens esset Ecclesiæ per sæpius allegatam Rubricam statuere, ut Commemoratio S. Pauli, quando proprio suo die celebrari non potest, nonnisi *Die aliquo infra Octavam* etiam tunc celebretur, quando omnes illi dies aut *aliquâ Dominicâ*, aut *Festô aliquô* 9. Lectionum (seu *occurrente*, seu *translato*) sunt impediti, non modò id clarius exprimere, sed etiam monere debuisset de Festo alio (seu *occurrente*, seu *translatô*, alioqui tunc celebrandô) in aliam diem in ejusmodi Casu transferendo, prout exprimit, ac monet, quando Septuagesima venit in prima Dominica post Octavam Epiphaniæ, in Rubr. tam Breviarij, quàm Missalis, quamvis illa præfigitur Dominicæ I. post Epiphaniam, hæc verò Dominicæ II. post eandem Epiph.

Ad ultimum, quod additur Respondeo cum Gavanto S. 7. circ. C. 8. ante finem, Negando assumptum; quia Festum S. Pauli celebrari jam cœptum est cum Festo ipsius S. Petri, cum quo etiam communem habet in *Officio* & *Missa*, utrique collectam, seu Orationem, esto, sine proprijs S. Pauli in Laudibus *Antiphonis*, *Lectionibus*, & *Responsorijs*, tunc fuerit celebratum: quia tamen illæ non omnino sunt tacendæ, ideo, quando *Officium*, & *Missa* de Commemoratione S. Pauli dici suo die non possunt, rectè in diem aliam non impeditam (sive *intra*, sive *extra* Octavam) eæ transferuntur.

Sententiæ hactenus à me propugnatæ videntur etiam suffragari Bauldry, & Arnaudus in Epit. Tr. 2. P. 4. Tit. 29. die 30. Jun. ubi ait: Si ob occurrentem diem Octavam Corporis Christi transferatur Commemoratio S. Pauli *in diem 4. Julij*, aut *in aliam, non impeditam Festô 9. Lectionum*, totum Officium à primis Vesperis usque ad secundas inclusivè fieri debere, ex Decreto Breviarij ultimò recogniti, uti in *propria Ecclesia* (omissa tamen Commemoratione Octavæ S. Joann.) die illa, in quam ea transfertur: an autem dies illa, in quam transfertur, sit una ex illis, quæ veniunt infra Octavam, an verò ex ijs, quæ occurrunt post Octavam, uterque præscindit, & tan-

tantùm requirunt, ut non sit una ex impeditis Festô 9. Lectionum.

At Dices: per hoc quòd juxta Rubr. X. Gen. & hactenus dicta, si plura Festa 9. Lectionum transferenda sint, priùs transferri debeat Duplex, quàm Semiduplex, & inter plura Duplicia id, quod magis est solenne &c, nondum satis responsum esse ad præsens Dubium, ac Quæsitum, in eo versans: An Commemoratio S. Pauli in Casu, quo transferri debet, præferenda sit alijs Festis jam priùs translatis, adeoque aequ paranda sit Duplicibus majoribus an verò minoribus? R. Cùm Commemoratio S. Pauli in 2. suis Vesperis concurrens cum duplici mi re (Die nempe Octava Nativit. Joann. Baptistæ) cum hoc divi Vesperas, sufficienter colligi, ea quoad hoc æquiparari *Duplicibus* lummodo *minoribus*, atque adeo jus Translationem regulandam juxta Rubric. X. sæpius allegat de Translat. Fest. n. 7.

TITULUS VII.

Singularia Festorum Mensis Julij, qui habet dies XXXI.

1. Dies Octava Nativit. S. Joann. Bapt. Duplex min. *Col. Alb.* Officium (nisi hodie occurrat dies Octava Corporis Christi, aut alicubi Festum altioris Ritus v.g. Dedicatio Ecclesiæ) dic. in *Die Octava* S. Joann. ùt in Festo, exceptis Lectionibus, quæ in I. Noct. dicuntur de Script. occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Libri Regum nondum positum, uti contigit 1704. quô Directorium Rom. hac Nocte posuit *Initium Libri* 3. *Regum* ex Dominica 7. post Pentecost. quâ ob occurrens in ea Festum SS. Petri, & Pauli poni eô annô, negaverat. In II. Nocturno leguntur, prout notantur in propr. loco. In III. Noct. dicuntur, ùt in die Festi, nisi illæ, quæ alioqui *Secundâ*, aut *quartâ* die infra Octavam legendi erant ex S. Ambrosio, ob occurrentem in alterutra illarum Dominicam, aut Festum loci particularis, legi nequiverint: tunc enim in die Octavæ S. Joannis (si hodie fiat de ea) in III. Noct. legi poterunt ad vanitatem, & ad libitum ex eodem S. Ambrosio illæ, quæ ob dictam Causam nondum sunt lectæ alterutrâ illarum.

Dierum

Verum, ut hîc monet Gavantus, & Arnaudus, & est conforme Rubricis Octavarij Romani *Tit. 26. de Officiis in fine.* In *Laud.* fit Commemorat. Octavæ SS. Petri, & Pauli per Antiph: *Glorioſi Princeps Terræ &c.* ac Verſ. *In omnem Terram &c.* Oratio (DEUS, *qui &c.*) utì in eorum Feſto. Quòd ſi dies Octava S. Joann. incidat in *Dominicam*, fit etiam de illa, & quidem ante Commemorationem de Apoſtolis, in utrisque *Veſperis, Laudibus*, ac *Miſſa* Commemoratio, cum 9. de Homil. ejusdem Dominicæ Lectione in *Officio*, ac ult. de eadem Dominicâ Evangelio in *Miſſa*; quæ dicitur, utì in Feſto, tamen cum Commemoratione SS. Apoſtolorum ex Miſſa Feſti, nec non cum *Credo* (non tantùm ob Dominicam, ſed etiam ob occurrentem Octavam SS. Apoſtolorum) ac Præfatione de Apoſtolis. *Col. Alb.*

§ *in diem Octavam S. Joann.* incidat *dies Octava Corporis Chriſti*, *Officium*, & *Miſſa* dicuntur de hac poſteriore, utpote privilegiata contra quodcunque Feſtum hodie occurrens (niſi illud ſit Duplex 1. Claſſis, utì cum Gavant. & aliis notat Bauldry *P. 4. cap. 16. a. 1. n. 4.*) & contra *Diem* quamcunque aliam *Octavam*: ſit tamen de Octava S. Joann. in ejusmodi utriusque Octavæ Occurrentiâ Commemoratio in utrisque Veſperis, Laudibus, ac Miſſa. Idem eſt, ſi hodie, aut alia ſimili *Die Octava* alicubi occurrat Feſtum 1. aut 2. Claſſis, v. g. *Dedicatio* propr. Eccleſiæ: nam & tunc fit dictô modô Commemoratio de die Octava S. Joann. hodie occurrente, nec non de die Dominica, ſi ſimul in tali Feſt. 1. aut 2. Claſſ. ea occurrat, utì juxta pòſt dicenda aliquando contingit Oeniponti, ubi celebratur Feſtum Dedicationis, quando dies Octava S. Joann. venit in Dominicâ. De Octava quoque currente SS. Apoſt. Petri & Pauli fit ſimiliter Commemoratio, ſi in eam incidat dies Octava Corporis Chriſti, non tamen fit de ea Commemoratio, ſi in hanc diem incidat alicubi Feſtum 1. aut 2. Claſſis. Unde Oeniponti in dicto Caſu, quô *Feſtum Dedicationis* incidit in *Dominicam* hac die occurrentem in tali Feſti 1. Veſperis, Laudibus, ac Miſſa fit Commemoratio ſolius Octavæ S. Joann. & Dominicæ, cum 9. Lectione, & ult. Evangel. de eadem Dominica: in 2. verò Veſperis fit ibi Commemoratio Viſitationis, diei Octavæ S. Joann. & Dominicæ tantùm, ac proin de Apoſtolis nihil dicitur ibi, niſi præfatio in Miſſa.

Si occurrat hodie *Dies Octava Corporis Chriſti*, etiam *Veſperæ* hodiernæ integræ dicuntur de die ejus Octava; de ſequenti autem *Feſto Viſitationis* B. M. V. fit tantùm Commemoratio, ubi illa celebratur tantùm ſub *Ritu duplici majore*; nam ubi ea eſt *Titulus*, ſeu *Patrocinium Templi* (u-

tì est in Parthenone Regio Halensi, ac Virginum Ursulinar. hîc Oeniponti) ibi Vesperæ sunt de sequenti, de Octava autem Corporis Christi fit ibi solummodo Commemoratio, ut in 2. Vesperis Festi, & quidem de hac sola, id est, sine Commemoratione de die Octava S. Joan. ac sine Commemoratione de Apostolis, nec non de SS. Processo, & Martiniano MM. de quibus omnibus alioquin in hodiernis Vesperis fieri debet Commemoratio. Constant modò, & paulò antè dicta ex Tabella *Occurrentiæ*, & *Concurrentiæ*, notandóque utrique subscripto, utì & ex Rubrica Gen. X. ac XI.

Extra utrumque verò prædictum Casum dicuntur hodiernæ Vesperæ de Visitatione B.M.V. sub Ritu duplici majore, ùt in Officio ejus parvo, ac propr. locô, ubi Antiph. ad Vesperas *Exurgens Maria* cum reliquis de Laudibus, fitque Commemoratio de Octava S. Joannis Baptistæ, ùt in 2. Vesperis Festi; deinde verò de Dominica occurrente, vel concurrente (si quæ hodie, vel cras occurrat) postea de Octava SS. Apostolorum per Antiph. *Petrus Apostolus &c.*; Vers. *constitues eos*: orat. DEUS, *qui hodiernam*, ùt in Festo: ac denique de SS. MM. Processo, & Martiniano, ùt ibi. Præterea ibi, ubi *Vesperæ* seu hodiernæ, seu crastinæ cantantur *solenniter*, in ijs circa Intonationem Hymni; *Ave Maris Stella* ab Officiatore, & ejus Ministris observanda sunt ea, quæ suprà die 1. Januar. circa finem sunt annot. Hymnus Completorij termin. per verba: *JESU Tibi sit Gloria, natus &c. Col. Alb.*

Si cras occurrat Dominica, etiam ibi, ubi crastinum Festum celebratur Ritu dupl. 1. Classis, fit illa Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa cras. Festi: non verò fit in ejusmodi Commemoratio de Dominica præcedente, si hodie sit dies Dom. & crastina Feriâ II. celebretur Ritu Duplici 1. Classis Festum sequens.

2. VISITATIO B.V.M. Dupl. maj. *Col. Alb.* Offic. ùt in proprio loco, ac ejus Officio parvo, cum Lectione de SS. MM. Processo, & Martiniano, nisì hodie occurrat Dominica; tunc enim 9. Lectio (omissa Lectione de SS. Martyribus pro hoc annô) est de Dominica: de qua tunc etiam fit Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa hodierni Officij, ante Commemorationem de Apostolis, de quibus pariter Commemoratio, & postea de SS. MM. Processo & Martin. in hodiernis Laudibus, ac Missa, ibi.

In MISSA (quæ est propria) dic. *Gloria*, *Credo*, ac Præf. de B.V. *& Te in visitatione.* Quòd si occurrat hodie dies Dominica, tunc de

tum modò fit Commemoratio (ante Commemorationes de SS. Apostolis, & de SS. MM. Processo & Martin.) in hodierna *Missa*, sed etiam legitur in hujus fine Evangel. de eadem Dominica. *Col. Alb.*

In II. Vesperis (nisi cras occurrat alicubi Festum altioris Ritûs) dicuntur omnia ùt in primis, excepta Antiphonâ ad *Magnificat*, quæ est: *Beatam me dicent &c.*, utì ea notatur suô locô, cum Commemoratione de Octava SS. Apostolorum, & ante hanc de Dominica, si hodie, vel cras Dominica occurrat. *Col. Alb.* Dixi autem: *nisi cras alicubi occurrat Festum altioris Ritus*; nam si cras alicubi occurrat v. g. Festum Dedicationis (utì modò quandoque contingit hic Oeniponti in Templo SS. Trinitatis, ubi annuente S. R. C. Anniversarius Dedicationis, antehac alioqui regulariter celebrari solitus Dominicâ I. post Epiph. à Celsiss. loci Ordinario anno superiore 1710. stabiliter translatus est in eam Dominicam Mensis Julij, quæ illô Mense vicinissima cadit Festo visitationis B. M. V.) tunc, quia illud est 1. Classis, integræ Vesperæ dicuntur hodie de illo, cum Commemoratione solius Dominicæ sequentis, non autem Festi Visitationis, nec etiam Octavæ Apostolorum; nec Hymnus Vesperarum, ac Completorij terminantur tunc versu: *JESU Tibi sit Gloria.* juxta ea, quæ tradit Gavant. Tom. 2, S. 5. C. 6. n. 15. in fine. Quòd si Festum Visitationis incidat in Dominicam, & cras occurrat alicubi Festum altioris Ritûs, tunc, si hoc sit 1. Classis, in I. ejus Vesperis, nec Dominicæ, nec Festi præcedentis, nec Octavæ fit Commemoratio; si verò sit 2. Classis, tunc in 1. illius Vesperis fit quidem Commemoratio, de Festo præcedenti (utpote duplici majore) non tamen de Dominica hodie occurrente, nec de die infra Octavam Apostolorum.

Ubi Festum Visitationis est Festum *Patrocinij*, adeoque celebratur Ritu duplici 1. Classis, & cum Octava, ibi in 1. illius Vesperis neque fit Commemoratio Octavæ S. Joann. neque Octavæ Apostolorum, neque denique SS. MM. Processi, & Martiniani, sed tantùm Dominicæ, hodie occurrentis. Dico: *occurrentis*, si enim Dominica tantùm concurrat in tali loco cum sequenti *Festo Patrocinij* (utì contingit, si visitatio B. V. incidat in Feriam II.) tunc in 1. Vesperis Patrocinij talis Ecclesiæ, seu loci etiam de Dominica præcedente non fit aliqua Commemoratio, utì constat *ex Rubrica, & Tabel. concur. supr. cit.* Præterea in loco, in quo B. V. Elisabetham visitans est *Patrona*, nec 9. Lectio dicitur, nec fit Commemoratio de SS. Processo, & Martiniano, utì nec de Octava Apostolorum in *Officio*, & *Missa*, sed Homilia S. Ambrosij, in Evangelium hodierni Festi

dici alioqui solita in III. Nocturno, dividenda est tunc in tres Lectiones, quarum 2. (respectu totius Officij *Octava*) incipiat ab illis verbis: *Et unde hoc Mihi &c.* 3. verò (ordine nona) ab istis: *Non enim sola familiaritatis &c.* prout videre est in Octavario Romano fol. 74. & seqq. cæteris verò diebus infra Octavam non impeditis Festô 9. Lectionum &c. dicuntur in ejusmodi loco Lectiones II. & III. Nocturni, prout notantur in eodem Octavario à fol. 50. & 75. & si fiat infra Octavam de Festo occrtente, vel translato 9. Lectionum, quod non est 1. vel 2. Classis, fit in ejusmodi *Officio*, & *Missa* etiam Commemoratio de Octava visitationis, & quidem ante Commemorationem de Octava Apostolorum. Dominicâ infra Octavam Visitationis, si fiat de ea, fit pariter Commemoratio Octavæ Visitationis, tam in *Officio*, quàm *in Missa*; nec dicitur in ista tunc 3. Oratio, nisi simul occurrat Festum Simplex, aut dies alterius Octavæ currentis (v. g. SS. Petri & Pauli) & tam ad Officium, quàm ad Missam de Dominica adhiberur. *Col. Alb.* non *Virid.* Quòd si ipsum Festum Visitationis (idem est de die ejus Octava) incidat in Dominicam, tunc in ejusmodi loco 9. Lectio in *Officio*, & ultimum Evangelium in *Missa* hodierni Festi dici debet de Dominica, & de eadem fieri in *Officio*, & *Missa* Commemoratio, ùt suprà die 30. Jun. Alis diebus *infra Octavam* Visitationis, quibus nec *Festum*, nec *dies infra Octavam Apostolorum* occurrit, Oratio in *Missa* est de Spiritu Sancto. 3. fit, vel pro Pap. Illis verò diebus quibus simul occurrit dies infra Octavam Apostolorum, 2. Oratio infra Octav. Apostolorum est: DEUS *qui hodiernam &c.* 3. de S. Spiritu (nisi tertiô locô facienda sit Commemoratio de Festo Simplici alicujus occurrente) *Col. Alb.* Præfatio autem per totam Octavam (etiam cùm fit de alio Festo) dic. ut in Festo Visitationis, exceptâ die Octavæ Apostolorum, in qua Præf. dic. de Apostolis. Si *Festum Visitationis* (cujus titulus est *Titulus Templi*) in 2. suis Vesperis concurrat cum *Festo Dedicationis* propriæ Ecclesiæ (adeoque cum alio Festo 1. Classis) censeo eas integras illas Vesperas dicendas esse de præcedente, seu *Visitatione*, de subsequente verò *Festo Dedicationis* faciendam solummodo esse Commorationem, & post hanc enim de subsequente in crastinum Dominicæ si quæ sequatur, non autem de Dominica hodie occurrente, si quæ hodie occurrat. Ratio patebit ex dicendis infrà *P. III. Tit. 3.*

3. Dies V. *infra Octavam Apostolorum Petri, & Pauli.* Semid. *Rub.* Hodie, cras, & perendie (si faciendum sit aliquô, aut aliquibus horum Dierum de Festo 9. Le-

tionum, seu occurrente, seu legitimè translato, aut de Dominica, aut de die infra Octavam Festi dignioris, v.g. Dedicationis propriæ Ecclesiæ, aut Visitationis B.V. ubi ea est *Titulus Templi*) in Officio omnia dicuntur, sub Ritu tamen Semid. de Communi Apostolor. præter Lectiones, & Antiphonas *ad Benedictus*, & *ad Magnificat*, quæ dicuntur, ùt suò locò notantur, nempe in I. Nocl. Lectiones de Scripr. ea die occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Libr. Reg. nondum positum. In II. & III. Nocturno autem quorum Die habentur propriæ. Antiph. *ad Benedictus* est: *Gloriosi Principes &c.* Vers: *In omnem Terram &c.* Ad *Magnificat* verò Antiph. *Petrus Apostolus &c.* Vers: *Constitues eos &c.* Oratio (DEUS, *qui hodiernam*) ùti in Festo. Si hac, aut alia *Die infra Octavam* SS. Petri & Pauli occurrat fieri de alio Festo 9. Lectionum, non est dicenda in Officio ejusmodi Festi 9. Lectio de Homilia illius diei infra Octavam, nec in fine Missæ Festivæ dicendum Evangelium de *Die illa infra Octavam*, esto dies illa infra Octavam non modò habeat *Homiliam*, sed etiam *Evangelium* diversum ab Evangelio Festi SS. Petri & Pauli in suo respectivè *Officio*, ac *Missa*; non obstante etiam, quòd de eadem die infra Octavam, habente propriam Missam, fiat in *Officio* & *Missa* Festi occurrentis Commemoratio. Ità Gav. *Tom. 2. S. 3. C. 11. n. 36.* & apud eumdem *Octavar. Roman.* Porrò

Missa infra Octavam SS. Petri & Pauli (siquidem *Officium* fiat de *Octava*, & non sit faciendum de *Dominica*, aut *Festo* aliquo *occurrente*, vel *translato*) tã hodie, quàm seqq. duobus diebus dicitur, prout notatur in Missali die III. Julij, & incipit: *Mihi autem nimis &c.*, cum Gloria & Credo, & Præf. de Apostol. Oratio 2. *Concede.* 3. Ecclesiæ, vel pro Papa. *Col. Rub.*

Vesperæ, si hodie factum sit de *die infra Octavam*, & cras iterum fiat de Octava Apostolorum, dic. sub Ritu Semid. ùt in 2. Vesperis Apostolorum cum Antiph. *ad Magnificat*, Vers. & orat. ùt suprà. *Col. Rub.*

Dominica *Infra Octavam Apostolorum* occurrente die 3. aut 4. aut 5. Julij, si in ea non occurrat Festum Duplex, *Officium*, & *Missa* dicuntur de Dominica, cum Commemoratione Octavæ Apostolorum in *Officio*, & *Missa* (in quâ 3. Oratio non dicitur, nisi occurrat Festum Simplex, aut dies infra aliam Octavam) ùt suprà, & tam ad *Officium*, quàm ad *Missam* de Dominica adhibetur. *Col. Rub.* In concurrentia autem Dominicæ, ac Festi duplicis infra Octavam Apostolorum, observandæ sunt Regulæ Generales de concurrentia Officij in 1. aut 2. Vesperis, ac prout in *Tabul. concurr.*

Si in hanc, aut aliam Diem in-

fra *Octavam SS. Petri & Pauli* incidat simul *dies infra Octavam* alterius Festi dignioris (v. g. Dedicationis propriæ Ecclesiæ) tunc in hujusmodi die Officium & Missa non debent fieri de Octava Apostolorum, sed de Octava Festi dignioris (quale est in dato Casu *Festum Dedicationis*) juxta ea, quæ habet Gob. Tr. 3. n. 696. append. 3: lit. f. & g. 3. citatus à P. la Croix *Tom.* 4. *l.* 4. *n.* 1265. nisi eo die faciendum sit de alio Festo occurrente, vel translato: debet tamen in tali Casu (quo nempe duæ ejusmodi Octavæ coincidunt) fieri Commemoratio suis locis de Octava Apostolorum, ùt ibi, & de ipsis Apostolis etiam Præfatio dici in Missis Octavæ dignioris, si propriam non habeat Festum dignius: Oratio autem 3. tunc erit *Concede*, vel (si Octava coincidens sit Octava Festi B. V.) de Spiritu Sancto, nisi *Festum simpl.* occurrat, quia tunc 3. oratio in Missa diei infra Octavam dicenda foret de isto in dicto Casu.

4. Dies VI. *infra Octavam Apostolorum.* Semid. *Col. Rub.* Officium, & Missa hodierna ordinantur modò heri declaratò.

5. Dies VII. *infra Octavam Apostolorum.* Semid. *Col. Rub.* Officium & Missa, usque ad *Vesperas* exclusivè, ordinantur, uti 3. hujus. Vesperæ autem (nisi cras occurrat Festum Duplex 1. aut 2. Classis) dic. Ritu Dupl. minore de die Octava Apostolorum recitando omnia, uti in I. Vesperis de Communi Apostolorum, excepto Versu, & Antiphona ad *Magnificat* (quæ dicuntur, ùt suprà die 3. Julii) nec non oratione, quæ est propria. Si hodie, aut cras occurrat Dominica, fit de illa Commemoratio in hodiernis Vesperis diei Octavæ Apostolorum. *Col. Rub.* Si verò cras occurrat *Festum* 1. *Classis* (v. g. *Dedicationis propriæ Ecclesiæ*, uti aliquando hic Oct. ponitur) aut etiam 2. Classis, Vesperæ hodiernæ, & crastinum Officium integrè dicuntur de illo: die autem Octavâ Apostolorum tantùm Commemoratio, postea Dominicæ, si quæ cras occurrat, non autem fit tunc Commemoratio de Dominica hodie occurrente, si in hodiernam Diem incidat Dominica.

6. Dies *Octava SS. Apostol. Petri & Pauli.* Dupl. min. *Col. Rub.* nisi hodie occurrat Festum 1. aut 2. Classis: Officium fit de illa, omnia dicendo ad *Matutinum*, & alias *Horas* de Communi Apostolorum, ùt infra Octavam, exceptâ oratione (*Deus, cujus Dextera &c.*) quæ est propria. Lectio 1. Noct. de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus libri Regum, nondum positum. II & III. Nocturni propria. Si occurrat hodie *Dominica*, fit de ea Commemoratio in Officio, ac Missa, quæ est propria, dicitúrque cum

Gloria

Gloria & Credo. Præf. de Apostolis, & fine illius legitur tunc Evangelium de eadem Dominica occurrente. Col. Rub.

In II. *Vesperis*, nisi cras occurrat Festum æqualis, aut altioris Ritus, dicuntur omnia de Communi Apostolorum, ùt in II. eorum Vesperis, exceptis Versu (*Constitues eos*) Antiphona ad Magnificat (*Petrus Apostolus &c.*) & oratione DEUS, cujus Dextera &c. quæ dicuntur, ùt in hesternis Vesperis, cum Commemoratione Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. Col. Rub.

Quòdsi hodie occurrat Festum 1. Classis, v. g. Dedicatio propriæ Ecclesiæ [uti anno 1710. apud Nos hic Oeniponti] tunc juxta *Rubric. Gen. t. n. 2. & Tabul. Concurr.* Officium & Missa hodie dic. de Festo, de Die autem *Octava* SS. Apostolorum in eo Casu solummodo Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, & de eadem die Octava Apostolorum, utpote habente Homiliam cum proprio Evangelio; dicenda insuper tunc est juxta Gavant. *Tom. 1. S. 3. c. 11. n. 32.* Nona Lectio in fine III. Nocturni [dicendo vel primam tantùm Lectionem illius Homiliæ, vel omnes tres simul in unam conjunctas] & in fine Missæ legendum etiam Evangelium de eadem *Die Octava Apostolorum*, modò hodie non simul occurrat *Dies Dominica*; nam quando accidit, ut in diem Octavam Apostolorum Petri & Pauli non solùm incidat Festum 1. Classis [v. g. *Dedicatio Ecclesia*, aut *Festum Patroni*] sed etiam *Dominica*, tunc 9. Lectio in *Officio*, & ultimum Evangelium in *Missa* talis Festi [in qua Præfatio de Apostolis] debent dici de *Dominica*, non autem de *Octava*, habente Homiliam, & Evangelium proprium, uti alioqui in alia Feria juxta dicta dici deberent. Ità rursum Gavant. *loc. cit. n. 37.* & cum eo Bauldry suprà cit. in recenti Editione, quorum Sententiæ libentiùs accedo, quàm quorumdam aliorum, qui apud Arnaudum. *Tr. 2. P. 1. Tit. 9. n. 32.* censent, etiam in tali Casu legendum potiùs esse Evangelium *Octavæ*; tum quia [inquiunt] hujus Officium dignius est; tum quia hujusmodi Evangelium non potest legi alio die, uti potest Evangelium Dominicæ, quod legi potest sequentibus Diebus infra Hebdomadam.

Quemadmodum verò in dato Casu dicenda est nona Lectio in *Officio*, & in *Missa* ultimum Evangelium de *Occurrente Dominica*, ità etiam [attamen post Commemorationem de Die Octava] facienda de illa est Commemoratio per se loquendo in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa. Dixi: *per se loquendo*; Nam

Si cras occurrat Festum 1. Classis

fis, tunc hodiernæ Vesperæ dicuntur de illo, de die autem Octava Apostolorum & Dominica *hodie* occurrente nulla fit in ijs Commemoratio. Si cras occurrat Festum 2. Classis, tunc in primis ejus Vesperis hodiernis fit quidem Commemoratio de die Octava Apostolorum, non tamen de Dominica hodie occurrente. *Tabul. concurr. &c.*

Si cras non fit faciendum de Dominica, aut Festo 9. Lectionum, hodie post Vesperas Diei dicto : *Benedicamus Domino &c,* & omisso versu : *Fidelium animæ &c.* dicuntur in Choro *Vesperæ Defunctorum &c.* si autem crastina Dies sit impedita Festô 9. Lectionum [seu *ocurrente*, seu *translato*] tunc pridie alterius diei, in quo proximè fiet Officium de Festo Simplici, aut de Feria, vel de S. Maria in Sabbato, dicuntur Vesperæ Defunctorum prædictô modô : recitari autem debent semper post Vesperas, etiam Festi Duplicis, si quod pridie illius Diei occurrat, esto sit unum ex Majoribus, ùt patet ex Tabula 19. Henrici Groff, in qua post Vesperas secundas SS. Trinitatis, non obstante, quòd hæc sit Duplex 2. Classis, jubentur dici Vesperæ Defunctorum pro sequente Feria II. non impedita Festo aliquo 9. Lectionum. Excepto an detur aliqua, constabit ex ijs, quæ alibi dicentur de Festis major. 1. Class.

7. Prima Die Mensis Julij non impeditâ *Officiô 9. Lect.* dic. in Choro post Offic. Diei Officium Defunctorum modô suprà die 27. Maij, & [illegible] nii declaratô : In *Ecclesijs quæ Cathedralibus*, & *Collegiatis* primis Mensis Julij, non impeditâ Officio Duplici, vel Semiduplici, dicitur Missa principalis generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, & Benefactoribus, & alijs [nempe quotidianis nisi in ea occurrat Festum Simplex vel Feria propriam habens Missam aut nisi resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis, quæ fuit impedita, & infra Hebdomadem non occurrit alius Dies, in quo resumi fit ; tunc enim in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur duæ Missæ *Conventuales*, una pro Defunctis post *Primam*, alia de Festo Simplici, aut Feria prædicta, post *Sextam* : in Ecclesijs autem non Cathedralibus, nec Collegiatis dicitur Missa de die occurrente, cum Commemoratione generaliter pro Defunctis per orationem : *Fidelium*, quæ in Missis Defunctorum semper dici debet ultimô loco, quando plures dicuntur orationes.

Præterea hoc, & sequentibus Mensibus Feriâ II. cujuscunque Hebdomadæ, in qua Officium fit de Feria, quæ non sit prima Dies Mensis, Festô 9. Lectionum non impeditâ, dici potest *Missa principalis* [quotidiana] pro Defunctis. Si tamen fuerit propria Missa de Feria [nec con-

contingit, in Casu quô Vigilia alicujus Apostoli incidit in Feriam II.) aut dicenda sit Feriâ illâ II. de Festo simplici, vel sit resumenda Missa Dominicæ præcedentis, modò paulò antè dictô, tunc *Missa* quidem etiam *principalis* dicenda erit de die, attamen in ea, atque etiam Missis privatis fiet Commemoratio Generaliter pro Defunctis, dicendo nimirum, sed penultimô locô, collectam, seu Orationem: *Fidelium*. Plura huc pertinentia vide die 27. Maij, & die 1. Junij, necnon suprà P. I. post Dominicam 2. post Epiphaniam 5. ac Fer. 2. post Dominicam 1. Adventûs &c. *à fol.* 295.

Vesperæ hodiernæ (si factum est hodie de Feria currente) dic. de S. Elisabeth, Reginâ Portugalliæ vidua, sub Ritu Semid. Psalmi de Comm. Virg. Antiphonæ propriæ de Laudibus hujus Festi, cujus Officium in recentissimis Breviarijs extat in Ordine: in antiquioribus verò inter Festa ad libitum die 4. Julij. Capitulum: *Mulierem fortem &c.* de Communi nec Virg. nec Mart. Hymnus, Versus, Antiph. ad *Magnificat*, & Oratio propria, ùt ibi. *Col. Alb.*

8. S. Elisabeth, Reg. Port. vid. Semid. de præcept. *Col. Alb. Offic.* ùt in communi nec Virg. nec Mart. ac propr. locô, juxta herì annotata.

Missa: *cognovi &c.*, ùt in Communi nec Virg. nec Mart. cum *Glor.* fine *Credo*, nisì alicubi veniat infra Octavam Dedicationis, aut Patroni. *Oratio* 1. prout notatur hac die in recentiss. Missalibus, aut in fine antiquiorum 4. Julij inter Festa ad libit. *Orat.* 2. à *Cunctis*, 3. ad libit. Præf. Commun. *Col. Alb.*

In II. Vesperis (nisì cras occurrat Dominica, aut Festum 9. Lectionum) omnia ùt in 1. Vesperis, præter Antiph. propr. ad *Magnificat*. *Col. Alb.*

9. Si hodierna Feria sit dies 1. Mensis non impedita Festô 9. Lectionum, aut Feria II. Similiter non impedita, tunc *Observanda* sunt ea, quæ annotavi die 6. (in fine) & 7. hujus, ac loc. ibi cit.

Vesperæ hodiernæ diei, si factum sit hodie de Feria, dic. sub Ritu Semidupl. de SS. septem Fratribus ac Rufina, & Secunda Virg. & Mart. ùt in I. Vesperis plur. MM. excepta Oratione, quæ est propria. Nisì veniat infra *Octavam*, dicuntur ad Vesperas Suffragia, & Preces Dominicales ad Completorium. *Col. Rub.*

10. SS. Septem Fratr. MM. & Ss. Rufinæ & Sec. Virg. & Martyr. Semid. *Col. Rub.* Si occurrat hoc Festum in Dominica, transfertur in seq. Feriam II. alioquin *Offic.* hodie dic. ùt in Comuni plur. MM. Lectiones I. Noct. de Scriptura occurrente, nisì ponendum sit Initium alicujus Lib. S. Script. nondum positum. II. & III. Noct. propr. Responsorium

Octavum : *Hæc est vera Fraternitas &c.* Si transferatur hoc Festum in Feriam II. aut diem alium, in quo dicenda sit 9. Lectio de Festo Simplici occurrente, tunc convenit, ut Lectioni Octavæ jungatur nona, & ex duabus fiat una; quia in nona agitur de SS. MM. de quibus fit Officium. *Gavant. hîc.* Idem est, si Festum SS. 7. MM. occurrat in Dominica in loco, in quo celebratur ut duplex : tunc enim; quia 9. Lectio dicitur de Homil. Dominicæ, pariter 9. Lectio Festi jungenda est Lectioni Octavæ. Ad *Laudes*, & *Vesperas* dic. Suffragia; nec non Preces Dominicales ad *Primam*, & *Completorium* (nisi currat aliqua Octava) cum reliquis, ut in Comun. plurium MM.

Missa propr. cum *Gloria* sine *Credo*. Orat. 2. à *Cunctis*. 3. ad libit. nisi transferatur in Feriam II. tunc enim Oratio II. est de Simplici occurente. 3. *à Cunctis*. Præf. Commun. *Col. Rub.*

In 2. Vesperis (nisi hodie fit Sabbatum) omnia dic. ut in II. Vesp. plur. MM. cum Commemorat. S. Pij Pap. & Mart. Antiph. *Iste Sanctus*. Vers. *Gloria & Honore*. Orat. *Infirmitatem*, de Communi Vn. Mart. *Col. Rub.* Si autem hodie sit Sabbatum, Vesperæ à Capitulo dic. de Dominicâ. cum Commemoratione præcedentis, & S. Pij Pap. & Mart. *Col. Vir.* nisi currat aliqua Octava v. g. Dedicationis. Si cras sit Sabbatum, tunc 1. locô facienda est in hodiern[a] Vesperis Commemoratio de S. Ma[ria] ria in Sabbato, ut ibi, 2. vero [de] de S. Pio modô prædictô. *Col. Ru[b.]*

Ubi Festum SS. septem Fratr[um] MM. celebratur cum Octava, [et] Lectiones II. & III. Noct. dicend[æ] sunt, prout norantur in *Octavar[io]* Rom. à fol. 305. & fol. 182. hac[tenus] &c.

11. S. Pij Pap. ac Mart. Sim[plex]. plex. *Col. Rub.* Nisi hodie occ[ur]rat fieri Officium 9. Lectionum [de] de S. Maria in Sabbato, *Officium* de S. Pio in hunc modum : Ad tut. Invitatorium, & Hymnus Communi un. Mart. Antiphon. & Psalmi feriæ. de Feria curren. Lectio I. & II. de Script. occurrente ([nisi] si ponendum sit Initium alicujus Libri Sac. Scriptur. nondum positum) 3. propria. Circa Vers. Respons. observanda sunt ea, quæ supra [die] 19. Januar. & die 27. Maij in Fest[o] S. Joannis Pap. & Mart. quando [id] stud cadit extra tempus Paschale. Oratio : *Infirmitatem &c.* de Commun. un. Mart. Pontif. cui subjungatur Commemorat. Commun. seu Suffragia Sanctorum in Laudibus.

Missa : *Statuit &c.* (1. de Commun. un. Mart. Pontif.) cum *Glor.* sine *Credo*. Orat. 2. *à cunctis* [ad] ad libit. nisi ratione Mensis, [aut] Feriæ II. 2. locô dicendum sit *Fidelium*, & 3. *à cunctis*. Præf. Commun. *Col. Rub.*

Si

Si Festum S. Pij incidat in Sab bum, Officium fit hodie de S. Ma ia in Sabbato de S. Pio autem fit tantùm Commemoratio (sine Le tione) in hesternis Vesperis, hodi rnis Laudibus, ac Missa, quæ dic. ur notatur inter votivas de S. Maria Pentecost. ad Advent. cum *Gloria* ine *Credo*. Oratio 2. de S. Pio M. 3. de Spiritu, nisi ratione Mensis di cendum sit *Fidelium*; tunc enim 2. seu penultimò locò ponendum est *Fide lium*, 3. verò locò (si dicantur tan tum tres Orationes) facienda est Commemoratio de S. Pio Pap. ac Mart. Præf. de B. V. *Et Te in venera tione &c.* In fine : *Ite &c. Col. Alb.*

Si hodierna sit prima dies non impedita Officiò 9. Lectionum, aut Feria II. similiter non impedita, tunc observanda hodie sunt ea, quæ suprà 7. hujus sunt annotata : juxta quæ, si hod. sit Sabb. ac proin ratione mensis dicendum sit *Fidelium*, in Missis privatis de S. Maria Oratio 2. erit: Fidelium. 3. de S. Pio, nisi dicere lubeat 5. aut 7. Orationes ; tunc enim 2. erit de S. Pio, penultima verò *Fideli um*.

Vesperæ de S. Joann. Gualbert. Abbate, sub Rit. dupl. minor : ùt in 1. Vesperis Conf. non Pontif. Oratio (*Intercessio Nos*) de Commun. Abbat. Commemorat. SS. Naboris, & Felicis MM. Antiph. *Istorum est.* Vesp. *Latamur* de Comun. plur. MM. Orat. propr. uti notatur 12. hujus. *Col. Alb.*

12. S. Joannis Gualberti Abbat. dupl. min. *Col. Alb.* Offic. de Commun. Conf. Non Pontif. Lect. I. Noctur de Script. occur. nisi ponendum sit Initium alicujus Libri Reg. nondum positum. Lect. II. & III. Noct. propr. Commemoratio (sine Lect.) de SS. MM. Nabore, & Felice. In Laudibus Antiph. *Vestri Capilli.* Vers. *Exultabunt.* Orat. propr.

Missa, uti notatur in Propr. Sanctor. hac die. *Gloria* sine *Credo* (nisi veniat in Dominica, vel infra Octavam) Commemoratio de SS. MM. Nab. & Felic. & ante eam Dominicæ, vel diei infra Octavam, si in ijs occurrat hoc Festum. Præf. Commun. nisi veniat infra Octavam, quæ propriam habet Præfat. *Col. Alb.*

In II. Vesperis fit tantùm Commemoratio S. Anacleti Pap. & Mart. Antiph. Vers. & Oratio (*DEUS, qui Nos Beati &c.*) ùt in Commun. un. Mart. Pontif. nisi cras occurrat Dominica ; tunc enim translatò S. Anacletò in diem proximam non impeditam Officiò 9. Lectionum, in hodiernis Vesperis fit Commemoratio tantùm de Dominica. *Col. Alb.*

13. S. Anacleti Pap. & Mart. Semid. cum Suffragijs ad Laud. precibus Dominicalibus ad Primam, ni-

si veniat infra Octavam. *Col. Rub.* Si occurrat hoc Festum in Dominica, transfertur in diem proximam non impeditam Festô 9. Lectionum, alioquin fit Offic. de eo, ùt in Commun. un. Mart. Pontif. Lect. I. Noct. de Script. occurr. nisi ponendum sit Initium alicujus Libri Reg. nondum positum. Lect. II. Noct. utì notantur in Loco. III. Noct. de Homil. in Evangelium: *Si quis venit ad me &c*, ùt in Communi un. Mart. 1. locô.

Missa, uti notatur hac die, cum *Gloria* sine *Credo*, nisì veniat infra Octavam non privilegiatam. Orat. 2. *à cunct.* 3. ad libit. Præf. Commun. *Col. Rub.*

Vesperæ. de S. Bonaventura Episcop. Conf. & Eccles. Doctor. sub Ritu dupl. min. ùt in 1. Vesperis Conf. Pontif. Antiph. ad Magnificat: *O Doctor optime &c.* Oratio in loco, Commemoratio S. Anacleti, Antiph. & Vers. ut in 2. Vesp. un. Mart. Ante Commemorationem de S. Anacleto fit etiam Commemoratio de Dominica, si hodie sit Sabbatum. *Col. Alb.* Ubi S. Bonaventura celebratur Ritu dupl. 1. vel 2. Classis. non fit Commemoratio de S. Anacleto: fit tamen ibi hodie Comem. de Dominica sequente, quando ejus Festum occurrit in Dominica.

14. S. Bonaventuræ Epis. Conf. & Eccles. Doct. dupl. min. *Col. Alb.* Offic. de Commun. Conf. Pont. Lect. 1. Noct. de Libro Ecclesiastici: *Sapientiam omnium antiquorum &c.* ut in Commun. Doctor. II. & III. Not. ut in propr. loco, cum Respons. 8. *In Medio Ecclesiæ &c.*

Missa, utì notatur in Prop. Sanctor. cum *Gloria*, & *Credo*. Orat. Unica, nisì veniat in Dominica; tunc enim de hac fit Commemoratio in utrisque Vesper. Laudibus ac Missa, & quemadmodum tunc de Homil. Dominicæ dic 9. Lectio. in & ult. Evang. in *Missa* dicitur de Dominica. Præf. Commun. *Col. Alb.*

In II. Vesperis (in quibus tiph. ad *Magnificat* est rursum: *O Doctor optime &c*, reliqua de Commun. Conf. Pont.) fit Commemoratio S. Henrici I. Imperatoris, & Confessoris, ubi Is cum Ecclesia universali celebratur sub Ritu solùm Semidiplici: Antiph. & Vers. de Commun. Conf. non Pont. Oratio propria: *DEUS, qui hodierna &c.* uti notatur die seq. in Recentioribus Brev. Ubi verò S. Henricus celebratur Ritu *duplic. minore* (ùt in quibusdam Germaniæ Diœcesibus) ibi Vesperæ de Capitulo dicuntur de illo, cum Commemoratione præcedentis, nisi ubi celebratur Sub Ritu duplici 1. Class. ibi enim in 1. Vesperis crastini Festi non fit Commemoratio de S. Bonaventura, uti nec Domminicæ, si quæ hodie occurrat, bene tamen Dominicæ sequentis, si quæ cras occurrat. Pari modo, ubi Festum S. Bonaven-

quenturæ celebratur Ritu dupl. 1. aut 2. Classis, ibi, si cadat in Feriam II. nulla fit in I. ejus Vesperis Commemorat. de Dominica præcedente, admittit tamen de Dominica sequente Commemorationem in I. suis Vesperis, quando cadit in Sabbatum. Quænam autem dicendæ sint Lectiones in II. &. III. Noct. diebus infra Octavam in ejusmodi Locis, habetur in Octavario Romano *à. fol. 399. & 416. ac 424.* Ubi hodiernæ Vesp. dicuntur saltem à Capitulo sub *Ritu dupli* de sequente *Festo S. Henrici*, ibi in Hymno *Iste Confessor &c.* hodie non mutatur tertius Versus; cùm hodierna dies sit dies obitûs (ut constat ex Martyrologio) imò nec cras in ejusmodi loco mutatur, tum ob ea, quæ infra dicentur die 2. Decembris; tum quia (ùt Nonnemo ibidem laudandus observat) simile quid contingit in Sancti hujus Officio circa Orationem, quæ ità inchoatur: *DEUS, qui hodierna die B. Henricum è terreni culmine Imperij ad Regnum æternum transtulisti &c*, ubi cùm illud: *hodierna die* per omnes horas retineatur, licet Festum uno die translatum sit, non apparet cur idem non fieri debeat in Hymno.

15. S. Henrici Imperator. & Conf. *Semid.* cum *Suffragijs* ad Laud. & Vesper. nec non *precibus Dominicalibus* ad Primam, & Completor. hodiern. nisi veniat infra Octavam. *Col. Alb.* Offic. de Commun. Conf. non Pont. Lect. I. Noct. de Script. ùt 13. hujus. Lect. II. Noct. in Ecclesia universali, utì hîc notantur in recentioribus Breviarijs. III. Nocturni (itidem in Ecclesia universali) de Homil in Evang. *sint Lumbi*, ùt in Commun. Confess. Non Pontif.

Missa in Eccles. univers. *Os justi &c.* de Commun. Conf. cum *Gloria* sine *Credo*. nisi veniat alicubi infra Octavam. Orat. 1. Propria [*DEUS, qui hodierna &c.*] utì notatur in recentioribus Missalibus hac die. 2. *à Cunctis*. 3. Ad lib. Præf. Commun. *Col. Alb.*

Vesperæ, ubi cras non fit de Festo 9. Lectionum, aut de Dominica, hodie sunt integræ de S. Henrico, ùt in 2. Vesperis Conf. non Pont. *Col. Alb.* Ubi verò cras celebratur Festum Commemorationis B. M. V. de Monte Carmelo, sub Ritu dupl. majore, ibi Vesperæ dic hodie de Festo Commemorationis, prout notantur die 16. Julij post Festa ad libitum in Appendice quorumdam Breviariorum, aut certè in Proprijs, ut vocant, Diœcesanis, illarúmve Ecclesiarum, quibus hujusmodi Officia ex Indulto Sumi Pontif. speciali-ter sunt concessa, cum Commemorat. S. Henrici, quæ tamen Commemoratio ibi omittitur, ubi Festum Commemorationis solennis B. V. de Monte Carmelo celebratur Ritu duplici 1. aut 2. Classis, Festum au-

tem S. Henrici sub Ritu tantùm Semiduplici : Nam, Si S. Henricus celebretur Ritu duplici minore (ùt in pluribus locis Germaniæ) non quidem fiet tunc de illo Commemoratio in hodiernis Vesperis ibi, ubi Festum crastinum B. V. de Monte Carmelo celebratur Ritu duplici 1. Classis, bene tamen ibi, ubi celebratur Ritu duplici 2. Classis. In fine Hymnorum Completorij, & aliorum, dic. *JESU, Tibi sit Gloria, qui natus es &c. Col. Alb.* Ubi cras fit de S. Maria in Sabbato, ibi in 2. Vesperis hodierni Festi fit Commemoratio de illa : ubi verò cras fit de Dominicâ, ibi hodiernæ Vesperæ in locis, in quibus S. Henricus est tantùm Semidup. dicuntur à Capitulo de Dominica, cum Commemoratione præcedentis ; in locis autem, ubi S. Henricus est duplex, fit de Dominica tantùm Commemoratio. *Col. Officio conveniens.*

Alicubi hodierna die celebratur Divisio ss. Apostolorum sub Ritu duplici minore, *Ritu*, ac *Modô* descriptô in Proprio Diœcesano (cum *Gloria*, *Credo* & Præf. de Apostolis in Missa) Festum autem S. Henrici Imperatoris transfertur in seq. diem : & siquidem ibi celebretur sub Ritu dupl. min. Vesperæ hodiernæ dic. ibi à Capitulo de S. Henrico cum Commemoratione Festi Divisionis SS. Apostolorum. *Col. Alb.*

Ubi S. Henricus celebretur sub Ritu duplici minore, aut etiam altiore, v. g. 1. Classis, ibi etiam sunt observand., quæ circa Festum S. Bonaventuræ 14. hujus : & si quidem celebretur cum *Octava*, actiones II. & III. Nocturni dicti infra Octavam, in quibus fit Ritu semiduplici de Octava, dicendæ sunt prout notantur in Octavario Romano à *supr. cit.* f. 416. & 424. Tit. inf. Octavam *Confess. non Pont.* observandis mul ea, quæ habentur in Prolegomenis ejusdem Octavarij in Annotationibus ad Octavas spectantibus in Nota ad Tit. 26. qui est: *Octionibus* ; item ea, quæ ibidem habentur Tit. 34. & 35. ubi dicitur infra Octavas non dici Preces Dominicales ad *Primam*, & *Completorium*, nec Suffragia de Sanctis ad Laudes & Vesperas, etiamsi Officium non fiat de Octava, sed de Festo aliquo Semiduplici occurrente.

16. Si hodierna dies sit prima dies Mensis non impedita Officio aut Festô 9. Lectionum, tunc hodie, & in pridianis Vesperis sunt observanda, quæ suprà ad diem 1. hujus mensis, nec non locis ibi citatis sunt annotata : & siquidem hodie factum sit de Feria, Vesperæ hodiernæ dicentur sub Ritu Semidupl. de præcepto de sequente Festo S. Alexij Confess. ùt in I. Vesperis de Communi Confess. non Pontif. Oratio *DEUS, qui Nos Beati &c.*, ùt in eodem Com-

Communi: dic. Suffragia, & ad Complecor. Preces Dominicales. *Col. Alb.*

In Provincijs Hæreditarijs, Augustissimo Imperatori Austriaco Romano, uti & omnibus Regi Catholico subjectis celebratur hac die, vel alia infra Octavam, Festum Commemorationis B. V. M. de Monte Carmelo sub Ritu duplic. majore, prout notatur locis heri allegatis.

17. S. Alexii Confess. Semiduplex à tempore Innoc. XII. ubique de Præcepto, cum Suffragijs ad Laudes & Vesperas, ac Precibus Dominicalibus ad *Primam*, & *Completorium*: nisi veniat infra Octavam. *Col. Alb.* Si veniat hoc Festum in Dominica, transfertur in diem proximam non impeditam; alioquin fit *Officium* de eo, ut in Commun. Confess. non Pontif. Lect. I. Noct. de Script. occurr: nisi ponendum sit Initium alicujus libri S. Script. nondum positum. Lectio II. & III. Noct. ut notantur in proprio loco in recentioribus Breviarijs, vel in antiquis in Appendice Festorum ad libit. hac die.

Missa: uti notatur hac die, cum Gloria, sine *Credo*: nisi veniat infra Octavam. Oratio 2. à *Cunctis*. 3. ad libit. Præf. Commun. *Col. Alb.*

In 2. Vesperis (dicendis integrè de S. Alexio, nisi cras occurrat Dominica, aut Festum 9. Lectionum) fit Commemoratio de *Ss.* Symphorosa, & 7. Filijs MM. Antiph. & Vers. ut in Commun. plur. Martyr. Orat. *DEUS, qui Nos concedis SS. Martyrum tuorum Symphorosæ, & Filiorum ejus &c.* ut in eodem Communi. *Col. Alb.*

18. SS. Symphorosæ, & 7. Filior: MM. Nisi hodie occurrat fieri Officium 9. Lectionum (v.g. de Dominic, aut Festo 9. Lectionum, seu *occurrente*, seu *translato*) vel de S. Maria in Sabbato, *Officium*, & *Missa* fiunt Sub Ritu Simplici, & Col. Rubr. de ipsis in hunc modum: Ad *Matutinum* Invitatorium, & Hymnus dicuntur de Commun. plur. Mart. Antiphonæ, & Psalmi feriales de Feria currente; at *Versus* post Psalmos, uti & *Absolutio*, nec non *Responsor.* post Lectiones (excepto secundo, quod est: *Hæc est Vera Fraternitas &c.*) Sumenda sunt ex eo Noct. de Commun. plurimorum Martyrum, qui respondet Feriæ currenti, nempe Feriâ II. & V. ex I. Nocturno de Communi plur. MM. Feriâ III. & VI. ex II. Nocturn. Feriâ IV. ex III. Nocturno Benedictio 1. *Ille nos benedicat &c.* 2. *Quorum Festum colimus &c.* 3. *Ad Societatem &c.* Lectio I. de Scriptura currentis Feriæ. 2. & 3. propriæ: post 3. Lection. dic. Hymn. *Te DEUM laudamus.* Ad *Laudes* (in quarum fine dic. *Suffragia*) & per Horas omnia dicuntur, ut in Commun. plur. MM. etiam Oratio: *DEUS,*

us, qui Nos concedis &c. cum precibus Dominicalibus ad *Primam*. Vide Dicta 19. Januar. ubi declaratur modus dicendi *Officia* Festorum Simplicium, seu 3. Lectionum.

Missa, uti notatur in propr. Sanctorum, cum *Gloria*, sine *Credo*. Orat. 2. *A cunctis*. 3. Ad libit. nisi ratione mensis aut Feriæ II. dicendum sit *Fidelium* secundô, seu penultimô locô, & 3. *A cunctis*. Præfat. Commun. *Col. Rub*

Si hodierna dies sit Prima dies Mensis non impedita Officio 9. Lectionum, aut Feria II. Currentis Hebdomadæ, tunc circa dicendum in Choro *Officium Defunctorum*, ac *Missam principalem*, & *privatas* observanda sunt superiùs annotata die 7. Julij, eúmque proximè præcedente.

Vesperæ, Si nec hodie, nec cras occurr. fieri Officium 9. Lectionum, nec de S. Maria in Sabbato, dicuntur de hodierna Feria currente, ùt in Psalterio. Oratio Dominicæ præced. cum Commemorat. de Cruce, &c. *Col. Vir.* Quòd si verò cras sit Sabbatum, Vesperæ nonnisi usque ad Capitulum sunt feriales de Feria VI. currente, à Capitulo autem de S. Maria in Sabbato cum Suffragijs de Apostol. ac reliquis, ùt suô locô. *Col. Alb.*

19. Si hodie sit Sabbatum, nec occurrat fieri de Festo 9. Lectionum *Officium*, ac *Missa* dicentur de S. Maria in Sabbato, ut suis locis notatur. Insuper sunt observanda heri, & hujus annotata, si dies hodierna aut prima dies Mensis non impedita Officiô 9. Lectionum, aut Feria currentis Hebdomadæ.

Vesperæ hodiernæ, si hodie factum est de Feria currente, & cras non occurrit fieri Officium 9. Lectionum, nec de S. Maria in Sabbato dicentur usque ad Capitulum de Feria curr. ùt in Psalterio (adeoque erunt feriales) à Capitulo autem de S. Margarita Virg. & Mart. ùt in Vesp. de Commun. Virg. Orat. *Indulgentiam*, ut in eodem Commun. 2. locô. Dicuntur Suffragia, cum precibus Dominicalibus ad Completor. *Col. Rub.*

Si cras occurrat fieri de S. Maria in Sabbato, Vesperæ hodiernæ dicuntur usque ad Capitul. de Feria currente à Capitulo de S. Maria in Sabbato, cum Commemoratione S. Margar. V. & M. & cum Suffragijs de Apostol. ac reliquis, ut suô locô. *Col. Alb.* Si cras occurrat fieri de Dominica per annum, Vesperæ hodiernæ usque ad Capitulum dicuntur de Sabbato currente: à Capitulo verò de crastina Dominica, ut in Psalter. ac Proprio de tempore, cum Commemoratione S. Margaritæ V. & M. Suffragijs Sanctor. & Precibus Dominicalibus ad Completor. *Col. Vir.*

20. S.

20. S. Margaritæ Virgin. & Martyr. nisi hodie occurrat fieri Officium 9. Lectionum, aut de S. Maria in Sabbato, Officium & Missa dic. hodie sub *Ritu duplici* & *Col. Rub.* de S. Margarita Virgine & Martyr. in hunc modum: Ad Matuti *Invitatorium, & Hymn.* dic. de Communi Virg. & Martyr. *Antiphonæ, & Psalmi* feriales de Feria currente. *Versus* post Psalmos, uti & *Absolutio*, nec non *Responsoria* post 1. & 2. Lectionem sumuntur ex eo Nocturno de Communi Virg. & Martyr. qui Feriæ currenti respondet, modò die 7. Juvii &c declaratò. Benedictio 1. *Ille nos benedicat &c.* 2. *Cujus Festum &c.* 3. *Ad Societatem &c.* Lectio I. & II. de Scriptura Feriæ currentis. 3. *Quoniam hodie natalis est Virginis &c.* (prout notatur hac die in Propr. Sanctor.) & post eam dic. Hymn. *Te DEUM Laudamus &c.* Ad Laudes, & per Horas omnia (etiam Oratio: *Indulgentiam*) dic. ùt in Communi Vn. Virg. Mart. cum Suffragijs Sanctorum *ad Laudes*, & Precibus Dominicalibus *ad Primam.*

Missa: *Me exspectaverunt &c.* de *Communi* Virg. & Mart. cum *Glor. & Cred.* Oratio 2. & 3. cum alijs, ùt ib. hujus. *Col. Rub.*

Si hodiernum Festum Simplex incidat in Sabbatum, aut in Dominicam, fit in Officio, & Missa hodiernæ diei de S. Margarita suis locis solummodo Commemoratio fine ultima de ea Lectione, etiam in Officio Dominicali, quia nimirum propriam non habet, sed tantùm de Communi.

Ubi Festum S. Margaritæ Virg. & Martyr. aut hodie, aut die alio habet altiorem Ritum (uti in pluribus Germaniæ Diœcesibus) ibi *Officium*, & *Missa* ordinantur respectivè juxta Proprium Diœcesanum cujusvis Diœcesis, aut Eccles: particularis legitimè approbatū. Quòd si alicubi S. Margarita sit Patrona *Ecclesiæ*, adeoq; dupl. 1. Class. *Offic.* fiet de ea, uti dicetur infrà P. III. (Tit. 1. *de Patrono*) & diebus infra Octavam dicentur Lectiones II. & III. Nocturni, prout notantur in Octavario Romano infra Octavam Virginum, à fol. 462. & 479.

Vesperæ hodiernæ (si hodie factum est Ritu Simplici de S. Margarita, & cras eodem Ritu fiet de S. Praxede) dicuntur usque ad Capitulum de Feria curr. ùt in Psalterio, à Capitulo verò de S. Praxede Virg. ùt in 1. Vesp. de Commun. Virg. Oratio *Exaudi nos DEUS &c.* de Com. Virg. *Col. Alb.* Si cras occurrat Sabbat. aut Dominica, Vesperæ hodiernæ ordinantur cum proportione modò heri annotatò. Observanda quoque sunt tam hodie, quàm cras, die 18. 16. & die 19. hujus annotata.

21. S. Praxedis Virg. Nisi hodie occurrat fieri Officium 9. Lectio-

ctionum, aut de S. Maria in Sabbato, Officium & Missa dic. hodie sub Ritu Simplici, ac *Col. Alb.* de S. Praxede Virg. in hunc modum: ad Mat. dic. *Invitatorium* & *Hymnus* de Commun. Virg. non Mart. *Antiphonæ*, & *Psalmi* feriales de Feria Currente, ùt in Psalter. *Versus* post Psalmos, utì & *Absolutio*, cum *Responsorio* post 1. & 2. Lectionem, sumuntur ex eo Nocturno de Communi Virginum tantùm, qui Feriæ Currenti correspondet, modò die 7. & 18. hujus explicatò. Benedictiones, ut herì. Lectio 1. & 2. de Scriptura Feriæ curr. 3. propria, utì notatur in Proprio Sanctorum, & post eam dic. Hymn. *Te DEUM laudamus &c.* Ad *Laudes*, & per *Horas* omnia (etiam Oratio: *Exaudi nos DEUS &c.*) dic. ùt in Commun. Virg. tantùm: cum Suffragijs Sanctorum ad Laud. & precib. Dominicalibus ad *Primam*.

Missa, utì notatur in Propr. Sanctor. cum *Glor.* sine *Cred.* Oratio 2. & 3. cum reliquis, utì 18. hujus. *Col. Alb.*

Si hodiernum Festum Simplex incidat in Sabbatum, tunc dic. hodie Officium de S. Maria in Sabbato, ùt suò notatur locò, de S Praxede autem fit tantùm Commemoratio in pridianis Vesperis, ac hodiernis Laudibus, & Missa, sine ultima de illa Lectione. *Col. Alb.* Si autem incidat in diem Dominicam, tunc non modò in *1. Vesperis, Laudibus, ac Missa* Dominicæ fit Commoratio, sed etiam dicitur 9. Lectio de S. Praxede, & tunc *Col. Vir.*

Vesperæ hodiernæ dic. in Ecclesia Universali sub Ritu dupl. mi de S. Maria Magdalena. Antiphona: *Dum esset Rex*, cum Reliquis a Laudibus ex Commun. non Virg. Psalm. *Dixit Dominus*, cum reliqu de Communi Virg. Capitulum *Mulierem fortem &c.* de Commun non Virg. utì in loco. Hymn. prop cum Versu: *Diffusa est Gratia &c.*, ibi. Antiphona ad Magnificat, & ratio pariter sunt propr. *Col. Al*

Si hodie occurrat Domini fit de illa in hodiernis Vesperis Commemoratio, exceptis illis locis, quibus crastinum Festum celebrat sub Ritu duplici 1. aut 2. Classis. S autem cras occurrat Dominica, tun in hodiernis (dicendis de S. Magdalena) fieri debet Commemoratio Dominicæ ubique, ac proinde etiam ibi, ubi S. Magdalena est duplex 1. aut 2. Classf.

22. S. Mariæ Magdalenæ dupl. min. *Col. Alb.* Offic. ùt in Comm nec Virg. nec Mart. ac propr. hab habet namque proprium Invitatori um (*Laudemus DEUM nostrum in conversione Mariæ Magdalenæ*) & Hym propr. cum propr. Lectionibus Matutino: propria item Responsoria post Lectiones 1. Nocturni, ac denique proprium Hymnum, & Versum ad Laudes, cum propria Antiphona

phona ad *Benedictus*. Oratio pariter est propria, eadem nempe, quæ in 1. Vesperis : reliqua, ut in Commun. nec Virg. nec Martyr. Si occurrat hoc Festum in Dominica, tunc etiam ibi, ubi est duplex 1. Classis, in utrisque illius Vesperis, Laudibus, ac Missa debet fieri Commemoratio de Dominica, cum 9. Lectione de Homilia ejusdem Dominicæ in *Officio*, ac ultimo ejusd. Evangelio in *Missa*, quam habet propriam: dicitur autem cum *Gloria*, & *Credo* (etiam extra Dominicam, ac propr. Ecclesiam) cum Oratione unica, & Præf. Commun. *Col. Alb.*

Si incidat hoc Festum in Dominicam, tunc, quia 9. Lectio dicenda est de Dominica, rectè ex Lectione Octava & Nona Festi fit una. Habet S. Magdalen. *Credo*; quia in Resurr. fuit Apostolorum Apostola. Genaut. *Vesperæ* hodiernæ dicuntur in Ecclesia Universali usque ad Capitulum de S. Maria Magdalena, cum Antiphonis, ac Psalmis, ùt in 1. Vesperis; à Capitulo autem de S. Apollinari Episc. ac Mart. (dicendo omnia, ùt in Commun. un. Mart. excepta Oratione, quæ est propria) tum Commemoratione S. Mariæ Magdalenæ (Antiph. *Mulier, quæ erat &c.* Vers. *Elegit eam &c*, ùt ibi) & S. Liborij Episcop. ac Confess. Orat. *Da quæsumus &c.* de Commun. Confess. Pontif. *Si* hodie, aut cras occurrat Dominica, fit (ante Commemmorat. de S. Liborio) ubique etiam hujus Commemoratio. *Col. Rub.* Ubi verò S. Maria Magdalena est *Patrona* Templi, sive Titularis Ecclesiæ, ibi integræ Vesperæ dicuntur hodie de illa, recitando omnia, ùt in 1. Vesperis (excepto Versu, qui in hodiernis Vesperis est: *Elegit eam &c.* cum Commemoratione S. Apollinaris, & Dominicæ hodie, vel cras occurrentis, non tamen Dominicæ præcedentis hoc Festum; nam hujus Commemorationem excludunt in 1. Vesperis Duplicia 1. & 2. Classis, esto eam admittant Duplicia alia inferioris Classis. *Col. Alb.* De S. Liborio quoque (cui ab Anno 1702. pro die 23. Julij in Ecclesia univers. est *Ritus Simplex* concessus, nec non Commemoratio in pridianis Vesperis, & Laudibus crastini Festi, attamen sine 9. Lectione) nulla fit ibi Commemoratio, ubi S. Magdalena, aut S. Apollinaris celebratur Ritu dupl. 1. Classis.

Ubi Festum S. Mariæ Magdalenæ est Festum Patrocinij, adeoque celebratur cum Octava, ibi Lectiones II. & III. Nocturni dicuntur *Diebus infra Octavam* prout notantur in Octavario Romano à fol. 508. & 177.

23. S. Apollinaris Episc. & Mart. dupl. min. *Col. Rub.* In Offic. omnia dicuntur de Commun. un. Mart. præter Orat. & Lectiones II. & III. Noct. In I. Noc. autē dic. de Scrip. occur-

currente, nisì ponendum sit Initium alicujus Libr. Reg. nondum positum. In Laudibus fit in Ecclesia universali Commemoratio de S. Liborio Episc. & Conf. Oratio : *Da quæsumus &c.* de Commun. Conf. Pont. Si hodie *occurrat*, aut *concurrat* Dominica, fit de ea pariter Commem. ac alia, ùt herì.

Missa. propr. cum *Gloria* & Commemoratione de S. Liborio Episc. & Conf. de quo Oratio regulariter: *Da quæsumus &c.* ex Missa *Statuit* 1. de Commun. Conf. Pont. Non dic. *Credo*, nisì veniat in *Dominica*, vel infra Octavam admittentem *Credo*, & tunc fit etiam de Dominica, aut die infra Octavam Commemoratio. Præf. *Commun. Col. Rub.*

Si Vigilia S. Jacobi Apostol. veniat in Dominica, tunc Vigilia illa etiam quoad *Jejunium de Præcepto* anticipatur ad Sabbatum præcedens, in quo *Officium*, ac *Missæ privatæ* dicuntur de S. Apollinari, cum Commemoratione Vigiliæ (& post eam etiam S. Liborij per Orat. *Exaudi*, ut infrà, in *Laudibus*, ac *Missa* tantùm, nec non cum 9. Lectione de Homilia ejusdem Vigiliæ in *Officio*, & ultimo Evangelio de eadem in in illis Missis : at verò in Ecclesijs *Cathedralibus* & *Collegiatis* cantantur tunc duæ *Missæ conventuales*, una de *Festo* S. Apollinaris post Tertiam *Col. Rub.* Altera de *Vigilia*. Col. Viol. In priore dic : *Gloria* sine *Credo*, & Commemorat. de S. Liborio tantùm nisì occurrat dies infra Octavam; tunc enim ante Commemorationem de Festo Simplici fit etiam Commemoratio de die infra Octavam. In posteriore (quæ dic. sine *Gloria* & *Credo*) 2. Oratio est *Concede*. Ecclesiæ, vel pro Pap. utì notantur post Dominicam in Albis. In utraque dic. Præf. Commun. & in fine utriusque Evang. S. Joannnis. Quia verò in tali Casu, quô nempe Festum S. Apollinaris hac die 23. Jul. occurrens venit in Sabbato, sed idem Sabbatum tunc anticipatur *Jejunium* & *Missa Vigiliæ* modô antedictô, tam in *Laudibus*, quàm in *Missis privatis* hodierni Festi facienda est Cômmemoratio non tantùm S. Liborij, sed ante eam etiam *Vigiliæ* S. Jacobi; ex altera autem parte Oratio de S. Liborio (*Da quæsumus &c.*) est quasi eadem cum Oratione Vigiliæ, ideò ad utriusque Orationis varietatem assumenda est in tali occurrentiâ pro Commemoratione de S. Liborio Oratio : *Exaudi quæsumus Domine &c.* 2. De Commun. Conf. Pont. juxta ea, quæ habent, ac insinuant Rubricæ Generales Missalis Romani *Tit. VII. n.* 8. & Gavant. ibidem.

Si Festum S. Apollinaris transferatur in Feriâ II. eò quòd v. g. alicubi in Dominicam præcedentem seu diem 23. Julij incidat Festum

Dedi-

Dedicationis propriæ Ecclesiæ, aut simul, habens Ritum altiorem, tunc in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis pariter cantantur die illâ duæ Missæ Conventuales : *Prior* post Tertiam de Festo *translato* S. Apollinaris, cum Commemeratione S. Christinæ tantùm, nisi occurrat simul dies aliqua infra Octâvam; tunc enim 2. locò dicenda esset Oratio de die infra Octavam, & 3. locò de S. Christina : *Posterior* post Nonam de *Vigilia*, cum alijs in utraque respectivè, ut suprà. *Missæ privatæ* verò in eo Casu dic. de S. Apollinare, uti & Officium cum Commemoratione *Vigiliæ*, & post hanc de *S. Christina*, nec non cum 9. Lectione de Homilia in Evang. Vigiliæ in *Officio*, & ult. Evangel. in *Missis* ejusmodi privat. *Col. Rub.*

Quommodo ordinandum sit Officium de S. Apollinare quoad Lectiones II. & III. Nocturni infra Octavum, ubi is tanquam Patronus, seu Titularis Ecclesiæ celebratur cum Octava, habetur in Octavario Romano à fol. 222. & 182. hac die.

Vesperæ hodiernæ sunt regulariter de S. Apollinare. In iis dic. Omnia (excepta Oratione) ùt in 2. Vesper. in Communi un. Mart. & fit Commemoratio S. Christinæ Virg. & Martyr. Antiph. Vers. & Oratio (*Indulgentiam*) de Commun. Virg. & ante eam Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Rub.* Ubi S. Christina est Patrona loci aut Titularis Ecclesiæ, ibi integræ Vesperæ dicuntur de S. Christina, sine Commemoratione S. Apollinar. imò & Dominicæ, si quæ hodie occurrat, cum Commemoratione tamen Dominicæ subsequentis, si quæ subsequatur. *Col. Rub.* Ubi verò eadem S. Christina celebratur sub Ritu dupl. minore (utì Viennæ) ibi Vesperæ hodiernæ sunt saltem à Capitulo de illa, cum Commemoratione S. Apollinar. & Dominicæ, seu occurrentis, seu concurrentis : licèt autem tunc in utroque Casu dicatur crastinum Officium de S. Christina Virg. & Martyr. utì in Commun. Virg. & Martyr. ac Proprio Diœcesano, ibi tamen, ubi est duplex 1. Classis, nihil cras fit tam in *Missa*, quàm in *Officio*, de Vigilia ; at verò, ubi est duplex minus, ibi cras in Officio dic 9. Lectio de Homil. Vigil. & ult. Evang. in fine Missæ, cum Commemoratione de eadem Vigil. in Laudibus, & Missis privatis : in *Ecclesijs* autem *Cathedralibus* & *Collegiatis* dic. tunc duæ Missæ convent. *una* de *Festo*, *altera* de *Vigilia*, modò die præced. &c declaratò. Alicubi (Teste Gavant. Tom. 2. S. 3. C. 7. n. 3.) pridie S. Christinæ Virg. & Martyr. nempe hac die 23. Julij, nisi sit Dominica, jejunatur ratione Vigiliæ S. Jacobi Apost. in crastino ejus Festo occurrentis, quod ibi est Festum

Patro-

Patronæ : posse enim Episcopum in Festo Solemni Patroni loci, si in eo occurrat Vigilia, transferre *Jejunium* in pridianum diem, apud eundem docet Cajet. V. *Jejunium cum Tabiena* & alijs, ad eum modum, quô ijs annis, quibus Vigilia S. Joann. Baptistæ incidit in Festum Corporis Christi, anticipatur Jejunium in Ecclesia universali ad diem pridianum Festi Corporis Christi, nempe ad Feriam IV. præcedentem, cúmque præmisisset : *Vigiliam* occurrentem in *in Festo* 1. *Classis* nullum in hujus Officio habere locum, ne quidem Commemorationem (ne scil. Festi Solemnitas imminuatur) subjungit dein, suô quoque judiciô expedire, ut Auctoritate Majorum in hujusmodi Casu dictô modô ante illud Festum Jejunium Vigiliæ, in eo occurrentis, anticipetur : Officium tamen Vigiliæ (ut ibidem notat) non est anticipandum, ob rationes, idq; ex eo ac Rubricis infra die 30. Octobr. &c. afferendas.

24. Vigilia S. Jacobi majoris Apostoli Rit. Simpl. *Col. Viol. Jejunium de præcepto.* Offic. fit feriale, ut in Psalter. cum Antiph. Psalmis, & Versu de Feria curr. Lectiones verò tres de Homilia S. Gregor. Pap. in Evang : *Hoc est Præceptum meum*, ut in communi Sanctor. in Vigilijs Apostolor. Responsoria de Feria currente, nisi ponenda sint Responsoria primi Nocturni ejus Dominicæ, in qua ob occursum Festi Dupl, prius ponni nondum potuerunt, uti habetur Rubr. General. XXVII. n. 2. Ad Laudes & per Horas dic. prima ferial. flexis genib. Oratio de Vigilia notatur in loc. In Laudibus 1. Commemorat. de S. Christina Virg. & Mart. cui subjungitur Commemorat. de Cruce, cum suffrag. Sanctor.

Missa de Vigilia : *Ego autem sicut oliva &c*, ut in Vigil. un. Apost. (extans 1. locô tum in Comm. Sanctor. tum etiam in Ord. in centiorib. Missalib.) sine *Gloria & Credo.* Orat. 2. de S. Christina : *Omnipotens dulgentiam &c.* 3. *Concede*, nisi ratione Feriæ II. aut ratione mensis in *Missis* privatis 2. locô dicenda sit Oratio *Fidelium*, & tertiô Oratio de S. Christina. Præf. Commun. In fine *Benedicamus*, & Evang. S. Joann. *Col. Viol.*

Quando *Vigilia S. Jacobi* venit in Dominica, tunc hodie fit *Officium* & *Missa* de Dominica, cum Commemoratione utrobique de S. Christina Virg. & Mart. & tuncin Missa Oratio. 3. est *à Cunctis* : at verò *Jejunium Vigiliæ* anticipatur ad Sabbatum præcedens, & *Officium*, ac Missa tunc ordinantur modô heri declarato. Ibidem vide, quid observandum, quando in die hujus Vigiliæ occurrit Festum 9. Lectionum, aut tale in eam transfertur.

Quid verò observandũ, sit tunc circa

rica *Missas* præsertim (tam *privatas*, quàm *Conventuales*) quando hodierna Vigilia incidit in *Diem* aliquam Octavam, aut in *Diem infra Octavam*; item, quando incidit in *Diem primam* Missis non impeditam Festô 9. Lectionum, ac denique in Feriam II. similiter non impeditam, vide supra die 23. Junij in Vigil. Nativit. S. Joann. Bapt.

Officia (idem est de Missis) aliqui nonnullis Congregationibus, aut Ecclesijs concessa, ut semel, vel pluries in Hebdomade, aut Mense, Diebus non impeditis Festô aliquô 9. Lectionum dici queant de Venerabili. v.g. Sacramento, aut de Immaculata Conceptione B. M. V. vel Ordinis Patronis &c, non possunt amplius dici in hac, aut quacunque alia *Vigilia*, nisi pro hujusmodi quoque diebus specialis facta sit mentio in Concessione ejusmodi Officiorum, uti constat ex Decreto S. R. C. de die 20. Martij. 1706. quod in memoriam hîc placuit revocare. Vide dicta superiùs ad diem 23. Februar.

Vesperæ de S. Jacobo Apost. sub Ritu dupl. 2. Classis. Omnia de Communi Apostolorum, ut ibidem in 1. Vesper. præter Orat. quæ est propr. cum Commemoratione Dominicæ, si quæ cras occurrat; si autem hodie Dominica occurrat, tunc neque de Dominica fit aliqua Commemoratio. *Col. Rub.*

25. S. Jacobi Major. Apostoli, dupl. 2. Classis. *Col. Rub.* In Officio omnia, ut in Commun. Apostol. exceptis tantùm Lectionibus II. & III. Noct. quæ unà cum Oratione dicuntur, ut in propr. locô, cum Commemoratione S. Christophori Mart. ut ibi, sed in *Laudibus*, & *Missis privatis* tantùm, nisi occurrat hoc Festum in Dominica, tunc enim (& quidem in Missis privatis ante Commemprationem de S. Christophoro) fit pariter Commemoratio de Dominica in *Officio*, & *Missa* etiam solenni, cum 9. de Homil. Dominicæ in illo Lectione, & ultimo ejusdem in hac Evangelio.

Dicitur autem Missa, prout notatur in Propio Sanctor. cum *Gloria & Credo* sine Commemoratione in *Missa solenni*, nisi solius Dominicæ, si quæ occurrat, in *Missis* verò privatis etiam S. Christophori. Præf. de Apostolis. In fine Evangel. Dominicæ etiam in *Missa solenni*, si hodie sit dies Dominica, alioquin Evangel. S. Joann. *Col. Rub.*

In 2. *Vesperis* (quæ, ubi S. Annæ non est Patrona, dicuntur de *S.* Jacobo, ut in 2. Vesperis in Communi Apostolorum) fit Commemoratio *S.* Annæ (Antiphon. & Vers. de Commun. non Virg. Orat. Propr.) & Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Rub.* Ubi verò S. Anna est *Patrona Titularis* Ecclesiæ, ibi Vesperæ dic. integræ de *S.* Anna, cum

Com-

Commemoratione S. Jacobi, ubi hic non est Patronus (nam, ubi est Patronus, ibi adhuc dicuntur integræ de ipso, utpote digniore) & Dominicæ, si quæ cras occurrat, non tamen Dominicæ hodie occurrentis. *Col. Alb.*

Ubi S. Jocobus Apostol. est *Patronus titularis* Ecclesiæ (uti est Oeniponti) ibi celebratur Ritu duplici 1. Classis, & cum Octava, nihil tamen ibi fit in *Officio*, aut *Missa* de S. Christophoro Mart. de Dominica autem hodie occurrente fit in illis ùt suprà die 22. hujus. Ad Lectiones in II. & III. Noct. infra Octavam S. Jacobi in Ejusmodi locô dicendas quod attinet, dicendæ sunt illæ in II. Noct. prout notantur in Octavario Romano in Communi Octava Apostolor. à fol. 183. In III. verò Noct uti notantur ibid. à fol. 148.

26. S. Annæ Matris B. M. V. dupl. min. *Col. Alb.* in Officio omnia dicuntur, ut in Com̃. nec Virg. necMart. except. Oratione, & Lectionibus II. Noct. quæ dicuntur, ùt propriô notantur locô. In I. autem Noct. Lectiones: *Mulierem fortem &c.* In III. *Simile est Regnum Cœlorum Thesauro*, de Communi nec Virg. nec Mart. In *Laudibus*, & *Missa* fit Commemoratio Dominicæ, si quæ hodie occurrat, cum 9. Lect. de ea in *Officio*, & ult. Evang. in *Missa*: quæ est propria, & dic. cum *Gloria*, sine *Credo*, nisi in propria Ecclesia, aut nisi venerit in Dominica Præf. Commun.

In II. *Vesperis* fit Commemoratio Dominicæ, si quæ hodie, vel cras occcurrat, item Festi simplicis sequentis, nempe S. Pantaleonis M. pro quo Antiph. *Iste Sanctus*. Vers. *Gloria, & honore &c.* Orat. *Præsta quæsumus Omnipotens DEUS, ut intercedente &c.* ùt in Commun. un. Mart. tantùm 2. locô. Quæ tamen ultima Commemoratio omittitur ibi, ubi Festum S. Annæ est *Patrocinium Templi*, adeoque duplex 1. Classis. Gregorius XV. præcepit hodie agi hoc *Festum* ubique, constitutione edita 8. April. 1622. sed ea non est ubique usu recepta, uti nec Urbani Pap. VIII. 1642. Idem Festum statuentis apud P. Gobat.

Ubi S. Anna est *Patrona*, ibi celebratur Ritu duplici 1. Classis cum Octava, modô suprà die 22. hujus declaratô, ac proinde diebus infra Octavam dicuntur Lectiones II. Nocturni, prout notantur infra Octavam nec Virg. nec Mart. in Octavario Romano à fol. 508. In III. verò Noct. prout notantur ibidem à fol. 479.

Ubi S. Pantaleon (ob insignes v. g. Reliquias) celebratur Ritu dupl. minore, ibi hodiernæ Vesperæ dicuntur de S. Anna nonnisi usque ad Capitulum (nisi hæc ibidem habeat aliorem Ritum) a

Ca-

Capitulo verò de S. Pantaleone M. ut in 1. Vesper. un. Mart.) cum Commemoratione præcedentis, & Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Rub.*

27. S. Pantaleonis Mart. Simpl. *Col. Rub.* Nisi hodie occurrat fieri Officium 9. Lectionum, aut de S. Maria in Sabbato, fit hodiernum *Officium* de S. Pantaleone Mart. in hunc modum: Ad Matutinum dic. Invitatorium, & Hymn. de Commun. un. Mart. Antiphonæ, & Psalmi feriales de Feria curr. Lectio I. & II. de Scripe. occurrente (nisi ponendum sit initium alicujus Libri S. Scripturæ nondum positum) Lectio III. propr. Circa versum, Absolutiones, Benedictiones, & Responsoria observanda sunt ea, quæ suprà 27. Maij, in Festo S. Joannis Pap. & Martyris (quando id cadit extra Tempus paschale) & 7. Julij sunt annotata. Oratio, uti in 1. Vesperis: *Præsta quæsumus, Omnipotens Deus, ut intercedente &c.*, eique subjunguntur Suffragia Sanctorum, dicuntúrque Preces Dominicales ad Primam.

Missa: *Lætabitur Justus* (2. de Communi un. Mart. tantùm) cum *Gloria*, sine *Credo*. Oratio 2. à *Cunctis*. 3. Ad libit. nisi ratione Mensis, aut Feriæ II. secundò locò dicendum sit: *Fidelium*, & tertiò: à *Cunctis*. Præf. Commun. *Col. Rub.*

Si Festum S. Pantaleonis incidat in Sabbatum, *Officium* fit hodie de S. Maria in Sabbato, de S. Pantaleone verò fit tantùm Commemoratio (sine Lectione) in hesternis Vesperis, hodiernis Laudibus, ac *Missa*, in qua tunc 3. oratio de S. Spiritu, nisi, ut mox dicetur, ratione Mensis penultima debeat esse: *Fidelium*, & tertia de S. Pantaleone. *Col. Alb.*

Si idem hoc Festum incidat in Dominicam, fit non modò de eo in pridianis Vesperis, ac hodiernis Laudibus, & Missa (ante orationem: *à Cunctis*) Commemoratio, sed etiam legitur de eodem in hodierno Dominicali Officio 9. Lectio, & tunc *Col. Vir.*

Si hodierna dies sit prima dies Mensis, non impedita Officio 9. Lectionum, aut Feria II. similiter non impedita, tunc observanda sunt hodie ea, quæ suprà 7. hujus sunt annotata: juxta quæ, si hodie sit Sabbatum, & ratione Mensis dicenda sit hodie Orat: *Fidelium*, in Missis privatis de S. Maria in Sabbato Oratio 2. erit *Fidelium*. 3. De *S.* Pantaleone Martyre, nisi dicere lubeat 5. aut 7. orationes; tunc enim 2. erit de S. Pantaleone, penultima verò *Fidelium*.

Ubi S. Pantaleon (ob insignes v. g. Reliquias) celebratur Ritu duplici, ibi Lectiones I. Nocturni sunt de Scriptura Feriæ currentis, si celebretur Ritu duplici tantùm minore, si autem altiore, tunc juxta Ru-

Rubric. legendæ sunt positæ in Communi plurim. Martyr. nempe: *Fratres Debitores &c.* In II. Noctur. Lectio I. dicitur, uti notatur hac die in Propr.Sanctor. 3. & 4. verò sumitur de Communi un. Mart. *Principes persecuti sunt me &c.*, ut ibi 2. loco. In III. Noct. dicuntur illæ, quæ leguntur in Festo S. Polycarpi 26. Januar. de Homil. in Evangel. *Nihil est opertum &c.* & si cadat in Dominicam, fit etiam de hac Commemoratio in utrisque Vesperis, *Laudibus*, ac *Missa*, cum 9. de eadem Dominica Lectione in *Officio*, & ultimo ejus Evangel. in *Missa*.

Ubi habentur insignes de hoc Sancto Reliquiæ, ibi etiam extra Dominicam dic. in Missa *Credo*, & in 2. Vesperis fit Commemoratio de Festo subsequente.

In Ecclesia autem vniversali, ubi hodie est Factum de S. Pantaleone Ritu tantùm simplici, at non de S. Maria in Sabbato, ibi hodie Vesperæ integræ dicuntur Ritu Semiduplici de Ss. Nazario, & Celso &c, nisi eorum Festum ratione Dominicæ cras occurrentis transferendum sit in diem proximam, Officiô 9. Lectionum non impeditam. Oratio propr. reliqua ùt in 1. Vesperis plur. Martyr. dicuntúrque in illis Suffragia Sanctor. ac preces Dominicales ad Completor. *Col. Rub.*

28. Ss. Nazarii, Celsi, & Victoris Martyr. ac Innocentij Pap. & Conf. semid. *Col. Rub.* In Offa omnia dic. de Cummun. plur. Martyr. exceptis Lectionibus. 1. Noct. quæ dic. de Scriptura Feriæ cum II. Noct. quæ sunt propriæ, ut Oratio: In III. Noct. dic. Hom. in Evang. *cùm audieritis prælia &.* In Laudibus, ac Vesperis (nisi cu rat aliqua Octava) dicuntur Suffra gia Sanctorum, & ad *Primam*, *Completor*. Preces Dominicales.

Missa, ùti notatur, cum Glo fine *Credo*. nisi veniat infra aliqua Octavam. Oratio 1. propr. 2. à ctis. 3. Ad libitum. Præf. Comm *Col. Rub.*

In II. Vesperis usque ad Capitulum dic. omnia, ùt in 2. Vesperis plur. Martyr. à Capitulo autem de S. Martha Virg. Oratio: Exaud & reliqua, ut in 1. Vesperis de Commun. Virg. cum Commemoratione Præcedentis & Ss. Felicis, ac Socior. MM. ùt ibi. *Col. Alb.* nisi cras occurrat Dominica; tunc enim S. Martha (ubi ea non est Dupler) transfertur in diem proximè Sequentem, Festô 9. Lectionum non impeditam; Vesperæ autem hodiernæ tunc à Capitulo dicuntur de crastina Dominica, cum Commemoratione præcedentis, & Ss. Felicis, ac Socior. MM. *Col. Vir.*

Quòd si Festum hodiernum Ss. Nazarij, & Socior. occurrat in Dominica, hodie fit de Dominica, Festum autem hodie occurrens, ubi

vinon est duplex, transfertur in diem proximam, Festô 9. Lectionum non impeditam, in Vesperis verò hodiernis Dominicalibus tunc fit Commemoratio de sequenti Festo semiduplici, & postea diei infra Octavam, si quæ currat. *Col. Vir.*

29. S. Marthæ Virg. Semid. *Col. Alb.* In *Officio* omnia (etiam omissio Exaudi) dic. ùt in Commun. Virgin. de Virgine tantùm. Lectio 1. de Scriptura Feriæ curr. II. & III. Noct. propriæ. Ad Laudes dic. Suffragia Sanctor. & ad Primam preces Dominicales, nisi currat aliqua Octav.

Missa, utì notatur, cum *Gloria*, fine *Credo*, nisi veniat infra aliquam Octavam. Oratio 2. à *Cunctis*. 3. Ad libitum. Præfat. Commun. *Col. Alb.*

II. Vesperæ (nisi cras occurrat fieri de Festo aliquo 9. Lectionum, aut de die infra Octavam, aut de Dominica) integræ dic. de S. Martha, ùt in 2. Vesperis de Commun. Virg. cum Commemoratione SS. Abdon. & Sennen MM. Oratio propr. &c. ùt ibidem: post eam dic. Suffragia Commun. Sanctorum, & Preces Dominicales ad Completor. ut suprà. *Col. Alb.*

Si cras occurrat fieri de Dominica, aut die infra Octavam, vel de Festo 9. Lectionum, hodiernæ Vesperæ ordinantur respectivè modò fieri indicatô.

Ubi S. Martha est duplex 1. Classis, ac celebratur cum Octava, ibi in primis Vesperis nulla fit Commemoratio Dominicæ, aut Festi præcedentis (nisi hoc celebretur Ritu duplici 1. aut 2. Classis) sed tantùm Dominicæ cras subsequentis, hodie verò Lectiones I. Noctur. dic. de Epistola 1. B. Pauli Apostol. ad Corinth. *de Virginibus præceptum*, prout notantur pro I. Noctur. in Commun. Virg. at in II. Vesperis non fit Commem. tunc Festi Simplicis sequentis, bene tamen Dominicæ, aut Festi duplicis, aut etiam Semid: sequentis. Infra Octavam autem dic. Lectiones in II. Noct. utì notantur pro diebus infra Octavam Virg. in Octavario Romano à fol. 462. & denique in III. Noct. prout notantur ibidem à fol. 179.

30. Ss. Abdon, & Sennen. MM. Simpl. *Col. Rub.* Omnia tam quoad *Officium*, quòd quoad *Missam* ordinantur hodie ad eum proportionaliter modum, quô die 27. Julij: unde, si de ijs hodie fiat *Officium*, Lectio I. & II. erunt de Scriptura occurrente (nisi ponendum sit Initium Parabolarum Salomonis) 3. verò propria, utì & *Oratio*, ac *Missa*. Si hodier. dies sit 1. dies Mensis, non impedita Offic. 9. Lection. aut hodie occcurrat fieri Officium de Festo 9. Lectionum (seu *occurrente*, seu *translato*) tunc pariter ea sunt observanda, quæ die 27. hujus, ac locis ibi annotatis.

Vesperæ de crastino Festo S. Ignatij Conf. ac Societatis JESU Fundator: & quidem in Ecclesia universali sub Ritu duplici minore, in Societate JESU verò, & ubi est Patronus Ecclesiæ, sub Ritu duplici 1. Classis, ac sine ulla Commemoratione, nisi Dominicæ subsequentis, si quæ sequatur, non tamen antecedentis, si quæ hodie occurrat. Dicuntur autem omnia (excepta oratione propria) ùt in Communi Conf. non Pontif. *Col. Alb.* Orationem de S. P. N. Ignatio: *DEUS, qui ad majorem tui Nominis Gloriam &c* quædam Breviaria & Missalia impressa concludunt per verba: *Qui vivis & regnas &c.* alia verò sic: *Per Dominum nostrum &c.* at priori modo eam hodie à nostris terminari Romæ, accepi ab eo, qui recèns ex Urbe veniens hàc transijt.

31. S Ignatii Conf. dupl. minus. *Col. Alb.* Offic. dic. de Commun. Confess. non Pontif. Lectio I. Nocturni (Ubi non est Patronus) de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium Libri Salomonis nondum positum. II. Noctur. sunt propriæ. In III. verò Nocturno dic. de Homil. in Evang. *Designavit Dominus &c.* de Commun. Evangelistar. Si hodie occurrat Dominica, dicitur de illa 9. Lectio in Officio, & in Missa ult. Evangelium, fitque de eadem Dominica in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa Commemoratio, etiam ibi, ubi S. Ignatius celebratur Ritu duplici 1. Classis.

Missa propria ex Decr. [illegible] Rit. Congr. 18. Decembr. 167[illegible] cujus Introitum (*In Nomine JESU* [illegible] non genuflectitur. In eadem [illegible] *Gloria*, sed sine *Credo*, nisi ubi est P[illegible] tronus, aut veniat in Dominica, [illegible] infra Octavam id habentem. Ora[illegible] unica. Præf. Commun. Comm[illegible] moratio Dominicæ occurrentis, [illegible] ultimum Evangel. de eadem, si [illegible] die occurrat Dominica. *Col. Alb.*

Vesperæ (ubi S. Ignat[illegible] non est Patronus Ordinis, aut [illegible] priæ Ecclesiæ) dicuntur Ritu dupl[illegible] ci majore de Sequenti, cum Com[illegible] memoratione S. Pauli Apostol. [illegible] ibi, ac postea S. Ignatij, & Domini[illegible] cæ, si quæ hodie, aut cras occurrat, ac denique Ss. Machabæorum M[illegible] *Col. Alb.*

In Societate JESU celebratur Festum S. Ignatij sub Ritu duplici 1. Classis, & cum Octava (eaque quam de Patrono Principali, ac Fundatore hujus Ordinis) modò descriptò *in Proprio Festorum Societatis JESU*, dicendo nimirum hodie ad Matutinum in I. Noctur. Lectiones de libro Sapientiæ: *Justus, si morte [illegible]* ùt in Communi Confess. non Pontif. 1. locô, reliqua autem, [illegible] eodem Communi, ac proprio loco; dicitúrque in Missa *Credo* per totam Octavam: infra Octavam verò [illegible]

cum-

ntur Lectiones Nocturnorum, & ia, uti notantur in eodem Proprio *festorum Societatis*: quod Proprium quoad Lectiones, in II. Nocturno diebus infra Octavam Occurrentibus in Officio de S. P. N. dicendas, desumptum est ex Octavario Romano de Communi infra Octavam Confess. non Pontif. à pag. 416. usque ad 424. Quoad Lectiones verò dicendas in III. Noctur. in eodem Officio S.P.N. per Octavam, desumptum est ex eodem Octavario Romano de Communi infra Octavam Evangelistar. à pag. 208. usque ad 220. Nota, quòd, quando ratione Festorum infra hanc, aut aliam similem Octavam occurrentium, omitti debent Initia vel Sermonum, vel Homiliarum, de quibus post Festum infra ejusmodi Octavam occurrens est rursus legendum, tunc post tale Festum non legatur Titulus sic: *De Sermone*, vel *Homilia Sancti N.* (cùm nondum de Sermone, vel Homilia ejusmodi S. Patris lectum aliquid sit) sed tunc vel dicatur simpliciter *Sermo*, aut *Homilia Sancti N.* ac si esset Initium Sermonis, seu Homiliæ, vel legatur ipsum Initium Sermonis, vel Homiliæ in præcedentibus diebus, quibus ob occurrentia Festa legi non poterat, positum, prout nempe magìs congruere videbitur, ut monet Gavantus *in Adnotationibus ad Octav. spectantibus*, ac Octavar. Romano præfixis ad *Tit. XXVI.* De Lection. ubi addit, idem esse observandum, quando in die Octava præscribitur sumi aliquas infra Octavam omissas, ob diem Dominicam, seu Festum occurrens: cùm autem Octavarium Romanum (in quo tradit Gavantus hanc suam Doctrinam) non modò à S. R. C. sit *approbatum*, sed etiam ab eadem *non semel laudatum*, Teste Franc. Maria Card. à Monte, eáque praxis insuper nitatur praxi ipsius Ecclesiæ universalis, infra Octavas Festorum ijs tantùm *Sermonibus*, & *Homilijs Ss.* in II. & III. Nocturno (de quibus solis mentionem facit Gavant.) Titulum: *Sermo* vel *Homilia* in Recto præponentis, de quibus nil dum adhuc est lectum; Ratio autem in oppsitum à Nonnemine mora haud difficilem accipere videtur solutionē, ideo practicanda jam omnino judico prædictam Gav. Doctrinam in hujusmodi Casibus.

Notandū porrò ulteriùs est primò: In Societate JESU, & ubi S. Ignatius est Patronus propr. Ecclesiæ, ibi integras Vesperas II. dici de S. Ignatio, cum Commemoratione S. Petri ad Vincula, & S. Pauli Apostoli tantùm, nisì hodie aut cras occurrat Dominica; tunc enim (attamen post Commemorationem de S. Paulo) fit etiam Commemoratio illius Domminicæ, de Ss. verò Machabæis nihil fit ibi in 2. Vesperis, ùt patet ex *Tab. Concurrentia, & Rubr. Gen. IX. n. 4.*

Notan. 2. Ex Indulto Apostolico Gregorij XV. in Bulla : *Splendorem paternæ Gloriæ*, emanata die 8. Junij 1622. concessas esse Indulgentias plenarias omnibus utriusque sexûs Christi Fidelibus verè pœnitentibus, & Confessis, ac sacra Communione refectis, qui in S. P. N. Festô Ecclesiam Societatis à primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi devotè visitaverint, & ibi pro Principum Christianorum concordia, Hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad DEUM Preces effuderint.

Notandum 3. Ex Indulto Clementis X. dato 29. Januarij 1676. Personis ad Assistentiam Germaniæ Soc. JESU pertinentibus *Officium* de S. P. N. Ignatio sub *Ritu Semiduplici*, utì & *Missam* recitare concessum esse infra annum semel quot hebdomadis die non impedita Festo duplici, vel semiduplici, extra Adventum tamen & Quadragesimam, ac (juxta Responsa Sac. Rit. Congr. die 20. Martij anno 1706.) extra quatuor Tempora, & Vigilias (sive cum Jejunio, sive absque Jejunio.) item extra Feriam II. Rogationum, Feriámque illam, in qua secundùm Rubricas est reponendum OfficiumDominicæ : Dies præterea impediti habentur perResponsa prædictæ Sac. Rit Congr. etiam illi, in quibus ponendum est Officium de Festo duplici vel semiduplici translato : Idem est de diebus Octavarum qui habentur pariter pro impe... respectu hujus, & similium Offi... rum, quæ pariformiter certis Co... munitatibus, aut Ecclesijs quan... que conceduntur.

Porrò *Officium* istud Ho... *madarium* de S. P. N. infra anno... diebus non impeditis fit (sub Ri... semiduplici) sequentem in Modum... Lectiones I. Nocturi semper sunt d... Scriptra diei currentis : Lectio... II. & III. Nocturni dicuntur M... Januario & Februanio, ut in Fe... reliquis verò Mensibus dicuntur... ti notantur in Proprio Festorum S... cietatis JESU, juxta Exemplar No... politanum de Anno 1696. impre... so, súntque desumptæ ex Octavario Communi Romano à S. R. C. appro... bato. Missa dicitur Ritu semidu... plici cum *Gloria* sine *Credo* Ritu P... scali, vel non Paschali, pro Tempo... ris exigentia, & ad modum aliarum Semiduplicium. A Dominica Se... ptuagesimæ usque ad Quadragesi... mam post Graduale, omisso *Alleluja* & sequente versu, dicitur Tractus extans in Missa : *Os Justi*, de Communi Conf. non Pontif. Tempore verò Paschali omisso Graduali dicuntur ejus locô 4. Alleluja cum duplici versu, ùt in eadem Missa *Os Justi*, de Communi Confess. non Pontif. Dubitârunt autê aliqui an Indultum Pontificium prædictum etiam locum habeat Feriâ VI. post Octa...

Octavam Ascensionis Domini, quando in eam nec Festum aliquod 9. Lectionum transfertur, nec aliquod in ea occurrit? 2. An etiam se extendat ad eam Hebdom. in quam incidit ipsum Festum S. Ignatij, si ante hujus celebrationem occurrat dies non impedita Offic. dupl. vel Semid. qualis est dies 30. Julij, quando hæc non incidit in Dominicam. Ratio autem dubitandi est; quia neutra illa dies in Indulto inter exceptas legitur, favores autem sunt ampliandi, ut habet Regula Juris, & per leg. 6. *Quod favore. Cod. de leg.* Favorabile talem interpretationem non *recipit, quæ eum, cui favetur, ledere possit.* R. meô judiciô (salvo meliore) Indultum illud ad neutrum illum se se diem extendere; non ad primum, ob rationes P. l. suô locô, cùm agerem de *Feria* illa VI. allatas; non ad posteriorem; quia sicut mens oratorum, hoc est, Supplicantium pro illo Indulto non fuit, ut ea hebdomade, quâ aliunde ex Præscripto Breviarij Rom. fit Officium & Missa de S. P. N. Ignatio, sibi liceat alio insuper illius hebdomadæ die de illo Officium, & Missam celebrare, sed tantùm alijs infra annum hebdomadis, ità videatur neq; mens Pontific. fuisse per suum Indultum illud concedere pro illâ hebdomadâ, quâ aliunde jam fit *Officium*, & *Missa* de S. Ignatio ad minimum semel, aut etiam iterum propter Octavâ utì contingit, cùm Festum S. Ignatij incidit in *Feriam V.* Huic rationi accedunt eæ, saltem ex parte, quas suprà attuli P. l. antè allegatâ. Textibus autem ex Jure pro Sententia contraria petitis oppono Reg. 81. Jur. in 6. juxta quam *In generali Concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimil. in Specie concessurus, si interrogaretur:* quòd autem in utroque dicto Casu id non esset is concessurus, penès quem est potestas id concedendi, colligitur ex suprà allegato Decr. S. R. C. de anno 1706. 20. Mart. quæ interrogata, an Indultum ejusmodi, nonnullis Communitatibus & Ecclesijs concessum, se extendat etiam ad dies nonnullos, qui in ejusmodi Indulto sufficienter comprehendi. aut saltem ab eo non excludi videbantur, nihilominus respondit negativè, *etiam si de illis diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus ejusmodi Officior. Concessionibus.* Adde, quòd id, quod à Jure communi exorbitat, non sit ad alios Casus extendendum. Vide etiam, quæ habet P. la Croix Tom. 4. l. 4. n. 1248. & P. Gob. Tr. 5. *Cas.* 23. *n.* 650. *append.* 4. *litt. gg.* ubi nonnulla usum hujus Privilegij concernentia reperies.

TITU-

TITULUS VIII.

Singularia Festorum Mensis Augusti, qui habet dies XXXI.

S. Petri ad Vincula. Duplex mai. *Col. Alb.* Offic. ùt in Communi Apostolor. & propriô locô. 9. Lectio de Ss. Machabæis MM. nisì veniat in Dominica; tunc enim 9. Lectio dic. de Dominica, Lectio autem de Ss. Machabæis illô annô omittitur; in Laudibus tamen fit etiam tunc Commemoratio de ijsdem Ss. MM. at post Commemorationem de S. Paulo, & post Commemorationem de Dominica.

Missa propria, cum *Gloria, Credo*, & Commemorat. de S. Paulo, nec non de Dominica, si quæ occurrat, ac tandem de Ss Machabæis MM. Præf. de Apostol. In fine Evangel. Dominicæ, si Festum hodiernum veniat in Dominica. *Col Alb.* Ubi Ss. Martyres Machabæi hodie occurrentes sunt Festum 9. Lectionum, adeoque (nisì fortè sint Patroni) transferuntur, ibi Lectio 8. hodierni Officij S. Petri ad Vincula dividenda est in duas, nisì hodie occurrat Dominica; tunc enim nona Lectio dicitur de Homil. in Evangelium Dominicæ. Porrò Officium de ipsis Ss. Machabæis dicendum tunc est suo die, ùt in Communi Mart. mutatis tamen quibusdam, quæ non conveniunt; quia non pro Christo sunt passi. Lectiones autem I. & II. Nocturni pro ipsis sumendæ erunt ex Dominica V. Octobris. *Bauldry in Manual. Sac. Rit. recens impress.*

Ad 2. *Vesperas* Antiph: *Hodes Rex*, cum reliquis de laudibus Psalmi, ùt in II. Vesperis de Communi Apostolor. Capit. ac Hymn. cum Vers. ùt in I. Vesper. Ad *Magnificat* Antiphona propria: *Sabre jubente DEO &c.* Commemorat. de S. Paulo, ut in 1. Vesperis, postea de Dominica, si quæ hodie, aut cras occurrat, ac tandem de S. Stephano Pap. & Mart. de Communi un. Mart. Orat: *DEUS, qui nos beati Stephani Martyris tui, atque Pontificis annuâ solemnitate*, ùt ibidem, ac suô locô. *Col. Alb.*

Nisì cras faciendum sit de Festo 9. Lectionum, dicuntur hodie in Choro post Vesperas Diei (dicto *Benedicamus &c.* & omissô Vers. *Fidelium animæ*) *Vesperæ Defunctorum.*

Si autem crastina dies sit impedi-

posita Festô 9. Lectionum (*seu occurente, seu translato*) tunc pridie illius diei, in quo proximè fiet superius diei, in quo proximè fiet Officium de Festo Simplici, aut de Feria, vel de S. Maria in Sabbato, Vesperæ Defunctorum dictô modô dicuntur : recitari autem debent semper post Vesperas etiam Festi Duplicis, si quod pridie illius diei occurrat, esto sit unum ex Majoribus, ut patet ex Tabula 19. Henrici Groll, in qua post Vesperas secundas SS. Trinitatis, non obstante, quòd hæc sit Duplex 2. Classis, jubentur dici Vesperæ Defunctorum pro sequente Feria II. non impedita Festô aliquô 9. Lectionum. Vide tamen simul inferiùs dicenda.

In Societate JESU verò post Commemorationem de S. Paulo, aut si occurrat, vel concurrat Dominica, post Commemorationem de Dominica, hodie fit etiam Commemoratio de die 2. infra Octavam S. Ignatij in Laudibus, Missâ, & 2. Vesperis, dicendo Antiph. Vers. & Orationem, uti in ipso Festo.

Quomodo ordinandum sit Officium hodiernum quoad Lectiones II. & III. Noctur. per Octavam in loco, in quo Festum S. Petri ad vincula celebratur cum Octava, vide in Octavario Romano fol. 152. Col. 2. & fol. 153.

2. S. Steph. Pap. & M. Simpl. C. R. Nisi hodie occurrat fieri Offic. 9. Lect. (v. g. de Dominica, aut de Festo 9. Lectionum, seu *Translato*, seu *occurrente*, uti in loco, in quo S. Stephanus Pap. & Mart. est Duplex, vel Semiduplex) vel de S. Maria in Sabbato, Officium, & Missa fiunt hodie de S. Stephano Pap. & Mart. sub Ritu simplici, & *Col. Rub.* in hunc modum : Ad Matutinum dicuntur *Invitatorium*, & *Hymnus* de Communi un. Mart. Pontif. *Antiphonæ*, & *Psalmi* Feriales de Feria currente ; at *Versus* post Psalmos, uti & *Absolutio*, & *Responsoria* post primas duas Lectiones sumuntur ex eo Nocturno de Communi un. Mart. qui respondet Feriæ currenti, nempe Feriâ II. & V. ex I. Noctur. de Commun. un. Mart. Feriâ III. & VI. ex II. Nocturno. Feriâ IV. ex III. Nocturno. Benedictio 1. *Ille nos benedicat &c.* 2. *Cujus Festum colimus &c.* 3. *Ad Societatem &c.* Lectio I. de Scriptura occurrente ; nisi ponendum sit Initium Parabolar. Salomonis nondum positum. II. & III. propriæ. Post III. Lect: dicitur Hymnus *Te DEUM &c.* Ad *Laudes* (in quarum fine dic. *Suffragia Sanctor.*) & per *Horas* omnia dic: ùt in Communi un. Mart. Pontific. etiam Oratio : *DEUS, qui nos beati &c.* cum Precibus Dominicalibus ad *Primam*.

Missa, uti notatur in Propr. Sanctor. cũ *Glor.* sine *Cred.* Orat. 2. *Fidel.* 3. *Acunctis.* Præf. Commun. *Col. Rub.*

Ubi hodie sit Ritu Simplici de S. Stephano, aut, hoc cadente in

Sabbatum, de S. Maria in Sabbato (cum Commemoratione tantùm de S. Stephano Pap. & Mart. in 1. Vesperis, Laudibus ac Missa, & quidem in hac, post Orationem *Fidelium*, seu tertiô locô) ibi dictô post Laudes diei *Benedicamus*, & *DEO gratias*, dicitur *Nocturnum Officij Defunctorum* correpsondens Feriæ currenti, unà cum Laudibus Defunctorum. In *Ecclesijs* quoque *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur tunc duæ *Missæ Conventuales*, una pro Defunctis (quotidiana) post Primam, alia de Festo Simplici, aut S. Maria in Sabbato post Sextam. In posteriore, si fiat de Festo Simplici, Orat. 2. est *à cunctis*. 3. Ad libit. Si autem fiat de S. Maria in Sabbato, Orat. 2. erit de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. Præf de B. V. In Ecclesijs autem non *Cathedralibus*, nec *Collegiatis* dicitur Missa de die currente, h. e. de Festo illo Simplici, aut S. Maria in Sabbato, si Festum Simplex in hoc incidat, cum Commemoratione generaliter pro Defunctis, per Orationem *Fidelium*, quæ sicut in Missis Defunct. dici semper debet ultimô locô, quando plures dicuntur orationes, ità in Missis Vivor: pen: loc.

Si hodie occurrat Dominica per annum, fit de ea, cum Commemoratione de S. Stephano Pap. ac Mart. in 1. Vesperis, *Laudibus*, ac *Missa*, nec non 9. de eodem Lectione in *Officio*, faciendo ex duabus unam. *Col. Vir.* Nisi currat aliqua Octava; tunc enim color conveniens Octavæ & de eadem 1. Commemoratio in *Officio*, & *Missa* Dominicæ.

Ubi hodie factum est [illegible] Simplici de S. Stephano Pap. ac Mart. ibi hodiernæ Vesperæ dicuntur [illegible] tu Semidupl. de Inventione S. Stephani Protomartyr. (nisi ob occurrentem cras Dominicam debeat transferri, aut ob occurentem hodiernam Dominicam fieri debeat de Invent. S. Sephani in hod. Vesperis solùmodo Commemoratio) ùt in Comm. un. Mart. ac propr. locô, nec cum Suffragijs; & cum precib. Dominicalibus ad Completor. *Col.* [illegible]

In Societate JESU (nisi occurrat *Dominica*, vel aliquando, [illegible] alicubi sit hodie faciendum de Festo 9. Lectionum, seu *occurente*, seu *translato*) fit hodie *Officium* & Missa de die 3. infra Octavam S. Ignatij [illegible] Ritu Semidupl. & Col. Alb. dicendo omnia in *Officio* ùt in ipso Festo, præter Lectiones, quæ in *I. Noct.* sunt de Scriptura occurr. nisi ponendum sit Initium Libri Parabol. Salom. nondum positum. In II. Nocturno autem (juxta ea, quæ tradit Gavantus in Prolegomenis Octavarij Romani in *Not. ad Rubr. XXVI. de Lectionibus*) potest legi vel Sermo S. Joann Chrysostomi in *Orat. de S.* Philogonio Martyre: *Beati Ignatij &c.* prout is notatur tum in Propr. Festorum Societatis. *fol. 69.* tum etia-

etiam in ipso Breviario Romano in II. Nocturno de Communi Confess. non Pontif. (utpote nondum festus) vel legi potest Sermo ejusdem S. Joannis Chrysostomi de eodem S. Philogon: *Ad hanc Beatam requiem &c.* prout is rursus notatur tum in Propr. Festor. Soc. tum etiam in Octavario Romano tertia die infra Octavam Confessoris non Pontif. in II. Nocturn. ex quo si recitetur tunc Titulus illius Sermonis non est ità legendus: *De Sermone S. Joannis Chrysostomi* (cùm nondum de eo lectum aliquid sit) sed simpliciter sic: *Sermo S. Joannis Chrysostomi &c.* ùt rectè monet Gavant. suprà 31. Jul. relatus in Nota ad cit. Rubr. XXVI. de Lectionibus. In III. Nocturno pariter juxta cit. Gavant. legi possunt Lectiones 1. & 2. vel de Homilia S. Gregorij Papæ: *Missis autem Prædicatoribus &c.* prout notantur in Octavario Romano 2. die infra Octav: Evangelistarum in III. Nocturno (utpote nondum lectæ) vel de Homilia ejusdem S. Gregorij Papæ: *Prædicatores tanta in Deo debent &c.* prout notantur tum in Propr. Festor. Soc. ad hunc diem; tum in prædicto Octavario Romano die 3. infra Octavam Evangelistarum in III. Nocturno: 9. tamen Lectio dicenda est de S. Stephano Pap. ac Mart. (faciendo ex duabus unam) id quod addendum Proprio Societatis, annô 1708. impresso, si denuo id imprimatur. Dominicâ infra Octavam S. Ignatij hodie occurrente, fit hodie in Societate JESU (nisi alicubi occurrat fieri de Festo duplici) *Officium*, & *Missa* de ea, cum Commemoratione Octavæ, & S. Stephani Pap. & Mart. cum 9. de eodem Lectione in Officio; & tam ad istud, quàm ad Missam adhibendus Col. albus, etiam à Sacerdotibus externis apud nos celebrantibus ex convenientia: Iidé etiam in dicenda 2. & 3. Oratione nobis se possunt accomodare ex Decret. S. R. C. de anno 1701. die 11. Jun.

Apud RR. PP. Ordinis minorũ S. Franciſci Seraph. celebratur hodie Festum Dedicationis Templi B. V. Angelorum, seu Portiunculæ, ad Assisium siti, at extra illum locum sub Ritu duplici major. possúntque hac die in omnibus Ecclesijs ordinis Seraphici obtineri à præstantibus præstanda celebres illæ Indulgentiæ, quas vocant *Portiunculæ*. De quibus P. Georg. Gobat *Tom. 2. Tr. 4. P. 2. C. 6. à n. 350. & Alij.*

3. Inventio S. Stephani Protomart. semid. *Col. Rub.* Nisi ob occurentem hodie Dominicam debeat transferri hoc Festrm, *Officium* fit hodie de illo, ùt in Communi un. Mart. & propr. locô. Missa propr. cum *Gloria*, sine *Credo*. Oratio 2. *à Cunctis*. 3. Ad libit. Præf. Commun. Ubi celebratur hoc Festum Ritu duplici 2. Classis (ut

Viennæ Austriæ in Æde summa S. Stephani) aut Ritu duplici 1. Classis (ùt Passavij) tanquam de Patrono, ibi in *Missa* dicitur *Credo*, & in Vesperis fit hodie de sequenti solummodo Commemoratio. *Col. Rub.*

Si hodie factum est Ritu semiduplici de Inventione S. Stephani, hodiernæ Vesperæ dic: in Ecclesia universali integræ de S. Dominico Conf. non Pontif. ùt ibi, cum Commemoratione S. Stephani per propr. Antiph. & vers. &c., uti notantur in loco. Si *ocurrat*, aut *concurrat* cum *Dominica*, fit hujus ante S. Stephanum Commemoratio. In Hymn. Vesperarum mutatur 3. Vers. *Col. Alb.* In Societ. JESU in hodierno *Officio*, & *Missa* fit suis locis Commemoratio de die 4. infra Octav. S. Ignatij.

Ubi S. DOMINICUS est *Patronus Ordinis*, aut *Ecclesiæ*, ibi celebratur Ritu duplici 1. Classis, & cum Octava, nec fit Commemoratio de Festo præcedenti in hodiernis Vesperis, nisi id fuerit 1. aut 2. Classis, fit tamen etiam ibi Commemoratio Dominicæ subsequentis, esto fieri non debeat Dominicæ antecedentis, id est, hodie occurrentis. *Col. Alb.*

4. S. DOMINICI Conf. & Sacr. Ordin. Prædicatorũ Fundatoris. Dupl. min. *Col. Alb.* In *Officio* dic. omnia, ùt in Communi Confess. non Pontif. excepta Oratione propr. & Lectionibus, quæ in I. Noctur: dicuntur de Scriptur. occurrente, nisi ponendum sit Initium Parabolar. Salm. nondum positum. In II. Nocturn. utì notantur in loco. In III. de Homil. S. Gregor. in Evangel. *Sine Iubi*, de Communi Conf. non Pontif. 1. locô. In Hymno *Iste Confessor* mutatur 3. Vers. Si veniat in Dominica, fit de hac Commemoratio, cum 9. Lectione de Homil. in Evang. Dominicæ.

MISSA, utì notatur in propr. Sanctorum cum *Gloria*, sine *Credo*, si non est Patronus Ordinis, aut Ecclesiæ &c. Orat. unica, nisi ver. in Dominica; tunc enim fit Commemorat. Dominicæ, dicitur *Credo*, & ultim. Evangel. de Dominica. Præf. Commun. *Col. Alb.*

VESPERÆ in Ecclesia. universali dic: de Festo seq. S. MARIÆ ad nivem ut in Officio parvo B. V. & propr. locô, necnon in *Vesperis solemnibus* ad intonationem Hymni *Ave Maris Stella &c.* observando id, quod supra die 23. Januar. circa fin. pro omnibus Vesperis, quæ *solenniter* de B. V. decantantur, annotavi, cum Commemoratione S. Dominici, & Dominicæ occurrentis, vel concurrentis. Ubi autem Festum B. V. ad Nivem est *Titulus Templi*, ibi in hodiernis Vesperis non fit quidem Commemoratio de S. Dominico (nisi ubi Is est 1. vel 2. Classis) bene tamen de *sequente Dominica*, si quæ cras occurrat, nec ta-

tamen de Dominica hodie occurrente, nec de die aliqua infra Octavam. Ad Completor. in fine Hymni dic: ubique *JESU Tibi sit Gloria, qui natus es &c. Col. Alb.*

Ubi S. Dominicus est *Patronus Ordinis*, aut *Templi*, adeoque 1. Classis, ibi ordinatur *Officium*, ac *Missa* de hoc Sancto hodie, & per Octavam eò proportionaliter modò, quò supra 31. Julij; & Diebus autē infra Octavam, quibus fit de Octava, dicuntur in II. & III. Noctur. Lectiones, prout notantur in Octavario Romano infra Octavam Confessoris non Pontificis à fol. 416. & fol. 424. observando simul ea, quæ die memorat 31. Jul. Occasione Octavæ S. Ignatij sunt annotata. Cæterùm non desunt Breviaria Venetijs impressa, in quibus per totam Octavam ordinatur modus dicendi Officium de S. Dominico infra ejus Octavam, ubi is celebratur cum Octava.

In Societate JESU fit in hodierno Officio, ac Missa Commemoratio de die 5. infra Octavam S. Ignatij.

5. Dedicatio S. Mariæ ad Nives. dupl. majus. *Col. Alb.* Offic: ùt in proprio loco, & ejus Officio parvo. In fine Hymnor: dic. *JESU Tibi sit Gloria, qui natus es &c.* & in Responsor. brevi ad Primam: *Qui natus es de Maria Virgine &c.* Missa: *Salve Sancta Parens &c.* ùt in votiv. B. M. V. à Pentec. usque ad Adventum, cum *Gloria & Credo.* Orat. unica, nisi alicubi occurrat simplex, aut veniat in Dominica; tunc enim de his fit in *Officio*, & *Missa* suis locis Commemoratio, cum 9. de ijsdem Lectione (si tamen Simplex propriam habet) & ultimo Evangelio de Dominica occurrente in Missa. Præfat. de B. V. *Et Te in Festivitate B. Mariæ &c. Col. Alb.*

Vesperæ in Ecclesia universali integræ dicuntur de seq. Festo Transfigurationis Domini, cum Commemoratione B. V. ad Nives, & SS. Xysti, ac Socior. Martyr. ùt ibi; dicitúrque etiam ad Completor. in fine Hymni: *JESU Tibi sit Gloria, qui Te revelas Parvulis &c. Col. Alb.*

Si *occurrat*, aut *concurrat* cum hoc Festo aliqua Dominica, fit etiam de hac suis locis Commemoratio, nec non in utriusque occursu 9. Lectio, & ultimum de eadem Dominica Evangelium. In Societate JESU fit pariter suis locis Commemoratio de die 6. infra Octavam S. Ignatij, non tamen ibi, ubi Transfiguratio est Festum Titulare Ecclesiæ, utì Augustæ.

Ubi Festum B. V. ad Nives est Titulare Templi (utì est Salisburgi) adeoque 1. Classis, & celebratur cum Octava, integræ Vesperæ hodie dicuntur de B. V. cum Commemoratione de sequenti, & Dominica tantùm, si quæ hodie occurrat, aut cras sequatur: infra Octavam-

vam autem dic. Lectiones II. & III. Nocturni, prout notantur in Octavario Romano à fol. 50. & 84.

6. Transfiguratio Domini Nostri JESU Christi. Duplex. maj. *Col. Alb.* In Officio omnia sunt propria. 9. Lectio, nisi veniat in Dominica, dic: in Ecclesia universali de Ss. Xysto, & Soc. MM. cum Commemoratione eorundem in Laudibus. In fine Hymnorum dic: *JESU Tibi sit Gloria, qui te revelas &c.* & in Responsor. Brev. ad Primam: *Qui apparuisti hodie.*

Missa propr. cum *Gloria*, & *Credo*, & Commemoratione de Ss. Xysto, ac Soc. MM. Præfat. de Nativitate Domini, sine ejusdem *Communicantes.*

In II. *Vesperis*, dicendis ùt ibi, fit Commem. S. Cajetani Confess. (pro quo Antiphona Propr. *Quærite primùm &c* in utrisque Vesper.) & S. Donati Episcop. ac Martyr. Oratio utriusque propria. *Col. Alb.* Si etiam Dominica *occurrat*, aut *concurrat* cum hoc Festo, fit quoque de *ea*, ante Commemorat: de Simplici, Commemoratio. Idem est de die infra Octavam, si quæ occurrat, aut concurrat cum hoc Festo ibi, ubi istud non est Titulus Templi; nam ubi Transfiguratio est dupl. 1. Classis, ibi non fit Commemoratio de die infra Octavam non Privilegiatam seu *occurrente*, seu *concurrente* cum illo.

Ubi *Transfiguratio* est Titulus Templi (ut̀ est in *Templo S. Salvatoris*, unde & à Gavant. in Octavario Romano Festum S. Salvatoris dicitur) adeoque 1. Classis, & celebratur cum Octava, ibi nihil fit tam in *Officio*, quàm in *Missa* de Festo Simplici tam hodie occurrente, quam etiam cras subsequente, & loco Lectionis nonæ (de S. Xysto, & Soc. cijs) dicitur Lectio illa S. Joannis Chrysostomi: *Tu verò Matthæi Philosophiam considera &c.* desumpta ex Homil. 57. in Matthæum, & extans in Octavario Romano post Octavam Trinitatis *fol.* 19. nisi Transfiguratio veniat in *Dominica*; tùnc enim etiam ibi, ubi est 1. Classis, 9. Lect. in *Officio*, & ultim. Evangel. in Miss. dic: de Dominica occurr: fitque rur. de eadē Dominica occurrente etiam Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa. Pariter dò fit in 2. Vesperis Transfigurationis in ejusmodi loco etiam Commemoratio de Dominica subsequente, quando Transfiguratio venit in Sabbato, non autem de Dominica antecedente, quando ea, ubi est 1. Classis, venit in Feria 2.

Infra Octavam verò in locis, ubi Transfiguratio celebratur cum Octava, Lectiones II. & III. Nocturni dicuntur (si quidem fiat de Octava) prout notantur in cit. Octavario Romano à fol. 20. usque ad 36.

In Societate JESU (excepta illa ejus Templa, in quibus Transfigu-

figuratio est Festum Titulare Eccle-
æ, uti Augustæ Vindelicorum) fit
hodie in *Laudibus*, & *Missa* locô
competenti Commemoratio de die
7. infra Octav. S. Ignatij, in 2. autem
Vesperis hodierni Officij fit Com-
memoratio de die Octava ejusdem
S. Ignatij, ùt in I. Vesperis Festi, &
post eam etiam Commemoratio S.
Donati Episcopi & Martyris, ùt i-
bi.

Ubi S. Cajetanus est *Patronus Ordinis*, aut *Ecclesiæ*, ibi hodie integræ Vesperæ dic. de illo sub Ritu dupl. I. Classis sine Commemoratione Transfigurationis, & S. Donati; fit tamen in illis Commemoratio Dominicæ sequentis, si quæ cras occurrat, esto non fiat Commemoratio Dominicæ antecedentis, si quæ hodie occurrat.

7. S. Caietani, Confess. duplic. min. *Col. Alb.* In Officio omnia dic. de Communi Confess. non Pontif. Exceptis Lectionibus quæ in I. Noctur. dicuntur de Script. diei curr. In II. & III. verò prout notantur in loco cum 9. Lectione de S. Donato (nisi veniat in Dominica) nec non oratione, & Antiph. ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, quæ itidem sunt propr. In Laudibus fit Commemoratio S. Donati Episcopi & Martyr. ùt ibi. Si cadat in Dominicam hoc Festum, tunc nona Lectio dicitur de Dominica, atque etiam ultimum Evangelium de eadem Dominica in *Missa*; de S. Donato verò tunc tam in *Officio*, quàm in *Missa* fit solummodo suô locô post Commemorationem Dominicæ Commemoratio: sive autem cadat in Dominicam, sive extra Dominicam Festum hodiernum S. Cajetani, convenienter, ùt notat Pisartus, utroque in Casu nona Lectio de Homilia hujus Festi (desumpta ex Dominica 14. post Pentecost. & incipiens à verbis: *Ideo, inquit, dico vobis*) jungitur Lectioni Octavæ ejusdem Homiliæ incipienti ab his Verbis: *Sed qui servit Mammonæ &c.* faciendo ex duabus hôc modô unam, prout reipsa conjunctæ de facto cernuntur in recentioribus Breviarijs die 7. August. Rationem convenientiæ pro hoc & similibus Casibus insinuat Gavant: Tom. 2. s. 5. c. 12. n. 18. juxta dicta Mense Jan.

Missa (quæ in recentioribus Missalibus extat in ordine) *Os Justi*, de Communi Confessor: non Pontif: exceptô 1. Evangeliô: *Nemo potest duob. &c.* quod sumitur ex Dominica 14. post Pentecost. In ea fit Commemoratio S. Donati Episcop. ac Martyr. dicitúrque *Gloriæ* sine *Credo*, nisi veniat in Dominica; tunc enim non modò dic: *Credo*, sed dicitur etiam de Dominica 9. Lect. in *Officio*, & ultim. Evangel. in *Missa*, cum ejusdem Dominicæ Commemoratione in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa ante Commemora-

mora-

morationem de S. Donato. Præfat. Commun. *Col. Alb.*

In II. VESPERFS (in quibus Oratio, & Antiphona ad *Magnificat: Querite primùm*, ùt in I. Vesper. Festi, reliqua ùt in 2. Vesperis de Commun. Confess. non Pontif.) fit Commemoratio de Festo Semidupl. sequente, ùt ibi, nisi id veniat in Dominica; tunc enim eô translatô fit CommemoratioDominicæ sequentis. *Col. Alb.*

Ubi S. Cajetanus tanquam *Patronus Ordin.* aut *Templi* est dupl. 1. Classis, ac celebratur cum Octava, ibi in *Officio*, & *Missa* nihil fit de Festo simplici, ordinatúrque *Officium*, & *Missa* tam hodie, quàm infra Octavam ad eum proportionaliter modum, quô suprà in Festo SS. Ignatij, & Dominici 31. Julij, & 4. August. nisi quòd in III. Noctur. quando Officium fit de Octava, infra Octavam, & in die Octava legantur Lectiones eædem, quæ in Festo, si propriæ à S.R.C. approbatæ non habeantur, ùt notat Gavant, in Prolegomenis ad Octavar. Roman. in Annotationibus ad Tit. VII. de Octavis ante finem.

In Societate JESU (translatô S. Cajetanô in diem proximam non impeditam) *Officium* fit hodie de *die Octava* S. Ignatij sub Ritu duplic. min. dicendo omnia ùt in Festo, præter Lectiones, quæ sunt in I. Noctur. de Scriptura currentis diei. In II. Noctur. de Sermone S. Bern. Abbatis) nempe *Serm. 2. de S. Vig. Gaudete in Domino Dilectissimi &c.* tantur tum in Proprio Festor. tum in Octavario Romano infra ctavam de Communi Confess. Pontif. à fol. 422. In III. Noct. Homilia ven. Bedæ Presbyteri Commentar. in Luc. *Sicut docuer Apostolos &c.* prout notantur tum eodem Proprio Festor. S.J. tum cit. Octavar. Roman. infra Octav Evangelistarum in 3. Noctur. à 220. cum nonaLectione de S. Do to Episcop. ac Martyr: nisi Di ctava S. Ignatij veniat in Domin tunc enim nona Lectio in *Offic* ult. Evangel. in *Missa* dic. de Do nica, cum ejus Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, eadem Missa: de S. Donato tunc fit solummodo Commemo in 1. Vesperis, Laudibus, ac Mis. post Commemorationem Domi cæ. In II. Vesperis fit Comme moratio de Festo Semidupl. sequente, nisi id cadat in Dominicam; tunc enim non de illo (utpote trans rendo in diem proximam non impe ditam) sed de Dominica fit Com memoratio. *Col. Alb.*

8. Ss. Cyriaci, Largi, & Sm ragdi MM. Semidupl. *Col. Rub.* Officio omnia dic. ùt in Comm plur. MM. exceptâ oratione, q est propria, & Lectionibus, quæ I. Noctur. dic. de Scriptura cur-

current. in II. & III. Nocturn. prout occurrit in Proprio Sanctorum. Ad Laudes dic. Suffragia Sanctorum, & ad Primam Preces Dominicales, nisi currat aliqua Octava. Missa propr. cum *Gloria* sine *Credo*, nisi currat alicubi aliqua Octava requiens *Credo*. Orat 2. à *Cunctis*. 3. Ad libit. nisi veniat infra aliquam Octavam, aut transferatur in Vigiliam S. Laurentij; tunc enim in 1. Casu Orat. 2. est de Octav. 3. *Conc.* uti constat ex Rub. Gen. IX. Missal. *n.* 7. & *seq.* 19. *Sept.* in posteriore verò Casu in Missis privatis 2. Orat. est de Vigil. 3. à *Cunctis*, & de eadem Vigilia, dicitur tunc etiam ultimum Evangelium in Missis privatis, ac 9. Lectio in Officio, cum ejusdem Commemoratione in Laudibus modò mox infrà referendò, ubi etiam de ordinandis, tunc Missis conventualibus. Præfat. Commun. *Col. Rub.*

Vesperæ (nisi cras faciendum sit de Dominica, aut aliquando, vel alicubi de Festo 9. Lectionum) dicuntur hodie integræ ùt in 2. Vesperis plurim. Martyr: de SS. Cyriaco, & Soc. MM. cum Commemoratione S. Romani Martyris, ut ibi, & (nisi currat aliqua Octava) cum Suffragijs, seu Comemorationibus Communibus Sanctorum, ac PrecibusDominicalibus adCompler. *Col. Rub.* Quòd si cras occurrat Dominica, aut faciendum sit de Festo semiduplici, vel de Die aliqua infra Octavam, Vesperæ hodiernæ dic. à Capitulo de Sequenti, cum Commemoratione Præcedentis, & S. Romani Martyris; Integræ verò dicentur de Sequenti, cum Commemoratione præcedentis, & S. Romani, si cras faciendũ sit de Festo duplici min: vel mai: alicubi occurrente, aut translato. *Color Festo sequenti conveniens.*

Quòd si Festum hodiernum SS. Cyriaci &c. occurrat in Dominica, transfertur in Feriam II. subsequentem (nisi in illa faciendum sit de Festo alio novem Lectionũ, seu Duplici, seu Semidupl. *occurrente*, vel etiam *Duplici* translato) & tunc Feriâ illâ 2. in Officio hodierni Festi dic. 9. Lect. de Homil. in Evangelium de Vigilia, cum Commemoratione hujus (ante Commemorationem de S. Romano) in Laudib. & Missis privatis, in quarum fine etiam dicitur tunc Evangel. de eadem Vigilia. Oratio propria, ùt in proprio loco. Quomodo verò Ordinandæ sint *Missæ Conventuales* in tali Casu, paulò pòst dicetur.

Quando Festum S. Laurentij incidit in Feriam II. (uti hôc annô 1711.) Commemoratio S. Romani fit in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa Dominicæ cras occurrentis, Jejunium autem *Vigiliæ* anticipatur tunc ad Sabbatum hodie occurrens, in quo celebratur Festum Ss. Cyriaci & Socior. MM. ùt suprà, cum Com-

memoratione tamen *Vigiliæ* in Laudibus, ac Missis privatis cum 9. de eadem Lectione in *Officio*, & ultimo de illa *Evangelio* in Missa. Non tamen perinde anticipatur tunc Annuntiatio Vigiliæ in Martyrologio, sed fit ut alijs annis, teste Gavanto alibi citato. In Ecclesijs autem *Collegiatis*, ac *Cathedralibus* dicuntur tunc hodiernô Sabb. duæ Missæ, una de Ss. Martyribus (in qua 2. Oratio *à Cunctis*. 3. Ad libitum, & in fine Evangel. S. Joann. *Col. Rub.*) Altera de Vigilia sine *Gloria & Credo*. Orario 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. ult. Evangel. S. Joann. *Col. Viol.* Vide Rubric. Missal. post Missam de Ss. Cyriaco &c. Si crastina dies sit prima dies Mensis Augusti non impedita Officiô novem Lectionum, tunc hodie in Choro post Vesperas diei (dictô *Benedicamus &c.* omissô Versu *Fidelium animæ &c.*) dicuntur *Vesperæ Defunctorum*.

9. VIGILIA S. LAURENTII Mart. *Jejunium de Præcepto*. Officium (nisi faciendum sit de Festo 9. Lectionum, seu occurrente, seu translato) fit hodie Ritu feriali simplici de Feria currente, ùt in Psalterio. Lectiones tres de Homilia Vigil. ùt in propr. Loco. Responsoria ex Feria currente, nisì sumenda sint ex I. Noctur. Dominicæ præcedentis, eò quòd nondum primò sint posita. Ad Laudes, & omnes Horas dicuntur Preces ferial. flexis (saltem in Choro) genibus. Orat. propr. Commemorat. de S. Romano Martyr. (*Præfat. quæsumus Omnipotens DEUS: ut intercedente &c.*) item de Cruce, ùt in Psalterio, & postea consueta Suffragia Sanctorum in *Laudibus*: in quibus Antiphonæ, Psal. & Vers. de Feria currente, ùt in Psalter. *Col. Viol.*

MISSA propr. sine *Gloria & Credo*. Oratio 2. (nisì ratione Mensis, aut Feriæ II. 2. Locô dicendum sit *Fidelium*) de S. Romano Martyr. 3. *Concede*, utì notatur post Dominicam in Albis. Eos, quibus alioquin à Sede Apostolica concessum est, ut semel vel pluries singulis Hebdomadibus aut Mensibus possint diebus, Festo 9. Lectionum non impeditis, dicere *Officium*, & *Missam* de certo aliquo Mysterio, aut Sancto, non posse id facere vi ejusmodi Indulti in hac, aut quamque alia *Vigilia*, constat ex Decreto S. R. C. suprà in *Vigilia* S. Matthiæ Apost. die 23. Febr. allegato. Quòd si ratione Mensis aut Feriæ II. in Missa hodierna dicendum sit *Fidelium*, dicetur id 2. locô, 3. autem Oratio tunc erit de S. Romano Martyr. nisi lubeat dicere 5. aut 7. Orationes; tunc enim Oratio de S. Romano obtinet 2. locum; penultimum verò *Fidelium* juxta alibi dicta. Præfat. Commun. In fine *Benedicamus*, & Evangel S. Joannis. *Col. Viol.* Quòd si hodierna dies sit prima dies mensis Augusti, non impedita Officiô 9. Lectio-

dionum, tunc hodie, dictô post *Laudes* die *Benedicamus &c*, &: *DEO Gratias*, immediatè dic. *Nocturnum Defunctorum* correspondens Feriæ currenti, unà cum *Laudibus Defunctorum*. In Ecclesijs quoque Cathedralibus & Collegiatis dic. tunc duæ *Missæ Conventuales*, una pro *Defunctis* (Quotidiana) post Primam; altera de *Vigilia* post Sextam, & in hac Orat. 2. De S. Romano. 3. *Concede*. In Missis autem privatis (dicendis de Vigilia) Orationes dic. ut suprà, nempe 2. locô *Fidelium*, & 3. de *S. Romano*. Quô modô dic. Missa Conventualis quoque, quando hæc *Vigilia* incidit in Feriam II. Si ratione Mensis jam antecedenter dictum est Officium Defunctorum.

Si Festum sequens S. Laurentij venerit in Feria II. Commemoratio de S. Romano fit in *Officio*, & *Missa* hodiernæ Dominicæ. *Vigilia* autem unà cum Jejunio anticipatur ad Sabbatum præcedens, seu diem VIII. Augusti, in qua celebratur Festum Ss. Cyriaci, & Soc. MM. dicendo de ipsis Officium, & Missam sub Ritu Semidupl. cum Commemoratione Vigil. in Laudibus (pro qua Antiphon. ac Vers. de Psalter. ex Feria current.) & Miss. nec non cum 9. Lectione de eadem Vigilia in Officio, & ultimo de eadem Evangel. in Missis privatis, in quibus *Gloria sine Credo*. Oratio 3. *A cunctis*. Præfat. Commun. *Col. Rub.* At verò in Ecclesijs Collegiat. & Cathedralibus dicuntur tunc duæ Missæ Conventuales modô herì declaratô. Vesperæ autê illius Sabbati tunc à Capitulo dicuntur de sequente Dominica, cum Commemoratione Festi præcedentis, nec non S. Romani Martyr. cui subjunguntur Suffragia Consueta Sanctorum. *Col. Vir.*

Aliàs autem dic. hodiernæ Vesperæ in Ecclesia universali de sequenti Festo S. Laurentij Martyr. sub Ritu duplic. 2. Classis, utì notantur in propr. locô. *Col. Rub.* In Vesperis solemnibus, de S. Laurentio cantatis, ad Intonationem Hymni: *DEUS tuorum militum &c* Officiator jungit, extendit, & elevat manus, ac Caput inclinat versus Altare, utì ex Libr. 2. Cæremonial. Episcop. monet Bauldry P. 2. c. 11. a. 1. n. 25. Ubi ait, idipsum esse faciendum, quoties principium alicujus Hymni inchoatur per invocationem DEI, vel Christi. Quòd si hodie factum sit de Festo duplici minore, fit quidem in Ecclesia universali de illo in hodiernis Vesperis Commemoratio, utì & de Dominica subsequente, si quæ cras occurrat, non tamen de Dominica, aut de Festo semiduplici hodie occurrente, vel celebrato; at verò in propria Ecclesia, seu ubi tanquam Patronus Titularis celebratur S. Laurentius sub Ritu duplici 1. Classis, ibi nec de duplici minore hodie celebrato

fit Commemoratio in hodiernis Vesperis; bene tamen de Dominica subsequente, si quæ cras occurrat.

Quæres: An, ubi abrogatum est Festum S. Laurentij quoad forum, seu obligationem audiendi sacrum, & abstinendi ab opere servili, abrogata sit etiam Vigilia ejus Festi? R. Quæstionem hanc discuti à P. Gob. Tom. 1. Tr. 5. n. 120. Quem Vide.

10. S. Laurentii Martyr. Duplex 2. Classis. *Col. Rub.* In Officio omnia propr. Si incidat in Dominicam, dicitur 9. Lectio de Homil. in Evangelium Dominicæ current. cum hujus Comemoratione in Laudibus.

Missa pariter propria, cum *Gloria*, sine *Credo* (nisi in propria Ecclesia, aut nisi veniat in Dominica) Orat. Vnic. Præfat. Communis. Si incidat in Dominicam, fit de ea Commemoratio etiam in Missa, & in fine hujus dic. tunc Evangel. Dominicæ current. *Col. Rub.*

Vesperæ II. in Ecclesia universali de eodem S. Laurentio, ut in proprio Loco, & Commun. un. Martyr. in 2. Vesperis, cum Commemoratione *Ss.* Tiburtij & Susannæ MM. de Commun. plurim. MM. cui Commemorationi præmittitur Commemoratio de Dominica sequente, si hodie sit Sabbatum. *Col. Rub.* Quòd si cras alicubi occurrat Festum *Patroni*, aut *Dedicationis* propriæ Ecclesiæ, Vesperæ dicuntur integræ de sequenti, cum Commemoratione S. Laurentij, & sequentis Dominicæ tantùm, sine Commemoratione Tiburtij, & Susannæ, ac Dominicæ hodie occurrentis, & tunc Col. de sto crastino conveniens.

11. Secunda Die infra Octavam S. Laurentij; nisi in eam incidat dies Dominica, Officium in Ecclesia universali fit (attamen semiduplici) de S. Laurentio ut in Festo, nisi quòd Lectiones Noctur. sumantur de Scriptura current. nisi ponendum sit in Libri Sacr. Scriptur. (v.g. *Ecclesiast.* nondum positum. In II. aurem III. Noctur. dicuntur, ut in proprio locô hac die, cum 9. Lectione de Tiburtio & Susanna, eorumque Commemorat. in Laudibus, ut *Col. Rub.*

Missa, ut in Festo, cum Gloria, sine *Credo* (nisi in propriâ Ecclesia) Orat. 2. de *Ss.* Tiburtio & Susanna. 3. *Concede*, ut notatur post Dominicam in Albis. Prof. Commun. *Col. Rub.* Si dies infra Octavam S. Laurentij incidat in Dominicam, *Officium*, & *Missa* cuntur de Dominica, cum Commemoratione Octavæ, Sanctorum Tiburtij, ac Susannæ MM. in Laudibus, & Missa, cum 9. Lectione de ijsdem *Ss.* MM. in Officio. *Col. Rub.*

Hâc die Celebratur alicubi Fe-

Festum S. Tiburtij Martyr. sub Ritu duplici minore, ob insignes de eo Reliquias : cùm autem hâc eâdem die simul occurrat S. Susanna habens unà cum S. Tiburtio Ritum simplicem in Ecclesia universali, quæsitum ex me fuit, an omittenda sit in tali loco in *Laudibus*, & *Missa* Commemoratio de S. Susanna : an verò (post Commemorationem de octava S. Laurentij) etiam de hac Virgine & Martyre ibi sit facienda? Mihi (salvo meliore judicio) videbatur facienda, cum 9. de eadem sancta Lectione, ùt in Breviario, incipiendo illam ab his verbis : *Hoc de Susanna Virgo &c.* Tametsi enim Rubrica penultima extans post Tabulam occurrentiæ dicat : *Si alterum Festum sit tantùm Simplex*, id non esse transferendum, sed *omittendum*; videtur tamen Rubrica illa loqui solummodo de Festo Patroni, aut Titularis, quod est Duplex 1. Classis, & omnem Festi simplicis Commemorationem excludit : hanc autem non perindè excludit Duplex minus : consequenter Simplex in eo occurrens, habensque Ritum simplicem in Ecclesia universali, Jus suum ad Commemorationem de se faciendam non amittit, si illud aliud Festum in Eccles. aliqua particulari obtineat Ritum dupl. minor. sed manet in eius possessione.

Vesperæ de S. Clara Virg. sub Ritu duplici min. ùt in Communi Virgin. cum Commemoratione Octavæ S. Laurentij Martyr. *Col. Alb.* Quædam Missalia ac Breviaria annô 1700. & 1708. alicubi impressa assignant pro Officio & Missa S. Claræ Orationem, quæ incipit : *Famulos tuos, quæsumus Domine &c.* verùm quia illa in recentioribus Missalibus, & Breviarijs, etiam Romæ (ùt inde huc Scriptum) approbatis, non reperitur, sed Oratio : *Exaudi nos Deus salutaris noster* (de Communi Virginum non Martyrum) in ijs assignatur, ideo hæc posterior, non illa prior ab utentibus Breviario Romano tam in Officio, quàm in Missa erit recitanda.

Ubi Festum S. Claræ celebratur sub Ritu duplici 1. aut 2. Classis, ibi non fit Commemoratio de Octava S. Laurentij in hodiernis Vesper.

12. S. Claræ Virg. duplex min. *Col. Alb.* Officium ùt in Communi un. Virg. tantùm, exceptis Lectionibus (quæ in I. Noctur. sunt de Scriptura current. In II. omnes tres nunc propriæ. In III. *Simile erit Regnũ Cœlorum decem &c.* de Commun Virg.) In Laudibus fit Commemoratio d. Octava S. Laurentij, ùt ibi.

Missa : *Dilexisti &c.* de Commun. Virg. tantùm, cum *Gloria* sine *Credo*. Oratio ex eadem Missa : Commemoratio de Octava S. Laurentij. Præfat. Commun. *Col. Alb.*

In II. Vesperis omnia, ùt in

I. excepto Versu, Qui hodie est: *Diffusa est Gratia &c.* Commemorat. Octavæ S. Laurentij, & Ss. MM. Hippolyti, & Cassiani, ùt ibi. *Col. Alb.*

Ubi S. Clara celebratur sub Ritu duplici 1. Classis, nec in Missa, nec in Officio fit aliquid de Octava S. Laurentij, etiam in 2. Vesperis, utì nec de Ss. MM. Hippolyt. & Cass. Ubi verò celebratur sub Ritu dupl. 2. Class. ibi nulla quidem fit Commemoratio de Octava S. Laurentij in 1. Vesperis, nec in Laudibus, ac Missa, fit tamen de illa (utì et de Festo simplici sequente) Commemoratio in II. Vesperis, dummodo cras fiat Officium de dicta S. Laurentij Octava: si enim cras non fiat Officium de Octava S. Laurentij, tunc etiam in II. Vesperis non fiet de illa Commemoratio in ejusmodi loco, bene tamen de Ss. MM. Hippolyt. & Cassian. Ubi Festum ejusdem S. Claræ celebratur cum Octava, Lectiones II. & III. Noctur. dic. utì notantur in Octavario Romano infra Octavam Virginum à fol. 462. & 470.

Ubi S. Cassianus Episcop. & Martyr. est Patronus Diœcesanus (utì est Ecclesiæ Brixinensis in Tiroli) adeoque duplex 1. Classis, ibi hodie integræ Vesperæ dicuntur de illo, sine Commemoratione S. Claræ, Octavæ S. Laurentij, & S. Hippolyti: fit tamen Commemoratio de sequente Dominica, si quæ cras occurrat, non tamen de Dominica hodie occurrente, si hoc, aut aliud duplex 1. Classis incidat in Feriam II. Fuisse autem hunc ipsum S. Cassianum (esto in Breviario & Martyrologio Romano præcisè non cetur *Martyr*) Episcopum simul, & Martyrem, *Episcopum* quidem Sabinæ [vulgò *Sebeti*] Celebri tunc temporis Germaniæ urbe, cui cum aconlis à se conversæ omnium primus datus fuerat Episcopus à Patriarcha Aquileiensi apud Brixentas, antequam inde Sedes Episcopalis quadringentis, & amplius pòst annis à S. Alexano transferretur; posteà verò, Episcopali sua Sede à Paganis expulsum, & mul etiam *Martyrem* ad Forum Sylæ in Italia, quod alio nomine etiam *Forum Cornelium*, ac *Imola* dicitur, non modò constat ex Proprio Diœcesano Brixinensi, ex Commissione Clementis Pap. VIII. à Sac. Rituum Cong. approbato, sed etiam eruditè ostenditur à nostro P. Matthæo Rader P. 3. Bavariæ Sanctæ in principio.

13. Die 4. infra Octavam S. Laurentij Martyr. *Officium*, & Missa (nisi crastina *Vigilia* cum suo Jejunio anticiperur ad hanc diem) dicuntur eò proportionaliter modò, quo die 11. hujus, cum Commemoratione, & 9. Lection de Ss. Hippolyto & Cassiano MM. &c. *Col. Rub.* Quòd si autem crastina Vigilia occurrat in Do-

Dominica, tunc hodie ordinatur Officium & Missa eò Modò, quò alioqui in. hujus, & etiam Jejun. tunc pariter anticipatur ad hodiernam diem; non tamen perinde anticipatur Annuntiatio Vigiliæ in Martyrologio, sed (ùt ibi monet Gavantus) fit sicut aliis annis.

Ubi Festum S. Cassiani Episc. & Martyr. est dupl. 1. Classis (utì est in Diœcesi Brixinensi) ibi nihil fit de S. Hippolyto Martyr. tam in Officio, quàm in Missa, juxta Rubricam, quæ extat post Tabulam occurrentiæ circa finem: pari modo in Officio, & Missa nihil ibi fit de Octava S. Laurentij, neque etiam de Vigilia B. V. Assumptæ, quando ea anticipatur ad diem hodiernam in Casu, quò Festum B. V. assumptæ venit in Feria II. Unde erratum est in quibusdam Editionibus Proprij Missar. Diœcesis Brixin. die 13. Aug. quod ea, quæ ibi dicuntur post finem Missæ.

Qualis autem *Missa votiva* de S. Cassiano, & reliquis Ss. Patronis Ecclesiæ Brixinensis (nempe Ingenuino, & Albuino) infra annum dicenda sit, habetur in eodem Proprio *Missarum Ecclesiæ, seu Diœceseos Brixinensis*, in fine illius.

Vesperæ (nisì cras occurrat Dominica, aut aliquando, vel alibi Festum 9. Lectionum) de Octava S. Laurentij, ùt in 2. Vesperis Festi, cum Commemoratione S. Eusebij Episcop. Confess. tantùm, per Antiphonam, Vers. & Orationem (*DEUS, qui nos Beati.*) ùt in primis Vesperis Confess. Pontif. *Col. Rub.*

14. Vigil. Assumpt. B. M. V. *Jejunium de Præcepto.* Nisì hodie fit faciendum de Dominica, aut Festo 9. Lectionum, Officium fit Ritu semiduplici de die 5. infra Octavam S. Laurentij, utì in Festo. Lectio 1. Noctur. de Scriptura current. II. & III. Noctur. utì notantur hâc die, cum 9. Lectione de Homil. Vigiliæ, ùt ibi, ejusdémque Commemorat. in Laudibus (cum Antiphona, & Vers. de Psalterio ex Feria currente, ac propria Oratione) nec non S. Eusebij Confess. Pontif. ùt in Communi Confess. Pontif. *Col. Rub.* Missa verò etiam Conventualis dicitur tunc de *Vigilia*, utì notatur in loco, sine *Gloria*, & *Credo* (etiam in Ecclesia S. Laurentij) cum Commemoratione Octavæ S. Laurentij, & S. Eusebij Confess. Pontif. Præf. Commun. In fine *Benedicamus*, & Evang. S. Joannis: cùm autem in tali Casu *Officium*, & *Missa* discordent, ideo tunc Color *Altaris* (h. e. *Antependij*) sequitur *Officium*, adeoqui est *ruber*; at verò Color *Paramentorum Celebrantis*, nempe Casulæ, Stolæ, ac Manipuli, nec non Thecæ Corporalis, ac veli calicis debet esse conformis *Missæ*, adeoque esse *violaceus*. Gavant. To. 1. & Arnaud. ad *Tit.* 18. *in Rubricas Missal.* Excipiunt tamen

men *Missam solennem*; pro hac enim convenit, ut *Pallium* etiam Altaris (vulgò *Antependium*) concordet cum colore Paramentorum Missæ, adeoque ejus color tunc sit Violaceus.

Eos, quibus alioquin à Sede Apostolica est concessum, ut semel, vel pluries singulis Hebdomadibus, vel Mensibus possint dicere *Officium*, & *Missam* de certô aliquô Mysterio, aut Sancto, diebus Festô aliquô dupl. aut semiduplici non impeditis, non posse id facere vi hujusmodi sui privilegij in diebus *quarumcunq; Vigiliarum*, constat ex Decreto in *Vigilia S. Matthiæ* allegato. Si hodie dicenda sit Missa votiva de B. V. dicenda est Missa de Vigilia, ùt in Missal. in *Param. Viol.* Quòd si Vigilia hæc incidat in Sabb. non propterea dicendũ est *Glor.*

Quando hodierna *Vigilia* occurrit in Dominica, tunc hodie fit Officium de Dominica infra Octavam S. Laurentij, cum Commemoratione Octavæ, & S. Eusebij in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa. *Col. Rub.* Jejunium autem Vigiliæ tunc anticipatur ad diem 13. Augusti, in qua *Officium* fit Ritu semiduplici de die 5. infra Octavam S. Laurentij, utì in hujus Festo, cum 9. Lectione de hodierna Vigilia, & cum Commemoratione de eadem, necnon de Ss. Hippolyto, & Cassiano MM. in *Laudibus. Col Rub.* Missa autem (etiam conventualis) tunc dic. de Vigilia, sine *Gloria* & *Credo* (etiam in Ecclesia S. Laurentij) cum Commemoratione Octavæ S. Laurentij, ac Ss. Hippolyti, & Cassiani. Præfat. Commun. In fine *Benedicamus*, Evangel. S. Joannis. *Color* Altaris *Ruber* (extra Missam Conventualem) Paramentorum autem Missæ *Violaceus*, modô paulò antè relatô.

Quòd si hodie alicubi occurreret fieri de Festo 9. Lectionum tunc in Officio dicenda foret 9. Lectio de Vigilia, & de eadem, post Commemorationem de Octava S. Laurentij, facienda Commemoratio (nisì esset Festum 1. Classis) ac denique etiam S. Eusebij Episcop. Confess. in Laudibus, & Missa, eodem modô. An verò in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicendæ tunc forent 2. *Missæ conventuales*, una de Festo post Tertiam (cum Commemoratione Octavæ, & S. Eusebij tantùm, nec non ult. Evangel. S. Joannis) altera de *Vigilia* (in Paramentis Violaceis, cum Oratione 2. de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. sine *Gloria*, & *Credo*, at cum *Benedicamus*, & ultim. Evang. S. Joan. in fine) post Nonam videtur dubitari posse; nam unam tantùm Missam conventualem in tali occurrentia esse dicendam, videtur innuere Rubrica Generalis III. Missalis in fine numeri 2. ubi loquens de Vigilijs, & Ferijs majoribus infra Octavam venientibus sic decernit: *Si autem in die Vigiliæ, vel prædictis Ferijs fiat Officium de aliquo Festo* (ut ponitur

nitur fieri in nostro Casu) *tunc dicitur Missa de Festo, cum Commemoratione Octavæ, & Vigiliæ, & Feriarum prædictarum*: quæ verba absolutè prolata non minùs de Missa *solenni*, seu *conventuali*, quàm de *privatis* erunt accipienda; cùm Rubrica hîc non peinde faciat mentionem de 2. Missis conventualibus dicendis in Ecclesijs Collegiatis, ac facit paulò antè pro Casu, quò Vigilia venit infra Octavam Ss. Corporis Christi. Esse autem suprà dictò modò dicendas duas *Missas conventuales* in ejusmodi Ecclesijs in ejusmodi Casu non modò tunc, quando Vigilia occurrit infra Octavam Corporis Christi, sed etiam infra Octavas alias (v.g. S. Laurentij in nostro Casu) in quibus Officium fit de aliquo Festo 9. Lectionum, suadere videtur paritas cum Festo S. Leonis Pap. Confess. in quo ponta Rubricam, ejus Festo immediatè præfixam, si celebretur infra Octavam S. Joannis Baptistæ, fiunt quidem *Missæ privatæ* de illo, cum Commemoratione Octavæ S. Joann. Baptistæ, & Vigiliæ Ss. Petri & Pauli, in Ecclesijs autem Collegiatis dicuntur tunc duæ Missæ, una de Festo cum Commemoratione Octavæ S. Joannis, & 3. Oratione: *Concede*; altera de Vigilia, cum oratione 2. Concede. 3. Ecclesiæ, vel pro Pap. ergo similiter duæ Missæ (modò suprà dictò) dicendæ erunt, si infra dictam Octavam fiat Officium de Festo 9. Lectionum. Libenter equidem intelligam *Disparitatem*, aut *Modum* utramq; illam Rubricam inter se concordandi. Ad hoc meum Dubium respondit quidam Anonymus in Manuscripto: Standum sibi potiùs videri pro Rubrica generali, alteram autem in ordine Missalis positam pro Festo S. Leonis esse specialem, quæ ad alios Casus extendi non debeat: adeoque non tam concordandas esse, quàm cuilibet suum locum relinquendum: atque hoc suum Responsum confirmat paritate Casus mox referendi in *Festo Assumptionis*, *cui cedere quidem debet quodcumque aliud* Festum occurrens, *etiam Dedicationis*: *quæ Dispositio tamen ad alia Festa* 1. *Classis non extenditur*. Ita ille. Oppositum verò sentit Henr. Pisart in Tract. cui Titulus: Sacerdos Evangelicus, Part. I. Tit. 3. n. 7. ubi sic scribit: *Quòd si in diem infra Octavam, in quam simul incidit Vigilia, cadat aliquod Festum 9. Lectionum, tunc in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis cantandæ sunt 2. Missæ, una de Festo cum Commemor. Octavæ, non Vigiliæ, & altera de Vigil. sine Commemor. Festi, vel Octav. In Missis autem privatis* (quæ, utì & summa Missa Ecclesiarum Conventualium non Cathedral. & non Collegiat. dicuntur de Festo) 2. Oratio est *de Octava* 3. *de Vigilia*. Hæc ibi Pisartus, duplici nixus fundamento, 1. quòd putet id *inferri ex Rubrica præfixa Festo S. Leonis Papæ* die 28. Jun. 2. Quòd *id gene-*

raliter videatur præscribi Tit. III. *Rubricar. General. Missalis num.* 1. Verùm contra posteriorem hanc Rationem est, quòd ipse Pisartus ibidem n. 2. cum Gavanto agnoscat, Rubricam illam III. Missalis num 1. non loqui de *Die infra Octavam*, sed de ipsa *Die Octava* tantùm : consequenter ex ea non satis probatur intentum : contra priorem verò Rationem Pisarti est, quòd eadem Rubrica n. 2. (ubi teste Gavanto ex instituto agit de *Die infra Octavam*) particulæ illæ : *Si autem in die Vigiliæ &c.* hanc *Rem* non tam *non nihil obscuram facere videantur*, quàm eam contra ipsum ex ejusdem Principijs decidere : fatetur enim ibi, Rubricam Missalis allegatam *numerô* 2. absolutè *dicere*, *quòd Missa in Casu posito dicatur de Festo, nulla facta mentione* (NB.) *de Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis* ; initio autem illius Tituli ità scribit : *Hæc verba :* In Vigilijs autem & Ferijs &c. *numero* 2. *hujus Rubricæ* posita, cùm sint generalia, respiciunt *tam privatas, quàm alias Missas : etenim Rubricarum finis est dirigere privatas æquè, ac solennes Missas : hinc ubi non ponitur exceptio, vel aliunde aliud certò non constat*, à *Locutione generali excipiendum non est*. Quòd autem Rubrica specialis Festo S. Leonis præfixa non sit extendenda ad alios Casus (præsertim si generalis commodè salvari, aut explicari alioqui nequeat) rectè videtur etiam observatum à contrariæ opinionis Patrono, in cujus Senten[illegible] etiam ego propendeo, usque [illegible] intelligam, aliter sentire S. [illegible] Congregationem, aut aliud [illegible] Praxin communiter receptam [illegible] jusmodi Ecclesijs ; præsertim [illegible] Gavant. in cit. III. Rubricam [illegible] sal. Lit. I. disertè scribat : *In [illegible] gnitione Missalis notatas esse diligen[illegible] se præsente, duas Missas, quando [illegible] dici, in proprijs locis.*

Vesperæ sub Ritu dupl[illegible] Classis dic. hodie de Festo As[illegible] B. M. V. & Psalmi quidem, [illegible] Officio parvo B. Mariæ : relic[illegible] in proprio loco, sine aliqua Co[illegible] morat. nisì Dominicæ, si quæ [illegible] tur, non autem hodie occurre[illegible] Ad Completor. in fine Hymn. [illegible] *JESU Tibi sit Gloria, qui natus es* [illegible] & sic terminantur omnes Hym[illegible] jusdem Metri per totam Octa[illegible] etiam in Festis. *Col. Alb.* In V[illegible] speris utrisque solemnibus ad [illegible] nationem Hymni : *Ave Maris* [illegible] Officiator supra proximum Altar[illegible] gradum genuflectit usque ad fine[illegible] Strophæ, aliáque observat supra [illegible] 23. Jan. circa finem annotata.

Notandum, quòd Duplex quod[illegible] cunq; etiam *Patroni*, aut Titul[illegible] *sia*; vel Dedicationis ejusdem, occu[illegible] rens in Festo Assumptionis B. V. [illegible] xta Rubricam Tabulæ occurren[illegible] subscriptam debeat Transferri [illegible] diem Festo 9 Lectionum non im[illegible] ditam. Quòd si hodie factum [illegible]

de

de Festo duplici 1. aut 2. Classis (v. Dedicationis) fit de illo in hodiernis Vesperis (integrè dicendis de B.V.) tantùm Commemoratio, cras autem de Festo duplici Classis inferioris, si quod hodie occurrat. *Tab. concurr. post citanda.* Oratio, quæ in *Officio*, & *Missa* de Assumptione B.V. dicitur, non est terminanda per verba: *Per eumdem Dominum* (ùt pleraque habent Missalia &c.) sed juxta Rub. gen. IX. Miss. n. 17. per Verba: *Qui tecum vivit &c.*

15. ASSUMPTIO B. M. V. dupl. 1. Classis, & juxta herì dicta privilegiatum contrà quodcunque aliud Festum hodie occurrens. *Col. Alb.* Officium, ùt in proprio loco, & ejus Officio parvo, sine Commemoratione Octavæ S. Laurentij. Ad Primam dic. in Responsor. Brevi Vers. *Qui natus es de Maria Virgine*, & sic per totam Octav: etiam in Festis. Si hodie occurrat Dominica, dic. de Hom. illius 9. Lect. in Offic. & ultimū de ead. Dominica Evangel. in Missa, cum Commemorat. ejusdem solius in Laudibus, ac eadem Missa: quæ dic. uti notatur in proprio loco, cum. Gloria, *Credo* & Præfat. de B. V. *Et te in assumptione*, & sic per totam Octavam, etiam in Festis, ac Missis votivis, nisi hæ propriam habeant Præfationem. *Col. Alb.*

In Pluribus nostræ Germaniæ locis fit hodie *Benedictio Herbarum*; quò autem Ritu illa fit facienda, suum quemque docebit Rituale Diœcesanum: nostrum Sacerdotale seu Rituale Brixinense (revisum, ac de novo editum annò 1710.) eum tradit P. 2. cap. 17. cum subjuncta utili admonitione de cavendo, ne superstitiosæ mulierculæ, & plebeculæ Rebus Sac. & Benedictis abutendo, id, quod ad salutem Corp. & Animæ salubriter ordinatum est, contra Ecclesiæ constitutionem ad perniciem Corporis & Animæ diabolicè usurpent. Quid autem universim circa Benedictiones sacras sit observandum, traditur in Proœmio ejusdem Partis secundæ. Nunc ulteriùs

Nota hìc *primò*, infra Octavas B. M. V. non esse conveniens, ut ijs diebus, quibus fit Officium de Octava, dicatur de B. V. Missa ejus Votiva, sed dicendam de ea esse Missam convenientem Officio Octavæ, cum *Gloria* & *Credo*. Nota *secundò*, si infra Octavas B. M. V. fiat Officium de Sancto, & eò die Missa votiva privata dici debeat de B. M. V. dicendam esse *festivam* de Octava, omisso *Gloria* (extra Sabbatum) & *Credo*, atque in fine dicendo: *Benedicamus*. Gavant. Tom. 1. P. 1. Tit. 4. lit. P. fin. & Tit. 14. fin. Arnaud. Tr. 1. P. 1. Tit. 4. n. 6. Lohner Instr. 1. P. 4. Tit. 2. §. 1. n. 9. Pisant. Sacerdot. Evangel. P. 1. Tit. 4. n. 10.

In II. VESPERIS omnia, ùt in

I. exceptâ Antiphonâ ad *Magnificat*, quæ est propria, fitque in ijs Commemoratio Sancti Hyacinthi Confessoris (pro quo Antiphon. Vers. & orat. *DEUS, qui nos Beati*, ut in 1. Vesper. de Commun. Confess. non Pontif.) sine Commemoratione Octavæ S. Laurentij, bene tamen Dominicæ hodie occurrentis, aut crastina die subsequentis. *Col. Alb.*

Quòd si cras alicubi occurrat Festum 1. Classis (v. g. *Patroni, aut Dedicationis propriæ Ecclesiæ*, ùt aliquando contingit hîc Oeniponti in Templo provinciali B. V. auxiliatricis transpontano) fit de illo in hodiernis Vesperis (de Assumptione dicendis) solummodo Commemoratio, & post illam solius insuper Dominicæ cras subsequentis, non autem Dominicæ hodie occurrentis. Errant ergo (inquit ex Gavanto Arnaudus *Tr. 2. P. 1. Tit. 11. n. 3.*) *qui in Ecclesia propria B. Rochi de eodem, ùt Patrono, recitant hodie 1. Vesperas, cum Commemoratione Assumptionis B. V.* eò quòd huic ex Rubr. Gener. XI. de concurr. Officij n. 2. debeantur integræ Vesperæ: nam licèt utrumque Festum sit 1. Classis, dignior tamen est B. Virgo B. Rocho.

Neque obstat 1. quòd ibidem in fine dicatur: *Festa illorum Sanctorum, qui in proprijs locis, vel Ecclesijs solenniter celebrantur, alijs in Calendario (Romano) descriptis esse præferenda: quia* (ùt notat cum Gavanto cit. Arnaud. id intelligitur *cæteris paribus, habita ratione Personarum juxta prædictas gradus, & Majoritatis Ritus.* Neque obstat 2. quòd in primis Vesperis Commemorationis S. Pauli in propria Ecclesia Vesperæ sint integræ de S. Paulo; tum quia ibi est Concursus inter æquales; tum quia ibi habetur Specialis Rubrica, ad quam alluditur in Rubrica General. citata de concurentia Officij verbis illis: *Nisi aliter in proprijs locis annotetur.* Gavant. vide dicenda inferiùs P. III. *Tit. 3.*

Cæterùm dubitatum [illegible] quando fuit: an *Officium* de B. Rocho, nondum Canonizato, nequa à Sede Apostolica Beatificato, pos Alexandrum III. defuncto (anno 1327.) in Concilio autem Constantiensi inter Beatos habito annò 1414 recitari possit; & negotiò matur discussò Sac. Rit. Congreg. censuit concedendam esse Missam, & Officium in die ejus Festo (incidente in diem 16. Aug.) at in Eccles. dumtaxat & Eremitorijs, habentibus respectiva Ecclesiarum, in honorem ejusdem DEO dicatis, non autem extra dicta loca. *Die 4. Julij*, & clarius *Die 26. Novemb. 1629.* apud Gav. hic.

16. S. HYACINTHI Confes. duplex min. *Col. Alb.* In Officio mnia (etiam oratio: *DEUS, qui Beati*) dic. ùt in Communi Confess. non Pontif. In Hymno *Iste Confes-*

sor

sic mutatur 3. Versus. In I. Noct. sic. Lectiones de libro Scripturæ hoc tempore occurrentis, ità tamen, ut, si hesternum, aut hodiernum Festum occurrat in Dominica tertia Augusti, tunc Lectiones de Initiô Libri Sapientiæ (ponendæ alioqui Dominica III. Augusti) ponantur hodie in I. Nocturno, & de eodem Libro Sapientiæ legatur etiam in die Octava S. Laurentij, nec non in Festo S. Bernardi, & post Octavam Assumptionis B. V. si supersit dies, usque ad sequentem Dominicam exclusivè, dicendo Lectiones de Feria Currente ex dicto Sapientiæ Libro assignatas. Lectio II. Noct. propr. III. *Sint Lumbi*, de Communi Confess. non Pontif. In Laudibus fit Commemorat. Octavæ Assumtionis, & Octavæ S. Laurentij; quæ tamen duæ Commemorationes omittuntur ibi, ubi hodie S. Hyacinthus, aut B. Rochus celebrantur Ritu duplici 1. vel 2. Classis: utrique autem tam in *Missa*, quàm in *Laudibus* præmittitur Commemoratio de Dominica hodie occurrente, & de eadem legitur etiam 9. Lectio in hodierno Officio, & ultimum Evangelium in hodierna *Missa*, quando hoc Festum occurrit in Dominica: quæ Dominicæ Commemoratio cum 9. Lectione in *Officio*, & ultimo Evangelio in *Missa*, etiam ibi non est omittenda, ubi hodie celebratur S. Hyacinthus, aut B. Rochus sub Ritu duplici 1. Classis De reliquo

Missa est: *Os justi*, de Communi Conf. non Pontif. cum oratione 1. ex eadem Missa, *Gloria*, *Credo*, & Commemoratione utriusq; Octavæ. Præfat. de Octava Assumpt. *Et te in Assumptione &c.*

In II. Vesperis à Capitulo fit de die Octava S. Laurentij Mart. sub Ritu duplici minore, ut in 1. Vesperis Festi (excepta oratione, quæ est propria) cum Commemoratione S. Hyacinthi, & Octavæ Assumtionis, ut in II. Vesperis Festi. *Col. Rub.*

17. Dies Octava S. Laurentii Martyr. Duplex min. *Col. Rub.* In Officio omnia, ùt in Festo, præter orationem propriam, & Lectiones, quæ in I. Noctur. dicuntur de Libro Scripturæ hoc tempore occurrentis, ità tamen, ùt, si hodie occurrat Dominica III. Aug. tunc Lectiones de Initio Libri Sapientiæ (assignatæ alioqui Officio Dominicæ III. Augusti) ponantur in I. Nocturno hodierni Officij, & de eodem Libro Sapientiæ legatur etiam in Festo S. Bernardi, & post Octavam Assumptionis B. V. si supersit dies usque ad sequentem Dominicam IV. exclusivè, dicendo Lectiones Feriæ currenti ex dicto Sapientiæ Libro in Breviario assignatas. Lectiones II. & III. Nocturni propriæ. In Laudibus fit Commemoratio Octavæ

Assumptionis, & ante hanc Dominicæ, si quæ hodie occurrat, cum 9. de ead. Lect. in *Officio*, Ejusdémque Commemoratione, & ultimo Evangelio etiam in *Missa*, eò proportionaliter modò, quò herì dictum.

Missa propria, in qua oratio: *Excita Domine &c*, cum *Gloria* & *Credo*, ac Præfat. de Octava Assumtionis. In 2. Vesper. Com. Octav. Assumpt. & S. Agap. M. *Col. Rub.*

18. Nisi hodie occurrat Dominica, aut alicubi faciendum sit de Festo 9. Lectionum, fit hodie Officium, & Missa sub Ritu semiduplici de die 4. infra Octavam Assumption. Lectiones I. Noctur. de Canticis Canticorum, utì notantur hac die. II. & III. Noctur. pariter propriæ, ùt ibi, cum 9. Lectione de S. Agapito Martyr. ejúsque Commemor. in *Laudibus & Missa*, inqua *Glor.* & *Cred.* ac 3. oratio de S. Spiritu. *Col. Alb.*

Si hodie occurrat Dominica, fit Officium, & Missa de ea, cum Commemoratione Octavæ, & S. Agapiti Martyris tantùm in Officio, & Missa, nec non cum 9. Lectione de eodē S. Mart. in III. Noct. *Col. Alb.*

19. Die 5. infra Octav. Assumpt. Offic. & Miss. fiunt ut herì (cū *Gl. Cr.* & Præf. de Festo) nisì quòd nihil in illis fiat de S. Agap. ac proinde in Missa 2. oratio sit de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, si fiat *Officium*, & *Missa* de Octava 5. si verò fiant de Dominica hodie occurr. tunc in *Offic. & Missa* quidem Commemoratio Octavæ fiat, non tamen dicatur tunc in *Missa* cetera Oratio. *Col. Alb.* etiam tunc, quando fit hodie de *Dominica*.

Vesperæ hodier. sunt de S. Bernardo Abbate (ut in 1. Vesperis Commun. Conf. non Pont.) sub Ritu duplici min. Oratio *Intercessio &c.* ùt in Communi Abbat. cum Commemoratione Octavæ Assumpt. B. V. & ante hanc etiam Dominica, si quæ hodie, aut cras occurrat, in Ecclesia universali. *Col. Alb.* Ubi Festum S. Bernardi celebratur sub Ritu duplici 1. Classis, ibi nec die, nec cras fit Commemoratio die infra Octavam, nec de Dominica hodie occurrente, bene tamen de Dominica cras subsequente.

20. S. Bernardi Abbat. duplex min. *Col. Alb.* In Officio omnia dicuntur, ùt in Communi Confess. non Pontif. Oratio: *Intercessio &c.* ut in Communi Abbat. Lect. in I. Noctur. de Libro Scripturæ hoc tempore occurrentis, ità tamen, ut eo annō, quō Dominica III. Augusti incidit vel in diem Assumptionis B. Mariæ, vel in diem Festum S. Hyacinthi, vel in diem Octavam S. Laurentij (adeoque juxta Rubricam Dominicæ III. Augusti præfixam a liquō istorum dierum positum fiat Initium Libri Sapientiæ) hodie in I. Noct. dicantur quidē Lection. ex eodem Libro Sapientiæ, sed illas quæ Feriæ hodie occurrenti in Bre-

vio-

viario Romano assignantur. Lection. II. Nocturni propriæ. In III. Noctur. dic. utì notantur vel in propio loco, vel die 6. infra Octavam Ss. Appostol. Petri, & Pauli 4. Jul. In *Laudibus*, & *Missa* fit Commemor. Octav. Assumpt. .B. V. in Ecclesiâ universali, non tamen ibi, ubi S. Bernardus est duplex 1. Classis. Si hodie occurrat Dominica, fit 1. Commemoratio de ea in *Laudibus*, ac *Missa*, & de eadem legitur etiam in hac ult. Evangelium, ac 9. Lectio in Officio: quæ Dominicæ Comemoratio, cum 9. de eadem Lectione, & ultimo Evangelio respectivè in *Missa & Officio* etiam ibi non omittitur, ubi S. Bernardus est dupl. 1. Classis.

Missa, utì notatur, cum *Gloria*, *Credo*, & Commemoratione Dominicæ, si quæ hodie occurrat, nec non Octavæ Assumpt. nisì ubi S. Bernardus est dupl. I. Classis; ibi etiam juxta dicta non fit Commemorat. de Octava, bene tamen de Dominica hodie occurrente. Præf. de Octava Assumptionis. *Col. Alb.*

In II. Vesperis fit Commemoratio Dominicæ, si quæ hodie occurrat, & post eam Octavæ Assumpcon. nisì ubi S. Bernardus est Duplex. 1. Classis; ibi enim fit quidem Commemorat. Dominicæ hodie occurrentis, aut cras subsequentis, non tamen diei infra Octavam Assumpt. *Col. Alb.*

21. Die vii. infra Octavam Assumptionis B.V. Officium & Missa ordinantur, ùt die 19. hujus usque ad Vesperas. Vesperæ autem dic. de die Octava Asumption. B. M. V. dicendo omnia sub Ritu duplici, ùt in 1. Vesperis Festi, cum Commemoratione Dominicæ hodie occurrentis, aut die crastina subsequentis (si quæ hodie, aut cras occurrat) nec non Ss. Timothei, & Socior. MM. ùt ibi. *Col. Alb.*

22. *Dies Octava Assumption. B. M. V.* Dupl. min. juxta Director. Roman. & Decr. S.R.C. infrà citand. *Col Alb.* In Offic. & Miss. omnia dic. ùt in Festo, exceptis Lectionibus, quæ omnes dicuntur, utì notantur in loco, cum Com. & 9. Lect. de Ss. Thimotheo, & Soc. MM. nisì quando dies Octava Assumpt. venit in Dominica; tunc enim, omissa Lectione de istis Ss. Martyribus, dic. hodie 9. Lectio de Homilia occurrentis Dominicæ, & de eadem fit etiam prima Commemoratio in *Laudibus*, ac *Missa*, in qua tunc etiam dic. ultim. Evangel. de eadem Dominica. Extra Romam, & loca morem Romanum imitantia, prænuntiatur hodie ad Primam in Martyrologio *Vigilia* S. Bartholomæi, Romæ verò 23. Augusti.

Missa dic. utì in Festo, cum *Gloria*, *Credo*, ac Commemoratione Ss. Timothei, & Socior. Mart. (attamen post Commemorationem de

Do-

Dominica, si quæ hodie occurrat) nec non Præfat de B.V. *Et Te in Assumptione &c.* In fine Evangel. Dominicæ, si quæ hodie occurrat, alioqui S. Joannis. *Col. Alb.*

In II. Vesperis (quæ Rubr. & ex Dispositione nova S. R. C. de anno 1691. 11. Augusti integræ dicendæ sunt de die Octava Assumption.) fit Commemoratio de Festo duplici sequente S. Philippi Benitij Confess. (habente propriam orationem) utì & de Dominica, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Alb.*

Ex eo, quòd *Dies Octava* B. V. suas secundas Vesperas non dividat cum sequen. Festo duplici, sed eas sibi totas vendicet, inferri vult Nonnemo, haud rectè *Diei Octavæ* B. V. assumptæ, aliisque Similibus adscribi verba: *Duplex min.* sed adscribendum hujusmodi *Diebus Octavis* esse: *Duplex æquivalenter majus: talis, enim,* inquit, est *etiam Octava Corporis Christi, nec tamen in Rubrica notatur; vel, si est duplex minus, quomodo habet Ritum duplicis majoris?* verùm Auctoritati Directorij Romani (quod tam *Diei Octavæ* Nativitatis B. V. quàm *Diei Octavæ* ejusdem Assumptionis adscribit verba: *Duplex minus*) suffragatur auctoritas S. R. C. apud Pisart Dir. can. Tit. 1. Reflexion. 6. ubi ità scribit. *Quotiescunque pro Officio aliquo Concessus reperitur* Ritus duplex *absque expressione* majoris *vel* minoris, *concessio intelligenda est de* duplici minore per annum, *etiamsi ad honorem Deiparæ extiterit facta.* S. R. Congr. 22. *Novembr.* 1683. *Omnia* interim *Festa duplicia B. V. Mariæ* (*idem est de Octavis*) *concurrentia cum alio duplici minore habent Vesper integras.* Sacr. Cong. *die* 11. *August.* 1691. Habenus Pisart. Qui Tit. 7. de Octavis interpretatione 10. postea hæc superaddit: *Quoad dies Octavas Festor. B. Mariæ, Octav. habentium, S. Cong.* 11. *Aug.* 1691. *expressè stauit, eas in Concursu cum duplicibus minoribus per annum debere habere Vesperas integras.* Idem *nunc exprimitur in noviss. Breviarij Rubr. Tit. XI. de concurrentia Officij num.* Hæc rursum prædictus Auctor. Atqui (subsumo) si dies *Octavæ Festor.* B. V. essent *Duplicia majora*, non fuisset opus aut S. Cong. Decretò, aut Rubricâ illâ novâ decerni, ut in concursu cum sequente *Duplici minore* integræ de *die Octava* Vesper. dicantur, utpote aliunde jam indubitatum. Vide dicta P. I. *f.* 203.

Quando Festum S. Bartholomæi Apostol. venit in Feria II. nunc *Vigilia* ejusdem cum *Jejunio* anticipatur ad hodiernum Sabbatum, ita diem 22. August. in quo in Officio hodiernæ diei Octavæ dic. 9. Lectio de Homil. *Vigiliæ*, cum ejus Commemoratione in *Laudibus*, & *Missis* privatis ante commemorat. de Ss. Timotheo, & Soc. nec non cum ultim. Evangel. in ijsdem Missis privatis; at verò in Ecclesijs Cathedralibus

libus & Collegiatis dicuntur tunc duæ *Missæ conventuales*, una de Octava post Tertiam, cum Commemoratione de 3s. Timotheo & Soc. MM. tantùm, & in ea dic. *Gloria & Credo.* Præfat. de Assumpt. & in fine Evangel. S. Joan. *Col. Alb.* Altera de Vigilia post Nonam sine *Gloria* & *Credo.* Orat. 2. *Concede* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. utì notantur post Dominicam in Albis. Præfat. Commun. In fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joann. *Col. Viol. Rubric. Missalis hîc.* Annuntiatio tamen *Vigiliæ*, facienda ad Primam in Martyrologio, non propterea tunc anticipatur, sed fit ùt aliis annis, nempe 22. Augusti. *Garet. alibi citatus ad Regulas Martyrolog.*

23. Ubi Festum S. Bartholomæi Apostol. celebratur die 24. Augusti. ibi hodie est Vigilia S. Bartholomæi Apostol. *cum Jejunio de præcepto*, nisì hodie occurrat dies Dominica; nam tunc *Vigilia* cum *Jejunio* anticipatur ad Sabbatum præcedens, nempe diem 22. Augusti, ùt paulò antè dictum. Quia verò hodie simul occurrit Festum S. Philippi Benitij Confess. (quod ab anno 1694. 2. Octobr. *est Dupl. min. de præcepto*) ideo *Officium*, & *Missæ* privatæ fiunt hac die de S. Philippo Benitio: & in Officio quidem dic. omnia, ùt in Communi Confess. non Pontif. exceptâ orat. propr. & Lectionibus, quæ in 1. Noctur. dic. de Scriptura Feriæ cuurrent. nisì ponendum sit Initium Libri S. Scriptur. nondum positum, v. g. Initium Libri Ecclesiastici ex I. Noctur. Dominicæ præcedentis, Casu quò hodierna Vigilia incidit in Feriam II. In II. Nocturn. propriæ. In III. Noct. de Homilia in Evangelium: *Nolite timere &c.* ùt in Commun. Confess. non Pontif. 2. locô. cum 9. Lectione (nisì hodie occurrat Dominica) & Commemorat. in *Laudibus* de *Vigilia* S. Bartholomæi, sumendo Lectionem illam 9. (de Homilia S. Gregor. in Evangel. *Hoc est præceptum meum*) ex Communi Sanctor. de Vigilia Apostolor. fol. I. Antiph. & Vers. verò pro Commemoratione ex Feria current. de Psalterio. Orat. denique dicendo, ùt ibi. Extra Romam prænuntiatur hodie in Martyrologio Festum S. Bartholomæi Apostoli, Romæ verò cras. *Arnaud. Tr. 2. P. 4. Tit. 31. hîc.*

Missæ privatæ de S. Philippo Benitio: *Justus, ut Palma &c.* 2. de Communi Confess. non Pontif: cum *Gloria*, sine *Credo*, & cum Commemoratione de Vigilia S. Bartholomæi, nisì veniat in Dominica, sumitúrque ex Missa: *Ego autem sicut Oliva &c.* ùt in Vigilia un. Apostol. in Comuni Sanctor. fol. I. Præf. Commun. In fine Evangel. Vigil. *Col. Alb.*

In *Ecclesijs* autem *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dic: modò in hodierna Vigilia, extra Dominicam occurrente, duæ *Missæ Conventuales*. Prima de Festo post Tertiam, cum *Gloria* sine *Credo* & absque Commemoratione Vigil. Præfat Communis. In fine Evangel. S. Joannis. *Col. Alb. Altera* de Vigilia post Nonam, sine *Gloria* & *Credo*. Orat. 2. *Concede*. 3. *Eccl fis*, vel pro Pap. uti notantur post Dominicam in Albis. Præfat. Commun. Evangel. S. Joannis. *Col. Viol. Rubric. Missal. hîc*.

Si hodie occurrat Dominica, tunc, quia Vigilia S. Bartholomæi cum suo Jejunio anticipatur juxta antè dicta ad Sabbatum præcedens, nec in *Officio*, nec in *Missa*, fit hodie aliquid de *Vigilia*, fit autem utrobique tunc Commemoratio de Dominica occurrente, cum 9. Lectione de eadem in Officio, & ultim. Evangel. in Missa. *Col. Alb.*

Vesperæ dic: sub Ritu duplici 2. Classis de Festo seq. S. Bartholomæi Apostoli, ubi is celebratur die 24. August. cum Commemoratione S. Philippi Benitij Confess. & Dominicæ, si quæ cras sequatur, non tamen Dominicæ hodie occurrentis. *Col. Rub.*

Ubi verò Festum S. Bartholomæi Apostol. celebratur 25. Augusti (uti Romæ) ibi die 23. fit quidem *Officium*, & *Missa* de S. Philippo Benitio, ùt suprà, at verò *Vigilia* unà cum *Jejunio de præcepto* transfertur ibi in diem 24. Festum vero S. Bartholomæi in diem 25. & Festum S. Ludovici in diem 26. ut hac in Dominicam incidente, in diem aliam proximam non impedi tam hujus Mensis: Prænuncian quoque Vigiliæ in Martyrologio ibi unô die seriùs, quàm alibi, nempe 23. hujus, ùt monet Gavan. *Tom. 2. Sect. 7. C. 10. ad diem 23. Augusti*. Porrò Officium Vigiliæ si ea ob occurrentem die 24. August. Dominicam anticipetur ad diem fit in ejusmodi locis totum seri ùt in Psalterio de Feria curren Lectiones tres dicuntur in Nocturn de Homilia S. Gregor. Pap. *in Evangel. Hoc est Præceptum meum*, ùt Vigilia Apostolorum in Commun Sanctor. fol. I.

Responsoria de Feria curr rente, nisi sumenda sint ex I. Nocturno Dominicæ præcedentis, adquòd nondum primò sint posita hoc Mense. Ad laudes, & omnes Horas dicuntur, & quidem (sitem in Choro) flexis genibus Preces feriales, ac post eas Oratio de Vigilia, ùt ea notatur in loco, cui in Laudibus subjungitur Commemoratio Serialis de Cruce, & huic Suffragia Sanctor. *Col. Viol.*

Missa fit ibi de eadem Vigilia, uti notatur in Communi Sanctorum in Vigilia un. Apostoli fol. I. sine *Gloria & Credo*, Orat: 2. Con-

Concede. 3. Ecclesiæ, vel pro Papa, nisi ratione Mensis, aut Feriæ II. dicendum sit secundô, aut penultimô loco *Fidelium*, & 3. seu ultimô loco Orat: *Concede.* Præfat. Commun. In fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joannis. *Col. Viol.* Si dies 24. Augusti in loco, quô Festum S. Bartholomæi celebratur die 25. eadem, sit prima dies mensis non impedita Festô 9. Lectionum, tunc illi observanda est Rubrica general. V. Missal. n. 1. ùt suprà die 23. Jun. in Vigilia S. Joannis Baptistæ, & die 9. August. in Vigilia S. Laurentij. Vesperæ de S. Bartholomæo Apost. sub Ritu duplici 2. Classis. *Col. Rub.*

Eos, quibus alioquin à Sede Apostolica est concessum, ut semel, vel pluries singulis Hebdomadibus, aut mensibus dicere queant *Officium*, & *Missam* diebus, Festo aliquo duplici, aut semiduplici non impeditis, de certo aliquo Mysterio, aut Sancto, non posse id facere vi ejusmodi Indulti in hac, aut quacunque alia Vigilia, constat ex Decreto S. R. C. suprà 23. Februar. allegato.

NB. Festum Sequens S. Bartholomæi Apostoli celebratur secundum Consuetudinem locorum, vel die XXIV. vel XXV. Augusti. Romæ celebratur XXV. & de S. Ludovico (nisi veniat in Dominica) fit ibi die XXVI. *Rub. Miss. & Brev. Roman. hic.*

24. Extra Romam, & loca morem Romanum imitantia, celebratur hodie Festum S. Bartholomæi sub Ritu duplici 2. Classis. *Col. Rub.* Officium, ùt in Communi Apostolorum & propriô locô. Si incidat in Dominicam, fit de hac in *Officio*, & *Missa* Commemoratio, cum 9. Lectione in illo, & ultimô de eadem in hac Evangeliô.

Missa, uti notatur, cum *Gloria*, & *Credo.* Oratio unica, nisi occurrat Dominica. Præfat. de Apostolis.

In II. Vesperis (quæ, excepta oratione, dicuntur cum Antiphonis, Psalmis, ac reliquis, ut in Communi Apostolorum in II. Vesperis) fit Commemoratio Dominicæ hodie occurrentis, si quæ hodie occurrat, & postea S. Ludovici Confess. habentis Orationem propriam. Si cras occurrat Dominica, fit de illa sola in hodiernis Vesperis Commemoratio; S. Ludovicus autem, ubi habet Ritum duntaxat Semiduplicem, transfertur tunc in diem proximam Festô 9. Lectionum non impeditam. *Col. Rub.* Sicubi hodie occurrat Festum anniversarium Dedicationis propriæ Ecclesiæ, fit hodie de illo cum Commemoratione Dominicæ occurrentis, & nona de eadem Dominica Lectione, ac ultimo Evangelio, respectivè in *Officio*, & *Missa*, dicendis de Dedicatione; Festum autem S. Bartholomæi transfertur (attamen in solo

Choro) in diem aliam Festô 9. Lectionum non impeditam. Ubi S. Bartholomæus est Patronus Titularis Ecclesiæ, ibi celebratur sub Ritu duplici 1. Classis, & cum Octava, infra quam in II. & III. Nocturno dicuntur Lectiones, prout notantur in Octavario Romano à fol. 183. & 153. ac respectivè 159.

Romæ, & ubi Festum S. Bartholomæi celebratur 25. hujus, ibi fit hodie de Vigilia S. Bartholomæi, modô herì declaratô, servatúrque Jejunium de præcepto, nisì ob occurrentem hodie Dominicam anticipari debeat ad Diem precedentem.

25. S. Ludovici Reg. & Confessoris (extra Romam, & loca Romanum morem imitantia) Semidupl. *Col. Alb.* In Officio omnia dic. de Communi Confess. non Pontif. excepta Oratione propria (terminanda juxta Rubric. gen. IX. Missal. n. 17. per verba: *Qui Tecum vivit &c.* non autem *per eumdem Dominum &c.* ut quædam habent Breviaria) ac Lectionibus, quæ in I. Nocturno de Scriptura Feriæ currentis, nisì ponendum sit Initium alicujus Libri S. Scripturæ nondum positum. In II. & III. Nocturno propriæ.

Missa, utì notatur 25. Augusti, cum *Gloria*, sine *Credo* (nisì in propria Ecclesia &c.) Oratio 2. *A Cunctis.* 3. Ad libitum, Præf. Commun.

In II. Vesperis Commemoratio S. Zephyrini Pap. & Martyr. Oratio propr. cui, si cras sit Sabbatum, præmittitur Commemoratio de B. V. in Sabbato, ùt ibi. *Col. Al.* Si verò cras occurrat Dominica per annum, fit hodie à Capitulo de ea cum Commemoratione S. Ludovici & S. Zephyrini. *Col. Vir.* nisì alicui occurrat Octava, tunc enim debet esse Color Octavæ conveniens, cum ejus Commemoratione post Commemorationem de S. Ludovico.

Romæ autem, & in locis in quibus est Similis consuetudo celebratur hodie Festum S. Bartholomæi Apostol. ùt suprà; ibique in II. Vesperis fit Commemoratio S. Ludovici, nec non S. Zephyrini, quæ tamen ultima Commemoratio (utì & Commemoratio de B. V. in Sabbato, alioquin Commemorationi S. Zephyrini præmittenda) ibi omittitur, ubi S. Bartholomæus est duplex 1. Classis. *Col. Rub.* Si nondum dictum est *Officium Defunctorum pro* 1. *Die Mensis* Augusti non impeditâ Festô 9. Lectionum, tunc ubi, ubi cras fit de Simplici, dic: hodie in Choro post Vesperas diei *Vesperæ Defunctorum*, & cras unum Nocturnum Feriæ correspondens, cum Laudibus Defunctorum, modô suprà die 1. & 2. Augusti declaratô.

26. S. Zephyrini Papæ & Martyr. Simplex, seu trium Lectionum. *Col. Rub.* Nisì hodie occurrat

rus fieri Officium 9. Lectionum [v.g. de Dominica, aut die infra Octavam, aut de Festo Duplici, vel Semiduplici, seu *occurrente*, seu *translato*] vel de S. Maria in Sabbato, Officium, & Missa fiunt hodie de S. Zephyrino Pap. & Mart. & Officium quidem ad hunc Modum: Ad Matutinum dicitur Invitatorio, & Hymno de Sancto, ut in Communi unius Martyris, dicitur Nocturnum de Psalterio Feriæ occurrentis, cum Antiphonis, & 12. Psalmis, ut ibi: in horum fine dic. Versus de Festo, ut in qualibet Feria notatur: deinde duæ 1. Lectiones, de Scriptura Fer. current. 3. uti notatur in proprio loco. *Absolutio*, & *Responsoria* post primas duas Lectiones sumuntur [perinde ac *Versus* post 12. Psalmos] ex eo Nocturno de Communi unius Martyris, qui Feriæ currenti respondet, nempe Feriâ II. & V. ex I. Nocturno de Communi un. Martyr. Feriâ III. & VI. ex II. Nocturno Feriâ IV. ex III. Noct. Post tertiam verò Lectionem dic. *Te DEUM Laudamus &c.* ac proinde in fine 2. Responsorij, quando id sumitur ex I. aut II. Nocturno, dicendum est: *Gloria Patri* cum Repetitione partis Responsorij, ad eum modum, quo fit in II. Responsorio III. Nocturni unius Martyris. Benedictio 1. *Ille nos benedicat &c.* 2. *Cujus Festum colimus &c.* 3. *Ad Societatem &c.* Ad *Laudes* (in quarum fine dic. Suffragia Sanctorum, sine Commemoratione de Cruce) & per Horas usque ad Nonam (quâ terminatur *Officium simplex*) dicuntur omnia, ut in Festo semiduplici unius Martyris, exceptâ oratione, quæ est propria, cum Precibus ad Primam. Si hodie sit Sabbatum, aut hodierna Dies sit prima dies Mensis Augusti, non impedita Festô 9. Lectionum, tunc circa Officium Defunctorum, & Missas hodie dicendas, tum intra, tum extra Ecclesias Collegiat. observanda sunt ea, quæ suprà die 1. & 2. Augusti. Si idem hoc Festum simplex incidat alicubi in Feriam II. quæ non sit prima dies hujus Mensis non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc *Missa* etiam *conventualis* dic. de eo, attamen tam in illa, quàm in Missis privatis facienda est secundô, seu penultimô locô Commemoratio generaliter pro Defunctis, dicendo Orationem *Fidelium*. Rubr. Gen. Miss. V. n. 2.

Missa: *Sacerdotes DEI &c.* (2. de Communi unius Martyris): cum *Gloria*, sine *Credo*. Oratio prima propria, non item correspondens ei *Secreta*, & *Postcommunio*. Oratio 2. *A cunctis*. 3. Ad libitum, nisi ratione Mensis, aut Feriæ II. Secundô vel penultimô locô dicendum sit *Fidelium*, & 3. *A cunctis*. Præfatio Commun.

Romæ, & in locis, in quibus est eadem consuetudo, celebratur hodie Festum S. Ludovici Re-

gis, & Confess cum 9. Lectione, & Commemoratione S. Zephyrini in *Laudibus* & *Missa*, in qua proinde 3. Oratio ibi est *A cunctis*. In Hymno: *Iste Confessor* mutatur quoque ibi 3. Versus.

Vesperæ (nisi hodie, vel cras occurrat fieri de Festo 9. Lectionum, aut de B. V. in Sabbato) sunt feriales de Feria currente, ut in Psalterio; Oratio Dominicæ præcedent: Cui subjungitur Commemoratio de cruce, & huic Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctorum. *Col. Vir.* Ut suprà Parte I.

Si hodie factum sit de Festo 9. Lectionum, crastina autem dies sit 1. dies hujus Mensis non impedita Officio 9. Lectionum: tunc hodie post Vesperas diei dic: Vesperæ Defunctorum modò suprà die 1. Augusti declaratò.

27. Si hodierna dies sit 1. *dies Mensis* non impedita Officiò 9. Lectionum, *Officium* fit usque ad Nonam inclusivè de ea, ut suprà Parte I. Dicendúmque tunc hodie post *Laudes* diei unum *Nocturnum* (Feriæ currenti Correspondens) unà cum *Laudibus* Officij *Defunctorum*, & *Missa principalis* (quotidiana Defunctorum) dicenda generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs. In *Missis* autem *privatis* (dicendis de Feria currente, ut in Dominica præcedente, ac [illegible] *Gloria*, & *Credo*, ac cum *Benedicamus* in fine) Oratio 2. Est *Fidelium* [illegible] *A cunctis*. Si hodierna Dies [illegible] ria II. aut dies Sabbati non impedita Officiò 9. Lectionum, circa [illegible] *ficium*, & *Missam* hodiernam ob[illegible] vanda sunt pariter ea, quæ suprà [illegible] I. infra hanc Hebdomadem, [illegible] non in Rubrica Gen. Missal. V. [illegible] præscribuntur.

Vesperæ in Ecclesia vario[illegible] sali dic. sub Ritu duplici min. de [illegible] quenti Festo S. Augustini Epi[illegible] Confess. ac Eccles. Doctor. ut [illegible] Vesper. de Communi Confess. [illegible] tif. excepta oratione, quæ est [illegible] pria, & Antiph. ad *Magnificat*, [illegible] in utrisque est: *O Doctor optime* C[illegible] fitque Commemoratio de S. Herma[illegible] te Mart. ut ibi, huic autem præmit[illegible] titur Commemoratio Dominicæ, [illegible] quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Ma[illegible]* Ubi autem Festum S. Augustini ce[illegible] lebratur *Ritu duplici* 1. *Classis*, ibi fit [illegible] hodie in 1. Vesperis, nec cras in [illegible] reliquo Officio, ac Missa fit aliquan[illegible] de Festo Simplici S. Hermetis hoc[illegible] occurrente, uti nec de Dominica [illegible] quæ hodie occurrat, bene tamen [illegible] Dominica subsequente, si quæ cras [illegible] sequatur. Et quia in ejusmodi ca[illegible] cis celebratur S. Augustinus cum O[illegible] ctava, Lectiones, in II. & III. Nocturn[illegible] infra illam dicendæ, peti debent [illegible] Octavario Romano à fol. 399.

28.

28. S. Augustini Episcopi Confessoris, & Eccles. Doctor. In Ecclesia universal. dupl. min. *Col. Alb.* in Officio omnia dic. ut in Communi Confess. Pontif. excepta oratione propr: & Lectionibus, quæ in 1. Nocturn. sunt *Sapientiam omnium &c.* de Libro Ecclesiastici, ùt in Communi Doctorum. In II. Noctur. propr. In III. de Homilia S. Augustini in Evangelium: *Vos estis Sal &c.* ut in eodem Communi Doctor. Responsorium Octavum: *In Medio Ecclesiæ*, ùt ibidem. In Laudibus fit Commemorat. S. Hermetis Martyr. (sine Lectione) in Ecclesia universali.

Missa (in quibusdam Missalibus extans in ordine) *In medio Ecclesiæ &c.* ùt in Communi Doctor. excepta Oratione, quæ est propria, nec item correspondens ei Oratio *Secreta*, & *Postcommunio*. Dic. in ea *Gloria* & *Credo*, cum Commemoratione S. Hermetis Martyr. ùt ibi. Præfat. Communis. Si hodie occurrat Dominica, fit de ea in *Officio*, & Missa ante Commemorationem de S. Hermete Commemoratio, cum 9. de eadem Dominica in illo Lectione, ultimo autem in hac de eadem Dominica Evangelio. *Col. Alb.*

In II. Vesperis fit à Capitul. de Decollatione S. Joannis Baptistæ sub Ritu duplici min. ùt in 1. Vesperis de Communi unius Martyris, ac proprio loco, cum Commemoratione Præcedentis (per Antiph. *O Doctor optime &c.*) & S. Sabinæ Martyr. ùt ibi, cui præmittitur Commemoratio de Dominica, si quæ hodie, aut cras occurrat, nisi ubi Decollatio S. Joannis est 1. aut 2. Classis, ibi enim nec de S. Sabina, nec de Domioicâ hodie occurrente (bene tamen de Dominica cras occurrente) fit in hodiernis Vesperis Commemoratio. *Col. Rub.* Ubi *Solennes* de Decollatione S. Joannis Baptistæ cantantur *Vesperæ*, ibi Officiator ad initium Hymni *DEUS tuorum militum &c* jungit, extendit, & elevat manus, ac caput versus Altare inclinat, juxta ea quæ tradit Bauldry Parte 2. c. 11. a. 1. n. 25. citans Cærem: Episcop. L. 2.

Quænam autem in loco, in quo Festum Decollationis S. Joann. Bapt. crlebratur cum Octava, dicendæ sint infra Octavam Lectiones in II. & III. Noct. vide in Octavario Romano fol. 182.

29. Decollatio S. Joannis Baptistæ: Dupl. min. *Col. Rub.* Officium dic: ùt in Communi Unius Mart: & propr. locô, cum 9. Lectione, & Commemorat. in *Laudib.* de S. Sabina Mart. ùt ibi, nisi hodie occurrat *Dominica*; tunc enim 9. Lectio dic: de *Dominica* hodie occurrente, non autem de S. Sabina, de qua eô annô post Commemorationem de Dominica fit tantùm Commemoratio.

Mis-

Missa propria, cum *Gloria*, sine *Credo*, (nisi veniat in Dominica) Commemoratio de S. Sabina M. & ante eam de Dominica occurente, & tunc ultimum de eâd. quoque Dominicâ dic: Evangelium. Præf. Commun. *Col. Rub.*

Vesperæ in Ecclesia universali dicuntur integræ de Decollatione S. Joannis Baptistæ. Psalmi, Capitul. & Hymnus, ùt in II. Vesperis in Communi unius Martyris: Antiphonæ, & reliqua, ùt in propriô locô, fitque Commemoratio SS: Felicis & Adaucti MM. ùt ibi, & ante eam Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Rub.* At ubi cras celebratur Ritu duplici Festum S. Rosæ Virg. Limanæ (utì in Locis Catholico Hispaniarum Regi, Augustissimo Romanorum Imperatori, Domuique Austriacæ subjectis) ibi Vesperæ hodiernæ à Capitulo dicuntur de S. Rosa. ùt in 1. Vesperis in Communi Virginum (præter Orationem, quæ est propria) cum Commemoratione præcedent. & Ss. Felicis, & Adauct. MM. nec non [ante hos] Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Alb.*

Quando in hunc diem incidit Dominica 1. Septembris, tunc ibi, ubi hâc Dominicâ celebratur Festum Ss. Angelorum Custodum sub Ritu Duplici 2. Classis, & cum Octava, Festum hodiernum Decollationis S. Joannis Baptistæ transfertur in primam diem [etiam in[Octavam] Festo 9. Lectionum [impediram; de S. Sabina M. [fit ibi, post Commemorationem D[minicæ, solummodo Commem[tio, & quidem in Laudibus, & M[sis privatis tantùm, non autem Missa Solenni, nec etiam in 1. V[sperís. Quomodo autem ulter[sit ordinandum *Officium*, & *Miss* Angelorum Custodum, tum in i[Festo, tum etiam per ejus Octav[in ejusmodi locis, vide suprà [Dominicâ 1. Sept.

30. In Ecclesia univ[[nisi hac die occurrat Sabbatum [Dominica, aut Festum translatum [Lectionum] fit hodie Ritu *Simplici* Ss. Felice, & Adaucto MM. *Col. Ru* Ad Matutinum dictis Invitatorio, [Hymno de Sanctis MM. ùt in Com[muni Plur: M.M. dicitur Nocturn[Feriæ occurrentis, ùt in Psalterio, [ejus fine Versus de Festo ibi notat[desumptúsque ex eo Nocturno Com[munis plur. MM. qui Feriæ curren[ti correspondet: Deinde post *Ab[lutionem* [Feriæ currenti pariter re[spondentem] Benedictiones: *Ju[benedicat &c.* & tres Lectiones; [Scil. de Scriptura Feriæ current. [si ponendum sit Initium alicujus [ri S. Scripturæ nondum positum, [Tertia de Sanctis, de quibus fit O[ficium, utì notatur in Proprio San[ctorum. Responsoria duo post pri[mam & secundam Lectionem de [sum-

sumuntur ex Communi plur. MM. secundùm Feriam, quæ occurrit, nempe Feriâ II. & V. ex I. Noctur. de Communi plur. MM. Feriâ III. & VI. ex II. Nocturno plur. MM. Feriâ IV. ex III. Nocturno, & in fine 2. Responsorij additur *Gloria Patri*, cum repetitione Partis Responsorij, quando hoc desumitur ex I. aut II. Nocturno. Post tertiam Lectionem dic. *Te DEUM Laudamus*, & reliquum deinceps Officium usque ad Nonam inclusivè, ùt in Festo Semiduplici plur. MM. cum Oratione propria, & Suffragijs Sanctorum ad Laudes, ac precibus Dominicalibus ad Primam.

Missa, utì notatur in Proprio Sanctorum, cum *Gloria*, sine *Credo*. Oratio 1. propr. 2. *A Cunctis*. 3. ad libit. nisi ratione Mensis, aut Feriæ secundæ hodie occurrentis, secundô, vel penultim. locô dicendum sit *Fidelium*, & 3. *A cunctis*. Præfat. Com mun. Col. *Rub.*

Si hodie sit Sabbatum, aut Dies 1. Mensis non impedita Festô 9. Lection. tunc circa *Officium*, tum *Diei*, tum *Defunctorum*, ac *Missas* dicendis, tam intra, quàm extra Ecclesias *Collegiatas*, observanda sunt ea, quæ suprà Die 1. & 2. Augusti. Si idem hoc Festum Simplex incidat in Feriam II. quæ non sit simul prima Dies Mensis non impedita Officiô & Lectionum, tunc *Missa* etiam *Conventualis*, seu *Principalis* dic. de Festo, attamen tam in istâ, quàm in Missis priuatis facienda tunc est secundô, seu penultimô locô Commemoratio generaliter pro Defunctis, dicendo Orat. *Fidelium*. At

Quæres hîc: An, quando hoc Festum Simplex incidit in Feriam II. post Dominicam I. Septembris, (utì in Ecclesia universali incidebat annô 1700.) an, inquam, tunc Feria illa II. habenda sit pro Die I. Mensis *Septembris* non impedita, adeoque in illa dicendum sit Officium Defunctorum pro *Mense Septembri*, & duæ Missæ Conventuales in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis sint celebrandæ per Rubricam Gen. V. Missal. n. I. an verò Feria illa secunda etiam in tali Casu censenda sit spectare ad Mensem Augustum, adeoque (nisì sit 1. Dies Mensis Augusti non impedita Officiô 9. Lectionum) sufficiat in illa *Missa* tam *principali* (dicenda de Festo) quàm in *Missis privatis*, facere Commemorationem solummodo locô penult. generaliter pro Defunctis, dicendô *Fidelium*. 82. Directorium Romanum illius anni non habuisse Feriam II. incidentem in Diem 30. Augusti pro I. Die Mensis Septembris non impeditâ Festô 9. Lectionum (ut ut venerit infra Hebdomadem I. Septembris more Ecclesiastico numeratam) sed Directorium illud pro Die 1. Mensis Septembris non impeditâ Festô 9. Lectionum habuisse Feriam

IV. subsequentem, quæ annô illô incidebat in ipsas Calendas, seu Diem 1. Septembris, pro quâ proin Officium Defunctorum cum pridianis eorum Vesperis &c. præscripsit; pro Feria autem II. præcedente solummodo Orationem *Fidelium*, in Missa de Festo secundô locô dicendam.

Vesperæ in Ecclesia universali dic: sub Ritu duplici min. de sequenti Festo S. Raymundi Nonnati Confess. dicendo omnia, ut in 1. Vesperis de Communi Confess. non Pontif. excepta Oratione, quæ est propria: In Hymn. *Iste Confessor* mutatur 3. Vers. & fit Commemorat. Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Alb.*

NB. In Locis Catholico Hispaniarum Regi, Augustissimo Romanorum Imperatori, Domuíque Austriacæ subjectis fit hodie Ritu duplici min. de S. Rosa Virgine Limana, dictâ à S. Maria. In Officio omnia dic: ùt in Communi Un. Virginis non Martyr. præter Orationem, quæ est propria, & Lectiones I. Nocturni, quæ sunt de Scriptura Feriæ currentis (nisi ponendum sit Initium Libri Sacr. Scriptur. nondum positum ex I. Nocturno præcedent: Dominicæ) nec non II. Nocturn. quæ sunt propriæ, & extant in Calce Breviarij. Lectio III. Noctur. de Homil. S. Gregor. in Evangel. *Simile est Regnum Cœlorum decem Virginibus &c*, cum 9. Lectione, de Commemoratione in *Laudibus* Ss. Felicis, & Adaucti MM. nisi occurrat Dominica; tunc enim 9. Lectio de Homilia in Evangel. Dominicæ occurrentis, & Commemoratio dictis Ss. Martyribus fit post Commemorationem de Dominica in Vesperis, ac Laudibus. *Col. Alb.*

Missa: *Dilexisti*, ùt in Communi Virgin. tantùm, cum Gloria sine *Credo* (nisi veniat in Dominica, &c.) Oratio propria, extans in fine Missal. Commemoratio de S. Felice, & Adaucto MM. ex Feria current. cui præmittitur Commemoratio de Dominica, si quæ hodie occurrat, & de eadem Dominica legitur tunc ultim. Evangel. Præf. Communi. *Col. Alb.*

Vesperæ usque ad Capitulum de S. Rosa, ùt in Communi Virgin. tant. à Capitulo verò dic: de S. Raymundo Nonnato Confess. ùt supra, cum Commemoratione S. Rosæ, ut in II. Vesperis Virgin. tant. nec non Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Alb.*

Quando in hunc Diem incidit Dominica I. Septembris (uti annô 1711.) tunc ibi, ubi hâc Dominicâ celebratur Festum Ss. Angelorum Custod. sub Ritu duplici secundæ Classis, ac cum Octava, Festum S. Rosæ transfertur in 1. Diem infra Octavam Angelorum non impeditam Festô 9. Lectionum, de Ss. Martyribus

tyribus verò Felice, & Adaucto fit ibi, post Commemorationem Dominicæ, solummodo Commemoratio; & quidem in Laudibus, & Missa privatis tantùm, non autem in Missa solenni, nec etiam in 1. Vesperis. Vide dicta 29. hujus in fine.

31. S. Raymundi Nonnati Confess. Dupl. min. *Col. Alb.* In Officio omnia, ùt in Communi Confess. non Pontif. excepta Oratione, quæ est propria. In Hymn. *Iste Confessor* mutatur 3. Vers. Lection: I. Nocturni de Libro Ecclesiastici: *Beatus vir &c*, ùt in Communi Confess. non Pontif. 2. Locô. II. Nocturni propriæ. III. Noctur. *Sint Lumbi &c*, ut in Communi Confess. non Pontif. 1. Locô. Si hodie occurrat Dominica, dic: de ea 9. Lectio in *Offic.* & ult. Evangel. in *Missa*, cum Commemoratione de eadem Dominica in Laudibus, ac itidem in Missa, quæ est: *Os Justi &c*, 1. de Communi Confess. non Pontif. dicitúrque cum *Gloria*, sine *Credo* in Ecclesia universali, ac cum unica Oratione, eáque propriâ, nisi veniat in Dominica, aut infra Octavam *Ss.* Angelorum Custodum, ubi ea currit; tunc enim dicitur *Credo*, & fit Commemoratio Dominicæ, & currentis Octavæ. Præf. Commun. *Col. Alb.*

In II. Vesperis fit Commemorat. *S.* Ægidij Abbatis. Orar. *Intercessio nos, quæsumus &c*, ùt in Communi Confess. Abbatis, & postea Ss. duodecim Fratrum MM. ùt ibi: cui utrique Commemorationi præmittitur Commemorat. Dominicæ, si quæ hodie, vel cras occurrat. *Col. Alb.* Quòd si crastina Dies sit prima Dies Mensis non impedita Officiô 9. Lection: tunc hodie post Vesperas Diei dictô *Benedicamus Domino* cum *DEO Gratias*, dic: in Choro Vesperæ Defunctorum pro Mense sequenti. Quando in hunc Diem incidit Dominica 1. Septembr. tunc ibi, ubi hâc Dominicâ celebratur Festum Ss. Angelorũ Custodum sub Ritu duplici II. Classis, ac cum Octava, Festum S. Raymundi transfertur in primam Diem (etiam infra Octavam) non impeditam Festô 9. Lectionum.

TITULUS IX.

Singularia Festorum Mensis Septembris, qui habet dies XXX.

1. SAncti ÆGIDII Abbat. Simplex. *Col. Alb.* Nisi hodie occurrat fieri de B. V. in Sabbato vel de Dominica, aut Festo 9. Lectionum, aut alicubi de Die infra Octavam, fit hodie Officium Ritu Simplici de S. Ægidio Abbate in hunc Modum: Ad *Matutinum* dic: Invitatorium, & Hymnus de Communi Confess. non Pontif. Antiphonæ verò, & Psalmi feriales, ùt in Psalterio de Feria current. duæ quoque primæ Lect. de Scriptura Feriæ currentis, nisi ponendum sit Initium Libri Sac. Scriptur. nondum positum ex Dominica præcedenti. Lectio 3. propria. Versus & Responsoria post 1. & 2. Lectionem (post tertiam dic: *Te DEUM laudamus &c.*) & reliqua deinceps dicuntur de Communi Confess. non Pontif. ac eô proportionaliter modô, quô suprà 26. Augusti est declaratum. In Laudibus fit Commemoratio Ss. XII. Fratrum MM. cum Suffragijs consuetis Sanctorum, & Precibus Dominicalibus ad Primam. Post Laudes Diei, dictô *Benedicamus &c.* omissóque versu *Fidelium anima &c.* dicitur in Choro unum Nocturnum (Feriæ currenti correspondens) Officij *Defunctorum*, una cum Laudibus eorumdem.

Missa: *Os justi*, ùt in Commun. Abbat. cum *Gloria*, sine Cred. Orat. 2. *Fidelium*. 3. De Ss. XII. Fratribus MM. nisi placeat dicere loco 7. Orationes, tunc enim Oratio est de Ss. 12. Fratribus, & penultima *Fidelium*. Præfat. commun. In verò in *Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis* cantantur duæ Missæ conventuales, una (quotidiana) pro Defunctis post Primam, aut dicatur in Choro Vigilias; Altera de Festo post Sext. sed in ea Oratio 2. de Ss. 12. Martyribus. 3. *A Cunctis. Col. Alb.*

Vespera (nisi cras sit Dominica) de S. Stephano Reg. Hungar. & Confess. ùt in 1. Vesperis Confess. non Pontif. in Communi Sanctorum, excepta Oratione propria quæ in antiquis Breviarijs, & Missalibus extat in Festo S. Bernardi 20. Augusti. In Hymno: *Iste Confessor* mutatur 3. Versus, etiam cras. *Col. Alb.*

Si Festum Simplex S. Ægidij inci-

incidat in Sabbatum non impeditum Officiô 9. Lectionum (utì contigerat annô 1703.) fit hodie de B. Maria in Sabbato, dicendô ad Matutinum Invitatorium & Hymnum de B.M. ùt ibi. Antiphonas autem, & Psalmos feriales: 1. & 2. Lectionē verò de Scriptura Feriæ current. 3. de Mense current. & reliqua, ut ibi: cum Commemoratione (attamen sine Lectione) de S. Ægidio Abbat. & Ss. 12. Fratribus Mm. ac Suffragijs Sanctorum (omissâ eâ, quæ est de B. V.) in *Laudibus*: post quas dicitur tertium Nocturnum & Laudes Officij *Defunctorum*: nec non duæ Missæ conventuales hodie in Ecclesijs Collegiatis & Cathedralibus: Una pro Defunctis, altera de B. V. in Sabbato, ut suprà, nisì quòd in posteriore 2. Oratio sit de S. Ægidio. 3. de Ss. 12. Fratribus tantùm.

Missæ autem *privatæ* dic: tunc de B. V. (ùt in ejus votivis à Pentecoste usque ad Advent.) cum *Gloria*, (sine *Credo*) & cum hisce 5. Orationibus: 1. De B. V. 2. De *S.* Ægidio. 3. De Ss. 12. Fratribus Mm. 4. *Fidelium*. 5. De S. Spiritu. Præfat. de B. V. *Et Te in Veneratione. Col. Alb.*

Vesperæ feriales de Sabbato currente usque ad Capitulum, à Capitulo autem de Dominica sequente in Ecclesia universali, ùt suô locô, cum consuetis Suffragijs Sanctorum &c. *Col. Vir. S.* Stephanus autem in crastinâ Dominicâ occurrens transferatur tunc in Ecclesia universali in Feriam II. sequentem, aut hâc Festo alio 9. Lection. occurrente, aut anteriùs translatô, impeditâ, in Diem aliam proximè non impeditam.

Quando incidit Festum *S.* Ægidij in Dominicam per annum, fit de eo, & Ss. 12. Fratribus Mm. solummodo Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa Dominicæ, cum 9. Lectione de eodem S. Ægidio in Officio. *Col. Vir.* Idem est quoad Commemorat. & 9. Lectionem, si incidat in Diem infra Octavam, aut in Festum Semiduplex, vel Duplex majus, aut minus per annum. Quòd si *S.* Ægidius incidat in Festum Ss. Angelorum Custodum, ubi id Ritu duplici 2. Classis celebratur Dominicâ 1. Septembris, fit post Commemorationem de Dominica de *S.* Ægidio, & Ss. 12. Fratribus Mm. Commemoratio (sine Lectione) in Laudibus & Missis privatis tantùm, non autem in 1. Vesperis, nec in Missa solenni: 9. autem Lectio in Officio, & ultimum Evangel. in Missa dic: tunc de *Dominica*; Octava verò, & 9. Lectio Officij Ss. Angelorum, ubi sunt separatæ, convenienter tunc conjunguntur in unam; eò quòd in sola Lectione nona sit aliquid de Angelis. *Col. Alb.*

2. S. Stephani Reg. Hung. & Confess. Semidupl. *Col. Alb.* In Officio dic: omnia ùt in Commu ni

Confess. non Pontif. præter Orationem, quæ est propria, & Lectiones, quæ in I. Nocturno dic: de Scriptura Feriæ currentis, nisi ponendum sit Initium Libri S. Scriptur. nondum positum ex Dominicæ præcedent: I. Nocturno. Lectiones II. Noctur. propriæ. III. Nocturn. ùt in Festo S. Ludovici 25. Augusti: *Homo quidam nobilis &c.* In Hymno: *Iste Confessor* mutatur 3. Vers. In *Laudibus* (nisi currat alicubi aliqua Octava) dic: Suffragia Sanctorum, & ad Primam, & ad Completorium Preces Dominicales.

Missa: *Os Justi &c*, 1. de Communi Confess. non Pontif. excepta 1. Oratione, eique correspondente *Secreta*, ac Postcommunione (quas omnes habet propriàs) nec non primò Evangeliò: *Homo quidam nobilis &c*, quod extat in eodem Communi tertiò locò ante Missam de Abbatibus. Dic: in ea *Gloria*, sine *Credo*, nisi alicubi veniat infra Octavam Ss. Angelorum, infra quam si venit, 2. Oratio erit de Octava. 3. *Concede*, alioquin autem 2. Oratio est *A Cunctis*. 3. Ad lib. Præf. Commun. *Col. Alb.*

Vesperæ integræ sunt de hodierno Festo (*Col. Alb.*) nisi occurrat vel infra dictam Octavam (tunc enim à Capitulo dic: de Sequenti Die infra Octavam cum Commemoratione *S.* Stephani *Col. Alb.*) vel veniat in Sabbato, seu intra, seu extra Octavam; quia tunc à Capitulo cuntur de Dominica sequenti cum Commemoratione *S.* Stephani, postea etiam Octavæ, ubi hæc celebratur. *Color Albus*, si crastina Dominica sit Dominica infra Octavam qui *Col. Vir.*

Quando Festum *S.* Stephani venit pridie Dominicæ I. Septembris, tunc ibi, ubi eâ Dominica celebratur Festum Ss. Angelorum Custodum sub Ritu duplici 2. Classis in Vesperis hodiernis non fit Commemoratio de *S.* Stephano (nisi ijs locis, in quibus iste ritum in Duplicem) sed solius Dominicæ. Quando Verò idem *S.* Stephanus occurrit in Dominica, seu I. seu Septembr. transfertur in Feriam immediatè sequentem modò præcedantè dictô, nisi ubi Ritum habet duplicem; nam ibi occurrens in Dominica per annum, non impedit Festô altioris Ritus, non quidem transfertur, fieri tamen debet Commemoratio de Dominica tam in *Officio*, quàm in *Missa*, & in hac dici ultimum Evangelium, in illo vero 9. Lectio de eadem Dominica occurrente.

Si denique *S.* Stephanus occurrat postridie alicujus Dominicæ, etiam illius, in qua celebratur Festum Ss. Angelorum Custodum sub Ritu duplici 2. aut etiam 1. Classis (ùti Eustadij apud PP. Soc. JESU) fit de eo in pridianis Vesperis Com-

memoratio, attamen post Commemorationem de Dominica.

Si crastina Dies sit *prima Dies Mensis* Septembris, non impedita Festis 9. Lectionum, tunc hodie post Vesperas Diei dicuntur in Choro *Vespera Defunctorum* pro Mense currente, ùt suprà 31. Augusti, & suò loco P.I. alioquin pridie alterius Diei hujus Mensis Officiò 9. Lectionum non impeditæ.

3. *Si* hæc, aut alia Feria hujus Mensis sit *prima Dies Mensis*, non impedita Officiò 9. Lectionum, tunc hodie post Laudes Diei dicto *Benedicamus cum DEO Gratias*, omissóque *Versu: Fidelium anima &c*, dic: in Choro unum Nocturnum (respondens Feriæ currenti) *Officij Defunctorum*, unà cum *Laudibus* eorumdem. Missa quoque principalis tunc dic: generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs, nisi hodie fuerit Sabbatum, aut extra Sabbatum alicubi occurrat hodie Festum simplex, tunc enim in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis cantandæ sunt 2. Missæ, una pro Defunctis post Primam, altera de B. M. in Sabbato, aut de Festo Simplici extra Sabbatum occurrente, post Sextam, ut suprà Die 2. item 26. & 30. Augusti. In Ecclesijs verò non Cathedralibus, nec Collegiatis dic: Missa de Die currente cum Commemoratione generaliter pro Defunctis.

In hodierno *Officio feriali* pœnenda esse Responsoria ex I. Nocturno Dominicæ I. Septembris præcedentis, si nondum sint primò posita, constat ex dictis suprà P. I. utì etiam, quomodo Ordinanda sint *Officium*, & *Missa*, si hâc, aut aliquâ sequentium Feriarum occurrat fieri de B. M. in Sabbato.

In Locis autem Sereniss. Hispaniarum Regi subjectis, nec non alijs, quibus concessum id est, dic: hodie Vesperæ sub Ritu Semiduplici (alicubi etiam altiore) de S. Rosalia Virgine Panormitana, dicendo omnia, ùt in primis Vesperis de Communi Virg. tantùm, excepta Oratione, quæ est propria, extátque in Calce Breviarij ac Missalis Romani. *Col. Albus.*

4. Si hodierna Feria sit prima Dies, non impedita Officio 9. Lection: aut incidat in Sabbatum &c, observanda sunt herì annotata. Ubi verò (utì in Locis Sereniss. Hispaniarum Regi subjectis, aliisque nonnullis) concessum est hodie *Officium*, & *Missa* sub Ritu semiduplici de S. Rosalia Virg. ibi hodie fit *Officium*, & *Missa* de S. hac Virgine, dicendo omnia, ut in Communi Virginis tantùm, excepta Oratione, quæ dicitur, ùt herì in 1. Vesperis, exceptis item Lectionibûs, quæ in I. Nocturno sunt de Scriptura Feriæ currentis, nisi ponendum sit initium Libri Sac. Scriptur. nondum positum,

II.

II. Noctur. propr. In III. Noctur. de Homilia in Evangelium *Simile est Regnum Cœlorum decem Virginibus*, ùt in Communi Virgin. primô locô. In Laudibus dic: Suffragia, & ad Primam Preces Dominicales, nisì currat aliqua Octava; tunc enim de hac facienda Commemoratio in Laudibus sine Suffragijs, utì & sine Precibus ad Primam.

Missa: *Dilexisti*, ùt in Communi Virg. tantùm, cum *Gloria*, sine *Credo*, nisì currrat Octava illud requirens. Orat. 1. propr. ùt in fine Missalis. 2. *A Cunctis*. 3. Ad libitum, nisì occurrat aliqua Octava; tunc enim Orat. 2. erit de Octava. 3. *Concede*. Præfat. Communis. *Col. Alb.*

Ubi S. Rosalia habet Ritum dunt axat Semiduplicem de præcepto, ibi hodiernæ Vesperæ, si cras faciendum sit de Die infra Octavam, dicentur à Capitulo sub Ritu pariter Semiduplici de Octava, utì in 2. Vesp. Festi, cũ Com̃em. præced. Si verò non currat aliqua Octava, nec cras occurrat Dominica, dici possunt sub Ritu semiduplici ad lib. de S. Laurentio Justiniano Episcop. Confess. ac Venetiarum I. Patriarcha, cum Commemoratione S. Rosaliæ, utì paulò pòst dicetur.

Vesperæ hodiernæ ibi, ubi non currit aliqua Octava, nec hodie nec cras occurrit Dominica, aut Festum aliquod de Præcepto in Religione, vel Diœcesi aliqua particulari, dici hodie integræ possunt sub Ritu semiduplici ad libitum de S. Laurentio Justiniano, Episcop. Confess. ac primo Venetiar. Patriarcha. In Hymno: *Iste Confessor mutatur* 3. Vesp. etiam cras. Reliqua omnia (pa-ter Orationem, quæ est propr.) dic: de Communi Confess. ùt ibi in I. Vesperis. Ubi verò hodie celebratum est Festum S. Rosaliæ V. in Ritu semiduplici, ibi, siquidem cras fiat de S. Laurentio Justiniano, Vesperæ hodiernæ dicuntur usque ad Capit. de S. Rosal. à Capit. verò de S. Laurent. Justinian. cum Comm. præcedentis & Suffragijs Sanctorum, nec non Precibus Dominicalibus de Completor. *Col. Alb.*

Quòd si Festum S. Rosaliæ ibi, ubi habet Ritum tantùm Semiduplicem de Præcepto, incidat in Dominicam, transferetur in Diem proximam Officiô 9. Lectionum non impeditam. At verò Festum S. Laurentij Justiniani incidens vel in Diem Dominicam, vel infra aliquam Octavam, vel in Diem alicubi alio Festo particulari 9. Lectionum impeditam, eô annô omittitur: unde in locis, in quibus Festum Ss. Angelorum Custodum celebratur primâ Dominicâ Septembris cum Octavo, Festum S. Laurentij Justiniani, utpote semper incidens in illam Octavam, non potest unquam celebrari *ad Libitum*, nisì obtineatur Speciale Indultum à Sede Apostolica, quale

olim

ùm Societas JESU obtinuerat pro festo S. Hedwigis viduæ (occurrente 17. Octobris, eâ ipsâ nempe Die, quâ in Soc. JESU celebratur Dies Octava S. Franciſci Borgiæ) reſpectu quarumdam Provinciarum, cùm illud etiamnum eſſet Feſtum ad Libitum; quia enim conſtanter incidebat in *Diem Octavam* S. Franciſci Borgiæ, quâ proin nec celebrari illud, nec per Decretum S. R. C. de annô 1682. 24. Januarij, transferre id noſtris licebat, indulſit ſpeciliter Aſſiſtentiæ Germaniæ Sedes Apoſtolica, ut illud quibusdam ejus Provincijs transferre liceret conſtanter in Diem 20. Octobris, quæ tamen Dies quando incidebat in Diem Dominicam, vi alterius antecioris Decreti de anno 1673. 2. Decembris eô annô etiam ibi erat omittendum Feſtum illud tunc temporis ad Libitum: cum autem nunc obtinuerit eſſe Feſtum ad Libitum, habens modò Ritum *Semiduplicem de præcepto*, nunc etiam in illis Provincijs perinde, ac in reliqua Societate, à Die 17. Octobris (ab Eccleſia univerſi ei aſſignato) transferendum eſt more aliorum Semiduplicium de Præcepto in Diem proximam non impeditam, ut ſuô locô dicetur. Ubi S. Roſalia ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ habet Ritum altiorem, v. g. *Duplicis minoris*, aut *majoris* (qualem ex permiſſione Sedis Apoſtolicæ de anno 1689. 30. Jul. habet in Regnis & provincijs Cæſareæ Majeſtati ſubjectis), ibi juxta exigentiam conceſſi Ritus ordinandum eſt ejus *Officium*, & *Miſſa*.

5. Nisì hodie occurrat fieri de Dominica, aut alicubi *de Die infra Octavam* (v. g. *S. Angeli Cuſtodis*, utì in pluribus Ditionibus Auguſtiſſ. Romanorum Imperatori ſubjectis) *alióve Feſto 9. Lectionum* in *aliqua Religione*, aut *Diœceſi* hodie occurrente, poſſet ex Indulto Innocentij XII. fieri hac Die Offic. & Miſſa ab omnibus, qui, & quæ ad horas Canonicas tenentur, ſub *Ritu Semiduplici ad Libitum* de S. Laurentio Juſtiniano, Primo Venetiarum Patriarcha. In Officio omnia dic: de Communi Confeſſ. Pontif. præter Lectiones II. Nocturn. quæ ſunt propriæ, & extant in Calce Breviarij Romani inter Feſta ad libitum. In Hymn. *Iſte Confeſſor* mutatur 3. Verſ. Oratio: *Da quæſumus &c*, ut in Communi Confeſſ. Pontif. primô locô. Lection. I. Nocturn. de Script. Feriæ currentis, nisì ponendum ſit Initium Lib. S. Scriptur. nondum poſitum. Lection. III. Nocturn. *Homo peregrè &c*; ùt in eodem Communi Confeſſ. Pontif. primô Locô. In *Laudibus*, & *Veſperis*, ubi hæ ſub Ritu Semiduplici dicuntur, poſt Orat. Dici dicuntur Suffragia Sanctorum ac preces Dominicales ad Primam & Completorium. *Col. Alb.*

Miſſa: *Statuit &c*, 1. de Communi

muni Confess. Pontif. cum *Gloria*, sine *Credo*. Orat. 2. *A. Cunctis.* 3. Ad Libitum. Præfat. Commun. *Col. Alb.*

Si hodie occurrat *Dominica*, aut alicubi *Festum particulare* alicujus *Communitatis Religiosæ*, aut *Diœcesis*, vel alicubi currat *Octava* (v.g. S. Angeli Custodis) tunc ibi juxta hæc dicta, seclusô speciali Sedis Apostolicæ Indultô, nec hodie, nec Die alio fieri potest Officium de S. Laurentio Justiniano, quamdiu est Festum ad Libitum, sed penitùs pro ejusmodi anno, ac in ejusmodi locis est omittendum, juxta Decr. S.R.C. de anno 1673. 2. Decembris, & 1682. 24. Januar. suprà alleg. Putat quidem Auctor Decennij Divinor. Officior: *ab anno* 1703. *usque ad annum* 1712. in Notis ad Diem 6. Septembr. anni 1706. posse hoc, aut aliud Festum ad Libitum, ejusmodi Diebus occurrens, etiam post utrumque modò memoratum Decretum in aliquo saltem Casu [eô tamen unicô] transferri in aliam Diem, eâmque solam, ipsum immediatè sequentem, si ea non sit impedita FestoDuplici, vel Semiduplici, vel non habeatur reponendum aliquod Officium translatum cujuscunque Ritûs: atque pro hac sua Sententia & Exceptione allegat Is recentius quoddam Innocent. XII. Decretum: verùm, quia ejusmodi Decretum nec à Breviario, nec etiam à Directorio Romano hactenus fuit agnitum, meritò Decretum, quod pro sua Sententia allegat hic Auctor, videtur unum ex illis Apocryphis, ob quæ ejusdem Auctoris alius libellus 1702. Venetijs impressus cui Titulo: *Recentiora Sacr. Rit. Cong. Decreta, nullibi hactenus Conjunctim impressa &c.* (in quo ad annum 1699. 30. Mart allegat pro sua Sententia id Decretum) relatus est in Indicem Librorum prohibitorum, ut constat ex ejusdem Indicis, anno 1682. Romæ impressi, novissima Appendice usque ad annum 1708. [illegible] porrigente: aut, si aliquando [illegible] tit ejusmodi Decretum, id postmodùm, ut aliqui asserunt, fuit revocatum: Quibus fidem facit Directorium Romanum de anno 1705. Die 10. Maij, quô annô, cùm Festum S. Antonini (tunc temporis Semiduplex ad Libitum) occurrisset in Dominica, jubebat illud nequaquam differre in Feriam II. immediatè sequentem, ùt ùt nullô Festô alio seu occurrente, seu translatô impeditam, sed eô annô penitùs omitti. Unde non ampliùs subsistent, quæ ex suppositione extantis Decreti, Translationem in tali Casu Festi ad Libitum concedentis, D. Pirhing in Director. Can. Tit. X. de Translat. Not. XIX. habet in oppositum.

Si hodie, aut cras, vel perendie occurrat Dominica II. Septembr. aut alicubi Festum, aut Dies infra Octavam, vel ipsa Dies Octava S. Angeli

Angelorum Custodum, vel hodierna, aut crastina Dies sit prima Dies Mensis non impedita Officiô 9. Lectionum &c, observanda sunt ea, quæ pro ejusmodi Casibus, & Occurrentijs suprà Die 1. 2. & 3. Septembris in fine, necnon P. I. Dominicâ, ac Hebdomadâ I. & II. ejusdem Mensa sunt annotata.

6. In Ecclesia universali fit hodie de *ea*, ùt suprà P. I. cum observatione eorum, quæ 3. 4. & 5. hujus sunt annotata.

7. Usque ad Vesperas omnia respectivè, ut herì. *Vespera* autem in Ecclesia universali dic: hodie sub *Ritu duplici* 2. Classis de Nativitate *B. M.* Virginis, ùt in proprio Loco, & ejus Officio parvo, sine ulla Commemoratione, nisì Dominicæ, si quæ cras sequatur; hodie autem occurrentis Dominicæ nulla fit in hodiernis Vesperis Commemoratio, nec Diei infra Octavam ibi, ubi hodie Dies infra Octavam occurrit.

Quòd si tamen hodie, vel cras occurrat alicubi ipsa *Dies Octava* alicujus Festi (v. g. Ss. Angelorum Custodum) illius *Diei Octava* ibi, ubi Nativitas B. V. non est *Titulus*, seu *Patrocinium* Templi, omnino fit Commemoratio, & quidem ut in 2. Vesperis Festi, si hodie occurrat *Dies* illa *Octava*; si autem *Dies Octava Festi* primùm cras occurrat, tunc Commemoratio de illa fit hodie, ùt in 1. Vesperis Festi etiam ibi, ubi Nativit. B: V. est *Titulus Templi*. In Vesperis Solennibus tam hodie, quàm cras, dum celebrans Hymnum: *Ave Maris Stella* intonat, omnes genuflectunt, ac statim etiam ipse celebrans genuflectit, & quidem juxta Gerlac: Vinitorem (citantem Cæremoniale Episcopor. *L. 2. C. 1.* Ubi tamen solùm loquitur de Episcopo) suô locô; juxta Tob. Lohner verò supra proximum Altaris Gradum, permanens in genuflexione juxta eundem Gerlacum usque ad finem primi Versûs; juxta Bauldryum, & Lohnerum autem usque dum prima Hymni Stropha fuerit absoluta; quâ finitâ surgit, & (cæteris omnibus pariter surgentibus) factâ Altari Reverentiâ ad Sedem redit, ibique stat, usque dum totus ille Vesperarum Hymnus finiatur. Vide dicta superiùs Die 23. Januar. circa finem, & eadem cum hic Dictis etiam observa in *Vesperis Solennibus*, quæ in Festo Nominis B. M. V. (de quo paulò pòst) aliisque Festis B. M. V. decantantur. Hymnus Completorij terminatur per Verba: *JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c*, & sic per totam Octavam. *Col. Alb.*

Ubi Festum Nativit. B. M. V. est *Festum Patrocinij*, seu *Titulare*, in 1. ejus Vesperis sit quidem Commemoratio (ut in 1. Vesperis Festi) de Die Octava v. g. Ss. Angelorum Cu-

stodum cras occurrente, uti & de Dominica cras occurrente, non autem de *Die Octava*, aut de *Dominica* hodie occurrentibus, seu celebratis, ùt dictum antè, & constat ex Tab. concurrentiæ, ac Rubr. General. XI. de concurrentia Officij.

8. NATIVITAS B. M. V. Dupl. 2. Classis, habens Octavam. *Col. Alb.* Offic. ùt in proprio Loco, & ejus Officio parvo, cum 9. Lectione (nisi hodie occurrat Dominica) de S. Adriano M. ejúsque Commemoratione in Laudibus.

Quòd si hodie occurrat Dominica, fit etiam de illa, sed ante Commemorationem de S. Adriano, in *Laudibus* Commemoratio; nona autem Lectio tunc non dicitur de S. Adriano, sed de Homilia in Evangel. Dominicæ currentis. Hymni omnes (exceptis Hymno *Ave Maris Stella*, & propriam habentibus clausulam, uti in Vesperis, Matutino, & Laudibus suis propriam habet Festum Exaltationis S. Crucis &c.) hodie ac per totam Octavam, etiam in Festis, terminantur per Verba *JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c.* Excipitur Hymnus *Laudum* Officij Ss. Angel. Custodum, qui proinde in Casu, quo horum *Dies Octava* venit infra Octavam B. V. natæ non minùs retinet suam propriam clausulam, quàm Hymni de S. Cruce, cùm infra Octav. B. V. fit de Festo Exalt. S. Crucis, per ea, quæ habet Gavant. Tom. 2. S. 5. C. 6. n. 12 & 13. Ad Primam quoque hodie & per totam Octavam in Responsorio Brev. dic: Vers. *Qui natus es de Maria Virgine*, etiam in Festis.

MISSA propr. cum *Gloria* do, & Commemoratione S. Adriani M. ùt ibi, sed in Missis privatis tantùm. Præfat. de B. V. *Et Te in Nativitate &c. Col. Alb.* Si hodie occurrat *Dominica*, fit de ea non tantùm in *Missa* tam Solenni, quàm privata (& in his quidem ante Commemorationem Simplicis) Commemoratio, cum ultimo de eadem Dominica Evangelio.

Quòd si in hodiernam Diem incidat alicubi *Dies Octava* alicujus Festi (v. g. Ss. Angelorum Custodum) *Officium*, & *Missa* fiunt de *Nativitate* B. M. V. de *Die* autem illa *Octava* fit in Laudibus, utrisque Vesperis, ac Missa hodierni Festi duntaxat Commemoratio, ante Commemorationem de Dominica hodie occurrente; post Dominicæ vero Commemorationem (cujus Evangelium juxta antè dicta dic: ut in fine Missæ) fit etiam Commemoratio, in solis tamen Missis privatis de S. Adriano.

Ubi NATIVITAS B. V. est *Totius Ecclesiæ*, ibi in III. Nocturno, ex Lectione septima, & Octava faciendæ sunt tres, vel pro *nona* Lectione legenda est *Septima* Diei sequentis infra Octavam; cùm (ùt non

his

hic Gavant.) parùm referat, quòd Die sequenti eadem repetatur. De S. Adriano M. verò in ejusmodi Ecclesia nihil omnino fit in *Officio*, & *Missa*.

In II. *Vesperis* omnia dic: ùt in primis, excepâ Antiphonâ ad *Magnificat*, quæ dic: uti notatur in loco, cum Commemoratione Dominicæ (si quæ hodie, aut cras occurrat) ac S. Gorgonij Mart. ùt ibi. Non tamen fit Commemoratio etiam in 2. hodiernis Vesperis de Die sequente infra Octavam Ss. Angelorum Custodum, quando currens alicubi horum Octava (utì contigit 1712. & 1713.) miscetur Octavæ Nativitatis B. V. Mariæ: quia licèt Tabula concurrentiæ concurrente Festo Duplici 2. Classis cum Die sequente infra Octavam jubeat de illa facere Commemorationem, intelligendum tamen id solummodo est pro tunc, quando de Die illâ *infra Octavam Die sequenti* fieri debet Officium, Quod hîc non contingit, cum cras in tali Casu non de *Die infra Octavam Ss. Angelorum*, sed vel de Die infra Octavam Nativitatis B. M. V. (utpote Festi dignioris) vel de Dominica, vel Festo Nominis B. M. V. aut alio, alicubi, aut aliquando fortàn occurrente, Officium fit faciendum: debere autem ità intelligi ea, quæ in Tabulâ concurrentiæ prædictâ dicuntur, constat manifestè ex Rubrica Gener. IX. de Commemorat. n. 6. juxta quam *Tabula concurrentiæ* est exponenda, utì post Gavant. ad citatam Rubricam notat Gob. Tr. 5. n. 658. in appendice Cas. VII. *Col. Alb.* Quòd si hodie occurrerit *Dies Octava* alicujus Festi (v. g. Ss. Angelorum Custodum) fit juxta dicta etiam de illa, & quidem primô locô, in hodiernis Vesperis Commemoratio; non tamen fit aliquid in ijs, ne quidem Commemoratio, de Festo Nominis B. V. M. si istud cras occurrat, utì contingit, quando Festum Nativitatis B. V. incidit in Sabbatum; tunc enim in hodiernis Vesperis (integrè dicendis de Nativitate B. V.) fit Commemoratio solius *Dominicæ*, & sequent. Festi, nempe S. Gorgonij M. ùt ibi, non autem *Festi Nominis*, ità decernente S. R. C. 1684. 23. Septembr.

Quid observandum sit, si in Festo Nativitatis B. V. consecretur aliqua Ecclesia, dicetur infrà P. III. Titulo de Festo Dedicat. & videri potest Gavant. Tom. 2. Sect. 8. C. 5. n. 4.

Dominica *infra Octavam Nativitatis B. M. V.* celebratur Festum SS. Nominis B. V. nisì in eam incidat Festum *Exaltationis S. Crucis*, aut aliud simile *altioris Dignitatis*, aut *Ritûs*, vel *Dies Octava* alicujus Festi (v. g. Ss. Angelorum Custodum) tunc enim ex Decreto S. R. C. (de anno 1686. 20. Julij) juxta Rubricam de Transla-

latione Festorum, ac Tabulam occurrentiæ *Festum S. Nominis B. V.* est transferendum in Diem proximam infra Octavam Nativitatis B.V. ejusmodi Festô 9. Lectionum non impeditam, aut, si nulla infra Octavam illam superfit Dies ejusmodi Festô non impedita, tunc in Diem aliam similiter non impeditam post Octavam. Sic cùm annô 1704. Dominicâ infra Octavam Nativitatis B. V. M. [quâ alioqui celebrandum erat *Festum Nominis B. V.*] occurrisset *Festum Exaltationis* S. Crucis, Festum Nominis B. V. M. transferri debuit, & ab ipsomet Directorio Romano, aliisque translatum est in Diem 22. Septembris, quòd omnes Dies præcedentes essent impediti Festis alijs 9. Lectionum; imò ibi, ubi Festum Ss. Mauritij, & Sociorum ejus MM. 22. Septembris occurrens, est Festum 9. Lectionum [uti apud Nos hîc Oeniponti ob insignes Reliquias] ibi ulteriùs transferri debuit, & actu translatum est, nempe in Diem 25. ejus Mensis. Econtra annô 1712. in ijs locis, in quibus Festum Ss. Angelorum Custodum celebratur ex Indulto Sedis Apostolicæ Dominicâ 1. Septembris, Festum Nominis B. V. pariter quidem debuit transferri, ac fuit translatum, utpote cadens in ejusmodi locis in *ipsam Diem Octavam Ss. Angelorum* [cui juxtá Rubricam X. De Translation. n. 2. & Tab. Occurr. nec non Gavant. Tom. 2. [illegible] n. 12. cedere debet Festum [illegible] quod non est 1. aut 2. Classis] tamen fuit translatum, nec [illegible] transferri *ultra* Octavam B. V. [illegible] sed in Diem 12. Septembris [illegible] sequentem, quæ erat Dies [illegible] Octavam Nativ. B. V. M. facie[illegible] in ea *Officium*, & *Missam* de Festo [illegible] minis, ùt infrà, etiam quoad [illegible] speras, quæ integræ in eo Ca[illegible] cebantur de Festo Nominis, [illegible] Commemoratione Octavæ Ss. [illegible] gelorum, & Dominicæ tantùm [illegible] ne Commemoratione Octava [illegible] tivitatis B. V. in pridianis Ve[illegible] ac crastino Officio &c. Pari m[illegible] translatum est Festum S. Nomin[illegible] Mariæ 1713. & 1614. (cùm simil[illegible] ter in Diem Octavam Ss. Angelo[illegible] rum Custodum in Imperio Roma[illegible] incidisset) in Diem proximam [illegible] fra Octavam Nativitatis B.V.M. [illegible] impeditam, nempe in Diem 11. S[illegible] ptembris à Dominica 2. Septembr[illegible] quæ erat *Dies Octava* Ss. Angelorum Custodum, & simul *Dominica infra Octavam* Nativit. B. V. M. quâ [illegible] (nisi scilicet juxta Rubricas Breviarij transferri debeat) ex Prae[illegible] pto Innocent. XI. celebrandum [illegible] Festum Nominis. Quando autem transfertur Festum Nominis B. [illegible] nona Lectio in ejus Officio sume[illegible] est ex Officio B. M. in Sabbato [illegible] Mense Septembri, quæ incipit: *[illegible] gramentum reconciliationis* ex Epist[illegible] S. Leo-

S. Leonis Pap: nisi die illo, in quem transfertur, occurrat Festum Simplex habens propriam Lectionem; tunc enim nona Lectio dicenda est (faciendo ex duabus unam, si duas proprias habeat) de Festo illo Simplici occurrente, cum ejus Commemoratione in *Officio*, & *Missa* suis locis, recitando de reliquo Officium totum (etiam quoad 1. Vesperas) de St. Nomine B. V. sine Commemoratione Octavæ Nativitat. sed solùm (regularirer) Festi Simplicis occurr. in Vesperis, Laudibus, ac Missa, uti constat ex propria Rubrica Festo Nominis præfixâ. His præmoniis, ac prænotatis

In Festo SS. Nominis B. M. V. Officium fit de illo in Ecclesia universali Ritu duplici majore, uti in Breviario Romano post Festum Nativitatis B.M.V. ubi dicitur, quòd si Dies immediatè sequens Festum Nativitatis sit *Dominica*, adeoque illa Dies, in qua per se loquendo celebrandum est Festum Nominis B. V. tunc juxta superiùs jam animadversa in Festo Nativitatis, integræ Vesperæ dicendæ sint de Festo Nativitatis B. Mariæ, sine Commemoratione Festi Nominis immediatè subsequentis, sed cum Commemoratione solius crastinæ Dominicæ, ac S. Gorgonij M. Alioquin autem pridie Dominicæ infra Octavam B. V. Nativitatis, quando Festum Nominis non est transferendum juxta ibidem dicta in aliam Diem, Vesperæ 1. dicuntur de memorato *Festo Nominis B. V.* ut in Officio parvo ejusdem, & propriò locò cum Commemoratione Dominicæ sequentis, sine Commemoratione Octavæ B. V. bene tamen cum Commemoratione Festi Simplicis, si quod cras occurrat. Et hæc de observandis pridie Festi Nominis circa Vesperas.

Ad Officium verò, quod fit de illo in ipsa Die, quod attinet, ad *Matutinum* dicitur Invitatorium: *Sancta Maria DEI Genitrix Virgo &c*, ut in Dedicatione B. M. V. ad Nives Die V. Augusti: Antiphonæ, Psalmi, & Versus Nocturnorum, ut in Officio parvo ejusdem. Lectio I. Nocturn. de Parab. Salomonis: *Ego Sapientia habito &c*, uti notantur, vel in loco, vel in Festo B. V. ad Nives, atque etiam in Festo Rosarij in Appendice Partis autumnalis Breviarij. In II. & III. Nocturn. propriæ, cum 9. Lectione de Homilia Dominicæ occurrentis, si celebretur in Dominica, si autem Officium Nominis B. V. juxta Rubricas Breviarij Romani suprà allegatas sit transferendum, tunc juxta ante Dicta, & specialem Rubricam, Laudibus hujus Festi præfixam, *nona* Lectio eò annò sumenda est ex Officio B. V. in Sabbato Mensis Septembris, nisi Die illo, in quem transfertur, occurrat Festum aliquod Simplex, propriam (NB.) habens Lectionem; tunc enim 9. Lectio

tio dicenda est de Festo illo Simplici, cum ejus Commemoratione in *Officio*, & *Missa* suis locis.

Ad *Laudes* Antiphonæ, Psalmi, Capitulum, & Hymnus, ùt in Officio B. M. in Sabbato: Versus, Antiphona ad Benedictus, & Oratio, utì notantur in loco, & fit Commemoratio solius Dominicæ occurrentis (sine Commemoratione Octavæ B. V. natæ) ac Festi Simplicis, si quod occurrat, nisì ubi Festum Nominis est Titulare Festum; ibi enim nil fit de Simplici in Officio, aut Missa, secùs est de Dominica occurrente. Ad *Horas* omnia [excepta Oratione] dicuntur ùt in Officio B. Mariæ in Sabbato. *Col. Alb.*

Missa, utì notatur post Festum Nativitatis B. M. V. in novis Missalibus, cum *Gloria*, *Credo*, & Commemoratione Dominicæ, ac Festi Simplicis, si occurrant; at absque Commemoratione de Octava B. V. natæ, si infra hujus Octavâ, aut in Die Octava celebretur. Præf. de B.M.V. *Et Te in Festivitate &c.* [non *in Nomine*, ùt mendosa quædam habent Missalia, ac Directoria] sive intra, sive extra Octavam Nativit. celebretur. In fine dic: Evangel. Dominicæ occurrentis. *Col. Alb.*

In II. Vesperis omnia dic: ùt in primis, exceptâ Antiphonâ ad *Magnificat*, quæ [desumpta ex Festo B. V. ad Nives] dic: utì notatur in proprio loco, & fit Commemora... Dominicæ occurrentis, ac fu... Simplicis, si quod cras sequatur... trique verò huic Commemorat... præmittitur Commemoratio de... sto duplici minùs digno, si... cras alicubi, aut aliquando occur... *Col. Alb.* Dixi autem: *minus dig...* nam si cras occurreret Festum ... quod altioris *Dignitatis*, aut Rub... eo dicendæ forent Vesperæ, ... Commemoratione de *Festo Nom... &c*, utì contingit, quando Do... nica infra Octavam Nativitatis ... deoque & *Festum Nominis*, incid... Diem 13. Septembris, prout fa... 1699. quò Vesperæ illius Diei ... græ dicebantur de Festo Exalta... nis S. Crucis, cum Commemorat... ne duntaxat *Festi Nominis*, ac Do... *nicæ occurrentis*, sine Commemo... tione de *Octava* B. V. *natæ*, & ... erat *Color Ruber* in secundis Vesp... Festi Nominis B. V. utpote diffe... Festo sequente Exaltationis S. Cr... cis. Notare hìc juvat, abol... *Officiô* de Nomine Mariæ ante ... cum Missa impressô, illud modò ... ficium, & Missam de Ss. hoc No... ne duntaxat usurpandum, quod ... Decreto S. R. C. 17. Jun. 1684. [T... ste Pisarto] ab Innocent. XI. ... hac Festivitate *Dominicâ infra Oct... B. V. natæ* regulariter celebrand... concessum fuit.

9. Hodie, nisì occurrat fe... de Festo 9. Lection. [v.g. de *Festo No...*

mini B. M. aut *Die Octavâ* SS. Angelorum Custodum] fit *Officium*, & Missa de Die II. infra Octav. Nativ. B. M. V. sub Ritu Semiduplici, dicendo in Officio omnia, ùt in Die Festi, exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturn. dic. de Sciptura occurrente, nisi ponendum sit Initium Libri S. Scripturæ nondum positum. In II. & III. Nocturn. utì notantur hac Die in Loco, cum nona Lectione, & Commemoratione de S. Gorgonio M. in Laudibus, ùt ibi. *Col. Alb.* Missa, ùt in Festo, cum *Gloria* & *Credo* per totam Octavam. Oratio 2. de S. Gorgonio M. 3. De S. Spiritu, ùt in fine votivar. de B. V. Præfat. ùt in Festo. *Col. Alb.*

Quòd si verò hac Die occurrat *Dominica* infra *Octavam Nativitatis* B. M. V. fit hodie in Ecclesia universali de Festo Nominis B. V. ùt suprà 285. at verò in Locis, in quibus occurrit hodie Dies *Octava Ss. Angelorum Custodum* (utì occurrebat 1703.) *Festum* Nominis hodie pariter occurrens, non obstante, quòd sit *Duplex majus*, transferri debet in Diem proximam infra Octavam Nativitatis, Festô 9. Leftionum non impeditam, qualis in Ecclesia universali modò est Dies 11. Septembris; quandoquidem *Diei Octavæ* alicujus Festi juxta Rubricam, & Tabulam occurrentiæ, etiam *Duplex majus per annum* cedere debet, ùt supra dictum.

Vesperæ, si hodie fuerit factum de Die II. infra Octavam Nativitatis B. V. dicuntur hodie integræ sub Ritu duplici minore de S. Nicolao de Tolentino Confess. ùt in Communi Confess. non Pontif. de quo sumitur etiam Oratio: *Adesto Domine &c*, posita 2. locô, & fit Commemorat. de Octava Nativitatis, ùt in 2. Vesperis Festi. Quòd si autem hodie fuerit factum de Festo Nominis B. V. tunc hodie integræ Vesperæ dic: ùt suprà, de Festo Nominis, cum Commemoratione S. Nicolai de Tolent. & Dominicæ occurrentis tantùm. Ubi verò hodie fit de Die Octava SS. Angelorum Custodum, ibi Vesperæ usque ad Capitulum dicuntur de SS. Angelis Custodibus, ùt in 2. Vesperis Festi; à Capitulo verò de S. Nicolao de Tolent. cum Commemoratione Diei Octavæ Ss. Angelorum Custodum, Dominicæ currentis, & Octavæ Nativitatis B. M. V. ùt in 2. Vesperis ejusdem. *Col. Alb.* Vide tamen dicenda inferiùs Die 1. Octobr. ante finem.

10. S. Nicolai de Tolentino Confess. Dupl. min. *Col. Alb.* In Officio, quando fit de hoc Festo, omnia (etiam Oratio: *Adesto Domine &c.*) dic: de Communi Confess. non Pontif. In I. Nocturn. Lection. de S. Scriptur. Fer. curr. II. Nocturn. propr. III. Nocturn. *Nolite timere pusillus Grex &c*, de Communi Confess. non Pontif. 2. locô, & fit Com-

fit Commemoratio Octavæ Nativitat. B. V. in Laudibus. Missa: *Justus ut Palma &c.* (2. de Communi Conf. non Pontif.) cum *Gloria*, *Credo*, & Commemoratione Octavæ Nativit. Præf. de B. V. *Et Te in Nativitate. Col. Alb.* Vesperæ, nisi cras occurrat Festum *Nominis B. M. V.* aut alicubi *Dies Octava SS. Angelorum Custodum* dic: hodie de S. Nicolao cum Commemoratione *Octavæ B. M. V.* ac *Ss. Proti*, & *Hyacinthi MM.* ùt ibi. *Col. Alb.* Si verò cras occurrat *Festum Nominis B. V.* aut *Dies Octava SS. Angelorum Custodum* dic: Vesperæ hodiernæ in 1. Casu integræ de *Festo Nominis*, cum Commemoratione *S. Nicolai*, nec non *Dominicæ*, & *Simplicis* sequentis tantùm, sine Commemoratione *Octavæ*. In 2. verò Casu, dicuntur à Capitulo de *Die Octava Ss. Angelorum* cum Commemoratione *S. Nicolai*, *Dominicæ*, *Octavæ Nativit.* ac *Ss.* Mart. *Proti*, & *Hyacinthi. Col. Alb.* At Vid. infrà 1. *Octob.*

Quòd si hodiernum Festum incidat in Dominicam infra Octavam B. V. natæ, tunc ipsum transfertur in proximam Diem infra Octavâ non impeditam Festô 9. Lectionum, hodie autem tunc fit de *Festo Nominis B. V.* ùt suprà, cum Commemoratione Dominicæ in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, at sine Commemoratione Octavæ Nativit. etiam in 2. Veſperis. Quòd si hodie alicubi occurrat *Dies Octava Ss.* Angelorum Custodum, ei non modò Festum *S.* Nicolai de Tolentino, etiam Festum Nominis B. V. cui debet, ac utrumque transfer Diem proximam non impe Festô 9. Lectionum, & quidem *Octavam*, si talis infra Octavâ, occu aut, si nulla infra hanc occurra Octavâ; hodie autem fieri debe loco, in quo *Dies Octava Ss. Angel. dum* hodie occurrit, de *Die Oct Angelorum Custodum*, ùt suô locô, Commemoratione Dominicæ ho ernæ, & Octavæ Nativitatis B. M legi quoque 9. Lectio de Domin & usr. de ea Evangel. in Missa Repositione autem *Festorum Nom.* & *S. Nicolai de Tolentino* priùs fieri bet de *Festo Nominis* (utpote altio dignitatis, ac Ritûs) & postea p mùm de S. *Nicolao*: qui, quando tra fertur, debet in Hymno: *Iste Co fessor &c* mutari 3. Vers.

11. Hodie, nisi occurrat eri de Festo 9. Lectionum (*ut de Festo Nominis B. V.*) seu *occurrente*, *translato*, aut alicubi de *Die Octava Ss. Angelorum Custodum &c*, fit *Officium* & *Missa* de Die IV. infra Octavam Nativitatis B. M. V. sub Ritu semi-duplici, dicendo omnia, ùt in Die festo, exceptis Lectionibus, quæ in Nocturn. dic: de Scriptura Dei currentis, ùt Die 9. hujus. In II. & III. Nocturn. utì notantur in proprio loco, cum 9. Lectione, & Commemoratione Ss. Proti, & Hyacinthi MF. in *Laudibus*, ùt ibidem. *Col. Alb.*

Missa

Missa, ùt in Festo, cum *Gloria*, & Credo. Oratio 2. de Ss. Mm. Proto, & Hyacintho ex Die currente. 3. de S. Spiritu. Præfat. de Octava B. V. *Et Te in Nativitate.* *Col. Alb.* Vesperæ (si cras fiat de Die V. infra Octavam B. V. natæ) de eadem Octava, ùt in Festo, at sub Ritu Semidupl. *Col. Alb.*

Ubi *Ss. Protus*, & *Hyacinthus* sunt Festum 9. Lectionum, ibi in Officio Responsorium Octavum est: *Hæc est vera Fraternitas*, extans ante Laudes de Communi plur: Mm. (eò quòd fuerint Fratres, ùt notat Gav.) & ibi nunc *Col. Rub.*

Quòd si hodierna Dies sit *Dominica infra Octavam B. Mariæ Virginis* natæ (ùti fuit 1707. ac 1712.) tunc hodie in Ecclesia universali fit Officium, & Missa de Festo Nominis B. V. cum 9. Lectione in Officio, & ultimo Evangelio in Missa de hodierna Dominica, ejusdémque, ùti & ss. Proti, & Hyacinthi Commemoratione in *Laudibus*, ac *Missa*, sine Commemoratione Octavæ B. V. natæ, tam in utrisque *Vesperis*, quàm in *Laudibus*, & *Missa*. Dixi: *In Ecclesia universali*; nam in Locis, in quibus Festum Ss. Angelorum Custodum celebratur Dominicâ I. Septembris, ibi, si Dies hodierna, nempe undecima Septembris, sit Dominica infra Octavam B. V. natæ, celebratur hodie *Dies Octava* SS. Angelorum Custodum (translatô Festô Nominis in Feriam II. cras subsequentem, si quidem illa Festô 9. Lectionum non sit impedita, alioquin in aliam Diem similiter non impeditam) modô suprà post Festum Nativitatis, necnon Die 9. hujus ante finem declaratô: ac proinde tunc hodie integræ Vesperæ dicendæ sunt de Festo Nominis, ut ibi in I. Vesper. cum Commemoratione Octavæ Angelorum, & Dominicæ tantùm, sine Commemoratione Octavæ Nativit. B. V. etiam cras. *Col. Alb.*

12. Hodie, nisi occurrat fieri de Festo 9. Lectionum (v. g. de Festo Nominis B. V. aut alio occurrente, vel translato) fit Officium, & Missa de Die V. infra Octavam Nativitatis B. M. V. sub Ritu semiduplici dicendo omnia, ùt in Die Festi, exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturn. dic: de Scriptura Diei currentis, nisi ponendum sit Initium Libri S: Scriptur. nondum positum. In II. & III. Nocturn. ùti notantur in proprio loco hac Die. *Col. Alb.* Missa dic: ùt in Festo, cum *Gloria*, & *Credo*. Orat. 2. de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ* vel pro Papa, ùti notantur in in fine Missarum votivarum de S. Maria. Præfat. de B. V. *Et Te in Nativitate. Col. Alb.* Vesperæ hodiernæ Ritu Semiduplici de eadem Octava B. V. nisi hodie aut cras faciendum fuerit de Festo 9. Lection.

Quòd si hodie occurrat *Festum Nominis B. V.* fit de eo cum Commemora-

moratione de *Dominica* occurrente in *Officio*, ac *Missa*, & de eadem Dominica in illo 9. Lect. ac ultimô in hac Evangeliô, sine Commemoratione Octavæ Nativit. B. V. modô suprà post Festum Nativitatis, & paulò antè declaratô pro Casu, quô à Dominica præcedente transfertur in hanc Diem; tunc enim nec *Octavæ* B. V. fit Commemoratio, nec *Dominicæ*, nisi in 1. Vesperis, si heri fuit *Dominica*, in quibus tamen *Dominicæ* tantùm, non autem *Octavæ* B.V. fit Commemoratio. *Col. Alb.*

13. Hac Die (quæ est Sexta infra Octavam Nativitatis B. V. M.) *Officium*, & *Missa* ordinantur modô heri descriptô usque ad Vesperas exclusivè: Vesperæ autem hodiernæ dicuntur in Ecclesia universali Ritu duplici majore de sequenti Festo Exaltationis S. Crucis, utì notantur in Proprio Sanctorum, cum Commemoratione Octavæ Nativitatis B. M. V. nisì hodie factum fuerit de Festo Nominis B.M.V. tunc enim adhuc quidem integræ dicuntur de *Exaltatione S. Crucis*, non obstante, quòd etiam *Festum Nominis* sit Duplex majus (eò quòd illud sit dignius istô, adeoque juxta Rubricas, & Tabulam concurrentiæ Vesperas requirens integras) Commemoratio autem fit solùm de *Festo Nominis*, ac *Dominica* hodie *Occurrente*, nulla autem de *Octava Nativitatis* B.M.V. Casus hic incidit 1705. & Annô 1711. *Rub.*

Quòd si autem ipsum Festum Exaltationis S. Crucis, utì anno 1704. incidat in Dominicâ infra Octavam Nativitatis B. V. (quô qui celebratur Festum Nominis jusdem, tunc nec hodie nec cras aliquid de Festo Nominis, sed transfertur in Diem proximam impeditam Festô 9. Lectionum Octavam, ùt suprà, adeoque in Casu fit in hodiernis Vesperis Commemoratio Dominicæ, & post insuper etiam Octavæ Nativitat V. ùt in 2. Vesperis Festi. Hym Vesperarum S. Crucis habet priam Clausulam, at verò *Hymn* Completorij Clausulam Octavæ V. *JESU Tibi sit Gloria, qui natus es* *Col. Rub.* In Diœcesi *Augustana*, alijs nonnullis *Germaniæ* Locis lebratur hodie Trigesimus, ut cant, B. V. *in Cœlos assumpta* Ritu in eorumdem Proprio Dioc sano descriptô.

14. Exaltatio S. Crucis Dupl. maj. *Col. Rub.* In Officio mnia dic: utì notantur in proprio cô, cum Commemoratione Octav Nativit. in *Laudibus*. Hymnus *Ma tini, Laudum*, ac *Vesperarum* habet priam Clausulam: reliqui verò minantur ùt infra Octavam B.V. Verba: *JESU Tibi sit Gloria, qui natus es &c.*

Mat-

Missa pariter propr. cum *Gloria*, *Credo*, & Commemorat. Octavæ Nativitatis B. M. V. Præfat. de S. Cruce: *Qui salutem Humani generis &c.*

In II. Vesperis fit Commemorat. de Die Octava Nativitat. B. M. V. ùt in primis Vesperis Festi, & S. Nicomedis Mart. utì notatur in loc. *Col. Rub.*

Ubi Festum Exaltationis S. Crucis est *Titulare Templi*, ibi est 1. Classis, & celebratur cum Octava, ut infrà.

Quando Festum Exaltat. S. Crucis incidit in Dominicam infra Octavam B. V. natæ, fit juxta dicta Officium, & Missa de Festo Exaltationis S. Crucis: Festum autem SS. Nominis B. M. V. (alioqui Dominica infra diem Octavam celebrandum) annô illô ex Decret. S. R. C. de anno 1686. 20. Julij, transfertur in Ecclesia universali in Diem proximam post Octavam, Festô 9. Leonissum non impeditam, prout contigit annô 1704. item annô. 1710. & tunc in *Officio*, & *Missa* (dicendis, ùt dixi, Dominicâ illâ *de Festo Exaltationis*) fit suis locis Commem: de Dominica, necnon de Octava Nativitatis B. V. legitúrque de eadem Dominica in *Officio* nona Lectio, & ultim. Evangel. in *Missa*. In Vesperis autem *Secundis* hodierni Festi fit tunc prima Commemoratio de Die Octava Nativitatis B. V. ùt in 1. Vesperis Festi Nativitatis Ejusdem: Secunda verò de *Dominica*, ac tertia de *S. Nicomede* M. atque sic observatum fuit prædictô annô 1704. & 1710. Dixi autem: *In Ecclesia universali* transferri in ejusmodi occurrentia Festum Nominis B. V. nam ubi Festum Nominis est *Titulare* Templi, ibi fit hodie de illo, tanquam Duplici primæ Classis, si unà cum Festo Exaltationis in Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. V. occurrat: Festum autem Exaltationis tunc transfertur in Diem proximam non impeditam post Octavam. Ubi Festum Exaltationis celebratur cum Octava, ibi Lectiones II. & III. Nocturni Diebus, quibûs fit de Octava dic: utì notantur in Octavario Romano mihi à fol. 46.

Quando Festum Nominis B. V. incidit in *Diem Octavam* Nativitatis B. V. tunc in hodiernis Vesperis non fit Commemoratio de *Die Octava Nativitatis*, sed 1. Commem. tunc est de Festo Nom: ex 1. hujus Vesperis, prout post Festum Nativitat. in Breviario Romano notatur, 2. verò Commemoratio tunc est de crastina Dominica. 3. De S. Nicomede; Vesperæ autem hodiernæ etiam tunc integræ dicuntur de Exaltatione S. Crucis (utpote de digniore) utì in proprio loco. *Col. Rub.*

15. Dies Octava Nativitatis B. M. V. Dupl. *Col. Alb.*

Quando Festum Nominis B. M. V.

M. V. incidit in Diem Octavam Nativitatis ejusdem (utì contingit, quando Festum Nativitatis B. V. incidit in Dominicam, prout incidebat 1709.) tunc ex Decr. S. R. C. de Anno 1685. 15. Sept. ac Rubricâ huic Festo præfixâ, annô illô *Officium*, & *Missa* facienda sunt hodie de *Festo Nominis B. M. V.* sine Commemoratione *Diei Octavæ* Nativitatis, tam in *Officio*, quàm in *Missa*; legitur tamen tunc in illo de Dominica hodie occurrente 9. Lectio, & in hac ultimum Evangelium, fitque ejusdem *Dominicæ*, utì & S. Nicomedis Commemoratio in *Laudibus*, & *Missa*: in II. Vesperis autem tunc fit pariter tantùm Commemoratio Dominicæ currentis, & post hanc Ss. Cornelij, & Cypriani MM. ac denique Ss. Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani Mm. ùt infrà, ac prout notatur in proprio loco. *Col. Alb.*

Quando autem Festum Nominis non incidit in Diem Octavam Nativitatis, tunc hodie fit Officium & Missa de Die Octava Nativitatis sub Ritu duplici minore (*Director. Roman.*) dicendo omnia in *Officio*, utì in Festo Nativitatis, exceptis Lectionibus, quæ omnes dicuntur, utì notantur hac Die in proprio loco, cum 9. Lectione de S. Nicomede M. nisì hodie occurrat Feria 4. quatuor Temporum) ac cum Commemoratione ejusdem S. Martyris in *Laudibus*. Quòd si hodie occurrat Feria quarta 4. Temporum, tunc hodie est *Jejunium de præcepto*, & die 9. Lectio de Homilia in Evang. Feriæ IV. quatuor Temporum, ea notatur Feriâ quartâ infra Hebd. madem III. Septembris in Prop. de Tempore, cum Commemoratione 1. de eadem Feriâ quartâ quatuor Temporum in *Laudibus* (pro ea Commemorarione *Antiphonæ*, & *oratio* extat *propria* in Loco; Versus autem dic. ùt in Psalterio Feria quartâ per annum) 2. verò Commemoratio tunc est de S. Nicomede M. *Col. Alb.*

Missa, ùt in Festo, cum *Gloria*, *Credo*, & Commemoratione S. *Nicomedis* M. ùt ibi. Præfat. de B. V. *Et Te in Nativitate.* Quòd si Dies Octava Nativitatis B. V. incidat in Feriam IV. quatuor Temporum, tunc Commemorationi de S. Nicomede præmittitur in *Missis privatis* Commemoratio de Feria 4. quatuor Temporum Mensis Septembris ex Missa extante post Dominicam XVII. post Pentecost. in Missali Romano, legiturque tunc in fine earundem *Missarum privatarum* Evangelium de eadem Feria quarta 4. Temporum. *Col. Alb.*

In *Ecclesijs* verò *Cathedralibus* & *Collegiatis* cantantur tunc duæ *Missæ Conventuales*, una de *Die Octava* post Tertiam, altera de Feria quartâ 4. Temporum post Nonam. In Prima dic: *Gloria*, & *Credo* cum Commemo-

moratione de *S. Nicomede*, sine Commemorat. de Feriâ 4. quar. Temporum occurrente. Præfat. de B. V. *Et Te in Nativitate* : in fine Evangel. S. Joannis. *Col. Alb.* In posteriore (in qua post Kyrie eleison, *flectamus Genua*, cum Prophetia) nec *Gloria* dic: nec *Credo*; nec in ea fit Commemoratio de S. Nicomede, sed Orat. 2. *Cunctis*. 3. Ad libitum. Præfat. *Communis* non autem de Nativitate, uti habet modò expressa Rubrica Missal. Romani hac *Die*, & à S. R. C. decretum 12. *D*ecembris 1626. apud Gavant. Tom. 1. P. 4. Tit. 15. n. 15. unde miror, à quodam *Directorio*, cætera exactissimo, id non observatum in simili omnino Casu 1707. Feriâ quartâ 4. Temporum incidente in *D*iem infra Octavam Conceptionis B. M. V. quâ *Missa* etiam *privata* juxta Recentior. Missal: Rubric. dicendæ sunt de Feria illa majore, cum *Benedicamus* in fine, & Evangelio S. Joann. *Col. Viol.*

In *Vesperis II.* dic: hodie omnia, ùt in 2. Vesperis Festi cum Commemoratione Ss. Cornelij, & Cypriani Pontif. & MM. (nisi horum Festum incidat in *D*ominicam) nec non Ss. Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani MM. cum variatione Antiphonarum, ac Versiculorum, ùt ibi. *Col. Alb.* Quòd si Festum Semidupl. Ss. Cornelij, & Cypriani veniat in *D*ominica, transfertur id Festum in *D*iem Proximam, Festo 9. Lectionum non impediram; adeoque tunc non fit Commemoratio in hodiernis Vesperis de Ss. Cornelio, & Cypriano, sed de *D*ominica cras occurrente. & insuper de Ss. Euphemia, & Socijs MM. at sine variatione Antiphonarum, & Vers. tam in hodiernis Vesperis, quàm crastinis *Laudibus*, utpote non necessariâ pro tali Casu. *Col. Alb.* Quòd si hodierna *Dies Octava* Nativitatis B. V. alicubi concurrat cum Festo Duplici minore in I. aut II. Vesperis, *Dies Octava* non dividit cum illo suas Vesperas, sed integræ dicendæ sunt de *Die Octava*, de *Festo* autem illo *Duplici minore* concurrente facienda est tantùm Commemoratio, idque ex *D*ispositione nova S. R. C. de anno 1691. Die 11. August. decernentis, quamcunque *Diem Octavam B. V. M.* habere debere integras utrasque Vesperas in concurrentia cum *Festo duplici minore*. Exemplum habemus in *Die Octava* Assumptionis B. M. V. concurrente quotannis in 2. Vesperis cum S. Philippo Benitio 22. August. de quo, in Ecclesia universali habente Ritum nonnisi Duplicem minorem, fit in 2. Vesperis *Diei* illius *Octavæ* solummodo Commemoratio, ex Præscripto ipsius quoque *Directorij Romani*.

16. Ss. Cornelij & Cypriani, Pontif. ac MM. *S*emidupl. cum Suffragijs *S*anctorum, ac precibus *D*ominicalibus suô locô. *Col. Rub.* Si occurrat

currat in *D*ominica, transfertur ùt infrà. Si veniat extra *D*ominicam, in Officio omnia dic: ùt in Communi plur. MM. exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturno dicuntur de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Libri S. Scriptur. nondum positum (v. g. Libri Tobiæ) aut nisi hodie occurrat Feria quarta 4. Temporum; nam in priore Casu ponitur Initium illius Libri nondum positum, etiam in Casu, quô incidit hoc Festũ in Feriâ quartâ 4. Temporum, utì hoc anno 1716. in posteriore verò Casu leguntur Lectiones I. Nocturni de Epistola B. Pauli ad Roman: *Fratres Debitores, &c.* de Communi plur. MM. nisi, ùt dixi, ponendum sit Initium alicujus Libri S. Scripturæ nondum positum. In II. autem Nocturno dicuntur Lectiones, prout notantur in loco. In III. Nocturno: *Cùm audieritis prælia &c.* de Communi plur. MM. 1. Locô. 9. Lectio de *Ss.* Euphemia, & Soc. MM. ùt ibi, nisi veniat in quatuor Temporibus; tunc enim 9. Lectio dic: de Feria occurrente 4. Temporum, ùt in Proprio de Tempore post *D*ominicam III. Septembris. Oratio: *Beatorum Martyrum, pariterque Pontificum &c:* ùt in Communi plur. MM. 1. locô. In Laudibus fit Commemoratio Ss. Euphemiæ, & Soc. MM. cum variatione Antiph. & Vers. ùt ibi, nisi ob *D*ominicam hodie occurrentem transferatur Festum hodiernum Semiduplex) eique præ-
titur, sed in laudibus tantùm, Co-
mem. de Feria 4. quatuor, Tem-
talis hodie occurrat, pro qua *An-*
phona, & *Oratio* extat in Propri-
Tempore loc. cit. *Versus* autem
Feria currente sumitur ex Psalm.
& tunc hodie est *Jejunium de Pra-*
pto.

Missa (extans in recen-
ribus Missalibus in Ordine) *In*
in conspectu &c. 1. de Communi
MM. cum *Gloria*, sine *Credo*. Or
2. de *Ss.* Euphemia, & Soc. ut
3. *A Cunctis*, nisi hodie occurr
ria 4. Temporum. Præfat. Comm.
Col. Rub. Quòd si hodie occu
Feria quarta quatuor Tempor
tunc 1. Commemoratio est de ill
sumitúrque Oratio pro ea ex Mis
extante in *Proprio de Tempore* post D
minicam XVII. post Pentecost
autem Commemoratio est de Ss. Eu
phemia & Socijs MM. legitúrq
tunc Evangel. ult. de eadem Feri
4. Temporum, sed in Missis priva
tantùm: nam in *Ecclesijs Cathedr*
bus, & *Collegiatis* dic. tunc duæ *Miss*
Conventuales, una post Terciam, u
Ss. Cornelio, & Cypriano, & n
hac non fit Commemoratio de Fe
ria, sed tantùm de Ss. Euphem
& Soc. MM. cum 3. Oratione *A Cu*
ctis. In ea Præfat. Communis, a
ult. Evangel. S. Joannis. *Col. Rub.*
Altera verò dic: post Nonam. de Fe
ria occurrente quat. Tempor. fi
Gl-

Gloria, & *Credo* nec in ea fit Commemoratio de Sanctis hodie occurrentibus, sed Oratio 2. *A cunctis.* 3. Ad libitum. Præfat. Communis. In fine *Benedicamus*, & Evangel S. Jo. annis. *Col. Viol.*

Quando Festum Ss. Cornelij, & Cypriani venit in *Dominica*, tunc, ubi non habet Ritum altiorem, transfertur in *Diem* proximam Festo 9. Lectionum non impeditam; *Officium* autem, & *Missa* tunc dic: de hodierna Dominica, cum 9. Lectione de Ss. Euphemia, & Soc. Mm. ac eorundem Ss Martyrum Commemorat. in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa Dominicæ, attamen sine variat. Antiphonarum, & Versuum ad Laudes, & 1. Vesper. *Col. Vir.*

II. Vesperæ (si hodie factum fuerit de Ss. Cornelio, & Cypriano) dic usque ad Capitul. de ijsdem Ss. Cornelio, & Cypriano, ùt in 2. Vesperis plur. Mm. à Capitulo verò sequenti Festo Impressionis Sacr. Stigmat. in Corpor. S. Francis. cum Hymno, Vers. ac Orat. propr. nec non Commemorat. Ss. Cornelij & Cypr: cui subjunguntur Suffragia Sanctorum, & *Preces Dominicales* ad Completorium. *Col. Albus* ex Decr. S.R.C.

Quòd si hodie occurrerit Dominica, tunc hodiernæ Vesperæ integræ dicuntur de eadem, cum Commemoratione Festi crastini &c, & tunc *Col. Virid.*. nisi alicubi currat aliqua Octava; tunc enim color concordare debet cum Octava, & de hac hodie, & cras fit Commemoratio.

17. Impressio Sacrorum Stigmat. in Corpore B. Francisci. Semid. *Col. Alb.* cum Suffragijs Sanctorum, ac Precibus *Dominicalibus* suô locô.

Quando venit hoc Festum in *Dominica*, tunc ibi, ubi non habet Ritum Duplicem (qualem defacto tantùm habet in Ordine Minorum, Gavanto Teste) transfertur in diem proximam non impeditam Festô 9. Lectionum, quæ si sit 22. Septembris, fit in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa Commemoratio de Ss. Mauritio, & Soc. Mm. cum 9. de ijsdem Lectione in Matutino. Porrò

In Officio Festi hodierni omnia dic: ùt in Communi Confess. non Pontif. ac proprio loco: habet namque non modò Orationem propriam, sed etiam in Hymno Matutini proprium tertium Versum, necnon in eodem Matutino proprias Lectiones per singulos Nocturnos, quarum 3. ultimæ regulariter sunt de Homil. S. Gregor. in Evangel. *Si quis vult post me venire* de Communi unius Martyr. 2. locô. Responsorium VIII. *Mihi absit Gloriari &c*, uti notatur in proprio loco. In Hymno *Laudem* proprio Versu terminatur Tertia Strophe. Quòd si occurrat ho-

hodie Feria quatuor Tempor., tunc hodie est *Jejunium de Præcepto*, & dicitur 9. Lectio in Officio de Feria illa quatuor Temporum, uti ea notatur in Proprio de Tempore infra Hebdomadam tertiam Septembris; fitque de eadem Feria majore 4. Temp. Commemoratio in Laudibus, ùt ibi, excepto versu, qui sumitur de Psalterio ex Feria current.

Missa propr. cum *Gloria*, sine *Credo*. Oratio 2. *A Cunctis*. 3. Ad libitum, nisi occurrat Feria 4. Temporum. Præfat. Commun. *Col. Alb.* Quòd si hoc Festum incidat in Feriâ 4. Temporum, Oratio 2. in *Missis privatis* hujus Festi est de Feria illa majore. 3. *A Cunctis*. Præfat. Commun. at ult. Evangelium de eadem Feria majore: *Col. Alb.* In Ecclesijs verò Cathedralibus, & Collegiatis dic: tunc *duæ Missæ Conventuales*, una post Tertiam de *Festo*, cum *Gloria*, sine *Credo*, & Oratio 2. in ea est *à Cunctis*. 3. Ad libitum. Præfat. Commun. In fine Evangel. S. Joannis. *Col. Alb.* Altera de Feria 4. Temp. uti notatur post Dominicam XVII. Septembris in Proprio de Tempore, sine *Gloria*, & *Credo*. Oratio 2. *A Cunctis*. 3. Ad libitum. Præfat. Commun. In fine *Benedicamus*. Evangel. S. Joann. *Col. Viol.*

In *Vesperis*, si hodie factum est de Festo Impressionis, fit à Capitulo de S. Thoma de Villanova Episcop. Confess. sub Ritu Semid. de Præcepto. In Hymno: *Iste Confessor* mutatur 3. vers. Antiphona ad *Magnificat* propria, uti & Oratio reliqua dic: ùt in communi Conf. Pontif. cum Commemoratione de Impress. Sacror. Stigmat. S. Francisci: pro qua Antiphona: *Hic Vir*. Versus autem: *Signásti &c*, ùt in Vesperis Fest. Dic: Suffragia Sanctorum, attamen sine Commemoratione Feriæ 4. Temporum, si quæ hodie aut cras occurrat. Ad *Completen.* &c. Preces Dominicales. *Col. Alb.* Si hodie occurrat Dominica, fit de (translatô, ùt suprà, Festô Impressionis) *Officium* hodie, ac *Missa*, eâ locô, cum 2. Vesperis, in quibus sequenti Festo Semiduplici fit tantùm Commemoratio per Antiphonam, ac Orationem propriam (quæ in minùs recentibus Breviarijs exstant inter Festa ad libitum Mense Septembri) cum Suffragio Sanctorum &c, ùt suprà. *Col. Viol.* nisi alicubi currat Octava.

18. *S.* Thomæ de Villanova Episcop. & Confess. Semidupl. de præcepto. *Col. Alb.* cum Suffragio Sanctorum & Precibus Dominicalibus, dicendis suô locô.

Quando occurrit hoc Festum in Dominica, tunc ibi, ubi non habet altiorem Ritum, transferrur in Diem proximam non impeditam Festô 9. Lectionum, quæ si sit 22. Septembris, fit de illis Ss. Martyribus suis locis Commemoratio, cum

de

de ijsdem Lect: *Officium* autem, & *Missa* tunc hodie dic: de Dominica, ut suò locò. *Col. Virid.* nisi alicubi currat aliqua Octava. Alioquin *Officium*, & *Missa* dic. hodie de S. Thoma à Villanova, ùt sequitur.

Officium dic: ùt in Communi Conf. Pontif. ac propriò locò. In Hymno Matutini mutatur. 3. Vers. Lectiones I. Nocturni de Scriptura Feriæ current. nisi occurrat Feria 4. Temporum Mensis Septembris; tunc enim Lectiones I. Nocturni (*Filiis Sermo &c.*) sumuntur de Communi Confess. Pontif. primò locò. Lectio. II. Nocturn. propriæ. III. *Nocturn. Homo peregrè &c.*, de eodem Communi, cum 9. Lectione de Feria quatuor Temporum, si incidat in 4. Tempora, utì ea notatur in Propr. loco de Tempore infra Hebdomadam III. Septembris. Ad *Benedictus* Antiphona propr. & Commemorat. de Feria 4. Temporum, si talem incidat, per Antiphonam, & Orationem annotatam in citato Proprio de Tempor. Vers. de Psalterio ex Feria current. & tunc est hodie *Jejunium de Præcepto.*

Missa: *Statuit &c.* (de Communi Confess. Pontif.) cum *Gloria*, sine *Credo*. Oratio 2. *A Cunctis*. 3. Ad libitum, nisi veniat in Feria 4. Temporum. Præfat. Commun. Quòd si hoc Festum veniat in Feria 4. Temporum, fit de illa Commemoratio in *Missis privatis* hodierni Festi, & tunc in illis Oratio 3. est *A Cunctis*: ac ultimum Evangelium de Feria 4. Temporum, cujus Missa extat post Dominicam XVII. post Pentecost. *Col. Alb.* In *Ecclesijs* autem *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dic: tunc duæ *Missæ Conventuales*, una post Tertiam de *Festo*, cum *Gloria*, sine *Credo*, & in ea Oratio 2. *A Cunctis*. 3. Ad libitum sine Commemoratione *Feriæ*, & in ejus fine Evangelium S. Joann. *Col. Alb.* Altera verò dic: post Nonam de Feria 4. Temporum, sine *Gloria*, & *Credo*, nec fit in ea Commemoratio de Festo, sed 2. Oratio in ea pariter est *A Cunctis*. 3. Ad libitum. Præfat. Communis (tono feriali) in fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joann. *Col. Viol.* Quòd si transferatur hoc Festum in Diem, quô fit de Festo Simplici, tunc 2. Oratio est de Festo illo Simplici. 3. *A Cunctis*. Quòd si Festi illius Simplicis Secreta coincidat cum Secreta S. Thomæ à Villanova, tunc Secreta posterior mutanda est, & sumenda ex Missa sequente: *Sacerdotes tui &c.* 2. de communi Confess. Pontif. Idem est de Postcommunione 2. coincidente cum primâ.

Vesperæ de Ss. Januario Episcop. & Soc. MM. dicuntur in Ecclesia universali sub Ritu Duplici minor., ut in Communi plur. MM. in primis Vesperis. Oratio: *DEUS, qui nos annua*, de eodem Communi, Commemoratio S. Thomæ de Villa-

nova, pro qua Antiphona propria (*Dispersit &c.*) ex primis Vesperis: huic autem præmittitur Commemoratio de Dominica, si quæ cras occurrat: at verò de Feria 4. Temporum, seu hodie, seu cras occurrat, nulla fit Commemoratio in hodiernis Vesperis, sed tantùm in Laudibus, & Missis, ùt suprà. *Col. Rub.*

In Regno Neapolitan. celebratur S. Januarius cum Octavâ, necnon cum propria Orat. proprijs Antiphonis ad *Magnificat* in utrisque Vesperis, & ad *Benedictus*; dicitúrque Officium de eo solo sine Socijs, ut in Communi unius Martyris, exceptis Lectionibus II. Nocturn. quæ dicuntur, utì notantur in Breviario in ejus Festo: Lectiones autem I. Nocturni sunt: *A Mileto*. III. verò: *Si quis vult post me*, utì in Communi unius Martyris extra Temp. Pasch. Infra Octavam dicitur ibi Officium, utì notatur in calce Breviarij Venetijs impressi ab anno 1708.

19. Ss. Januarii Episcop. & *Soc. MM.* Dupl. min. & (siquidem hodie occurrat Feria 4. Temporum) *Jejunium de Præcepto. Col. Rub. Officium* in Ecclesia universali, ùt in Communi plur. Mm. Oratio: *Deus, qui nos annua &c*, ùt in eodem Communi 3. locô. Lection. I. Nocturn. de Scriptura occurrente, nisì ponendum sit Initium alicujus Libri S. Scripturæ nondum positum, aut primô ponendum (v. g. Libri Judith) aut nisi occurrat Feria Temporum; nam in Posteriore Casu Lect. I. Nocturni sunt: *Debitores*, de Communi plur. MM. 1. locô, cum 9. Lectione de Feriæ 4. Temporum ex Propria Tempore infra Hebdomadam Tertiam Septembris. Lect. II. & III. Nocturni propriæ. In *Laudibus* Commemorat. Feriæ 4. Temporum quando in talem incidit, per Antiphonam & Orationem annotatam cit. Proprio de Tempor. Versus Feria currente de Psalterio. Quando occurrit hodie Dominica, fit ea Commemoratio in *Officio*, ac *Missa*, cum 9. de eadem Lectione Matutino, & ultimô Evangelió *Missa*.

Missa in Ecclesia universali *Salus autem Justorum* (3. de Communi plur MM.) Oratio unica, Gloria sine *Credo*: nisì occurrat Dominica, tunc enim *Credo* dicitur, fitque juxta modò dicta Commemoratio de eadem Dominica, & legitur etiam de illa Evangelium in fine *Missæ*. Præfat. Commun. *Col. Rub.*

Quando incidit hoc Festum in Feriam 4. Temporum, *Missæ privatæ* dicuntur de Festo, cum Commemorat. Feriæ 4. Temp. cum ultimo de eadem in fine illarum Missarum Evangel. *Col. Rub.* At verò in Ecclesijs *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dic: tunc duæ *Missæ Conventuales*, una post Tertiam de Festo, sine Com-

mo-

memoratione Feriæ illius majoris 4. Temporum, nec dic: de hac Evangel. S. Joannis. *Col. Rub.* Altera post Nonam, de Feria 4. Temporum, sine *Gloria*, & *Credo*, nec fit in ea Commemoratio de Festo, sed 2. Oratio in ea est *A Cunctis*. 3. Ad libitū. Præfat. Communis. In fine Evang. S. Joan. *Col. Viol.* Quando sequens Festa Ss. Eustachij, & Sociorum occurrit in Dominica, tunc *Vigilia* S. Mathæi Apostoli unà cum *Jejunio de Præcepto* (non tamen perinde quoad Anniuntiationem ejusdem in Martyrologio) anticipatur ad Diem præcedentem, nempe ad Sabbatum hodiernum, in quō celebratur Festum Ss. Januarij, & Soc. Mm. Circa Feriam 4. Temporum verò tunc hodie pariter occurrentem, ac circa Vigiliam anticipatam ad hodiernam dem, in *Officio* & *Missa* observanda similla, quæ Die 20. hujus ante finem dicentur.

Vesperæ dicuntur hodie usque ad Capitulum de Ss. Januario, & Soc. Mm. ùt in II. Vesperis de Communi plur. Mm. à Capitulo veri de Ss Eustachio, & Soc. Mm. ùt in primis Vesperis plur. MM. de eodem Communi. Oratio: *DEUS, qui nos concedis*, extans in eodem Communi Mm. 2. locō. Commemoratio Festi præced. & Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat: de Feria autem quatuor Temporum, seu hodie, seu cras occurrat, nulla fit Commemoratio in hodiernis Vesperis. *Col. Rub.*

20. Ss. Eustachii, & Soc. Mm. Dupl. min. nec non *Vigilia* S. Matthæi Apostol. & Evangel. *Jejunium de Præcepto.* Col. Rub. *Officium* fit de Ss. Mm. Eustachio & Soc. ùt in Communi plur. MM. *Oratio: DEUS, qui nos concedis &c*, ùt in eodem Communi 2. locō. Lect. I. Nocturni de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Libri S. Scriptur. nondum positum, vel primò ponendum (v. g. Libri Esther) aut nisi occurrat Feria 4. Temporum: nam in posteriore hoc casu Lect. I. Nocturni sunt: *Fratres Debitores sumus*, ùt in Comun. plur. Mm. 1. locō. Lect. II. Noct. prop. III. Noct. *Descendens JESUS &c*, de Comuni plur. MM. 2. locō, cum 9. Lectione de Vigilia S. Matthæi (utì ea notatur in loco) nisi simul hodie occurrat Feria 4. Temporum; tunc enim 9. Lectio dic: de Feria 4. Temporum, cum ejusdem Commemoratione in Laudibus, per Antiphonam, & Orat. propriam, annotatam in Proprio de Tempore infra Hebdomadam III. Septembris, cum Versu Feriæ current. ùt in Psalterio: de Vigilia autem S. Matthæi tunc nihil omnino fit in *Officio*, sed tantùm in *Missa* modō mox referendō.

Missa: *Sapientiam Sanctorum &c* (extans in Ordine in recentio-

rib. Missal.) estq; secunda de Commun. plur. MM. cum *Gloria*, sine *Credo*, ni. si veniat in *Dominica*. In *Missis privatis* (quando hoc Festum non venit in Dominica) fit Commemoratio de *Vigilia* S. Matthæi, uti notatur in loco, & de eadem legitur etiam ultimum Evangel. in ijsdem *Missis privatis*, nisi hodie simul occurrat Feria 4. Temporum; tunc enim in *Missis privatis* Oratio 2. est de Feria 4. Temporum ex Propr. de Temp. post Dominicam XVII. post Pentecosten. 3. de Vigilia S. Matthæi, & in fine Missarum privatarum dic: tunc Evangelium de Feria 4. Temporum. Præfatio Communis. *Col. Rub.* At verò in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur hac Die (nisi incidat in Dominicam) duæ *Missæ Conventuales*, post Tertiam una de *Festo*, cum *Gloria*, sine *Credo*, ùt suprà, ac sine Commemoratione tam *Vigiliæ*, quàm *Feriæ* 4. Temporum, si talis hodie occurrat, cum Evangelio S. Joannis in fine. *Col. Rub.* Altera post Nonam de *Vigilia*, uti notatur post Festum Ss. Eustachij & Sociorum (nisi hodie occurrat Feria 4. Temporum) sine *Gloria*, & *Credo*, & in ea Oratio 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. Præfat. Commun. in fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joann. *Col. Viol.* Si autem hodie simul occurrat Feria 4. Temporum, tunc altera Missa Conventualis in Ecclesijs *Cathedralibus*, & *Collegiatis* non de *Vigilia*, sed de *Feria majore* 4. Temporum, uti ea notatur in Propr. de Temp. post Dominicam XVII. Septembris, dicitúrque pariter sine *Gloria*, & *Credo*, at tunc Oratio 2. de *Vigilia* S. Matthæi. 3. verò Præfat Commun. In fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joannis, de Vigiliæ. *Col. Viol.* V. Gav. Tom. P. 1. *Tit.* 7. *n.* 2. *ante Lit. h.*

Quòd si hodie occurrat Dominica, fit hodie *Officium*, & Missa de Festo Ss Eustachij, & Sociorum cum *Gloria*, *Credo*, & Commem. & Dominicæ in 1. *Vesperis*, Laudibus, *Missa* tantùm, dicitúrque tunc de eadem Dominica 9. Lectio in Offic. & ultimum Evangelium in Missa; at verò de *Vigilia* tunc nihil fit hodie in, *Offic.* aut *Missa*, sed Sabbato præcedenti, in quo celebratur Festum S. Januar. & Socior. MM. fit Commoratio quatuor Temporum Septembris, & simul Vigiliæ S. Matthæi (quæ unà cum *Jejunio* ad idem Sabbatum præcedens eò annò anticipatur, non tamen perinde à Die solito quoad *Annuntiationem* in Martyrologio) in *Missis privatis*, in quibus tunc ultimum Evangelium dic: de *Feria* 4. *Temporum*, & 9. Lectio in *Officio*, unà cum Commemoratione ejusd. Feriæ 4. Tempor. in Laudib. in quibus tamen tunc non perinde fit Commemoratio de *Vigilia*, sed in *Missis privatis* tantùm: In *Ecclesijs* Ca-

pò

ò *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur tunc duæ *Missæ Conventuales*, una post Tertiam de Ss. Januario, & Soc. sine Commemoratione 4. Temporum, & Vigiliæ, ac in ejus fine dic: Evangel. S. Joann. *Col. Rub.* Altera verò post Nonam de Feria 4. Temporum sine Commemoratione de *Festo*, cum Commemoratione tamen *Vigiliæ* S. Matthæi, ac 3. Oratione *A Cunctis*: necnon cum *Benedicamus*, & Evangelio S. Joannis, in ejus fine. *Col. Viol.* Quæ omnia constant ex Rubricâ, præfixâ Festo Ss. Eustachij &c.

Vesperæ hodiernæ dic: sub Ritu Dupl. 2. Classis de sequenti Festo S. Matthæi Apost. Orat. propr. Cætera de Communi Apostolorum, ùt in Eorumdem Vesperis, cum Commemoratione Ss. Eustachij & Socior. ex Vesperis II. plur. MM. necnon Dominicæ subsequentis, si quæ cras occurrat, non tamen Dominicæ hodie occurrentis. *Col. Rub.*

Quòd si hodie aut cras occurrat *Feria* 4. *Temporum*, nulla fit de ea in *Vesperis* Commmemoratio.

21. S. Matthaei *Apost.* & *Evangel.* Dupl. 2. Classis, &, si incidat in Feriam 4. Temporum, *Jejunium* de Præcepto. *Col. Rub.*

In Officio omnia dic. hodie in Communi Apostolorum præter Orationem, quæ est propria, & Lectiones, quæ in I. Nocturn. dic: de Ezechiele Prophetâ, ùt in Communi Evangelistarum. In II. & III. Nocturn. uti notantur in proprio loco. Quòd si veniat hoc Festum in 4. Temporibus, ex Lectione 8. & 9. illius fieri potest una, legitúrque tunc 9. Lectio de Homilia Feriæ 4 Temporum hodie occurrentis, ùt in proprio de Tempore infra Hebdomadam III. Septembris, cum ejus Commemoratione in Laudibus, pro qua *Antiphona*, & *Orat.* in Propr. de Tempore. *Vers.* de Feria current. ùt in Psalterio. Si verò veniat in Dominica, tunc (ultimâ & penultimâ Festi Lectione rursus in unam conflatâ) 9. Lectio dic: de Dominica, fitque pariter de eadem Dominica Commemoratio in *Laudibus*, juxta *Propr. de Temp.*

Missa propr. cum *Gloria*, & *Credo*. Oratio unica, nisi veniat in Dominica, aut 4. Temporibus. Præfat. de Apostol. Quòd si veniat in Dominica, fit de eadem Commemoratio, cum Evangelio ejusdem Dominicæ in fine Missæ hodiernæ Festivæ. Quòd si verò veniat in 4. Temporibus, tunc in *Missis privatis* hodierni Festi fit Commemoratio de *Feria* 4. *Temporum* hodie occurrente, legitúrque in ijsdem *Missis privatis* ultimum Evangelium de eadem Feria 4. Temporum occurrente, cujus Missa extat in Propr. *de Tempore* post Dominicam XVII. post Pentecost. *Col. Rub.* In *Ecclesijs* autem

Cathe-

Cathedralibus, & *Collegiatis* cantantur tunc duæ *Missa conventuales*, una post Tertiam de *Festo*, cum *Gloria*, *Credo*, & Præfat de Apostol. at sine Commemoratione de Feria quarta Tempor. ac sine ejus Evangel. in fine. Missæ. *Col. Rub.* Altera post Nonam, de *Feria* occurrent. 4. *Temp.* sine *Gl.* & *Cr.* ac sine Comem. hodierni Festi: in ea Oratio 2. *A Cunctis.* 3. Ad libit. Præf. Comunis. (Tono Feriali) & in fine *Benedicamus*, ac pariter Evangelium S. Joannis. *Col. Viol.*

Ubi S. Matthæus tanquam Patronus propr. Ecclesiæ, est Dupl. 1. Classis, ac celebratur cum Octava, ibi Lectiones in II. & III. Nocturn. dicuntur infra Octavam, ut notantur in Octavario Romano *à fol.* 193. & *fol.* 161.

Vesperæ in Ecclesia universali, ut in II. Veſperis in Communi Apostolorum, cum Oratione propria de S. Matthæo, ac cum Commemoratione Ss. Mauritij & Sociorum Mm. & ante hanc Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Rub.*

Ubi autem S. Mauritius est *Patronus Principalis loci*, aut *propriæ Ecclesiæ*, ibi integræ hodiernæ Vesperæ dic: de ejus Festo, cum Commemoratione S. Matthæi, ac Dominicæ sequentis, non autem Dominicæ antecedentis: & infra Octavam in II. & III. Nocturn. dic: tunc Lectiones, ut in Octavario Romano à fol. 305. & 315. Si cras sit (ut aliquando contingit) de Festo translato Ss. Cornelij, & Cypriani Pontific. & Mm. tunc post Commemorationem de Dominica fit in hodiernis Vesperis de illis Commemoratio, & postea primùm de Ss. Mauritio & Soc. Mm. cum Antiphona *Vestri Capilli &c*, & Versu Exultabunt *&c* ex Laudibus.

Quòd si crastina Dies sit ab cubi, aut aliquando 1. Dies Mensis Septembris, non impedita Officio 9. Lectionum, dicuntur hodie in Choro post Vesperas Diei, dicto *nedicamus &c*, immediatè *Vigilia Defunctorum* pro Mense Septembri.

22. Ss. Mauritii & Sociorum Mm. *Simplex. Col. Rub.* Nisi hac Die occurrat Sabbatum, aut Feria Temp. aut Dominica, aut Festum 9. Lect. etiam translatum, fit hodie in Ecclesia universali Ritu Simplici de Ss. Mauritio, & Soc. Mm. & *Officium* quidem in hunc modum: Ad *Matutinum* dictis *Invitatorio*, & *Hymno* de Ss. Mm. ut in Comm. plur. Mm. dicitur Nocturnum Feriæ occurrentis, cum Antiphonis & tribus Psalmis Ferialibus, ut in Psalterio, quibus finitis dicitur *Versus* de pluribus Mm. ibi notatus, ac desumptus ex eo Nocturno Communis plur. Mm. qui Feriæ currenti correspondet: deinde post *Absolutionem*, Feriæ currenti pariter correspondentem, dicun-

dicuntur *Benedictiones* de Festo trium Lectionum: 1. *Ille nos benedicat, Qui sine fine &c.* 2. *Quorum Festum colimus.* 3. Ad *Societatem &c.* & tres *Lectiones*, quarum duæ primæ de Scriptura Feriæ current: tertia autem propria de Sanctis, de quibus fit Officium, uti notatur in Proprio Sanctorum. *Responsoria* duo, post *Primam* & *Secundam* Lectionem dicenda, demuntur ex Communi plur. MM. secundùm Ordinem Feriæ, quæ occurrit, nempe Feriâ II. & V. ex I. Nocturn. de Communi plur. Martyr. Feriâ III. & VI. ex II. Noctur. plur. MM. Feriâ IV. ex III. Nocturn. & in fine 2. Responsorij additur *Gloria Patri*, cum repetitione Partis Responsorij, quando hoc desumitur ex I. aut II. Nocturno. Post tertiam Lectionem dic: *Te DEUM laudamus &c.*, & reliquum deinceps *Officium* usque ad Nonam inclusivè, ut in Festo Semidupl. plur. MM. cum *Oratione* propria, & *Suffragijs* Sanctorum ad *Laudes*, ac *Precibus Dominicalibus* ad Primam. *Col. Rub.* Quòd si hodierna Dies sit prima Dies Mensis Septembris, non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc hodie post Laudes Diei, dictô *Benedicamus &c.* dic: unum *Nocturnum* (Feriæ currenti correspondens) *Officij Defunctorum*, unà cum *Laudibus* eorumdem.

Ubi hoc Festum habet *Ritum Duplicem* (uti habet in pluribus Germaniæ locis) ibi Officium dicitur ut in Communi plurim. MM. excepta Oratione, quæ est propria, & Lectionibus ex parte: nam in I. Nocturno, ubi habet Ritum *Duplicem* tantùm *minorem*, ibi dicuntur de Scriptura occurrente, nisi ponendū sit Initium Lib: S. Scr. v. g. Judith, nondum positum, aut nisi occurrat Feria aliqua 4. Temporum, nam in hoc posteriore casu Lectiones I. Nocturni sunt: *Fratres Debitores*, ut in Communi plurimorum MM. de quo etiam sumendæ sunt ibi, ubi hoc Festum habet Ritum Duplicem altiorem, quàm solummodò *minorem*. In II. Nocturno Lectio I. est propr: 2. & 3. verò: *Quotiescunque &c.*, ut in Communi plurimor. MM. primô locò. III. Nocturni: *Cùm audieritis prælia &c* de eodem Communi. Si incidat in tali loco in Dominicam, fit de ea in utrisque, Vesperis Laudib. ac Missa Comemorat. cum 9. de eadem Lectione in *Officio*, & ultim. Evangel. in *Missa*. Si verò in ejusmodi loco incidat in Feriam aliquam 4. Temporum, dicitur pariter in Officio de Feria illa 9. Lectio, & de eadem fit etiam Commemoratio, at in *Laudibus*, & *Missa* tantùm.

In 2. Vesperis, ubi hoc Festum habet Ritum Duplicem, fit Commemoratio S. Lini Pap. & Martyr. (aut, si cras occurrat Dominica, tranlatô S. Linô, Dominicæ) & S. Theclæ V. & M. Quæ tamen ulti-

ma omittitur, ubi Festum Ss. Mauritij &c habet Ritum Duplicem 1. Classis.

Missa, utì notatur hac Die in Proprio Sanctorum, cum *Gloria*, sine *Credo*. Oratio 2. *A cunctis*. 3. Ad libitum, nisì ratione Mensis, aut Feriæ II. Secundô, aut penultimô locô dicendum sit *Fidelium*. Præfat. Commun. *Col. Rub.* Ubi de Ss. Mauritio, aut Socijs habentur insignes Reliquiæ, ibi in Missa dic: *Credo*.

Si hodie sit Sabbatum, aut prima Dies Mensis non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc circa *Officium* tum *Diei*, tum *Defunctorum*, ac *Missas* dicendas tam intra, quàm extra *Ecclesias Cathedrales*, & *collegiatas*, observanda sunt ea, quæ suprà Die 1. & 2. Augusti sunt annotata. Si idem hoc Festum Simplex incidat in Feriam II. quæ non sit simul prima Dies non impedita Officiô 9. Lection. tunc *Missa* etiam *Conventualis*, seu *Principalis* dicitur de eo, attamen tam in ista, quàm in Missis privatis facienda tunc est secundô, seu penultimô locô Commemoratio generaliter pro Defunctis, dicendo Orationem *Fidelium*.

Quando incidit hoc Festum in Dominicam, tunc ibi, ubi non habet Ritum Duplicem, fit *Officium*, & *Missa* de Dominica, cum 9. Lectione de hodierno Festo Simplici, ejúsque in 1. *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa* Commemoratione. Simi modô dic: de eo 9. Lectio, cum Commemoratione in 1. *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa*, quando hodie fit de Festo 9. Lectionum, in hanc Die extra Dominicam translato (ut de *Festo* Ss. *Nominis Mariæ*) modo tunc hodie non simul occurrat Feria 4. Temporum; hac enim simul occurrente (utì contigit anno 1709) in Festo 9. Lectionum, 9. Lectio dicenda est de Homilia Feriæ illius 4. Temporum, cum Antiphona & Oratione annotatis in Proprio de Tempore infra Hebdomadem tiam Septembr. ac cum Vers. Fe currentis, ùt in Psalterio: sitque tunc ante Commemorationem de Ss. Mauritio & Socijs, Commemoratio de eadem Feria, at in *Laudibus*, & *Missis privatis* tantùm; in quibus etiam legitur tunc ultimum Evangelium de Feria eadem 4. Temporum: In Ecclesijs autem *Cathtedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur tunc duæ Missæ Conventuales modô suprà declaratô Die 16. hujus, Occasione Festi Ss. Cornelij & Cypriani, quod Festum, si in Diem hodiernam, nempe 22. Septembr. transferatur, tunc Antiphona pro Commemoratione facienda de Ss. Mauritio & Socijs in Laudib. est: *Istorum est enim Regnum Cœlorum &c*: Versus autem: *lætamini in Domino*, ex 1. Vesperis Communis plur. MM.

Quòd si hodie occurrat Feria 4. Tem-

Temporum, observandum est hodie *Jejunium de præcepto*: & *Officium*, & *Missa* dicenda de ea, cum Commemoratione (sine Lectione) de SS. Mauritio & Soc. ùt suprà P. 1. in *Officio*, & *Missa Col. Viol.* ubi hodie non est faciendum de Festo 9. Lectionum, modò pariter superiùs declaratò.

Vesperæ (nisi cras occurrat Dominica, aut nisi hodie factum sit de Festo *Ritus altioris*) dic: in Ecclesia universali de S. Lino Pap. & Martyr. sub *Ritu Semiduplici*, ùt in primis Vesperis de Communi unius Martyris. Orat. *DEUS, qui nos beati &c.* de eodem Communi secundò loco, cum Commemoratione S. Theclæ V. & M. ùt ibi, ac cum *Suffragijs Sanctorum*, & *Precibus Dominicalibus* ad Completor. *Col. Rub.*

Quòd si cras occurrat Dominica, tunc, translatò S. Linò in Diem proximam Festò 9. Lectionum non impeditam, Vesperæ hodiernæ usque ad Capitulum sunt *Feriales*, à Capitulo autem dic: de Dominica (cū Cōmemoratione S. Theclæ tantum, ac cum Suffragijs &c, ùt paulò ante) & in ijs *Color Virid.* nisi hodie factum fuerit de Festo 9. Lectionum; si enim hodie factum fuerit de *Festo Semiduplici*, seu *occurrente*, seu *translato*, tunc usque ad Capitulum sunt de illo, & rursùs de Dominica sollummodo à Capitulo, cum *Colore* tamen *Viridi*, & Commemorat. Præcedentis, ac S. Theclæ &c, ùt suprà: si autem factum fuerit hodie de Festo Duplici, tunc de Dominica fit tantùm Commemoratio, & post eam etiam de S. Thecla, nisi Festum hodie celebratum fuerit 1. Classis; tunc enim fit Commemoratio solius Dominicæ Sequentis: Color autem adhibetur Festo duplici conveniens, nec dicuntur *Suffragia* ad Vesper. nec *Preces Dominicales* ad Completor. quando hodie fuit factum de *Dupliei*, utì nec ibi, ubi currit *Dies* aliqua *infra Octavam*, ubi pariter hodie & cras Color *Octavæ*, non autem *Dominicæ* conveniens.

23. S. Lini Pap. & Martyr. Semidupl. cum *Suffragijs* Sanctorum in Laudibus, & *Precibus Dominicalibus* ad Primam. *Col. Rub.* Officium, ùt in Communi unius Martyr. Lect. I. Nocturn. de Scriptura Feriæ currentis, nisi ponendum sit Initium alicujus Libri S. Scripturæ nondum positum, aut primò ponendum (v. g. Libri Judith) aut nisi veniat in 4. Temporibus; tunc enim Lectiones I. Nocturn. sunt: *A Mileto Paulus &c*, de Communi unius Martyr. Lect. II. Nocturn. utì notantur in proprio Loco. In III. Noctur. legitur Homilia S. Gregorij in Evangel: *Si quis venit &c*, de Communi unius Martyris primò locò, cum 9. Lectione de S. Thecla Virg. & Martyr. utì notatur hac Die in Proprio de Tempor. nisi hodie occurrat

Feria 4. Temporum: tunc enim 9. Lectio dicitur in Officio hodierni Festi de Feria illa 4. Temporum, hodie occurrente, non autem de S. Thecla. In *Laudibus* fit Commemoratio de eadem S. Thecla, cui præmittitur Comemoratio de Feria 4. Temporum, si quæ hodie occurrat, per *Antiphonam*, & *Oration.* propr. uti notantur in Proprio *de Tempore* infra Hebdom. tertiam Septembris: cum Versu de Feria currente, ùt in Psâlterio.

Missa: *Statuit &c.* de Commun. un. Mart. exceptis Orationibus, quæ dicuntur, uti notantur hac Die, unà cum ipsa *Missa*, in recentioribus Missalibus, dicitúrque cum *Gl.* sine *Cr.* nisi currat aliqua *Octava*. Oratio 2. hodie de S. Thecla. 3. *A cunctis*; nisi occurrat Feria 4. Temporum; tunc enim 2. & 3. Oratio dic: ùt infrà. Præf. Commun. *Col. Rub.* Si hoc die occurrat *Dominica*, tunc translatô Festo S. Lini hodie *Officium* & *Missa* dicuntur de Dominica, cum 9. Lectione de S. Thecla in *Officio*, & Commemoratione de eadem in 1. *Vesperis*, hodiernis *Laudibus*, ac *Missa*, in qua tunc *Gl. Cr.* &. 3. Oratio *A cunctis*. *Col. Virid.* nisi currat aliqua *Octava*: tunc enim 3. Oratio non dic: & Color Octavæ Festi Conveniens esse debet.

Si autem hodie occurrat Feria 4. Temporum, tunc in *Missis privatis* (dicendis cum *Gloria*, sine *Credo*, de hodierno Festo) 2. Oratio est de Feria majore 4. Temporum 3. de S. Thecla. Præfat. Commun. in fine Evangel. de dicta Feria 4. Temporum. *Col. Rub.* Sed in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* tantum tunc duæ *Missæ Conventuales*, una post Tertiam de *Festo*, cum *Gloria*, sine *Credo*, & in ea Oratio 2. de S. Thecla. 3. *A cunctis*. Præf. Commun. ac in ejus fine Evangel. S. Joann. *Col. Rub.* Altera, post Nonam, de Feria occurr. 4. Temporum, uti notatur post Dominicam XVII. post Pentec. sine *Glor.* & *Cr.* sine Commem. quoque de S. Thecla, sed in ea Oratio 2. *A cunctis*. 3. Ad libitum. Præfat. Commun. In fine *Benedicamus*, & pariter Evangel. S. Joann. *Col. Viol.*

Vesperæ de Festo Seq. B. V. Mariæ *de Mercede Redempt. Captiv.* sub Ritu *Dupl. minore* (teste Directorio Romano mox citando) nunc ubique de Præcepto 24. Septembris celebrando, uti Sac. Rit. Congr. 1686. 18. Februarij decrevit. Licèt autem in *Ecclesia vniversi.* juxta modô dicta ac dicenda, hactenus celebrerur hoc Festum non nisi sub *Ritu Duplici minore*, annô tamen 1713. Die 18. Octobr. modô regnans sua Sac. Cæs. Majestas à Ss. D. N. Clemente XI. obtinuit *Indultum*, vi cujus conceditur, ut in *omnibus Regnis*, & Dominiis prædictæ Cæs. Majestati subjectis dici de eo *Officium*, & celebrari

Missa

...ssa possit sub Ritu *Duplici majore*. ...ic prænotatò in *Officio* (quod ...Breviarijs minùs recentibus extat ...Parte æstiva post Festa ad libitum ...ub finem Julij, in recentissimis verò ...n Ordine) dicuntur hodie & cras ...mnia, utì in Festo B. V. ad Nives, ...ceptis Oratione, & Lectionibus ...II. Nocturni, adeoque in hodiernis ...Vesperis *Antiphonæ*, *Psalmi*, *Capitulum*, ...& *Hymnus* dicuntur, ùt in Officio ...pevo B. M. V. Versus autem: *Dignare me laudare &c.*, & Antiphona ...ad Magnificat: *Sancta Maria succurre miseris &c.*, ùt in Festo B. V. ad Niv. ...& in Commemoratio S. Lini, nisì ...ob hodie occurrentem Dominicam fuerit translatus; tunc enim fit Commemoratio hodiernæ Dominicæ; si autem primùm cras sequatur Dominica, tunc Commemoratio ...ius fit primô locô, secundô autem ...S. Lino. *Col. Alb.* In *Vesperis*, quæ hodie aut cras *solenniter* cantantur de hoc Festo, obsevanda ab Officiante, ejúsque Ministris sunt ea circa ...mationem Hymni *Ave Maris Stella*, quæ suprà Die 23. Januar. & ...quimâ Septemb. sunt annotata.

14. Festum S. Mariæ de Mercede Redempt. Captivor. cui ...a assignata est hæc Dies. Dupl. ...m in Ecclesia universali, utì constat ex *Directorio Romano*, ac recentissimis *Breviarijs Romanis*, illud nequaquam inter *Duplicia majora*, sed ...*ora* collocantibus, non obstante, quòd sit Festum Deiparæ; Quotiescunque enim (ùt S. R. C. 1683. 20. Novemb. decrevisse fertur) pro Officio aliquo concessus reperitur *Ritus Duplex* absque expressione *majoris*, vel *minoris*, concessio intelligenda est de *Duplici minore* per annum, etiamsi ad honorem *Deiparæ* extiterit facta. *Col. Alb.* Officium, utì in Dedicatione B. V. ad Nives V. Augusti, vel in Festo Rosarij ad finem Breviarij in Parte Autumnali, exceptis tantùm Lectionibus II. Nocturn. & Orat. propr. Quòd si occurrat in Dominica, dic: de hac 9. Lectio, cum ejusdem Dominicæ Commemorat. in laudib. *Col. Alb.*

Missa: *Salve Sancta Parens*, ùt in Missis votivis B. M. V. à Pentecoste usque ad Adventum, cum *Gloria*, *Credo*, Oratione propr. (extante vel in Ordine, vel fine Missal.) nec non Commemorat. Dominicæ, & ejus ultimo Evangelio, si quæ hodie occurrat. Præfat. de B. V. *Et Te in Festivitate &c.* Quando incidit hoc Festum in Sabbatum 4. Temporum (utì 1712.) ordinantur *Officium*, & *Missa* eô modô, quô suprà 19. hujus Festo Ss. Januarij & Soc. incidente in Feriam 4. Tempor.

Ubi Festum hoc est *Titulare Ordinis*, ac celebratur *cum Octava*, Officium infra Octavam quoad Lectiones II. & III. Noctur. ordinantur respectivè, utì infra Octavam Festi B. V. ad Nives in Octavario Ro-

Romano à fol. 50. & 84. &c : additis addendis, & mutatis mutandis.

In II. Vesperis omnia dic. ùt in primis, exceptâ Antiphonâ ad Magnificat : *Beatam me dicent &c.* utì in II. Vesperis Festi B. V. ad Nives, vel Rosarij, & si cras sequatur Dominica, vel Festum, quod non sit altioris Ritûs, fit de ijs Commemoratio (conformiter Decreto S. R. C. 1691. 11. Aug.) non tamen de S. Maria in Sabbato, si postridie hujus Festi occurrat fieri de B. Maria in Sabbato, utì constat ex Rubr. gen. VIII Brev. n. 3. in fin. *Col. Alb.* Quòd si crastina Dies sit prima Dies Mensis non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc dictô post Vesperas hodiernæ Diei *Benedicamus &c.* dic. immediatè *Vespera Defunctorum* pro Mense Septembri. Alicubi hac Die celebrabatur sub *Ritu Duplici* Festum S. Gerardi de Sagredo *Episc. & Mart.* nunc autem, postquam hodierna Dies celebrando Festo B. V. de Mercede fixè, seu stabiliter est assignata, ponitur ejus Sancti Officium ac Festum in Breviarijs Venetis Die 25 Sept. sub Ritu Dupl. ibi celebrandum, ubi est concessum, hôc modô. In Officio pleraque omnia dic: ùt in *Commun.* un Mart. Pontif. Lectiones I. Noct. de Script. Feriæ current. nisì ponendum sit Initium alicujus Libri S. Scripturæ nondum positum, aut primò ponendum. Lect. II. Noct. utì notantur in Propr. loco. In III. Nocturn. Homilia in Evangel. *Si quis venit, ùt in Comuni* un. Mart. 1. locô Oratio : *Infirmitatem &c.* ibid. 1. loc. *Col. Rub.*

Missa : *Statuit &c.* 1. de Communi un. Mart. cum *Glor.* & *Credo*, nisì veniat in Dominica in qua si venit, fit de ea in *Oratio* & *Missa* Commemoratio, cum 9. in illo Lectione, ac ultimo in hac de ead. de ead. Evan. Præf. comunis *Col. Alb.*

In II. Vesperis fit Commemoratio de Ss. Cypriano & Justina Mm. cui præmittitur Commemoratio de *B. M. in Sabbato*, si cras de illa fiat Officium, aut de Dominica, si cras occurrat fieri de Dominica. *Col. Rub.*

25. Si hodierna Dies est a Dies Mensis Septembris non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc observanda sunt ea, quæ suprà 3. & 22. Septembris, dicendæque sunt die post Vesperas Diei Vesperæ Defunctorum. Hodiernæ Vesperæ, si hodie factum est de ea, & cras non occurrat Sabbatum, aut Dominica, dic: usque ad Capitulum de Feria currente, ùt in Psalterio, à Capitulo autem de Festo Simplici sequente Ss Cypriani, & Justinæ Mm. utì in primis Vesperis de Communi plur. Mm. Orat. propr. & post eam dic: *Suffragia* Sanctorum. Ad Com-

ple-

plegor. verò *Preces Dominicales. Col. Rub.* Quòd si hodie factum sit de Dominica, aut Festo 9. Lectionum, cras autem sit 1. Dies Mensis Septembris non impedita Officio 9. Lectionum, tunc in Vesperis hodiernæ Diei fit Commemoratio Ss. Cypriani, & Justinæ, si aliud nihil obstet, & dictò *Benedicamus*, dicuntur immediatè pro Mense Septembri *Vespere Defunctorum* modò P. I. Tit. 5. à fol. 22. & Tit. 33. à fol. 216. Item P. III. Tit. 10. declaratò. Ubi hodie ex indulto Sedis Apostolicæ fit Festum Duplici de S. Gerardo Epis. ac Martyr. *Officium*, & *Missa* dicuntur modò ad finem hesternæ Diei declaratò.

26. Ss. CYPRIANI & JUSTINÆ MM. Simplex. *Col. Rub.* Nisi hac Die occurrat fieri de Festo 9. Lectionum, aut de *B. V. in Sabbato*, aut de *Dominica*, aut alicubi de *Die infra Octavam*, *Officium*, & *Missa* dicuntur hodie de Ss. Martyribus hísce, & illud quidem sic: Ad *Matutinum* dic: Invitatorium & Hymnus, ùt in Communi plur. MM. Antiphonæ, & Psalmi 12. de Feria currente, ùt in Psalterio: Psalmis subjungitur *Versus* de pluribus MM. ibidem positus in Psalterio, desumptúsque ex eo Nocturno de Communi plur. MM. qui respondet Feriæ currenti. Idem est de Absolutione. Benedictiones: 1. *Ille nos Benedicat, qui sine &c.* 2. *Quorum Festum colimus &c.* 3. *Ad Societatem.* Lectio 1. de Scriptura Feriæ currentis. 2. & 3. propriæ. Responsoria duo prima perinde, ac *Versus*, & *Absolutio*, sumuntur ex eo Nocturno de Communi plur. MM. qui Feriæ currenti respondet, nempe Feriâ II. & V. ex I. Noct. Feria III. & VI. ex II. Nocturn. Feriâ IV. ex III. Nocturn. de Communi plur. MM. Post tertiam Lectionem dic: *Te DEUM laudamus*, ac proinde in fine 2. Responsorij, quando id sumitur ex I. aut II. Nocturn. dicendum est *Gloria Patri &c*, cum Repetitione partis Responsorij, ad eum modum, quô alioqui fit in II. Responsorio III. Nocturn. plur. MM. Ad Laudes (in quarum fine dic: *Suffragia Sanctorum* sine Commemoratione de Cruce) & per Horas usque ad Nonam (quâ terminatur hujusmodi Officium *Simplex*) inclusivè, dicuntur omnia, ùt in Festo Semiduplici plur. MM. excepta Orat. quæ est propria, cum *Precibus* Dominicalibus ad *Primam*. Missa: *Salus autem Justorum*, 3. de Communi plur. MM. cum *Gloria*, sine *Credo*. Orat. 1. propr. cum correspondente Secreta, & Postcommunione. 2. *A cunctis*. 3. Ad libitum, nisi ratione Mensis, aut Feriæ II. secundô, seu penultimô locô dicendum sit *Fidelium*. Præfat. Commun. *Col. Rub.*

Si hodie sit Sabbatum, aut Dies Dominica, aut hodierna Dies sit prima Dies hujus Mensis, non impe-

impedita Officiô 9. Lectionum, tum circa *Officium* tam *Diei*, quàm *Defunctorum* respectivè, uti & circa *Missas*, tam intra, quàm extra Ecclesias Collegiatas hac Die tunc dicendas, observanda sunt ea, quæ suprà Die 1. & 2. August. Si idem hoc Festum Simplex incidat in Feriam II. quæ non sit *prima* Dies hujus Mensis non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc *Missa* etiam *Conventualis* dic: de eo, attamen tam in illa, quàm in Missis privatis facienda est secundô, seu penultimô locô generaliter Commemoratio pro Defunctis per Orationem: *Fidelium &c*, juxta Rubricam General. Missal. 5. n. 2.

Vesperæ dic: in Ecclesia universali sub *Ritu Semid.* & *Col. Rub.* cum *Suffrag.* & *Precib. Dominicalib.* suô locô, de Festo seq. Ss. Cosmæ, & Damiani MM. recitando omnia (excepta Oratione, quæ est propria) ùt in 1. Vesperis de Commun. plur. MM. nisi cras occurrat Dominica; tunc enim, translato Festo Ss. Mart. Cosmæ, & Damiani, dic. Vesperæ hodiernæ, ùt in Psalter. in Sabbato per annum, cum Antiphonis, & Psalmis Ferialibus usque ad Capitulum; à Capitulo autem de Dominica seq. ùt ibid. ac propr. locô, nec non cum *Suffragijs* in Vesp. ac *Precibus Dominicalibus* ad Completor. & *Col. Vir*: nisi alicubi currat aliqua Octava; tunc enim omittuntur Suffragia, ac Preces, Colórque sequitur qualitatem Octavæ, cujus etiam fit Commem. in Vesperis, hodie decendis tunc usque ad Capitulum de *Die infra Octavam* (si nempe alicui hodie factum fuerit de *Octava*) Capitulo autem de Dominica.

Ubi Festum Ss. Cosmæ, & Damiani habet Ritum Duplicem ibi, si occurrat in Dominica, in diernis Vesperis (de ipsis integre cendis) fit de Dominica tantùm Commemoratio, & post eam de Die fra Octavam, si quæ alicubi cum *Col. Rub.*

27. Ss. Cosmæ, & Dam MM. Semidupl. *Col. Rub.* Si occurrat Dominica, Festum hod num Ss. Cosmæ, & Damiani, non habet Ritum Duplicem, tra fertur in Diem, Festô 9. Lectionum impeditam, ità tamen, ut c liceat facere *ad libitum* de S. Wenc lao M. (Ss. Cosma, & Damia ulteriùs translatis) ex Decr. S.R.C. de anno 1682. 24. Jan.

Si autem hodierna Die non occurrat Dominica, tunc hodie de Ss. Cosma, & Damiano, & Offic. quidem omnia dic: ùt in Commun. plur. MM. excepta orat. propriâ. Lect. I. Nocturn. de Scriptura occurrente, nisi ponendum Initium alicujus Libri S. Scripturæ nondum positum. Lect. II. Nocturn. uti notantur in proprio loco. In III. Noct. *Descendens JESUS de monte &c*, ùt in Communi plur. MM. 1. loco ac

et Responsorium Octavum est: *Hæc vera Fraternitas &c*, positum immediatè ante *Laudes* in Comun. plur. MM. Ad *Laudes* (nisi currat alicubi alia *Octava*, aut Festum hodiernum Ritum habeat alicubi *Duplicem*) dic: *Suffragia* Sanctorum, & Missa, uti notatur hac Die in Proprio Sanctorum cum *Gloria*, sine *Credo* in Ecclesia universali. Orat. 2. *A Cunctis*. 3. Ad libitum, at in Societ. JESU, ubi in *Gratiarum Actionem* Confirmatæ loc. &c. indic: Patribus oblatio hostiæ Sacri &c, rectè 3. locô dic. Com. Pro *Gratiar. Actione*, quæ extat in fine Missæ votivæ de SS. Trinitate. *Vide* Arnaud. *Epit. Tr.* 1. *P.* 1. *Tit.* 9. *n.* 3. Præf. Commun.

Vesperæ in Ecclesia universali dic: usque ad Capitulum de Ss. Cosma, & Damiano, ùt in 2. Vesperis plur. MM. à Capitulo verò (nisi cras occurrat *Dominica*, aut alicubi *Festum particulare alicujus Regnatis*, vel *Diœcesis*, aut currat alia Octava) dici possunt sub Ritu Semiduplici de S. Wenceslao Duce Bohemiæ, ac Martyre, ùt in primis Vesperis unius Martyris, exceptâ Oratione quæ est propria, cum Commemoratione præcedentis: cui subjunguntur *Suffragia* Sanctorum, & ad Completorium dic: *Preces* Dominicales. *Col. Rub.* Ubi verò Festum Ss. Cosmæ & Damiani est Duplex, ibi integræ Vesperæ dic: de illis, cum Commemoratione S. Wenceslai dicto modô ad libitum. *Col. Rub.*

Si cras occurrat Dominica, aut alicubi currat Octava, vel celebretur Festum particulare in aliqua v. g. Diœcesi &c, eô annô, aut locô omittitur S. Wenceslaus, ubi ille non est *Festum de Præcepto*; neque (secluso speciali Indulto Sedis Apostolicæ) transferri ibi potest in aliam Diem non impeditam: ità decrevit S. R. C. 1673. 2. Dec. & 1682. 24. Januar: adeoque in Casu, quô S. Wenceslaus incidit in Dominicam, Vesperæ hodiernæ à Capitulo dic: in Ecclesia universali de Dominica, cum Commemoratione præcedentis, ac *Suffragijs Sanctorum &c*, ùt suprà, nihilque fit eô annô de S. Wenceslao. Ubi verò S. Wenceslaus est Festum Semidupl. *de Præcepto* (uti Viennæ) ibi occurrens in Dominica, transfertur; at ubi ejus Festum est *Duplex de Præcepto*, ibi hodie integræ Vesperæ dic: de illo, cum Commemoratione præcedent. nisi ipse in ejusmodi loco sit Duplex 1. aut 2. Classis; tunc enim de Festo *Semiduplici* præcedente nulla fit Commemorat. *Col. Rub.*

Si crastina Dies alicubi, aut aliquando sit prima Dies mensis non impedita Festô 9. Lectionum &c, tunc post Vesperas hodiernæ Diei dicuntur Vesperæ Defunctorum modô suprà Die 18. Januar. in fine, ac alibi allegatô.

28. *S.* Wenceslai Ducis Bohemiæ,

hemiæ, & Mart: In Ecclesia universali *Semidupl. ad libitum*, cum *Suffragijs* in I. Vesperis, ac Laudibus, *Precibúsque Dominicalibus* suô locô. *Col. Rub.* Si hodie occurrat Dominica, aut alicubi currat Octava, vel celebretur Festum aliud particulare in aliqua Religione, vel Diœcesi, tunc ubi hoc Festum non est *de Præcepto*, eô annô, aut locô omittitur, ità, ùt sine *Speciali* Sedis Apostolicæ *Indulto* per decreta S.R.C. suprà citata transferri non possit in alium Diem. Alijs autem annis, ac locis fit de eo hodie ad libitum sub Ritu Semiduplic. dicendo in Officio omnia de communi unius Martyris, excepta Orat. quæ est propria. Lect. I. Noct. de Scriptura Feriæ currentis, nisì ponendum fit initium alicujus libri S. Script. nondum positum. II. Noct. propr. prout notantur ad finem Breviar. Roman. in Festis ad libitum in Parte autumn. In III. Noctur. *Si quis vult post me venire*, ùt in Communi unius Martyris 2. locô, juxta Breviaria ac Missalia Antuerpiensia; nam quoddam Venetijs 1698. editum assignat huic Festo Evangel. *Si quis venit &c.*

Missa: *In Virtute*, ùt in Communi unius Martyris non Pontif. 1. locô (exceptô 1. Evangeliô: *Si quis vult*, Quod sumitur ex Missa proximè præcdente de Communi unius Martyris Pontif 2. locô) cum *Gloria*, sine *Credo*. Orat. 1. propr. ùt in fine Missal. inter Festa ad libitum. *Cunctis.* 3. Ad libit. Præfat. Com. *Col. Rub.*

Si hodierna Dies alicubi, aliquando sit prima Dies mensis impedita Festo 9. Lectionum, tunc hodie post Laudes Diei dicitur illud Nocturnum Officij Defunctorum, quod Feriæ currenti correspondet, unà cum Laudibus Off. Defunctorum, modô suprà Die 1. Januar. in fine, ac alibi declarat. ubi etiam de Modô ordinandi tres Missas etiam privatas, quàm sæpe vent. in hoc, aliísque hujusmodi Casibus, in quibus non fit Officium 9. Lectionum, etiam tantùm ad libitum.

Vesperæ de Dedicatione S. Michaëlis Archangeli sub Ritu duplici 2. Classis in Ecclesia universali sine Commemoratione S. Wenceslai, nisì ubi iste habet Ritum duplicem; nulla quoque fit Commemoratio Dominicæ hodie occurrentis, bene tamen, si quæ cras occurrat. Quòd si alicubi S. Wenceslaus sit *Duplex* 1. *Classis*, habebit ille integras etiam 2. Vesperas, cum Commemoratione tantùm de S. Michaële: si autem idem S. Wenceslaus sit Duplex 2. Classis integræ Vesperæ erunt de S. Michaële, & Commemoratio solummodo fiet de S. Wenceslao juxta *Rubricam Generalem Breviar. de concurrentia. n. 2.* Quòd si alicubi S. Michaël sit *Duplex* 1. *Classis*,

ſa, excludit Commemorationem non ſolùm Feſti Semiduplicis, ac Dominicæ hodie occurrentis, ſed etiam Feſti duplicis hodie celebrati, niſi id fuerit 1. aut 2. Claſſis: fieri tamen etiam in tali loco debet hodie, & cras Commemoratio Dominicæ cras ſubſequentis. *Col. Alb.* Quomodo autem ordinandum ſit Officium de S. Michaële per Octavam, ubi tanquâ *Patr. Tit.* celebratur cum Octava, quoad Lectiones II. & III. Nocturni, vide in Octav. Rom. fol. 93 & ſeq.

29. DEDICATIO S. MICHAELIS Archang. Dupl: 2. Claſſis in Eccleſia univerſali. *Col. Alb.* In *Officio* omnia, utì notantur in propriô locô. Quòd ſi veniat in Dominica, fit 9. Lectio de Dominca, cum ejus Commemoratione in utrisque Veſperis, ac laudibus. Quòd ſi tamen occurrat hoc Feſtum in Dominica, nunc (ùt notat hîc Gavant.) omnino convenit, ut Octavæ Lectioni jungatur nona, utpote in qua ſola agitur de Angelis. Benedictio 8. eſt: *Quorum Feſtum colimus &c*; quia inquit idem Gavantus, eſt Feſtum omnium Angelorum, ùt ex Oratione, & Lectione 4. ac ſeqq. conſtat; quia, nempe hæc Dedicatio in Monte Gargano eſt facta in S. Michaelis, & Angelorum memoriam, ùt expreſsè dic: in Lectione 6. Feſti Apparitionis 8. Maij.

Miſſa, propria cum *Gloria*, & *Credo* (per totam Octavam, ubi tanquam Feſtum *Titulare*, ſeu *Patrocinij* celebratur cum Octava) necnon cum Commemoratione *Dominicæ*, ſi quæ hodie occurrat, ejúsq; Evangelio in fine. Præfat. Commun. *Col. Alb.*

In II. *Veſperis* fit Commemoratio S. Hieronymi Presbyt. Confeſſ. & Eccleſiæ Doct. (pro qua Antiph. *O Doctor optime &c* in utrisque Veſp. & Oratio propria) necnon *Dominicæ* hodie occurrentis, aut cras ſubſequentis. *Col. Alb.* Quòd ſi S. Hieronymus alicubi habeat Ritum duplicem 1. Claſſis, totæ hodiernæ Veſperæ erunt de illo, cum Commemoratione de Dedicatione S. Michaëlis, & Dominicæ cras ſubſequentis, non autem Dominicæ hodie occurrentis. *Col. Alb.* Lectiones dicendæ in II. & III. Nocturn. infra Octavam, ubi S. Michaël Archangel. celebratur cum Octava, extant in Octavario Rom. à fol. 93. herì citato.

30. S. HIERONYMI *Preſbyt. Confeſſ. & Eccleſ. Doct.* Duplex minus. *Col. Alb.* In *Officio* omnia dic: ùt in Communi Confeſſ. non Pontif. excepta Oratione, quæ eſt propr. & Lectionibus, quæ in I. Nocturn. ſunt de Libro Eccleſiaſtici: *Sapientiam omnium antiquorum &c.* II. & III. Nocturni propriæ. Reſponſorium Octavum: *In Medio Eccleſiæ*, utì in loc. aut in Communi Doctorum. Si veniat in Dominica, dic: de ea 9. Lectio,

Lectio, cum ejusdem Commemoratione in Laudibus, ac Vesper.

Missa (extans in quibusdam Missalibus in Ordin.) *In Medio Ecclesiæ*, ùt in Communi Doctor. cum *Gloria* & *Credo*. Oratio (etiam Secreta, ac Postcommunio) propria. *Si* veniat in Dominica, fit hujus in Missa quoque Commemorat: & legitur de eadem in fine Evangel. Præf. Commun.

Ubi celebratur hoc Festum cum Octava, Lectiones II. & III. Nocturn. dic: per Octavam, utì notantur in Octavario Romano à fol. 399.

In II. *Vesperis* (in quibus Antiphona ad Magnificat: *O Doctor &c:* reliqua verò ùt in 2. Vesper. Conf. non Pontif.) fit Commemoratio de S. Remigio Episcop. Confess. pro qua Antiphona Vers. & Oratio (*Da, quæsumus &c*) sumuntur ex I. Vesp. de Communi Conf. Pontif. Quòd si hodie, vel cras occurrat Dominica, tunc Commemorationi S. Remigij præmittitur Commemoratio de Dominica. Eidem Commemorationi de S. Remigio præmittitur Commemoratio de B. V. in Sabbato, si cras occurrat Sabbatum, & in eo Officium S. Remigij non fiat Ritu Semiduplici ad libitum, sed fiat Officium de S. Maria in Sabbato, de S. Remigio autem fiat tantùm Commemoratio, tanquam de Simplici.

Porrò ubi cras fit de B.V. in Sabbato, aut extra Sabbatũ de S. Remigio Ritu solummodo *Simplici* (quem habet de *Præcepto* in Ecclesia universali, ita tamen, ut in eadem celebri possit sub Ritu *Semiduplici ad libitum*, quoties non venit in Domin: neque in Octav. nec alicubi in die, quò celebratur aliud occurr. Fest. 9. Lect.) tunc hodie post Vesperas Diei dictô Benedicamus, omissô autem Versu *Fidelium animæ &c*, dic: in Choro *Vesperæ Defunctorum*, ùt suprà 31. August. Quæ tamen Vesperæ Defunctorum hodie non sunt dicendæ, si cras fiat de S. Remigio sub Ritu *Semiduplici*, etiam tantùm *ad libitum*, aut de *Dominica*, vel alio *Festo 9. Lection.*

Quòd si cras occurrat *Dominica*, aut alicubi currat aliqua *Octava*, vel fiat de alio *Festo particulari* in aliqua Religione, aut Diœcesi, tunc juxta Decreta S.R.C. Superiùs allegata eô annô, aut locô nequit quidem fieri Ritu *Semiduplici ad libitum* de S. Remigio, debet tamen tunc adhuc fieri etiam eô annô, ac locô de illo Commemoratio in hoc diernis Vesperis, ac crastinis Laudibus, & Missa (nisi aliud quid obstet alicubi) & dici de eodem S. Remigio etiam 9. Lectio in Officio ejusmodi Dominicæ, aut Festi, tanquam de *Simplici* de Præcepto.

TITU-

TITULUS X.

Singularia Festorum Mensis Octobris. qui habet dies XXXI.

DE Festo Rosarii (utpote mobili, ac veniente semper in Dominica, quæ occurrit vel in Calendis, vel post Calendas Octobres) vide P. I. Tit. *de Dominic. Octobr.* à fol. 252. ubi dictum, hactenus nonnisi in ijs Ecclesijs fuisse *Officiô*, ac *Missa* celebrare ex Decr. Gregor. XIII. in quibus adest *Altare*, seu *Capella Rosarij*, nisi *Speciale* pro aliquo loco, aut Diœcesi habeatur à Sede Apostolica *Indultum*, quale 14. Decemb. 1709. pro *Civitate*, ac Diœcesi *Viennensi* obtentum est Româ per Sacrorum Rituum Congregationem quæ (uti habetur in Decreto Eminentiss. Card. S. Carpineo subscripto) *benignè indulsit atque concessit, ut singulis annis in Civitate, ac Diœcesi Viennensi Dies Festus Sanctissimi Rosarij cum Officio & Missa de eodem Sanctissimo Rosario celebrari possit.* Quod tamen Indultum, utpote tantùm particulari Ditionum Austriacarum loco concessum, non licet ad *alias* Ditionum Austriacarum *Provincias*, simili Indulto etiamnum carentes extendere, uti nec illud, cujus suprà *P. I. Dominica I. Octobr. fol. 252.* ex Supplemento quorumdam Breviariorum facio mentionem, ità enim rescriptum est Româ, & constat ex Registro Decretorum S. R. C. summariè præfixo Breviario Romano, ubi habetur, non posse sine S. R. C. aut Sedis Apostol. licentia *extendi Officia alicubi concessa de Loco ad Locum.*

1. S. Remigii Fpiscop. & Confess. *Simplex de Præcepto*, at *Semidupl. ad libitum* in Ecclesia universali. *Col. Alb.* Si celebretur *ut Simplex*, & non veniat in *Sabbato*, aut in *Dominica*, aut in Die *infra Octavam*, nec denique in Die, in qua *occurrit* fieri *de Festo 9. Lectionum*, tunc ad *Matutinum* Invitatorium, & Hymnus (*Iste Confessor*) dic: de Communi Confess. Pontif. cum mutatione tamen tertij Versus in prædicto Hymno juxta Praxin ipsiusmet Directorij Romani; quia nempe, ut notat hîc Gavant. & constat ex Martyrologio Romano, hodierna Dies non est Dies, quâ obijt S. Remigius. Antiphonæ verò, & Psalmi dic: de Feria currente, ut in Psalterio; Duæ quoque primæ Lectiones dic. de Scriptur. Feriæ cur-

rentis, nisi ponendæ sint de Initio Libri S. Scripturæ nondum posito (ut contingit, quando S. Remigius venit in Feria II.) tunc enim ambæ sumuntur ex Dominica præcedente, quæ est prima Octobris, de Initio Libri I. Machabæorum; Lectio tertia verò dic: ùt in Proprio Sanctorum. Quoad *Absolutionem*, *Benedictiones*, & *Responsoria* autem ordinatur Officium hodiernum Simplex eò proportional. Modò, quò suprà Die 1. Septembris Officium S. Ægidij: idem est de *Laudibus*, & reliquis *Horis* Officij Simplicis, quæ pariter tunc ordinantur hodie modò ibidem descriptò. Similiter eadem, quæ ibi, sunt observanda circa dicendum hodie unum Nocturnum, & Laudes *Officij Defunctorum* post Laudes hodiernæ Diei, quando hodie fit *Ritu Simplici* de S. Remigio, aliáque nonnulla ibidem expressa, nominatim ea, quæ ibi habentur de observandis in Casu, quo Festum hujusmodi Simplex venit in Sabbato, aut in Dominica, aut infra aliquam Octavam, demptis solùm, mutatísque ijs, quæ concernunt Ss. 12. Fratres MM: quoad *Officium*, & *Missas* illius Diei: nam si S. Remigius veniat in Sabbato, in quo non fit Ritu Semiduplici ad libitum de illo, sed de B. V. in Sabbato, tunc fit de illo in Officio solummodo Commemoratio, sine Lectione, & in Missis privatis 2. Oratio est: *Fidelium*. 3. Verò de S. Remigio; in Missa autem Conventuali quæ in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* dic: post Sextam de B. V. in Sabbato, 2. Oratio est de S. Remigio 3. de S. Spiritu.

Si autem S. Remigius celebratur, ùt Festum *Semiduplex ad libitum* (quod tamen tunc tantùm fit, si B. V. C. permittit, quando non venit in Dominica, nec infra aliquam Octavam *particularem*, nec in aliquo festo *occurrente* 9. *Lectionum* alicujus Ecclesiæ, vel Relig.) tunc in Officio omnia dic. de Communi Confess. Pontif. cum mutatione 3. Versus in Hymno *Iste Confessor &c*, necnon Suffragijs Sanctorum, ac *Precibus Dominicalibus* suis locis. Lect. I. Nocturn. de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium Libr. I. Machab. ex Dominica præcedente. In II. Nocturn. Lectio prima propria, ut in Breviario Romano hîc (tum in Proprio Sanctorum, tum in fine Breviar. de Festis ad libitum) secunda verò, & tertia: *Ad Sancti, ac Beatissimi &c*, de Communi Confess. Pontif. III. Nocturn: *Homo peregrè &c*, & Oratio: *Da, quæsumus*, de eodem Communi 1. locò.

Missa: *Statuit*, 1. de Communi Confess. Pontif. cum *Gloria*, sine *Credo*. Orat. 2. *Acunctis*. 3. Ad libitum, si fiat Ritu Semiduplici; nam, si fiat Ritu Simplici, tunc in Missis privatis Oratio 2. est *Fidelium*, & 3. *Cunctis*; in *Collegiatis* autem, ut

Ce-

Cathedralibus Ecclesijs dic: tunc duæ *Missæ conventuales*, una pro Defunctis post Primam, seu Vigilias Defunctorum; Altera de Festo post Sextam, & in hac Oratio 2. *A cunctis.* 3. Ad libitum. *Col. Alb.* In priore autem dic. 3. Orationes, utì notantur in Missa quotidiana pro Defunctis. *Col. Nig.*

Si veniat hoc Festum in *Dominica*, aut *infra aliquam Octavam particularem*, vel in aliquo *Festo 9. Lectionum* alicujus Eccles. vel Religionis, tunc, licèt de illo in ejusmodi Casu fieri per se loquendo non possit *Officium*, aut *Missa*, facienda tamen nihilominus est de illo per se loquendo suis locis Commemoratio, tanquam de *Festo Fimplici de Præcepto*, & dicenda de eodem etiam 9. Lectio, ut suprà jam monui.

Quòd si hodie factum sit *Ritu Semiduplici ad libitum* de S. Remigio, tunc in locis, in quibus cras non fit de Festo Ss. Angelorum Custodum (eò quòd de Sedis Apostolicæ Indulto jam factum sit de illo Dominicâ 1. Septembris, aut aliâ quâdam, utì in Diœcesi Constantiensi) dicentur hodie de eodem S. Remigio etiam Vesperæ, & quidem integræ, nisi cras occurrat fieri de *Dominica*, aut aliquo *Festo 9. Lectionum*; tunc enim à Capitulo dic: de Dominica, aut *Festo Semiduplici* sequente, cum Commemoratione Festi *Præcedentis*, vel, si Festum sequens sit *Duplex*, integræ de *Festo Duplici* sequenti, cum Commemoratione *Festi Semiduplicis præcedentis*, nisì *Duplex* illud sit 1. aut 2. *Classis.* Quòd si S. Remigius in ejusmodi locis veniat pridie Sabbati, quô postridie fiet de B. V. in Sabbato, tunc de B. V. in Sabbato facienda ibi est in hodiernis Vesperis Commemoratio per Antiphonâ, Versum, ac Orationem suô locô annotatam, illíque subjungenda *Suffragia* consueta de Apostolis &c, cum *Precibus Dominicalibus* ad Completor. cujus Hymnus tunc terminatur per Verba: *JESU Tibi sit Gloria, qui natus &c.*

Quòd si hodie factum sit *Ritu Semiduplici* de S. Remigio, cras autem in locis paulò antè dictis fiat de *Feria*, aut de *B. V. in Sabbato*, tunc ibi post Vesperas Diei Dictô *Benedicamus &c.* dic: *Vesperæ Defunctorum* pro 1. Die Mensis Octobris non impeditâ Officiô 9. Lection.

In *Ecclesia* autem *universali*, seu extra prædicta loca dic: hodiernæ Vesperæ de Festo Ss. Angelorum Custodum sub Ritu Duplici minore, & in ijs omnia dic: utì notantur in proprio loco, cum Commemoratione S. Remigij, si hodie de eo fuit factum sub *Ritu Semiduplici*, necnon ante illum etiam *Dominicæ*, si quæ cras occurrat; si autem hodie fuerit factum de Dominica, fit in 1. hodiernis Vesperis Ss. Angelorum Custodum solummodo Dominicæ currentis Commemoratio. *Col. Alb.* Quòd

si hoc

si hoc idem Ss. Angelorum Festum alicubi, aut aliquando in primis, aut secundis suis Vesperis concurrat cum alio Festo *Duplici minore*, dividendas inter utrumque esse Vesperas, & usque ad Capitulum dicendas de præcedente, à Capitulo autem de sequente decretum esse ajunt à S. R. C. 1698. Die 27. Sept. quod ipsum juxta Testimon. mox citandi Scriptoris suo tempore etiã tradidit Gav. utì & Mich. Bauldry P. 4. C. 17. n. 7. At verò Henricus Pisart in Director. Canon: recentissimè edito *f.* 288. integras in eo Casu Vesper. deberi Ss. Angelis Custodibus contendit, nixus recentiori S. R. C. Decretô (authenticúmne sit, annon, compertum hacteuns non habeo) dum in Proprio Sanctorum §. 3. ità scribit : *Festum Angelorum Custodum extra Imperium Servatur Ritu Duplici minore Die 2. Octobr. sic tamen, ut in concursu cum alio Duplici minore habeat Vesper. integ. ità declaravit S. Congr. Die 12. Julij 1704.* Hæc ille, cujus sententiæ favere quoque videri posset Rubrica Gener. XI. de concurrent. Officio n. 2. circa finem, nisì ista allegatô Tit: ac num. de Festis *Duplicibus majoribus*, non autem de *minoribus* quorumdam judiciô loqueretur (id quod Nonnemo etiam ex *Tabulis Occurrentiæ & concurrentiæ*, nulli *Duplici* minori ob Dignitatem totas Vesperas concedentibus vult colligi) item Gavant. Tom. 2. S. 3. C. 9: n. 3. ubi tamen ea, quæ ibi dicuntur de *præferendis* Festis *Apostolorum* Festis *Evangelistarum*, si sint eadem Classis, non procedunt, saltem post Decr. S. R. C. De anno 1707. ubi cùm tam Festum S. Marci Evangelistæ, quàm Ss. Apostolorum Philippi, & Jacobi in Choro *transferri* debuerit, priùs tamen *reponi* jussit Festum S. Marci, quàm Festum Ss. Philippi & Jacobi Apostolorum: quia *dignitas Personæ* solùm facere ad rem videtur in ordine *Commemorationum*, non *Vesperarum* : nam in *Vesperis* attenditur dignitas solùm in Christo Domino, & in Beata Virgine, inter eteris autem quoad *Vesperas* eam non attendi, jam decisum, ùt suprà Die 22. Junij dictum, saltem *regulariter* & *secluså speciali Dispositione*, qualis facta esse pro casu *concurrentiæ* à Pisarto asseritur : sed fides sit penès lectorem, usque dum certius quid innotescat. Cæterùm ad Rubricam quam nonnulli contra posteriorem hanc Sententiam exponunt, respondebit Pisartus : licèt illa n. 2. circa medium loquatur de *Festis Duplicibus majoribus*, ac etiam hisce alienum Ritum habentibus, ante finem tamen eam promiscuè loqui ac generatim, præscribendo ibi, quid servandum in *Concurrentia quorumcumque Festorum Duplicium*, quæ sunt *æqualis solemnitatis*, sive *Ritûs*, & hoc modô loqui etiam initiô illius Numeri ; sic autem exposita Rubrica fa-

sprebit potiùs, quàm adversabitur Sententiæ Pisarti, ut consideranti patebit. Saltem nonnullis *Festis*, & *Octavis* Festorum (v. g. B. M. V.) ut ac habentibus Ritum duntaxat *Duplic. min.* deberi Vesperas integras in *concursu* cum alio *Duplici* minore, vir. Pisart §. 1. Propr. Sanctorum n. 4. efficac. probare videtur tum ex Decreto S. R. C. de anno 1691. Die 11. Augusti. tum ex novissimo additamento ad Rubricam Gen. XI. Breviar. n. 7. esto Tabula *Concurrens* nulli *Duplici minori* ob Dignitatem totas concedere Vesperas videatur.

1. In Ecclesia universali celebratur hodie Festum Ss. Angelorum Custodum sub Ritu *Duplici minore*; hunc enim, & non *majorem* assignat cum Breviario Directorium Romanum. *Col. Alb.* In *Officio* omnia dic: uti notantur hac Die in Propr. Sanctor. dicuntúrq; ijdem Ps. (quamvis propr. tamen Antiph.) qui in Festo S. Michaël. Archang. Cæterùm notandum est, primas Lectiones, quæ in I. Nocturno assignantur pro hoc Festo ac libro Exodi, omittendas esse eò annò, quò in præcedentibus Diebus legi non potuit Initium Libri Esther, & locò illarum legendum tunc esse in hoc Festo Initium Libri Esther in I. Nocturno. Notandum 2. Benedictionem Octavam esse: *Quorum Festum colimus &c*, non *cujus Festum &c*, etiamsi quis solus reciter Officium, ut rectè contra sui Temporis Recentiorem probat hîc Gavant. Notandum 3. Si occurrat in Dominica hoc Festum, Octavæ ejus Lectioni jungendam esse nonam (ob rationem suprà ex Gavanto 29. Septembr. allatam) 9. verò Lectionem dicendam tunc esse de *Dominica*, & ejusdem quoque faciendam in utrisque *Vesperis*, & *Laudibus* Commemorationem.

Missa, uti notatur in loco, cum *Gloria* & *Credo*. Oratio unica, nisi veniat in Dominica; tunc enim de ea fit Commemoratio, ac de eadem legitur quoque ult. Evangel. Præfat. Communis. *Col. Alb. Vesperæ* in Ecclesia universali de ijsdem Ss. Angelis Custodibus, cum Antiphonis de Laudibus; Psalmis verò de Dominica, exceptô ultimô: *Confitebor Tibi Domine in toto Corde meo: quoniam audisti &c*, qui sumitur ex Vesperis Feriæ Sextæ de Psalterio. Capitulum, Hymn. Vers. & Oratio, ut in 1. Vesperis. Antiphona ad *Magnificat* propria. Ubi Festum Ss. Angelorum Custodum est *Festum Titulare*, seu *Patrocinium* Templi, ibi celebratur Ritu Duplici 1. Classis, & cum Octava: unde si incidat in Feriam II. tunc in ejusmodi loco in primis Vesperis illius non fit Commemoratio Dominicæ antecedentis: Si autem incidat in ipsam Dominicam, tunc respectivè regulandum est ejus *Officium* ac *Missa* in ejusmodi lo-

loco, ùt ibi, ubi celebratur Dominicâ I. Septembris, de quo suprà P. I. *Tit.* 44. *à fol.* 236.

Ubi herì factum est de *S.* Remig. Ritu *Semidupl.* aut de *Dominica*, aut de *alio Festo* 9. *Lectionum*, nec hodie fit de *Ss.* Angelis Custodibus, sed vel de Feria, aut de B. V. in Sabbato, ibi post Laudes hodiernæ Diei, dictô *Benedicamus &c*, dicendum est in Choro unum Nocturnum (respondens Feriæ currenti) *Officij Defunctorum*, unà cum Laudibus eorumdem pro prima Die Mensis non impeditâ Officiô 9. Lectionum, & in Missis privatis 2. loco dicenda est Oratio *Fidelium*; Missæ autem *Conventuales* in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* eô modô sunt tunc ordinandæ, quem præscribit Rubric. Missalis Roman. Tit V. n. 1. & 2.

Si autem tam hesterna, quàm hodierna Dies fuerit impedita Officiô 9. Lectionum (eò quòd v. g. Die 1. Octobris factum sit *Ritu Semiduplici* de S. Remigio, Die verò 2. Octobris, nempe hodiernâ, de Die Dominicâ, aut de Festo Ss. Angelorum Custodum) crastina autem Dies non sit futura similiter impedita, tunc post Vesperas hodiernæ Diei dictô Versu *Benedicamus Domino &c*, dicendæ sunt in Choro *Vesperæ Defunctorum* pro 1. Die Mensis Octobris non impeditâ, & post *Laudes* crastinæ Diei in eodem Choro dicendum unum *Nocturnum* (respondens Feriæ crastinæ currenti) *Officij Defunctorum* unà cum *Laudibus* de eodem Officio Def. &c.

Quæritur: An in loco, in quo Festum Ss. Angelorum Custodum celebratur 2. Octobris. si simul ibi celebrat Octava *S.* Michaëlis Archangeli, tanquam Patroni Templi, omittenda sit in *Officio*, & *Missa* alterutra Commemoratio & quænam illa? R. Si Festum Ss. Angelorum Custodum celebretur in eo Loco cum Octava adeoque ad minimum sub Ritu Duplici 2. Classis, tunc quidem omittendam esse Commemorationem Octava S. Michaëlis Archangeli Die 2. Octobris, quâ Festum Ss. Angelorum Custodum sub dicto Ritu ibi celebratur; infrà Octavam verò, si fiat de Festo alio, utriusque Octavæ Commemorationem esse faciendam, quamdiu simul currunt, primo tamen de Octava S. Michaël. & postea primùm de Octava *Ss.* Angelorum Custodum, utpote quibus etiam in Litanijs *S.* Michaël. præponitur. Quòd si in ejusmodi loco Festum Ss. Angelorum Custodum celebretur illummodo sub Ritu *Duplici minori*, etiam in ipso Festo *Ss.* Angelorum Custodum fieri debet Commemoratio currentis Octavæ S. Michaëlis Archangel. sicut vicissim Diebus infra Octavam, in quibus non fit de alio Festo, sed de Octava S. Michaëlis (quæ est dignior Octava Aangelorum Custodum) fieri debet in ejus-

mo.

modi loco Commemoratio de Octava S. Angelorum Custodum tam in Officio, quàm in Missa Octavæ S. Michaëlis. Ratio 1. Partis constat ex Rubrica Gen. IX. n. 4. Reliqua autem colligo ex ijs, quæ tradit Gavant. *Tom. 2. S. 5. C. 18. n. 9.* nec non ex Rubrica de faciendis Commemoration: universaliter, ac sine exceptione loquentibus. Ad ea, quæ opponi possent, censeo haud difficulter posse responderi; nec esse patientem cum Casu, quô Festum Nativitis B. V. M. incidit vel in Dominicam immediatè sequentem Festum Nativitatis B. M. V. vel in hujus Diem Octavam, ut consideranti patebit. Si aliud quid statuit, aut statuet circa hoc Dubium Sac. Rit. Congregatio (ad quam meritò in similibus recurrendum) id demum in hoc quoque Casu erit practicandum.

3. Si hodier. Dies fit 1. Dies hujus Mensis, non impedita Offic. 9. Lect. tunc hodie post Laudes Diei dicto versu *Benedicamus Domino*, dicendum est in Choro unum Nocturnum *Officii Defunctorum* (hodiernæ Feriæ correspondens) unà cum Laudibus eorundem Defunctorum; circa Missas verò, quæ tam intra, quàm extra *Ecclesias Cathedrales*, ac *collegiatas* dicuntur, observanda sunt ea, quæ Die hesterno paulò antè à me sunt annotata.

Vesperæ hodiernæ dic: de sequenti Festo S. Francisci Confess. sub Ritu (in Ecclesia universali) duplici minore. Oratio propria: Reliqua verò ùt in Communi Confess. non Pontif. cum Commemoratione Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat: ubi verò celebratur Ritu duplici 1. Classis tanquam *Patronus Ordinis*, aut *propriæ Ecclesiæ*, ibi in hodiernis Vesperis non fit Commemoratio *Dominicæ* hodie occurrentis (utì nec *Festi Semiduplicis*, aut *Duplicis minoris*, vel *majoris*, si quod hodie fuit celebratum) bene tamen Dominicæ cras subsequentis. *Col. Alb.*

4. S. Francisci Seraphici, Confess. Dupl. min. *Col. Alb.* In *Officio* omnia dic: de Communi Confess. non Pontif. excepta Oratione, & ex parte Lectionibus, quæ in I. Noctur. sunt: *Justus, si morte &c.* de eodem Communi 1. Locô. In II. & III. Nocturno, utì notantur in propriô locô. Si occurrat in *Dominica*, dicitur de ea 9. Lectio in III. Nocturn. cum Commemoratione de eadem Dominica in Laudibus &c.

Missa, utì notatur in proprio loco, cum *Gloria*, sine *Credo* in Ecclesia universali, nisì veniat in *Dominica*; tunc enim dic: *Credo*, & fit de illa Commemoratio in Missa, etiam ibi, ubi S. Franciscus est *Patronus Ordinis*, aut *propriæ Ecclesiæ*, cum ultimo de eadem *Dominica* Evangel. Præf. Commun. *Col. Alb.*

In II. *Vesperis* fit (in Ecclesia universali) Commemoratio Ss. Pla-

cidi, & Sociorum MM. ùt in 1. Vesperis de Commun. plurimorum MM. Oratio: *DEUS, qui nos Concedis &c*, ùt ibidem 2. locô. Cui Commemorationi præmittitur Commemoratio de B. V. in Sabbato, si cras occurrat Sabbatum non impeditum Festô 9. Lectionum; aut si hodie, vel cras occurrat Dominica, Commemoratio hodiernæ, vel crastinæ Dominicæ. *Col. Alb.* Quòd si crastina Dies sit 1. Dies hujus Mensis non impedita Officiô 9. Lect. tunc hodie post Vesperas Diei, dicto Versu *Benedicamus &c*, dic: in Choro *Vespera Defunctorum* pro 1. Die Mensis Octobr. non impeditâ, & cras unum Nocturnum (respondens crastinæ Feriæ) unà cum *Laudibus* ex Officio Defunctor. &c.

Quomodo ordinandum sit *Officium* quoad Lectiones II. & III. Nocturni infra Octavam ibi, ubi Festum hodiernum *S. Francisci* celebratur cum *Octava*, exponitur in Octavario Romano à fol. 416. & fol. 182. Die 4. Octobr. remissivè ad fol. 342. &c: & nota, in ejusmodi loco, ubi est *Festum* 1. *Classis*, non fieri Commemorationem de *Festo* sequente *Simplici* in hodiernis Vesperis, bene tamen de *Dominica*, si quæ cras sequatur, aut hodie occurrat.

5. Ss. PLACIDI, & SOCIORUM MM. Simplex. *Col. Rub.* Nisi hodie occurrat fieri de B. V. in Sabbato, vel de Dominica, aut Festo 9. Lectionum, aut alicubi de Die infra *Octavam*, sit hodie Officium de hodierno *Simplici*, ad eum proportionaliter modum ordinando Officium de illis, quô suprà Die 2. Octobris in Festo Ss. Mauritij &c. ciorum, simúlque ibidem, ac ibi citatis annotata observando, hodierna Dies sit vel prima Mensis, non impedita Officiô Lectionum; aut si hoc Festum incidat in Sabbatum, Officiô 9. Lectionum non impeditum; aut si in Dominica: nam in 1. Cas. post *Laudes* diei, dicto Versu: *dicamus &c*, dicendum est *unum Nocturnum* (respondens Feriæ curr. ti) & *Laudes* Officij Defunctorum. In 2. Casu faciendum est Officium de B. V. in Sabbato, cum Commemoratione (sine Lectione) Festi Simplicis hodie occurrentis suis locis. In 3. Casu non modò faciendæ suis locis Commemoratio de Simplici Festo hodierno, sed etiam de eodem dicenda 9. Lectio in Officio Dominicæ.

Quando fit Officium de hoc Festo, non dic: Responsorium: *hæc est vera Fraternitas &c*, sed Commune locô penultimô; quia, ùt notat Corvantus, *non omnes* sunt *Fratres*, &c.

MISSA: *Salus autem Justorum* de Communi plur. MM. 3. Loco (ex acceptâ 1. Oratione, quæ cum sua Secreta ac Postcommunione) mitur ex Missa: *Sapientiam Sanctorum* pro-

proximè præcedente, de eodem Communi) cum *Gloria*, sine *Credo*. Oratio 2. *A Cunctis*. 3. Ad libitum, nisi aut ratione Mensis, aut Feriæ II. dicendum sit *Fidelium* in Missis privatis, ac extra Ecclesias *Cathedrales*, & *Collegiatas &c*: tunc enim juxta Rubric. General. V. Missal. n. 1. 2. loco dic: *Fidelium*. 3. *A Cunctis*, nisi luberet dicere 5. aut 7. Orationes; quia tunc *Fidelium* in ejusmodi Missis dicere oportet penultimò locò. Præfat. Commun. *Col. Rub.* In *Ecclesijs* autem *Cathedralibus*, & *Collegiatis* in 1. Casu dicendæ sunt duæ Missæ, una (*quotidiana*) pro Defunctis post Primam, aut dictas in Choro Vigilias Defunctorum. *Col. Nig.* Altera post Sextam de Festo, in quâ Oratio 2. *A Cunctis*. 3. Ad libitum. *Gloria*, sine *Credo*. Præfat. Commun. *Col. Rub.* In 2. autem Casu juxta eandem Rubric. *n.* 2. In Missa etiam principali (dicenda de Festo) faciendâ tunc est 2. locò Commemoratio generaliter pro Defunctis per Orationem *Fidelium*, & 3. locò deinde, ac in Missis privatis, dicenda Oratio: *A Cunctis*. Si incidat hoc Festum in Sabbatum, quod simul est prima Dies hujus Mensis non impedita Officiò 9. Lectionum, *Officium*, & *Missa* dic: de B. V. in Sabbato, uti ordinantur suò locò cum Commemoratione Ss. Placidi, & Sociorum MM. & tunc Orat. 2. in Missis privatis, iisque, quæ dicuntur extra Ecclesias Cathedrales, & Collegiatas, est *Fidelium*. 3. autem de Ss. Placido, & Socijs MM. In *Ecclesijs* verò *Cathedralibus* & *Collegiatis* dicuntur tunc duæ Missæ conventuales, una pro Defunctis, ùt suprà, altera de B. V. in Sabbato, & in hac Oratio 2. de Ss. Martyribus. 3. De S. Spiritu. *Rubr. Cit. n.* 1.

Vesperæ de S. Brunone Confess. nonPont. sub Ritu dupl. min. in Ecclesia universali. In ijs dic. omnia (excepta Oratione, quæ est propria) ùt in primis Vesperis de Commun. Confess. non Pontif. cum Commemoratione Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat, in Ecclesia universalli: at ubi est Patronus Ordinis, aut propriæ Ecclesiæ, adeoque celebratur sub Ritu duplici 1. Classis, ibi quidem fit Commemoratio Dominicæ subsequentis, non tamen Dominicæ hodie occurrentis. *Col. Alb.*

6. S. Brunonis Confess. non Pontif. *Dupl. min.* in Ecclesia universali. *Col. Alb.* Officium, ùt in Communi Confess. non Pontif. Oratio tamen propria. Lect. I. Nocturn. de Script. occurren. nisi ponendum sit Initium alicujus Libri S. Scriptur. nondum positum. Lect. II. Noct. propr. III. Nocturni: *Sint Lumbi*, de Communi Confess. non Pontif. 1. locò. Si occurrat in *Dominica*, dic: de hac 9. Lectio in ultimo Nocturn. cum Commemoratione de eadem

in *Laudibus*, etiam ibi, ubi S. Bruno est Dupl. 1. Classis.

Missa: *Os justi* (in aliquibus Missalibus extans in Ordine) de Communi Confess. non Pontif. excepta Oratione, quæ est propria, utì & Postcommunio ei respondens. Dic: in ea *Gloria* sine *Credo* (nisi veniat in *Dominica*, aut fiat de eo tanquam *Patrono Ordinis*, vel *propr. Eccles.*) & fit in eadem Commemoratio de Dominica, si quæ hodie occurrat, cum ultim. de eadem Dominica Evangelio. Præfat. Communis. *Col. Alb.*

In II. *Vesperis* fit Commemoratio de S. *M*arco Pap. & Confess. ùt in 1. Vesperis Confess. Pontif. (cum propria tamen Oratione) item Ss. Mart. Bacchi, Sergij, Marcelli, & Apulei, ùt ibi; cui utrique Commemorationi præmittitur Commemoratio de Dominica, si quæ hodie, aut cras occurrat; vel de B. Maria in Sabbato, si cras occurrat *S*abbatum, & tunc Hymnus Completorij terminatur per Vers: *JESU Tibi sit Gloria, qui natus es &c. Col. Alb.*

Quòd si crastina Dies sit Dies 1. hujus Mensis non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc hodie post Vesperas Diei dictô *Benedicamus* dicuntur *Vesperæ Defunctorum* pro Die 1. Mensis Octobr. non impeditâ.

7. *S.* MARCI *Pap. & Confess.* Simplex. *Col. Alb.* Nisi hodie occurrat fieri de B. V. *Maria in Sabbato*, vel de *Dominica*, aut *Festo* 9. Lectionum, aut alicubi de *Die infra Octavam*, fit hodie Officium Ritu Simplici, cum Commemoratione Ss. Sergij, & Soc. MM. in Laudibus propr. Orat. nec non *Suffragijs Sanctorum* in ijdem Laudibus, ac *Praxis Dominicalibus* ad *Primam*, de S. Marco Papa & Confess: dicendo in Oratione omnia respectivè ad eum proportionaliter modum, quô suprà Die 4. Septembris in Festo S. Ægidij, &c. Si quidem hodierna Dies sit Dies 1. hujus Mensis, non impedita Officio 9. Lectionum, dictô post Laudes Diei *Benedicamus*, subjungendo immediatè unum Nocturnum (respondens Feriæ currenti) unà cum Laudibus, *Officij Defunctorum.*

Missa: *Sacerdotes tui* (extans in quibusdam Missalibus in Ordine) 2. de Communi Confess. Pontif. cum *Gloria*, sine *Credo*. Oratio 1. propria, cum correspondente Secreta, ac Postcommunione. 2. De Ss. Sergio, & Soc. *MM.* 3. *A Cunctis*, nisi Ratione Mensis, aut Feriæ II. dicendum sit *Fidelium*, tunc enim Oratio 2. est *Fidelium*. 3. De Ss. Sergio, & Soc. *MM.* aut, si lubeat dicere 5. vel 7. Orationes, Oratio 2. erit de his: penultima autem *Fidelium*. Præfat. Commun. *Col. Alb.* In Ecclesijs verò *Cathedralibus*, & *Collegiatis* Missæ conventual. utroque in Casu tunc ordinandæ sunt juxta Præscriptum Rubricæ Gener. V. Missal. n. 1. & 2.

mo.

modo super. Die 5. Octobr. declarato.

Si veniat hoc Festum in *Sabbato*, fit *Officium*, & *Missa* de B. V. in Sabbato, cum Commemoratione illius (sine *Lectione*) necnon Ss. Sergij, & Soc. MM. & siquidem Sabbatum illud sit Dies 1. Mensis Octobris non impedita Officiô 9. Lectionum, post *Laudes* Diei dic: modô paulô antè dictô Nocturn. III. Officij Defunctorum, unà cum *Laudibus* eorundem. In *Missis* autem *privatis* (de B.M. in Sabbato cum *Gloria*, ac Præfat. *de Te in veneratione*, & cum *Ite Missa est* &c. dicendis) dici debent 5. Orationes hoc Ordine: 1. de B.V. in *Sabbato*. 2. De S. *Marco*. 3. *De Ss. Sergio*, & Soc. MM. 4. *Fidelium*. 5. *De S. Patrono*. At verò in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiat.* dic: tunc duæ *Missæ Conventuales*. Una (*quotidiana*) *pro Defunctis* post Primam, aut dicitur in Choro Vigilias Defunctorum. *Col. Nig.* Altera post Sextam de B. V. in Sabbato, cum Gloria, Præfat. de B. V. & *Ite Missa est*, necnon cum Commemoratione S. Marci, & Ss. Sergij, & Soc. MM. tantùm, sine Oratt. *Fidelium*. *Col. Alb.*

Si incidat hodiernum hoc Festum Simplex S. Marci Pap. & Confess. in Diem *Dominicam per annum*, fit *Officium*, & *Missa* de *Dominica*, de S. *Marco* autem, & de *Ss. Sergio*, ac Soc. MM. fit in ijs Commemoratio cum 9. *Lectione* de S. Marco in *Offic.* & tunc *Col. Virid.* nisi currat alicubi aliqua *Octava*; tunc enim, ante utramque Commemorationem de dictis Sanctis, facienda est Commemoratio de *Octava in Officio*, ac in hodierna *Missa Dominicali*; *Color* verò tam in *Officio*, quàm in *Missa* hodie conformandus est currenti *Octavæ*.

Vesperæ (nisi occurrat hodie, vel cras Dominica) dic: in Ecclesia vniversali de Festo Sequenti Semiduplici S. Birgittæ Viduæ, ùt in 1. Vesperis Sanctarum nec Virg. nec Mart: exceptâ oratione, quæ est propria. Nisi currat alicubi Octava, de *Suffrag.* Sanctor: & *Preces Dominicales* suô locô. *Col. Alb.* Dixi autem primô: *nisi hodie, vel cras occurrat Dominica*; nam si hodie occurrat Dominica, integræ *Vesperæ* dic: in Ecclesia vniversali de Dominica, de S. Birgitta autem fit tantùm Commemoratio: si verò cras occurrat Dominica, Vesperæ hodiernæ usque ad Capit: dic de Sabbato currente, ùt in Psalterio; à Capitulô verò de Dominica, ùt ibid. ac propr. locô, Festum autem Semiduplex *S.* Birgittæ annô illô transfertur in Diem proximam Festô 9. Lectionum non impeditam. *Col. Vir.* Dixi 2. *In Ecclesia vniversali*; nam Teste Gavanto in Polonia fit *Officium* & *Missa* de S. Birgitta etiamnum, ùt olim, hac Die 7. Octobris, non autem Die Subsequente, seu 8. hujus Mensis, quâ Ur-

Urbanus VIII. 1628. jussit celebrari deinceps hoc Festum in Ecclesia universali.

Ubi S. *Birgitta* tanquam *Patrona Ordinis*, aut *propria Ecclesiæ*, celebratur Ritu duplici 1. Classis, ibi nulla fit in 1. ejus Vesperis Commemoratio *Dominicæ præcedentis*, bene tamen *Dominicæ subsequentis* : de Simplici autem Festo nihil omnino fit in ejusmodi loco in illius *Officio*, ac *Missa*.

8. S. Birgittæ Viduæ. Semidupl. *Col. Alb.* Si occurrat hoc Festum in Dominica, transfertur in Ecclesia vniversali in Diem proximam non impeditam Officiô aliô 9. Lectionum. Alioqui fit de illo in Ecclesia vniversali in hunc modum : In *Officio* omnia dic. ut in Communi nec Virg: nec Mart: nisi quòd propriam habeat Orationem. Lectiones I. Nocturni de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Libri S. Script. nondum positum. II. Noct. propriæ. III. Noct. *Simile est Regnum Cœlorum Thesauro &c*, de Commun. Sanctar. Non-Virginum : cum *Suffragijs* Sanctorum, & *Precibus Dominicalibus* suis locis.

Missa *Cognovi* (extans tota in Ordine in quibusdam Missalib.) de Commun. nec Virg. nec Mart. exceptâ Epistolâ [*Charissime viduas honora, &c*] quæ extat sub finem ejusdem Missæ. Dic. in ea *Glor.* sine *Cred.* Orat. 1. propr. (non item respondens illi Secreta, ac Post-communio) 2. *A cunctis*. 3. Ad libit. Præf. Commun. *Col. Alb.*

Ubi S. Birgitta est *Patrona Ordinis*, aut *Ecclesiæ*, ibi Officium, & Missa Ordinantur respectivè eo proportionaliter modô, quô supra 4. Octobr. in Festo S. Francisci. Idem est de Festis Semidupl. Subsequentibus respectu illorum locorum, in quibus celebrantur Ritu duplici 1. Classis. Lectiones verò infra Octavam in II. & III. Nocturno dicendæ debent ex Octavario Romano.

In II. Vesperis in Eccl. vniversali fit hodie (nisi vel hodie vel cras occurrat Dominica) à Capitulo de Festo Semidupl. Sequentur S. Dionysij, & *Socior. MM.* ut in I. Vesperis in Communi plur. Mm. exceptâ Oratione, quæ est propria cum Commemoratione præcedentis & Suffragijs Sanctor. ac precibus Dominicalib. suis locis. *Col. Rub.* Si autem *hodie*, vel *cras* occurrat Dominica tunc in 1. Casu Vesperæ dic. integræ de *Dominica*, cum Commemorat. Ss Dionysij & Socior. ut *Virid.* In 2. verò Casu dic. usque ad Capit. de S. Birgitta, à Capitulo verò de Dominica, cum Commemorat. præced. & Suffragijs &c. *Col. Virid.* nisi ubi currit aliqua Octava.

9. Ss. Dionysij, Rustici, & Eleutherij, Semidupl. *Col. Rub.* Si occurrat hoc Festum in *Dominica*, trans-

transfertur in Ecclesia universali in diem proximè non impeditam Officiô aliô 9. Lectionum : alioqui fit hodie de illo in Ecclesia universali in hunc Modum : *Officium*, ùt in Communi plur. MM. nisi quòd propr. habeat Orationem. Lectiones quoque I. Nocturn. sint de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Libri S. Scriptur. nondum positum. II. & III. Nocturni propriæ. Dic. suô locô *Suffragia Sanctorum*, & *Preces Dominicales*, nisi currat alicubi aliqua Octava.

Missa, ubi notatur, cum *Gloria*, sine *Credo*. Orat. 2. *A Cunctis*. 3. *Ad libitum*. Præfat. Commun. *Col. Rub.*

In II. *Vesperis* (nisi vel hodie, vel cras occurrat Dominica) fit Capitulo in Ecclesia universali de sequenti Festo S. Francisci Borgiæ, ùt in 1. Vesperis Confes. non Pontif. cum mutatione 3. Versûs in Hymno : *Iste Confessor &c*, Oratione propriâ & Commemoratione Festi præcedentis, ac Suffragijs Sanctorum, Precibúsque Dominicalibus suô locô. *Col. Alb.* Si hodie occurrat *Dominica*, Vesperæ hodiernæ dic: integræ de ea, cum Commemoratione sequentis Festi. *Col. Virid.* Si verò cras occurrat Dominica, dic. usque ad Capitul. de Festo hodierno Semiduplici, à Capitulo autem (translato in Ecclesia universali S. Fraciſco Borgia in diem proximam Officiô 9. Lectionum non impeditam) de sequente *Dominica*, cum Commemoratione Festi præcedentis &c. *Color Virid.* Dixi autem rursus : *In Ecclesia universali* ; nam in *Societate* JESU, ac locis Sereniſſimo Hispaniarum Regi subjectis dic. hodiernæ Vesperæ sub Ritu duplici 2. Classis integræ de S. Francisco Borgia, cum mutatione 3. Versûs in Hymn. *Iste Confessor* ; at sine Commemoratione Festi *Semiduplicis*, Dominicæve præcedentis, bene tamen cum Commemoratione Festi Duplicis alicubi præcedentis, necnon Dominicæ cras subsequentis. Orat. propria. *Col. Alb.*

In Hispania quoque, ubi cras celebratur Ritu duplici Festum S. Ludovici Bertrandi Confessoris, hodie integræ Vesperæ dic: de eodem, cum Commemoratione Festi præced. (nisi celebretur Ritu duplici 1. aut 2. Classis) ac Dominicæ, ùt suprà. Orat propr. ubi notatur in Append. Breviar. *Col. Alb.*

10. S. Francisci Borgiæ Confess. è Societ. JESU. Semiduplex in Ecclesia universali, cum *Suffragijs*, ac *Precibus Dominicalibus* suis locis. *Col. Alb.* Nisi ob occurrentem hodie Dominicam, aut Festum alicubi Duplex hodie occurrens, transferendum sit Festum S. Borgiæ in diem proximam non impeditam Officiô aliô 9. Lectionum, fit hodie

de illo in hunc modum: *Officium*, ùt in Communi Confess. non Pontif. nisì quòd in Hymno: *Iste Confessor* mutetur 3. Versus, & Lect. I. Nocturn. sint de Scriptura occurrente (nisì ponendum sit Initium alicujus Libri S. Scripturæ nondum positum) II. verò Nocturno (utì & Oratio) sint propriæ. III. Nocturno: *Ecce nos reliquimus omnia*, ùt in Communi Abbat.

Missa pro hoc Festo primitùs in Supplemento Missalium à Rubrica ei præfixa assignabatur: *Os Justi &c*, de Communi Confess. non Pontif. exceptâ duntaxat propria Oratione: *Domine JESu Christe &c*, ac 1. Evangeliô, quod solum (non item Secreta, & Postcommunio) sumi jubebatur ex Missa de Communi Abbatum; & sic etiam olim eam dicere jubebat ipsum Directorium Romanum, quod sequebatur quoque Societas JESU, idque ex Decreto Congregationis General. XV. de anno 1706. At verò non multò post superiùs allegatam Rubricam nempe annô 1689. ex Mandato Alexandri VIII. Pontif. mox edito 8. Novembr. ejusdem anni, quoad *Missam* in hoc Festo dicendam emanavit hæc alia Rubrica: Missa: *Os Justi*. Omnia, *ùt in Communi Abbbatum, præter Orat. &c*, utì videre est in memoratis Missalibus (etiam Urbis, ut inde huc scriptum à Teste oculato) in quorum aliquibus per extensum ponitur tota Missa Borgiana, coincidens (exceptâ 1. Oratione: *Domine JESu Christe &c*) omnino cum illa, quæ est *de Abbatibus*, nisì quòd in Oratione Secreta, & Postcommunione, Vocabulo *Abbatis* (utpote omittendo) substituatur vox *Borgia*. An autem satis authentica esset hæc posterior Rubrica, recentiorúmque Missalium prioribus hac in parte contraria Dispositio, hactenus dubitabam ob Rationem superiùs in oppositum allatam, dubiúmque hoc meum Româ mihi solvi per Reverendum Patrem Procuratorem Assistentiæ German. curavi, à quo annô hoc 1711. exeunte hoc obtinui Responsum: *Ex Directorio impresso Romæ 1709. & examinato Jussu Reveren. Patris nostri dicitur debere recitari Missam pro S. Francisco Borgia de Communi Abbatum, non obstante, quocunque alio Decreto, & quocunque Missalium Impressione: antequam enim imprimeretur illud Directorium pro Societate, recognitum fuit ultimum Decretum S. C. Rit. & collationatum (ut ità dicam) cum Originali in sacra Congregationis Rit. Archivio conservato, & ibi patuit, Missam suprà dictam de Communi Abbatum esse assignatam pro Festo ejusdem Sancti.* Hucusque Responsum Romanum. Dubium igitur nullum supereſt ampliùs, quin tam Missam de S. Borgia (exceptâ solâ 1. Oratione: *Domine JESu &c*) dicendam esse ùt in Communi

ri Abbatum, & ità dicere eam jubent modò ipsa Directoria Romana recentiùs impressa in Ecclesia quoque universali. Porrò in Ecclesia universali dicitur in ea *Gloria*, sine *Credo*. Orat. 2. *A cunctis*. 3. Ad libitum Præf. Commun. *Col. Alb.*

Vesperæ integræ de S. Francisco Borgia (*Col. Alb.*) nisi ob occurrentem cras *Dominicam* dicendæ sunt à Capitulo de Dominica, cum Commemorat. de illo &c: & tunc *Ol. Ver.* nisi ubi currit Octava alicujus Festi.

In *Societate JESU*, ac locis Serenissimo Hispaniarum Regi subjectis celebratur hoc Festum S. Francisci Borgiæ sub Ritu duplici 2. Classis, & insuper in Societate JESU cum Octava, ac proinde ibi in hodierno Officio dic: Lectiones I. Nocturn. de libro Ecclesiastici: *Beatus Vir &c*, ùt in Communi Confess. non Pontif. 2. locô. In II. & III. Nocturno, uti notantur in Proprio Sanctorum, tum Romano, tum etiam Societatis. Si veniat in Dominica, dic. de ea 9. Lectio, cum ejus Commemoratione in *Officio*, ac *Missa*, in qua hodie, & per totam Octavam dic: *Credo*, necnon ultimum hodie Evangelium de *Dominica*, cum hujus Commemoratione, quando hodie occurrit Dominica. Infrà Octavam Lectiones II. & III. Nocturni (desumptæ ex Octavario Romano Editionis Antverpiensis de anno 1628. *à fol.* 416. de *Communi infra Octavam Confessoris non Pontif.* & *à fol.* 454. de *Communi infra Octavam Abbatum*) dicuntur, uti notantur in Proprio Festorum Societatis JESU. Dominicâ infra Octavam S. Francisci Borgiæ, si non occurrat Festum duplex, fit ibi Officium, & Missa de *Dominica*: cum Commemoratione *Octavæ* tantùm, etiam in Missa, in qua proin non dicitur 3. Oratio (nisi alicubi simul occurrat Festum Simplex, aut insuper Dies alterius currentis Octavæ) & tam in *Officio*, quàm *Missa* adhibendus Color Albus cum altera Oratione de Octava tantùm, etiam à Sacerdotibus externis apud nos celebrantibus ex permissione Decr. S. R. C. de Anno 1701. 11. Jun. utpote in quo utrumque concedit.

Hac eadem *Die X. Octobris*, aut *Die aliâ assignandâ*, celebratur (uti habetur in Appendice recentior: Breviarior. Antverp.) ab omnibus Serenissimo Hispaniarum Regi subjectis sub Ritu duplici Festum S. Ludovici Bertrandi Confess. dicendo *Officium*, ùt in Communi Confess. non Pontif. Lect. I. Noct. de Scriptura occurrent. nisi ponendum sit Initium Libri S. Scriptur. nondum positum. II. Nocturni propriæ, uti notantur in Appendice prædicta Breviarij. III. Nocturni: *Sint lumbi &c* de Communi Confess non Pontif. 1. locô. Orat. propr. *Col. Alb.* Missa:

os Justi &c. 1. De Communi Conf. tantùm, cum Oratione propr: & *Gloria*, sine *Credo*, nisi ubi est Patronus, aut veniat in *Dominica*, cujus tunc fit in *Officio*, & *Missa* Commemoratio, cum 9. in illo Lectione, & ultimò de eadem *Dominica* in hac Evangeliò. *Col. Alb.*

Ubi crastina Dies est prima Dies Mensis hujus non impedita Officiò 9. Lectionum, ibi hodie dic: post Vesperas Diei *Vesperæ Defunctorum*, ùt suprà 2. hujus in fine.

11. Ubi hodierna Dies est prima Dies Mensis Octobris non impedita Officiò 9. Lectionum, ibi hodie post laudes Diei, dicto Versu: *Benedicamus &c*, dic: in Choro unum Nocturnum (hodiernæ Feriæ correspondens) *Officij Defunctorum*, unà cum *Laudibus* eorundem Defunctorum; circa *Missas* verò, quæ tam intra, quàm extra Ecclesias *Cathedrales*, & *Collegiatas* dicuntur, observanda sunt ea, quæ suprà Die 2. & 5. Octobr. ante finem sunt annotata. At verò

In Societate JESU (nisi hodie occurat fieri de Dominica, aut alicubi, vel aliquando de Festo 9. Lectionum) sit hodie sub Ritu Semidupl. *Officium* & *Missa* de Die 2. infra Octavam S. Francisci Borgiæ Confess. dicendo Omnia, ùti in Festo, exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturno dic: de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus libri S. Scripturæ nondum positum. In II. Nocturn. *Sermo* S. Joann. Chrysostomi: *Beati Francisci Dies*, ùt in II. Nocturn. de Communi Confess. non Pontif. 1. loco. In III. Nocturn. *Perfectus ille est*, ùti notantur ad Diem 11. Octobris in Proprio Sanctorum Societat. JESU; atque etiam extant de quintâ infra Octavam Ss. Apostolorum Petri & Pauli, 3. Julij.

In *Missa* Orat. 2. *Concede.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. prout notatur post Dominicam in Albis. *Vesperæ* in Societate pariter de Octava (non in 2. Vesperis Festi) si nec hodie nec cras faciendum sit de Festo 9. Lectionum.

Quòd si hodie occurrat *Dominica* infra Octavam, *Officium*, & *Missa* fiunt de Dominica, modò heri ante finem declaratò. *Col. Alb.* Si verò duplex aliud Festum, quod non sit 1. aut 2. Classis, occurrat, tunc in *Officio*, & *Missa* illius Festi fit Commemoratio de Octava, ac in eadem Missa dic: etiam *Credo*. Ubi autem crastina Dies est prima Dies hujus Mensis non impedita Officio 9. Lectionum, ibi post *Vesperas* hodiernæ diei dic: Vesperæ Defunctorum in Choro.

12. Ubi hodierna dies est 12. dies Mensis Octobr. non impedita Officiò 9. Lectionum, ibi observanda sunt herì à me superiùs annotata. At verò in Societate JESU (ni-

(nisi occurrat fieri de *Dominica*, vel alicubi, aut aliquando de Festo 9. Lection.) fit hodie *Officium*, & *Missa* sub Ritu Semiduplici de die 3. infra Octavam S. Francisci Borgiæ. Lect. I. Nocturn. de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus libri S. Scriptur. nondum positum. In II. Nocturn. dic: de Sermone S. Joann. Chrysost: *Ad hanc Beatam reversum &c*, uti notantur in Proprio Sanctorum Societ. JESU ad diem 12. Octobris, atque etiam in Octavario Romano (ex quo sunt desumptæ) *Die 3. infra Octavam Confess. non Pontif. fol. 416. &c.* In III. Nocturn. *Duo sunt ordines*, uti notantur ad diem 12. Octobris in Proprio Sanctorum Societ. JESU, atque etiam extant *sextâ Die* infra Octavam SS. Apostolorum Petri, & Pauli 4. Julij. Notandum tamen hîc est, quòd, si ob occurrentem hesternâ die Dominicam, aut Festum aliud 9. Lectionum fieri *Officium* herì *de Octava* non potuit, adeoque Lectiones pro II. & III. Nocturno die 2. infrà Octavam assignatæ dici adhuc non potuerunt, tunc in II. & III. Nocturn. hodierni Officij de Octava vel ponendæ sint Lectiones illæ, quæ herì dici non potuerunt, ut ibi notantur *Die 2. infra Octavam*; vel, si his omissis malis dicere eas, quæ *Die tertia* infra Octavam in Proprio, aut Octavario Societ. JESU sunt assignatæ, tunc Lectionibus II. Nocturni præmittendus sit hic Titulus: *Sermo S. Joann. Chrysostomi*, non autem Iste: *De Serm: S. Joannis Chrysostomi*; & Lectionibus III. Nocturni præmittendus sit tunc iste Titulus: *Homilia Venerabilis Bedæ*, non autem hic: *De Homilia venerabilis Bedæ*; eò quòd nondum de ijs sit lectum, ùt in simili notat, ac monet Gavantus in Adnotationibus *ad Octavas spectantibus*, Octavario *Romano* præfixis, post *Tit. 26. de Lectionibus*, ac idipsum etiam præscribitur à Castaldo in *Prax. Cæremoniar. l. 3. s. 12. c. 1. n. 10.*

In Missa dicuntur hodie in Societ. JESU (si quidem ibi hodie fiat de die infra Octavam) eædem Orationes, quæ herì. Quòd si hodie occurrat Dominica infra Octavam, aut Festum 9. Lectionum, tunc procedendum est modò sub finem hesternæ diei à me annotatò.

Ubi hodie factum est de *Feria currente*, ibi hodiernæ *Vesperæ* dic: integræ (cum *Suffragijs*, & *Precibus Dominicalibus* suò Locò) de S. Eduardo Reg. ac Confess. nisi Is ob occurrentem cras Dominicam sit transferendus. In Hymno *Iste Confessor*, mutatur 3. Versus. Reliqua ùt in 1. Vesperis un. Confessoris non Pontif. exceptâ Orat. quæ est propria. *Col. Alb.* At verò in Societate JESU, si quidem hodie factum fuerit de Octava, & cras non occurrat Dominica, dicuntur Vesperæ

speræ à Capitulo tantùm de S. Eduardo, cum Commemoratione Octavæ, ùt in 2. ejusdem Vesperis, ac sine *Suffragijs*, & *Precibus Dominicalibus*; usque ad Capitulum verò dicuntur de Octava. *Col. Alb.* Quòd si cras occurrat *Dominica*, tunc transfertur S. Eduar. & ibi, ubi hodie factum est de Feria, Vesperæ dic: usque ad Capitulum de Sabbato currente, ùt in Psalterio, à Capitulo verò de crastina Dominica, ùt ibidem ac propriò locò, cum *Suffragijs*, & *Precibus Dominicalibus* suis locis. *Col. Vir.* At verò in Societ. JESU dic: tunc usque ad Capitulum de *Octava*, ùt herì; à Capitulo verò de Dominica, cum Commemoratione Octavæ, sine Suffragijs, & Precibus. *Col. Alb.*

13. S. Eduardi Reg. & Confess. Semiduplex, cum *Suffragijs*, & *Precibus Dominicalibus* suis locis in Ecclesia universali. *Col. Alb.* Si hodie occurrat Dominica, transfertur hodiernum Festum semidupl. in Diem proximam Officiô 9. Lectionum non impeditam: alioqui fit de eo *Officium* hac Die in hunc modum: In Hymn. *Iste Confessor* mutatur 3. Versus. Lect. I. Nocturn. de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium Libri S. Scriptur. nondum positum. II. Nocturn: propr. III. Nocturni: *Sint lumbi &c*, de Communi Confessorum non Pontif. primô locô. Orat. propr. Reliqua ùt in Communi unius Confessoris non Pontif.

Missa: *Os Justi, &c*, 1. de Communi Confess. non Pontif. cum cr. *ria*, sine *Credo* in Ecclesia universali. Oratio. 2. *Acunctis*. 3. Ad libitum Præfat. Commun. *Col. Alb.*

In Societate JESU fit hodie in *Officio*, & *Missa* Commem. de Octava suô respectivè locô cum *Credo*: dicitur quidem hodie occurrat Dominica, non dicitur in *Missa* (dicendâ tunc, translatô S. Eduardô, unà cum *cio* in Colore Albo de *Domin.* tertia Oratio, nisi alicubi simul *stum Simplex* occurrat. *Col. Alb.*

Vesperæ, si hodie factum de S. Eduardo, nec cras occurrat Dominica, dic: à Capitulo de Festo Semiduplici sequente S. Callisti Pap. & Martyr. Orat. propr. Cæterùm in primis Vesperis un. Martyr. cum Commemoratione præcedentis, cui in Societ. JESU subjungitur etiam Commemoratio de Octava S. Francisci Borgiæ. *Col. Rub.* Si autem factum fit hodie de Dominica integræ hodie Vesperæ dic. de ea, cum Commemoratione sequentis (cui in Societate JESU additur Commemorat. de Octava S. Francisci Borg.) *Col. Virid.* ubi non curritur reliqua Octava: at verò in Soc. JESU *Col. Alb.* Quòd si cras primùm occurrat Dominica, tunc hodiernæ Vesperæ usque ad Capitulum dic. de S. Eduardo, à Capitulo autem de

Oc-

crastina Dominica, cum Commemoratione præcedent. & (in Soc. JESU) etiam Octavæ. *Col. Virid*, Ubi non currit Octava, at verò Albus in Soc. propter Octav.

14. S. Callisti Pap. & Martyr. Semidupl. cum Suffragijs Sanctorum, & Precibus Dominicalibus suò locô in Ecclesia universali. *Col. Alb.* Si hodie occurrat Dominica, transfertur hodiernum Festum Semidupl. in Diem proximam Officiô 9. Lectionum non impeditam: alioquin fit de eo *Officium* hac Die sequentem in modum: Lect. I. Noctur. de Scriptura occurrente, nisì ponendum sit Initium alicujus libri S. Scriptur. nondum positum. II. & III. Nocturni, utì notantur hac die in Propr. Sanctorum. Orat. pariter propria.

Missa, utì notatur, cum *Gloria*, sine *Credo*. Orat. 2. *A cunctis*. 3. Ad libitum. Præfat. Communis. Si hodie occurrat Dominica, translato S. Callisto in diem proximam non impeditam, fit hodie de illa, ut in Psalterio, ac in Propr. de Tempor. *Col. Virid.* ubi non currit aliqua Octava: at verò in Soc. JESU. *Col. Alb.* ob Octavam S. Francis. Borgiæ, cujus in *Officio* occurrentis hodie *Dominicæ* fit etiam Commemoratio, utì & in *Missa*, in qua ob curreutem Octavam non dic: 3, Oratio.

Vesperæ de sequente Festo duplici S. Teresiæ Virg. ùt in primis Vesperis de communi Virg. exceptô Hymnô, quem proprium habet, utì & propriam Orationem, cui subjungitur Commemoratio præcedentis, seu Festi, seu Dominicæ, in Ecclesia universali, non item ibi, ubi hoc Festum celebratur Ritu duplici 1. aut 2. Classis. In Societ. JESU verò additur dictæ Commemorationi præcedentis (seu Festi, seu Dominicæ) etiam Commemoratio de Octava S. Borgiæ. *Col. Alb.* Si cras occurrat *Dominica*, tunc in Ecclesia universali ante Commemorationem de S. Callisto fit Commemoratio de ea, post Commemorationem verò de S. Callisto fit etiam Commemoratio de Octava in Societ. JESU. Ubi verò *S.* Teresia est Duplex 1. aut 2. Classis, ibi nonnisi sequentis Dominicæ fit Commemoratio, non item Semiduplicis cujuscunque præcedentis, ùt paulò ante dictum.

15. S. Teresiæ Virg. Dupl. min. *Col. Alb.* In Officio: Ad *Matutinum* Hymn. propr. Lect. I. Noctur. *De Virginibus &c*, ùt in Communi Virg. 1. locô. II. Nocturn. propr. Ad *Laudes* Hymnus proprius (utì & Oratio) ex I. Vesperis. Reliqua ùt in Communi Virg.

Missa: *Dilexisti &c* (extans in quibusdam Missalibus in Ordine) 1. de Communi Virg. tantùm, exceptâ Oration. quæ (non item Correspondens ei Secreta, ac Postcommunio

munio) est propria, dic: autem cum *Gloria*, sine *Credo*, nisi veniat in Dominica: & tunc de hac fit Commemoratio in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa*, etiam ibi, ubi S. Theresia est Patrona. Præfat. Commun. *Col. Alb.*

In Societate JESU fit in *Officio*, & *Missa* Commemoratio de Octava S. Francis. Borgiæ, attamen post Commemorationem de *Dominica*, si quæ hodie occurrat.

In II. *Vesperis* (dicendis integrè de S. Teresia, nisi cras alicubi occurrat Festum duplex) omnia dic: cum Hymno, & Oratione propria, ùt heri in I. Vesperis, excepto Versu: *Diffusa est Gratia &c*, qui dic: ùt in 2. Vesperis in Communi Virg. Si cras occurrat *Dominica*, aut Festum *Semiduplex* (v. g. alicubi S. Galli Abbatis) aut *Dies infra Octavam*, (ùti in Societate JESU) aut Officium B. M. in Sabbato, fit de illis Commemoratio: quæ tamen duæ ultimæ ibi non fiunt, ubi hodiernum Festum celebratur Ritu duplici 1. Classis. *Col. Alb.* Quòd si crastina Dies sit 1. dies hujus Mensis non impedita Officiò 9. Lection. tunc hodie post Vesperas diei dic: *Vesperæ Defunctorum* pro Mense Octobri, ùt suprà, in Choro.

16. Ubi hodie fit de *Feria occurrente*, aut de *B. V.* in Sabbato, ibi observanda sunt ea, quæ die 3. & 11. hujus: At verò in Societate JESU, nisi hodie occurrat heri de *Dominica*, aut alicubi de Festo 9. Lectionum, fit hodie *Officium*, & Missa de Die 7. infra Octavam S. Franc. Borgiæ sub Ritu semidupl. ùti 10. ac 12. hujus, exceptis Lectionibus quæ in I. Nocturn. dic de Scriptura Feriæ currentis. In II. Nocturno Sermo S. Bernardi Abbatis: *S. Francisci vita &c*, ùti notantur tum in Proprio Festorum Societat. JESU tum etiam in Octavario Romano die infra Octavam Commun. Confess. non Pontif. *fol.* 421. *&c.* In III. Nocturn. Homilia S. Bernardi Abbatis: *Arbitror Verba &c*, ùti tum in cit. Proprio Sanctorum Societ. JESU, tum etiam in Octavario Romano die 7. infra Octavam Commun. Abbatum, *à fol.* 459.

Quòd si hodie occurrat Dominica, aut *Festum 9. Lectionum*, tunc in Societat. Jesu procedendum usque ad Vesperas, ùt suprà die 10. & 11. hujus fuit declaratum: & siquidem Secreta Missæ de S. Borgia coincideret alicubi cum Secreta Festi hodie occurrentis (ùti contingit Oeniponti, & Halæ in Tirol ob occurrens Festum S. Galli Abbatis) tunc Secreta pro S. Borgia sumenda esset hodie ex Missa: *Justus, ut Palma &c*, quæ est 2. de Communi Confess. non Pontif. ac Missam de *Abbatibus* proximè præcedens; esse autem in hujusmodi Casibus, in quibus Secreta posterior est eadem cum

Secre-

Secreta præcedente, è locô proximè vicino petendam Secretam posteriorem diversam, indicat Gavantus Tom. 1. P. 1. Tit. 7. n. 8. lit. q. ante finem: accedit ratio majoris Commoditatis; nolim tamen eum arguere erroris, qui eam acciperet ex Missa I. de Communi Confess.

Vesperæ hodiernæ (nisi hodie factum fuerit de Festo 9. Lectionum, aut cras occurrat Dominica) dic: in Ecclesia universali de Festo sequente S. Hedwigis viduæ, Quod modò in Ecclesia universali est *Semidupl. de Præcepto*, habétque propriam Orationem: Reliqua dic: ùt in 1. Vesperis de Communi, nec Virg. nec Martyr. cum *Suffragijs* Sanctorum, & *Precibus Dominicalibus* suis locis, nisi alicubi currat aliqua Octava, aut nisi alicubi habeat altiorem Ritum. *Col. Alb.*

Quòd si cras occurrat *Dominica*, tunc in Ecclesia universali transfertur crastinum Festum Semiduplex; hodiernæ autem Vesperæ fiunt usque ad Capitulum dicuntur de Sabbato currente, ùt in Psalterio per annum; à Capitulo verò de crastina Dominica, ùt ibi, & in Proprio de Tempore cum *Suffragijs* Sanctorum, & *Precibus Dominicalibus* suis locis. *Col. Vir.* At verò in Societ. JESU dic: hodiernæ Vesperæ Ritu duplici minore de die Octava S. Francisci Borgiæ, utì in 1. Vesperis Festi, cum Commemoratione Festi Semiduplicis præcedentis, si quod hodie alicubi fuit celebratum, aut Dominicæ, si quæ hodie, vel cras occurrat. *Col. Alb.*

17. S. Hedwigis Ducissæ Polon: Vid. Semidupl. *Col. Alb.* Si occurrat *Dominica*, transfertur hoc Festum in Ecclesia universali in diem proximam Officiô 9. Lectionum non impeditam: alioqui fit de illo hac die sequenti modô: Lect. I. nocturn. de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus libri S. Scriptur: nondum positum. II. Nocturn. propriæ, utì notantur vel in Ordine, vel inter Festa ad libitum in fine Breviariorum minùs recentium. In III. Nocturn. *Simile est Regnum Cœlorum Thesauro &c*, ùt in Communi non Virginum. Oratio modò propria. Reliqua, ùt in Communi Sanctarum, nec Virg. nec Mart.

Missa: *Cognovi*, de Communi nec Virg. nec Martyr. cum *Gloria*, sine *Credo*. Orat. 2. *A cunctis*. 3. Ad libitum. Præfat. Communis. *Col. Albus.*

In Societate Jesu, translatâ S. Hedwige in diem proximam non impeditam Officiô 9. Lectionum, fit hodie Officium, & Missa de die Octav. S. Franc. Borgiæ, dicendo omnia, utì in Festo, exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturn. sunt de Scriptura occurrente. In II. Nocturn. de Sermone S. Bernardi

Abbatis : *Gaudete in Domino &c*, prout notantur in Proprio Festorum Soc. Jesu, atque etiam in Octavario Romano (unde sunt desumptæ) ad *Diem Octavam* Confess. non Pontif. *Pag.* 422. & *seqq.* In III. Nocturn. de Homilia S. Bernardi Abbat. *Ego enim dixi &c*, uti rursum notantur in Proprio Festorum Societat. Jesu, atque etiam in Octavario Romano ad diem Octavam Commun. Abbatum, unde sunt desumptæ : notandum tamen hîc est, quòd, si herì ob occurrens Festum 9. Lectionum, aut Dominicam, non factum fuit Officium *de Octava*, adeoque Lectiones diei septimæ infra Octavam alioquin assignatæ, herì non sunt Lectæ, tunc hodie in II. & III. Nocturn. vel legi possint illæ, quæ herì legi non potuerunt, vel si malis dicere hodiernæ diei Octavæ in dicto Proprio, & Octavario assignatas, tunc Lectionibus II. & III. Nocturni non debeas præmittere hunc Titulum : *De Sermone S. Bernardi Abbatis*, ût ibi, sed hunc : *Sermo S. Bernatdi Abbatis*, ac si esset initium Sermonis, ob Rationem suprà die 12. ex Gavanto allatam. Idem est de Tit: *Homiliæ* in III. Noct.

Missa, ût in Festo, cum *Gloria*, & *Credo*, Orat. unica (nisi hodie occurrat Dominica) & Præfat. Commun. *Col. Alb.* Si hodie occurrat Dominica, fit de ea in 1. Vesperis, Laudibus, & Missa Commemoratio, cum 9. de eadem in Offic. Lectione, & ultimô in eadem Missa Evangeliô.

Vesperæ hodiernæ dic: sub R[itu] duplici 2. Classis de seq. Festo S. Lu[cæ] Evangel. recitando omnia, ut [in] 1. Vesperis de Communi Apostolorum, excepta Oratione, quæ est [pro]pria : & siquidem cras occurrat Dominica, fit de eadem Commemoratio ; non tamen fit in hodiernis Vesperis Commemoratio Dominicæ si quæ hodie occurrat. *Col. Rub.*

In Societate Jesu fit in hodiernis Vesperis de die Octavæ Borgiæ nonnisi Commemoratio, tamen ante Dominicam cras occurrentem. *Col. Rub.*

18. S. Lucæ Evangel. dup[lex] 2. Classis. *Col. Rub.* Offic. ut in Communi Evangel. & Apostolorum ac propriô locô. Si veniat in Dominica, fit de ea Commemoratio in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa*, cum 9. de eadem Dominica Lectione in *Officio*, & ultim. Evangel. in *Missa*.

Missa, uti notatur, cum *Gloria*, & *Credo*. Orat. unica, nisi veniat in Dominica. Præfat. de Apost. *Col. Rub.*

Hodie cantari posse votivam solennem de S. Spiritu pro felici StudiorumGymnasticorum Instauratione apud PP. Societatis Jesu in Provincia Germaniæ Superioris multis (salvô meliore aliorum judicio) nullum est dubium, saltem ubi numero-

merosior est juventus Gymnastica: in ea dic: *Gloria*, & *Credo*, at verò Oratio unica. Præfatio de *S.* Spiritu, omissis tamen illis Verbis: *Hodierna Die. Col. Rub.* Fortè non deerit, qui putet, locô Missæ Solemnis votivæ etiam in celebrioribus Lyceis cantandam esse Missam de die, nempe de Festo occurrente S. Lucæ ad eum modum, quô Gerlac. Vinitor in Compend: Sac. Ritu. P. 1. Tit. 4. in Annotationibus cantandam esse contendit de die currente in Dominicis & Festis in *Susceptione Habitus Religiosi, aut Professione solemnium votorum &c*, addendo Orationi Missæ de Officio diei currentis Orationem de S. Spiritu, & ambas sub unâ eademque conclusione dicendo, uti bene juxta Rubricam Pontificalis Romani in Ordinationibus generalibus, consecratione Episcopi, Benedictione Abbatum &c. Vide dicenda P. III. *Tit. 7. De Miss. votiv.*

Vesperæ de S. Luca, cum Commemoratione *S.* Petri de Alcantara Confess. Antiph. & Vers. de Communi. Confess. Orat. propr. *Col. Rub.*

Ubi *S. Lucas* celebratur cum Octava, Lect. II. & III. Nocturn. infra Octavam dic. uti notantur in Octav. Romano à fol. 193. & 208.

19. S. Petri de Alcantara Confess. in Ecclesia universali duplex minus. *Col. Alb.* In Officio Hymnus: *Ite Confessor*, dicitur cum mutatione 3. Versus. Lect. I. Noctur. de Scriptura occurrente. II. prop. III. *Nolite timere &c*, ût in *Communi* Confess. tantùm. Si hodie occurrat *Dominica*, fit de ea Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, cum 9. de eadem Dominica Lectione in *Officio*, & ult. Evang. in *Missa.*

Missa: *Justus, ut Palma &c.* [extans in quibusdam Missalibus in Ordine) 2. de Communi Confess. non Pontif. exceptâ Epistolâ: *Fratres, quæ mihi fuerunt lucra &c*, quæ exstat in fine ejusdem Missæ. Dic: in ea *Gloria*, sine *Credo*, nisi ubi est Patronus, aut nisi veniat in Dominica. Orat. unica, nisi occurrat Dominica. Præfat. Commun. *Col. Alb.*

Vesperæ in Ecclesia universali integræ dic: de *S.* Petro de Alcantara: at verò in Societat. Jesu, nisi cras occurrat Dominica, aut aliquando, vel alicubi faciendum sit de Festo alio 9. Lectionum, seu *occurrente*, seu *translato*, fit in hodiernis Vesperis (post Commemorationem de Dominica, si quæ hodie occurrat) Commemoratio de *S.* Hedwige vid. habente nunc *Ritum Semidupl. de Præcepto*, & fuit 17. hujus, quâ in Societate Jesu fit (ubi *S.* Hedwigis non habet altiorem Ritum, de *Die Octava S.* Francisci Borgiæ, ût ibi. Quòd si cras occurrat fieri de B. Maria in Sabbato, etiam hujus fit Commemoratio in hodiernis Vesperis, nisi ubi S. Petrus de Alcantara est dupl. pri-

mæ Classis. *Col. Alb.* Si crastina dies sit 1. dies hujus Mensis non impedita Officiô 9. Lectionum, hodie post Vesperas diei dic: pro Mense *Vespera Defunctorum* in Choro.

20. Nisi hodie occurrat fieri de *Dominica*, aut alicubi, vel aliquando de *Festo 9. Lectionum*, fit in Ecclesia universali hodie de Feria currente, vel, si Sabbatum, de B: V. in Sabbato, & siquidem sit 1. Dies hujus Mensis non impedita Officiô 9. Lectionum, aut hodie occurrat *Feria secunda*, observanda sunt ea, quæ suprà die 3. & 11. hujus. At verò in Societate Jesu, nisi hodie occurrat Dominica, aut faciendum sit alicubi, aut aliquando de Festo alio 9. Lectionum, fit hodie Officium & Missa Ritu *Semiduplici* superiùs die 17. Octobr. descriptô de S. Hedwige Vid. eò quòd ob *Diem Octavam* S. Francisci Borgiæ stabiliter cadentem in diem 17. Octobris (quâ alioqui occurrit Festum S. Hedwigis) hujus Sanctæ Festum in Societate quotannis necesse habeat transferri: & olim quidem, cùm S. Hedwigis erat etiamnum Festum *Semiduplex* solummodo *ad libitum*, hæc erat *Dies fixa*, quâ per Speciale indultum Sedis Apostolicæ quibusdam Societatis Provincijs ad Assistentiam Germaniæ pertinentibus licebat sub Ritu Semiduplici ad libitum *Officium*, & *Missam* dicere de S. Hedwige Vidua, nisi in diem hodiernam incideret Dominica, idque non obstante Decreto S. R. C: aliquot annis antea edito nempe 1682. 24. Januarii de non transferendis Festis *ad libitum* etiam *duplicibus*, incidentibus alibi in aliquam Octavam; Sede Apostolica privilegium hoc, ut opinor, ea de causa tunc concedente dictis Provincijs, nè stante illo Decreto Generali, perpetuò contingerentur Provinciæ illæ Septentrionales carere solatiô eximiam hanc suam Patronam *Officiô*, & *Missâ* in ejus honorem dictis, venerandi, cùm modò (nempe ab anno 1701 Festum S. Hedwigis è *Festo ad libitum* evaserit *Festum de præcepto*, adeoque cesset ratio, ob quam respectu earum Provinciarum S. J. à Sede Apostolica assignata fuerat stabilitas hodierna Dies (nempe Dies 20. Octobris) pro ejus celebratione, potiò antè adducta, ideo etiam modò definit hujus Festi in dictis Provincijs à die 17. in diem aliam non impeditam translatio esse amplius affixa determinatè diei 20. Octobris, ac proinde in Casu, quô simul occurrius Semidup. (v. g. Callist.) festo celebrari impeditum, ultra diem 19. Octob. transferri debet ob occurr. alicubi die 16. Octobr. Festum alius Semiduplex Locale, tunc etiam in ejusmodi Provincijs Die 20. Octobris (nisi sit impedita Festo alio occurrente) faciendum est de Semiduplici translato antiquiore (nempe

ge de S. Callisto in dicto Casu) seu peritis occurrente, Festum autem Semiduplex S. Hedwigis, modò etiam in Soc. ulteriùs tunc transferendum, uti rescriptum ad me Româ 1711. cum enim nunc sit de Præcepto, fuit modò etiam in tota Societate ad Diem suam, scilicet 17. Octobr. quæ si sit impedita (uti in Soc. est impedita, nisi S. Hedwigis alicubi in primæ, aut secundæ Classis) eô modò ac ordine est transferendum, quo alia Festa Semiduplicia ex Rubricarum Præscripto in universali Ecclesia transferuntur servato ordine antiquitatis, & Rubricâ de translatione Festorum n. 5. ac 7.

In Ecclesia universali (nisi occurrat hodie, vel cras fieri de Dominica, aut Festo translato 9. Lectionum) dic: Vesperæ hodiernæ usque ad Capitulum de Feria currente, ùt in Psalterio; à Capitulo vero de S. Hilarione Abbbate ùt in 1. Vesperis de Communi Confess. non Pontif. Orat. *Intercessio nos &c.* de eodem Communi, & fit Commemoratio Ss. Ursulæ, & Soc Virg. ac Mart. ùt ibi cum *Suffragijs* Sanctorum, & *Precibus Dominicalibus* suis locis. *Col. Alb.* Quòd si crastina Dies sit 1. Dies Mensis non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc hodie post Vesperas Diei dic: *Vesperæ Defunctorum*, & cras unum *Nocturnum* (Feriæ currenti correspondens) unà cum *Laudibus* Officij *Defunctorum*: quod idem observandum unà cum annotatis suprà Initiô hujus Diei, si aliqua sequentium Dierum, aut Feriarum hujus Mensis sit prima Dies Mensis similiter non impedita, vel incidat in Feriam II. aut in Sabbatum.

Ubi (uti in pluribus Germaniæ Locis) celebratur cras Festum S. Ursulæ sub *Ritu Duplici*, ibi hodiernæ *Vesperæ* integræ dic: ùt in Communi un. Virg. Martyr: exceptis Versu: *Adducentur Regi &c*, Antiphonâ ad *Magnificat*: *Prudentes Virgines &c*, & Orat. *Da nobis, quæsumus Domine &c*, quæ dicuntur, uti notantur, in eodem Communi Virginum pro pluribus Virginibus, ac Martyribus immediatè ante Matutinum, sed in Oratione Vocabulo *Martyrum* addendum est: *Tuarum*, ac vocabulo *Ursulæ* addendum: *Et Sociarum ejus*, ùt constat ex Missa S. Hilarionis, cujus in hodiernis Vesperis fit nonnisi Commemoratio in ijs Locis, in quibus Festum S. Ursulæ celebratur cras *Ritu Duplici minore*: in ijs autem, in quibus tanquam *Patrona* celebratur Ritu *duplici* 1. *Classis*, ibi nec hodie, nec cras fit aliquid in *Officio*, aut *Missa* de S. Hilalione: uti nec de Dominica, hodie occurrente in hodiernis Vesperis, bene tamen de Dominica cras occurrente, in ejusmodi loco. *Col. Rub.*

21. S. Hilarionis Abbat. Festum *Simplex*, seu *trium Lectionum* in Ecclesia universali, cum Com-

mem: Ss. Ursulæ, & Soc: necnon Suffr: Sanctor. ac Precib: Dominical: suis locis. *Col. Alb.* Nisì hodie occurrat fieri de *B. M. in Sabbato*, vel de *Dominica*, vel de *Festo 9. Lectionum*, vel denique alicubi de Die *infra Octavam*, fit hodie *Officium*, & *Missa* in Ecclesia universali Ritu *Simplici* de S. Hilarione Abbate. Ad *Matutinum* Invitatorium & Hymn. de Communi Confess. non Pontif. Antiphonæ, & 12. Psalmi feriales. Lectio 1. de Scriptura occurrente. Secunda & tertia propriæ. In *Laudibus*, & deinceps omnia, ùt in Communi Confess. non Pontif. usque ad Nonam inclusivè. In ijsdem Laudibus fit Commemoratio Ss. Ursulæ, & Sociar. utì in primis Vesperis. Reliqua omnia eô proportionaliter modô dicuntur, ac fiunt, quô suprà Die 1. Septembris, ac 7. Octobris, cum alijs ibidem annotatis.

Missa: *Os Justi &c* (extans in aliquibus Missalibus in Ordine) de Communi Abbat. cum *Gloria*, sine *Credo*. Orat. 2. de Ss. Ursula, & Sociab. ùt ibi, vel in Communi plur. Virg. MM. ante Missam: *Dilexisti &c.* 3. *A Cunctis*, nisì ratione Mensis, aut Feriæ II. 2. locô dicendum sit *Fidelium*, & 3. primùm facienda Commemoratio de Ss. Ursula, & Soc. Præfat. Communis. *Col. Alb.* Porrò

Si incidat hoc Festum Simplex in Feriam II. vel in Sabbatum, vel in Dominicam, vel Diem infra Octavam, vel sit simul 1. Dies Mensis non impedita Officiô 9. Lectionum, observanda sunt ea, quæ suprà 5. & 7. hujus &c.

Ubi autem fit hodie Ritu duplici de Ss. Ursula, & Sociab. ibi Officium dicitur, ùt in Communi un. Virg. Martyr. Exceptis Lectionibus (quæ dic: utì in proprio illius Ecclesiæ, aut Diœcesis notantur) necnon Antiphonâ ad *Benedictus*, ac Versu, & Oratione, quæ dic: ùt suprà in primis Vesperis, cum Commemoratione S. Hilarionis Abbatis in *Officio*, & *Missa*, nisì ubi Festum S. Ursulæ celebratur Ritu duplici 1. Classis; ibi enim nihil fit *de Simplici* hodie occurrente in *Officio*, aut *Missa*, Si verò alicubi sit duplex 2. Classis, nulla quidem fit Commemoratio de *Simplici* in I. *Vespere*, bene tamen in hodiernis *Laudibus*, ac *Missis privatis*, non item in *Missa solenni*. *Col. Rub.*

Missa: *Loquebar &c.* 1. de Communi Virg. & Martyr. exceptâ primâ Oratione, quæ dic: utì notatur in Missa S. Hilarionis, & in Communi plur. Virg. Martyr. ante Missam: *Dilexisti*, exceptâ item Epistola, quæ sumitur ex Missa: *Vultum tuum*, & incipit: *Da Virginibus Præceptum &c.* Nisì celebretur Ritu duplici 1. Classis, fit de S. Hilarione Abbate Commemoratio, ùt suprà. Dic: *Gloria*, & ibi, ubi habetur vel inf.

gnis

gnis de his Sanctis *Reliquia*, vel est *Patrona Ecclesiæ*, aut *Loci*, vel occurrit in *Dominica*, etiam *Credo*. Præfat. Commun. *Col. Rub.*

Vesperæ (nisi hodie, aut cras occurrat fieri de *Dominica*, aut *festo 9. Lectionum*, vel de *S. Maria in Sabbato*) dic: hodie in Ecclesia universali de Feria currente. *Col. Virid.* Ubi autem hodie fit de Ss. Ursula, & Soc. aut cras de S. Cordula Virg. & Martyr. ibi ordinantur respectivè hodiernæ Vesperæ, ut in Proprio ejusmodi Ecclesiæ, ac Communi Virg. & Mart.

Non omittendum est hôc loco, quod Gavant. Tom. 2. s. 7. c. 12. Die 21. Octobr. habet, ubi ait: Si alicujus ex his Virginibus (quarum nempe in hodierno Officio in Ecclesia universali fit Commemoratio) adsit alicubi Caput, aut insignis reliquia, ignoretur autem ejus Sanctæ Nomen, faciendum esse de Officium *Ritu duplici*, sumpta Oratione de Communi in singulari, tacito illius Nomine (quod fit in S. Cultro, ac alijs) cum Commemoratione *S.* Hilarionis, & Ss. Ursulæ, ac Sociarum ejus, nisi aliud à Majoribus concedatur, aut legitimè præscribatur.

22. Hodie Officium, & Missa fiunt. in Ecclesia universali, ut supra 20. hujus, cum alijs ibi annotatis.

23. Omnia ad Normam Diei hesternæ, in Ecclesia universali; ast verò in locis, quibus id concessum, dicuntur hodiernæ Vesperæ de S. Raphaële Archangelo sub Ritu *duplici minore*, uti in Calce plurium Breviariorum Die 24. Octobris inter *Festa* quorumdam *locorum particularium* notanur, cum Commemoratione Dominicæ hodie, vel cras occurrentis. *Col. Alb.*

24. Omnia pariter ad Normam Diei 20. hujus in Ecclesia universali: ubi autem hac Die ex Indulto Apostolico celebratur Festum S. Raphaëlis Archangeli sub Ritu duplici minore (quale Indultum haberi dicunt pro omnibus utriusque sexus Fidelibus Regnorum Hispaniarum, aliorúmque Regnorum, Ditionum, Provinciarum, Dominiorum Regi Catholico Subditorum, qui ad Horas canonicas tenentur, uti dicitur in Supplemento Breviarij annô 1711. Venetijs impressi) ibi *Offic.* & *Miss.* hujus Diei ordinántur prout notantur in Propr. loco, aut ad Calcẽ Breviar. & Missal. Romani hac Die, cum Commemoratione Dominicæ (si quæ occurrat) in *Officio*, & *Missa*, necnon de eadem *Dominica* in illo 9. Lectione, ac ultimô in hac Evangeliô. In II. Vesperis fit in loco, in quo S. Raphaël non est duplex primæ Classis, sed duplex inferioris Classis, Commemoratio Ss. *Chrysanthi*, & *Dariæ MM.* Cui insuper præmittitur Commemoratio

de

de S. Maria in Sabbato, si cras occurrat Sabbatum non impeditum Officiô 9. Lectionum, aut *Dominica*, si cras occurrat fieri de Dominica. *Col. Alb.*

In *Ecclesia* autem *universali* (nisi cras occurrat *Sabbatum*, aut *Dominica*, vel alicubi *Dies infra Octavam*, vel aliud Festum 9. Lectionum) dic: hodiernæ Vesperæ usque ad Capitulum de Feria currente, à Capitulo verò de Ss. Chrysantho, & Daria MM. sub Ritu Simplici, ac cum *Suffragijs* Sanctorum, & *Precibus Dominicalibus* suis locis. Oratio propria. *Col. Rub.*

In Regno Neapolitano fit cras *Officium*, & *Missa* sub Ritu duplici de Ss. Gavino, Proto, & Januario MM. cum Commemoratione Ss. Chrysanthi & Dariæ in primis Vesperis, Laudibus, & Missa, necnon cum nona de ijsdem Lectione (nisi hæc sit dicenda de occurrente Dominica) in Officio; quod dicitur, ùt in Communi plurimorum MM. exceptis Oratione propria, & Lectionibus, quæ in I. Nocturn. dicuntur de Scriptura currentis Diei: in II. Nocturno, prout notantur in propriô locô ad calcem quorumdam Breviariorum: in III. Nocturno: *Cùm audieritis prælia*, de eodem Communi. *Col. Rub.*

25. Ss. Chrysanthi & Dariæ MM. Festum *Simplex*, seu 3. *Lectionum*. *Col. Rub.* Nisi hodie occurrat fieri de B. M. in Sabbato, vel de Dominica, vel de Festo 9. Lectionum, aut Die infra Octavam, fit hoc die Offic. & Missa Ritu simplici, cum Suffragijs Sanctorum, & Precibus Dominicalibus suis locis de Ss. Chrysantho, & Daria. In *Matutinum* Invitatorium, & Hymnus dic: de Communi plur. MM. Antiphonæ, & Psalmi 12. de Feria currente, ùt in Psalterio. Prima Lectio de Scriptura occurrente, secunda & tertia propriæ: Reliqua omnia eô proportionaliter modô dic: ac supra unt, quô suprà 5. hujus in Festo Placidi, & Socior. cum alijs ibidem annotatis.

Missa, utì notatur, cum *Gloria*, fine *Credo*. Orat. 2. *A cunctis*. Ad libitum, nisi ratione Memoriæ, aut Feriæ II. 2. locô dicendum *Fidelium*, & 3. *A cunctis &c.* Præfat. Commun. *Col. Rub.*

Si incidat hoc Festum in Feriam II. vel in Sabbatum, vel in Dominicam, vel in Diem infra Octavam, vel sit simul prima Dies Missis non impedita Officiô 9. Lectionum observanda sunt ea, quæ suprà in simili 5. & 7. Octob. necnon 22. Sept.

Vesperæ (nisi hodie, vel cras occurrat fieri de *Dominica*, aut de Festo 9. *Lectionum*, vel cras de *Vigilia* Ss. Simonis & Judæ anticipatò) dicuntur usque ad Capitulum de Feria currente, à Capitulo autem de S. Evaristo Pap. ac Martyr. ùt in primis Ve-

spe-

geris un. Martyr. Oratio : *Infirmitatem*, ùt in eodem Communi un. Martyr. cum Suffragijs Sanctorum, & Precibus Dominicalibus suis locis. *Col. Rub.*

Quòd si, ob occurrentem in Dominica *Vigiliam Ss. Simonis*, & *Judæ Apostolorum*, crastinò Sabbatò anticipatò sit faciendum de prædicta *Vigilia*, tunc hodiernæ Vesperæ integræ dici debent de hodierna Feria currente, ùt in Psalterio; de S. Evaristo autem tunc fieri in ijs solummodo Commemoratio juxta Rubricam Gen. XI. *n.* 10. eique subjungitur Commemorat. de Cruce, & Suffragia Sanctorum cum Precibus Dominicalibus ad Completor. *Col. Virid.*

26. S. Evaristi Pap. & Mart. Simplex. *Col. Rub.* Nisi hodie occurrat fieri anticipatò de Vigilia Ss. Simonis, & Judæ Apostolorum, vel Festo 9. Lectionum, aut die infra Octavam, fit hodie Officium, & (Missa Simplici Ritu cum Suffragijs Sanctorum, & Precibus Dominicalibus suis locis) de S. Evaristo Pap. ac Martyr. Ad *Matutinum* Invitatorium & Hymn. dic. ùt in Communi unius Martyr. Antiphonæ, & Psalmi de Feria currenti, ùt in Psalterio. Lect. 1. & 2. de Scriptura occurrente. tertia propria. Reliqua omnia eò proportionaliter modò dicuntur ac fiunt, quò suprà 22. Septembris in Festo S. Mauritij, ubi id Ritu simplici celebratur, cum alijs ibid. annotatis.

Missa : *Statuit*, 1. de Communi unius Martyr. Pontif cum *Gloria*, sine *Credo*. Orat. 2. *A cunctis*. 3. Ad libitum, nisi ratione Mensis, aut Feriæ II. in Missis privatis dicendum 2. locò sit *Fidelium*, & 3. *A cunctis*. Præf. Commun. *Col. Rub.*

Si incidat hoc Festum in Feriam II. vel in Dominicam, vel in Diem infra Octavam, vel sit simul 1. Dies Mensis non impedita Officiò 9. Lection: observanda sunt ea, quæ suprà 5. Octobris & 22. Septembris.

Quòd si incidat hoc Festum in Sabbatum, tunc ob occurrentem cras Dominicam *Officium* & *Jejunium* Vigiliæ Ss. Apostolorum Simonis & Judæ anticipatur ad diem hodiernam 26. Octobr. (non tamen anticipatur propterea à die consueto Annuntiatio Vigiliæ in Martyrologio) ac proinde Officium & Missa dic: tunc hodie de *Vigilia*; & *Officium* quidem fit *feriale* de Sabbato currente, ùt in Psalterio. Lectiones tres de Homil. Vigiliæ, utì notantur 27. Octobris: cum Benedictione 1. *Evangelica Lectio &c.* 2. *Divinum auxilium.* 3. *Ad Societatem &c.* Responsoria de Feria currente, nisi sint primò ponenda nondum primò posità. In laudibus dicuntur post dictam sub finem Cantici *Benedictus* Antiphonam de Feria currente ùt

in Psalterio, *Preces feriales*, in fine laudum Feriæ II. in eod. Psalt. positæ, & quidem flexis ab Hebdomatario genibus usque ad Versum : *Dominus vobiscum &c*, ante 1. Orationem ; à Circumstantibus autem usque ad Versum : *Benedicamus Domino &c* post ultimam Orationem. In ijsdem *Laudibus* post Orationem diei, seu Vigiliæ (positam in Proprio Sanctorum 27. Octobr.) fit Commemoratio de S. Evaristo (sine Lectione) postea de Cruce, cui subjunguntur Suffragia Sanctorum. Ad Horas pariter dicuntur *Preces feriales*, ibi ad finem Tertiæ in Psalterio positæ, flexis eodem, quô in laudibus modô, genibus. *Col. Viol.*

Missa tunc pariter est (*ùt dixi*) de *Vigilia Ss. Simon : & Jud.* sine *Gloria* & *Cred.* Orat. 2. de S. Evaristo Pap. & Martyr. 3. *Concede*, nisì ratione Mensis in *Missis privatis* dicendum 2. locô sit *Fidelium*, & 3. Commemoratio de S. Evaristo. Præfat. Commun. In fine *Benedicamus*, & Evangel S. Joann. In *Ecclesijs* autem *Cathedralibus* & *Collegiatis* tunc observanda sunt ea, quæ Rubrica gener. V. Missalis *n.* 1. præscribit de dicendis 2. Missis Conv.

Vesperæ : Si hodie factum sit de S. *Evaristo*, dic: integræ de Feria currente, cum Oratione Dominicæ præcedent: Commemorat: de Cruce, & Suffragijs Sanctorum in Vesperis, ac Precibus Dominicalibus ad Completor. *Col. Virid.*

Si autem hodie factum sit de *Vigilia*, Vesperæ usque ad Capitulum dic: de Sabbato currente, ut in Psalterio per annum : à Capitulo verò, de Dominica cras occurr. [illegible] ac propr. loc. cum Suffragijs Sanctorum, & Precibus Dominicalibus suis respectivè locis. *Col. Virid.*

27. Vigilia Ss. Simonis, & Judæ. Ritus simplex. *Col. Viol.*

Quando Festum Ss. Simonis & Judæ incidit in Feriam II. tunc ob occurrentem hodie Dominicam non fit hodie *de Vigilia*, sed ejus Officium, & *Missa*, tunc unà cum *Joannio de Præcepto* anticipantur ad Sabbatum antecedens, seu diem præcedentē modô, herì declaratô ; non tamen tunc perinde etiam anticipatur à die suo consueto Annuntiatio Vigiliæ in Martyrologio, sed fit eô die, [illegible] aliàs, ùt suprà ex Gavanto [illegible]sum.

Quando autem hodie non occurrit Dominica, nec alicubi, nec aliquando fieri debet de *Festo 9. Lectionum* (v. g. *translato*) nec de *Die infra Octavam*, nec de *Die Octava* alicubi occurrente, tunc hodie fit Ritu simplici de *Vigilia*, & Officium quidem fit *feriale* de Feria currente, ut in Psalterio, exceptis Lectionibus, & Oratione, quæ dic: utì notantur in proprio loco. Responsoria autem post

post Lectiones sumuntur ex Proprio de Tempore de Feria currente, nisi locô illorum ponenda sint alia nondum primò posita. Ad *Laudes*, & omnes *Horas* dic: Preces feriales in Pulcerio positæ, flexis (in Choro falcem) genibus, uti herì expositum. In ijsdem *Laudibus* fit Commemoratio ferialis de cruce, & dic: Suffragia Sanctorum.

Missa, uti notatur in Proprio Sanctorum, sine *Gloria* & *Credo*. Orat. 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. nisi ratione Mensis, aut Feriæ II. 2. seu penultimô locô dicenda sit Oratio *Fidelium*. Præfat. Commun. In Fine *Benedicamus*. *Col. Viol.* Quòd si hæc Vigilia sit dies prima hujus Mensis non impedita Officio duplici vel Semiduplici, tunc juxta Rubric. general. V. Missal. numerô primo, parte 2. dicuntur in Ecclesijs Cathedralibus duæ Missæ conventuales, una pro *Defunctis* (quotidiana) *Sanctis*, *Benefactoribus* & *alijs*; alia de *Vigilia* cum oratione 2. Concede 3. Ecclesiæ, vel pro Pap. & cæteris, ut paulò antè: in Ecclesijs autem nec Cathedralibus, nec Collegiatis dicitur tunc Missa de *Vigilia*, cum Commemoratione generaliter pro *Defunctis*, per Orationem *Fidelium* (penultimô locô dicendam) faciendâ: & simili modo in tali Casu dicendæ sunt etiâ Miss. priv. Quòd si verò hæc Vigilia incidat in Feriam II. & de ea fiat Officium, tunc non tantùm Missæ privatæ, sed etiam principalis juxta eandem Rubricam V. Missal. n. 2. parte secundâ dicitur de Vigilia, attamen cum Commemoratione pro Defunctis, dicendo 2. seu penultimô locô orat. *Fidelium*. Vide dicta 23. Junij ante finem de Vigilia Nativit. S. Joann. Bapt.

Si aliquando, aut alicubi occurrat hodie fieri de Festo 9. Lectionum, tunc in *Laudibus*, & Missa illius Festi fit hodie Commemoratio *Vigiliæ*, cum 9. de eâdem in Officio Lectione, & ultimo Evangelio in Missis privatis. In *Ecclesijs* autem *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dic: tunc duæ *Missæ Conventuales*, una de *Festo* post Tertiam, alia de *Vigilia* post Nonam, & in utraquæ dic: in fine Evangel. S. Joannis. In priore non fit Commemoratio *Vigiliæ*, nec in posteriore Commemoratio *Festi*. Quòd si in Officio facta fuerit quædam Commemoratio de Simplici, aut de die infra Octavam, fiet de his etiam Commemoratio in Missa conventuali *de Festo*, sed non in Missa conventuali illa, quæ dic: de *Vigilia*. Unde si Festum 9. Lectionum in Vigilia Ss. Simonis, & Judæ occurrens sit Semiduplex, in Missa *Festi* conventuali. (si simul Simpl. non occurrat) 2. Oratio erit *à cunctis*. 3. Ad libitum; in Missa autem conventuali de *Vigilia* 2. Oratio erit *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, sine Commemor. Festi, seu fit du-

duplex, seu Semiduplex; Missæ verò privatæ in eo Casu dicentur de Festo illo Semiduplici, cum Commemoratione Vigiliæ, & 3. Oratione *A cunctis*. Secùs esset, si die, quâ celebratur Festum Semiduplex incidens in Vigiliam, simul occurreret alicubi *Dies infra Octavam*; tunc enim in Missa Conventuali de Festo Semiduplici secunda oratio dicenda esset de *Octava* 3. *Concede*. Si denique hodie alicubi occurrat *Dies infra Octavam* sine Festo 9. Lectionum, tunc etiam in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis nonnisi una dic: Missa conventualis, nempe de Vigilia, cum Commemoratione Octavæ, & 3. Orat. *Concede*, ac ultimo Evangel. S. Joann. adeoque Missa in tali Casu discordabit ab Officio per *Rubricam Gen. Miss. Tit. III. n.* 2. & Gavant. ibid.

Eos, quibus alioquin à Sede Apostolica concessum est dicere semel aut pluries singulis Hebdomadibus, aut Mensibus *Officium*, & *Missam* de certo aliquo Mysterio, aut Sancto (v. g. de Sanctissimo Sacramento, aut sui Ordinis Patrono) diebus Festo aliquo duplici vel semiduplici non impeditis, non posse id facere vi hujus sui indulti seu Privilegij, in Vigil. constat ex Decr. S. R. C. suprà 23. Februar. occasione Vigiliæ S. Matthiæ allegatô.

Vesperæ de sequenti Festo, ùt in primis Vesperis Apostolorum, exceptâ Oratione propria, & non Commemoratio præcedentis Festi *Semiduplicis*, neque Dominicæ, si eadem *die* occurrat; bene tamen Dominica *subsequentis* etiam ibi, ubi cras est *Festum Patrocinij*; Festi autem duplicis alicubi, vel aliquando hodie non celebrati, fit quidem in hodiernis Vesperis Commemoratio, ubi cras num Festum non est duplex 1. Classis tantùm 2. Classis: ubi autem Festum cras occurrens est 1. Classis, ibidem Festi duplicis minoris præcedentis fit Commemoratio, bene tamen, ut dixi, Dominicæ cras occurrenti *Col. Rub.*

28. Ss. Simonis, & Judæ Apostolorum. Duplex 2. Classis in Ecclesia universali. *Col. Rub.* In *Officio* omnia dic, ùti notantur in Communi Apostolorum excepta Oratione, & Lectionibus trium Nocturnorum, quæ dic: ùti notantur in Proprio Sanctorum cum 9. Lectionum de Homilia Dominicæ, & Commorat. ejusdem in *Laudibus*, si quidem occurrat hoc Festum in Dominica.

Missa, ùti notatur in Proprio Sanctorum, cum *Gloria*, *Credo*, & Commemoraione Dominicæ, si quæ hodie die occurrat (etiam ibi, ubi hodie est *Patrocinium*) non tamen *Dominica infra Octavam*, si alicubi currat Octava, v. g. Dedicationis propriæ Eccles. Præfat. de Apostolis. In fine Evangel. Dominicæ, si quæ hodie occurrat, etiam ibi, ubi hodie est Festum

rum Patrocinij. *Col. Rub.* Ubi Ss. Simon, & Judas dividuntur (eò quod alter illorum sit *Titularis Eccle*sia) ibi juxta Rubricam post Tabulam occurrentiæ locò penultimò in Breviario descriptam, ac declaratam à Gavant. *Tom. 2. Sect. 3. C. 10. n. 11.* fit hodie in Ecclesia illa tantùm de Patrono, seu Titulari (& eodem Ritu duplici 1. Classis) de Socio autem nihil ibi fit hodie, sed transfertur is ibi in proximam diem non impeditam Festô 9. Lectionum, celebrandus tunc tamen (tantum unum ex Majoribus Festis) Ritu duplici 2. *Classis*, ùt in proprio die, juxta cit. Rubric. tunc autem in Officio de S. Simone Lectiones I. Nocturni sumendæ sunt de Communi Apostolorum, illæ verò, quæ à Breviario Romano assignantur in I. Nocturno de *Initio Epistolæ S. Judæ*, hujus Officio sunt reservandæ; eò quòd ipse sit Auctor ejus Epistolæ, ut notat Gavant. *Tom. 2. Sect. 5. C. 12. n. 15. & S. 7. C. 12. ad Diem 13. Octobris.* In II. autem Nocturno, quia Lectio quarta dividi non potest, ea legatur in Festo *Titulari*, & postea iterum in Officio alterius *translati*, sicut etiam Evangelium cum Homilia in III. Nocturn. at verò Lectio quinta, & sexta variari possunt, & desumi ex Communi Apostolorum, dicendo in Officio tantùm illas, quæ ibi habentur 1. locô in II. Nocturno (nempe : *Sermo S. Gregorij Pap. Scriptum est &c* ; &: *Quod ergo &c.*) In Officio verò alterius eas; quæ ibidem extant 2. locô, nempe post Vesperas II. Apostolorum, & incipiunt : *De Expositione S. Augustini &c* : *Fundamenta ejus &c*, &: *Si duodecim &c.* Oratio verò sic potest variari, ut in Officiô unius dicatur illa Oratio (sed in numero singulari) quæ alioquin in numero plurali utrique in hoc Festo est Communis, in Officio verò alterius dicatur Oratio Vigiliæ, at pariter in numero singulari, & mutatô Verbô : *Prævenimus* in *celebramus*, Verbo autem *præveniant* in Verbum *Imploret*. Gavant. *loc. proxim. cit.* & ex eo Arnaud : *hîc* : Quorum Prior tamen addit : *Sed in his Casibus consule S. R. C. ut aliquid proprium concedat.*

Infra Octavam autem, ubi vel ambo, vel alteruter illorum celebratur cum Octava, in II. Nocturn. dicuntur Lectiones, utì notantur in Octavario Roman. in Octava Communi Apostolorum *à fol.* 183. in III. verò Nocturn. utì notantur ibid. *à fol.* 169.

Missa, utì notatur in Propr*is Sanctorum* cum *Gloria*, *Credo*, & O*unica*, nisì veniant in *Dominica*; tunc enim fit hujus Commemoratio, etiam ibi, ubi sunt *Patroni Titulares*, legitúrque de eadem Dominica in fine etiam Evangel. Præfat. de Apostol. *Col. Rub.*

Vesperæ, excepta Oratione, ùt in

in II. Vesper. in Communi Apostolorum, cum Commemoratione Dominicæ, si quæ hodie, vel cras occurrat. *Col. Rub.* In Civitate, & Diœcesi Gerundæ dicuntur hodie Vesperæ de S. Narcisso sub Ritu duplici 1. Classis cum Commemoratione præcedentis, & cras Officium, & Missa de eodem inibi sub eodem Ritu, & cum Octava tanquam *Patrono Principali* illius loci, ac Diœcesis: in cæteris autem Hispaniarum Regnis per extensionem nonnisi sub *Ritu duplici minore* celebrari permissum die 29. Octobris: liquet ex *S. R. C.* Decretô die 3. Augusti 1697. emanatô, ac reformante Decreta añorum 1682. & 1689. additque: Die 18. Martij (forsan per errorem Typi posita est dies 18. pro 19.) quâ alioqui antea celebrabatur Ritu duplici 1. Classis Gerundæ, de eo fieri solummodo debere Commemorationem, sicut quadragesimali Tempore fit de Simplicibus, uti videre est apud Franciscum Monacelli P. 2. Formular: pract. legal. *Tit.* 13. *fol.* 67. & 68.

29. Nisi hodie alicubi occurrat Festum 9. Lectionum, observanda sunt ea, quæ suprà ad diem 2. (circa finem) ac 3. hujus Mensis sunt annotata. Quòd si hæc die, incidente in Feriam V. Hebdomadæ IV. Mens. Octobris, legi debeant juxta Rubricam dictæ Feriæ præfixam Lectiones Dominicæ V. Octobr. tunc Feriâ VI. subsequente Lectiones sumendæ sunt ex Feria 2. & 3. post Dominicam V. Octobris dicendo [illegible] pro una.

30. Observanda eadem [illegible] herî. Quòd si *Vigilia omnium Sanctorum* occurrat in *Dominica* [illegible] contingit, quando Festum omn. Sanctorum incidit in Feriam [illegible] tunc ejus *Officium*, & *Missa* una [illegible] *Jejunio de Præcepto* anticipantur Sabbatum præcedens, atque [illegible] ad diem hodiernam: non tamen perinde anticipatur etiam Annotatio Vigiliæ addiem præcedentem in Martyrologio, sed fit die (nempe hodie) ut alias, [illegible] alibi dicta ex Gavant. &c in Regulas Martyrolog.

Porrò *Officium*, & *Missa* [illegible] alijs ordinantur tunc eô proportionaliter modô, quô die 26. hujus *Officium*, & *Missis* Vigiliæ *Ss.* Simonis & Judæ, quando ad diem illam 28. Octobr. anticipatur ea *Vigilia* cum suo *Jejunio*, exceptis tantùm ijs, quæ sunt propria *Vigiliæ Sanctorum omnium*: nam in *Officiô* (dicendô de tempore de Feria currente, cum *Precibus ferialibus* ad *Laudes*, & subsequentes *minores Horas*) dicuntur 3. Lectiones de Vigilia omnium Sanctorum cum propria Oratione, uti notantur hujus. In *Missa* verò (quam propriam habet Vigilia omnium Sanctorum) Orario 2. est de *S.* Spiritu 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa. Quòd [illegible] in eo Casu, quô *Vigilia* omnium Sanctorum

...tum cum *Jejunio* anticipatur ad ...diernam diem, occurrat fieri de ...to 9. Lectionum (v. g. *translato*, ...alicubi *occurrente*) tunc de *Vigi*... anticipata fit in *Officio*, & *Missis* ...vatis tantùm Commemoratio, ...m 9. Lectione de eadem Vigilia in ...ficio, & ult. Evangelio in Missis. ...*Ecclesijs* autem *Cathedralibus* & *Col*...*gatis* observanda sunt tunc ea, quæ ...prà ad diem 26. & 27. hujus sunt ...notata; uti etiam, si hodierna, ...crastina dies sit prima dies Men...Octobris non impedita Officiô 9. ...Lectionum.

Vesperæ, nisì cras occurrat *Do*...*minica*, vel alicubi *Festum 9. Lectionum*, ...*Dies infra Octavam*, dic: de Feria ...currente, cum Oratione Dominicæ ...præcedentis, & Commemoratione de ...Cruce, Suffragijs Sanctorum, ac Pre...cibus Dominicalibus ad Completor. ...*Col. Virid.* &c, ùt suprà P. I. Addidi: ...*Nisi cras occurrat Dominica, vel alicubi* ...*Festum 9. Lectionum &c*; nam in 1. ...Casu Vesperæ usque ad Capitulum ...feriales de Sabbato currenti, à ...Capitulo autem de Dominica, cum ...Suffragijs, & Precibus Dominicalibus ...ad Completor. *Col. Vir.* In II. ve...ro Casu, ùt in Germania (ubi ex ...Indulto Sedis Apostolicæ cras fit sub ...Ritu duplici de S. Wolfgango Epi...scop. & Confess.) hodiernæ Vespe...ræ sunt integræ de Festo, v. g. S. ...Wolfgangi, dicendo omnia, ùt in ...primis Vesperis Confess. Pontif. ex-ceptâ Orat. DEUS, *qui nobis æternæ Salutis B. Wolfgangum Ministrum &c*, quæ dic: utì notatur in proprio loco, cum Commemoratione Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat, nisì ubi S. Wolfgangus est duplex 1. vel 2. Classis; nam ubi S. Wolfgangus est duplex 1. aut 2. Classis, ibi fit quidem in 1. ejus Vesperis Commemoratio de Dominica sequente, non tamen de Dominica præcedente, id est, hodie occurrente. *Col. Alb.* Ubi S. Wolfgangus, tanquam *Patronus* totius Diœcesis, est Festum solenne 1. Classis (utì est Ratisbonæ) ibi potest, imò teste Gavant. Tom. 2. S. 3. c. 7. n. 3. expedit, de Auctoritate Majorum *Jejunium Vigiliæ* anticipari ad diem, Festum illud 1. Classis præcedentem, eô modô, quô ex Decreto Leonis X. & Urbani VIII. *Jejunium* Vigiliæ S. Joann. Baptistæ anticipatur ad Feriam quartam præcedentem, seu diem 22. Junij, quando ea Vigilia incidit in Festum Ss. CORPORIS CHRISTI: posse autem etiam Episcopum in *Festo Solenni Patroni loci*, si in eo occurrat *Vigilia*, quæ *jejunatur*, transferre ejus *Jejunium* in pridianum diem, docet Cajetanus V, *Jejunium* cum Tabiena, & alijs apud Gavant *loc. cit.* Sic alicubi (eodem Gavanto Teste) ob Festum *S.* Christinæ, *Patronæ*, jejunatur pridie ejus Festi ratione *Vigiliæ S. Jacobi* Apostoli, & pridie *Vigiliæ Festi omnium Sanctorum*, non autem in ipsa Vigilia (nisì hæc ra-

ratione Festi omnium Ss. cadentis in Feriam II. anticipetur ad Sabbatum præcedens) pariter jejunari Ratisbonæ ex fide dignis intelligo. Addit verò Gavantus, non perinde etiam *Officium Vigiliæ* in hujusmodi Casibus esse anticipandum : *Nam* (inquit) *separari possunt Officium Vigiliæ, & Jejunium ejusdem, quod patet in Vigilia Nativitatis Domini, cùm ea occurrit in Dominica:* quia autem juxta Rubricam tam *Missalis*, quàm *Breviarij*, in Casu, quô aliqua *Vigilia* occurrit in *Festo* 1. *Classis*, nec in *Missa*, nec in *Officio* fit quidquam de illa, ne quidem Commemoratio, ideò in Locis, in quibus *Vigilia*, quæ *jejunatur*, incidit in Festum 1. Classis, nihil est faciendum de *Vigilia* in *Officio*, & *Missa* eô die, imò nec pridie, regulariter loquendo ; quia licèt in ejusmodi locis anticipetur *Jejunium* ad diem pridianum, seu præcedentem, non tamen perinde (ùt paulò antè dictum) anticipatur etiam *Officium*, ac *Missa* Vigiliæ ad illum, nisi in Casu, quô Vigilia, quæ jejunatur, venit in Dominica ; tunc enim juxta Rubricam Gen. VI. de Vigilia n. 2. non modò *Jejunium*, sed etiam *Officium*, ac *Missa* Vigiliæ (exceptâ tamen Vigiliâ Nativitat. Domini) anticipatur ad Sabbatum præcedens : hinc cùm anno 1706. Festo omnium Sanctorum incidente in Feriam II. ejus Vigilia incidisset in Dominicam, etiam Ratisbonæ (ubi Festum S. Wolfgangi semper occurrit pridie omnium Sanctorum tanquam *Patroni loci* est *Festum solenne* 1. Classis non modò *Jejunium*, sed etiam *Officium*, & *Missa* anticipata sunt ad Sabbatum præcedens, seu Diem 30. Octobris. Quòd autem extra hunc Casum solummodo *Jejunium*, non autem perinde etiam *Officium*, & *Missa Vigiliæ* anticipanda sint ad diem pridianum in ejusmodi locis, patet insuper in Exemplo ex praxi universalis Ecclesiæ petito : nam cùm annô 1707. Vigilia S. Joannis Baptistæ incidisset in Festum SS. Corporis (quod est Solenne 1. Classis *Jejunium* quidem *Vigiliæ* ex Dispositione Sedis Apostolicæ anticipatum est ad diem, seu Feriam IV. proximè præcedentem ; de ipsa tamen *Vigilia* nec in *Officio*, nec in *Missa* quidquam est factum eô anno etiam die præcedente. Quod ipsum proin practicatur etiam Ratisbonæ respectu *Vigiliæ omnium Sanctorum* incidentis in Festum S. Wolfgangi, quod ibi est 1. Classis, conformiter Rubricæ cit: *n.* 2. Vid. dicta 23. Feb. pa.

31. VIGILIA *omnium Sanctorum.* Ritus Simpl. Col, Viol. *Jejunium de Præcepto. Si* hodierna Vigilia occurrat in Dominica, tunc ex Rubric. de Vigilia ejus *Officium*, & *Missa* unà cum *Jejunio* transfertur, seu, seu anticipatur ad Sabbatum immediatè præcedens, modô die præcedente à me annotatô. Quod si Sab-

Sabbatô illô, aut hodie occurrat fieri de Festo 9. Lectionum, aut *Die Octava* alicujus Festi, fit de Vigilia in *Officio*, & *Missis privatis* talis Festi, aut Diei Octavæ solumodo Commemoratio, cum 9. de ead. Vigilia in *Officio* Lectione, & ultimo de ead. in *Missa* Evangelio (nisì Festum illud sit unum ex majoribus 1. Classis; tunc enim juxta ante cit. Rubr. n. 1. & 2. nihil fit de Vigilia tam in *Officio*, quàm in *Missa*) *in Ecclesijs* autem *Cathedralibus*, & *Collegiatis* cantantur tunc duæ *Missæ Conventuales*, una de *Festo* post Tertiam, alia de *Vigilia* post Nonam, absque ulla utrorumque Commemoratione, & in utraque dic: Evang. S. Joann. *Rubr. Missal. III. n. 1.* & *VII. n. 2.* ac *Gav. P. 1 ad Rubr. XIII. ejusd. in fin.* Si occurrat alicubi hodie *Dies infra Octavam* (v. g. S. Simon. & Jud. ubi sunt Patr.) Offic. quidem dicitur *de die infr. Octav.* cum 9. Lect. de Homil. in Evangel. *Vigil.* & ejus Commem. in *Laud:* at verò *Missæ*, *Vigilia privatæ*, quàm *principalis*, juxta Rubr. Recentiorem Missal. *Tit. III. n. 2.* dicendæ sunt de *Vigilia*, cum Commemoratione *Octavæ*, & 3. Oratione de S. Spir. cúmque in tali occurrentia *Missa* discordet ab *Officio*, Color *Altaris* sequi debet *Officium*, Color autem *Vestium*, seu *Paramentorum Sacerdotalium* debet esse Conformis Missæ, adeoque esse *Violaceus*; imò in *Missa solenni* Convenit, ut Pallium quoque Altaris, seu Antependium Concordet cum Colore Paramentorum Missæ, adeoque sit *Violacei Coloris*.

Si autem *Vigilia omnium Sanctorum* non veniat in Dominica, tunc in Ecclesia universali, ac ibi, ubi hodie non occurrit fieri Officium de Festo 9. Lectionum, tam Officium, quâm Missa dic: hodie de *Vigilia*, & *Officium* quidem fit *feriale*, ùt in Psalterio de Fer. currente. Lectiones tres de Homil. *Vigiliæ*, assignatæ ei hoc Die in Propr. *Sanctorum*. Responsoria de Feria curr. Ad Laudes (in quibus dic. Commemorat: de Cruc. cum Suffragijs Sanctor.) & subsequentes minores Horas dic. *Preces feriales* flexis genibus, modô alibi, ac in Rubr. Gener: XXXIV. *n. 4.* ac 5- declaratô. Oratio propr. utì & *Missa*, dicenda sine *Gl.* & *Cred.* Oratio 2. de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa. Præf. Commun. in fine *Benedicamus*, & Evang. S. Joann. *Col. Viol.* Si hæc Vigilia incidat in Feriam II. non impeditam Officiô 9. Lectionum, tunc in Missa 2. locô dicenda est Oratio *Fidelium*, & 3. Orat. de Sancto Spiritu juxta Rubr. V. Missal. n. 2. Idem est, si alicubi occurrat in ea *Festum Simplex*; tunc enim pariter Oratio 2. est de Simplici 3. de S. Spiritu, nisì ratione Feriæ II. simul occurrentis, aut ratione Mensis, ùt mox dicetur, dicenda sit simul Oratio *Fidelium*; tunc enim hæc dicenda est 2. locô (utpote in Missis Vivorum semper exi-

exigens penultimum) tertio autem locô Oratio de Simplici, nisi plures dicantur Orationes, quàm tres Si denique hodierna Dies sit prima Dies Mensis non impedita Officio 9. Lectionum, tunc circa *Missas* tam *privatas*, quàm *Conventuales*, observanda sunt ea, quæ antè cit. Rubrica Gener. V. Missalis n. 1. præscribit, ùt suprà Die 23. Jun. & 27. Octobr.

Eos, quibus alioquin ex Indulto Sedis Apostolicæ concessum est, ut semel, vel pluries singulis Hebdomadis, aut Mensibus possint *Officium* & *Missam* dicere de certo aliquo Mysterio, aut Sancto (v. g. de *Ss. Sacramento*, aut sui *Ordinis Patrono &c.*) Diebus Festo *Duplici*, vel *Semiduplici* non impeditis, non posse vi ejusmodi Indulti id ampliùs facere in hac, aut quacunque alia *Vigilia*, constat ex Decreto S. R. C. à me Die 23 Febr. ac alibi relato.

Si hodie occurrat Dominica, tunc juxta dicta Die præced. *Officium* & *Missa* Vigiliæ occurr. una cum *Jejunio* anticipantur ad Sabbatum præcedens, hodie autem in Ecclesia universali *Officium* & *Missa* tunc dicuntur de Dominica occurrente, ùt suprà P. I.

In tota Germania celebratur hodie ex Indulto Sedis Apostolicæ de anno 1640. 14. Januarij (uti videre est in Supplemento Breviarij Venetijs 1711. impressô) Festum S. Wolfgangi Episcopi Ratisbonensis ac Confess. sub Ritu dupl: minor (nisi ubi est *Patronus Loci*, aut Titularis propriæ Ecclesiæ; nam ibi celebratur Ritu *dupl.* 1. *Classis*) cum Commemoratione *Vigiliæ omnium Sanctorum* hodie occurrentis, nec non cum 9. de ead. *Vigilia* Lectione in *Officio*, ac ultimo ejusdem Evangelio in *Missa*, nisi ubi S. Wolfgangus celebratur Ritu *Dupl.* 1. Classis; nam ibi nil fit de *Vigilia* tam in *Officio*, quàm in *Missa* hujus Festi. Quod si hodie occurrat *Dominica*, tunc quia *Officium* & *Missa Vigiliæ* in ea occurrentis unà cum suo *Jejunio* anticipantur ad Sabbatum præcedens, nihil hodie fit ullibi de Vigilia, at verò de Dominica hodie occurrente fit in *Officio* & *Missa* hodiernæ Festi occurrentis etiam ibi Commemoratio cum 9. de ead. Dominicali Lectione in *Officio*, & ultimo Evangelio in *Missa*, ubi S. Wolfgangus est duplex 1. Classis. Proprium *Officium* de S. Wolfgango dicitur in Communi Conf. Pontif. & *proprio loco*, nempe vel in Appendice recentiorum Breviariorum, aut Propriis Diœcesano, quorum illa ex Decr. S. R. C. pro I. Noct. assignant Lectiones de Scriptura occurrente, reliqua verò Propria Diœcesana (ut nostrum Brixinense) sumere eas jubent de Communi Conf. Pontif. 1. locô: *Fidelis Sermo &c.* In II. Noct dic, ùti notantur in dicta Appen-

pendice, vel in Proprio Diœcesano. 3 III. Noct *Vigilate &c*, ùt in *Communi* Conf. Pontif. 2. locô, cum 9. lectione de *Vigiliæ* omnium Sanctorum, ejúsque Commemoratione in *Laudibus*, ubi S. Wolfgangus non est dupl. 1. Classis : sumendo Angh. & Vers. ex Feria curr. de Psalt. Si autem hodie occurrat Dominica, tunc juxta antè dicta in Officio S. Wolfgangi etiam ibi dic. 9. Lectio, & fit Commemoratio de Dominica, ubi is est *Duplex* 1. *Classis*.

Missa : *Sacerdotes tui &c*, ùt in *Communi* Conf Pontif. 2. loco, cum *Gloria*, sine *Credo*, nisi ubi est *Patronus Loci*, aut *propriæ Ecclesiæ*, vel veniat in Dominica. Oratio 1. propria, uti notatur in Proprio Diœcesano ad Calcem Missal. Orat 2. in Missis privatis de *Vigilia* hodie occurrente, sed ibi tantùm, ubi non est *Patronus Loci*, aut *propr. Ecclesiæ*. Præf. Communis. In fine Missarum privatarum Evang. de Vigilia, sed tantùs ibi tantùm, ubi non est duplex 1. Classis. *Col. Alb.*

At verò in *Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis*. dic. hodie in locis, in quibus fit de Festo 9. Lection. quod non est 1. Classis, duæ Missæ Convent. ùt suprà, una scil. de *Festo* post Tertiam, sine Commemoratione. Altera de *Vigilia* post Nonam, cum Orat. 2. de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa : in illa dic. *Glor.* sine *Credo*, in hac verò nec *Gloria*, nec *Credo*; in utraque autem dic. in fin. Evang. S. Joan. Illa dic. in *Col. Alb.* Ista in *Col. Violac.* Rubrica ubi suprà.

Quòd si hodie occurrat *Dominica*, fit in Missa S. Wolfgangi juxta antè dicta de *Dominica* Commemoratio, cum ultimo de ead. *Dominicæ* Evangelio etiam in ijs locis, in quibus celebratur Ritu Duplici 1. Classis.

Vesperæ hodiernæ etiam ibi, ubi hodie factum est de Festo solenni 1. Classis, dicuntur modô in proprio loco annotatô integræ de Festo Sequenti omnium Sanctorum, ùt constat ex Tab. concurrentiæ. *n.* 6. ac etiam Praxi Ecclesiæ Ratisbonensis &c. nec non ex ijs, quæ habet Gav. *To.* 2. *S.* 3. *C.* 9. *n.* 3. Commemoratio quoque in hodiernis Vesperis fit tantùm de Festo duplici 1. vel 2. Classis hodie celebrato, ac de Dominica cras ocurrente, non autem de Festo alio etiam duplici, attamen inferioris Classis, hodie celebrato, utì nec de *Dominica* hodie occurrente, utì constat ex ead: Tab. Concurr. & Rubr. Gen. XI. Brev. *Col Alb.*

TITULUS XI.

Singularia Festorum Mensis Novembris, qui habet Dies XXX.

DOMINICA *aliquà Novembris*, ab Ordinario *cujusque Diœcesis denominandâ, celebratur in Regnis Hispaniarum ex Sedis Apostolicæ Indulto Festum* PATROCINII *B. M. V. sub Ritu duplici majori, prout in Supplemento recentiorum Breviariorum annotatur. Simile Indultum pro omnibus* Regnis *&* Dominiis *suis paucis abhinc annis impetravit quoque Sua Sacr.* Cæs. Majestas à Ss. D. N. Clemente XI. anno nimirum 1713. Die 18. Octobr. *Quòd si fortè alicubi in eam Dominicam quandoque incidat Festum 1. aut 2. Classis, tunc Festum Patrocinij eô annô ibi omittitur, nisi ejus transferendi speciale habeatur Indultum Apostolicum, ut alibi in simili annotamus. Vide etiam Dicta P. I. fol. 262.*

1. FESTUM OMNIUM SANCTORUM, Dupl. 1. Classis habens Octavam, eâmque ità privilegiatam (utì constat ex Tab. *Occurrentiæ*, & *Rubr. Gen.* X. Brev. *n.* 1.) contra quodcunque aliud Festum, etiam *Patroni*, vel *Titularis Ecclesiæ*, hujúsque *Dedicationis*, ut nulli alteri in eo occurrenti cedat. *Col. Alb.*

In *Officio* Omnia dicuntur utì notantur in propr. loc. Si occurrat hoc Festum in Dominica; dic. de ea 9. Lectio, & fit de ead. Commemorat. in Laudibus.

Missa Pariter est propr. de túrque cum *Glor.* & *Credo.* Lectio unica, nisì veniat in *Dominica*; tunc enim de hac fit etiam in Missa Commemoratio, legitúrque in ejus fine Evang. de illa. Præf. Communn. *Col. Alb.*

Vesperæ de eod. Festo omnium Sanctorum, ùt ibi, cum Commorat. Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. Quòd si cras non occurrat Dominica, tunc dictô post Vesperas hodiernæ Diei: *Benedicamus Domino*, &: DEO *Gratias*, Chrsô Versu: *Fidelium anima &c.* cuntur Vesperæ Defunctorum *Ritu duplici de Præcepto* (sunt Verba Directorij Romani) *in Paramentis gris*, eas incipiendo ab Antiphona *Placebo Domino &c.* quæ proin integra dicitur ante & post Psalmos, & similiter etiam aliæ Antiphonæ ad modum duplicis. Psalm. *Dixi* cum reliquis, ùt in 1. Vesperis Defunctorum in fine Breviarij, exceptô Psalmô: *Lauda anima mea Dominum &c*, qui post *Pater Noster* hodie non dicitur, sed dicta Oratione Dominica (cujus tantùm Initium

&

finis dicitur alta voce) dicuntur Versiculi: *A porta inferi &c. Domine exaudi Orationem meam &c. Dominus Vobiscum &c.* & Oratio: *Fidelium Deus &c* tantùm, concludendo per Verba: *Qui vivis & regnas cum DEO Patre, in Unitate &c.* cui subjungit Hebdomadarius, seu Officiator Versiculum: *Requiem æternam dona eis*, Choro respondente: *Et Lux perpetua &c*, ac dictò per Cantores: *Requiescant in Pace*, tandem subjungente: *Amen.* Quæ omnia etiam exacto Chorum similiter dicuntur. Ad finem Solennem harum *Vesperarum* quolibet, Solemnibus Vesperis secundis de Omnibus Sanctis usque ad Vers. *Benedicamus Domino &c* dictò modò perductis (cum Observatione simul eorum, quæ circa Vesperas solennes quascunque decantandas tradit mox citandus Gerlac. Vinitor P. V. Tit. 1.) Hebdomadarius seu Officiator Pluviali nigro supra Superpelliceũ (Rigoristæ volunt super Allam, non *Superpelliceum*, dicentes id solum competere Episcopis) aut saltem Stolâ nigrâ paratus, parumper sedet in suo loco, ac interim mutatur Pallium Altaris, & Candelis ubi Coloris substituuntur flavæ, etiam in Candelabris duorum Cerofelariorum, quorum 2. cerei extincti remanent usque ad finem Cantici *Magnificat*; circa cujus finem eos accendunt cum debitis reverentijs, & cum eis accedunt ante Celebrantem, cui se inclinant &c. *Bauldry P. 4. c. 18. n. 3. & 10.* Quid porrò sit observandum in Choro, sive ibi, ubi tam *Vesperæ Defunctorum*, quàm *Vesperæ Diei hodiernæ* Solenniter decantantur, accuratè post Gavant. Tom. 1. Part. 4. Titulô. 15. à num. 18. item Tom. 2. sect. 9. cap. 2. & Bauldryum P. 4. c. 18. ac Castald. hic exequitur citatus Vinitor in *Compend Sacr. Rit. ac Cæremoniar. P. V. Tit. VI. toto* (junctis ijs, quæ idem habet *P. V. Tit. I. Cit.*) ubi etiam simul tradit observanda in Choro in ijs locis, in quibus (uti ferè in Ecclesijs nostræ Germaniæ contingit) post 2. Vesperas Festivitatis Omnium Sanctorum pro Commemoratione, & Suffragijs Omnium Fidelium Defunctorum, non modò immediatè horum *Vesperæ*, sed etiam simul, ac junctim *Matutinæ Defunctorum* solent recitari, quò Populus Commodiùs ac frequentior non minùs his, quàm ipsis Vesperis interesse possit: tametsi enim Sac Rit. Congr. 1. Sept. 1607. hîc apud Gav. decreverit, ne pridie Commemorationis Omnium fidelium Defunctorum, Vesperi recitetur *Matutinum Defunctorum*, sed ipsa Die manè ex Rubrica propria Breviarij; quia tamen (uti advertit Gerlac. in *Annotat. ad Tit. 6. §. 1.*) unaquæque Ecclesia habet proprios mores, & laudabiles aliquando Consuetudines in Horis Canonicis in Choro recitandis, quas non tolli

à Cæremoniali Romano, neque â Rubricis Breviarij ipsa Sac Rit. Congreg. sæpius eô teste declaravit, ideo hodiedum in plurimis Germaniæ locis tenet illa Consuetudo, ac praxis, eidémque etiam sat clarè favet Cæremoniale Episcopor. *L.* 2. *c.* 10. saltem quoad *Chorum.* Vide quoque P. Joann. Stoz L. 1. P. 3. Trib. Pœnit. ubi & ipse Concedit ex diuturna Germaniæ praxi, & jam pridem præscripta contra Rubric. Consuetudine, posse totum Defunctorum Officium recitari post secundas Diei Omnium Sanctorum Vesperas; vel saltem (ùt Th. Tambur. vult) post dictum pridie Commemorationis Omnium Fidel. Defunctor. *Benedicamus* in Laudibus Officij de Octava Omnium Sanctorum, omissis ad finem Laudum de Octava Versu: *Fidelium animæ &c,* ac Antiphonâ: *Salve Regina*: id quod etiam Concedit P. Gobat. *To.* 1. P. 1. *Tr.* 5. *n.* 614. *& Al.*

Si cras occurrat *Dominica,* tunc hodie post Vesperas Diei non dicuntur Vesperæ Defunctorum; nec hodie, aut cras Matutinum, & Laudes *Defunctorum*; sed sicuti Commemoratio *Fidelium Defunctorum* tunc cum eorumdem *Officio* transfertur in Diem Lunæ, aut, hâc impeditâ alicubi *Festô aliquô fori de Præcepto,* etiam ulteriùs, ut postea dicetur, ità etiam *Vesperæ Defunctorum* tunc transferuntur post Vesperas crastinæ *Dominicæ,* de qua in hodiernis Vesperis tunc fit Commemoratio.

Dies II. *infra Octavam Omnium Sanctorum.* Semid. *Col. Alb.* Si prima Dies post Festum Omnium Sanctorum, nempe hodierna, sive secunda Novembris, non fuerit *Dominica,* celebratur hodie simul cum *Die* currente *infra Octavam* Omnium Sanctorum Commemoratio Omnium Fidelium Defunctor. in hunc modum: Officium fit de *Die II. infra Octavam* Omn. Sanctorum sub Rit. Semid. dicendo omnia, præter Lectiones, ùt in Festo. Lectiones I. Noct de Script. Diei currentis, nisi ponendum sit Initium Libri Ezechielis nondum positum, ùti contingit, quando Festum Omnium Sanctorum cadit in Dominicam, aut in illam cadit Festum S. Wolfgangi in loco, ubi in I. Nocturno habet Lectiones assignatas ex I. Noct de *Communi* Conf. Pontif. In II. & III. Noct autem hodierni Officij habentur propriæ. *Col. Alb.* At dictô post Laudes Diei *Benedicam. &c,* ac omisso Versu *Fidelium animæ &c.* dic: Invitatorium *Matutini Defunctor.* cum Psalmo: *Venite,* & 3. Nocturnis, ut ibi, atque etiam cum *Laudibus* Officij Defunctorum sub *Ritu duplici* de præcepto (ùt iterum loquitur Director. Roman.) & *Col. nigr.* Post 9. Lectionem dic. Responsorium: *Libera me Domine de morte &c,* & tam in Laudibus, quàm in Matut. ac pridia-

Bunis Vesperis duplicantur Antiphonæ. In fine *Laudum* non dic. Psalm. *de Profundis*, sed dictô *Pater noster* ùt herì, dicuntur Versiculi : *Libera inferi &c.* cum Oratione *Fidelium* tantùm, & reliqua, ùt suprà in Vesperis Diæ præcedente; ubi & de Consuetudine quarumdam Ecclesiarum, recitantium non modò *Vesperas*, sed etiam *Matutinas* Defunctorum Vesperi præcedente. Vide ibid. dicta, utì & Gerlacum ibi citatum de observandis circa Recitationem hujus Officij, quando dic. in Choro, sive Ritù solenni, seu hodie, seu alia Die; item Gavantum To. 1. S. 7. C. 13. Die 2. & 3. Novembr. nec non S. 9. c. 2. Mich. Bouldry P. 4. c. 18. ac P. 5. ex Lib. 2. Cærem. Episcopor. c. 10. & 11. ac denique Castaldum L. 2. S. 4. c. 7.

AdMissam Diei Commemor. Omn. Defunct. quod attinet, Miss. priv. omnes dicuntur hodie *DeRequiē*, prout notatur primô locô inter *Missas Defunctorum* circa finem Missalis, cum unica Oratione, & Sequentiâ : *Dies iræ*, sine *Glor.* & *Cred.* In fin: *Requiescant in Pace*, cum Evangelio S. Joann. nec non cum observatione reliquorum, quæ circa dicendas Missas Defunctorum tam *privatas*, quàm *solennes*, Missale Romanum novum seu recognitum Tit: de Ritu servando in Celebratione Missæ *Rubr. XIII.* præscribit, & infrà *P. III. Tit. 10. de Miss. Def.* declarantur. *Col. nig.* Applicari autem hodie debet (ùt monet ac censet Gavantus *To. 1. P. 4. Tit. 15. n. 18.* citans Paulum Fraxinellum) *Sacrificium Missæ Defunctorum* à quovis, qui celebrat, ex Intentione Ecclesiæ omnibus Fidelibus Defunctis, etiam ab illo, qui fortè habet obligationem quotidie celebrandi pro determinata Persona, unâ, vel pluribus : quia enim, inquit, lex tacita rationabilis Ecclesiæ, prævaleret privatæ legi Testatorum, ideo non fit Injuria *ijs*, pro quibus quotidiana fortè extat obligatio Missæ. Quam Gavanti Sententiam supponere etiam videtur Directorium Romanum, dum ait : *Missam primam* in Ordine *celebrari* hac Die *pro omnibus Fidelibus Defunctis*, atque adeò non agnoscere Decretum, quod (tanquam à S. R. C. emanatum, & mox infrà à Nobis referendum) Nonnemo allegat in Contrarium, eóque nixus contendit, *Sacrificia* in Die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum, applicari posse ad libitum vel pro omnibus Defunctis in genere, vel etiam pro aliquibus in specie; cui etiam Suffragatur P. Claud. la Croix. To. 6. l. 6. P. 2. n. 515. Licèt autem Gavanti Sententiæ subscribat quoque P. Felix Potestas in *Examine ordinandorum &c. P. 1. C. 2. n. 243.* Contrarium tamen sentit, dictàmque obligationem applicandi Sacrum pro Defunctis omnibus generatim in Die

Com-

Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum à Gavanto, ùt dixi, assertam negat Thom. Tamburinus in *Method. celebr. Miss. L. 3. C. 3. §. 1. n. 9. & 10.* ex eo Capite, quòd non sit imponendum onus, nisi clarè de eo constet; concedit tamen posse pro omnibus applicari, verùm ad id te non teneri contendit, sed posse per se loquendo illius quoque Diei Sacrũ applicari à sacerdote alicui particulari Defuncto. Cum Tamburino sentit quoque P. Gob. To. 1. Tr. 3. n. 653. assertam à Gav. obligationem disertè negans: *quia*, inquit, non *probatur sufficienter*: cui equidem sententiæ (ùt antè cit. P. Felix Poestas Ord. minor. de Observ. fatetur) Innoc. XI. Pontif. favere videtur: siquidem Is, utì ibi refert, ad petitionem Regis Catholici pro Regnis eidem Regi Cathol. subjectis non modò omnibus Christi Fidelibus, Confessis, & S. Eucharistiâ refectis, qui à 1. Vesperis Commemorationis omnium Defunctorum usque ad occasum solis Diei sequentis propriam Parochialem Ecclesiam visitaverint, ibique, ùt moris est, oraverint, concessit perpetuò Indulgentiam plenariam, & Remissionem omnium peccatorum, quam Indulgentiam applicare possint Defunctis per modum Suffragij, sed etiam concessit omnibus Sacerdotibus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus cujuscumque Ordinis &c, eodem Die Commemorationis, ut suprà quocumque Altari celebrantibus Liberationem animæ, *pro qua* Sacrificium offerent, ac si in Altari privilegiato celebrâssent; & hoc Diplomate Apostolico Die 3. Septembr. 1679. ubi Pontifex statuit, Missam hujus Diei applicari posse *particulari Defuncto*. Idipsum colligit P. Gob. loc. cit. ex Formula Breviũ Apostolicorum communiter dari solitorum petentibus *Altare privilegiatum*; siquidem inter Dies, quibus celebrans in Altari privilegiato liberare potest animam, pro qua celebrat, disertè in ijs numeratur etiam *Dies Commemorationis Defunctorum*; atque adeò etiam ipsa supponere videntur, non dari obligationem, ut, si quis Die illo velit celebrare, non nisi pro *Omnibus Fidelibus Defunctis* tunc celebret. Vel maximè autem huic Sententiæ favet, imò toti huic controversiæ finem ponere Videtur Sacr: Rit. Congreg. Declaratio, quæ (utì videre est To. 2. Operum Gavanti fol. 180. Editionis Venetæ de anno 1690. ante Tabulam I.) instantibus quibusdam Episcopis Dalmatiæ pro Declaratione undecim Dubiorum ibi relatorum, ad Dubium nonum: *Utrum in Die Commemorat. omnium Fidelium Defunctorum omnes Sacerdotes Missam de* Requiem *debeant applicare pro omnibus Fidelibus Defunctis, an verò possint ad Libitum pro aliquibus tantum?*

Re-

Respondit, ac declaravit Die 4. Aug. 1663. posse applicari *ad Libitum*.

Dixi autem: *Missas* privatas *omnes in Die Commemorationis Defunctorum dicendas esse* de Requiem; tam in Ecclesijs *Cathedralibus* & *Collegiatis* dicuntur ea die juxta propriam Rubricam Missalis *duæ* Missæ una de *Octava* post Tertiam, principalis altera pro *Defunctis* post Nonam, seu (ùt addit Gavant.) post *Vigilias Mortuorum*; & hæc posterior dicenda est, ùt vult Gerlacus, à Superiore Ecclesiæ, cum una oratione, ubi col. nig. at vero in priore (quæ dic. cum *Gloria* & *Credo*) orat. 2. est de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, ut notantur post Missam Festi in Recentior: Missalib: atque etiam post Miss. votiv. de B. V. Reliqua ùt in Festo (Ritu semid.) *Col. Alb.* Si habendus sit *Sermo* hac die, habeatur tempore finitâ Missâ, ante Absolutionem. *Gerlac. P. VI. Tit.* 27. Quia hodie fit *Absolutio* solemnis Defunctorum, & Fideles solent illuminare & visitare *Sepulchra Fidelium*, ac propter multis in locis institui solet Processio lugubris, ideo circa Absolutionem observanda sunt ea, quæ tradit Missale Roman. in Rubr: de Ritu servando in Celebratione Missæ *Tit.* 13. seu *ult. à num.* 3. item *Gav. Tom.* 1. P. 4. *Tit.* 15. *n.* 19. & Bauldry P. 3. c. 17. suprà cit. Circa Processionem verò illa, quæ habet Gerlac. *Vinit. P. VI. cit. Tit* 27. *n.* 4.

Sacerdotes in Regno Valentiæ gaudent Privilegiô, ùt ajunt, Apostolicô faciendi bis Missam in Die Commemorat. Fidelium Defunctorum: an verò illuc Proficiscens ex vicina Diœcesi idipsum possit, discutit Gob. To. 1. Tr. 3. n. 194.

Quòd si prima Dies post Festum Omnium Sanctorum (nempe hodierna, seu secunda Novembris) fuerit *Dominica*, tunc Officium & Missa dicuntur hodie de *Dominica*, cum Commemoratione tam in *illo*, quàm in *ista* de *Octava* tantùm, ità ut non dicatur tunc 3. Oratio in Missa, nisi alicubi simul occurrat *Festum Simplex*, aut *Dies* insuper alia *infra Octavam* cujusdam Festi Particularis, v. g. S. Wolfgangi Patroni Ratisbonensis; nam tunc post Commemorationem Octavæ Omnium Sanctorum facienda etiam esset tam in *Officio*, quàm in *Missa* Commemoratio Octavæ illius particularis, aut Festi Simplicis simul occurrentis Die quacunque infra Octavam Omnium Sanctorum (nisi alicubi, aut aliquando, quid aliud obstaret, v. g. Festum 1. aut 2. Classis alicubi occurrens) & de Festo Simplici etiam dicenda 9. Lectio, si propriam haberet. *Col. Alb.* Officium autem Defunctorum transferendum tunc est ex Decreto Urbani VI. in sequentem Feriam II. ità, ut post Vesperas *Dominicæ hodiernæ* dicantur tunc modô suprà descriptô *Vesperæ Defunctorum*: Matu-

Matutinum verò, & *Laudes Defunctorum* in Ecclesia universali post *Laudes* Feriæ II. quæ erit Dies III. Nov. ùt ibid: nisì (ùt hîc excipit Gav. & cum eo Arnaud.) Feria illa II. sit itidem impedita *Festô aliquô de Præcepto* (quô nomine intelligit hîc *Festum fori*, h. e. annexam habens obligationem audiendi Missam &c.) tunc enim, inquit, in Diem 4. Novembris, etiamsi sit impedita Festô 9. Lectionum, transfertur *Officium Defunctorum*, recitando pridie ejus Officij Vesperas post Vesperas Diei, *Matutinum* autem, & *Laudes* illius subjungendo Laudibus Officij de Festo illo 9. Lectionum, ùt suprà, ac præter *Missas de Requiem*, cantando insuper unam Missam de Festo occurrente, cum *Glor. Cred.* & Commemorat. Octav. Omnium Sanctorum, ac Festi Simplicis, vel Diei infra aliam Octavam, si Festum Simplex, aut Dies infra aliam Octavam alicubi simul occurrat : alioqui 2. Oratio in Missa de Die infra hanc Octavam, nisì facienda sit Comm: est de S. Spiritu 3. *Ecclesiæ* vel pro Pap. *Col. Alb.*

Pro hactenus dictorum Coronide notandum hîc ex cit. Gav. Cùm *Officium Defunctorum*, pro Die Commemorationis Fidel. Defunctor. ab Ecclesia præscriptum, sit pars illius *Officij divini*, quod Die illo ab eadem Ecclesia præscribitur, & quidem (ùt P. Francisc. Suarez L. de Hor. can. c. 25. n. 8. & 9. observat) Pars notabilis, non posse juxta Communem ac probabilissimam D.D. Sententiam apud P. Gob. Tr. 5. n. 614. ne peccato gravi in Commemoratione *Fidelium Defunctorum* (quæ que tandem Die hæc celebretur) memoratum *Defunctorum Officium* mitti, ac proinde *Beneficiarius* tunc omittentem teneri ad restitutionem fructuum pro rata Omissi quantitatis, nempe vel Vesperarum vel Matutini, vel utriusque, prout in Bullâ Pij V. editâ 1571. & à me declaratâ *P. 1. Pastoris Boni Dec. 1. c. 2. q. 12.* de qua etiam idem *Tom. 2. cit. S. 1. c. 6. àn. 2.*

Vesperæ hodiernæ, si hæc non sit Dies *Dominica*, nec cras ubi occurrat *Festum 9. Lection.* cuntur de *Octava Omnium Sanctorum* ùt in 2. Vesp. Festi, ac Ritu Semid. *Col. Alb.* Si autem hodie occurrat *Dominica*, dicuntur integræ Festo Semid. de *Dominica*, cum Commemoratione *Octavæ* (pro qua tiph. & Vers. sumuntur ex 2. Vesperis Festi) necnon *Festi Simplicis* alicubi cras occurrentis : attamen tunc ad Vesperas hodiernæ Dominicæ dicô *Benedicamus &c*, dic: *Vesperæ Defunctorum*, ùt suprà: *Col. Alb.* ad Vesperas Defunctorum excludè. Quòd si cras occurrat alibi *Festum duplex* (uti Oeniponti, ixta mox dicenda) ibi Vesperæ regræ dicuntur (saltem *regulariter* de *Festo*, cum Commemoratione

nicæ, si quæ hodie occurrat, & *Octavæ*, nisi Festum illud sit 1. aut 2. classis: tunc enim nec *hodiernæ Dominicæ*, nec *Diei infra Octavam* facienda esset in hodiernis Vesperis Commemoratio. *Col. Festo conveniens.*

3. Dies Tertia infra Octav. Omnium Sanctorum. Si nec *hesternæ*, nec *hodiernæ* Dies fuerit *Dominica*, tunc hodie in Ecclesia universali *Officium & Missa* fiunt de Die III. infra Octav. Omn. Sanctor. dicendo omnia, ùt in Festo (exceptis Lectionibus, quæ in I. Noct. sunt de Script. occurr. in II. & III. propriæ) attamen sub Ritu semid. ac in *Missa* dicendo 3. Orationes, nempe 1. de Octava. 2. de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, prout notantur post Missam Festi in recentiorib. Missalib. *Col. Alb.* Si autem *hesterna Dies* fuerit Dominica, tunc juxta dicta diebus præcedentibus, Commemoratio *Omnium Fidelium Defunctorum* transfertur in Ecclesia universali in Feriam Secundam, hac Die 3. Nov. occurrentem, ac proinde *Vesperæ Defunctorum* dicuntur tunc primùm post 2. *Vesperas* hesternæ Dominicæ modô heri declaratô: post *Laudes* autem Officij hodiernæ Diei dic: Matutinum & Laudes *Officij Defunctorum*, cum Missis privatis Omnibus *de Requiem*; in *Ecclesijs* autem *Cathedralibus & Collegiatis* dicentur tunc duæ Missæ, una de *Octava* post Tertiam, cum 3. Orationib. *Col. Alb.* Altera principalis pro *Defunctis*, post Nonam, cum unica Orat: & Sequentiâ, in Paramentis nigr. itidem ùt suprà. Dixi autem: *In Ecclesia universali*; nam in locis, in quibus Feria II. hodie occurrens est impedita *Festo de Præcepto*, seu *fori* (h. e. habente annexam obligationem *audiendi Sacrum*, & *abstinendi* ab opere servili, ibi juxta Gav. & Arnaud. suprà cit. Commemoratio Omn. Fidel. Defunctor. transfertur in Diem IV. Novembris (ut ut impeditam Festô 9. Lectionum) modô herì declaratô.

Quòd Si *hodierna Dies* (nempe 3. Novembr.) fuerit Dominica, tunc hodie *Officium* & *Missa* dicuntur de Dominica occcurrente, cum Commemoratione Octavæ Omn. Sanctor. tantùm in Officio & Missa, nisì simul alicubi occurrat hodie *Dies infra* aliã *Octavam*, aut *Festum Simplex*; tunc enim post Commemorationem de Octava Omn. Sanctor. & altera particulari fit etiam hujus in *Officio* & *Missa* Commemoratio, cum 9. de eodem Festo simpl. in Officio Lectione, si propriam habeat. *Col. Alb.*

Quòd si hodie alicubi occurrat *Festum Simplex*, & hodie fiat Officium de Die tertia infra Octavam Omnium Sanctorum, fiet de eo in *Officio*, & *Missa* Commemoratio, simúlque de eodem dicetur in Officio Currentis Octavæ 9. Lectio, si propriam habeat (aliàs non) &

 tunc

tunc in Missa erit 3. Oratio de S. Spiritu, nisi occurrant duo Simplicia (ut in Diœcesi Constantiensi) tunc enim 3. Oratio (atque adeò ultima) erit de altero Simplici, & de eodem fiet pariter Commemoratio in *Officio*.

Quòd si verò alicubi occurrat hodie Festum 9. Lectionum, tunc hodie fiet de eo *Officium* & *Missa*, cum Commemoratione in utroque *Currentis Octavæ*, uti & *Simplicis*, si quod simul occurrat: Quòd si Festum illut sit tantùm Semiduplex, 2. Oratio in Missa illius erit de Octava. 3. de S. Spiritu, nisi simul occurrat *Festum Simplex*; tunc enim de isto dicenda esset 3. Oratio.

Si autem Festum illud hodie occurrens ponatur esse *Festum duplex* (uti est Festum S. Pirminij, Meldensis Episcopi, apud PP. Soc. Jesu Oeniponti ob insignes, imò potiores de hoc Sancto Reliquias, in eorum Templo unà cum veteri Manuscripto ejus vitæ prodigiosæ asservatas) tunc in *Officio* & *Missa* Festi sit quidem *Octavæ Currentis* pariter Commemoratio (nisi id Festum sit duplex 1. vel 2. Classis) & ante eam etiam *Dominicæ*, si quæ simul occurrat, non tamen extra Casum occurrentis simul *Dominicæ*, aut *Festi Simplicis*, dicitur tunc 3. Oratio in *Missa*.

Quia verò aliquando contingit, ut *Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum* occurrens in Dominica juxta Rubricas Missal. ac Breviarij transferatur in *hunc Diem*, nempe 3. Novembris, ideo oritur hic dubium, an *Festum duplex* in Ecclesia aliqua particulari hodie occurrens (v. g. S. Pirminij in Ecclesia Oeniponta PP. Soc. JESU) sit transferendum quoad *Officium*, & Missam in tali casu in Diem aliam infra Octavam Festo 9. Lectionum non impeditam (qualis in Ecclesia universali est Dies 5. Novembris) ob occurrentem scilicet tunc hodie *Commemorationem Omnium Fidelium Defunctorum*, habentem *Officium Duplex* ac 9. *Lectionum*, adeoque, translatò *Festò duplici*, *Officium hodiernum* non cum *Officio Defunctorum*, & Missa de *Requiem*, dicendum sit de *Die* 5. *infra Octavam Omnium Sanctorum*; an verò, non obstante *Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum*, eique *Officio* simul hodie *occurrente*, dicendum sit hodiernum Officium de *Festo duplici* in tali Ecclesia occurrente, cum Commemoratione Octavæ Omn. Sanctor. in Officio Festi; præter *Missas privatas* autem de *Requiem* (dicendas de omnibus Fidelibus Defunctis) dicenda sit de *tali Festo* tunc tantùm una Missa, & num illa post omnes *Missas de Requiem*, an verò ante? Licèt enim Gavantus locò Die præcedente à me allegatò videri queat etiam hunc Casum resolvere, non tamen mihi vide-

videtur esse casus omnino idem; quia Gavantus ibi loquitur *de Festo positivi de Præcepto*, quô nomine juxta stylum Romanæ Curiæ videtur intelligere *Festum fori*, & quidem tale respectu integræ alicujus Communitatis, aut Diœcesis, neutrum autem horum verificatur de Festo duplici, quale ponimus in nostro Casu: quia tamen, ut ibid. Gavantus insinuat, ratio *Festi 9. Lectionum* non obstat, sed tantùm ratio *Festi in foro celebris*, quo minùs Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum unà cum ipso possit celebrari *eodem Die* (cùm ipse Gavantus concedat in Casu, quô in hodiernam Feriam II. incidit alicubi *Festum fori*, Commemorationem Fidelium Defunctorum, præcedente Dominica occurrentem, transferri posse in Diem 4. Novembris, non obstante, quòd ea Dies impedita Festô 9. Lectionum) iterri omnino videtur, etiam rationem Festi 9. Lectionum hodie occurrentis, dummodo non sit *Festum fori*, non obstare, quô minus hac Die unà cum ipso celebretur Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum, eô tamen modô, quô juxta Gav. tam *Festum 9. Lectionum*, quàm ipsa *Commemoratio Defunctorum*, simul sunt celebranda in Casu, quô Commemoratio Defunctorum, occurrens in Dominica, ob occurrens alicubi hodie *Festum fori* transfertur in Diem quartam Novembris, ùt suprà expositum: cùm verò reperiam, oppositam quoque Sententiam ac Praxin non caruisse hactenus suis Patronis, ego rem in medio, & aliorum saniori Judicio relinquo, usque dum (quod futurum confido) authenticè aliquid super hoc casu pronuntiet S. R. C. cujus Sensui, aut *Decreto* si fortè Contrarium aliquid in meum hoc Ephemerologium per inadvertentiam, aut etiam ignorantiam, ubi ubi demum irrepserit, haberi id volo pro non asserto, id quod jam suprà ad initium hujus Operis sum protestatus. Et ecce! non multò antè, quàm hæc imprimernetur, commodùm advenit Româ à Sac. Rit. Congreg. (cui humillimè fuerat à Nobis supplicatum pro authentica hujus Dubij declaratione) desiderata illius Decisio, dum Die 11. Julij 1716. in forma authentica respondit: *Transferendum esse* Officium S. Pirminij in Casu, quo simul eodem Die Commemoratio *Omn. Fidel. Defunctor.* occurrit; atque ità hucusque fuit à nobis practicatum.

Ubi *infra hanc Octavam* fiunt aliæ Solennes Missæ pro Defunctis (v. g.) *Episcop. Canonicis*, aut *alijs*, pro nè omittatur *Missa de Die infra Octavam*, ut monet, ac argumentô à fortiori ex eo colligit Gavantus *Tom.* 1, *P.* 4. *Tit.* 15. *n.* 20. quòd in Commemorat. *Omnium Defunctorum* juxta Rubr. novam Missalis cantandæ sint 2. Missæ, una De *Die infra Octav.* post Tertiam;

tiam; altera de *Requiem* post Nonam, aut *Vigilias Mortuorum*; eò quòd in Missa de *Requiem* nequeat fieri Commemoratio illius, de quo fit Officium: etenim, inquit, Missa hæc de *Requiem* vices gerit Anniversarij, quod non excludit *Missam* Concordantem cum *Officio*. Hæc Gavantus: quæ in *Ecclesijs* saltem *Cathedralibus*, & *Collegiatis* sunt observanda.

Vesperæ in Eccles. univers. de S. Carolo Borromæo Archi-Episcopo Mediolanensi & Conf. dicendo omnia sub Ritu Dupl. min. ubi non est *Patronus*, ùt in 1. Vesperis Conf. Pontif. (exceptâ Oratione, quæ est propria) at cum Commemoratione Octavæ, ac Ss. Vitalis & Agricolæ MM. (Vers: *Excludent Justi &c.*) in Ecclesia universali ùt ibi: quæ tamen duæ Commemorationes ijs in locis omittuntur in hodiernis Vesperis, in quibus Festum S. Caroli est duplex 1. aut 2. Classis: Si quæ hodie, aut cras Dominica occurrat, tunc in Ecclesia universali ante Commemorationem de *Octava* fit etiam Commemoratio illius *Dominicæ*, at verò ubi S. Carolus est duplex 1. aut 2. Classis. ibi non fit Commemoratio Dominicæ hodie occurrentis, bene tamen Dominicæ cras subsequentis. *Col. Alb.*

4. S. Caroli Episc. & Conf. Dupl min. *Col. Alb.* In Officio omnia dic: ùt in Communi Conf. Pontif. præter Orationem, & Lectiones, quæ in I. Noct. sunt de Scriptur. occurr. In II. propriæ. In III. *Homo peregrè*, ùt in eod. Commun. 1. locô, cum 9. Lect. de *Ss Vitale & Agricola MM.* nisi hodie occurrat *Dominica*; tunc enim omissa hac Lectione, nona Lectio dicitur de Dominica. *In Laudib.* fit Commemoratio Octavæ Omnium Sanctorum, & Ss. Vital. & Agricol. MM. Vers: *Lætamini &c.* ùt ibi, cui unique Commemorationi præmittitur Commemoratio de Dominica, si quæ hodie occurrat: omittuntur autem duæ præcedentes Commemorationes ibi, ubi S. Carolus est dupl. 1. Classis; ubi autem est dupl. 2. Classis, ibi non quidem fit Commemoratio Octavæ, bene tamen Festi Simplicis hodie occurrentis (at in Laudibus & Missis privatis tantùm) & de eodem dicitur tunc etiam 9. Lectio, nisi hodie occurrat Dominica.

Missa: *Statuit* (extans in recentioribus Missalibus in Ordine) 1. de Communi Conf. Pontiff. cui *Glor. Cred.* & Commemorat. Octavæ, ac Ss. Vitalis, & Agricolæ MM. in Ecclesia universali, ùt ibi. Præf. Commun. *Col. Alb.* Si hodie occurrat Dominica, ante Commemorationem de Octava, fit de illa Commemoratio, & in fine Missæ legitur ejusdem quoque Dominicæ Evangelium: quæ Dominicæ in Missa Commemoratio, cum ultimo de eadem

eadem in Missa Evangelio etiam i- si est facienda, ubi S. Carolus est duplex 1. Classis, Omisso tamen eô in locô Commemoratione Octavæ, ac Festi Simplicis hodie occurrentis, tam in *Missa*, quàm in *Officio*: ubi autem S. Carolus est duplex 2. Classis, ibi fit quidem Commemoratio Dominicæ, & Ss. Vital. & Agricol. MM. (sed horum in *Laudibus*, & *Missis privatis* tantùm) non tamen Octavæ currentis Omn. Sanctorum.

Vesperæ de S. Carolo, ùt in 2. Vesp. Conf Pontif. cum Propr. Oration: & Commemoratione Octavæ Omnium Sanctor: ùt in 2. Vesp. Festi, necnon Festi Simplicis alicubi cras occurrentis. Quòd si hodie, aut cras occurrat Dominica, fit etiam illius in loco Commemoratio, & quidem illius tantùm, ubi S. Carolus est duplex 1. Classis. *Col. Alb.*

5. Dies. v. *infra Octav: Omn. Sanctorum.* Si hodie non fuerit Dominica, nec faciendum alicubi, aut aliquando de Festo 9. Lectionum, Officium & Missa dic. hodie, attamen sub Ritu Semid. de Die infra Octav. Omnium Sanctorum, dicendo in Officio de reliquo omnia, ut in Festo, exceptis Lectionibus, quæ in I. Noct. dicuntur de Script. Dei currentis. In II. & III. Noct. autem, ùti notantur hac Die in Proprio Sanctorum. Quòd si alicubi (ùti in Diœcesi Brixinensi, & Constantiensi) occurrat *Festum Simplex* hodie. de eo 9. Lectio, si propriam habeat (aliàs verò non) & fit de eodem Commemorat: in Laudib. *Col. Alb.*

Missa, ùt in Festo, cum *Gl.* & *Cred.* Orat. 2. de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. nisi alicubi occurrat Festum Simpl. tunc enim 2. Orat. est de Festo illo Simpl. 3. de S. Spirit. Præfat. Communis *Col. Alb.*

Si hodie occurrat *Dominica*, fit de ea *Officium* & *Missa* cum Commemorat. Octavæ Omnium Sanctorum tantùm, nisi alicubi occurrat Festum Simplex; tunc enim post Commemorat. de Octava fit etiam de illo Commemoratio in Laudibus & Missa, cum 9. Lectione de eodem in Officio, si propriam habeat. *Col. Alb.* Si hodie occurrat alicubi Festum 9. Lection. fit de illo eô proportionaliter modô, quô suprà. 3. hujus.

Vesperæ, nisi hodie, aut cras occurrat *Dominica*, dic: in Ecclesia universali de Octava, ut in 2. Vesperis Festi, attamen sub Ritu Semidupl. Quòd si hodie occurrat Dominica, integræ sunt de Dominica, cum Commemorat. Octavæ: si verò cras occurrat Dominica, usque ad Capitul. sunt de Octava; à Capitulo verò de Dominica, cum Commemorat: Octavæ. *Col. Alb.*

6. Dies VI. *infra Octav. Omnium*

mnium Sanctorum. Semid. Color Alb. Officium & Missa Ordinantur hodie eô proportionaliter modô, quô heri.

7. Dies VII. *infra Octav. Omnium Sanctorum* Semid. *Col. Alb.* Hodie quoque usque ad Vesperas exclusivè ordinantur Officium & Missa eo proportionaliter modô, quô 5. hujus. At verò Vesperæ dic. hodie de *Die Octava* Omnium Sanctorum sub Ritu dupl. min. ùt in 1. Vesp. Festi, cum Commemorat. Ss. quatuor Coronatorum MM. ùt ibi, cui præmittitur Commemoratio Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat, cum observatione Rubricæ extantis in Breviar. in Sabbato ante Dominicam II. Novembris. *Col. Alb.*

8. Dies Octava *Festi Omnium Sanctorum*. Dupl. min. *Col. Alb.* In *Officio* omnia dicuntur ùt in Festo, præter Lectiones, quæ in I. Noctur. sunt de Scriptur. occurr. In II. & III. propriæ, cum 9. Lectione de Ss 4. Coronatis MM. nisi Dies Octava Festi Omnium Sanctorum veniat in Dominica; tunc enim 9. Lectio dic. in hodierno *Officio* de Dominica occurr: (omissa Lectione pro eo anno de Ss. MM. 4. Coronatis) & fit de eadem Dominica etiam Commemoratio, & quidem ante Ss. 4. Coronatos (de quibus pariter facienda Commemoratio) in *Laudibus*, *Missa*, ut in Festo, cũ Glor. Oremdo, & Commemorat. de Ss. 4. Coronatis MM. cui præmittitur Commemoratio de Dominica, si quæ hodie occurrat, cum ultimo de eadem Dominica hodie occurrente Evangelio. Præfat. Commun. *Albus*.

Vesperæ usque ad Capitul. dic. sub Ritu dupl. min. de Die Octava Festi Omnium Sanctorum, incitando omnia, ùt in II. Vesperis Festi : à Capitulo autem fit de Dedicat. Basilicæ Ss. Salvatoris, &c. do omnia, ùt in Communi Dedicationis Ecclesiæ, cum Commemorat: *Diei Octavæ* (ùt in 2. Vesperis Festi) ac *S. Theodori M.* ùt ibi, in ultimæ Commemorationi præmittitur etiam Commemoratio Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat, cum observatione Rubricæ Breviar. ante Dominicam II. Novembris positæ, ac heri allegatæ. *Alb.*

9. Dedicatio *Basilicæ SS. Salvatoris*. Dupl. min. *Col. Alb.* Officium, ùt in Communi Dedicat. Eccles. exceptis Lectionibus I. & II. Noct. quæ dic. utì notantur hoc Die in Propr. Sanctorum. In I. Nocturno ùt in Communi Dedicationis Ecclesiæ, cum 9. Lect. de S. Theodoro M. nisi venerit hoc Festum in *Dominica*; tunc enim 9. Lecto dicitur de *Dominica* occurrente, cum Commemoratione ejusdem Do-

mi-

minicæ, & S. Theodori M. in *Laudibus*, ùt ibi.

Missa, utì notatur, cum *Glor. Ord.* ac Commemoratione S. Theodori M. cui præmittitur Commemorat. de *Dominica*, si quæ hodie occurrat. In 1. *Secreta* extra propr. Ecclesiam omittitur Parenthesis. Præfat. Communis. In fin. Evangelium Dominicæ occurrentis, si veniat in Dominica hodiernum Festum.

In *II. Vesperis* (dicendis ùt in Commun. Dedicat. Eccles.) fit Commemoratio Ss. MM. Tryphonis, Respicij, & Nymphæ Virg. ùt ibi, cui præmittitur Commemorat. *Dominicæ*, si quæ hodie, aut cras occurrat, cum observatione Rubricæ extantis in Sabbato ante Dominicam II. Nov. *Col. Alb.* Si crastina Dies sit 1. Dies Mensis Nov. non impedita Festô 9. Lectionum, tunc hodie, dictô post Vesperas diei *Benedicamus Dno*, dicuntur (omissô Versu : *Fidelium animæ &c.*) Vesperæ Defunctor. pro Mense curr. in Choro, non obstante, quòd Officium *Defunctorum* jam dictum sit hoc Mense in Die Commemorationis *Omnium Fidelium Defunctorum*, ùt notat Castald. *Prax.* Cærem L. 2. s. 4. c. 7. n. 2. *Nam*, inquit, *Officium*, quod *Solemniter Ecclesiastico more* tunc *celebratur*, *speciem requirit Celebritatem*; *non enim specialia generalibus derogant*; *illud enim est festivum*, *ac privilegiatum*, *ut inter Octavam Omnium Sanctorum non ex Communi regula*, *sed singulari prærogativâ celebretur*, *hoc vero Commune est omnibus Ferijs cujuslibet Mensis*, quarum sit mentio in propria hujus Officicij Rubrica.

Quòd si cras sit Sabbatum, fit in hodiernis Vesperis prima Commemoratio de S. Maria in Sabbato, ùt ibi, ac postea primùm de Ss. Tryphone, & Soc. MM. *Col. Alb.*

10. Ss. Tryphonis, Respicii, & Nymphæ MM. ac Virginis. Simpl. *Col. Rub.* Nisì hac Die occurrat fiori de Festo 9. Lection. aut de B. V. in Sabbat. aut de Dominica, vel alicubi de Die infra Octavam, Officium, & Missa dic. hodie de memoratis Ss. MM. & illud quidem sic: Ad *Matutinum* dic. Invitatorium, & Hymn. ùt in Commun. plur. MM. Antiphonæ, & 12. Psalmi de Nocturno Feriæ curr. ùt in Psalterio : Antiphonæ ultimi Psalmi subjungitur Versus de plurib MM. ibidem positus in Psalterio, desumptúsque ex eo Nocturno Commun. plur. MM. qui respondet Feriæ currenti : Idem est de *Absolutione*, quæ, quando Officium sit simplex, semper respondet Feriæ currenti. Benedictiones consuetæ Festorum trium Lectionum. 1. nempe : *Ille Nos Benedicat &c.* 2. *Quorum Festum Colimus*, *&c.* 3. *Ad Societatem &c.* Lectio 1. & 2. de Scriptura occurr: nisì ponendum sit Initium Libri Daniel. ùt in Dominica II. Novembr. (utì con-

tingit, quando hoc Festum Cadit in Feriam II.) 3. propria. *Responsoria* duo prima perinde, ac *Versus*, & *Absolutio*, sumuntur ex eo Nocturno de Commun. plur. MM. qui Feriæ currenti respondet, nempe Feriâ II. & V. ex I. Noct. Feriâ III. & VI. ex II. Noct. Feriâ IV. ex III. Noct. de Communi plur. MM. Post tertiam Lectionem dic. *Te DEUM laudamus*, ac proinde in fin. 2. Responsorij, quando id sumitur ex I. aut II. Noct. dicendum est *Gloria Patri &c*, cum Repetitione partis Responsorij, ad eum modum, quô fit in 2. Responsorio III. Nocturni plur. MM. Ad Laudes, & reliquas Horas usque ad Nonam (quâ terminatur Officium Simplex) inclusivè, dicuntur omnia, ùt in Festo Semiduplici plur. MM. cum Suffragijs Sanctorum (sine Comem. de Cruce, nisi hæc sit titulus Eccles.) ad easdem *Laudes*, ac cum Precib. Dominical. ad Primam. Oratio propria. *Si* hodie non fiat de Festo 9. Lectionum, sed vel de Festo Simplici currente, vel de B. V. in Sabbato, tunc hodie, dictô post Laudes Diei *Benedicamus*, dic. in Choro unum Nocturnum (Feriæ currenti correspondens) *Officij Defunctorum*, unà cum *Laudibus* eorumdem *Defunctorum*, juxta alibi jam tradita. Modus autem dicendi hoc Officium in *Choro*, tam pridie in *Vesperis*, quàm in *Ferijs*, pro quibus à Rubricis pro *Choro* præscribitur, juxta Castaldum supra cit. est ille: Post *Vesperas* Diei, dicto *Benedicamus Domino*, *Hebdomadarius* pro *Vesperis* Defunctorum inchoat Antiphonam *Placebo Domino*; Cantor verò Psalmum *Dilexi &c*, & etiam reliqui *Sacerdotes* hinc inde suo Ordine inchoabunt Antiphonas; *Cantores* verò Psalmos, more consueto, quæ dum cantantur, omnes recto Capite sedent, nec duplicantur Antiphonæ. Post quintum Psalmum, suâ repetitâ Antiphonâ, *Cantor* dicet Versum: *Audivi Vocem &c*, & tunc omnes dicto capite surgunt: *Hebdomadarius* deinde inchoante Antiphonam: *Omne, quod dat &c. Cantor* subdet Canticum *Magnificat*, quô dictô, & repetitâ Antiphonâ, dicuntur Preces flexis genibus, in quibus prius dicitur *Pater noster* (& quidem hæc duæ voces, utì & hæ ultimæ: *Sed libera nos á malo* alta voce, reliquum verò totum secretò) cum Psalmo *Benedic anima mea &c*, ac reliquis, ùt dictis Versibus; post quos dicuntur 3. Orationes ibi positæ, sub uno *Oremus*, & unicâ tantùm Conclusione: *Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.* Idem Hebdomadarius post Orationes repetit Vers: *Requiem æternam Dona eis Domine*, & : *Requiescant in pace*, qui Versus semper dicuntur in Numero plurali; nam Ecclesia in hujusmodi Officijs pro *Omnibus* orat, etiamsi Officium fiat pro uno. Ad *Matutinum* in hujusmodi

modi Officijs ferialibus non dicitur *Jubilate* (utì tamen dicitur, quando fit Officium 9. Lectionum, v. g. in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum; item in *Die obitus* & *Depositionis* &c) sed eô omissô unum tantùm ex 3. assignatis *Nocturnis*, in quibus *Antiphonæ* inchoantur à *Sacerdotibus* alternatim hinc inde, nec eæ *duplicantur*; pariter & Psalmi à *Cantoribus* inchoantur, prout in reliquo Officio feriali. Post tertiam Antiphonam cantatis Psalmis *Cantor* dicit Versum; postea omnibus detecto capite stantibus dicit: *Pater noster*, ùt suprà; omnibus dein tecto capite considentibus *Lector* in medio Chori ad Legile 3. Lect. Noct. correspondentes more solito legit, & ad tria Respons. quæ post ipsis dicuntur, dicet Versus, & post ultimum dicet Versum: *Requiem æternam &c*, *Laudes* verò *Defunctorum* dicuntur eô modô, quô eorum Vesperæ.

Missa hodierni Festi dic. ùt in loco, cum *Gloria* sine *Credo*. Evangelium 1. *Attendite à fermento &c.* ut in Commun. plur. MM. locô ultimô. Oratio 2. *Fidelium* ratione Mensis. 3. *A cunctis*. Præf. Commun. *Col. Rub.* In *Ecclesijs* autem *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur 2. *Missæ Conventuales*, una (*quotidiana*) post Primam, aut *dictas* in Choro *Vigilias Defunctorum*, generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs. Altera post Sextam de Festo Simplici, cum *Gloria* sine *Credo*, & tunc in hac Oratio 2. est *A cunctis* 3. ad libitum. *Col. Rub.* Sed in Ecclesijs non Cathedralibus, nec Collegiatis dic. Missa de Die, seu Festo currente, cum Commemorat: generaliter pro Defunctis (per Orationem *Fidelium* 2. locô dicendam) ac 3. Oratione *A cunctis*. *Col. Rub.*

Si hoc Festum veniat in Dominica, aut hodie fiat de Festo 9. Lectionum, fit Officium, & Missa de Dominica, aut de Festo illo 9. Lectionum, cum 9. Lectione de Ss. Tryphone, & Soc. MM. in *Officio*, eorumdémque Commemoratione in *Laudibus*, ac *Missa*: & tunc *Officium Defunctorum* ac Oratio *Fidelium* dicuntur alia Die proximè non impeditâ Festô 9. Lectionum.

Si hodie fit *Sabbatum*, fit hodie *Officium*, & *Missa* de B. M. in Sabbato, ùt suprà P. I. ac suô locô, cum Commemoratione (sine Lectione) in *illo*, & in *ista* de Ss. Tryphone, & Soc MM. & tunc in Missis privatis 2. Oratio est *Fidelium*. 3. de Ss. MM. Tryphone, & Soc. *Col. Alb.* In *Ecclesijs* autem *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur tunc duæ *Missæ Conventuales*, una post Primam, aut post *dictas* in Choro *Vigilias Defunctorum* (eáque quotidiana) generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs. *Col. nig.* Altera post Sextam, de B.

V. in Sabbato, cum *Glor.* sine *Credo*, & cum Commemorat. de Ss. MM. Tryphone, & Soc. ac 3. Orat. de S. Spiritu : in hujus Missæ fine dic: *Ite &c. Col. Alb.* In Ecclesijs autem non Cathedralibus, nec Collegiatis dic. Missa de *Die*, id est *de B. Maria in Sabbato*, cum Commemoratione generaliter pro Defunctis per Orationem *Fidelium* 2. locô dicendam, ac cum Commemorat Ss: MM. Tryphonis, & Soc. 3. locô faciendâ. Quòd si plures Orationes lubeat dicere, quàm tres, Oratio *Fidelium* debet tunc esse penultima. *Col. Alb.*

Vesperæ de Festo dupl. sequente, ùt ibi, cum Commemorat. *Dominicæ*, si quæ hodie, aut cras occurrat, & S. *Mennæ M.* in Ecclesia universali; nam ubi S. Martinus est *Patronus Ecclesiæ Titularis*, adeoque duplex 1. Classis, ibi fit quidem Commemoratio Dominicæ *Sequentis*, non tamen Commemoratio Dominicæ *præcedentis*, nec S. Mennæ M. *Col. Alb.*

Die aliqua Dominica Novembris, ab Ordinario loci eligendâ, celebratur in locis Hispaniarum Regi quà tali, subjectis Festum Patrocinij B. M.V. Simile quoque Indultum sua Cæsarea Majestas à Ss. D. N. Clemente XI. 18. Octobr. 1713. pro Omnibus suis Regnis & Dominijs obtinuit, juxta dicta superiùs initiô hujus Tituli. Quomodo autem Ordinandum sit de ejus *Officium*, & *Missa*, vide P. I. Tit. 53. fol. 262. Dominicâ I. Novembris.

11. S. Martini Episc. & Conf. Dupl. min. in Ecclesia universali *Col. Alb.* Officium, ùt in Communi Conf. Pontif. ac propriô loco (nam habet proprium Invitatorium, & alia plura) cum 9. Lectô de S. Menna M (nisi veniat in Dominica) ejusque Commemorat. in *Laudibus* in Ecclesia universali. Ille verò S. Martinus est *Patronus propria Ecclesiæ*, adeoque dupl. 1. Classis, ubi de Festo simplici S. Mennæ nihil fit tam in *Officio*, quàm in *Missa* : quando item S. Martinus occurrit in *Dominica*, tunc 9. Lectio non dicitur de S. Menna, etiam in Ecclesia universali, sed de *Dominica* fitque de eadem *Dominica*, ante Commemorationem de S. Menna, etiam Commemoratio in *Laudibus* : quæ 9. Lectio, & Commemoratio de *Dominica* hodie *occurrente* nec ubi est omittenda, ubi S. Martinus est Duplex 1. Classis. Inter alia, quæ propria habet Officium hujus Festi, est etiam hoc, quòd Psalmi pro II. Nocturn. sumendi sint ex III. Noct. de Commun. un. Mart. & sic omnes dicendi, ùt in *Communi* un. Mart. *quia* (inquit hîc Gavant.) *S. Martino non defuit Palma Martyrij*, ùt dic. in Antiphona ad *Magnificat.*

Missa, ubi notatur in *Propria* San-

Sanctorum, cum *Gloria*, sine *Credo*, (nisi in Ecclesia propria, aut niveniat in *Dominica*) & cum Commemoratione *Dominicæ*, si quæ occurrat, etiam in Propria Ecclesia, ac S. Mennæ in Ecclesia universiali; nam ubi S. Martinus est Duplex 1. Classis, ibi nihil fit de S. Menna, etiam in Missa. Præf. Commun. Ob. *Alb.* Quando occurrit hoc Festum in Dominica XXII. post Pentecost. tunc *Secreta Dominicæ* XXII. post Pentecosten (utpote coincidens cum *Secreta Festi*) juxta Rubric. Genral. Missalis VII. de *Commemoratione, num.* 8. commutanda est cum alia, ac proinde tunc sumenda ex Dominica subsequente, nempe XXIII. post Pentecost. *Gav. ibi lit. q.* Quòd si hac Die ex Præscripto Superioris Ecclesiastici dicenda sit Oratio: *DEus Refugium nostrum &c*, habens inter Orationes ad diversa circa finem Missalis præfixum hunc Titulum: *Pro quacunque necessitate*, tunc ejus *Secreta* illius pariter coincidit cum *Secreta Festi*, locô Secretæ, respondentis alioqui dictæ Orationi pro quacunque Necessitate intitulatæ, sumenda est Secreta illius Orationis, quæ inter Orationes ad diversa ibi proximè sequitur sub Titulo: Pro quacunque Tribulatione, ac ità incipit: *Suscipe Domine &c.* Quòd si simul occurrat Dominica XXII. post Pentecosten, tunc locô Orationis: *DEUS Refugium nostrum*, ad Tempus à Superiore Ecclesiastico præscriptæ, adæquatè autem in tali Casu unà cum sua *Secreta*, & *Postcommunione* coincidentis cum Orationibus Dominicæ 22. post Pentecost. dicenda est (& quidem ultimô locô, seu post Commemorationem de S. Menna) Oratio: *Ne despicias &c.* cum sua *Secreta*, & *Postcommunione*, extans in Missali inter Orationes ad diversa sub Titulo: Pro quacunque Tribulatione: Orationes autem Dominicæ 22. post Pentecost. tunc manent invariatæ, exceptâ ejus *Secreta*, quæ cum coincidat cum *Secreta* ipsius *Festi S. Martini*, ideò juxta suprà dicta sumenda est in tali casu ex Dominica 23. post Pentecosten, non obstante, quòd eadem Secreta post Octiduum sit rursus dicenda in sequente Dominica. *Gav. loc. cit.* nempe To. I. P. I. *Tit. 7. n. 8. lit. q.*

Vesperæ in Ecclesia universali de S. Martino Episc. Conf. ùt ibi, cum Commemoratione *Dominicæ*, si quæ hodie, aut cras occurrat, ac S. Martini Pap. & Mart. cum Antiphon. Vers. & Oratione (*DEUS, qui nos Beati &c.*) ùt in 1. Vesp. de *Communi* Un. Martyr. 2. locô. *Col. Alb.*

Ubi *Festum S. Martini Episcopi* celebratur cum *Octava*, ibi Lectiones II. & III. Nocturn. infra Octavam dicendæ sunt, prout notantur in Octavario Romano infra Octav. Confessor.

fessor. Pontif. à *fol.* 361. & à *fol.* 388.

12. S. Martini *Pap. ac Mart.* Semid. in Ecclesia universali, cum Suffrag. Sanctor & Precibus Dominicalibus suis locis, nisi alicubi veniat infra Octav. *Col. Rub.* Si veniat in *Dominica*, transfertur hoc Festum in Diem proximam non impeditam Officiô 9. Lectionum.

Alioqui dicuntur hodie in Officio omnia, ùt in Communi Un. Mart. nisi quòd Lect. I. Noct. dic. de Scriptura Diei currentis, nisi ponendum sit Initium Libri S. Scripturæ nondum positum, v. g. Danielis Prophetæ, utì contingere potest Festo S. Martini Episcopi incidente in Dominicam 3. Novembr. Sumendas autem esse Lectiones I. Nocturni regulariter de *Scriptura currente* in hoc Festo, non autem de *Communi unius Martyris* (ut quædam Breviaria, ab alijs dissidentia, innuere videntur) constat ex Directorio Romano, quod cum Breviarijs alijs multò recentioribus eas constanter de Scriptura occurrente assignat, utì & vetera Breviaria. Lection: II. Nocturn. prout notantur in propr. locô. In. III. Noct. de Homil. in Evangel: *Si quis venit &c.* de *Communi un. Mart.* 1. loco. Responsorium Octavum : *Domine prævenisti &c.* extans immediatè ante Antiphonas ad Laudes un. Martyr: quia Sanguinem non fudit. *Gav. hîc.*

Missa, utì notatur, cum Evangel: *Si quis venit ad me &c.* (de Commun. un. Mart. Pontific.) & Gl. sine *Cred.* Orat. 2. *A cunctis* 3. ad lib. Præf. Comm. *Col. Rub.*

Vesperæ usque ad Capitulum dic. in Ecclesia universali de S. Martino Pap. ac Mart. ùt in 2. Vesperis de Commun. un. Mart. à Capitulo verò (nisi cras occurrat Dominica) dic. de Seq. Festo S. Didaci Confess. ùt in Communi Confess. non Pontif. sine mutatione 3. Versûs in Hymno : *Iste Confessor. &c.* ubi non transfertur hoc Festum, utì expressè præscribit Directorium Romanum 1703. quia nempe hodierna Dies et Dies obitûs S. Didaci, & de eo Octavæ saltem à Capitulo sunt 1. Vesperæ. Oratio propria, Commemoratio præcedentis, cum Suffragijs Sanctorum in Vesp: nec non Precibus Dominicalibus ad Completor. *Col. Alb.*

Quòd si cras occurrat Dominica, tunc in Ecclesia universali (translatô S. Didacô in Diem aliam proximam non impeditam) Vesperæ hodiernæ dic. à Capitulo de Dominica, ùt in Psalter: ac propr. loco, cum Commemoratione præcedentis, ac Suffragijs Sanctor. & Precibus Dominicalibus suis locis. *Col. Viridis*, nisi alicubi currat Octava: tunc enim, post Commemorationem de Festo præcedente, fit etiam Commemoratio de Octava, & Co-

lor

for conformis tunc esse debet currenti Octavæ.

In *Societate* JESU, translatô S. Didacô in Diem proximam non impeditam Festô 9. Lectionum, hodiernæ Vesperæ integræ dic. de B. Stanislao Kostka Conf. è Soc JESU sub Ritu dupl. mai. ùt in 1. Vesp. Confess. non-Pontif. at in Hymno : *Ille Confessor* dicitur : *meruit Supremos &c.* Orat. *Adesto Domine*, ùt in eodem Communi 2. locô, cui subjungitur Commemoratio Festi præsentis, & ante hanc etiam *Dominicæ*, si quæ cras occurrat : Si autem hodie occurrat Dominica, fit de ea pariter Commemoratio. *Col. Alb.*

13. S. Didaci Conf. *Semiduplex* in Ecclesia universali, cum Suffragiis Sanctor. & Precibus Dominicalibus ùt herì. *Col. Alb.* Si veniat in Dominica hoc Festum, transfertur in Ecclesia universali in Diem proximam Officiô 9. Lectionum non impeditam. Alioqui fit Officium hodie de illo, ùt in *Communi* Conf. Non-Pontif. nec in Hymno : *Iste Confessor &c*, mutatur 3. Versus juxta herì ac alibi dicta, & probata. Lection. I. Nocturn. dic. de Scriptr. occurr. nisi ponendum sit Initium Prophetæ minoris nondum positum. In II. ùti notantur in Propr. Sanctor. In III. Noct: *Nolite timere, pusillus Grex*, de Commun. Conf. Non-Pontif. 2. locô. Orat. propria.

Missa : Justus, ut Palma [2. de *Communi* Conf. Non-Pontif.] cum *Glor.* sine *Cred.* Orat. 1. propr. ùti notatur in ordine in novis Missalib. & sine antiquor. hac Die. 2. *A cunctis.* 3. ad libit. Præf. Commun. *Col. Alb.*

In 2. *Vesperis* (quæ in Ecclesia universali, nisi cras occurrat *Dominica*, sunt integræ de eodem S. Didaco) dic. omnia ùt in 2. Vesperis Confessor : Non-Pontif. exceptâ propria Oratione ; & siquidem cras occurrat fieri vel de B. V. in Sabbato, vel alicubi de Festo Simplici, fit de illis Commemoratio. *Col. Alb.* Si cras occurrat *Dominica*, tunc hodiernæ Vesperæ solùm usque ad Capitulum dicuntur de S. Didaco, à Capitulo verò de Dominica, cum Commemoratæ præced. &c. & tunc *Col. Viridis*, nisi alicubi currat aliqua Octava ; tunc enim observanda sunt herì annotata. Quòd si crastina Dies sit prima Dies hujus Mensis non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc dictô post Vesperas hodiernæ Diei *Benedicamus*, subjunguntur in Choro immediatè *Vesperæ Defunctorum* pro Mense Novembri.

In *Societate* Jesu (translato S. Didaco in Diem crastinam, nisi ea sit *Dominica*, aut aliter impedita) ex Indulto Clementis Pap. X. celebratur hac Die sub Ritu *dupl. majore* (in Polonia, & Lithuania sub Ritu

Ritu dupl. 1. Classis, & cum Octava) Festum B. Stanislai Kostkæ Conf. Non-Pontif. dicendo omnia ut in Communi Conf. Non-Pontif. attamen cum mutatione tertij Versus in Hymno : *Iste Confessor &c.* Lect. I. Nocturn. De Libro Sapientiæ : *Justus, si morte &c.* II. Noctur. Ex Libro moralium S. Gregorij Pap. *Deridetur Justi &c.* ut in eodem *Communi.* 2. locô. III. Nocturn. Homilia Ven. Bedæ Presbyt. in Evang. *Nolite timere &c,* ut ibi 2. locô. Oratio : *Adesto Domine &c.* de eodem *Communi* 2. locô. Si veniat in Dominica, dic. de ea 9, Lectio, & fit de eadem quoque Commemoratio.

Missa : *Justus ut Palma* (2. de *Communi* Conf. Non-Pontif.) cum *Gloria* sine *Credo* (etiam in *Missa solenni*) nisi vel veniat in Dominica, vel celebretur ibi, ubi est insignis de hoc Beato Reliquia, aut Populi concursus, cum solenniori Missa, ut in Polonia, & Lithuania; non autem sufficere ad dicendum *Credo*, in *Missa* etiam *solenni*, qualemcumq; illum Studiosorum aut plurium ei Devotorum, cujusmodi in nostris datur Parœbus, concursum, rescriptum mihi est Româ, & satis colligitur ex Gav. suprà 5. Febr. & 21. Junij à me cit. nec non ex Directorio Festorum Soc. JESU recentissimè reimpresso. Oratio unica, nisi veniat in *Dominica*; tunc enim fit de ista in *Missa* quoque Commemoratio, & de eadem legitur ultimum in ea Evangelium. Præ Commun. *Col. Alb.*

Ex Indulto Clementis X. manato Die 16. August. 1670. ac pliùs explicito per aliud Indult de Die 30. Septemb. 1671. pos omnes Sacerdotes, tam sæcular quàm Regulares, ad Ecclesias Soc tatis confluentes in Festo B. Stan lai Kostkæ Soc. JESU Officium Missam in ijsdem Societatis Eccl sijs (non tamen extra has) de e dem Beato dicere, ac celebrare P. Georg. Gob. Tom. 1. edit noviss. P. I. Tr. 3. n. 696. App 1. Lit. S. & Seqq. Ex ejusdem dis Apostolicæ Indulto concessa Indulgentia plenaria in Festo Stanislai pro una Ecclesia in q vis Societatis JESU Provincia, p rumque Domus professæ, vel pra pui Collegij; & in nostra quàd Germaniæ superioris Provincia gaudet Ecclesia nostra Monacen in qua cum Festum hoc cum re, quàm alibi, celebretur solen nitate (siquidem ibi non mod beatur *Officium solenne*, concio & *Indulgentia* etiam *plenaria*, atta tibus non modò studiosis, sed & lijs) ideo ibi in Missa [attam *solenni* tantùm] dici solet, ut *Credo*, quod ex Declaratione Congr gationis XI. General. de anno 1 dicere in hoc Festo permissum tantùm ibi, ubi adest *insignis* de Beato Reliquia, sed etiam ibi, ubi est

est *Populi concursus cum solenniori Missa.* Adhuc majorem Ritum, ac solemnitatem habet hoc Festum in Regno Poloniæ, ac magno Ducatu Lithuaniæ. Vide Decreta superiùs citata.

In 2. Vesperis fit Commemoratio Festi, aut Dominicæ sequentis.

14. In Societate JESU (nisi ob occurrentem hodie Dominicam, vel Festum aliud alicubi in hanc Diem incidens, vel vetustius translatum, debeat *S. Didacus* ulteriùs ea transferri) fit hodie Officium (cum mutatione 3. Versûs in Hymno : *Iste Confessor*) & Missa de S. Didaco Confess. ùt suprà die præced. quâ alioqui celebratur, nisi veniat in *Dominica.*

Ubi autem hodie non occurrit fieri de Festo 9. Lectionum, nec de Dominica, ibi (nisi faciendum sit de *Festo Simplici*, vel *B. V. in Sabbato*) *Officium* & *Missa* fit hodie de Feria curr. ùt suprà P. I. Mense Novembri. Quòd si hodierna Dies sit prima Dies Mensis Novembr: *non impedita Officio 9. Lectionum*, aut hodie faciendum sit de *B. M. in Sabbato*, vel de alio *Festo Simplici*, aut de *Dominica*, tunc circa Officium & Missas hodiernæ Diei pariter observanda sunt ibi annotata : videri etiam possunt dicta superiùs 26. 29. & 30. Octobr. &c.

15. Nisi hodie occurrat fieri de Festo 9. Lectionum (seu *occurrente*, seu *translato*) Officium, & Missa ordinanda sunt modô herì indicatô.

16. Nisi hodie occurrat Dominica, aut Festum 9. Lectionum, in ordinando *Officio* usque ad Vesperas exclusivè, ac *Missa* procedendum est modô 14. hujus declaratô : Vesperæ autem (nisi cras, aut hodie occurrat Dominica) dic: in Ecclesia universali *Ritu Semidupl.* de seq. Festo S. Gregorij Thaumaturgi Episc. Conf. ùt in I. Vesperis Conf. Pontif. cum *Suffragijs Sanctor.* necnon cum Precibus Dominicalibus ad Completor. Orat: *Da quæsumus &c*, ùt in *Communi* Conf. Pontif. 1. locô. *Col. Alb.* Si hodie occurrat Dominica, integræ Vesperæ dic. de Dominica, cum Commemorat. S. Gregorij &c. *Col. Vir.* Si autem cras occurrat *Dominica, S.* Gregorius transfertur in Ecclesia universali in Diem proximam Officiô 9. Lectionum non impeditam, & tunc in Hymno : *Iste Confessor* mutatur 3. Versus, cùm celebrabitur.

17. S. Gregorii *Thaumaturgi* Episc. Conf. *Semid.* cum Suffragijs Sanctorum, & Precibus Dominicalibus suis locis. *Col. Alb* Si veniat in *Dominica*, transfertur in Diem proximam Officiô 9. Lectionum non impeditam, cum mutatione 3. Versus in Hymno : *Iste Confessor.* Alioqui fit hodie de eo *Officium* & *Missa* in hunc modum : *In Officio* omnia

(etiam Oratio : *Da, quæsumus &c*) dic: de *Communi* Conf. Pontif. exceptis Lectionib. quæ in 1. Nocturn. sunt de Script. occurr. nisi ponendum sit Initium Prophetiæ unius, vel plurium minorum Prophetarum. II. & III. Noct. uti notantur in proprio loco.

Missa, uti notatur, in Eccles. universali, cum *Glor.* sine *Credo*. Orat. 2. *A cunctis*. 3. ad libit. Præfat. Commun. *Col. Alb.*

Ubi hoc Festum habet *Ritum altiorem*, ac celebratur cum *Octava*, ibi per Octavam dicuntur Lectiones II. Noct. uti notantur in Octavario Rom. *à fol.* 361 in *Communi* Octava Conf. Pontif. In III. autem Nocturno, uti notantur ibid: à *fol.* 182. Die 17. Nov. ante *Octavas Communes* Sanctor.

Vesperæ hodiernæ in Ecclesia universali sub Ritu dupl. minor. sunt de Sequenti *Festo Dedicationis Basilicar. Ss. Apostolorum Petri & Pauli*, dicendo omnia, ut in primis Vesperis de Communi *Dedicationis Ecclesiæ*, cum Commemoratione S. Gregorij, ut in 2. Vesperis Confessor. Pontif. & ante illam *Dominica*, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Alb.*

18. Dedicatio Basilicarum SS. Apostolorum Petri & Pauli, Romæ. Dupl. min. *Col. Alb.* Officium, ut in *Communi* Dedicat. Ecclesiæ, exceptis Lectionibus, quæ in I. & II. Nocturn. dic: uti notantur hac Die in Propr: *Sanctor.* In III. autem Noct. leguntur, uti quæ Die infra Octavam in Comm. Dedicationis Ecclesiæ notantur in Breviar. Quòd si hodie occurrat *Dominica*, legitur de ea 9. Lect. & fit de eadem quoque Commemoratio in *Laudibus*.

Missa, ut in Communi Dedicationis Ecclesiæ, cum *Glor.* & *Credo*. Oratio unica (nisi veniat Dominica, aut alicubi simul occurrat Festum Simplex) sed extra Octas Basilicas Romanas Ss. Petri & Pauli omittitur in Oratione Secretâ tota Parenthesis. Præf. Comm. Si occurrat hodie Dominica, fit illa Commemoratio etiam in Missa, legiturque in ista de eadem Dominica ultimum Evangelium. *Col. Alb.*

Vesperæ usque ad Capit. de hodierno Festo, ut in Communi Dedicat. Ecclesiæ in 2. Vesperis à Capitulo verò de Festo Seq. S. Elisabethæ Vid. ut in 1. Vesp. Sanctorum nec Virg. nec Mart. exp. Oratione propria, cui subjungitur Commemoratio Festi præced. & *Dominicæ* (si quæ hodie, aut cras occurrat) nec non S. Pontiani Pp. & Mart. ex 1. Vesper. un. Mem. Oratio : *Infirmitatem nostram &c.* ibid. 1. locô. *Col. Alb.*

19. S. Elisabeth Reg. Hung. Vid. In Ecclesia universali dupl. min.

min. *Col. Alb.* In *Officio* omnia de Communi Sanctar. nec Virg. nec Mart. præter Orationem, quæ est propria, & Lectiones, quæ in I. Noct. sunt de Scriptur. Feriæ currentis, nisi ponendum sit Initium Prophetiæ unius, vel plurium Prophetar. minor. In II. Nocturn. propriæ. In III. Nocturn. *Simile est Regnum Cælorum Thesauro &c*, ùt in Commun. non Virg. cum 9. Lectione de S. *Pontiano*; nisi occurrat *Dominica*: nam si hodie occurrat *Dominica*, nona Lectio dicitur de *Dominica*, omissa pro illo anno Lectione de S. *Pontiano*: fit tamen de illo etiam tunc Commemoratio in *Laudibus* (at post Commemorationem de *Dominica*) perinde, ac aliàs fieri solet, in Ecclesia universali: at verò ubi S. Elisabeth est Dupl. 1. Classis, ibi nihil fit de S. *Pontiano* tam in *Officio*, quàm in *Missa*; ubi verò illa est duplex 2. Classis, ibi fit de S. Pontiano Commemoratio in *Laudibus*, & *Missis privatis* tantùm, non verò in 1. *Vesperis*, nec in *Missa solenni*, nona tamen Lectio (nisi occurrat Dominica) etiam ibi dic. de illo, ubi est duplex 2. Class. *Col. Alb.*

Missa: *Cognovi* (in recentioribus Missalib. extans in ordine) de Communi nec Virg. nec Mart. cum Gl. sine *Credo* (nisi ubi est Patrona, aut nisi veniat in Dominica) Oct. 1. propr. 2. de S. *Pontiano* Pap. ac Mart. *Infirmitatem nostram &c*, ex Missa: *Statuit*, 1. de Communi un. Mart. Pontif. Præf. Commun. Quòd si hodie occurrat *Dominica*, tunc ante Commemorationem de S. *Pontiano* facienda est Commemoratio de *Dominica*, & de ea legendum in fine Missæ Evangel. *Col. Alb.*

NB. Ubi S. Pontianus Pap. & Mart. est Festum 9. Lectionum, ibi (seu hodie, seu alia Die celebretur) Responsorium Octavum est: *Domine prævenisti*, extans immediatè ante Antiphonas ad Laudes unius Mart. quia nempe Sanguinem non fudit.

Vespera usque ad Capitul: de S. Elisabeth, ùt in 2. Vesp: nec Virg. nec Mart. à Capitulo verò de Festo dupl. sequente S. Felicis de Valois Conf. Oratio propria, extans vel in ordine in recentioribus Breviarijs, vel in fine antiquiorum. Reliqua ùt in 1. Vespr. Confess. non Pontif. cum mutatione 3. Versus, & Commemorat: præcedentis, nec non *Dominicæ*, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Alb.*

20. S. Felicis de Valois Conf. In Ecclesia universali dupl. minus. *Col. Alb.*. Officium de Communi Conf. non Pontif. at cum Mutatione 3. Versus in Hymno: *Iste Confessor &c.* Orat. propria. Lect. I. Nocturn. de Script. Fer. currentis: nisi ponendum sit initium Prophetiæ unius, vel plur. minor. Prophetarum. II. Nocturn. utì notantur in

Propr. Sanctorum in recentioribus Brev. vel in antiquioribus in fine Breviarij inter Festa particularium locorum propria. III. Nocturni : *Nolite timere pusillus Grex*, ùt in *Commun.* Conf. non Pontif. 2. locô. Si veniat in *Dominica*, dic. de ea 9. Lectio, cum ejusdem *Dominicæ* Commemorat: in *Laudibus.*

Missa : *Justus, ut Palma &c,* de Communi Conf. nonPontif. cum *Glor.* fine *Credo* (nisì ubi est *Patronus principalis*, aut nisì veniat in Dominica) Oratio propria, eáque unica, nisì veniat in Dominica ; tunc enim fit de hac Commemoratio etiam in Missa, & in hujus fine legitur Evangelium Dominicæ. Præf. Commun. *Col. Alb.*

Vesperæ sub Ritu *Dupl. majore* de Festo Seq. Præsentat. B. M. V. ùt in ejus Officio parvo, ac propr. locô, cum Commemorat. Festi præced. & postmodum Dominicæ, si quæ hodie, aut cras occurrat. In *Vesperis solennibus*, quæ hodie aut cras alicubi cantantur, dum celebrans Hymnum *Ave Maris Stella* intonat modô suprà Die 23. Jan. circa finem declaratô, omnes genuflectunt, ac statim etiam ipse celebrans idipsum facit(& quidem juxta Gerlac. Vinitorem, citantem Cæremoniale Episcoporum *L. 2. c. 1.* id facit suô locô ; juxta P. Gobar. & Lohner verò supra proximum Altaris Gradum) permanens in genuflexione juxta eundem Gerlacum usque ad finem primi Versus ; juxta Lohner autem usque dum prima Hymni Strophe fuerit absoluta : quâ finitâ surgit & (Cæteris pariter omnibus surgentibus) facta Altari Reverentiâ ad sedem redit, ibique stat, usque dum totus ille Vesperarum Hymnus finiatur : Ministris autem ea sunt observanda, quæ suprà die 23. Jan. &c. Hymnus Completorij terminatur per verba : *JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c,* & sic per totam Octavam, ubi celebratur tanquam Titulus Templi cum Octava. *Col. Alb.*

21. Præsentatio B. M. V. In Ecclesia universali dupl. maj. *Col. Alb.* Ad *Matutinum* dic. Psalmi, Antiphonæ, & Vers. Nocturnorum, ùt in Officio parvo B. Mariæ : reliqua verò uti notantur in proprio loco. Si veniat in Dominica, dic de hac 9. Lectio. Ad *Laudes* & per *Horas* omnia, ùt in Officio S. Mariæ in Sabbato, excepto Versu, Antiphonâ ad *Benedicamus*, & Oratione, quæ pariter dicuntur, uti notantur in proprio loco. Si veniat in *Dominica*, fit de eadem Commemoratio in *Laudibus.*

Missa, uti notatur, cum *Gl.* & *Credo.* Oratio unica, nisi veniat in *Dominica.* Præf. de B. V. *Et te in Præsentatione.* Si veniat in *Dominica*, fit de ea Commemoratio, & de eadem legitur in Missa ultimum Evangelium. *Col. Alb.*

In

In II. *Vesperis* omnia dic. ac fiunt, ùt in primis, & fit Commemoratio S. Cæciliæ, ùt ibi, nec non Dominica, si quæ hodie, aut cras occurrat. *Col. Alb.*

Ubi PRÆSENTATIO B. V. est Festum Titulare, seu *Patrocinij*, ibi celebratur *Ritu duplici* 1. *Classis*, & cum Octava : quæ autem tunc dicendæ infra Octavam sint Lectiones in II. & III. Nocturn. habetur in Octavario Romano à *fol.* 50. & 90. Ubi verò S. Cæcilia est *Patrona Ecclesiæ*, si integræ Vesperæ dicuntur hodie ritu duplici 1. Classis de illa, sine Commemoratione tam Festi Præsentationis, quàm Dominicæ præcedentis, atque etiam sine Versu : *Tibi sit gloria &c.* in fine Hymnorum in Vesperis & Completor. cum Commemoratione tamen Dominicæ sequentis, si quæ cras *occurrat.*

22. S. CÆCILIÆ V. & M. dupl. min. *Col. Rub.* Officium, ut in Communi Virg. Mart. ac propr. loco. Si veniat in *Dominica*, dic. de ea 9. Lectio, & fit de eadem *Dominica*, Commemoratio in Laudibus, etiam ibi, ubi S. Cæcilia est *Patrona.*

Missa propr: cum *Glor.* sine *Cred.* nisi in propr. Ecclesia, aut nisi veniat in Dominica. Oratio unica, nisi occurrat Dominica; tunc etiam fit de ea Commemoratio, & legitur de eadem ult. Evangel. etiam ibi, ubi *S.* Cæcilia est *Patrona.* Præf. Commun. nisi alicubi currat Octava B. V. præsentatæ *Col. Rub.*

Ad *Vesperas* in Ecclesia universali Antiphona : *Cantantibus Organis*, cum reliquis de Laudibus : Psalmi, & alia, ùt in II. Vesperis de Commun. Virg. exceptâ Antiphonâ ad *Magnificat*, & Oratione propriâ : fitque Commemoratio de S. Clemente Pap. & Mart. (nisi cras occurrat Dominica) uti & S. Felicitatis Mart. ùt ibi, *Col. Rub.* Si hodie occurrat *Dominica*, Commemorationi de S. Clemente præmittitur etiam Commemoratio de *Dominica* in hodiernis Vesperis : si verò cras occurrat *Dominica*, tunc (translato S. Clemente in Diem proximam, Officio. 9. Lectionum non impeditam) in hodiernis Vesperis fit Commemoratio solius *Dominicæ*, & *S.* Felicitatis Mart. & runc *Col. Rub.* Ubi S. Cæcilia celebratur Ritu duplici 1. Classis, etiam in *primis Vesperis* dicuntur Antiphonæ *Cantantibus Organis*, & reliquæ; ùt in *Laudibus.*

Ubi autem S. CLEMENS, tanquam *Patronus Ecclesiæ Titularis*, est Dupl. 1. Classis, ibi hodiernæ Vesperæ integræ dicuntur de illo (etiam cum venit in Dominica) ùt in 1. Vesperis un. Mart. exceptis Antiphonis ad Psalmos (quæ sumuntur de Laudibus) & Antiphonâ ad *Magnificat*, quæ est propria, uti & Oratio : nec fit in illis Commemo-

ratio Festi duplicis præcedentis (nisi, ubi illud est 1. vel 2. Class.) nec S. Felicitatis, nec etiam Dominicæ hodie occurrentis, sed solius Dominicæ sequentis, si quæ cras occurrat. *Col. Rub.* Infra Octavam autem dicendæ sunt Lectiones II. & III. Nocturn. in ejusmodi loco, prout notantur in Octavar. Romano à *fol.* 222. & 182. *&c.*

23. *S.* Clementis Pap. & Mart. Semid. *Col. Rub.* Si veniat hoc Festum in Dominica, transfertur in Ecclesia universali in Diem proximam, Officio 9. Lectionum non impeditam; non tamen perinde tunc transfertur Festum Simplex S. Felicitatis, sed tam in 1. Vesperis, quàm Laudibus, & Missâ Dominicæ fit de eo in Ecclesia universali Commemoratio hac eadem Die, cum 9. de eodem Festo Simplici Lectione in *Officio.* Alio autem Tempore fit Officium, & Missa de S. Clemente in hunc modum: Ad *Matutinum* usque ad Lectiones omnia dic. de Commun. un. Mart. In I. Nocturno Lectiones de Actib. Apostolorum: *A Mileto*, cum proprijs Responsorijs, ùt ibi. In II. & III. Nocturno Lectiones, utì notantur hac Die in Proprio Sanctor: cum Responsorijs de Communi un. Mart. in II. & III. Nocturn. ac 9. Lectione de S. Felicitate. Quòd si transferatur S. Clemens in Diem, quâ non occurrit Festum *Simplex*, habens *propriam Lectionem*, neque aliqua *Vigilia*, vel *Feria habens peoprium Evangelium*, tunc 9. Lectio pro S. Clemente sumenda est de Homilia S. Hilarij in Evangel. *Vigilate &c.* ea notatur in *Communi* Confess. Pontif. 2. locô, & incipit: *Quis contuens &c.* Ad *Laudes*, & per *Horas* omnia dic: ùt in *Communi* un. Mart. præter Antiphonas, quæ sunt propriæ (etiam illa, quæ dic. ad *Benedictus*) & Orationem, quæ pariter est Propria, eíque subjungitur (si hodie celebretur S. Clemens) Commemoratio de S. Felicitate M. ùt ibi, & Suffragia Sanctorum (nisi transferatur in Adventum) cum Precibus Dominicalibus ad *Primam.*

Missa, utì notatur, cum *Gloria* sine *Credo* in Ecclesia universali. Orat. 2. de S. Felicitate. 3. *A cunctis* Præf. Communis. *Col. Alb.*

Ad *Vesperas* (quæ integræ dicuntur de S. *Clemente*, nisi cras alicubi, aut aliquando occurrat fieri de *Festo alio 9. Lectionum*, aut de *Dominica*, aut *Die infra Octavam*) omnia dic. ùt in II. Vesper. un. Mart. exceptis Antiphonis ad Psalmos, quæ sumuntur de Laudibus hodierni Officij, nec non Antiphonâ ad *Magnificat*, quæ, utì & Oratio, pariter est propria, eíque subjungitur Commemoratio de S. Chrysogono Mart. ùt ibi, cum Suffragijs Sanctorum, & Precibus Dominicalibus ad *Completuri-*

periam (nisi transferatur in *Adventum*, aut nisi currat alicubi aliqua *Octava*, aut cras faciendum alicubi sit de Festo duplici) *Col. Rub.* Quòd si cras sit *Sabbatum* non impeditum Officiô 9. Lectionum, tunc in hodiernis Vesperis fit 1. Commemoratio de S. Maria *in Sabbato*, ùt ibi, & postea primùm de S. Chrysogono Mart. &c. Si crastina Dies sit prima Dies hujus Mensis non impedita Officiô 9. Lectionum, tunc hodie, dictô post Vesperas Diei *Benedixamus*, dic: immediatè *Vesperæ Defunctor.* pro Mens. Nov. in Choro. Si cras occurrat *Dominica*, dicentur hodiernæ Vesperæ de ea à Capitulo, cum Commemoratione præcedentis. *Col. Vind.* nisi alicubi currat aliqua *Octava*, v.g. S. Cæciliæ, aut S. Clement: tunc enim color erit conveniens currenti Octavæ, & de eadem fiet 2. Commemoratio in Vesp.

24. S. Chrysogoni M. Simplex. *Col. Rub.* Nisi hac Die occurrat fieri de *Festo 9. Lection.* aut de B. V. *in Sabbato* aut de *Dominica*, aut alicubi de *Die infra Octavam*, fit hodie Officium, & Missa de hodierno Festo Simplici, & *Officium* quidem in hunc modum: Ad *Matutinum* dic. Invitatorium & Hymn. ùt in Communi un. Mart. Antiphonæ verò, & 12. Psalmi dicuntur, ac sumuntur de Nocturno Feriæ currentis, ùt in Psalterio: Antiphonæ ultimi Psalmi subjungitur *Versus* de uno Mart. ibidem positus in Psalterio; desumptúsque ex eo Nocturno de Communi un. Mart. qui respondet Feriæ currenti. Idem est de *Absolutione*, quæ, quando *Officium* fit Simplex, etiam ipsa semper respondet Feriæ currenti. Benedictiones: 1. *Ille nos Benedicat &c.* 2. *cujus Festum colimus, &c.* 3. *Ad Societatem &c.*, ùt in Festis 3. Lectionum. Lectio *prima* dic de Script. occurr. nisi ponendum sit Initium alicujus anterioris Prophetæ minoris. *Secunda* verò, & *tertia* dicitur de Sancto, ùti notatur hac Die. *Responsoria* duo *prima* perinde, ac *Versus*, & *Absolutio*, sumuntur ex eo Nocturno de Communi un. Mart. qui Feriæ currenti respondet, nempe Feriâ II. & V. ex I. Noct. Feriâ III. & VI. ex II. Noct. Fer. IV. ex III. Nocturn. de Communi un Mart. Post tertiam Lectionem dic. *Te DEUM laudamus*, ac proindè in fin. secundi Responsorij, quando id sumitur ex I. aut II. Nocturn. un. Mart. dicendum est *Gloria Patri &c.* cum Repetitione Partis Responsorij ad eum modum, quô alioqui fit in secundo Responsorio III. Nocturni un. Mart. cùm incidit in Feriam IV. Ad *Laudes*, & reliquas *Horas* usque ad Nonam (quâ terminatur Officium Simplex) inclusivè, omnia dic. ùt in Festo Semiduplici un. Mart. cum Suffragijs Sanctorum [sine Commemoratione de Cruce] ad easdem *Laudes*, ac cum Precibus Do-

mi-

minicalibus ad Primam. Oratio propria.

Si hodierna Dies sit prima Dies hujus Mensis, non impedita Officio 9. Lectionum, tunc dictô post *Laudes* Diei *Benedicamus &c* dic. in Choro unum Nocturnum *Officij Defunctorum* [Feriæ currenti correspondens] cum *Laudibus Defunctor.* ut ibi.

Missa : *In Virtute tua* [1. de *Communi un. Mart.* non Pontif.] cum *Glor.* sine *Cred.* Oratio 1. propria [utì & Secreta 1. ac Postcommunio] 2. *A. Cunctis* 3. ad libit. nisi ratione Mensis extra Missam Solennem Festivam &c Ecclesiarum Cathedral. & Collegiatar. dicendum sit *Fidelium* 2. locô, & 3. locô *A cunctis.* Præf. Communis *Col. Rub.* Vide dicta superiùs Die 10. hujus

Si hodie occurrat fieri vel de *B. M. in Sabbato*, vel alicubi de *Festo 9. Lectionum*, aut de *Dominica*, tunc observanda ulteriùs sunt ea respectivè, quæ suprà Die 10. Novembris sunt annotata; & quia in Casu, quo hodie fit de Festo 9. Lectionum, vel de Dominica, nona Lectio dicenda est de S. Chrysogono, ideò ex duabus illis Lectionibus, quas proprias habet S. Chrysogonus, facienda est una in eo Casu.

Vesperæ de S. Catharina V. & Mart. sub Ritu duplici minore in Ecclesia universali. In ijs dicuntur omnia de Commun. Virg. ùt in 1. Vesperis earumdem, tamen non cum Commemoratione *Dominicæ*, si quæ hodie, aut cras occurrat, in Ecclesia universali. Col. Rub. Ubi autem S. Catharina est *Patrona Ecclesiæ*, ibi fit quidem in hodierna Vesperis Commemoratio Dominicæ sequentis, si quæ cras occurrat, non tamen Dominicæ hodie occurrentis, utì nec Festi Semiduplicis, hodie aliquando, aut alicubi celebrati, ejusmodi Ecclesia.

25. S. Catharinæ V. & M. *Dupl. min.* in Ecclesia universali Col. *Rub.* In *Officio* omnia dic. ut in *Communi* un. V. Mart. exceptis Oratione [quæ est propria] & Lectionibus, quæ in I. Nocturn. dic. de Script: occurrente, nisi ponenda sint plura Iniria Prophetiarum minorum Prophetarum nondum positi juxta dicta superiùs P. I. Hebd. IV. & V. Novembr. In II. Nocturno dic: utì notantur in Propr. Sanctor. In III. Nocturno : *Simile erit Regnum Cælorum decem Virginibus*, ut in *Communi* Virg. 1. locô. Quod si occurrat Dominica, dicitur de ea 9. Lectio, cum Commemorat. de eadem in *Laudibus*, etiam ibi, ubi *S. Catharina* est duplex 1. *Classis*; non tamen fit in tali loco Commemoratio de *Die infra Octavam.*

Missa. : *Loquebar* [exstat in Ordine in Recentiorib. Missalib.] 1. de *Communi* un. Virg. Mart. cum *Glo-*

Gloria sine *Credo*, nisi in propria Ecclesiâ, aut nisi veniat in Dominica. Oratio unica (nisi veniat in *Dominica*) eáque propria, non item *Secreta*, & *Postcommunio* ei correspondens. Præf. Commun: Quòd si veniat hoc Festum in *Dominica*, fit de ista Commemoratio etiam ibi in Missa, ubi S. Catharina est duplex 1. Classis; legiturque in fine Missæ hodiernæ Evangelium de eadem Dominica, non tamen fit ibi Commemoratio de *Die infra Octavam. Col.* 16. Per ea, quæ tradit Gavantus *Tom.* 1. *Thesaur. P.* 1. *Tit.* 8. *n.* 4. *Lit. h.* & *Tit.* 11. *Lit. n. ante fin.* necnon alicubi P. Gobat., nempe Tract. 3. n. 696. append. 2. Lit. pp. videtur dici posse *Credo* etiam extra Dominicam hac Die in Missa illa solenni (attamen solâ) quæ in hoc Festo de S. Partheno-Martyre Catharina, tanquam *Patrona Studiorum, ac Studiosorum*, in quibusdam Germaniæ Lyceis solennissimè solet decantari. Dixi : *solâ*; quia licèt S. Catharina in illis Gymnasijs, & Academijs colatur ut *Patrona Studiorum, ac Studiosorum*, non tamen idcirco potest ejus Festum celebrari eo ritu, quo juxta Rubricas debent *Patroni* seu *Diœcesani*, seu *Ordinum Regiorum*, honorari; tum quia (ùt notat cit. Gobat) Rubricæ Brev. Tit. 1. agentes de *Patrono* nil dicunt de *Patrono Scholarum*, sed solorum mentionem faciunt Patronorum strictè dictorum, h. e. *Ecclesiæ*, *Diœcesis*, ac *Civitatis*, seu loci : quod autem Lex non dicit, nec nos dicere debemus; tum quia S. Catharina non est electa in Patronam eo Ritu, quem præscribit Congregatio Rituum apud Gav. Tom. 2. s. 3. c. 12. n. 2. quemque exinde observari mandavit Urbanus VIII. ac proinde cùm non in omnibus ejusmodi Lyceis sit insuper talis seu strictè ac propriè dicta Patrona, nec etiam ubique habeat propriam Ecclesiam, ideo non ubique, & in omnibus ejusmodi Lyceis, Officiô & Missâ *altioris Ritus*, quâ *duplicis* præcisè *minoris*, salvis Rub. poterit honorari.

In 2. Vesperis (dicendis de S. Catharina in Escleſia universali) omnia dicuntur, ùt in primis, præter Versum : *Diffusa est Gratia &c.* quæ dic. ùt in 2. Vesperis Virginum, & fit Commemoratio in Ecclesia universali de S. Petro Alexandrino Episc. ac Mart. sumendo Antiphonam, ac Versum unâ cum Oratione (*Infirmitatem nostram &c.*) ex 1. Vesper. un: Mart: cui præmittitur Commemoratio de *Dominica* (si quæ hodie, vel cras occurrat) vel de *B. M. in Sabbato*, si crastina Dies sit Dies Sabbati, ùt ibi; sed tunc pro Commemoratione S. Mariæ dicendus est Versus : *Benedicta tu &c.* de Laudibus S. Mariæ in Sabb. *Rubric. Gen. IX. n.* 8. *Col. Rub.* At ubi S. Catharina est duplex 1. Classis, ibi in ho-

hodiernis Vesperis fit quidem Commemoratio de *Dominica*, si quæ hodie, vel cras occurrat, uti etiam de Festo 9. Lectionum, cras occurrente, non item de crastino Festo *Simplici*, neque etiam de *S. Maria in Sabbato*, si cras sit Dies Sabbati, neque denique de *Die infra Octavam*, si quæ hoc Tempore alicubi occurrat. *Col. Rub.* Ubi autem cras fit de Festo 9. Lectionum, ibi, si Festum illud sit semiduplex, de eo fit Commemoratio, attamen post Commemorationem de *Dominica*, si hodie aliqua, vel cras occurrat: si autem Festum subsequens sit *duplex minus*, tunc Vesperæ hodiernæ dicuntur de illo à Capitulo, cum Commemoratione præcedentis, & S. Petri Episcop. ac Mart. modô suprà dictô: si verò Festum illud sit duplex 1. Classis (uti S. Conradus est in Diœcesi Constantiensi, tanquam *Patronus* illius *principalis*, & olim ejus Episcopus) ibi hodiernæ Vesperæ integræ dicuntur de Festo crastino 1. Classis, & non fit Commemoratio *duplicis minoris* præcedentis, nec S. Petri Alexandrini, nec etiam Dominicæ præcedentis, h. e. hodie occurrentis, bene tamen *Dominicæ*, subsequentis; quòd si autem alicubi tam Festum S. Catharinæ, quàm S. Conradi esset duplex 1. Classis, dividerent inter se Vesperas per *Rubric. General. XI. n. 2. init.* (non obstantibus illis, quæ habet Gavant. *Tom. 2. S, 3. c. 9. n. 3.* & ex eo Arnaudus Epit. *Tr. 2. P. 1. Tit. 11. c. 3.* quæ, ùt alibi dictum, non ampliùs integrè subsistunt) siquidem ambo tam quoad *Dignitatem*, quàm quoad *Ritum* essent *æqualia*; verùm si, ut regulariter contingit, ponantur esse quoad Ritum quidem æqualia, non item quoad *Dignitatem* (ob quòd unum v. g. sit *Patronus Principalis* totius Urbis, aut Diœcesis, alterum verò *Titularis* tantummodò sit Ecclesiæ alicujus particularis) nec ex Præscripto Tabulæ Concurrentiæ Vesperæ non dimidiantur, sed integræ dicuntur de digniore. Posse autem dari concursum etiam inter Duplicia majora 1. Classis, nedum alia, videtur innegabile, & manifestè supponi à præcit. Rubrica: nec propterea manca est *Tabula Concurrentiæ*, utpote disponens potissimùm de ijs, quæ *regulariter* contingunt. Vid. P. Gob. Tr. 5. n. 658. app. Lit. d. ubi ostendit, in dubio, aut controversia, quæ oritur occasione apparentis contradictionis inter *Tabellas*, & *Rubricas* Breviarij, standum potiùs Verbis *Rubricarum*, quàm *Tabellarum*; quandoquidem [L. 1. Dig. de Reg. Jur.] sumendum sit ex *Lege*, non ex *Regula*.

Quænam autem in II. & III. Noct. dicendæ sint ibi Lectiones infra Octavam, ubi S. Catharina, aut S. Conradus celebrantur cum Octava, unumquemque docebit aut

Pro-

Proprium suæ Ecclesiæ, vel Diœcesis, aut certè Octavarium Romanum, Beneficiò Indiculi eidem præfixi post Præfat.

Quòd si crastina Dies sit prima Dies hujus Mensis non impedita Officiò 9. Lection. tunc, dictò post Vesperas Diei hodiernæ *Benedicamus*, dicuntur immediatè Vesperæ Defunctorum pro Mense Nov. in Choro.

26. S. Petri Alexandrini *Episc. & Mart.* Simplex, cum Suffragijs sanctorum & Precibus Dominicalibus suis locis. *Col. Rub.* Nisi hac Die occurrat fieri de Festo 9. Lectionum, aut de B. V. in Sabbato, aut de Dominica, aut alicubi de Die infra Octavam, fit hodie *Officium*, & *Missa* de hodierno Festo Simplici, ad eum omnino modum, quò fit Die 24. hujus in Festo S. Chrysogoni, nisi quòd hodiernum Festum simplex tantùm unam habet Propriam Lectionem, adeoque priores duæ dicendæ sint de Scriptura hodie occurrente, nisi utraque, vel alterutra illarum sumenda sit ex Feria aliqua antecedente, aut subsequente, juxta superius dicta P. I. Hebdomadâ V. Novembr: quòdque Oartio hodierni Festi sit : *Infirmitatem nostram &c.* Missa : *Statuit ei*, ùt in Communi un. Mart. 1. locò. Quòdsi hodierna Dies sit 1. Dies Mensis non impedita Officiò 9. Lectionum, aut eadem incidat in *Sabbatum*, aut in *Dominicam*, pariter observanda sunt ibidem (nempe 24. hujus) pro similibus casibus, seu occurrentijs annotata.

Vesperæ feriales, ùt suprà P. I. cum Commemorat. 1. de Cruce &c, nisi cras occurrat fieri vel de B. M. in Sabbato, vel de Dominica, vel alicubi de Festo novem, aut trium Lectionum; tunc enim sunt Ordinandæ juxta exigentiam crastini Officij, ùt suò locò. Quòd si crastina Dies sit prima Dies Mensis non impedita Officiò 9. Lectionum, post Vesperas hodiernæ Diei dicentur in Choro *Vesperæ Defunctorum*, ùt suprà.

27. Nisi hac Die occurrat fieri vel de Festo 9. Lectionum (seu *occurrente*, seu *translatò*) vel de Die infra Octavam, vel de Festo trium Lectionum, tunc Officium & Missa Ordinanda sunt hodie, ùt P. I. adeoque dicenda tunc erunt vel de *Dominica*, si hodie occurrat Dominica, vel de *S. Maria in Sabbato*, si hodie sit Sabbatum, vel denique de *Feria currente*, si nihil prædictorum occurrat, ùt ibi. Cæterùm quia fieri potest, ut in hanc Diem incidat *Dominica 1. Adventûs*; ideò, si id contingat, Sabbatò præcedente, ac Die hodierna observanda sunt ea, quæ infrà tum circa finem hujus, & initium sequentis Mensis, tum etiam P. I. de Dominica I. Adventus, & Sabbatò illam præcedente à me annotantur.

28. Si Festum S. Andreæ non veniat in Feria II. nec hodie occurrat fieri de *Festo 9. Lectionum* (seu *occurrente*, seu *translato*) nec de *Die Octava* alicujus Festi, nec de *Die infra Octavam*, nec de *Festo trium Lectionum*, tunc Officium, & Missa hodiernæ Diei ordinanda sunt modò herì declaratò. Si autem Festum S. Andreæ veniat in Feria II. adeoque ejus Vigilia occurrat in Dominica, tunc dicta Vigilia quoad *Officium* & *Missam*, nec non quoad *Jejunium de Præcepto*, anticipatur ad Sabbatum præcedens, Diem nempe hodiernam, in qua, nisi occurrat Festum 9. Lectionum, vel *currat*, aut *occurrat* aliqua Octava, Officium fiet de Feria, cum Homilia & Oratione de Vigilia, prout ambæ notantur in Propr. Sanctor. Die 29. Novembr. Ad *Laudes*, & per *Horas* dicentur tunc Preces feriales, & quidem flexis (saltem in Choro) genibus, modò in Rubrica Generali XXXIIII. *n.* 4. *&* 5. necnon etiam alibi à me descriptô : non tamen perinde anticipatur ad Diem præcedent. tunc *Annuntiatio Vigiliæ* in Martyrologio, sed fit eô, quô aliàs, Die ac modô, ùt alibi ex Gavanto notavimus; neque etiam fit tunc in *Laudibus*, & *Missa* hodierni Officij Commemoratio de S. Saturnino M. sed solùm in Officio sequentis *Dominicæ*, nempe in 1. hujus Vesperis, Laudibus ac Missa : in Laudibus autem hodierni Officij, post Orationem de *Vigilia* fit Commemoratio de Cruce, & post hanc dic. Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctor. *Col. Viol.*

Si Festum S. Andreæ veniat in Feria II. tunc hodiernò Sabbatô [nisi alicubi, aut aliquando occurrat fieri de Festo 9. Lection. fit quoque hodierna Missa de *Vigilia* illius, uti notatur in Proprio Missarum de Sanctis statim in principio, sine *Glor.* & *Cred.* at Oratio est *Concede nos*, de S. Maria 3.ô rò *Ecclesiæ*, vel pro Pap. uti notatur post Dominicam in Alba. Commemoratio autem de *S.* Saturnino tunc non fit hodie, sed crastinâ Dominicâ. Præfatio Communis. In fine Evangel. *S.* Joann. *Col. Viol.* Quòd si Festô *S.* Andreæ in Feria II. incidente, hodie alicubi fieret de Festo 9. Lectionum, aut alicubi de *Die Octava* alicujus Festi, tunc de *Officio*, ac *Missis privatis* hodierni Festi, aut *Diei Octavæ* fieri deberet Commemoratio *Vigiliæ*, & dici de ea 9. Lectio in Officio, ac ult. Evang. in Missa, in qua, si Festum simplex foret semiduplex, tunc 3. Orat. esset *A cunctis.* In Ecclesijs autem Cathedralibus & Collegiatis tunc juxta Rubric. Gen. III. Missal. n. 1. dicendæ essent duæ *Missæ Conventuales*, una de *Festo* post Terniam cum unica Oratione, si esset Festum *duplex*, aut *Dies Octava*; si autem esset

esset Festum *Semiduplex*, cum 2. Orat: *A cunctis* 3. ad libit. Altera de *Vigilia* post Nonam, cum 2. Orat. *Concede.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, & in utriusque fine legendum Evang. S. Joannis: in hac. *Col. Viol.* in illa color Festo conveniens. Officium autem, & *Missæ privatæ* tunc ordinandæ essent ulteriùs, seu quoad alia, juxta exigentiam Festi. Quòd si hodie alicubi currat aliqua octava (uti Constantiæ) at ob Festum S. Andreæ veniens in Feria II. vel hodiernum Sabbatum anticipetur ejus *Vigilia* cum *Jejunio*, tunc in eiusmodi loco Officiū dicendū est de *Die infra Octavam*, at vero *Missa* (etiam *Conventualis*) dicenda ibi est de *Vigilia*, sine *Glor.* & *Cred.* cum Commemoratione Octavæ, & 3. Orat. *Concede*: Præfat. Commun. In fine: *Benedicamus*, & Evangel. S. Joannis. Color autem Altaris sequi debet Officium, Vestium verò ac Paramentorum Sacerdotalium color debet esse *Missæ* conformis (adeoque esse Violaceus) cum quibus etiam quoad colorem concordare debet Velum Altaris sub *Missa Solenni*. Rubric. Gen. III. *n.* 2. & XVIII. *n.* 5. ibique Gav. *n.* 6. & Arnaud. *n.* 2. *fin.*

Vesperæ, si nec hodie, nec cras occurrat fieri de *Festo* 9. *Lection.* nec de *Die infra Octavam*, nec de *Die Octava*, nec *de Dominica*, dic. hodie de *Fer. curr.* ùt in Psalter: cum Oratione Dominicæ præcedent. & Commemorat. de S. Saturnino Mr. nec non de Cruce, ac cum Suffragijs Sanctorum, Precibúsque Dominicalibus ad Completorium, ùt suis notatur locis. *Col. Virid.* Si verò hodie ob occurrentem cras Dominicam sit factum de *Vigilia S. Andreæ*, tunc hodiernæ Vesperæ dicuntur usque ad Capitulum de Psalterio, ùt in Sabbato per annum, à Capitulo verò de Dominica I. Adventus, ùt initiò Proprij Sanctorum, omissis Suffragijs Sanctor: quæ cessant à I. Vesper. Dominicæ I. Adventûs usque ad Octavam Epiphaniæ inclusivè, etiam in Officio de Sanctis; nec fit eò usque Commemoratio de Cruce in Officio feriali: in fine autem Officij tunc hodie, & deinceps dic: Antiphona: *Alma Redemptoris Mater*, ùt in Rubrica huic Antiphonæ, ejúsque utrique Orationi præfixa. *Col. Viol.* ac tandem tunc hodie est *Jejunium de Præcepto*, & in *Sero clauduntur Nuptiæ*. Quòd si hodierna, vel crastina Dies sit 1. dies Mensis non impedita Officiò 9. Lectionum, aut crastina Vigilia incidat in Feriam II. post Dominicam I. Adventûs, tunc circa *Officium Defunctorum*, & *Missam*, utralibet harum Dierum ordinandam, ea observanda sunt respectivè, quæ suprà Die 24. hujus, & Die crastina mox subsequente annotantur.

29. Vigilia S. Andreæ Apost.

(cum *Jejunio de Præcepto*) & Commemorat. S. Saturnini M. Ritus Simpl. *Col. Viol.* Si hæc *Vigilia* venerit in aliqua Feria Adventus, nihil fit in *Officio* de Vigilia, sed tantum in *Missa*: Officium namque tunc fit totum de Feria currente Adventûs; ùt suprà P. I. Hebd. I. Adventus, & Feriâ II. infrà Hebd. I. Adventûs in Breviario Romano, ubi ordinatur *Officium de Tempore* pro toto Adventu: juxta quæ Invitatorium, Hymni, Versus, & Oratio dicuntur tunc de Dominica præcedente: Responsoria autem, Capitula, & Antiphonæ ad *Benedictus* ùt ibi: at verò Antiphonæ ad Horas minores sumuntur pariter de Laudibus Dominicæ præcedentis, esto ad *Laudes* dictæ hodie sint Antiphonæ de Feria curr: ùt in Psalterio. Ad Primam dic. in &. brevi Versus: *Qui venturus es &c*, ût ibi. In *Laudibus* fit Commemoratio (sine Lectione) S. Saturnini M. tantùm. Ad easdem *Laudes*, ac cæteras deinceps *Horas* usque ad *Vesperas* exclusivè, dicuntur flexis (saltem in Choro) genibus, *Preces feriales*, positæ in Psalterio, modô alibi declaratô. In Prima ad absolutionem Capituli dicitur: *Domine Miserere &c*, ùt in Psalterio Tempore Adventus, usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusivè. Ad Tertiam, Sextam, & Nonam Capitula & Responsoria brevia pariter dic: ùt in Psalterio notantur pro Tempore Adventûs. *Col. Viol.* Missa verò in Casu (quô nempe *Vigilia* S. Andreæ venit in Adventu) tota dicitur de Vigilia illa S. Andreæ Apostoli, etiam in Ecclesijs *Cathedralibus & Collegiatis*, prout ea notatur inter Proprij Missarum de Sanctis, sine *Glor.* & *Credo*; 2. autem Oratio in Missa Vigiliæ tunc dic. de Feria Adventus ex Dominica præcedente. 3. verò de S. Saturnino M. ùt in Præf. Commun. In fin: Evangel. S. Joan. *Col. Viol.* Quòd si incidat in Feriam II. post Dominicam I. Adventûs hæc Vigilia, tunc in Choro post Vesperas hesternæ Dominicæ, dicto *Benedicamus*, dicuntur Vesperæ Defunctorum, hodie autem post *Laudes* Feriæ dic. I. Nocturnum Officij Defunctorum unà cum Laudibus eorumdem: at verò in Missa (dicendâ tunc juxta dicta de *Vigilia*) dici tunc debet 4. locô Oratio *Fidelium*, & 5. locô Oratio: *Deus qui de Beatæ &c*, ùt ea notatur in *Missa Dominicæ I. Adventûs*, inter Proprij Missarum de Tempore, eidémque, cum Correspondente *Secreta*, ac *Postcommunione*, terminanda hic: *Per eumdem Dominum nostrum &c*, ut ibi: atque sic observatum fuit etiam Romæ 1700. & 1706.

Si *Vigilia S. Andreæ* veniat ante Dominicam I. Adventus, & non sit faciendum hodie de *Die infra Octavam*, nec de *Die Octava*, nec de *Festo*

festo 9. Lection: alicubi *occurrente*, vel *translato*, tunc hodie fit Officium, & Missa in hunc modum: Officium fit feriale, ùt in Psalter. de Feria currente; Lectiones tres propriæ de Homil. Vigil. utì notantur initiò Proprij Sanctorum, cum tribus Responsorijs de Ferr. occurrente, Ordine in Rubrica de Responsorijs descripto, ac P. I. declarato, juxta quæ, si hæc Vigilia incidat in *Sabbatum*, omittur Responsorium 1. *Laudabilis* in III. Nocturn. Dominicæ præcedentis. Responsorium verò 2. *Anguis*, & 3. *Misit Dominus* ex Fer. II. præcedent. Ad *Laudes*, & per Horas dicuntur *Preces feriales* flexis (saltem in Choro) genibus. Oratio propria, cui subjungitur Commemoratio de S. Saturnino M. in Laudibus; & huic Commemoratio de Cruce cum Suffragijs Sanctorum. *Col. Viol.*

Missa propria, uti notatur initio *Proprij Sanctorum*, sine *Glor.* & *Cred.* Oratio 2. de S. Saturnino M. 3. de B. V. *Concede nos*, extans post Dominicam in Albis. Præfatio Commun. In fin. *Benedicamus*, & Evangel. S. Joann. *Col. Viol.*

Si hodierna Dies alicubi, vel aliquando sit 1. Dies Mensis Novembris non impedita Officiò 9. Lectionum, tunc circa *Officium Defunctorum*, cum pridianis *Vesperis* hodie dicendum, ac ordinandam respectivè hodiernam Missam, observanda sunt cum proportione ea, quæ superiùs Die 23. Febr. & 23. Jun. nec non 27. Octobr. sunt annotata juxta præscriptum Rubricæ V. Gen: Missal. n. 1. Per ibidem dicta ordinandæ quoque sunt *Missæ*, tam privatæ, quam Principalis in Casu, quo hæc Vigilia incidit in *Feriam II.* non impeditam Officio 9. Lection. juxta præscriptum ejusdem Rubricæ n. 2. & quia tunc hæc Vigilia incidit in Adventum, ideo tunc in ejus Missa Oratio 2. est de Feriâ Adventus ex Dominica præced. 3. de S. Saturnino. 4. *Fidelium* 5. *DEus qui de B. M. V. &c.* (utì conformiter Rubricis Missam ordinavit pro hoc Casu 1700. &c, suprà citatum Directorium Romanum. *Col. Violaceus.*

Si hodie factum sit de *Vigiliâ* & crastinum Festum S. Andreæ non incidat in Dominicam, nec etiam in Feriam II. tunc hodiernæ Vesperæ dic: in Ecclesia universali sub Ritu dupl. 2. Classis de S. Andrea Apostolo, ùt in Proprio loco, & Communi Apostolorum in 1. eorum Vesperis, sine Commemoratione, si veniat extra Adventum, at verò cum Commemorat Feriæ currentis (utpote majoris) si veniat in Adventu. *Col. Rub.* Quòd si hodie factum sit de Festo 9. Lectionum, tunc, si illud sit saltem *duplex per annum* (utì est Dilingæ S. Saturninus in Templo Soc. Jesu) fit de

eo

eo Commemoratio ante Commemorat. de Feria, secùs autem, si hodie Officium tantùm sit factum de *Festo Semiduplici*, aut *Die infra Octavam*; tunc enim de his non fit Commemoratio in 1. Vesperis S. Andreæ; imò ibi, ubi S. Andreas est Patronus Ecclesiæ, aut loci &c, adeoque 1. Classis, ibi in hodiernis Vesperis nec de *duplici* fit Commemoratio, nisi illud sit saltem 2. Classis, esto fieri debeat Commemoratio de *Feria Adventûs*, si quæ hodie occurrat etiam in tali loco.

Quando Festum S. Andreæ venit in Dominica, tunc id transfertur (etiam ibi, ubi est Festum *Patrocinij*, seu 1. *Classis*) in Feriam II. aut, si hæc alicubi sit impedita Festo occurrente 9. Lectionum, adhuc ulteriùs : *Officium* tamen, *Jejunium*, & *Missa* Vigiliæ non transferuntur, sed usque ad Vesperas exclusivè nihilominus eô modô hodie dicuntur . ac ordinantur, quô aliàs extra Adventum, faciendo nimirum totum *Officium* hodiernæ Vigiliæ, ùt aliàs extra Adventum, de Feria occurrente, ùt in Psalterio, exceptis tribus Lectionibus (quæ leguntur de Homilia in Evangelium Vigiliæ, & exstant initio Proprij Sanctorum) nec non Oratione, quæ pariter est propria, ac exstat eôdem locô : Responsorium 1. verò *Landabilis* sumitur tunc ex III. Nocturn. Dominicæ præced. Responsorium 2. *Angustiæ*, & 3. *Dominus*, ex Fer. II. præced. stántque in Ordine in recentioribus Breviarijs. Ad *Laudes*, ac per *Horas* dic: flexis (saltem in Choro genibus *Preces feriales*, & in ipsis Laudibus fit Commemoratio de Saturnino, post illam verò Commemoratio de Cruce, huic autem subjunguntur tunc Cæteræ Commemorationes Communes, seu Suffragij Sanctorum, modô ac Ordine ibi declaratô : *Missa* autem tunc mox dic. de *Vigilia* modô pariter antè declaratô, prout nimirum notatur in Proprio Missarum de Sanctis in Missali Romano, sine *Gloria* & Cred cum Commemorat. de S. Saturnino ac 3. Orat. de B. V. *Concede Nos* Præfatio Commun: & in fin: *Benedicamus*, ac Evangelium S. Joan. *Vesperæ* verò *hodiernæ* tunc usque ad Capitulum sunt *feriales*, dicuntúrque de Sabbato currente, ùt in Psalterio : à Capitulo verò de Dominicâ I. Adventus, ùt initiò Proprij de Tempore, sine Suffragijs Sanctorum, utpote unà cum Commemoratione de Cruce cessantibus à primis Vesperis Dominicæ I. Adventus usque post Octavam Epiphaniæ : ab eo quoque Tempore usque ad I. Vesperas Nativitatis Domini nominatur Officium Antiphonæ : *Alma Redemptoris Mater &c.* Versu : *Angelus Domini &c.* ac Oratione : *Gratiam tuam &c.* Col. Viol. Jejunium de

to Præcepto; & in Sero clauduntur Nuptæ (juxta Decretum Sacr. Concil. Trident. Sess. 24. c. 10. de Reform. Matr.) *usque ad Diem 6. Januarij inclusivè.*

Quando autem Festum S. Andreæ venit in Feria II. tunc *Officium*, & *Missa* Vigiliæ unà cum *Jejunio de Præcepto* anticipantur ad Sabbatum præcedens, adeoque ad Diem 28. Novembris, modò herì descriptò; & tunc in *Missa* (quæ dicitur de *Vigilia*) Oratio 2. est de S. Maria: *Concede nos Famulos &c.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, uti notantur post Dominicam in Albis; Commemoratio verò de S. Saturnino fit tunc in Dominica hodie occurrente tam in Officio, quàm in Missa, siquidem tunc hodie tam illud, quàm ista dicitur de Dominica I. Adventûs, exceptis Vesperis, quæ tunc hodie (in *Col. Rud.*) dicuntur de S. Andrea Apost. eras occurrente, cum Commemoratione tamen Dominicæ I. Adventûs hodie occurrentis: quæ Commemoratio *Dominicæ* nec ibi est omittenda, ubi S. Andreas est *Duplex* I. *Classis*; cùm sit *Dominica major*, & quidem 1. *Classis*.

Si aliquando, aut alicubi hac Die occurrat *Festum* 9. *Lectionum*, tunc Officium, & Missæ *privatæ* (nisi Festum illud ob occurrentem hodie simul Dominicam sit transferendum) dicuntur hodie de Festo, cum 9. Lectione, nisi currat *Adventus*, aut hodie occurrat *Festum duplex* 1. *Classis*, de *Vigilia*, ejusque Commemoratione in *Laudibus* (cum Antiphonâ ad *Benedictus*, & Vers. Feriæ occurrent.) ac etiam *Missis privatis*, nec non ultimo de eadem Vigilia in his Evangelio: in *Ecclesijs* verò *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dic. tunc 2. Missæ conventuales, una de *Festo* post Tertiam, altera de *Vigilia* post Nonam, & in priore fit Commemoratio de S. Saturnino, sine Commemoratione Vigiliæ, & 3. Oratione *A cunctis*, si sit Festum Semiduplex, omissa autem 3. Oratione, si sit Festum duplex: In posteriore verò Orat. 2. est *Concede.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, nihil autem in hac de S. Saturnino, & in fine utriusque dic: Evang. S. Joan. cum alijs ut suprà 28. hujus. Dixi autem: *Nisi currat Adventus, aut hodie occurrat Festum* 1. *Classis*: nam si in hac, aut alia simili Vigilia occurrat Festum Patroni habens Ritum duplicem 1. Classis (uti Tholosæ teste Bauldryo habet S. Saturninus) nihil omnino fit de Vigilia S. Andreæ, tam in *Officio*, quàm in *Missa* in tali loco, ne quidem Commemor. per Rubr. Gen. III. & VII. Missal. n. 2. Si verò currat Adventus, tunc in *Officio*, & *Missis privatis* cujuscunque Festi hodie occurrentis fit quidem Commemoratio de Feria Adventûs, sine Lectione de ea in Officio, & sine ultimo de ea Evan-

vangelio in Missa; de Vigilia autem S. Andreæ tunc nulla fit Commemoratio in *Officio*, sed tantùm in *Missa*, & quidem (ùt Gav. *Tom.* 1. *P. I. Tit.* 3. *Lit. m.* contendit) post Commemorationem de Feria Adventûs; *quia*, inquit, *licèt de Missa Vigiliæ alius sit Ordo, in Missa tamen illa dignior est Oratio, quæ dicitur in Officio : similem ferè Casum habes in Festo S. Leonis 28. Junij, in cujus Missa Oratio de Vigilia posterior est, licèt in Sabbato Missa Vigiliæ præferatur Missæ de Octava S. Joannis*, ac proinde in *Missis privatis* Festi hodie in Adventu occurrentis 2. Oratio erit de Feria Adventûs. 3. de Vigilia. 4. de S. Saturnino, nisì Missa alicubi sit de isto Sancto, tanquam *Festo 9. Lectionum* hodie occurrente. Sed eritne in tali casu, ac loco ultimum Evangelium dicendum *de Vigilia* in *Missis privatis* Festi? Respondet Gav. loc. cit. negativè : Rationem dat; quia nec in *Officio* id legitur, neque in *Missa quatuor Temporum* dicitur Evangeliunn de *Vigilia*, si quæ in *Feria quatuor Temporum* occurrat. Dixi autem : *In Missis privatis*; nam in Ecclesijs *Cathedralibus*, & *Collegiatis* videntur per Rubric. General. III. *Missal.* n. 1. etiam in *Adventu* duæ Missæ Conventuales dicendæ, quando in illis in hac Vigilia (idem est de Vigilia S. Thomæ) occurrit fieri Officium de Festo 9. Lectionum, quod non sit 1. Classis, cùm Rubrica illa loquatur generaliter, non distinguendo inter *Vigilias* occurrentes extra Adventum, & occurrentes *intra Adventum* : adeoque (salvô meliori judiciô) in ejusmodi Ecclesijs una Missa Conventualis dicetur *de Festo* post Tertiam; Alia de *Vigilia* post Nonam. In prima fiet Commemoratio *de Festo simplici* occurrente tantùm, si Festum hodiernum 9. Lectionum sit *duplex*, si sit *Semiduplex*, tunc 3. locô dicendo Orationem de B. V. *DEUS, qui de Beatæ &c*; aut si ipse S. Saturninus celebretur in tali Ecclesia Ritu Semiduplici, tunc dictam Orationem de B. V. dicendo 2. locô, & 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, prout notatur in Missa Dominicæ I. Adventus. In posteriore verò (dicendâ cum Paramentis Violaceis) 2. Oratio erit de Fer. Advent. 3. de B. V. *Deus qui de Beatæ*. In utraque autem dicetur in fine Evangelium S. Joan. Vide Gavant. *Tom. I. P.* 1. *Tit.* 7. n. 2. *Lit. h.* ubi ità fieri debere extra esse tradit, id quod Tempore sanlongo me fugerat.

Si alicubi hæc *Vigilia* veniat *infra Octavam* alicujus Festi (uti contingit Constantiæ) Officium sit de Octava (omissis etiam extra Adventum Suffragijs Sanctorum ad Laudes, ac *Precibus Dominicalibus* ad Primam) cum Commemoratione Vigiliæ, ac S. Saturnini in *Laudib.* nec non de eadem Vigilia nona Lectione, si non-

nondum currat Tempus Adventuale : Missa autem etiam *conventualis* tunc juxta Rubric. Gener. III. Missal. *n.* 2. dicenda erit de Vigilia S. Andreæ (adeoque discordabit ab Officio) in Paramentis Violaceis, & sine *Glor.* & *Cred.* at cum Commemoratione de Octava, ac *S.* Saturnini Mart. Præf. Commun. *Benedictus*, ac Evangel. *S.* Joan. in fin. Tametsi autem color Paramentorum Sacerdotis in tali casu debeat esse conformis Missæ, atque adeò sit violaceus, color tamen Altaris, nempe Antependij, sequi debet Officium, exceptô illô Altari, ad quod canitur *Missa solennis* : nam pro Missa solenni convenit, ut Pallium quoque Altaris concordet cum colore Paramentorum, ùt jam pluries et Gavant. ac Arnaud. est annotatum. Si autem jam currat Tempus Adventuale, tunc in loco, in quo simul occurrit hodie *Dies infra Octavam*, Officium adhuc quidem fieri debet *de Octava*, at in *Officio* non fieri aliquid de *Vigilia*, esto fieri in eo debeat Commemoratio (sine Lectione) de Fer. currente Adventûs, ac S. Saturnino : Verumtamen Missa etiam in tali Casu & occurrentiâ facienda est de *Vigilia*, & in ea dicenda 2. Oratio de Octava, 3. de Feria Advent. ex Dominica præced. 4. de S. Saturnino. 5. *DEUS*, qui *de* B. M. ac observanda reliqua, paulò antè annotata.

Qui habent Indultum Sedis Apostolicæ, quô ipsis fit licentia semel, vel pluries Singulis Hebdomadibus, vel Mensibus dicendi *certa* per annum *Officia* (v. g. de SS. Sacramento, aut de B. V. Immacul. conceptione, aut de Fundatore Ordinis &c.) diebus non impeditis aliquô Officiô 9. Lectionum, non possunt vi illius Indulti ejusmodi *Officia*, & *Missas* celebrare in Diebus *Vigiliarum*, sive habeant hæ annexũ Jejunium, sive non habeant, nec in *Diebus* 4. *Temp.* nec in *Ferijs Adv.* ac *Sanctæ Quadr.* nec in *Feria II. Rogation.* nec in alia Feria, in qua secundùm Rubricas est reponendum *Officium Dominicæ*; nec denique in *Die*, in qua ponendum supereſt Officium de Festo *duplici*, aut *Semiduplici translato*; vel faciendum Officium de *Die infra Octavam*, etiamsi de prædictis Diebus hactenus enumeratis nulla sit facta Specialis mentio, sive exceptio in aliquibus ejusmodi Officiorum concessionibus, seu Indultis : ità enim declaravit, & servari voluit S. R. C. de anno 1706. Die 20. *Mart.* utì videre est apud Franc. Monacelli Formul. Legal. Pract. P. 2. Tit. 13. à. fol. 68.

30. S. ANDREÆ *Apostoli.* In Ecclesia universali duplex 1. Classis. *Col. Rub.* Si Festum hoc veniat in *Dominica*, transfertur *in Choro* (non item *in foro*) in sequentem Diem, Festo duplici, vel semiduplici non im-

impeditam (etiam ibi, ubi est Festum 1. *Classis*, seu *Titulare Templi*) hodie autem tunc sit Officium & Missa de Dominica I. Adventûs, ùt suprà P. I. ac suô locô. Excìpiuntur Vesperæ, quæ, si crastina Dies non sit impedita aliô Festô duplici, vel Semiduplici occurrente, dicuntur tunc hodie (in *Col. Rub.*) de S. Andrea Apost. ùt in 1. Vesperis in *Communi* Apostolor: ac propr. loco, cum Commemoratione *Dominicæ*, etiam ibi, ubi S. Andreas est *Patronus*, & Festum 1. *Classis*.

Quando verò Festum *S.* Andreæ occurrit extra Dominicam, tunc hodie fit de eo Officium & Missa, ùt in Communi Apostolor: ac propr. loco, dicitúrque in Missa (extante initiô Proprij Sanctor: in Missali) *Glor.* & *Cred.* cùm Præfat: deApostolis. Si jam currat *Tempus Adventuale*, fit Commemoratio de Feria occurrente Adventus in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa hujus Festi, sine Lectione de illa in *Officio*, & absque ultimo de eadem Evangelio in *Missa. Col. Rub.*

Si veniat Festum S. Andreæ ante Adventum, & crastina Dies sit prima Dies Mensis Decembris non impedita Officio 9. Lectionum, tunc hodie inChoro post *Vesperas* Diei dicto *Benedicamus*, & omisso Versu *Fidelium animæ &c.* dic: *Vesperæ Defunctorum* pro Mense Decembri, cras verò simili modô post *Laudes* Dic unum Nocturnum Feriæ currenti correspondens, *Officij Defunctorum*, cum Laudibus eorumdem, &c. u paulò pòst 1. Die Mensis Decembris dicetur: at verò *intra Adventum* Officium Defunctorum, cum pridianis eorum Vesperis dicitur solummodo in *Ferijs secundis* non impeditis Officiô 9. Lectionum, & extra Vigiliam Nativitatis Domini occurrentibus: quæFeriæ II. si aliquando, aut alicubi omnes Officijs 9. Lectionum fuerint impeditæ, non erit eô casu Defunctorum Officium recitandum alijs Ferijs, esto adhuc nunquam ratione Mensis dici posset: Ratio est; quia *intra Adventum* & *Quadragesimam* nulla habetur Ratio *Mensis* quoad Defunctorum Officium, sed tantùm *Feriæ II.* dictô modô non impeditæ, ac occurrentis, utì notat ex Gav. Arnaudus *Tom. II. 2. P. 4. ad Appendic. Brev. Tit. 2. n. 14 & 15.*

Ubi S. Andreas est *Patronus loci*, aut *Titularis Ecclesiæ*, ibi celebratur cum Octava, dicendo Lectiones II. & III. Nocturn. infra Octavam Diebus, quibus fit de Octava, prout notantur in Octavario Roman: à *fol.* 107. observando simul ea, quæ idem Octavario Romanum præscribit in *Annotationibus ad Octavas Spectantibus Tit. 26. de Lectionibus*.

Petes: Quid sit agendum in Casu, quô Festum S. Andreæ Apostoli

bol. in Ecclesia universali, & simul Festum duplex ejusdem Classis in aliqua Ecclesia particulari simul transferuntur? 2. Minùs Divino præferendum esse in utriusque depositione magìs dignum. Unde autem sit colligendum, quodnam Festum sit dignius altero in Casu aliquo controverso, vide apud Gob. Tr. 5. n. 658. in Append. appendicis à lit. u. & apud me infrà P. III. De Translat. Festorum in Corollarijs Tituli 6. De Occurrentia & Concurrentia Festor.

TITULUS XII.

Singularia Festorum Mensis Decembris, qui habet Dies XXXI.

ANte Adventum prima Die hujus Mensis non impeditâ Officiò 9. Lectionum dicitur *Officium Defunctorum* cum priùs de ijsdem *Vesperis*, modò Die ultima Mensis Nov. ad finem ita declaratò : quod tamen Officium juxta ibi dicta non dic. ratione Mensis *intra Adventum*, sed tunc (nempe in Adventu) solummodo in *Ferijs secundis* Officio 9. Lectionum non impeditis, & *extra* Vigiliam Nativitatis Domini occurrentibus.

I. Si hodie occurrat Dominica I. *Adventûs*, fit de ea, vt suprà P. I. & initio Proprij de Tempore in *Breviario* & *Missali* Romano, cum Commemoratione (at fine Suffragijs Sanctorum) in II. hodiernis Vesperis de S. Bibiana. *Col. Violacea.*

Quando Festum S. Andreæ occurrit in Dominica, tunc in Ecclesia universali transfertur in hodiernam Feriam II. fitque de eo hodie Officium, & Missa modò herì declaratò, cum Commemorat: Dominicæ I. Advent. in 1. *Vesperis*, in *Laudibus* verò, *Missâ*, ac II. *Vesperis* de Feria Adventûs hodie occurrente, cui Commemorationi in 2. Vesperis præmittitur etiam Commemoratio de Festo Seq: S. Bibianæ V. & M. *Col. Rub.*

Quando autem hodierna Dies est prima Dies hujus Mensis non impedita Officiò 9. Lectionum, tunc hodie fit *Officium* & *Missa* de *Fer: curr.* ut suprà P. I. Hebdomadâ V. Novembris ac I. Adventûs : & siquidem nondum currit Tempus Adventuale, dic: quoque hodie post Laudes Diei unum Nocturnum *Officij Defunctorum* (Feriæ currenti correspondens, ut in Rubrica, Officio

ficio Defunctorum præfixa) cum *Laudibus* eorumdem, ac in *Missis privatis* penultima Oratio tunc est *Fidelium*; Missa autem Principalis [*quotidiana*] dicitur tunc generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs cum 3. Orationibus, ut ibi, nisi hodie occurrat *Sabbatum*; tunc enim *Missæ privatæ* dic: de B. V. Maria in Sabbato, cum *Gloria* sine *Credo*. Orat. 2. *Fidelium*. 3. de S. Spiritu. Præf. de B. V. *Et Te in Veneratione*. In fin. *Ite*, ac Evangelium S. Joannis: in *Ecclesijs* autem *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur tunc 2. Missæ Convent. una pro *Defunctis* post *Primam*, aut dictas in Choro Vigilias Defunctorum, nempe *Quotidiana*, ùt ibi, & paulò antè. *Col. nig.* Altera de S. Maria in Sabbato ex ejus votivis à Pentec: ad Advent. cum *Glor.* sine *Cred.* Orat. 2. de S. Spiritu 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, ac reliquis, ùt paulò superiùs. *Col. Alb.* Si verò jam currat Tempus Adventuale, tunc, si hodierna Dies sit 1. Dies non impedita Officiô 9. Lectionum, fit de Feria curr. Adventûs, ùt suprà P. I. Hebd. I. Adventûs, & Feriâ II. post Dominicam I. Adventûs in Breviario Roman.

Vesperæ, si hodie factum sit de ea, nec cras occurrat Dominica, dic. sub Ritu Semidupl. de Festo seq. S. Bibianæ V. & M. ùt in 1. Vesperis de *Communi* Virg. exceptâ Orat. quæ est propria, & siquidem currat Tempus Adventuale, fit in ijs Commemoratio de Feria curr. sine Suffragijs Sanctorum, quæ tamen dicuntur si veniat ante Adventum, & non currat aliqua Octava: Preces autem Dominicales ad *Completor.* dicuntur etiam in Adventu, nisi Officium fiat de *duplici*, aut *Die infrà Octavam*. Col. Rub.

Quòd si cras occurat *Dominica I. Adventûs*, Vesperæ hodiernæ, nisi hodie factum sit de *Festo* 9. *Lectionum* aut de *Die infra Octavam*, dic. sub. ad Capitulum de Sabbato currente ùt in Psalterio, à Capitulo autem de Dominica I. Adventûs, & initiô Proprij de Tempore in Breviar. Roman. sine Suffragijs Sanctorum, utpote cessantibus à Vesp. hujus Sabbati usque post Octavam Epiph: & in fine Officij usque ad Vesperas de Nativ. Domini dicitur Antiphona: *Alma Redemptoris* cum Versu: *Angelus Domini &c.* & Oratio *Gratiam tuam &c.* Festum autem S. Bibianæ occurrens crastinâ Dominicâ transferetur eô annô in Diem proximam Festô 9. Lectionum non impeditam, esto alicubi transferri debeat quandoque ultra Diem 1. Decembris; quia, licèt in posteriori Brev. Recognitione decretum sit, ab eo Die usque ad Epiphan. inclusivè nihil fieri posse, ne Commemorationem quidem, de aliqua *Octava*, quæ non habetur in Calendario Ro-

ma-

mano; non tamen perinde prohibitum est facere intra illud Tempus de Festo translato, si illud ob Dies præcedentes omnes Officijs 9. Lectionum impeditos citiùs celebrari non potuit: imò si etiam toto Mense Decembri nulla supperat Dies, quâ Festum aliquod translatum alicubi, aut aliquando possit celebrari, potest illud in Diem non impeditam Sequentis anni transferri: & ità quoad utrumque decretum esse ajunt à. Sacr. Rit. Congr.

2. S. Bibianæ Virg. & Mart. Semid. cum Suffragijs Sanctor: (extra Adventum) & *Precibus Dominicalibus* suis locis, nisi alicubi currat aliqua Octava. *Col. Rub.* Si veniat hoc Festum in *Dominica*, transfertur in Ecclesia universali, seu ubi non est *Duplex*, extra Advent. in Diem proximam Officiô 9. Lectionum non impeditam: alioqui fit hodie de illo Officium, ùt in Communi V. & M. Lect. I. Noct. de Script. occurr. nisi ponendum simul sit initium alicujus anterioris Prophetiæ &c. II. & III. Noct. ùt notantur in propr. loch. Oratio pariter propr: cui (si veniat hoc Festum in Adventu) subjungenda est Commemoratio de Feria occurr: Adventûs in Laudibus, & utrisque Vesperis sine Suffragijs Sanctor: quæ alioquin extra Adventum, nisi currat aliqua Octava, dici debent.

Missa: *Me exspectaverunt* (2. de Communi V. & M.) exceptâ 1. Oratione, quæ est propria, non tamen perinde correspondens ei *Secreta*, ac *Postcommunio*. Dic. in ea *Glor.* sine *Cred.* Si veniat in Adventu, 2. Oratio est de Feria Adventûs, sumitúrque ex Dominica præcedente. 3. *DEUS, qui de B. M. V.* concluditúrque unà cum sua *Secreta*, & *Postcommunione*, per Verba: *Per eumdem &c.* Si autem veniat extra Adv. 2. Oratio est *A cunctis. 3. ad lib.* Præf. Commun. *Col. Rub.*

Vesperæ de S. Francisco Xaverio Conf. in Ecclesia universali sub Ritu dupl: minore, ùt in Communi Conf. NonPontif. in 1. Vesperis, excepta Oratione, quæ est propria; fitque in Ecclesia universali Commemoratio Festi præcedentis, aut (si hodie factum fuerit de Dominica) Dominicæ occurr: fit quoque Commemoratio Feriæ Adventûs, at post Commemorationem de S. Bibiana, si hodiernum ejus Festum incidat in Feriam Adventus. *Col. Alb.* Quia autem hodierna Dies est Dies, quâ *Obijt* S. Xaver. magnus ille Indiarum, & Japoniæ Apostolus, ideo, nisi crastinum ejus Festum ulteriùs transferatur (ùti contingit, quando in Diem 3. Decembris incidit Dominica I. Adventûs) in Hymno: *Iste Confessor &c* non est mutandus 3. Versus, sed dicendum: *Hâc die lætus meruit beatas &c*, ùt ipsum à plu-

ribus

ribus jam annis monet Directorium Romanum : quia nempe S. R. C. 1683. 13. Januar. universim decrevisse fertur, si Festum S. Confessoris transferatur in proximè sequentem Diem, in Hymno : *Iste Confessor* nullam faciendam esse mutationem Versiculi, sed dicendum : *Meruit beatas*, dummodo 1. Vesperæ non sint impeditæ. Et quia Directorium Romanum, Ordinans Vesperas hodiernæ Diei, absolutè dicit: In Hymno *Iste Confessor* dicendum esse Versum : *Hâc die lætus meruit beatas*, sine restrictione ad primas *tantùm* Vesperas, sequenti autem Die nullius mutationis in dicto Hymno faciendæ facit mentionem, ut ut sequens Dies non sit Dies Obitûs (cujusmodi tamem mentionem alioqui facere non omittit, cùm facienda est mutatio) ideo insinuare videtur, sequenti quoque Die in *Matutino*, & *II. Vesperis* nullam faciendam esse mutationem circa Versum dicti Hymni, sed cras quoque (& consequenter in Societate JESU per totam Octavam) dicendum omnino : *meruit beatas*; id quod omnino præscribit inspectum quoddam à me Directorium. Accedit etiam Ratio; quia, quando ratione *Diei Obitûs* in 1. *Vesperis Festi* dicitur ille Hymnus sine Verborum illorum mutatione, jam acquiritur Hymno illi, & Festo Jus ratione illius Diei, ut etiam cras & per totam Octavam (ubi eam habet) dicatur, sicuti ratione Diei Obitûs pro 1. *Vesperis*, & pro *tota Octava* acquiritur Jus Festis aliorum Ss. Confessorum, in ipsam Diem Obitûs incidentibus, ac Octavam habentibus, esto hi non obierint illa Die, quô de ijs sit infra Octavam, aut in *Profestis*, seu *primis Vesperis* illorum; unde mihi non parùm redditur suspecta illa novorum quorundam Breviariorum extra Romam impressorum Rubrica, quæ in Diei III. Decembris præfigitur, dicta sonat : *Ad Matutinum, & in 2. Vesperis mutatur in Hymno tertius Versus* : eò quòd ex una parte de hac mutatione præter morem juxta dicta sileat Directorium Romanum ad prædictum Diem; Die autem præcedente absolutè (h. e. sine restrictione ad 1. *Vesperas tantùm*) dicat: *In Hymno* : Iste Confessor, dicitur Vers: *meruit beatas* : ex altera autem parte Breviariorum ac Missalium extra Romam impressorum Rubricis non semper sit fidendum; cùm non desint Exempla Suppositiarum, aut manifestum quandoque errorem continentium, quarum prioribus an etiam paulò antè relata novorum Breviariorum sit accensenda, Româ Responsum exspecto. Et ecce post hæc jam chartis mandata, transit hàc Româ Patrum quispiam, per plures annos ibi versatus inter Nostros, qui & Ore-

Oretenus, & exhibitô mihi responsô manuscripto est contestatus, morem esse Romæ, ut in proposito Casu non muretur 3. Versus, etiam in Matutino, & 2. Vesperis Festi, in Diem immediatè sequentem translati, sed in eo quoque, ac per totam ejus Octavam dicatur *Hac die lætus meruit beatas scandere sedes.* Mori huic suffragatur Praxis ipsius Ecclesiæ universalis Die 26. Maij: nam S. Philippus Nerius [ut notat Gobat Tom: 1. P. 1. Tr. 5. n. 659. in Appendice Appendicis lit. p.) obijt die 25. Maij, & tamen ejus Festum sine ulla mutatione 3. versiculi in Hymno *Iste Confessor* celebratur in Ecclesia universali regulariter Die 26. Maij; ità, ut *Vesperæ primæ* dicantur re ipsa ipsius *verô* die *natali*, seu *Obitûs*; *Matutinum* autem, & secundæ Vesperæ *Die* ejus *natali* per *fictionem juris* tali, ùt loquitur citatus Gobat: sicut enim (inquit) Jure-Consulti, quorum genium sectantur Leges, Locutionésque Ecclesiasticæ, ac Breviarij, sexcenties dicunt, hoc aut illud *fictione Juris* haberi pro vero, quod tamen à parte rei falsum est (ùt pluribus tùm ibi, tum alibi exemplificat) ità etiam ab Ecclesia de habitum olim fuisse, & de facto haberi aliquando *fictione Juris* pro Natali alicujus S. Confessoris illum Diem, qui re ipsa non est *Natalis* seu *Dies obitûs* asseverat: Id quod inde quoque confirmat, quòd omnes unà cum Gavanto Tom. 2. S. 8. c. 3. n. 7. teneant, omnes Dies alicujus Festi habentis Octavam censeri esse unum Diem cum primo, & idcirco esse æquè in Octavo, atque in primo, psallendum: *Hâc die lætus meruit beatas &c.* Per *Primum* autem *Diem* intelligere se illum, quô inchoatur Officium de S. Confessore per decantationem prædicti Hymni in *Primis* ejusdem Vesperis, per hoc satis indicat citatus Gobat, quòd mox subjungat pro Exemplo S. Philippum Nerium, de quo in Hymno: *Iste Confessor &c* non tantùm *Die* 25. Maij, quô obijt, in *Primis* ejusdem Vesperis, sed etiam Die 26. Maij, adeoque postridie ejusdem obitûs, dicitur, *Hâc die lætus meruit beatas &c.* quia nempe *Dies* posterior, imò omnes totius Octavæ, ubi aliquam habet, censentur esse unus cum primo, quo coli incipit ejus obitus, in illum incidens: Videtur quidem Gavantus locô citatô sentire contrarium, ac velle, quòd, quando Festum Confessoris occurrens in Dominica transfertur in Feriam II. immediatè subsequentem, dici debeat in Feria illâ II. *Meruit supremos*, non obstante, quòd pridie dici debuerit in primis Vesperis: *Meruit beatas &c;* eò quòd *verè die illo obierit*, hoc autem de Feria II. subsequente non verificetur. Verùm, præterquàm quòd Gavantus loco cit: non satis clarè loquatur (quantùm attinet ad mo-

modum dicendi 3. Versum Hymni *Iste Confessor* in Feria II. Die obitûs mox subsequente) si ex eo capite in Casu, quo Festum alicujus S. Confessoris celebratur Die, *Diem Obitûs* immediatè subsequente, in *Primis* tantùm *Vesperis*, seu Die, quô *obiit*, non autem etiam proximè sequenti, in quem translatum est ejus Festum, dici debet : *meruit beatas &c*, quòd die præcedente *revera obierit*, non item subsequente, tunc sequitur 1. quòd etiam in Festo S. Philippi Nerij ità mutandus sit 3. Versus contra Breviariû Romanum. Sequitur 2. quòd tam in *primis Vesperis*, quàm *infra Octavam* etiam illorum Ss. Confessorum Is sit mutandus, quorum Festa non transferuntur in Diem aliam, sed eô, quô obierunt, Die celebrantur; cùm de hoc solo, non autem de *Die* hunc *præcedente*, nec de *Diebus eumdem subsequentibus* verificetur, quòd Die illo obierint : Sequelam autem hanc quis admittet? sicut ergo per hoc, quòd Festum, quod incipit à 1. *suis Vesperis*, cum *tota sua Octava* sit velut unus idémque Dies, juxta ipsius Gavanti Doctrinam in Casu, quô celebratur Die suo proprio, ejusmodi Festum acquirit Jus, ut Hymnus *Iste Confessor* sine mutatione 3. Versûs non tantùm eo Die, sed etiam pridie in 1. Vesperis, & Diebus subsequentibus dicatur, siquidem de eo in illis dicatur Officium, non obstante, quod nec eo die, quô de ipso dicuntur 1. Vesperæ, nec in illo obierit Diebus, quibus de ipso infra Octavam fit Officium, ità etiam in Casu, quô 1. saltem Vesperæ dicuntur in Die obitûs de aliquo Confessore in Diem immediatè sequentem translato, sine mutatione 3. Versûs in Hymno *Iste Confessor*, ratione illarum 1. Vesperarum, in Die obitûs sine mutatione 3. Versûs in Hymno dictarum, acquirat Jus, ut Hymnus de eo sine mutatione illius Versiculi dicatur die etiam immediatè sequente, ac per totam Octavam, si de ipso fiat Officium, ob eamdem, ac suprà dictas rationes. Et hæc ad Authoritatem ac Rationem Gavanti in Contrarium allegati; quæ utraque etiam ex eo enervatur capite, quòd Is scripserit ante Decreta S. R. C. ab Henrico Pisart Tit. X. Reflex. 11. in suo Direct. Canon. hîs verbîs allegans : *Quandocumque Festum alicujus S. Confessoris transfertur in Diem ab ejus obitu immediatè sequentem, non est mutandus 3. Versus in Hymno* Iste Confessor, *juxta Decreta S. Congreg. die* 13. *Jun.* 1682. Et adhuc clariùs in eodem Tractatu *in Communi Sanctorum n.* 5. ubi ità scribit. *Anno* 1682. *emanavit S. Congregatio, non mutandum hunc Versum* [meruit beatas &c.] *neque in primis, neque in secundis Vesperis in Casu posito; nam Dies* Obitûs & Depositionis *pro uno eodémque reputari solent.*

lent. Quæ Decreta (Si *authentica* sint) ignorata fuerint ab ijs, qui Breviarijs post ea à se editis ad Diem 3. Decembris hanc inseruêre Rubricam : *In Hymno ad Matutinum*, *& ad 2. Vesperas mutatur 3. Versiculus*, *& dic*: Hàc die lætus meruit supremos laudis honores.

Quando Festum S. Bibianæ incidit in Sabbatum, tunc, quia crastinum Festum S. Francisci Xaverij, ob incidentem in Diem III. *Decembris* Dominicam I. Adventûs, juxta Rubricas est transferendum in Diem aliam non impeditam Officiô 9. Lectionum (etiam ibi, ubi est *Patronus Ecclesiæ*, adeoque *Duplex* 1. *Classis*, uti est Lucernæ in Helvetia, atque etiam Tridenti apud P. P. Soc. JESU) hodiernæ Vesperæ usque ad Capitulum dicendæ sunt de *S. Bibianæ*, à Capitulo verò de Dominica I. Adventûs, ùt in Principio Proprij de Tempore, & suprâ P. I. suô locô, omissis Suffragijs Sanctorum (non tamen Precibus Dominicalibus ad Completor.) aliáque observando ibidem & superiùs 30. Novembris &c, circa dicendas in tali Casu Vesperas &c annotata.

In *Societate JESu* Festum S. Francisci Xaverij est duplex 2. Classis, & in ijs locis, in quibus est *Festum Patrocinij &c.* (utì Tridenti, ac Lucernæ) omnino 1. *Classis*, celebratúrque utrobique cum *Octava*, ac proinde in primis ejus Vesperis in Societate JESU non fit Commemoratio de Festo Semiduplici præcedente, bene tamen de præcedente *Dominicâ majore*, aut *Feriâ Adventûs*, si hodie alterutra occurrat. *Color Albus*.

3. S. Francisci Xaverii Conf. è. Soc. JESU. In Eccles. universali dupl min. *Col. Alb.* Quando venit in Dominica hoc Festum, tunc ubique, id est non modò ibi, ubi hoc est duplex 2. vel adhuc *inferioris Classis*, sed etiam ibi, ubi tanquam *Patronus Ecclesiæ Titularis*, aut *principalis Loci* est *dupl.* 1. *Classis*, debet id ob occurrentem hodie Dominicam I. Adventûs (utpote nulli Festo cedendentem, sed contra quodcumque simul occurrens omnimodè privilegiatam) *transferri* juxta Rubricas in Diem proximam Officiô 9. Lection: non impeditam. Alioqui fit hodie de S. Francsc. Xav. in Ecclesia universali Officium, & Missa in hunc modum : In Offic. Lect. I. Noct. de Script. occurr. II. Nocturni propr. III. *Euntes in Mundum &c*, ùt in Festo SS. Cyriaci, & Socior. MM. 8. Aug. vel propr. locô in recentioribus Breviarijs. Oratio pariter propr. Reliqua omnia, ùt in Communi Conf. NonPontif. An mutandus verò hodie 3. Versus in Hymno : *Iste Confessor*, conjicere licebit ex ijs, quæ dicta sunt heri. In *Laudibus* fit Commemoratio *Feriæ Adventûs*, pro qua Oratio sumen-

da ex Laudibus Dominicæ præcedentis.

Missa propr. cum *Gloria* (at fine *Credo*, in Ecclesia universali) cúmque Commemoratione de *Feria Adventûs* ex Missa Dominicæ præcedentis. Præf. Communis.

In II. *Vesperis* fit in Ecclesia universali Commemoratio de *Feria Adventûs*, & S. Barbaræ V. & M. cui utrique præmittitur Commemoratio de S. Bibiana, quando hujus Festum ob incidentem in Diem 2. Decembris Dominicam I. Adventûs, transfertur in Diem crastinam (uti factum in Ecclesia universali 1703. & tunc pro Commemorat. S. Barbaræ ponenda est hodie Antiphona : *Simile est &c.* Versus autem : *Diffusa &c.* ex Laudibus de *Communi* Virg. *Col. Alb.* Ubi autem (uti in pluribus *Germaniæ* locis) S. Barbara celebratur Ritu duplici minore, ibi hodiernæ Vesperæ à Capitulo dic. de illa cum Commemorat. præced. & Feriæ Adventûs (Col. Rub.) nisi cras occurrat Dominica, tunc enim juxta Rubric. de translat. Festorum S. Barbara, ubi non est Patrona propriæ Ecclesiæ, transfertur in Diem proximam non impeditam, & hodiernæ Vesperæ integræ tunc dicuntur de S. Francisc. Xaver. cum Commemorat. de Dominica II. Adventûs tantùm. *Col. Alb.* Addidi tamen : *ubi S. Barbara non est Patrona Ecclesiæ*; nam ubi S. *Barbara*, tanquam *Patrona Ecclesiæ* est *duplex* 1. *Classis*, ibi occurrens in Dominica majore tantùm 11. *Classis*, (qualis Dominica major 1. Classis est *Dominica II.* Adventûs) non transfertur, sed habet hodie integras Vesperas cum Commemoratione *Dominicæ* tantùm, atque adeo sine Commemorat. duplicis minoris præcedentis. *Col. Rub.* Et cras de eadem S. Barbara fit ibi Officium, & Missa, ùt in *Communi* Virg. Proprio illius loci, cum 9. Lectione de Dominica in *Officio*, ejusdemque in *Laudibus*, & *Missa* Commemoratione, ac ultimo in hac Evangelio. *Col. Rub.*

Quando S. Francisc. Xaver. venit in Sabbato, tunc in Ecclesia universali hodie in 2. Vesperis fit Commemoratio Dominicæ sequentis, & S. Barbaræ. *Col. Alb.*

In Diœcesi Constantiensi occurrit hodie *Dies Octava* S. Conradi Episcop. ac Patroni illius Diœceseos, cui *Diei Octava* juxta Rubric. *de Translat. Festor. n.* 2. cedere debet S. Francisc. Xaverius, adeoque transferri, nisi ubi celebratur Ritu 2. aut 1. Classis; nam ibi ab iis, qui tenentur ad celebrandam Octavam, fit de *Die Octava* solummodo Commemoratio in *Missa*, & *Officio* dicendis de S. Franc. Xaver. Quod ipsum etiam tunc observandum, quando *Dies Octava* incidit in Dominicam I. Adventûs : tunc enim pa-

rites

ster *Officium*, & *Missa* dicuntur de *Dominica* currente, de *Die Octava* autem fit solummodo Commemoratio.

Verò

Ritu *duplici* 2. *Classis*, & cum *Gloria* celebratur *S.* Franciscus Xaverius in Societate JESU : Ritu autem *duplici* 1. *Classis*, & itidem *cum Gloria* ibi, ubi est *Patronus Principalis*, vel *Titularis Loci*, aut *Ecclesiæ* : ubique verò Lectiones I. Nocturni hunc sunt : *Justus, si morte &c*, ut in Communi Conf. nonPontif. tum utrobique in utriusque *Vesperis*, *Sabbato*, ac *Missa* (in qua *Credo*) Commemoratio de *Feria*, aut (respective) de Dominicâ Adventûs occurrente, aut concurrente: Ubi tum tantùm 2. Classis celebratur, fiet in II. Vesperis post Commemorationem de Feria, aut, si cras occurrat Dominica, post Commemorationem Dominicæ, facienda est etiam Commemoratio de *Festo Simplici* sequente (v. g. de S. Barbara, quæ hîc habet Ritum solummodo Simplicem) ante Commemorationem autem Feriæ de Festo sequente duplici, aut Semiduplici, si quod duplex *inferioris Classis*, aut *Semiduplex* cras sequatur: Ubi verò S. Franciscus Xaverius celebratur Ritu duplici 1. Classis, ibi in II. Vesperis fit Commemoratio *Dominicæ*, si quæ hodie occurrat, & ante hanc Festi duplicis, post illam verò Festi Semiduplicis sequentis ; item Commemoratio Feriæ Adventûs, si quæ hodie occurrat, ante hujus verò Commemorationem Festi duplicis, aut Semiduplicis sequentis ; nulla verò omnino fit ibi in II. Vesperis Commemoratio de Festo simplici sequente, esto fieri debeat etiam ibi Commemoratio de Feria Advent: occurrente. *Col. Alb.*

Quando Festum S. Francisci Xaverij in *Dominicam I. Adventûs* incidit, illud in *Societate* JESU non modò quoad *Officium* & *Missam*, sed etiam quoad *Indulgentias plenarias* (omnibus utriusque Sexus Fidelibus verè Pœnitentibus, Confessis, & SS. Corporis Christi Sacramento refectis, Societatis Ecclesias, vel earum aliquam in Festo Ss Xaverij à primis ejusdem Vesperis usque ad occasum solis sequentis Diei devote visitantibus, ibique devotas ad DEum Preces pro impetranda unione, & concordia PrincipumChristianorum, Hæresum Extirpatione ac Sanctæ Matris Ecclesiæ Exaltatione fundentibus â Gregorio Pap. XV. in Bullâ : *Splendor paterna Gloria*, 8. Junij 1622. emanatâ primitus concessas, postmodum verò ab alijs Summis Pontificibus Confirmatas) *transferri* jussit Ss. D. N. Clemens XI. in Bulla, hac super re Romæ Typis editâ 1703. *in Feriam II.* mox subsequentem, adeoque in *Diem* 4. *Decembris*, prout jam olim (nempe annô 1651. 27. Octobr.) in Casu Inci-

dentiæ hujus Festi in Dominicam I. Adventûs, transferri ejus celebrationem unà cum Indulgentia in eam Feriam mandavit Innocentius Papa X. perpetuis futuris temporibus; cujus Breve (non obstante Brevi Alexandri VIII. de anno 1662. inferiùs allegando) Ss. D. N. ad Preces per P. Procuratorem Generalem Societatis sibi porrectas innovavit, seu confirmavit. Quia verò *Dies* 4. *Decembris* in multis locis, in quibus Versatur Societas, est impedita Festo duplici S. Barbaræ, etiam respectu Societatis, utpote cum Consensu Superiorum in celebrandis Festis *duplicibus* (alicubi etiam *Semiduplicibus*) Clero *D*iœcesano illorum locorum se conformantis, ortum est dubium, ac quæstio : an etiam in ejusmodi locis in Casu, quô Festum S. Francisc. Xaver. incidit in *D*ominicam I. Adventûs, id transferendum sit in Feriam II. immediatè subsequentem (adeoque in Diem 4. *D*ecembris) à Patribus Societatis? an verò in ejusmodi locis etiam tunc conformare ipsi se possint reliquo Clero tam in celebrando Festo S. Barbaræ die suô consuetô, nempe 4. *D*ecembris, quàm etiam in transferendo Festo S. Francisci Xaverij in Diem illum alium, nullô penitùs Festô 9. Lectionum, ne quidem Diœcesano, impeditum, quô alij Festum translatum S. Xaverij ex præscripto Rubricarum celebrant (v. g. in Die 5. aut 9. Decembris) & simul eum transferre, seu proponere plenas Indulgentias eô *D*ie tunc possint Festo Divi Xaverij alioquin annexas, postquam illud à Die Obitûs nempe Die 11. Decembris (quâ pro mitus unà cum Indulgentijs plenarijs à Gregor. XV. concessis celebratur) fuit ab Alexandro VII. non modò quoad Officium, & Missam sed etiam quoad *Indulgentias plenas* ad Diem 3. Decembris translatum Debere Patres Societatis etiam in ejusmodi locis in Feriam II. subsequentem, seu Diem 4. Decembris Festum S. Indiarum Apostoli transferre, non obstante Festô 9. Lectionum Diœcesano in ea occurrente videtur manifestè probari ex eo quòd in eam Diem, h. e. Feriam II. mox subsequentem derminatè transferri Festum S. Xaverij unà cum Indulgentijs annô 1702. 24. Novembr. petierit ac impetraverit per P. Procuratorem suum Generalem Societas, & quidem propter uniformitatem pro se universim spectata : ergo cùm ejus Petitioni annuerit Sanctissimus, & in eam Feriam unà cum Indulgentijs illud determinatè transtulerit, Die illo, & non aliô, est celebrandum in Societate, nisi ubi cubi Dies illa fuerit impedita Festô altioris, Ritus, nempe *D*uplicis Classis &c. tunc enim transferendum quidem ulteriùs in ejusmodi loco

loco erit Festum S. Xaverij, at non perinde ibi transferentur Indulgentiæ, ùt patet ex Decret. S. R. C. de anno 1679. 20. Septembr. Vicissim non debere Patres Societatis in hujusmodi locis in Casu dicto Festum S. Xaverij incidens in Dominicam I. Adventûs, sequenti mox Feriâ II. nempe Die 4. Decembris, Festô 9. Lectionum Diœcesano impeditâ, celebrare, sed posse eos, imò debere illud perinde, ac reliqua Clerus saltem quoad *Officium*, & Missam transferre in Diem aliam non impeditam. Festô 9. Lectionum impedito, suadere videbantur ipsæ Rubricæ Breviarij *Tit. IX. de Commemorat. n. 3. & Tit. X. de Translat. Festor. n. 1.* Ubi disertè asseritur: si aliquod Festum *duplex* vel *Semiduplex* occurrat in *Dominica majore* 1. *Classis* (qualis est Dominica I. Adventûs) transferendum id esse in primam Diem Festo *duplici*, vel *Semiduplici* in ea occurrente *non impeditam*, atqui in ejusmodi locis, in quibus 4. Decembris celebratur *Ritu duplici* Festum occurrens S. Barbaræ etiam à Societate, Dies quarta Decembris est Dies *Festo duplici impedita*, etiam respectu Patrum Societatis: ergo Festum S. Xaverij occurrens in Dominica I. Adventûs, non erit in illam, sed aliam similiter non impeditam quoad Officium, & Missam transferendum. Neque obstare videbatur 1. quòd Festum S. Barbaræ sit tantùm *duplex minus*, & *Loci* alicujus solummodo *particularis*, Festum autem S. Xaverij sit Festum *Ecclesiæ universalis*, & insuper *duplex* 2. *Classis* in Societate; tum quia Rubricæ loquuntur universaliter; tum quia habet ubique recepta Praxis, ut Festa etiam universalis Ecclesiæ, & *Duplicia* 1. *Classis* (nisi circa aliquod illorum ex speciali causa speciali fiat Dispositio) non transferantur in Diem Festo *Duplici minore*, etiam solummodo *Diœcesano* impeditam, ùt patet in Festo S. Josephi, quod incidens in majorem Hebdomadem non transfertur in Diem Festo duplici vel Semiduplici alicujus particularis loci impeditam post Octavam Paschæ. Neque obstare videbatur 2. quòd Ss. D. N. ad Instantiam Societatis id petentis Festum S. Francisci Xaverij occurrens in Dominica I. Adventûs jusserit unà cum Indulgentijs plenarijs celebrari Feria II. mox subsequente, adeoque die 4. Decembris, ùt Olim ante Alexandrum VII. Tempore Innoc. X. quia præsumendus videbatur id tantùm sic ordinâsse ex suppositione, quòd Dies illa non sit impedita Festô 9. Lectionum (ut non impedita est Romæ, & in Ecclesia universali, ubi de S. Barbaræ non fit Officium 9. Lectionum, sed tantùm Commemoratio) simûlque hac sua ordinatione, quâ Festum Xaverianum unà cum Indulgentijs

trans-

transferri mandavit in Casu proposito in Diem Festo 9. Lectionum in Ecclesia universali non impeditam, tacitè quoque in Diem taliter non impeditam, respectu aliorum etiam locorum transtulisse non modò *Festum S. Xaverij*, sed etiam *Indulgentias* pro ejus Festo concessas à suis Antecessoribus, quando id incidit in *Dominicam Adventus*; cum non aliter præsumendus sit voluisse id transferri in universa Societate, quàm salvis per omnia Rubricis de Translatione Festorum, hæ autem tunc in universa salventur Societate, si perinde, ac Romæ, etiam extra illam Festum Xaverianum in Diem nullo Festô 9. Lectionum impeditam eô in Casu transferatur; cúmque unà cum Festo *transferri Indulgentias* non tantùm Romæ, sed etiam extra illam in Societatis Ecclesijs voluerit, tacitè quoque unà cum ipso Festo in ejusmodi Diem transferri illas ubique voluisse videbatur Nonnemini præsumendus; præsertim, cùm, si in ejusmodi locis Communes de Translatione Festorum Regulæ observentur, ac utroque Die, quô nempe & S. Barbara, & S. Xaverius in tali loco respectivè celebrantur, ipsa quoque Societas Conformet se reliquo Clero, non modò utriusque Festi Solennitati magis consuli, sed etiam ipsa utroque die observata utrobique uniformitas majori futura ædificationi Fidelibus videantur, quàm si Die 4. Decembr. ad Societatis Ecclesias Confluentes exteri Sacerdotes facerent ad nostras Aras in Paratu Rubro de S. Barbara, Nobis facientibus in Paramento Rubro de S. Francisc. Xaver. Ante huic Discursui de Indulgentijs, cum Festo in Diem aliam Festi & Lectionum non impeditam in eiusmodi locis tacitè ac virtualiter translatis, non parùm favere quoque videbantur illa, quæ leguntur apud P. Gobat. Tom I. *Tr. V. à n. 654. usque ad n. 659.* Sublatum equidem omne hac in parte Dubium, & difficultas fuisset, si petitum, & impetratum à Ss. D. N. Decretum fuisset ejus Tenoris, cujus erat illud, quod olim, nempe annô 1638. Die 12. Decembr. cùm Festum S. Francisci Xaverij etiamnum Die 2. Decembris (quâ 1552. obijt) regulariter celebrabatur, petitum, ac impetratum fuerat ab Urbano Papa VIII. quo Is potestatem Societati faciebat Festum S Francisci Xaverij, incidens in Dominicam I. Adventus, unà cum *Indulgentijs A Die 2. Decembr. transferendi in unum ex diebus infra octavam illius non impeditum*, nulla determinatione facta ad Feriam II. uti videre est apud cit Gobat n. 655. & 657. At quoniam, postquam eadem Festum ex Decr. Alexandri VII. Pontif. à Die 2. Decemb. in Diem 3. Decembr: anno 1662. 21. Jul. unà cum Indulgentijs stabiliter est trans-

translatum, & Indulgentiæ plenariæ, quæ eidem Festo Die 2. Dec. priùs celebrato annexæ erant, ad eumdem Diem 3. ab eodem Pontifice pariter translatæ sunt, nulla facta mentione casûs Incidentiæ illius in Dominicam I. Adventûs, an scilicet etiam pro tunc unà cum Festo transferantur Indulgentiæ, & in quam diem tunc Festum Xaverianum sit transferendum; Decretum item simile Decreto Urbani VIII. suprà allegato Societas à Sede Apostolica non petivit, sed simile illi, quod Innocentius X. in Casu Incidentiæ Festi Xaveriani in Dominicam I. Adventûs mandavit, ut ejus Festi celebratio *in Feriam II.* immediatè sublequentem *futuris etiam perpetuis Temporibus transferatur*, expressè petivit ac impetravit (ùt manifestum est ex Bulla declaratoria SS. D. N. Clement. XI. suprà allegata) ideo ortum mox est prædictum dubium, & in locis, in quibus Festum S. Barbaræ est Festum 1. Lectionum, prædicta statim mota est difficultas; cúmque præviderem, anno 1713. occursurum ipsum hunc casum, tursúsque motum iri hanc controversiam, ideo 1711. litteris Romam datis dubium hoc, unà cum aliis quibusdam, ibidem Nostris proposui, simúlque Rationes dubitandi, paulò antè in utramque Partem adductas, in Scripto exhibui, acceptúmque inde est in Provinciam, ijs non obstantibus, etiam ibi, ubi S. Barbara est *Festum duplex*, hôc translatô in Casu Incidentiæ Festi Xaveriani in Dominicam I. Adventûs, istud transferendum esse cum Indulgentijs in *Diem* 4. Decembris, seu Feriam II. post Dominicam Adventûs, & hoc vi Brevis Innocentij X. ac Ss. D. N. Clementis XI. specialem hanc Dispositionem pro dicto casu facientium, similem nempe omnino illi, quâ *Festum Annuntiationis* B. V. M. incidens in *Feriam VI. Parasceves*, aut *Sabbatum sanctum* transferendum est de Mandato Alexandri VIII. in Feriam II. post Dominicam in Albis, dummodo in ea non occurrat Festum *altioris Ritûs* : quæ Exceptio etiam in nostro casu sub intelligitur : unde si alicubi S. Barbara sit *Patrona*, adeoque *Festum duplex* 1. *Classis*, tunc secundùm Rubricas debebit quidem à Nostris in *ejusmodi locô transferri Festum ac Officium S. Xaverij* in aliam Diem infra Octavam, Festo 9. Lectionum non impeditam, at non transferentur cum Festo S. Xav. etiam Indulgentiæ, propter obstans Decr. S.R.C. de anno 1679. 30. Sept. vel, ùt Alij citant, 10. Jun. 1690. suprà allegatum (ùt pariter responsum est Româ) seclusô speciali Sedis Apostolicæ Indultô, cujusmodi etiam ibi est opus, ubi Festum *S.* Xaverij nec die 3. nec die 4. *Dec.* potest unquam seu à Nostris, seu etiam alijs

alijs Diœcesanis celebrari, utì Veldkirchij Rhætorum, ubi, utì & in tota Diœcesi Curiensi, in qua Diem fixam 2. Decembris etiamnum, ùt olim, habet; eò quòd ibi die 3. Decembris occurrat Festum S. Lucij primarij Diœceseos Patroni, in Choro & foro celebre Ritu dupl. 1. Classis; die verò 4. Decembr. occurrat Festum §. Emeritæ Sororis S. Lucij, quod ibidem est duplex 2. Classis. De reliquo notandum hîc supereſt, quòd, quando Festum S. Francisci Xaverij incidens in Dominicam I. Adventûs transfertur in Diem aliam, non ideo etiam transferatur *Dies Octava*, sed perinde, ac si Festum non fuisset translatum, faciendam tunc sit de *Die Octava* Commemoratio in *Officio*, & *Missa* sequentis Dominicæ II. Adventûs, sumenda ex die Festi, utì præscribit Rubric. Gener. X. n. 1. modô ibi, ac infrà die 9. ac 10. declarandô.

4. In *Ecclesia universali* fit hodie in Officio (seu *Dominicali*, seu *feriali* Adventûs) Commemoratio de S. BARBARA V. & M. in pridianis scilicet Vesperis, Laudibus, ac Missa hodiernæ seu *Feriæ*, seu *Dominicæ*. Oratio: *DEus, qui inter Cætera &c*, ùt in Commun. V. M. 1. locô. Vesperæ, ùt suô locô P. I. cum Commemoratione S. Sabbæ. Quòd si Festum S. Bibianæ occurrens in *Dominicæ* transferatur in hanc Diem, nullô aliô Festô 9. Lectionum impeditam, *Officium*, & *Missa* dic. [illegible] die de S. Bibiana, ùt suprà die 2. Decembr: cum Commemoratione *Feriæ*, & S. *Barbaræ* (pro qua [illegible] Antiphona: *Veni Sponsa Christi &c.* & Versus: *Specie tua &c* sumuntur Laudibus ex 1. Vesperis de Communi Virg.) in Officio & Missa. Quòd si hodie occurrat *Sabbatum*, [illegible] non sit faciendum de Festo 9. Lectionum, Officium sit feriale, [illegible] Psalterio: *Invitatorium* tamen, [illegible] *Hymnus* dic. de Dominica præced. Lectiones verò sunt propr. & Responsoria assignata in Loc. ex 3. Nocturn. Dominicæ præcedent. ex qua etiam sumuntur Oratio, & Antiphonæ per Horas. In *Laudibus* (in quibus fit Commemoratio de S. Barbara) Antiphonæ ad Psalmos dicuntur, ùt in Psalt. per annum: Cap. verò, Hymn: & Vers. utì notatum Feriâ II. post Dominicam I. Adventus, cum propria ad *Benedictus* Antiphona. In ijsdem *Laudibus*, & per *Horas* dic. Preces feriales, ùt suprà. In Responsorio Brevi ad Primam Vers: *Qui venturus es in mundum.* Ad Absolutionem Capituli: *Dominus illuminet &c*, ùt in Psalterio. Capitula & Responsoria Brevia ad Tertiam, Sextam, & Nonam, ùt ibid. & Feriâ II. post Dominicam I. Adventûs. *Missæ privatæ* de Dominica præcedenti sed sine *Glor.* & *Credo*. Post Communionem duale quoque omittitur *Alleluja*, & Versus sequens. Oratio 2. de S. Barbara

bara ex die curr. vel Missa : *Loquebar* (1. de *Communi* V. M.) 3. *DEus qui de B. M. V.* uti notatur Dominicâ præced. & cum Correspondente *Secreta*, ac *Postcommunione*, quoties est ultima, terminanda per Verba : *Per eumdem Dominum &c.* Præf Commun. In fin: *Benedicamus*, & Evang: S. Joannis. *Col. Viol.* At verò *Missa principalis* in *Sabbato* Tempore Adventûs (quando non occurrit fieri de *Festo* 9. *Lectionum*, aut de *Die infra Octavam*, aut de *Sabb.* 4. *Temporum*) dic. ex votiv. B. M. V. in Adventu [*Rorate*] in *Paramentis albis* cum *Glor.* sine *Cred.* & in ea Orat. 1. de *Feria* ex Dominica præced. 3. autem est hodie de S. Barbara. Præfat. de B. V. *Et Te in veneratione.* In fin. *Ite*, cum Evang. S. Joann. & de eadem B. V. in Sabbato dici etiam possunt in hujusmodi Casu *Missæ privatæ*, itidem in *Paramentis albis*, at verò *Color Altaris* debet etiam in tali Missa sequi *Officium* (quod totum est feriale) atque adeò esse *Violaceus* juxta Gav. alibi cit. Si non occurrat in hujusmodi Sabbato *Festum Simplex*, Oratio 3. in Missa de B. Virgine est de S. Spiritu. Casus hic accidit annô 1702. die 16. Decembr. Vesperæ *feriales*, ùt in Sabbato per annum usque ad Capitulum, à Capitulo autem de Dominica II. Adventûs, ùt ibi. Commemorat. S. Sabbæ Abbatis. *Col. Violaceus.*

Ubi Festum S. BARBARÆ est *Dupl.* vel *Semidupl.* ibi occurrens in Dominica transfertur quoad *Offic.* & *Miss.* in diem proximam Offic. 9. Lection. non impeditam, alioqui in ejusmodi loco fit hodie de illo, ùt in Communi V. M. & Proprio illius loci, vel Diœcesis, cum Commemoratione *Feriæ Adventûs*, vel *Dominicæ* II. Adventûs, si tanquam *Patrona*, adeoque ùt duplex 1. Classis alicubi in eâ Dominicâ celelebretur. Quòd si alicubi sit *duplex majus*, aut 1. vel 2. Classis, Lect. I. Nocturni non dicuntur de Script. occurr: sed sumendæ sunt ex I. Nocturno de Communi Virg.

In Societate JESU (in qua Festum S. Francisci Xaverij celebratur sub Ritu duplici 2. Classis, & cum *Octava*, Officium, & Missa hodie sic ordinantur : Si Festum S. Xaverij incidit in Dominicam, adeoque hodie est Feria II. tunc illud in Societate JESU juxta dicta die præcedente transfertur unà cum Indulgentijs in hodiernam Feriam II. quâ fit de illo, ut suprà, cum Commemoratione Dominicæ I. Adventûs in 1. Vesperis, attamen sine Commemoratione de S. Barbara in illis : hodie autem post Commemorationem de Feria Adventûs fit etiam Commemoratio de S. Barbara (ubi hæc Ritu simplici celebratur) in *Laudibus*, nec non in *Missis privatis*, sed de ista in his 2. solis, de

de Feria autem etiam in *Missa solenni*. Quòd si alicubi S. Barbara etiam in Societate JESU sit Festum 9. Lectionum, tunc in Casu, quò Festum S. Xaverij incidit in Dominicam I. Adventûs, etiam in tali loco ex Indulto Clementis XI. de die 24. Novembr. 1702. *Festum S. Xaverij*, unà cum Indulgentia plenaria, (à Sede Apostolica pro ejus Festo concessa) transfertur in diem hodiernam, hoc est, diem 4. Decembris, Festum autem *S.* Barbaræ transfertur à Nostris in ejusmodi loco in diem aliam proximè non impeditam Festo 9. Lectionum, nisi alicubi Festum S. Barbaræ sit Festum 1. Classis; tunc enim non ejus Festum ac Officium, sed Festum & Officium S. Xaverij juxta Rubricas est transferendum, at non transfertur tunc Indulgentia (seclusô speciali Indultô Pontificiô) unà cum Festo S. Xaverij, ut patet ex Decreto S. R. C. annô, ac die supr. cit. Sive autem in hoc, sive in præcedenti Casu (quô incidit in Dominicam I. Adventûs) Festum S. Xaverij dictô modô transferatur, *Dies Octava* tamen Festi Xaveriani nunquam transfertur, sed manet suô locô, nempe die 10. Dec. ac si Festum non fuisset translatum, ùt suprà dictum; atque tunc observanda erunt inferiùs die 9. & 10. hujus Mensis annotanda. Quòd si autem Festum S. Francisci Xaverij non incidat in *Dominicam*, tunc ibi, ubi S. Barbara habet [illegible] lummodo *Ritum simplicem* (uti Ro mæ, ac in Ecclesia universali) [illegible] hodie (nisi sit *Dies Dominica*) in [illegible] cietate JESU de *Die* 2. *infra Oc vam* S. Xaverij, dicendo omnia, [illegible] in Festo, at *Ritu Semidupl.* Lect. [illegible] Noct. de Scriptur. occurr. In II. No cturno *Sermo S. Joann. Chrysostom Beati Francisci Dies &c*, ex Commun Confessor: non Pontif: 1. locò, [illegible] in Proprio Festorum Soc. JES In III. Nocturno, ùt in die Festi. [illegible] *Laudibus*, & *Missa* fit Commemo tio Fer. ùt in Propr. de Temp. [illegible] S. Barbaræ. In II. verò Vespera dicendis sub Ritu Semidupl: ùt in [illegible] Vesperis Festi (nisi cras occurra Dominica; tunc enim à Capit. di cendæ forent de Dominica Sequen te, ùt in Prop. de Tempore, cum Commemorat. Octavæ, & S. Sabbæ) fit Commemoratio Feriæ, ut in Propr: de Temp: & S. Sabbæ Ab bat: ùt in *Communi* Confessoris Ab batis in 1. Vesperis. *Col. Alb.* Ubi autem Festum S. Barbaræ etiam in Societate JESU celebratur hodie *tu duplici*, ibi de Octava S. Francisci Xaverij fit in *Officio* & *Missa* hodie na solummodo Commemoratio, a tamen ante Commemorationem [illegible] Feria, sed post Commemorationem de Dominica sequente, si quæ cas occurrat, in hodiernis Vesperis. Quòd si alicubi Festum S. Xaverij trnsferretur in diem V. Decembris,

bris, tunc hodiernæ Vesperæ, cum mutatione 3. Versus in Hymno *Iste Confessor*, dicendæ essent de S. Franc. Xaverio, cum Commemoratione Festi duplicis præcedentis, & Feriæ tantùm (vel Dominicæ hodie occurrentis, si hodie factum fuisset de Dominica) sine Commemorat: de S. Sabba, siquidem S. Xav. alicubi celebretur sub Ritu dupl. 1. aut 2. Classis; si autem tantùm sub Ritu *duplici minori*, tunc tantùm dicendæ forent à Capitulo de S. Xaverio; Commemoratoni autè Dupl. præcedentis, ac Feriæ hodiernæ Adventûs etiam Commemoratio de S. Sabba esset Superaddenda &c. *Col. Alb.*

Si hodie in Societate JEsu occurrat *Dominica* infra Oct. S. Franc. Xaverij, tunc in *Officio*, & *Missa* Dominicæ fit Commemoratio de Octav. nec non in 1. Vesperis, Laudibus, et Missa ejusdem Dominicæ etiam Commemoratio de Festo Simplici hodie occurrente, ubi tale occurrit, & in 2. Vesperis de Festo simplici sequente: *Color* autem tam in *Missa*, quam in *Officio*, debet tunc convenire *Dominicæ* (adeoque esse *Violaceus*) usque ad Vesperas 2. inclusivè, si hæ sint de *Dominica*, non autem *Octava*, uti fit in *Dominicis* infra *Octavas* Festorum *extra Adventum* & *Quadragesimam* occurrentibus; id quod etiam pro Octavis aliorum Festorum in *Adventu* occurrentium est observandum.

5. In Ecclesia universali ordinantur hodie *Officium* & *Missa* eò respectivè, ac proportionaliter modò, quò 4. hujus, cum Commemorat: S. Sabbæ Abbat in *Laudibus*, & *Missa*. *Col. Viol.* Vesperæ de Festo dupl. seq. cum Commemorat. *Feriæ*, vel *Dominicæ* hodie occurr. *Col. Alb.*

In Societate JEsu autem fit hodie, regulariter loquendo, de die 3. infra Octavam Ritu herì declaratò. Lectio I. Nocturn. de Scripur. occurrente. In II. Nocturn. dicuntur de Sermone S. Joannis Chrysost: Ad hanc beatam Requiem &c, ùt in Octavario Romano die 3. infra Octav. Confess. non Pontif. & Propr. Societ. siquidem die 4. hujus jam semel sit factum de die infra Octavam S. Francisc. Xaverij: quòd si enim die 4. hujus non est factum de ejus Octava, tunc, si hodie fiat de die infra Octavam, in II. Nocturn: vel dicendæ sunt Lectiones diei hesternæ ex S. Chrysostomo pro II. Nocturno assignatæ, cum Titulo, ùt herì: Sermo S. Joannis Chrysostomi &c. vel, si malis dicere *tertiæ* infra Octavam *Diei* assignatas tam in propr. Societatis, quàm in Octavario Romano *fol.* 416. non sunt hæ legendæ cum hoc Titulo ibi annotato: De Sermone S. Joannis Chrysostomi, sed cum isto: Sermo S. Joannis Chrysostomi: *Ad hanc Beatam &c*; eò quòd de Sermone illo nondum aliquid sit Lectum ante-

tecedenter, ùt suprà ex Gav. Die 12. Octobris in simili est annotatum. In III. autem Nocturn. dic. Lect. ùt in Festo, & in *Laudibus*, ac *Missa* fit Commemoratio Fer. Adventûs, & S. Sabbæ Abbatis, ùt suô locô. *Col Alb.* Si hodie occurat fieri de *Dominica infra Octavam* S. Franciſci Xaverij, aut de *Festo 9. Lectionum*, fit de illis, ùt suô locô, cum Commemoratione Octavæ, & S. Sabbæ, necnon cum Colore illi Dominicæ, aut *Festo 9. Lectionum* Conveniente.

Quòd si alicubi in hodiernam Diem transferatur Festum S. Franciſci Xaverij, fit de eô modô antè die 3. & 4. Dec. annotatô, cum Commemoratione Feriæ, atque etiam S. Sabbæ in Officio, & Missa, si quidem celebretur tantùm Ritu *duplici minore*; nam si celebretur Ritu *duplici 2. Classis*, Commemoratio de S. Sabba tantùm facienda est in *Laudibus*, & *Missis privatis*, non autem in 1. *Vesperis*, nec in *Missa solenni*: ubi autem tanquam *duplex* 1. *Classis* celebraretur, ibi omnino nihil fieri deberet tam in *Missa*, quàm in *Officio*, de *Festo Simplici* S. Sabbæ; bene tamen fieri in *Officio*, & *Missa* Commemoratio de *Feria*, aut *Dominica* hodie occurrente, & insuper de eadem *Dominica majore* 2. *Classis* hodie occurrente legenda 9. Lectio in *Officio*, & ult. Evangel. in *Missa*. *Col. Alb.*

Vesperæ hodiernæ (nisi occurrat Dominica) in Ecclesia universali integræ dic. de Festo subsequente S. *Nicolai*, si hodie sit factum de Feria, aut Dominica occurrente, cum Commemoratione tam *Feriæ*, aut *Dominicæ* hodie occurrentis, ùt ibi, & hoc etiam ijs in locis, in quibus S. Nicolaus est *Patronus*, seu *duplex* 1. *Classis*. Si autem hodie factum sit de Festo 9. Lectionum, & utrumque fuerit ejusdem *Ritus*, aut *Solennitatis* cum S. Nicolao illud dividet cum hoc hodierna Vesperas; si autem illud fuerit inferioris *Ritûs* seu *Solemnitatis*, aut Dies infra *Octavam*, tunc ubi S. Nicolaus est tantùm *duplex minus*, fiet de illo Commemoratio ante Commemorationem de *Feria* hodie occurrente, aut post Commemorationem de Dominica *Occurrente*: ubi autem S. Nicolaus est *duplex* 1. *Classis*, ibi in hodiernis Vesperis non fit Commemoratio *Diei infra Octavam*, nec ipsius *præcedentis* 9. Lectionum nisi illa sit *duplex* 1. vel 2. *Classis*, esto etiam in tali loco fieri debeat Commemoratio *Feriæ Adventûs* (utpote major) & à fortiori *Dominicæ*, hodie, aut cras occurrentis. Oratio propr. Respqua ùt in 1. Vesperis de Comm. Confess. Pont. *Col. Alb.*

6. S. Nicolai Episc. Confess. In Ecclesia universali Dupl. minus. *Col. Alb* Si veniat hoc Festum in Dominica, transfertur in Eccle-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

versali in Diem proximam Officiô 9. Lectionum non impeditam : ubi S. Nicolaus est *Patronus Ecclesiæ*, adeoque dupl. 1. *Classis* : ibi juxta *Rub. General. X. n.* 1. fit de illo quum tunc, quando in Dominicâ Adventûs 2. Classis (quales sunt Dominica II. Adventûs, item III. & IV.) occurit, dicendo tunc in I. Nocturno Lectiones De Epistola prima B. Pauli Apost. ad Timotheum : *Fidelis Sermo &c*, utì notantur in I. Noct. in Communi Conf. Pontif. faciendóque de Dominica occurr. in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, & *Missa* Commemorationem, cum 9. de eadem Dominica Lectione in Officio, ac ultimo. de eadem Evangelio in Missa : at de *Die infra Octavam* nihil fit in *Officio* ac *Missa* ibi, ubi S. Nicolaus est dupl. 1. vel 2. Class. Ubi autem hic celebratur cũ Ecclesia universali sub Ritu duntaxat duplici minore, ibi, ut dixi, vespera in Dominicâ Adventûs transferur in Diem proximam Officiô 9. Lectionum non impeditam, cum mutatione 3. Versus in Hymno : *Iste Confessor*. Porrò in Ecclesia universali fit de illo Officium in hunc modum : Lection. I. Noct. de Scriptur. occurr. II. Nocturn. propr. III. *Beato peregrè &c*, cum reliquis, ùt in Communi Conf. Pontif. excepta Oratione, quæ est propria. In *Laudibus* fit Commemorat. de Feria Advent. ùt ibi ; huic verò in Societate JESU præmittitur Commemoratio de Octava S. Xaverij.

Missa, utì notatur ad hanc Diem in Proprio Sanctor. cum *Glor.* sine *Credo*, nisì in Propr. Ecclesia. Commemoratio de Feria Adventûs, cui in Societate JESU præmittitur quoque Commemoratio de Octava S. Francisc Xav. ubi S. Nicolaus non est duplex 1. vel 2. Classis. In fine Evangelium *S.* Joannis. *Col. Albus.*

Quando S. Nicolaus ob occurrentem hodie *D*ominicam ibi, ubi non est *Patronus*, transfertur, tunc in *Officio* & *Missa* hodiernæ *Dominicæ* fit in Societ. JESU Commemoratio de Octava S. Francisci Xaverij tantùm, & tam in *Missa*, quàm in *Officio* adhibetur Color Violac. juxta suprà dicta. Ibi autem, ubi S. Nicolaus est Patronus, ea suô modô sunt observanda, quæ die 3. & 4. hujus observanda esse monui in ijs locis, in quibus *S.* Francisc. Xav. & S. Barbara sunt *Patroni*.

Vesperæ usque ad Capit. de *S.* Nicolao, si hodie factum est de illo, ût in 2. Vesper. Conf. Pontif. à Capitulo verò de S. Ambrosio (nisi ob occurrentem cras Dominicam sit transferendus) cum mutatione 3. Versus in Hymno : *Iste Confessor*, nec non cum Commemorat. præced. ac Fer. Advent. cui in Societ. JESU præmittitur Commemorat. de S. Francisc. Xaver. pro

qua

qua Vers: *Os Justi* ex 2. Nocturn. de Commun. Conf. Antiphona ad *Magnificat* pro S. Ambrosio in utrisque Vesperis : *O Doctor Optime.* Col. *Alb.* Quòd si ob occurrentem cras Dominicam S. Ambrosius transferatur, hodiernæ Vesperæ integræ erunt de S. Nicolao cum Commemorat. Dominicæ, & post hanc Octavæ in Soc. JESU. *Col. Alb.*

7. S. Ambrosius Episc. Conf. & Eccles. Doctor. In Ecclesia universali dupl. min. Ubi autem est *Patronus*, aut *Titularis Loci*, vel *Ecclesiæ*, ibi est duplex 1. Classis, & habens Octavam : atque adeò in ejusmodi loco fit hodie de eo etiam tunc, quando venit in Dominica Adventûs 2. Classis (qualis est Dominica secunda Adventûs) cum Commemoratione tamen *Dominicæ* in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, & *Missa*, ejúsque 9. Lectione in *Officio*, & ultimo Evangelio in *Missa* : at verò alibi occurrens in *Dominica* hoc Festum transfertur in Diem proximam Officiô 9. Lectionum non impeditam, quæ respectu Ecclesiæ universalis erit tunc 9. Decembris. His prænotatis *Officium* dic. de S. Ambrosio, ùt in Communi Conf. Pontif. cum mutatione tamen 3. Versus in Hymno : *Iste Confessor &c.* etiam cùm non transfertur; quia hodierna Dies non est dies *obitûs*. Lection: I. Nocturni : *Fidelis Sermo &c*, de eodem Communi 1. locô. II. Nocturni propr. III. Nocturn: *Vos estis Terræ &c*, ùt in Communi Doctor, unde Responsor. VIII. est : *In medio Ecclesiæ &c.* Oratio, uti notatur. In *Laudib.* fit Commemoratio *Feriæ*, ante hanc in Societate JEsu, ubi S. Ambrosius non est 1. aut 2. Classis etiam *Octavæ* S. Francisci Xaverij per Versum : *Amavit: &c.* Color *Albus.*

Missa, utì notatur in Propr. Sanctor. cum *Glor. Cred.* & Commemorat. de Fer. Advent. cui in Societate JESU (exceptis tamen illis locis. in quibus S. Ambrosius est duplex 1. vel 2. Classis) præmittitur Commemoratio de Octava S. Francisc. Xaver. Præfat. Commun. In fine Evangelium S. Joannis. Color *Albus.*

Si S. Ambrosius ibi, ubi non est *Patronus*, ob occurrentem hodie *Dominicam* Advent. transferatur, tunc in *Officio*, & *Missa* hodiernæ *Dominicæ* fit in Societate JEsu Commemoratio de *Octava* S. Francisci Xaverij, sine *tertia* Oratione in *Missa*, & tam in *Missa*, quàm in *Officio* adhibetur *Col. Violac.* Ibi autem, ubi S. Ambrosius est duplex 1. Classis, fit hodie etiam tunc *Officium* & *Missa* de illo, quando Is cadit in Dominicam majorem 2. Classis (qualis juxta dicta est *Dominica II. Adventûs*) ibique proin est. *Col. Alb.*

Vesperæ hodiernæ, nisi cras occurrat Dominica, dic: in Ecclesia uni-

niversali sub Ritu *dupl.* 2: *Classis*, de Concept. B. M. V. ùt in ejus Officio parvo, & proprio loco, cum Commemoratione S. Ambrosij (pro quo Antiphona : *O Doctor optime &c.*) & Feriæ Adventûs, nisi ob occurrentem hodie Dominicam S. Ambrosius transferatur; tunc enim hodiernæ Vesperæ adhuc dicuntur de Concept. B. V. sed in ijs fit tunc hodie Commemoratio solius Dominicæ. *Col. Alb.* In *Vesperis solennitatis* de B. V. dum Celebrans tam hodie, quàm cras, Hymnum : *Ave Maris Stella* iuxta modô suprà Die 23. Jan. descriptô, omnes genuflectunt, statim etiam ipse celebrans genuflectit (& quidem juxta Gerlac. Visitatorem, citantem Cæremoniale Episcoporum, suô locô, juxta P. Theod. Lohner verò supra proximum Altaris Gradum) permanens in genuflexione juxta eumdem Gerlacum usque ad finem 1. Versûs, juxta Lohnerum autem usque dum prima Hymni stropha fuerit absoluta; quâ finitâ surgit, & (cæteris omnibus pariter surgentibus) facta Altari Reverentiâ ad suam sedem revertitur, ibique stat, usque dum totus ille Vesperarum Hymnus finitur : *Assistentibus* verò ac cæteris *Ministris* ac pariter sunt observanda, quæ suprà die 23. Jan. Hymn. *Completorij*, & reliqui deinceps ejusdem metri per totam Octavam, etiam in Dominica, terminantur per Verba : *JESu tibi sit Gloria, qui natus es &c. Col. Alb.*

Quòd si cras occurrat *Dominica*, tunc, quia in Ecclesia universali Festum Immac. Conceptionis hac die occurrens tranferetur in diem proximam, Officiô 9. Lectionum non impeditam, hodiernæ Vesperæ integræ dicentur de S. Ambrosio, ùt in 2. Vesper. Conf. Pontif. (exceptâ Antiphonâ ad *Magnificat*, quæ est *O Doctor optime &c*, ùt in 1. Vesper.) at cum Commemorat. sequentis Dominicæ, & in Societate JEsu etiam Octavæ S. Francisc. Xaverij, per Vers: *Amavit &c*, quæ tamen ultima Commemoratio de *Octava* fieri non debet, quando Vesperæ dicuntur de Festo Conceptionis. *Col. Alb.* Ubi verò Conceptio B. V. est *Festum Titulare*, seu *Patrocinij* propriæ Ecclesiæ, aut loci, adeoque 1. Classis, ibi non transfertur à die suo proprio etiam cùm in *Dominica Adventûs* 2. *Classis* (qualis est II. III. & IV. Adventûs) occurrit : ac proinde ibi etiam tunc hodiernæ Vesperæ dic: de Festo Immac. Conceptionis, ùt suprà, at cum Commemorat. solius craftinæ Dominicæ, ùt ibi, sine Commemoratione, non tantùm diei infra Octavam, sed etiam sine Commemoratione Festi duplicis præcedentis, nisi ubi istud est 1. vel 2. Classis. *Col. Alb.*

8. CONCEPTIO B. M. V. in Ec-

clesia universali modò *Duplex* 2. *Classis de Præcepto*, & *habens ubique* nunc etiam *Octavam*. *Col. Alb.* Quando occurrit hoc Festum in *Dominica*, tunc eô translatô in diem sequentem, Officiô 9. Lectionum non impeditam (attamen in *solo Choro*) fit hodie in Ecclesia universali *Officium* & *Missa* usque ad *Vesperas* exclusivè de Dominica Adventûs, ùt ibi, & suprà P. I. cum Commemoratione Octavæ (in Societate JEsu) S. Francisc. Xaver. tantùm, in Officio, & Missa, sine 3. in hac Oratione, & cum *Col. Viol.* licèt autem juxta dicta Festum Immaculatæ Conceptionis B. V. tunc transferatur in Ecclesia universali in diem proximam Officiô 9. Lectionũ non impeditam, ubi tamen memoratum *Festum Conceptionis* est Festum *Titulare*, seu *Patrocinij* propriæ Ecclesiæ, adeoque 1. Classis, ibi hodie illud etiam tunc celebratur, cùm incidit in *Dominicam*, cum Commemorat. tamen in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non cum nona Lectione de eadem Dominica in *Officio*, & ultimo Evangelio in *Missa* hodierni Festi. *Color Albus.* His prænotatis

Officium de Festo Conceptionis B. V. in Ecclesia universali fit sequenti modô : Ad *Matutinum*, & reliquas *Horas* Omnia dic: ùt in proprio loco, & ejus Officio parvo, sine mutatione (ut monet Bauldry P. 4. c. 1. n. 14.) Antiphonæ : *Regali ex progenie &c:* attamen pro 3. Antiphona III. Nocturni dic. Antiphona : *Angelus Domini &c.* ùt ibi, & fit Commemoratio Feriæ in Laudibus, sine Commemoratione Dieî infra Octavam alicubi (nominatim in Societate JESU) occurrentis. Ad Primam in Responsorio brevi dic: Versus : *Qui natus es de Maria Virgine*, per totam Octavam, etiam in Festis, & in Dominica, infra Octavam occurrente : Quia (ut recte notat Arnaud. Tr. 2. P. 1. Tit. 21. n. 2.) concurrentibus duobus Versibus proprijs, unô *ratione Temporis*, alterô *ratione Festi* (utî contingit in *Conceptione B. V.* intra *Adventum*) præferri debet *ratio Festi*, & ejus Octavæ, ac proinde sicut in fine Hymnorum Dominicâ infra Octavam Conceptionis dicendus est Versus : *JESU tibi sit Gloria, qui natus es de Virgine* & ad Primam in Responsorio brevi dicendus est Versus : *Qui natus es de MARIA Virgine*, non autem Vers: *Qui venturus es in manifestum.* Infra eandem Octavam non dicuntur *Preces Dominicales* ad *Primam*, & *Completorium*, etiamsi non fiat Officium *de Octava*, sed de *Dominica*, aut de *Festo alio Semid.*

Missa, utî notatur in Propr. Sanctorum, cum *Glor. Cred.* & Commemoratione Feriæ occurrentis per totam Octavam : at hodie sine Commemoratione diei infra Octa-

vam

vam alicubi hodie occurrentis. Præfat. de B.V. *Et Te in Conceptione &c.* Quæ Præf. hodie, & per Octavam etiam dicitur in Missa *Rorate*, ubi hæc ex more alicubi recepto, aut Privilegio, per Adventum decantatur quotidie per modum Missæ Votivæ solennis sine ulla Commemoratione. An verò possit illi addi : *Immaculatâ*, disputat *P. Gobat.* In fin. dicitur Evang. S. Joan.

Si hodie fuit factum de Festo Conceptionis, tunc hodie in II. Vesperis illius omnia dic. ac fiunt ut suprà in I. Vesperis, exceptâ Antiphonâ ad *Magnificat* : *Conceptio tua &c.* quæ dic. uti notatur in loc. & fit Commemoratio Feriæ Advent. nisi hodie sit Sabbatum ; tunc etiam fit Commemoratio Crastinæ Dominicæ Advent. infra Octavam hanc occurrentis, ut ibi. At vero de die infra Octavam alterius Festi hodie simul occurrente, nulla fit in hodiernis Vesperis Commemoratio ; bene tamen fit in illis Commemoratio non modò *Festi duplicis* cras extra Dominicam alicubi occurrentis, aut in diem crastinam translati, verùm etiam Festi *Semiduplicis* alicubi cras occurrentis, etiam ibi, ubi Festum Conceptionis est dupl. 1. Classis, esto in tali loco non fieret Commemoratio Festi *Simplicis*, si quod cras occurreret. *Color dictus.*

Quando ob occurrentem hodie Dominicam Adventûs Festum Conceptionis B. M. V. ubi non est Festum 1. Classis, transfertur in diem sequentem, tunc *Officium* usque ad Vesperas exclusivè fit hodie in Ecclesia universali, seu ubi Festum Conceptionis non est duplex 1. Classis, de *Dominica*, occurrente ut suprà : at verò Vesperæ dicuntur tunc hodie de Festo Conceptionis B. V. in crastinam Feriam II. translato, ut in 1. Vesperis illius, modô suprà declaratô, cum Commemoratione Dominicæ Adventûs hodie occurrentis, attamen sine Commemoratione *Diei infra Octavam* alterius Festi alicubi hodie simul occurrentis. *Col. Alb.*

Dies infra Octavam Conceptionis B. M. V. occurrens in die infra Octavam alterius Festi, habentis Ritum altiorem, nempe 1. Classis (v. g. infra Octavam S. Nicolai, aut S. Francisci Xaver. ubi sunt Patroni, aut Titulares) cedit posteriori : eò quòd Octava alicujus Festi non cedat Octavæ alterius Festi, nisi cedat ipse dies Festus, ut Gobat Tr. 5. à n. 83. probat ex Gav. addítque : nulla Festa, etsi sint digniora, præferenda esse Festis, minùs quidem dignis, attamen elevatis ab Ecclesia ad Classem Superiorem (ob Rationes ibidem assignatas) bene verò, si Festum *dignius* sit elevatum ad eamdem, aut etiam Superiorem classem.

9. Dies II. *infrà Octavam* Conceptionis B. M. V. Si herì fuit factam de Festo Conceptionis B. V. & hodie non occurrat *Dominica*, nec faciendum sit de *Festo 9. Lectionum*, seu *occurrente*, seu *translato*, tunc hodie fit *Officium*, & *Missa* sub Ritu semidupl. de die II. infra Octavam Conceptionis B. V. dicendo omnia, utì in Festo, exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturn. sunt de Script. occurr. In II. & III. Nocturno, utì notantur in loco in recentiorib. Breviarijs, súntque desumptæ ex Octavario Romano Tit: *infra Octavas Festor. B. M. V.* à *fol.* 50. & 58. Præterea in *Laudibus* & *Missa* fit Commem. de Feria occurrente, cui in Societate JESU præmittitur Commem. de die Sept. infra Octavam S. Franc. Xav. ex Officio & Missa Festi : In *Missa* verò in Ecclesia universali 2. Oratio est de Feria Adventûs, ex Dominica præced. 3. de S. Spiritu. At verò in Societate JESU 2. Oratio est de Octava S. Francisci Xaverij. 3. de Feria Adventûs. In II. denique Vesperis (nisì hodie, aut cras occurrat fieri de *Dominica*, aut *Festo 9. Lectionum*, vel hujus *Die Octava*) pariter dicendis in Ecclesia universali, ùt in II. Vesperis Festi Conceptionis, fit rursus Commemoratio Feriæ occurrentis, ùt ibi, & postea S. Melchiadis Pap. ac Mart. ex 1. Vesper. un. Mart. Oratio : *Infirmitatem*, ùt in eodem Communi 1. loco. At in Societate JESU (in cras occurrat *Dominica*) dicuntur hodiernæ Vesperæ integræ de Die Octava S. Francisci Xaverij, dicendo omnia, ùt in 1. Vesperis Festi, cum Commemoratione Octavæ Conceptionis, ùt in 2. Vesperis illius, nec non Feriæ Adventûs hodie occurrentis, ac denique S. Melchiadis Papæ & Mart. Dixi autem : *Si cras occurrat Dominica* ; nam si cras occurrat *Dominica*, tunc hodiernæ Vesperæ non dicuntur in Societate *Die Octava S. Francisci Xaverij*, sed hodie factum est de die II. infra Octavam Conceptionis, & non de aliquo Festo 9. Lectionum, tunc usque ad Capitulum dicentur de Octava Conceptionis, à Capitulo verò dicentur de Dominica sequenti privilegiata, cum Commemoratione 1. de currente Octava Conceptionis B. M. V. secundâ verò de *Die Octava* S. Francisc. Xaverij (ob Rationem inferiùs ex Gavanto &c afferendam) ùt in 1. Vesperis Festi, ac denique etiam cum Commemoratione S. Melchiadis. *Col. Viol.* Atque in hunc modum à Nostris recitari debebant Vesperæ (prout etiam Romæ sunt recitatæ) pridie *Diei Octavæ* S. Francisci Xaverij annò 1715. quô *Dies Octava* S. Francisci Xaverij inciderat in Dominicam II. Adventus, id quod tunc semper contingit, quando Festum S. Xaverij incidens in Dominicam I. Adventûs

tus (uti inciderat prædictô annô) transfertur in Feriam II. proximè sequentem, juxta Decretum Clement. XI. cùm *Dies Octava* Festi non perimde, ac ipsum Festum, transferatur.

Quòd si verò in dato Casu hodie factum sit de Festo Semidulici, tunc in Societate JESU Vesperæ usque ad Capitulum pariter dicentur de isto, & à Capitulo de Dominica seq: cum Commemoratione 1. de Festo hodierno Semidulici (quia de illo factæ sunt Vesperæ saltem partialiter) 2. de Octava S. Franciſc. Xaver. ùt in 1. Vesperis Festi. 3. de Octava Concept. cum 2. Vesperis Festi. 4. de S. Melchiade Pap. *Col. Viol.* Quòd si denique hodie fuerit factum de Festo duplici, tunc in dicto Casu hodie Vesperæ integræ dicuntur de illo, cum Commemorat. craſtinæ Dominicæ, dein Octavæ S. Franciſc. Xaver. ùt in 1. Vesperis Festi, postea Octavæ Concept: ac denique S. Melchiadis Pap. Rationem horum omnium dat Gavantus tum in *Annotationibus ad Octavas Spectantibus*, *ad initium Octavarij Rom.* Tum etiam To. II. Thes. Sacr. Rit. S. 3. c. 3. n. 13. ac 14. addictis simul ijs, quæ habet ibidem n. 22. Contrarium tamen sentiente (saltem ex parte) Michaële Bauldryo, inferiùs citandô.

Si hodie occurrat Dominica, fit de ea *Officium*, & *Missa* ùt ibi, cum Commemoratione Octavæ Conceptionis, & in Societate JESU etiam Octavæ S. Franciſci Xaverij in hodiernis *Laudibus* & *Missa*; extra illam verò, seu in Ecclesia universali, non dicitur tunc in *Missa* (in qua Præfat. de Conceptione) 3. Oratio. In eadem Ecclesia universali in 2. Vesperis (tunc pariter de *Dominica* dicendis) hodie fit Commemoratio de Octava Conceptionis, & S. Melchiade Papa ac Mart. *Col. Viol.* In Societate JESU verò integræ tunc hodie Vesperæ dic: de *Die Octava* S. Franciſc. Xaver. ùt in 1. Vesperis Festi, cum Commemorat: hodiernæ Dominicæ, Octavæ Concept: & S. Melchiadis. *Col. Alb.* Si denique aliquando, aut alicubi hodie occurrat fieri de *Festo 9. Lectionum*, tunc pariter in *Officio*, & *Missa* fit hodie Commemoratio de Octava Concept. & Feria Advent: cui ultimæ in Societate JESU præmittitur Commemoratio quoque de Octava S. Franciſc. Xaver. Quòd si Festum illud 9. Lectionum, de quo hodie est factum, sit *duplex*, tunc in Ecclesia universali dic. hodie integræ Vesperæ de illo, cum Commemorat: *Octava* Concept: & *Feriæ* Advent: aut *Dominicæ*, si quæ cras occurrat: in Societate JESU verò (nisi cras occurrat Dominica, de quo Casu paulò antè) dic: à Capitulo de *Die Octava* S. Franciſc. Xaver. cum Commemorat. Festi du-

plicis præcedentis, Octavæ Concept: Feriæ Advent: & S. Melchiadis. *Col. Alb.* Si vero Festum illud, de quo hodie est factum, sit Semiduplex, tunc in Ecclesia universali dic: de illo hodiernæ Vesperæ nonnisi usque ad Capitulum, à Capirulo verò de die infra Octavam Conceptionis, cum Commemoratione Festi illius Semiduplicis, & Feriæ, necnon S. Melchiadis, & *Col. Alb*: nisi cras occurrat Dominica: si enim cras occurrat Dominica, tunc in Ecclesia universali non dic: à Capitulo de *Die infra Octavam* Conception: sed de *Dominica*, cum Commemorat: Semiduplicis præcedentis, Diei infra Octavam, & S. Melchiadis Pap. ac Mart. *Col. Viol.* In Societate JEsu autem juxta superiùs dicta, si cras non occurrat *Dominica*, hodie autem factum sit de Festo *Semiduplici*, dicuntur tunc Vesp: hodie de *Die Octava S.* Francisc. Xaverij, ùt in 1. Vesperis illius, cum Commemorat. Semiduplicis præcedentis, Octavæ Conceptionis, Feriæ occurr: & S. Melchiadis. *Col. Alb.* Dixi: *Nisi cras occurrat Dominica*; tunc enim, quia *Dies Octava S.* Francisc. Xaverij non transfertur, cras autem fieri Officium de ipsa ob occurrentem *Dominicam majorem* 2. *Classis* non potest, Vesperæ hodiernæ usque ad Capitulum dicuntur juxta ibidem dicta de *Festo Semiduplici* hodie occurrente, à Capitulo verò de Dominica sequente, cum Commemoratione prima Festi *Semiduplicis* præcedentis, dein *Diei Octava S.* Francisci Xaver: ac demum *Octavæ Conceptionis*, & *S. Melchiadis. Col. Viol.* Debere autem in tali Casu in Sabbato ejusmodi Dominicam præcedente in nostra Societate modò prædictô Vesperas dici, ac fieri Commemorationem Festi Semiduplicis ante Commemorationem de *Die Octava S.* Francisc. Xaverij cras occurrente, colligitur ex Gavanto Pars 3. jam suprà cit. c. 8. n. 12. ubi hæc scribit. *Quæres: An detur casus, quô dies Octava, quæ est duplex, cedat in concursu Festo Semiduplici? Respondeo: positô Decretô, de quo supra n. 13. sequitur apertè, quòd si occurrat Festum semiduplex in Sabbato ante Dominicam privilegiatam, quæ est simul Die Octava Festi habentis Octavam, ex Casu in Vesperis Sabbati Antiphonæ, & Psalmi erunt de Festo Semiduplici, Capitulum de Dominica privilegiata, Commemoratio primùm de Semiduplici, quod habet dimidium Vesperarum, & denique Die Octavæ, quæ in toto die sequenti Dominico nihil habet, nisi meram Commemorationem.* Ob eamdem rationem in Sabbato, *Dominicam privilegiatam*, in quam incidit *Dies Octava* alicujus Festi, præcedente, dicendæ sunt Vesperæ usque ad Capitulum de *Die infra Octavam* alterius Festi *Segnioris*, si Sabbatô illô factum sit Officium de *Die infra Octavam* alterius

Festi

Festi *dignioris*; à Capitulo autem dicendæ sunt tunc pariter de *Dominica* sequente *privilegiata*, cum Commemoratione prima de *Die infra Octavam* currentem *Festi dignioris* (utpote quæ habuit saltem dimidium Vesperarum) & postea primùm de *Die Octava*, in crastinam *Dominicam privilegiatam* incidente, utpote quæ sicut ob suum in *Dominica* crastina *privilegiata* Occursum in toto crastino *Officio Dominicali* nil habet, nisì solam *Commemorationem*, ità ob ejusdem *Dominicæ privilegiatæ* crastinum occursum, hodie autem currentem simul *Octavam* Festi *dignioris*, in hodiernis quoque Sabbati Vesperis solam habet Commemorarionem, quando in Sabbato ante Dominicam privilegiatam, quæ est simul *Dies Octava* Festi habentis Octavam, occurrit. Atque ità observatum est à Nostris etiam Romæ in Casu suprà posito anni 1713. quô Festum S. Francisci Xaverij incidit in Dominicam I. Adventûs (ac eapropter translatum est in Societate in Feriam II. proximè sequentem, diem nempe 4. Decembris) ejus verò *Dies Octava* (utpote non perinde transferibilis) incidit in *Dominicam privilegiatam* 2. Classis, nempe in Dominicam II. Adventûs : tunc enim Sabbatô Dominicam illam præcedente, nempe die 9. Decembris, quæ erat dies 2. infra Octavam Conceptionis B. V. dies autem 7. infra Octavam S. Francisci Xaverij, Antiphonæ & Psalmi Vesperarum à Nostris dicebantur usque ad Capitulum *Ritu Semiduplici* de *Die infra Octavam* currentem Immaculatæ Concept. B. V. Capitulum verò & Reliqua deinceps de *Dominica* sequente *privilegiata*, cum Commemoratione 1. de *Octava Conceptionis*, secundâ verò de *Die Octava* S. Francisci Xaver. ùt in 1. vesperis Festi, cui superaddita Commemoratio de Festo simplici in crastinam Dominicam unà cum *Die Octava* S. Xaverij incidente, nempe S. Melchiade Pap. ac Mart. & quia Vesperæ erant à Capitulo de Dominica II. Adventûs, ideo ad eas adhibitus fuit *Color Violaceus*. Tametsi autem nullum sit dubium, si occurrat *Festum Semiduplex* in Sabbato ante Dominicam privilegiatam, quæ est simul *Dies Octava* Festi habentis Octavam, *Antiphonas*, & *Psalmos* dici debere de Festo semiduplici Sabbatô illô occurrente, Capitulum verò, & reliqua de sequente Dominica privilegiata, cum Commemoratione *Diei Octavæ &c*, & similiter si in ejusmodi Sabbato occurrat *Dies infra Octavam alterius Festi dignioris*, non item Festum 9. Lectionum, tunc pariter Antiphonas & Psalmos in Vesperis talis Sabbati dici debere de *Die infra currentem Octavam* ejusmodi Festi *dignioris*, à Capitulo verò pariter de sequente *Dominica privilegiata*, cum Commemora-

moratione utriusque Octavæ, tam ejus scilicet, de qua factum est eô Sabbatô Officium *Ritu semiduplici*, quàm illius, cujus *Octava Dies* in crastinam incidit *Dominicam privilegiatam*, utì contingit in Casu, quô *Dies Octava* Festi Xaverij (ùt annô 1713.) incidit in Dominicam II. Adventûs; nihilominus occasione modô dicti casus, haud leve mihi oriebatur dubium, an in 1. Casu, quô nempe in ejusmodi Sabbato occurrit *Festum semidaplex*, facienda sit in Vesperis illius Sabbati Commemoratio *Festi semiduplicis* ante Commemorationem *Diei Octavæ crastinâ Dominicâ occurrentis*, & an pariter in 2. Casu Commemoratio de *Die 2. infra Octavam Conceptionis B. M. V.* similiter sit facienda ante Commemorationem de *Die Octava* in crastinam Dominicam incidente, an verò Commemoratio de *Die Octava* in 1. Casu Commemorationi de *Festo semiduplici*, & in 2. Casu Commemorationi *de Die 2. infra Octavam Conceptionis* (de qua dicebantur Vesperæ usque ad Capitulum) in Vesperis ejusmodi Sabbati sit præponenda ? Postponendam esse Commemorationem de *Die Octava* Commemorationi *Festi Semiduplicis* in 1. Casu, & Commemorationi *Diei infra Octavam Conceptionis* in 2. Casu, suadebat Auctoritas D. Gav. To. 2. s. 3. tit. c. 8. n. 22. Præponendam vicissim esse Commemorationem *Diei Octavæ* Commemorationi *semiduplicis Festi* in 1. Casu, & Commemorationi *Diei infra Octavam Conceptionis* in 2. Casu, suadebat vicissim auctoritas D. Michaëlis Bauldry, qui in Manuali sacrar. Cæremoniar. edito 1711. Part. 4. capit. 1. num. 10. ità scribit : *Si in qualibet Dominica Adventûs occurrat dies alicujus Octavæ, Sabbato præcedenti dicuntur Vesperæ de Sabbato, cum Commemoratione tantùm de Die Octava, ut in Vigilia Festi*, id est, ùt in 1. Vesperis Festi. *Si tamen sit Festum semiduplex* (par ratio est de *Die infra Octavam*) in ejusmodi Sabbato occurrente *à Capitulo tantùm fit de Dominica, & Commemoratio de die Octava, & pro de semiduplici* : *sequenti* autem *die Dominico non dicentur Preces ad Primam* & Completorium, *& adhibetur color Violaceus. Ità Sacr. Congregat. Rit. & hoc servari etiam debet in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ.* Hæc ibi Bauldryus, sequendus omnino, si Decretum S. R. Congr. quod sine anno, ac die, quô emanaverit, Is citat, esset diversum ab eo, quod citat Gavantus sub dato 9. Nov. 1622. in quo id solùm decernitur, quòd, quando dies Octava alicujus Festi incidit in Dominicam privilegiatam, nec Vesperæ illius Sabbati, nec sequentis dies Officium dicantur de *Die Octavæ*, sed de ea solummodo facienda sit Commemoratio tam in 1. ejusdem Ves-

spe-

speris, quàm etiam in Laudibus, & 2. Vesperis, nullâ factâ mentione de ordine servando in *faciendis Commemorationibus*, si Sabbatô illô simul occurrat vel *Festum semiduplex*, vel *Dies infra Octavam* alicujus Festi, diversi ab eo, cujus cras *Dies Octava* occurrit. Pro securiore itaque Resolutione hujus dubij scribendum mihi Romam existimavi, unde in hæc ferè verba 23. Decembr. 1713. rescriptum ad me fuit ex mente ac sensu 3. insignium nostrorum ibidem Rubricistarum : *Ad propositum Dubium, an videlicet in facienda Commemoratione die 9. Dec. secuti simus Gavantum, anteponendo Octavæ S. Xaverij diem infra Octavam de Immaculata Conceptione? an verò cum Bauldry hanc illi postposuerimus? Respondet R. P. Amanuensis Germaniæ :* NOSTROS *cum Gavanto sensisse, & quoniam nuper scripsit sinistrum nobis casum evenisse cum Commemoratione Diei Octavæ Dedicationis Templi Domus nostræ professæ* (cujus *dies Octava semper* incidit *in Dominicam I. Adventûs*) *in Vesperis Sabbati ante Dominicam I. Adventûs, quô fuit semiduplex de S. Bibiana V. M. hinc idem significat, anteposuisse Nos hîc Romæ Commemorationem de S. Bibiana altera, quæ erat de Octava Dedicationis. Et Ratio nostris Rubricistis fuit, quòd S. Bibianæ nihil deroget Dominica subsequens, deroget autem Octavæ, ita, ut omne Duplicis Privilegium ipsi adimat, cumque hoc sit, non habet, quod in primis Vesperis singulare sibi arroget.* Hæc inde, ex quibus, & hactenus dictis pronum est colligere, quid in alijs hujusmodi casibus sit observandum.

Si non hodie (nempe die 9. Decembris) sed cras occurrat fieri de *Festo 9. Lectionum*, tunc in Societate JEsu illud (nisi sit 1. vel 2. Classis) transfertur, & hodie integræ Vesperæ dicuntur de *Die Octava* S. Francisci Xaverij , ùt in primis Vesperis Festi, cum Commemoratione *Octavæ Concept:* necnon *Feria* Adv. & S. *Melchiadis*, atque tunc *Col. Albus*, ùt suprà : at verò extra Societatem dicuntur tunc hodiernæ Vesperæ integræ de Festo illo crastino 9. Lectionum, si illud sit *Duplex*, à Capitulo verò tantùm, si fuerit solummodo *Semiduplex*, cum Commemoratione tamen *Officij præcedentis*, h. e. *Octavæ Conceptionis*, necnon *Feriæ* occurr: & crastini *Festi simplicis* S. Melchiadis Pap. ac Mart. Color Festo illi 9. Lectionum conveniens. Quòd si *Festum Conceptionis B. M. V.* incidens in *Dominicam II.* Adventûs *privilegiatam 2. Classis*, ibi, ubi non est Duplex 1. Classis, transferatur in Feriam II. subsequentem (utì in Ecclesia universali continget anno 1715.) tunc hodie (nempe 9. Decembr.) in Societate JEsu de Octava S. Xaver: nec in 1. Vesperis *Festi Conceptionis* in hodiernam diem *translati* sit aliqua *Commemora-*

moratio, nec etiam in *Laudibus*, ac *Missa*; at verò in II. Vesperis hodiernis fit tunc Commemoratio *prima* de *die Octava S.* Xaverij, sumendo *Antiphonam*, *Versum*, & *Orationem* ex 1. Vesperis Festi; huic autem tunc superadditur Commemoratio de *Feria currr. Adventûs*, nec non de *S. Melchiade Pap.* ac *Martyr. Col. Albus.*

10. DIES III. *infra Octavam Conceptionis B. V. M.* Si hodie non occurrat *Dominica*, nec faciendum sit de *Festo 9. Lectionum* seu *occurrente*, seu *translato*, aut alicubi de *Die Octava* alicujus Festi, tunc hodie in Ecclesia universali fit *Officium* & *Missa* Ritu semid. de *Die 3. infra Octav. Concept. B. V.* dicendo omnia usque ad Vesperas, ùt in die Festi, exceptis Lectionib. quæ in I. Noct. sunt de Script. occurrente. In II. autem & III. Nocturn. utì notantur in loco in recentiorib. Breviar. sùntque desumptæ ex Octavar. Roman. die hesternâ citatô. Præterea in *Laudibus* & *Missa* fit Commememoratio Fer. occcur. & S. Melchiadis Pap. & Mart. ùt ibi : *Col. Alb.* In II. verò Vesper. (nisi cras occurrat Dominica) fit à Capitulo de S. Damaso Pap. & Conf. ùt in Commun. Conf. Pontif. in 1. Vesper. excepta propria Oratione, cum Commemoratione Officij præcedentis, nempe Octavæ Concept. (pro qua Antiphona, & Vers, ùt in II. Vesper. Festi) & Feriæ Adventûs. *Col. Albus.* Si verò cras occurrat Dominica, tunc (translatô S. Damaso in diem proximam Festô 9. Lectionum non impeditam, cum mutatione 3. Versûs in Hymno *Iste Confessor*) Vesperæ hodiernæ dic. à Capitulo de crastina Dominica, ut ibi, cum Commemoratione Officij præcedentis, h. e. Octavæ Conceptionis, sine Precibus Dominicalibus ad Completorium, propter Octavam. *Col. Viol.*

Quòd si hodie occurrat *Dominica*, tunc hodie fit de Dominica, ùt in Propr. de Temp. & supra P. I. cum Commemorat. Octavæ Concept: ac S. Melchiadis Pap. & M. in *Laudib.* ac *Missa*, & tam ad *Officium* quàm ad Missam adhibetur Col. Viol. cum Præfat. de Octava : in 2. autem Vesperis (tunc pariter dicendis integrè de Dominica) fit I. Commemoratio de *S.* Damaso Pap. ut in Proprio Sanctor. 2. de Octava Conceptionis. *Col. Viol.*

Ubi de S. MELCHIADE Pap. & Mart. fit *Officium 9. Lectionum*, hìc Responsorium Octavum est : *Domine prævenisti eum* (extans immediatè ante Antiphonas *Laudum de uno Martyre*) non autem : *Hic est verè Martyr &c:* quia in Martyrologio multa quidem passus, non tamen *effudisse Sanguinem* dicitur, unde ad hanc diem notant Gavant. & Menaudus.

In

In *Societate JESU*, nisi hodie occurrat *Dominica*, fit hodie *Officium* & *Missa* sub Ritu *dupl. min.* de die Octava S. Francisc. Xaverij, dicendo omnia, ùt in Festo, exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturno dic: de Script. occur. In II. verò Nocturno dicuntur, utì notantur in Proprio Festor. Societat. JEsu, & in Octavario Romano (ex quo hæc desumptæ) *Die Octavâ* in II. Nocturn. de Commun. Conf. nonPontif. à *fol.* 422. attamen dicendæ in præfixi one hujus Tituli : *Serm. Bernardi Abbatis*, non verò hujus ibi extantis : *De Sermone S. Bernardi Abbatis*, ob Rationem suprà 16 & 17. Octobris ex Gavanto datam : juxta quem etiam hodie legi posset in II. Nocturn. Sermo eiusdem S. Bernardi ibidem *Die 7.* infra Octavam Conf. nonPontif. extans. In III. Nocturno dicuntur Lectiones, ùt in die Festi, & in Laudibus, ac *Missa* fit Commemoratio Feriæ, & S. Melchiad. Pap. ac Mart. In 2. Vesperis fit Commemoratio S. Damasi Pap. ac Conf. nec non Octavæ Conceptionis, & Feriæ Advent. nisi cras occurrat *Dominica*; nam si cras occurrat *Dominica*, tunc translato, ùt suprà, S. Damasò, fit in hodiernis Vesperis in Societate JESU 1. Commemoratio de crastina Dominica Adventûs ibi. 2. de Octava B. V. tantùm. *Col. Alb.*

Quando autem *Dies Octava* S. Francisci Xaverij (in Societate JEsu) incidit in *Dominicam Adventûs*, tunc, quia ex una parte *Dies Octava* alicujus Festi incidentis in Dominicam privilegiatam non perinde transfertur, ac transfertur ipsum Festum, sed manet suô locô, seu die ; adeoque *dies Octava* S. Francisci Xaverij, ubi iste celebratur in Societate JEsu 3. Decembris, manet diei 10. Decembris affixa, perinde ac si Festum illius non fuisset translatum, ex altera verò parte *Dominicæ majores*, etiam illæ, quæ tantùm sunt 2. *Classis* (quales sunt II. III. & IV. Adventûs) utpote *privilegiatæ*, non cedunt *Diei Octavæ* in illas incidenti, tunc, inquam, in Societate JEsu fit hodie Officium & Missa de *Dominica* occurrente, de *Die Octavæ* autem S. Francisci Xaver. fit in illis tantùm Commemoratio, & post hanc etiam Commemoratio de Octava Conception. B. M. V. & sic etiam in II. Vesperis, pariter de *Dominica* dicendis in *Col. Viol.* nisi cras sequatur Festum *duplex* : nam si cras sequatur Festum *duplex*, tunc hodiernæ Vesperæ dicuntur de illo, cum 1. Commemorat. de *Dominica Advent.* ùt ibi. 2. de *Octava* S. Francisc. Xaver. ùt in 2. Vesperis Festi. 3. de *Octava Concept. B. V.* itidem, ùt in 2. Vesperis Festi. *Color Festo conveniens* : si autem cras sequatur Festum solummodo *semiduplex*, tunc ho-

diernæ Vesperæ etiam in Societate JEsu integræ dicentur de Dominica occurrente Adventûs, 1. autem Commemoratio tunc erit de *Die Octava S.* Francisci Xaverij, ût in 2. Vesperis Festi. 2. verò primùm de Festo *Semiduplici* sequente, & 3. de die infra Octavam Concept: ût in 2. Vesperis Festi : *Quia* (inquit Gavant. *To. 2. f. 3. c. 8. suprà cit. n. 14.*) *In pari Gradu Commemorationis nobilior est diei Octavæ, quàm Festi Semiduplicis Commemoratio. Col. Viol.* Aliud est de Festo *Semiduplici* occurrente in Sabbato *præcedente*; quia enim tunc Vesperæ saltem usque ad Capitulum sunt de Festo illo *Semid.* ideo tunc omnino in Vesperis primis hodiernæ Dominicæ privilegiatæ ante Commemorationem de *die Octava* (utpote quæ, ut post Gav. notat Arnaud. *Tr. 2. P. I. Tit. 7. n. 16.* in toto die sequente nihil habet, nisi meram Commemorationem) facienda est Commemoratio de *Festo Semiduplici*; eò quòd de illo factæ sint Vesperæ illæ primæ saltem usque ad *Capitulum*, & post Commemorationem de *die Octava* S. Xaverij facienda tunc etiam est Commemoratio de *Octava Conceptionis*, juxta herì dicta. *Col. Viol.* Tametsi autem, quando *dies Octava* hujus, aut alterius Festi occurrit in *Dominica privilegiata* Adventûs, Officium fiat de *Dominica*, de *die* autem *Octava* solummodo fiat Commemoratio, non tamen dicuntur Preces Dominicales ad Primam, & Completorium, propter Octavam.

11. S. Damasi Pap. Conf. semid. *Col. Alb.* Si veniat in *Dominica* hoc Festum, transfertur in Ecclesia universali (cum mutatione 3. Versûs in Hymno : *Iste Confessor*) in diem proximam Festô 9. Lectionum non impeditam, juxta Rubric. X. *de Translat. Festor.* hodie autem tunc fit *Officium* & *Missa de Dominica*, cum Commemorat. Glor. Concept. tam in *illo*, quàm in *Ips.* omissis tamen Precibus Dominicalibus ad *Primam*, & ad *Completorium*, propter Octavam. Dicitur quoque in Responsor. Brevi ad Primam Versus : *Qui natus es de Maria Virgine*, & in Missa (in qua 3. Orat. non dicitur) Præfatio de B. V. Conceptione, nec non in fine Evangel. S. Joann. at *Color Viol.* Si autem hoc Festum veniat extra Dominicam, fit hodie de illo, & in Officio quidem omnia dic. ût in Communi Conf. Pontif. excepta Oratione, quæ est propria, & Lectionib. quæ in I. Nocturn. sunt de Script. occur. in II. Nocturn. propr. in III. Nocturn: *Vigilate &c*, ût in eodem Communi Conf. Pontif. 2. loco. In *Laudibus* fit Commemoratio Octavæ Concept. & Fer. Adventûs ut Dominica præced.

Missa, ut notatur hac die, cum *Glor. Cred.* Commemorat: Octav.

tav. Concept. & Feriæ Advent. Præfatio de Conceptione: in fine Evangel. S. Joann. *Col. Alb.* In II. Vesperis, nisi cras occurrat *Dominica*, fit à Capitulo de die infra Octavam Concept: B. V. ùt in 2. Vesperis Festi, cum Commemorat. festi præcedentis S. Damasi (pro quo Antiphon. *Dum esset summus Pontifex* &c.) ùt in II. Vesperis Confessor. Pontif. & Fer. Adventûs. *Col. Alb.* Si verò cras occurrat *Dominica*, tunc Vesperæ hodiernæ dic: quidè usque ad Capitul. pariter de S. Damaso: à Capitulo de Dominica Adv. ut ibi, cum Commemorat. S. Damasi, ùt paulò antè, & Octavæ Conceptionis tantùm, sine Precib. Dominicalibus ad Completorium. *Col. Viol.*

12. Dies V. infra Octav. Concept. B. M. V. Si hac die non occurrat Dominica, nec faciendum sit de Festo 9. Lection. seu occurrente, seu translato, tunc hodie fit *Officium*, & *Missa* Ritu semid. de *Die V. infra Octavam Concept. B. V.* dicendo omnia (attamen sub Ritu semidupl. usque ad Vesperas exclusivè) ùt in die Festi, exceptis Lectionib. quæ in I. Nocturn. sunt de Script occurr. In II. & III. Nocturn. uti notantur in locò in recentioribus Breviar: sùntque desumptæ ex Octavario Rom. suprà die nona hujus allegatò. Præterea in *Laudibus* fit Commemoratio Feriæ Adventûs, ut & in Missa (ex Dominica præcedente) in qua hodie, nisi alicubi occurrat Festum simplex, 3. Oratio est de S. Spiritu: *DEUS, qui Corda Fidelium*, alioqui de Festo illo Simplici. Dicitur in eadem *Credo*, & Præfat. ùt in Festo. *Col. Alb.*

Vesperæ autem, nisi cras occurrat *Dominica*, dic: hodie in Ecclesia universali sub Ritu dupl. minore de S. Lucia V. & M. ùt in 1. Vesperis de Communi Virg: ac proprio loco, cum Commemorat. Octavæ Concept. & Feriæ Advent. nisi ubi S. Lucia est dupl. 1. Classis: ibi enim non fit Commemoratio Octavæ, sed Feriæ tantùm. *Col. Rub.* Quòd si verò cras occurrat Dominica, tunc translatâ S. Luciâ (nisi alicubi sit dupl. 1. Classis) in diem proximam Festo 9. Lectionum &c non impeditam, hodiernæ Vesperæ usque ad Capitulum dicentur de *die infra Octavam* Conception. à Capitulo autem de crastina Dominica, ùt ibi, cum Commemoratione Octavæ Concept. ùt in 2. Vesperis Festi, sine Precibus Dominicalib. ad Completor. *Col. Viol.*

Quòd si hodie occurrat Dominica, tunc ubi S. Lucia non est dupl. 1. Classis, hodie fit de *Dominica*, ut in Propr. de Temp. & suprà P. I. cum Commemorat. Octavæ Concept. in *Laudibus* & *Missa*, in qua tunc 3. Oratio non dicitur, & tam ad *Officium*, quàm ad *Missam*

(in qua Præfatio de Conceptione) adhibetur *Col. Viol.* II. autem Vesperæ dic. tunc de S. Lucia V. & M. ùt suprà, cum Commemoratione hodiernæ Dominicæ, & Octavæ Concept. ubi S. Luc. non est *Patrona*; nam ubi S. Lucia est duplex 1.mæ Classis, fit Commemoratio solius Dominicæ. *Col. Rub.*

13. S. Luciæ V. & M. In Ecclesia universali dupl. min. *Col. Rub.* Quando hoc Festum venit in *Dominica*, tunc ibi, ubi S. Lucia est *Patrona*, seu *Dupl.* 1. *Classis*, ac celebratur *cum Octava* (attamen nonnisi usque ad diem 17. Decembris exclusivè, à quo Tempore usque ad Epiph. suspenduntur omnes *Octavæ particulares* per Rubr. Gener. VII. n. 1.) fit hodie de illa *Officium* & *Missa* cum Commemoratione de Dominica tantùm (non autem de Octava) in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa* nec non cum 9. Lectione de eadem *Dominica* in *Officio*, & ultimo Evangelio itidem de *Dominica* in *Missa*, in qua Præfatio de Octava Concept. & in Respons. brev. ad Primam: *Qui natus es &c.* In II. Vesperis pariter non fit ibi Commemoratio Octavæ Conceptionis (quantumvis de ista faciendum sit cras Officium) sed tantùm de *Dominica*. *Color Rub.* At verò in Ecclesia universali in Casu, quô hoc Festum venit in Dominica, transfertur id in diem proximam Festô 9. Lectionum non impeditam; hodie autem tunc fit de *Dominica occurrente*, modô die 9. hujus declaratô, cum Commemoratione Octavæ Concept: in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa*: & citúrque in hac Præfat. de Concept: at non 3. Oratio. *Col. Viol.* Vesperæ verò in Ecclesia universali dicuntur tunc hodie de S. Lucia, ùt die præcedente cum Commemorat: Dominicæ, & Octavæ Concept. *Color Ruber.*

Quando autem hoc Festum venit in Dominica, fit hodie de illo, ùt in Communi Virg. Mart. ac priô locô, cum Commemoratione Octavæ Concept: & Feriæ in *Laudibus*, & *Missa*, Quæ dic. uti notum hac die, cum *Glor. Cred.* & *Præf.* de Concept. B. V. *Col. Rub.* Vesperæ II. de eadem S. Lucia, Antiphona *Orante S. Lucia*, cum reliquis de Laudibus: Psalmi, Capitulum, Hymnus, & Versus: *Dispersit est Gratia &c.* de Communi Virg. Antiphona ad *Magnificat* (*tanto posterior*) propria: Oratio *Exaudi nos DEus &c.* ùt ibi, & fit Commemoratio Octavæ Concept: ac Feriæ, nisi cras occurrat Dominica; tunc enim fit Commemoratio est de Dominica, ùt in Proprio de Temp. 2. de Octava Concept. ùt in 2. Vesperis Festi. *Col. Rub.*

14. Dies VII. infra Octav. Conceptionis B. M. V. Semid. *Col.*

ab. Si hac die non occurrat *Dominica*, nec faciendum sit de *Festo* 9. *Lectionum*, seu *occurrente*, seu *transl.* &c, tunc hodie fit *Officium*, & regulariter etiam *Missa* de *die VII. infra Octav. Concept. B. V.* dicendo omnia (attamen sub Ritu *semid.* usque ad Vesperas exclusivè) ùt in die Festi, exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturno sunt de Scriptr: occurr: quòd hodie occurrat Feria quatuor Temporum Adventûs; tunc enim dicuntur de Parabolis Salomonis : *Ego Sapientia habito &c*, utì notantur in Lectiones III. Nocturni hujus diei in recentioribus Breviar: exhinc quoque etiam in Festo B. V. ad Nivem. In II. & III. Nocturn. dicuntur, utì notantur hac eadem die in Propr. Sanctorum, súntque desumptæ ex Octavario Roman. suprà cit. In *Laudibus* fit Commemoratio Feriæ Advent. *Missa*, nisì hodie occurrat Feria quat. Temporum, pariter fit de die infra Octavam, cum *Gloria* & *Credo*, ùt in Festo : at 2. Oratio de Fer. Adventûs. 3. de S. Spiritu : *Deus, qui corda Fidelium &c*, nisì alicubi occurrat hodie Festum simplex; ibi enim 3. Oratio fit de simplici. Præfat. ùt in Festo Concept. *Col. Alb.* Quòd si hodie occurrat Feria quat. Temporum, & non fiat de Festo 9. Lectionum, tunc hodie fit quidem Officium de die VII. infra Octavam Concept: sed in I. Nocturn. dic. Lectiones de Parabolis Salomonis : *Ego Sapientia &c*, juxta paulò antè annotata, & in III. Nocturno dicitur nona Lectio de Homilia Feriæ quat. Temporum, ùt ibi, & de eadem Feria 4. quatuor Temporum fit Commemoratio in *Laudibus*, cum Antiph. & Oratione propr. *Col. Alb.* At verò Missa tunc discordat ab Officio : nam Missa (etiam Conventualis) tunc dic. de Feria occurrente quat. Temporum, ùt in Proprio *de Temp.* post Dominicam III. Adventûs, cum *oremus*, *Flectamus genua &c*, ac Prophetiâ, seu duplici Lectione, sine *Glor.* & *Cred.* Orat. 2. de Octav. Concept. 3. de S. Spiritu. Præfat. Commun. etiam in Missis privatis, utì expressè tradit Claud. Arnaud. Epit. Thes. Sac. Rit. *Tr.* 1. *P.* 1. *Tit.* 3. *n.* 6. post Gav. Tom. 1. P. 1. Tit. 12. n. 2. Lit. c. citantem Decretum Sac. Rit. Congr. de anno 1626. 12. Decembr. & satìs clarè id ipsum insinuat Rubrica extans die Octava Nativit. B. M. V. seu 15. Septembr. in recentioribus Missalibus : unde non assequor, cur exactissimum alioqui Directorium Rom. tum annô hoc 1712. tum 1707. (quibus *dies VII. infra Octavam Conceptionis* incidebat in *Feriam IV.* quatuor Temporum) assignet pro Missa ejus *Feriæ* Præfationem de *Concept. B. M. V.* & non *ferialem*. Porrò in fine hujus Missæ dic. *Benedicamus*, & Evangel. S. Joan. Cùm verò

verò *Missa*, ùt dixi, in tali Casu discordet ab *Officio*, ideo juxta cit. A.A. ac praxin Communem, in Rubricis fundatam, *Color Altaris*, h. e. *Pallij* (vulgò *Antependij*) sequi debet *Officium*, adeoque esse *Albus*, at verò *Vestium*, ac *Paramentorum Sacerdotalium* debet esse *Missæ* conformis, adeoque esse *Violaceus* : imò pro *Missa solenni* convenit, ut *Pallium* quoque *Altaris* concordet cum colore Paramentorum Missæ, sitque proin & ipsum eo tempore coloris Violacei. *Jejunium de Præcepto*. Quòd si hodie præter *Feriam IV. quatuor Temporum* occurreret simul Festum 9. Lectionum (utì hoc annô 1712. contingit Brixinæ) tunc in Officio Lect: I. Nocturni sumendæ essent de *Communi Sanctorum* (cùm Lectiones de Scriptura pro *Feriis quat. Temporum Adventûs* nullæ assignentur) & 9. Lectio dicenda tunc foret de *Feria quat. Temporum*, necnon in *Laudibus*, ac *Missis*, saltem *privatis* (dicendis cum *Glor.* & *Cred.* de *Festo*) facienda quoque Commemoratio de *Octava*, & *Feria quat. Temporum*, ac denique de *eadem Feria* legendum etiam ult. Evangel. in ijsdem *Missis privatis* : in quibus Præfat. de Concept. At verò juxta Aliquorum praxin dicuntur in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis in hujusmodi *Feria quatuor Temporum*, simúlque *Festi 9. Lectionum* in *die infra Octavam* Occurrentiâ duæ Missæ Conventuales, una de Fest. cum *Glor.* & *Cred.* necnon cum Com. memorat. & Præfat. de *Octava* B. M. ac ult. Evangel. S. Joann. &c. tera verò de *Fer: quat. Temporum*, & ne *Glor.* & *Credo*, & in hac Oratio 2. *DEus qui de B. M. V.* 3. Eccles. vel pro Pap. Præf. Commun: in fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joan. *Col. Viol.* Cui praxi favere eandem videtur Rubrica Missalis præfixa Festo S. Leonis venienti infra Octavam Nativ. S. Joan. Baptistæ, repugnare verò Rubrica General. Ill. Missal. *n.* 2. *ante finem* Vesbis illis : *Si autem in die Vigiliæ, vel prædictis Ferijs* (nempe *quat. Temporum &c*) *fiat Officium de aliquo Festo, tunc dicitur Missa de Festo, cum Commemoratione Octavæ, & Feriarum præditarum &c*, utpote loquens universaliter sine exceptione Missæ Conventualis, imò signatè de Casu, quo infra *Octavam* eodem die & *Festum*, ità ejusmodi *Feria* simul occurrit. Verùm quomodo satisfaciendum sit utrique dictarum Rubric. (meò equidē judiciò) in hujusmodi casibus utraque à contradictione vindicanda, id alibi declaro, nempe 14. Dec.

Vesperæ, si hodie factum de *die infra Octavam*, & cras non occurrat *Dominica*, dic: de *die Octavæ* Concept. B. M. V. ùt in I. Vesperis Festi, sub Ritu dupl. mine. cum Commemoratione Feriæ Adventûs per Orationem ex Dominica præce-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dente (etiam tunc, quando in hâc diem incidit Feria 4. quat. Temporum) & postea S. Eusebij Episcopi, & Martyr. ùt ibi. *Color Albus.*

Quando hac die 14. Decembris occurrit Dominica, fit hodie de illa, usque ad Vesperas exclusivè, *Officium* & *Missa*, ùt in Propr. de Temp: ac suprà P. I. cum Commemorat. Octavæ Concept. in *Laudib:* & *Missa*, in qua tunc 3. Oratio non dicitur, & tam ad *Officium*, quàm ad *Missam* (in qua Præfat. de Conceptione) adhibetur. *Col. Viol. Vesperæ* autem tunc dicuntur modò pariter antè Commemoratô de Die Octava Conception. ùt in 1. Vesperis Festi, cum Commemoratione hodiernæ Dominicæ, & S. Eusebij Episcop. & Martyr. *Col. Alb.*

Quòd si Festum hesternum *S.* Luciæ venerit in Dominica, tunc in Ecclesia universali hodiernâ Feriâ II. fit de illa *Officium* & *Missa* modò heri declaratô, cum Commemoratione Octavæ Conception: & Feriæ Advent: tam in illo, quàm in illâ cum Præfat. de Concept. *Col. Alb.* Vesperæ autem tunc hodiernæ (non obstante, quòd *S. Lucia* sit duplex minus, & subsequens Dies *Octava Conceptionis* juxta Directorium Romanum pariter non excedat Gradum *duplicis minoris*) integræ dic. de die Octava Concept. ùt in 1. Vesperis Festi, cum Commemorat. S. Luciæ, Fer. Advent. & S. Eusebij Episcop. ac Martyr. ut ibi; eò quòd ex Dispositione novâ S. R. C. de anno 1691. die 11. August. nunc etiam Recentissimorum Breviariorum Rubricis *tit. XI. n.* 2. & 7. insertâ, quæcunque *Dies Octava* B. M. V. debeat habere integras utrasque Vesperas in Concurrentia cum Festo duplici minore. *Col. Alb.*

Quando dies Octava Conceptionis B. M. V. incidit in Dominicam III. Adventûs, tunc Sabbato præcedente, nempe hodie, Vesperæ non dic. de die Octava Conceptionis, sed dicuntur usque ad Capitulum de Feria currente, ut in Psalterio in *Sabbatis per annum* : à Capitulo autem fit de Dominica crastina Advent. ùt ibi, cum Commemoratione diei Octavæ, ùt in 1. Vesperis Festi, ac S. Eusebij, ut suprà non modò sine Suffragijs Consuetis, sed etiam sine Precibus Dominicalibus ad Completor: propter Octavam : ità enim Vesperas dicere hodiernas in tali casu jubet Rubrica nova recentiorum Breviariorum hac die in fine, conformiter ijs, quæ suprà ex Gavanto (allegante Decret. S. R. C. de anno 1622. 9. *Novembr.* vel *Decembr.* nam aliter id citat in Thesauro *Sac.* Rit. & aliter in Octavario Romano) die 9. & 10. hujus annotavimus : *Quia* (inquit in Octavario) *Cùm dies Octava non habeat Officium in die sequenti,*

si, *nec etiam convenit habere primas Vesperas in præcedenti, ut in simili Casu dicitur in* Rubric. *de concurrentia Officij* n. 10.

15. Dies Octava *Conceptionis* B. M. V. dupl. min. juxta Director. Rom. *Col. Alb.* Nisi hodie occurrat *Feria* 4. *quatuor Temporum*, aut *Dominica*, fit hodie Officium, & Missa de die *Octava* Concept. B. M. V. in hunc modum : In *Officio* & *Missa* omnia dic. ùt in Festo : exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturn. dic. de Scriptur. occurr. in II. & III. Nocturn. utì norantur in propriò locò in recentiorib. Breviar. atque etiam in Octavario Romano suprà cit: ex quo sunt desumptæ : & tam in *Officio*, quàm in *Missa* fit Commemoratio de Feria Adventûs (sumendo Orationem ex Dominica præcedente) & S. Eusebij Epis. ac Mart. ùt ibi.

Quòd si autem hodie occurrat Feria 4. quatuor Temporum Adventûs, tunc quidem adhuc hodie Officium, & Missæ privatæ fiunt de die Octava Concept. ùt Festo; attamen tunc in I. Nocturno non dicuntur Lectiones de Scriptura occurrente (cùm pro Feria 4. quatuor Temporum infra Hebdomadem III. Adventûs nullæ de Scriptura assignentur) sed dicuntur de Parabolis Salomonis : *Ego Sapientia &c*, utì norantur post Lectiones III. Nocturni hodiernæ diei Octavæ in recentiorib. Breviar. ac etiam exstant in Festo B. V. ad Nives 5. Augusti. In III. autem Nocturno dicitur tantùm nona Lectio de Homilia Feriæ 4. in quatuor Temporum, ùt ibi Feria IV. post Dominicam III. Adventûs de eadem *Feriâ* 4. *quat. Temporum* & etiam Commemoratio (cum *Antiphonâ*, & *Oratione propria*) in *Laudibus*, ac *Missis privatis*, ante Commemorationem de *S.* Eusebio, de qua pariter tunc fit Commemoratio tam in *Officio*, quàm in *Missis privatis*; quæ dicuntur de *Die Octava* Concept. ùt in Festo, sed cum Commemoratione, ùt modò dixi, *Feria* 4. quatuor Temporum hodie occurrente, ac S. Eusebij, necnon ultimò dictam Feria 4. in Missis hodiernis privatis Evangeliò, quod unà cum ejus *Missa* exstat Feriâ IV. post Dominicam III. Adventûs. *Color Alb.* At verò in *Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis* fiunt tunc 2. *Missæ Conventuales*, una de *Die Octava* Concept. post Tertiam, cum *Glor. Cred.* Commemorat. de *S.* Eusebio, & Præfat. de Concept. B. V. at fine Commemoratione Feriæ, ac fine hujus Evangelio in fine. *Col. Alb.* Alia de Feria quat. Temporum post Nonam, fine *Glor.* & *Cred.* in hac autem Oratio 2. *DEUS, qui de B. M. V.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa. Præf. Commun. in fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joann. Col. Viol. *Jejunium de Præcepto.* Modò dictis non obstant

tantea, quæ apud Gavant. *Tom. I. P. 4. Tit. 15. n. 3.* leguntur in Edit. ione 1699. quia scripta sunt, antequam Festum Conceptionis celebrari cœpit in Ecclesia universali cum Octava de Præcepto, quod tulit Innocent. XII.

Vesperæ hodiernæ (si hodie fatum de *Die Octavâ* Concept. & cras non occurrat Festum altioris Ritus) dicuntur de die Octava Conceptionis, ùt in II. Vesperis Festi, & in his, nisi cras occurrat Dominica, fit Commemoratio Feriæ Adventûs hodie occurrentis per Orationem Dominicæ præcedentis, etiam tunc, quando in diem Octavam incidit Feria 4. quatuor Temporum; quia Oratio propria illi Feriæ tantùm dicitur in *Laudibus*, & *Missa*, non autem in II. Vesperis hodiernæ diei. Quòd si cras occurrat *Dominica*, fit de ea Commemoratio, ùt ibi, non autem de Feria. Idem est, si cras occurrat Festum *Semiduplex*, vel *duplex minus*; nam de utroque fit paritèr in hodiernis Vesperis Commemoratio ante Commemorationem de Feria Adventûs, pro cujus Commemoratione tunc accipitur Oratio Dominicæ præcedentis. *Color Alm.*

Quando *Dies Octava* Concept. B. M. V. incidit in *Dominicam III.* Adventûs, tunc juxta dicta præcedente de tam *Officium*, quàm *Missa* dicuntur hodie de ipsa *Dominicâ* illâ III. Adventûs, ùt ibi; de *Die Octava* autèm fit eô in Casu solummodo Commemoratio in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa*; non dicuntur tamen Suffragia propter *Adventum*, nec etiam Preces ad *Primam*, & *Completorium* propter *Octavam*, ità præcipiente Rubricâ novorum Breviariorum, ac Missalium. In *Prima* tamen etiam in tali Casu dic: ad Responsorium breve Versus : *Qui natus es de Maria Virgine*, & in *Missa* (in quâ, dicendâ cum *Credo* fine *Gloria*, post Commemorationem de die *Octava* fit etiam Commemoratio *S. Eusebij*) dicitur nihilominus Præfat. de Festo Conceptionis; ac denique Hymni quoque Horarum terminantur, ùt præcedentibus Diebus, per verba : *JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c.*; At in fine Missæ dic: *Benedicamus*, & Evangel. S. Joannis. *Col. Viol.* In II. Vesperis (pariter dicendis in tali Casu de *Dominica*, nisi cras occurrat fieri de Festo duplici) fit rursus solùm Commemoratio de *Die Octava*, ùt in 2. Vesperis Festi, attamen ante Commemorationem de Festo Semiduplici (faciendam, ùt in 1. Vesperis talis Festi, si quod cras est celebrandum) idque ob Rationem suprà die 10. hujus ex Gavanto datam. *Col. Viol.* Quòd si craslinâ Feriâ II. occurrat *Festum duplex*, tunc Vesperæ hodiernæ Dominicæ dicuntur quidem de illo, attamen Commemoratio Domini-

minicæ adhuc fieri debet ante Commemorationem *Diei Octavæ*, ùt notat Gavantus *Tom II. Sect. 3. cap. 8. num. 14.* & tunc in Vesperis hodiernis *Color* Festo crastino Conveniens.

Post *Vesperas* hodiernæ diei in Casu, quô ista incidit in diem Dominicam, dicuntur hodie, post dictum in illis *Benedicamus*, Vesperæ *Defunctorum* (modô suprà ad initium hujus Mensis declaratô) pro sequente Feria II. nisi cras occurrat fieri de Festo 9. Lectionum.

16. Nisi hodie occurrat fieri de Dominica, aut de Festo 9. Lectionum, seu *occurrente*, seu *translato*, fit hodie de Fer. curr. Adventûs, modô suprà P. I. Feriâ II. post Dominicam I. Adventûs in Breviar. Roman. descriptô: & siquidem hodierna dies sit Feria II. dicetur hodie juxta propriam Rubricam Breviarij Romani post *Laudes* dici primum Nocturnum *Officij Defunctorum*, unà cum *Laudibus* eorumdem, ac pridianis Vesperis: in *Missis* autem *privatis* dicit. tunc 2. locô: *Fidelium. 3. DEUS, qui de B. M. Missa* verò *Principalis* dici potest pro Defunctis; *ut Rubr. 5. Missal.* & sic quavis, at solâ Feriâ II. per Adv. usque ad Vigiliam Nativitatis exclusivè, exceptâ ex parte Vigiliâ S. Thomæ, si incidat in Feriam II. ùt ibi. Quòd si verò in hanc diem, aut in aliam hanc subsequentium dierum incidant quat. Tempora, tunc ordinantur *Officium* & *Missa*, ut suprà P. I. ac in Breviar. & Missal. Rom. suis locis, nempe infra Hebdomad. III. Adventûs. Idem est, si in aliquam sequentium dierum incidat Dominica III. aut IV. Advent. Quòd si autem in aliqua illarum usque ad Vigiliam Nativitat. Domini exclusivè occurrat fieri alicubi, aut ubique quando de Festo 9. Lectionum, seu *occurrente*, seu *translato* (ut quandoque contingit in Societate JESU, in qua, si S. Bibiana cadat in Dominicam, transferre illam necesse est in diem 17. Decembr.) *Officium*, & *Missa* dicuntur de Festo, cum Commemoratione tamen *Feriæ Adventûs, aut quat. Temporum*, die illa occurrentis. Posse enim etiam die 17. *Decembr.* necnon sequentibus quoque Diebus in quibus dicuntur *Antiphonæ majores* incipientes ab O, usque ad *Vigiliam Nativitat. Domini* exclusivè, fieri Officium, & *Missam* de quocunque Festo 9. Lectionum, seu *occurrente*, seu *translato*, decrevit Sacr. Rit. Congr. 1692. 17. Maij. Quòd si in hodiernam diem alicubi incidat *Dies Septima infra Octavam alicujus Festi*, hodiernæ Vesperæ erunt Festales, nisi factum hodie fuerit de Festo 9. Lectionum; quia, cùm sequenti die non possit ampliùs aliquid fieri de *Octava* (ùt mox dicetur) ideo nec pridianas Vesperas dici convenit de illa, ùt alibi dictum, & tradit Gavant. *Tom. II. S. 3. c. 8. n. 9.*

n. 9. Aliud est, meô Judiciô, de aliis *anterioribus* diebus *Octavæ*, hodie occurrentibus, ùt alibi ostensum est, ubi Gavantum & Lohnerum inter se dissidentes in hoc puncto conatus sum invicen conciliare.

17. Officium, & Missa ordinantur hodie modô herì annotatis. Cæterum ab hac die usque ad Festum Epiphaniæ juxta Rubric. General. *VII.* recogniti Breviarij *n.* 1. *in fin.* suspenduntur omnes *Octavæ particulares*, ità, ut die hac advenienti nil amplius fieri possit de ejusmodi Octava intra id Tempus, ne quidem Commemoratio, quantumvìs jam per aliquot dies factum sit Officium de illa. Vide Gav. *S.* 3. *c.* 8. *n.* 8. *&* 9. & simul herì dicta in fin. necnon inferiùs dicenda die 20. & 21. Decembr. occasione Festi S. Thomæ *Apost.* cui etiam ibi, ubi est *Patronus Ecclesiæ* per recentiorem Breviarij recogniti Rubricam non ampliùs conceditur *Octava*, quâ olim gaudebat usque ad *Vigiliam Nativitat. Domini*, seu *diem* 24. *Decembris*, exclusivè, utì videre est in Rubricâ Gener. VII. veterum Breviariorum, nec non in Octavario Romano annô 1628. Antverp. impresso fol. 124. &c, necnon apud Castaldum in *praxi Cæremon. l.* 3. *s.* 12. *c.* 3. *n.* 3. non ampliùs quoad hoc sequendum.

Hac quoque die, & subsequentibus hanc *Ferijs*, ante Vigiliam Nativitatis Domini *occurrentibus*, dicuntur regulariter in Ecclesia universali ad *Laudes*, & per *Horas* propriæ illæ Antiphonæ in Proprio de Tempore post Dominicam III. Adventûs pro Feria II. III. IV. V. & VI. assignatæ, incipiendo hodie ab illisquæ Feriæ *hodie* currenti correspondent, deinceps autem ponendo reliquas in proprijs semper Ferijs, sic, ut si hodierna dies incidat e. g. in Feriam III. tunc Antiphonæ *Rorate*, *&c*, assignatæ in Breviario pro *Laudibus*, & *Horis* Feriæ III. ponantur hodie; assignatæ verò ibidem pro Feria II. *Ecce veniet &c*, primùm in Feria II. sequentis Hebdomadæ die 23. Decembris. Quòd si dies 17. Decembr. fuerit Dominica, Antiphonæ prædictæ propriæ pro *Laudibus*, & *Horis* dictarum Feriarum inchoantur primùm Feria II. quæ erit dies 18. Decembr. Quæ autem dicendæ essent die, in quo occurrit Festum S. Thomæ, dicuntur tunc in Sabbato cum Psalmis Sabbati, quartâ tamen Antiphonâ (*Ecce DEUS meus &c.*) prætermissâ, & ejus locô ad canticum dicendo Antiphonam: *Exspectetur sicut pluvia &c*, extantem ibidem post Antiphonas Feriæ VI. sub Titulo: *Sabbato*, nisi Vigilia Nativitatis venerit in *Dominica*: tunc enim in Sabbato adhuc quidem Psalmi *Matutinales*, ac *Laudum* dicuntur, ùt in Sabbato

per

per annum; at verò Antiphonæ ad *Laudes* & per *Horas* sumuntur tunc ex Laudibus *Dominicæ IV.* Adventûs : *Canite tubâ &c*, quartâ tamen Antiphonâ (*Dominus veniet &c*,) prætermissâ, & locô ejus dicendô prædictam Antiphonam : *Expectetur, sicut pluvia &c*, utpote concordantem cum cantico Sabbatino : *Audite Cœli &c*, de quo sumpta est : Antiphona verò ad *Benedictus* tunc (quando nempe *Vigilia Nativitatis* venit in *Dominicæ*) erit : *Ecce Completæ &c*, cum Oratione Sabbati quat. Temporum tunc occurrentis, ùt ibi Sabbato quat. Temporum in fine : Antiphonæ verò feriales in Propr. de Temp. assignatæ pro *Laudibus*, & *Horis feriæ 5.* (*de Sion venit*) tunc occurrentes in die *S.* Thomæ, eô annô prætermittuntur, & in Dominica sequente dicuntur tunc in *Laudibus* Officij Antiphonæ de *Vigilia Nativitatis*, de qua tunc fit Officium, & Missa, cum Commemoratione Dominicæ, ùt ibi.

Dixi autem suprà, die hodierna, nempe 17. Decembris, *regulariter, & in Ecclesia universali* inchoari illas proprias *Laudum*, ac *Horarum ferialium* Antiphonas, quæ pro sex ferijs, Vigiliam Nativitatis Domini antecedentibus in Proprio de Temp. post Dominicam III. Adventûs assignantur. Ratio hujus limitationis, restrictionisque est 1. quia si die 17. Decembris, aut alia sequente sit faciendum de *Festo* & *Lectionum*, diversô à *Festo S. Thomæ*, v. g. *Semiduplici translato*, tunc assignatæ pro feria die illo occurrente, eô annô, aut locô omittuntur, & quia Teste Gavant. *Tom. 2. sect. 6. cap. 2. n. 7.* Gregorius XIII. concessit Hispanis, ùt anticipent prædictas Antiphonas ad diem 16. Decembris; eò quòd die 17. celebretur Festum Exspectationis Partus B. V. *At quid* (inquit idem Gavantus) *quando dies 16. est Dominica?* & respondet : *Eô annô omittuntur Antiphonæ Feriæ II. eâ ratione, quia in universali Ecclesia omittuntur Antiphona alius Feriæ, in qua occurrit Festum S. Thomæ, quando Vigilia Nativitatis occurrit in Dominica, cujus Dominicæ Antiphonæ cùm dicantur tunc in Sabbato, ideò Antiphonæ illius Feriæ, in qua occurrit Festum S. Thomæ, eô annô dici nequeunt in Sabbato.* Quòd si alicubi contingat, reponi sæpe memoratarum Feriarum Antiphonas in feria diversa ab ea, cui sunt assignatæ, tunc (ùt loco citat : rursum monet Gavant.) Antiphona quæ ea erit, quæ conformis est cantico in *Laudibus* recitando, sicuti præscribitur de Antiphonâ *Expectetur*, reservatâ Sabbato : quæ tamen Antiphona *Expectetur*, si Festum S. Thomæ incidat in Sabbatum, eô annô illô omittitur, ùt dicitur in propria Rubrica.

Hac eadem die 17. Decembris

bris inchoantur ad *Vesperas* Antiphonæ majores, singulæ incipientes ab O, ac positæ in Breviario immediatè post Dominicam III. Adventûs, quæ per Septem dies, Vigiliam Nativitat. Domini immediatè antecedentes, ante, & post *Magnificat* integræ dicuntur, sicut & duplicibus, siquidem *Officium* fiat de *Feria*, aut *Dominica*; si verò fiat de *Festo* 9. *Lection.* dicuntur post Orationem Festi pro Commemoratione Adventûs. Porrò de earum *Numero*, *Ordine*, ac *Loco*, & cur *majores* dicantur, erudita reperies apud Gavant. *cap.* 2. *cit. à. n.* 1. Plura hùc pertinentia vid. P. I. ad diem 21. Decemb.

18. Officium, & Missa eò respectivè hodie ordinanda sunt modo, quò die 16. & 17. hujus Mensis. In Regnis Hispaniarum celebratur hac die à pluribus jam annis *Festum Expectationis Partûs B. M. V.* sub Ritu duplici *majore* ex Sedis Apostolicæ Indulto. Huic simile Indultum pro omnibus suis Regnis & Dominiis impetravit quoque sua Sacr. Cæsarea Majestas à Ss. D. N. Clemente XI. annò 1713. die 18. Octobris, ut scil. in his quoque sub dicto Ritu (in Supplemento Breviariorum & Missalium recentiorum descriptò) Officium recitari, & Missa de eodem celebrari *possit*. Col. Alb. Missa *Rorate*, cum Gl. & Cr. Præf. *Et te in Festivitate*. In fin. Evang. S. Joan.

19. Officium, & Missa hodie quoque eò respectivè modò in Ecclesia universali sunt ordinanda, quo die 16. & 17. Decembris. Quòd si crastina *Vigilia S. Thomæ* incidat in *Dominicam* (id quod contingit, quando Festum S. Thomæ venit in Feria II.) tunc *Jejunium* illius Vigiliæ de *Præcepto* anticipatur ad hanc diem, quæ tunc est dies Sabbati, *Officium* tamen non fit de *Vigilia*, sed de *Sabbato quatuor Temporum* tunc occurrente, ùt suprà P. I. & in Breviar. Roman. suò locò post Dominicam III. Adventûs, nihilque omnino fit de *Vigilia* in *Officio*, ne quidem Commemoratio; Missa quoque (etiam *principalis*) tunc dicitur non de *Vigilia*, sed de fer. curr. quat. Temporum, cum Commemoratione tamen *Vigiliæ* in illa, sed sine ejus Evangelio in fine, & in eadem Missa (dicendâ sine *Gloria*, & *Credo*, cum *Benedicamus* in fine) tunc 3. Oratio est : *DEus, qui de B. M. V.* Præfat Commun. *Col. Viol.* Tametsi autem in tali casu *Jejunium* Vigiliæ de *Præcepto* cadentis in diem Dominicam anticipetur ad Sabbatum præcedens, non tamen perinde anticipatur ad alium diem Lectio seu Annuntiatio Vigiliæ in Martyrologio, sed fit eò, quò aliàs die, ut jam pluries monui ex Gav. & Arnaud.

20. Vigilia *S. Thomæ Apostoli*. Simpl. *Col. Viol. Jejunium de Præcepto.* De hac *Vigilia* nihil fit unquam

quam in *Officio*; dicitur tamen de ea *Missa*, nisi veniat in Feria quat. Temporum; quia tunc juxta paulò antè dicta, & mox rursum dicenda fit Missa de *Feria illæ quatuor Temporum*, de *Vigilia* autem fit in illa solummodo Commemoratio, sine hujus Evangelio in fine Missæ, & 3. Oratio tunc est: *DEUS, qui de B. M. V.*

Quando venit hæc Vigilia in *Dominica* (uti contingit, cùm Festum S. Thomæ incidit in *Feriam II.*) tunc hodie nil fit de *Vigilia*; sed quoad *Jejunium de Præcepto* anticipatur ea ad Sabbatum immediatè præcedens quat. Temporum, quò quidem neque *Officium*, neque *Missa* dicitur de *Vigilia*, sed de *Feria*, seu *Sabbato currente quat. Temporum*, ùt ibi, & suprà P. I. cum Commemoratione tamen *Vigiliæ* in eadem Missa (sed sine hujus Evangelio in fine) & 3. Oratione de B. V. *DEUS, qui de B. M. V. &c.* modò heri declaratò. *Col. Viol.* Hodie autem Officium & Missa usque ad Vesperas exclusivè dicuntur tunc de Dominica IV. Adventûs, ùt ibi, & suprà P. I. Vesperæ verò de Festo sequente S. Thomæ, ùt in I. Vesperis de Communi un. Apostoli, exceptâ Antiphonâ ad *Magnificat*, & Oratione, quam utramque propriam habet, & fit in illis Commemoratio *Dominicæ*, ùt ibi. *Color Ruber.*

Quando hæc eadem Vigilia S. Thomæ extra Dominicam occurrens incidit in *Feriam aliquam quat. Temporum*, nihil fit de illa in Officio ne quidem Commemoratio; sed quoque tunc non dicitur de *Vigilia*, sed de *Feria quatuor Temporum* hodie occurrente, sine *Gloria* & *Credo*, ut in Missali infra Hebdomadam IV. Adventûs, & suprà P. I. cum Commemoratione tamen *Vigiliæ*, ac Oratione de B. V. *DEUS, qui de B. M. V.* nisi simul occurrat alicubi Festum simplex; tunc enim de illo dicenda foret 3. Oratio. Præf. Communi. In fine *Benedicamus*, & Evangelium S. Joannis, non autem Vigiliæ. *Color Viol. Jejunium de Præcepto.*

Si eras occurrat Dominica, tunc, translatò crastinò Festo S. Thomæ Apostol. in diem sequentem, Vesperæ hodiernæ in Ecclesia universali dicuntur de Dominica sequente, ùt ibi, & suprà P. I. alioquì de S. Thoma, ùt infrà, cum Commemoratione Feriæ Adventûs; post quam tamen Oratio non est sumenda ex hodierna feria quatuor Temporum, sed ex Dominica præcedente; Antiphona autem major pro feria Adventûs est: *O Clavis, &c.* *Color Ruber.*

Quando verò hac die nec *Feria quat. Temporum*, nec dies Dominica occurrit, tunc Officium quidem non fit de *Vigilia*, sed de Feria cur-

ver. *Advent.* in Eccl. univ. ùt suprà P. & in Brev. Romano Feriâ II. post Dominicam I. Adventûs declaratur, cum Oratione Dominicæ proximè præcedentis, ac *Precibus Ferialibus* ad Laudes & per Horas, flexis (in choro saltem) genibus, sine Commemoratione ullâ de *Vigilia*. Ad *Laudes*, & *Vesperas* quoque non fit Commemorat. de Cruce, nec dic. insuper Suffragia Sanctorum, utpote suspensa toto Tempore Adventali. Missa tamen, etiam *Conventualis*, tunc dicitur de *Vigilia*, ùt in Communi de Vigilia unius Apostoli: *Ego autem sicut Oliva &c* sine *Gl.* & *Cred.* cum 2. Oratione de *Prima Adventûs* ex Dominica proximè præcedente. 3. autem : *DEUS*, *qui de B. M. V.* nisi hodie occurrat Feria II. tunc enim Oratio 2. est *Fidelium*. 3. autem de Feria, ex Dominica præcedente, nisi lubeat 5. aut 7. dicere Orationes, quia tunc 2. est de Feria, penultima verò *Fidelium*, quod cæteras autem observandus est Ordo præscriptus in Missali Romano Rubricâ Gener. *VII. n. 5.* Præfat. Communis. In fine *Benedicamus*, & Evangelium S. Joannis. *Col. Viol.* Sicuti autem in tali casu vera Rubr. Gen. *III. n. 4. & V. n. 2.* non dicitur nisi una *Missa Principalis* in Ecclesiis *Cathedralibus*, & *Collegiatis*, sic etiam in Casu, quò Vigilia istius S. Thomæ incidit in Feriam quatuor Temporum, in ijsdem non dicuntur propterea hodie 2^ae^ Missæ *Conventuales*, una de *quatuor Temporib.* altera de *Vigilia*; quia ambæ dicendæ forent post Nonam, nullâ horâ intermediante inter eas, quod non convenire docet Gavant. *Tom. I. Pant. I. Titul. 7. num. 2. ante finem.*

Quando occurrit hæc *Vigilia* in Fer. II. tunc post Vesp. Dominicæ præcedentis, dictô *Benedicamus*, dic. *Vesperæ* Defunctorum, & hodie post *Laudes diei*, itidem dictô *Benedicamus*, dic. I. Nocturnum unà cum Laudibus *Officij Defunctorum* modô suprà circa initium hujus Mensis, ac alibi declaratô. Missa autem (etiam *principalis*) dic. tunc de *Vigilia*, ùt paulò antè, cum Oratione 2. *Fidelium* pro Defunctis, & 3. de Fer. Advent. ex Dominica præced. *Col. Viol.*

Vesperæ hodiernæ, nisi cras occurrat *Dominica*, dicuntur in Ecclesia universali sub Ritu duplici 2. Classis de S. *Thomæ Apostolo* : ùt in 1. Vesperis de Communi Apostolor. exceptâ Antiphonâ ad *Magnificat*, & Oratione, quam utramque propriam habet, & fit Commemoratio de Feria curr. Adventûs, pro qua Antiphon. major O *Clavis David &c*, Oratio autem *Dominicæ* præced. *Col. Rub.* Si autem cras occurrat *Dominica*, tunc in Ecclesia universali *Festum S. Thomæ* transfertur in Feriam II. subsequentem; Vespe-

tæ verò *hodiernæ* tunc usque ad Capitulum dicuntur de Psalterio, adeoque Ritu feriali, ùt in Sabbatis per annum, à Capitulo autem dic. de *Dominica* sequente Advent: ùt ibi, cum Antiphonâ ad *Magnificat*: *O Clavis &c. Col. Viol.* At verò ubi S. Thomas est *Patronus propriæ Ecclesiæ*, ibi occurrens etiam in Dominica IV. Adventûs non transfertur, sed dicuntur de illo etiam tunc *hodiernæ Vesperæ* sub Ritu duplici 1. Classis, modò paulò antè relatô, & crastinum Officium cum Missa de eodem (verumtamen sine *Octava* juxta recentiorem Breviarij recogniti Rubricam Gener. VII. n. 1. in fin.) cum Commemoratione tamen *Dominicæ* in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa*, ùt ibi. Hodiernô verò Sabbatô in tali loco dici tunc debent ad *Laudes* hodierni Officij Antiphonæ Dominicæ IV. Adventûs: *Canite Tuba &c*, prætermissâ tamen quartâ (*Dominus veniet &c*,) cujus locô dici debet Antiphona *Expectetur &c*; in Feriâ secundâ autem subsequente dici debent Antiphonæ ejusdem Feriæ II. quia (ùt notat hîc Gavantus) *Octava* non fit ampliùs ùt olim, de hoc Festo in ea Ecclesia, aut loco, ubi est *Titularis*, aut *Patronus*, & Rubrica alia præcipit eas esse dicendas in Sabbato, quæ occurrunt in ipso die S. Thomæ, si non transferrur. Si alicubi occurrat Festum 9. Lectionum in *Vigilia S. Thomæ*, tunc in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis*, cantandæ sunt 2. *Missæ Conventual.* una de *Festo* post Tertiam: altera de *Vigilia*, post Nonam, modò suprà die 29. Novembr. ante finem declaratô ad mentem Gavanti Tom. I. *P.* I. *Tit.* 7. *n.* 2. *Litt. h.* ubi recte monet, Commemorationem Feriæ Adventûs fieri debere in Missa de *Vigilia*, non autem in illa, quæ est *de Festo*: Quia, inquit, *Vigilia* & *Feria* sunt ejusdem rationis, ac proinde in Missa Conventuali *de Vigilia*, tertia Oratio tunc erit illa, quæ secundô locô alioqui diceretur.

21. S. Thomæ Apost. In Ecclesia universali Dupl. 2. Classis *Color Ruber*. Nisi hac die occurrat *Dominica*, fit hodie Officium, & Missa de hoc Sancto; & in Officio quidem omnia dic. ùt in Communi Apostolor. ac propr. loco. Lect. I. Nocturni de Epist. 1. ad Corinth. *Sic nos existimet*, ùt in *Communi Apostolor.* In II. & III. Nocturn. annotantur hac die in Propr. Sanctor. cum 9. Lectione de Homilia Feriæ quatuor Temporum, quando incidit in ejusmodi Feriam, tunc autem ex Octava, & nona Lectione hujus Festi potest fieri una. Ad *Benedictus*, Antiphona propria: *Quia vidisti me &c*, éstque eadem cum illa, quæ dicitur in 1. & 2. Vesperis Festi. Oratio pariter propria. In *Laudibus* fit Commemoratio Ad-

vers.

ventûs, pro quâ Antiphona : *Nolite timere &c*, uti notatur ante Feriam 2. infra Hebdomadam III. Adventûs, omissâ Antiphonâ alioqui horarum Feriæ ad *Benedictus* assignatâ Versus : *Vox Clamantis &c*, ùt aliàs per Adventum : Oratio Dominicæ præcedentis, nisi hodie occurrat Feria quat. Temporum ; tunc enim ad *Laudes* dicenda est Oratio propria Feriæ illi occurrenti, cum præviâ Antiphonâ : *Nolite timere &c*, & Versu : *Vox Clamantis &c*, omissâ Antiphonâ Feriæ currenti quat. Temporum alioquin in Propr: de Tempore ad *Benedictus* assignatâ. Quòd si Festum hoc veniat in Sabbato, omittitur illô annô Antiphona cantici Sabbatini : *Expectate*.

Missa, uti notatur in Propr. Auctor. cum *Glor. Cred.* & Commemoratione de Adventu, dicendo Orationem Dominicæ præcedentis, nisi hodie occurrat *Feria quatuor Temporum*; tunc enim sicut in *Laudibus*, vii & in *Missis privatis* pro Commemoratione Adventûs sumenda est Oratio ex Missa propria illi Feriæ. Præfat. de Apostol: in fine Evangelium S. Joannis, nisi hodie occurrat Feria quat. Temporum ; tunc enim in fine *Missarum privatarum* dicitur Evangelium illius Feriæ, cujus *Missa* extat infrà Hebdomad. III. Advent. *Col. Rub.* In Ecclesijs autem *Cathedralibus* & *Collegiatis* dicuntur tunc duæ *Missæ Conventuales*, una de Festo, post Tertiam, sine Commemoratione Feriæ, & sine hujus Evangelio in fine Missæ, sed cum Evangelio S. Joann. *Col. Rub.* Altera de Feria quat. Temporum, sine *Glor.* & *Credo*, & in hac Oratio 2. est : *DEUS qui de B. M. V.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. Præfat. Commun. & in fine Missæ pariter Evangel. S. Joann. *Col. Viol.* Item *Jejunium de Præcepto*, quando hoc Festum incidit in *Feriam quat. Temporum.* Quòd si Festum S. Thomæ Apost. non incidat in *Feriam quatuor Temporum*, tunc etiam in Ecclesijs Cathedralibus ac Collegiatis non dicitur nisi una Missa Conventualis, ùt suprà.

Vesperæ de S. Thoma, ùt in II. Vesper. de *Communi* Apostolor. exceptâ Antiphonâ ad *Magnificat* : *Quia vidisti me*, quæ (uti & Oratio) dicitur, ùt in I. Vesperis, & fit Commemoratio Adventûs, dicendo Orationem Dominicæ præcedentis (etiam tunc, quando hodie occurrit *Feria quatuor Temporum*) nisi cras sequatur *Dominica*; tunc enim fit Commemoratio *Dominicæ* sequentis, ùt ibi, non autem Feriæ hodie occurrentis in 2. Vesperis S. Thomæ : sive autem de ista, sive de illa facienda sit in hisce Vesperis Commemoratio, fit illa hodie per Antiphonam majorem : *O Oriens &c. Col. Rub.* Atque modô hactenus

nus descriptô ordinantur hodie *Officium*, & *Missa*, quando Festum *S.* Thomæ non incidit in *Dominicam.*

Quando autem Festum S. *Thomæ* venit in Dominica IV. Adventûs, tunc ibi, ubi est *Patronus*, seu *Titulus Ecclesiæ*, adhuc quidem fit hodie Officium, & Missa in *Col. Rub.* de *S. Thomæ*, ùt suprà (cùm ibi tanquam Patrono *Titulari*, ac *duplici* 1. *Classis* occurrens *Dominicæ major* 2. Classis juxta Rubricas cedat) attamen per recentiorem Breviarij recogniti Rubricam VII. Generalem Tit: *de Octavis* sine *omni Octava*, & cum Commemoratione *Dominicæ* occurrentis in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missæ*, nec non cum Lectione 9. de eadem *Dominicæ* in *Officio*, & ultimo de illa Evangelio in *Missa* : at verò in Ecclesia universali *transfertur* tunc Festum S. Thomæ Apostoli in sequentem Feriam II. Et hodie fit usque ad Vesperas hodiernas exclusivè *Officium*, & *Missa* cum pridianis Vesperis de Dominica IV. Adventûs, ùt in Proprio de Tempore, ac suprà P. I. Antiphona tamen *Nolite timere &c*, pro Commemoratione Adventûs alioquin in Festo S. Thomæ hodie occurrente dicenda, non transfertur cum Festo S. Thomæ, sed debet tunc hodie dici ad *Benedictus* in *Dominica* locô Antiphonæ : Ave *MARIA &c*, utpote affixa diei 21. Decembris, &, si alio die diceretur falsificaretur.

Vesperæ autem hodiernæ in Ecclesia universali dicuntur tam de S. Thoma Apost. in diem crastinam translato, ùt in 1. Vesperis Apostolorum, cum Antiphona propria ad *Magnificat* : *Quia vidisti &c*, ac Oratione, ùt ibi, nec non Commemoratione Dominicæ IV. Adventûs hodie occurrentis, per Antiphonam majorem : *O Oriens &c*, pariter, ùt ibi. *Color liber.*

22. Nisi hodie faciendum sit de *Dominica*, aut *Festo* S. Thomæ *translato*, tunc ordinantur hodie Officium, & Missa respectivè modo suprà die 17. Decembris declarato, cum Antiphonis proprijs ad *Laudes* & per *Horas* de Feria curr. Quod si verò hodie occurrat *Dominica* IV. Adventûs, tunc fit Officium, & Missa de illa, ùt in Psalter. ac proprio loco, nec non suprà P. I. cum Antiphona majore ad *Magnificat* : *O Rex*, quæ duplicatur. *Col. Viol.* & *Rub.* post Vesperas hodiernæ diei *Benedicamus* dic. *Vesperæ Defunctor.* pro crastina Feria II. Adventûs. Quòd si autem ob occurrentem heri Dominicam, in diem, seu Feriam II. prædiernam transferatur Festum S. Thomæ Apostoli; tunc hodie fit de illo, ùt in Communi Apostolor. & proprio loco, cum Commemoratione Fer. Advent. in *Laudibus*, *Missa*, & *Vesp.*

Vesperis, in quibus pro Commemo- ...r. Advent. dic. Antiph. major : ... Rex Gentium. Versus : Rorate Cœli. ...ratio Dominicæ hesternæ IV. Adv. ...Rub.

23. Nisi hodie occurrat Do- ...inica, fit hodie Officium & Missa ... Feriâ Adventûs, ùt suprà die ... Decembr. cum Antiphonis pro- ...prijs ad Laudes, & per Horas de Fer. ...r. & Oratione de Dominica præ- ...cedente, nisi hodie sit Sabbatum ; ...tunc enim in Sabbato hodie occur- ...rentè dicuntur Antiphonæ de Lau- ...dibus Dominicæ IV. Adventûs : Canite Tuba &c, quartâ prætermis- ...sâ, cujus locô tunc dicitur Anti- ...phona : Expectetur &c, extans ante Feriam II. infra III. Hebdomadam Adventûs; illæ verò Antiphonæ, ...quæ assignantur pro Laudibus & Ho- ...rarillius Feriæ, in qua occurrit Fe- ...stum S. Thomæ, eô annô prætermittuntur : Oratio quoque, si ho- ...die sit Sabbatum, & fiat de Feria, non dicitur de Dominica præcedente, ...sed de Feria quat. Temporum, de qua ...si hodie Officium, & Missa, usque ad Vesperas exclusivè, ùt ibi, & su- ...prà P. I. Sive autem hodie sit Sab- ...batum, sive non, Antiphona ta- ...men ad Benedictus hac die semper ...erit : Ecce Completa &c, omissâ illâ, ...quæ alioqui pro Feria hodie occur- ...rente assignatur. Si hodie fiat Of- ...ficium de Feriâ II. post Dominicam IV. Adventûs, post Laudes diei (in quibus : & ad Horas Antiphonæ, Ecce veniet &c,) dictô Benedicamus dic: I. Nocturnum, & Laudes Officij Defunctor: & in Missis privatis 2. Oratio Fidelium. 3. DEus, qui de B. M. V. Missa autem principalis dici potest pro Defunctis ùt P. I. & in Rubr: Brev: ac Missalis. Vespera (nisi hodie, vel cras occurrat Dominica) dic: de Feria currente, ùt suprà P. I. & in Breviario Romano Feriâ II. post Dominicam I. Adventûs, cum Antiph. majore ad Magnificat : O Emmanuel &c, Precibus ferialibus, & Oratione Dominicæ præcedentis. Color Violaceus.

Si hodie occurrat Dominica, Officium, & Missa dicuntur hac die de Dominica IV. Adventûs, ùt suprà P. I. Officium nempe, ùt in Psalterio ac propr. loco cum Antiphona ad Benedictus : Ecce Completa &c, omissâ Antiphonâ : Ave Maria &c, alioqui hâc Dominicâ dici solita. Missa verò, utì notatur in Propr: de Temp. sine Gloria, cum Credo. 2. Orat: DEus, qui de B. M. V. 3. Ecclesiæ, vel pro Pap. Præf. Communis. In fine Benedicamus, & Evang. S. Joan. Col. Viol.

Vespera de ead. Dominica, Antiph. Canite Tubâ, cum reliquis de Laudibus : Psalm. Dixit Dominus cum reliquis de Dominica. Capitulum, & cætera, utì notantur in loco. Antiphona ad Magnificat : O Emmanuel &c, Oratio Dominicæ cur-

sentis. Ad *Completor.* Preces Dominicales. *Col. Viol.* Quia autem quando Vigilia Nativitatis Domini incidit in Feriam secundam (uti fit in casu, quò hodie occurrit Dominica IV. Adventûs) *Officium Defunctorum* illâ Feriâ II. non dicitur, uti tamen dicitur in alijs *Ferijs secundis* per Adventum, Officiò 9. Lectionum non impeditis, ideo in tali casu nec hodie dicentur *Vesperæ Defunctorum*, uti Gavant. & Arnaud. *in Tit. de Offic. Defunctor.* animadverterunt.

Quòd si *cras* occurrat *Dominica*, tunc in hodierno Sabbato quatuor Temporum ad *Laudes* hodierni *Officij ferialis* (recitandi, ùt suprà P. I. Feriâ II. post Dominicam I. & Sabbat. ante Dominicam IV. Advent. necnon propriò suò locò annotatur) non sunt dicendæ Antiphonæ illius Feriæ, in quam eò annò incidit Festum S. Thomæ, sed ijs omissis pro illò annò recitandæ sunt Antiphonæ de Laudibus *Dominicæ quartæ Adventûs*, quartâ prætermissâ, cujus locò hodie dicitur ad Canticum Sabbatinum Antiphona *Expectetur*, cantico illi, simúlque Tempori conveniens; Ad *Benedictus* autem dicitur tunc hodie Antiphona *Ecce Completa &c.* cum Precibus ferialibus, & Oratione Sabbati quatuor Temporum ad *Laudes* & per *Horas* usque ad *Vesperas* exclusivè, ùt ibi. *Col. Viol* Missa hodierna eo in Casu dicitur de Sabbato *curr. quat. Temporum*, uti notatur in propriò locò suprà P. I. cum *Oremus*, *flectamus genua* post *eleison*, & Prophetijs, seu pluribus Lectionibus, at sine *Glor.* & *Credo* ùt ibi. Orat. 2. *DEus, qui de B. M. V. 3. Ecclesia*, vel pro Pap. Præsente Commun. In fine *Benedicamus*, & Evangelium S. Joan. *Col. Viol.* Hisque tunc hodie *Jejunium de Præcepto*. Vesperæ verò dic: tunc hodie usque ad Capitulum ritu *feriali*, cum Psalterio in Sabbato per annum; à Capitulo de Dominica IV. Adventûs, ùt ibi : Antiphona ad *Magnificat : O Emanuel &c*, quæ duplicatur. Oratio de eadem Dominica quartâ, ùt ibi. Ad Completorium dic: Preces Dominicales. *Col. Viol.*

Repetij hîc & superiùs non nulla spectantia ad I. Partem hujus Ephemerologij, non tamen propterea à meo intento ac fine (qui erat ibi agere de *Dominicis* & *Ferijs*, hîc autem de *Festis*, & *Profestis*, seu *Vigilijs*) me aberraturum existimavi; eò quòd contingere possit, ut *aliquando*, aut *alicubi* eo die, quo aliqui fit de *Festo*, aut *Vigilia* tali, vel tali die Mensis non fiat de *Festo*, aut *Vigilia* quidquam, sed de *Feria* aut *Dominica Adventûs*, vel vicissim; unde Exemplò Gavanti (aliquando per accidens parte unâ eadem repetentis, quæ habet in altera, ut

tractat ex instituto) Lectori rem gratam & commodam facturum me putavi, si utroque in loco ea quandoque proponerem, quæ si non semper, saltem quandoque, vel mutuam inter se habent connexionem, aut aliquam ab invicem dependentiam &c.

24. VIGILIA NATIVITATIS DOMINI, in qua *Jejunium de Præcepto*, nisi illa veniat in *Dominica*; tunc enim hoc anticipatur ad Sabbat. præcedens quatuor Temporum, non tam *Officium* & *Missa* Vigiliæ, in a Col. Viol. Si venerit extra *Dominicam* hæc *Vigilia*, Officium sic ordinatur. Ad Matutinum dicitur Invitatorium proprium : *Hodie Scietis*, Hymnus de Adventu : *Verbum Supernum &c*, ùt in Dominica I. Adventus: Antiphonæ & Psalmi de *Tempore currente*, ùt in Psalterio : Versus propr: *Hodie Scietis &c*, cum 3. Lectionibus de Homil. Vigiliæ, ac 3. Responsorijs pariter proprijs, ùt ibi. Deinceps verò ad Laudes, & per Horas fit Officium sub Ritu *duplici*, ùt in propr. locô : quia enim est Vigilia illius Festi (inquit Gav.) quod est *Initium salutis nostræ*, Jure merito cum Exultatione est celebranda; est quoque (ut idem observat) Officium hujus diei partim *feriale*; quia est *Vigilia*; partim vero *Festivum*, juxta illud : *Levate Capita vestra &c.* Quòd si venerit in *Sabbato* hæc *Vigilia*, tunc locô Psalmi *Jubilate* in Nocturno dicitur Psalmus : *Bonum est Confiteri Domino &c*, nè prior bis dicatur, nempe ad *Matutinum*, & ad *Laudes*, in quibus posterioribus in hac Vigilia dicuntur Psalmi, ùt in *Festis*, & *Dominicis* per annum. Quia item in Prima hujus *Vigiliæ* Annuntiatur in Martyrologio Nativitas DEI, ac Domini SALVATORIS Nostri, ideo, ùt monent hîc Gavantus & Bauldryus mox citandi, saltem Martyrologium in Choro majori cum Solennitate, quàm aliàs, solet decantari : qua in re, inquit Gav. quisque abundat in Ritu suo : illud tamen Communiter solet observari, ut, quando Lector Martyrologij dicit : *In Bethlehem Juda &c* ipse elevet vocem, reliqui verò omnes, ipsô exceptô, genua flectant usque ad ea verba : *secundùm Carnem*, eâ ratione, quâ ad Missam genuflectimus in Symbolo ad ea : *Et incarnatus est*; & in ultimo Evangelio ad illa : *Verbum caro factum est* : humiliatô namque pro Nobis DEO, & Nos usque ad Terram profundiùs solitô humiliari decet, quòd & additum est in Postrema Martyrologij Recognitione. Gavant. *Tom. II. S. 6. C. 4.* De reliquo Prima hujus Vigiliæ cum cæteris Horis dicitur, ùt in Duplicibus per Adventum, atque adeò sine Precibus Dominicalibus, & ad Absolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonæ,

ut

ùt sit. Quia autem PRIMA hujus Vigil. in insignioribus præsertim Ecclesijs, decantari solet solemniter, aut saltem Martyrologium juxta antè dicta, ideo Sacrista, aut alius ante Primam in medio Chori, vel ante Altare parat Pulpitum pannô Violaceô tectum, super quod ponit Martyrologium grandioris formæ, si fieri potest, tectum etiam eodem Colore, ut monet *Bauldry* P. 4. c. 2. n. 2. & 3. sequentibus dein numeris accurratè declarans, quid tam hodie, quàm sequenti sacra Nocte, ac Festo Nativitatis, imò ab hoc usque ad Festum Purificationis, tam in Choro, quàm extra Chorum circa Horarum Canonicarum, ac celebrationem Missarum (solemnium præsertim) ac utrarumque præparatoria, tam à Celebrantibus, quàm ab harum Ministris sit observandum. Missa (si Vigilia Nativitat. Domini veniat extra Dominicam) dicitur hac die, utì notatur in Proprio de Tempore sine *Glor.* & *Cred.* omittiturque tunc post Graduale *Alleluja*, cum sequenti Versu : Dicitur quoque tunc nonnisi unica Oratio. Præfat Commun. in fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joan. *Col. Viol.* Vid. Castald. in *Prax. Cærem.* l. 3. s. 1. c. 5. accurratè exequentem tum Romæ (in Palatio Apostolico) tum alibi observanda ac præparanda hac die, omnésque ejus Cæremonias, nominatim in decantanda Primâ, ac cæteris Horis minoribus.

Quando verò *Vigilia Nat. Domini* venit in *Dominica*, tunc Officium fit hôc modô : ad *Matutinum* Invitatorium de Vigilia : *Hodie scietis &c* ùt ibi ; Hymnus de Adventu : *Verbum Supernum prodiens &c.* ut in *Matutino* Dominicæ I. Adventûs : Antiphonæ, & Psalmi per totum Matutin. ut in Psalterio in Dominicis Tempore Adventûs. Idem est de Versu I. & II. Nocturni : ambo pariter dic. ut in Psalterio Tempore Adventûs : Lectiones verò, & Responsoria in I. & II. Nocturno dicuntur de Dominica I. Adventûs, ut ibi. In III. Nocturno Vers. de Vigilia : *Hodie scietis &c*, ut ibi : Tres quoque Lectiones III. Nocturni unà cum suis Responsorijs dicuntur de Homilia Vigilia ut ibi, sine 9. Lectione de Homilia Dominicæ occurrentis. Laudes cum reliquis Horis similiter dicuntur (sub Ritu dupl.) utì in proprio loco, cum Commemoratione Dominicæ 4. *Adventûs* per Antiphonam : *Ave MARIA &c.* Vers: *Vox clamantis &c*, ac Orationem : *Excita quæsumus &c.* ut ibi. *Col. Viol.* MISSA autem, quando Vigilia Nativitatis venit in *Dominica*, dicitur quidem eadem, quæ aliàs, nempe : *Hodie Scietis &c.* ne *Gloria*, at cum Commemoratione *Dominicæ IV. Adventûs* : ob quam tunc in *Missa* hodiernæ *Vigiliæ* dicitur

tur quoque *Credo*, uti diserte tradit Gavant. *Tom. I. P. I. Tit.* 11. *lit. l.* item *P.* 4. *Tit.* 3. *n.* 1. cujus Doctrinæ Subscribit Praxis Romana, uti ibidem erat in Directorio Romano anno 1702. Post Graduale quoque non dicitur *Alleluja*, *Alleluja*, cum versu sequente, ut ibi, sed non dic. ante 3. Oratio: dicitur autem Præfatio Commun. & in fine *Benedicamus*, & Evangelium S. Joannis, non autem de *Dominica* occurrente: Quia inquit l. c. Gavantus, lectum id non fuit Sabbatô præcedente, nec illum hodie dd *Matutinum*, ut addit Bauldryus. *Col. Viol.* & Minister ad Missam solennem in Casu, quo Vigilia Nativ. Domini occurrit *Dominicæ*, utentur Dalmaticâ, & Tunicella. *Bauldry P.* 4. *c.* 2. ubi n. 1. cum Castaldo ait: Missam principalem dicendam solenniter, & regulariter à Superiore Ecclesiæ. Vid. *Rubric. præfixam Missæ hujus Vigiliæ &c.*

Circa Missam hodiernæ *Vigiliæ* illud insuper monet Gavant. *Tom. I. P.* 4. *Tit.* 3. n. 1. si *Vigilia Nativ. Domini* veniat in Dominica, *Missam principalem* cantandam hodie esse de illa post Tertiam, ac post Aspersionem Aquæ Benedictæ; quia eô die non jejunatur; & licèt aliud videatur præscribi Rubr. Gener. P. I. Tit. 13. n. 2. Verbis illis: *Quamvis Dies sint solennes*, id tamen de ijs intelligitur, in quibus & *jejunatur*, & *duæ* cantantur *Missæ*, una de *Festo*, Altera de *Feria*, quæ huic Missæ non conveniunt. Si verò alijs infrà Hebdomadam diebus occurrat hæc Vigilia, *Missa Conventualis* de illa cantatur post Nonâ. Duplex quodcunque, etiam Patroni, & Tituli Ecclesiæ, vel Dedicationis ejusdem, in *hac Vigilia* occurrens transfertur per Rubr. Gen. X. Brev. n. 1. & Notandum Tab. occurrentiæ subscriptum in primam diem Festo *duplici*, vel *semiduplici* non impeditam, esto in sequentem fortassis annum sit transferendum.

Prohibentur quoque hodie *Missæ votivæ privatæ*, etiam de *Requiem*, quantumvis *præsens* sit *Corpus*. Cantatâ Nonâ terminatur Tempus Adventûs, & cessat Versus: *Angelus Domini &c.* cum Collectâ: *Gratiam tuam quæsumus &c.* & illâ aliâ: *DEus, qui de B. M. V. &c.* respectivè in *Officio*, & *Missa*.

Vesperæ hodiernæ (in *Choro* solenissimè decantandæ) dic. sub Ritu dupl. 2. Classis, uti notantur in propr. loco, sine omni Commemoratione etiam tunc, quando hodie, aut cras occurrit *Dominica*. Ad Initium Hymni: *JESU Redemptor omnium &c.* in Vesperis solenniter decantatis Officiator jungit, extendit, & elevat manus, ac caput inclinat Versus Altare juxta Cæremon. Episcop. apud Bauldry *P.* 2. *c.* 11. *a.* 1. *n.* 25. Idem fit ad initium Hymni

mni : *DEUS tuorum militum &c* in Vesperis solemnibus, de uno Martyre cantatis, v. g. in Festo S. Stephani Protom. 26. hujus, &c. *Bauldry ibidem.* Si post Vesperas hodiernas sit è Choro discedendum, dicitur Antiphona : *Alma Redemptoris Mater &c*, cum Versu : *Post Partum Virgo &c*, & Oratione : *DEUS, qui salutis æternæ &c*, & sic dicitur prædicta Antiphona in fine Officij usque ad II. Vesperas Festi Purificationis B. M. V. inclusivè, & non ultrà, etiam cùm transfertur modò memoratum Purificationis Festum, ùt ibi dictum. Hymnus Vesperarum, ac Completorij terminatur per Verba : *JESU ibi sit gloria, qui natus es &c*, & sic terminantur omnes deinceps Hymni ejusdem metri usque ad Epiphaniam exclusivè. *Col. Alb.*

Vigilia Nativit. Domini in *Dominicam* incidente, in Cœna illius Dominicæ pro Benedictione Mensæ dicendum : *Verbum Caro factum est &c*, & in fine : *Notum fecit Dominus &c*; quia jam à primis Vesperis inchoandum est *Festum Nativitatis*, ùt notat Henric. Pisart in Directorio suo Canonico in Propr. de Temp. c. 1. n 12. ac ante illum quoque id tradidit Bauldry P. 2. c. 21. n. 6. cui tamen in nonnulis alijs, Benedictionem Mensæ concernentibus, aliorum Sententia & praxis videtur esse contraria.

Juvat nunc subjungere nonnulla insuper Monita, hodie, ac sequente Nocte *Sacra* ex mente [illegible] Gavanti *hîc*, tum etiam Gerlac. Visitoris in *Compend. Sacr. Rit. P. 6. Tit. 2. à n. 6.* Aliorúmque bene, & accurate observanda. I. Hodie circa Vesperarum Sacrista præparat in credentia Altarium aliquod vas mundum vacuum pro Ablutione Digitorum celebrantis in eo facienda, non autem in calice celebrantis juxta dictum Auctorem, & plures alios, cras ad *primam, & secundam* Missam, idque more Romano : quia ex una parte non decens videtur in calice lavare manus super sacras species, quæ in calice manserunt; ex altera verò parte celebrans nec *Purificationem*, nec *Ablutionem*, in *prima* & *secunda* Missa (si tres dicere velit) cras sumere debet. II. Præparet super easdem Altarium credentias duo alia vasa, [illegible] num pro vino, alterum pro aqua, ex quibus Minister possit in Ampullas vinum & aquam pro Missis privatis infundere, item *Hostiarium* cum Hostijs; eò quòd inconveniens esse videatur pro singulis Missis ad Sacristiam recurrere, nisi fortè aliò modò utrique dictæ inconvenientiæ consulatur. III. Celebrans solemnis in Nocte Sacra potest, si velit, ante Matutinum Preces Præparatorias ad Sacrum recitare, nè durante Officio eas indecenter dicere Cogatur. IV. Matutinum, Sacra Nocte in Choro decantandum, congruo ac tali

Tempore est inchoandum, ùt juxta *Horologium* Germanorum Horas numerando) non ante, sed post undecimam Noctis Horam id absolvatur: quia illi immediatè subsequi debet solenne Missæ Officium, quod ante *medium Noctis* ob *Jejunium* sacrum incipere non licet. V. dum cantatur Octava Lectio, Celebraturus solenniter Missam Sacr. Noctis accipit Amictum, Albam, Cingulum, & Stolam, dicendo Orationes singulorum Paramentorum respondentes, ac tandem etiam Pluviale, quò acceptò sedet, donec completum sit Octavum Responsorium, interim ad ipsum accedentibus duobus *Acolythis* cum Candelabris & Cereis accensis. VI. finitò Octavò Responsoriò idem Celebrans sine Benedictione stans cantat ultimum Lectionem ex Libro ante se posito, ad quam omnes de Choro stant nudo Capite: ipse verò in fine dicens: *Tu autem Domine Miserere nobis* profundè se inclinat Altari, & subsequentò à Choro: *DEO Gratias*, intonat sibi præintonatũ Hymnum: *Te DEUM laudamus*, quem Chorus totus prosequitur de more: interim verò *Ministri Sacri* parant se in Sacristia, ibique *Celebrantem* expectant: Qui finitò Hymnò: *Te DEUM*, adstantibus sibi *Ceroferarijs* cum cereis, & Assistentibus, cantat Vers: *Dominus Vobiscum &c*, cum Oratione: *Concede quæsumus*, ùt suprà in I. Vesperis, quâ dictâ Assistentes cantant Vers: *Benedicamus Domino*, cui ubi Chorus respondit: *DEO Gratias*, Officiator, seu Celebrans non subdit Vers: *Fidelium animæ &c*, sed cum prædictis ceroferarijs recedit in Sacristiam, ubi depositò Pluviali accipit Manipulum, & Planetam, impositóque de more Thure in Thuribulum procedit ad Altare, ubi post mediam Noctem celebrat solenniter *Primam Missam*. VII. Celebrans nec in hac *Missa*, nec in *Secunda* (si tres velit celebrare) sumit purificationem sed juxta morem Romanum (tam pro *Missis Solemnibus*, quàm *privatis* sequentis diei accuratè descriptum à Bauldryo P. 4. c. 2. n. 24. & 25. item à n. 30. usque ad 36.) præmissis etiam in 1. & 2. *Missa* solitis orationibus, haustóque diligentius toto Sacro Sanguine, quantùm fieri potest statim calicem corporali rursum imponit, attendendo, nè Purificatorio eumdem extergat, nisi primùm in fine *tertiæ Missæ*, néve illum super nudam Tobaleam, aut Tabulam deinceps deponat, etiam in 2. & 3. Missâ ad Infusionem vini & Aquæ (ob nondum factam ejus purificationem) sed eum sumpto S. Sanguine, quamdiu purificatus non est, aut super expansum relinquat corporale, aut ei alium in locum à se, vel alio Sacerdote post 1. aut 2. Sacrum deportato, si non corporale, saltem pallam supponat; sicut etiam nunquam

quam Venerabile, nisi super *Corporale*, vel *pallam* in simili casu est reponendum: Deinde subjungit orationes: *Quod ore sumpsimus*, &: *Corpus tuum Domine &c*, ac abluit digitos, quibus tetigit Sanctiss. Sacramentum, in suprà dicto Vase mundo (more Romano) nequaquam verò in ipso calice (ob Rationem suprà datam) Subdiacono vinum fundente 3. quæ quidem in *prima* & *secunda* Missa facta digitorum Ablutio sumetur à celebrante primùm in *tertia Missa*, post *Purificationem calicis* (tunc primùm, more Romano, non autem priùs faciendam) hujusque sumptionem; vel etiam porrigi ea poterit aliis jejunis, qui S. Communionem sumpserint: Quæ omnia (additis nonnullis alijs admodum enucleatè propraxi declarata recentissimè reperio in *Sacerd. Evangel. D. Henrici Pisart P. 3. Tit. 2.* ubi tamen fatetur, hunc quoque modum sumendi S. Calicem in 1. & 2. Missa sacræ Noctis &c, non omni carere difficultate. VIII. *Subdiaconus*, post Ablutionem Digitorum nocte Sacra à Celebrante factam repositurus calicem celebrantis, hunc non extergat, sed illum deferet sine Purificatorio, vel de more ad credentiam, vel potiùs ad ipsam Sacristiam, eúmque in alterutro horum locorum super suppositio, ut dictum, ac expanso Corporali, aut saltem Pallâ, deponet, ibi decenter asservandum usque ad Missam sequentem (seu *solenniter*, seu *privatim* celebrandam) ne impediat Altaris benedictionem, postmodum in Laudibus faciendam. Idem servandum in *Secunda Missa*. IX. finitâ *Missâ* solemni celebrans cum Ministris descendit ad Cornu Epistolæ, factâ debitâ priùs in medio Altaris Reverentiâ, ibique depositis Planetâ, & Manipulo, accipit Pluviale album, adjutus ab ijsdem Ministris: indeque factâ debitâ Reverentiâ, in Choro redit, sine Ministris Sacris, qui statim in Sacristiam, factis adhuc Genuflexionibus, discedunt, ibidem deposituri Paramenta sua: Celebrans autem incipit in Choro, & quidem absolutè sine Oratione Dominica &c. Vers: *DEus in Adjutorium meum intende*, & prosequitur Laudes de more: sub quibus ad cantum *Benedictus* fit Thurificatio Altaris majoris more consueto. De quo Gavantald. in Prax. cær. l. 2. s. 2. c. 2. Bauldry P. 2. c. 9. a. 4. Lohner Instruct. 1. P. 2. Tit 8. & in Additionibus ante Indices. Item Instr. 2. P. 3. Tit. 2. §. 1. n. 5.

Lectiones Isaiæ leguntur hac Nocte in *Officio* sine Titulo. Rationem dat Hugo Card. apud Gavant. *Tom. II. S. 6. c. 5. n. 1.* cui tamen magis probatur illa, quàm dat Petrus Ruiz contendens, id eò fieri, ut indicetur, DEUM jam non per Prophetas, sed Nobis in Filio loqui-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Responsoria ejusdem Officij videntur agari, sed *Amalarius*, & Auctor *Gem. animæ* apud cit. Gav. ajunt, ea esse *Xenia*, quæ deferantur partim Puero nato, partim Deiparæ illius Matri. In primo quoque Responsorio additur *Gloria Patri &c*, DEO Trino & Uni in Gratiarum actionem de tanto Beneficio. *Gemma ibidem* L. 3. c. 7. In III. Nocturno multiplicatur *Alleluja* ad Antiphonas; quia III Nocturnum significat Tempus Gratiæ *post Legem* ac proin in eo per multiplex *Alleluja* significatur Lætitia per Christum *natum* Nobis Communicata. *Amalar. Fortunatus Card. Mod. Antiphonarij l.4.c.31.* Cur autem ac Nocte in Choro *Matutinum* dividatur à *Laudibus*, & inter utrumque cantetur *Missa*, vide apud cit. Gav. 4. & 5. ubi inter alia Durandus ait ideo post *Missam primam*, quæ est de æterna Filij DEI generatione. dici *Laudes* in *Nocte Nativitatis*, quòd Generatio illa æterna Verbi extiterit ante omnem creaturam, quæ DEUM laudare potuerit. *Ternario* verò *Missarum*, quæ ex Decr. S. Telesphori Pap. juxta cras dicenda in Festo Nativitatis Domini dicuntur, designatur, quòd Christus natus sit in salutem eorum, qui ante *Legem*, qui *sub lege*, & qui *in Evangelio* extiterunt. *Gemma L. 3. c. 104.* Licet autem Christus sit natus *Die Dominico*, ùt dic. in Synod. VI. cap. 8. habet tamen Festum *Natalis Domini* diem stabilem, ac *Certum*, non verò *mobilem*, ùt *Pascha*; tum, quia (ùt ex S. Augustino observat Alcuinus, hîc à Gavant. cit.) nôsse oportet, diem *Natalis Domini* non in *Sacramento* celebrari, ùt Pascha, sed tantùm *ad memoriam*, quòd natus sit; tum etiam ob alias Rationes, de quibus ibid.

In quibusdam locis in hac *Vigilia* fit post Vesperas *Thurificatio Domorum* Ritu ac modo in quibusdam approbatis Agendis seu Ritualibus Diœcesanis descripto: in Sacerdotali seu Rituali nostro Brixinensi recognito extat is P. II. c. 20. fol. 240. De observandis universim in *Nocte* ac *Festo* Natalis Domini, Festisque cæteris subsequentibus usque ad Epiph. circa *Officia* ac *Missas* in quibuslibet Ecclesijs etiam Capella papali pluribus agit Castald. L. 3. s. 2. à fol. 36.

25. Nativitas D. N. JESU Christi. Dupl. 1. Class. nulli alij cedens Festo, & ità privilegiatum, ut hac die ne quidem Missa votiva solennis de ullo alio Festo celebrari possit per Rubr. Gener. VI. Missal. ante finem. *Vacat* quoque Dominica (id est, nihil *hodie* in *Officio* aut *Missa* de ea fit) si *hodie* aliqua occurrat. *Col. Alb.*

In *Officio* omnia dic. prout notantur in propr. loco, cum observantia eorum, in Sacra præsertim Nocte, quæ herì pro hodierno Festo

& Diebus infra ejus Octavam occurrentibus sunt annotata, quibus adde, quòd in *Versibus* & *Responsorijs* hodierni *Officij* (idem est de *Officio Epiphaniæ Domini*) ad ea, quæ in Evangelio Missæ Lecta postulant genuflexionem, utì : *Verbum Caro factum est &c: Procidentes adoraverunt eum &c* non sit *genuflectendum*, sed *standum* etiam in Choro. Ità *Gavant. Tom. 2. s. 10. c. 2. n. 4.* Ad Primam in Responsorio Brevi ab hac die usque ad Epiphaniam exclusivè dic. Vers: *Qui natus es de Maria Virgine*, non tamen Responsorijs Primæ, ac Completorij adduntur perinde *Alleluja*, ac ea adduntur Responsorijs brevibus Tertiæ, Sextæ, ac Nonæ. *Rubric. General. XXVIII. n. 5. in fine.*

Ex Decreto *S.* Telesphori Pap. celebrantur hodie tres Missæ, saltem *Principales*, seu *solennes*, prout eæ notantur in Proprio de Tempore. Istarum *Prima* (de qua quatenus *solenniter* est celebranda jam dictum est sub finem diei præcedentis) celebrari debet post *Matutinum*, ac *mediam noctem*, ante *Laudes*, finitò *Te DEUM*, utì habetur in *Rubr. General. XV. Missal. n. 4. Secunda* post Primam in *Aurora*, unde, antequam hæc illucescat, præmissò Signò solenni Salutationis Angelicæ, in Choro Prima ità tempestivè est decantanda, ut Missa solennis *secunda* Competenti Tempore, h. e. in ipsa *Aurora* queat decantari. *Tertia* omnium solennissimè in ipsa die Nativitatis Domini, post Tertiam in Choro decantatam. Dicuntur omnes tres cum *Gloria*, & *Credo*, nec non cum Præfatione, & *Communicantes* propr. de Nativ. per totam Octavam, qualiscunque infra eam dicatur Missa, nisi ea sit de *re Requiem.* In 1. Missa hujus Festi in Canone infra actionem dic. *Communicantes*, & *Nocte Sacratissimam celebrantes &c*, etiam de die celebretur; deinceps vero tam hodie, quàm per Octavam, esto forsan de nocte celebretur, dicitur : *Et Diem Sacratissimum &c.* In sola 2. Missa fit Commemoratio S. Anastasiæ M. ùt ibi. In 1. & 2. Missa juxta Directorium & Morem Romanum non modò non sumitur, sed nec fit *Purificatio calicis*, sed tantùm fit *Ablutio Digitorum*, eáque non in Calice (saltem Celebrantis) sed alio Vase mundo ad hoc in Altari præparato, ùt suprà die præcedenti dictum; nec Purificatorio abstergendus est calix ab utentibus more Romano, esto nihilominus dici debeant Orationes, quæ ad *Purificationem Calicis*, & *Ablutionem Digitorum* aliqui dici solent. In 3. autem Missa fit, ac sumitur de more *Purificatio Calicis*, ac *Digitorum Ablutio*, dicitur que in ejus fine Evangel. Festi Epiphaniæ : *Cùm natus esset JESUS &c.* In *Missa solenni* qualibet hujus dici Celebrans ad Verba : *& Incarnatus*

surgit à Sede, & super infimo Gradu
Cornu Epistolæ flectit Genua, facie
Cornu Evangel. conversâ, & quan-
canitur : *Et Homo factus est* caput
inclinat; aut, si non Sedet, in Supe-
ori Altaris Gradu genuflectit, atque
dicta Verba Caput profundè inclinat. Secùs est de *Missis privatis*; his enim ad Verba : *Incarnatus* celebrans non flectit utroque genu, sed unô tantùm, more aliàs consuetô, ùt sic sit expeditior ad legendum. Gavant. Tom. I. P. I. Tit. 17. *Col. Alb.* Dixi autem : *ita Directorium ac Morem Romanum non fieri hodie in* 1. *&* 2. *Missa* Purificationem *Calicis*, sed solam *Digitorum Ablutionem*, & quidem non super Calicem celebrantis, sed in alio Vase, v. g. vitro : Licèt enim hæc Praxis non modò magìs usu recepta, ac Plerorumque Rubricistarum Auctoritate munita, sed etiam Rubricis ipsius Missalis *Tit. 9. de defectib. in Missar. Celebr. occurr.* conformior esse videatur; illam tamen quoque cum P. Georgio Gobat à Lucato defendit P. Tob. Lohner Instruct. *practic.* I. P. 4. *Tit.* 7. *n.* 4. quæ Communiùs in nostra Germania est usu recepta (forsan ideo, quia non perinde apud Nos Germanos, ac in Italia, Missa Noctis ut plurimùm, tam serò finitur, ut ei mox, aut non multò post ab eadem celebrante secunda ac tertia in eadem aurora subjungi possit) & ibi ab eodem declaratur : quia tamen juxtà illam sumpto Sacro Sanguine mox fit ablutio digitorum à celebrante supra ipsum calicem, in quo consecravit, Vinum aurem illud, quô facta est digitorum ablutio in 1. & 2. Missa, de calice (nonnihil circumacto, si quantitatem specierum Eucharisticarum id alioqui non adæquet, & post modum extergendo effundatur in aliud vas, ideo, cum Vinum illud in hac praxi admisceatur residuis in calice Sacr. Speciebus videtur omnino requiri 1. ut vas illud, in quod effunditur id vinum (ut postmodum in 3. Sacro à Sacerdotibus sumatur) sit pariter *Calix consecratus*, non autem Vitrum, eique imponatur, ac supponatur Palla. 2. Ut hic quoque Calix nonnisi ab aliquo Sacerdote, aut saltem Diacono, quamdiu continet ejusmodi digitorum supra calicem celebrantis factam ablutionem, de uno loco, aut Altari ad alium locum vel Altare deportetur. 3. Ut Preces seu Orationes, quæ aliàs in Purificatione Calicis, & digitorum Ablutione ex Præscripto Missalis dici solent, etiam in hoc casu ad 1. & 2. Missam dicantur. Quòd si verò quis in praxi morem Romanum sequatur, Cavere debet præter alia, de quibus suprà, illud imprimis, nè in II. & III. Missa, quando una post aliam immediatè dicitur, ante infusionem Vini & Aquæ

Aquæ pro faciendâ Oblatione exrergat calicem, nè fortè guttæ Sanguinis, Calici ex priori Missâ etiamnum adhærentes extergantur: posse autem à sequentibus morem Romanum calicem in præcedenti Sacro neque elutum, neque extersum statim in Sequenti *Sacro* cum necessaria ad Consecrandum Materia *Licitè* adhiberi, apud cit. Lohner tradit P. Gobat *Tr. de Sacrific. Miss. n.* 850.

In *Missis privatis*, si successivè dicantur, id est, mox una post alteram, finitâ primâ, aut secundâ Missâ, Minister se confert pro more ad Sinistram Plani Partem, ac in eo genuflectens, non in æquali cum Sacerdote mox descensuro linea, sed paululùm retrò illum, protensis, junctisque manibus eumdem ibi exspectat, rursus Sacrificaturo de more responsurus: ipse Celebrans autem ablutis, ut suprà, post Communionem digitis, ponit Hostiam super Patenam pro subsecuturo alio Sacro, ac adaptat Calicem ut initiò Missæ, illum velò Cooperiens, velatúmque ponens super Corporale extensum: finitò verò ultimò Evangeliò S. Joannis, statim accedit ad medium Altaris, & factâ Reverentiâ Cruci (profunda capitis inclinatione) accedit ad aperiendum Librum, si non antea reliquit apertum, eóque apertò redit ad medium Altaris, ubi rursus, ut antea, Cruci facit Reverentiam, & que factâ descendit in Planum, & ibi secundam, aut tertiam Missa incipit: circa quas nil aliud, præter superiùs dicta, hic venit observandum, nisi quòd, quamvis ex præcedenti Sacro remanserint in calice aliquæ species vini consecrati, non tamen propterea celebrans debeat genuflectere, quando transit ante calicem, id quod hic notat *Gobat. cit. n.* 19. ubi tamen rectè rarò monet, in *Secunda*, &c. tertia Missa non debere celebrantem post ablationem Hostiæ extergere Calicem ante infusionem vini, ob guttas forte calici etiamnùm adhærentes, siquidem Ablutio Digitorum in præcedenti Missa sit facta more Romano suprà ivas diversum à Calice. Cæterùm ipsamet Ablutio digitorum facta in 1. & 2. Sacro, si non sumatur à celebrante in tertia Missa, omni debet ab alio, qui sit *Jejunus*, ob Reverentiam Fragmentorum, quæ fortassè ibi sunt Corrupturi fundenda erit in Sacrarium, ut observat Gavantus *Tom. I. Part. 3. Tit. 9. ad num. 4. ejus Rubr.* ubi idipsum quoque asserit, de illa Digitorum Ablutione, quæ fit in Ordine *Communione Populi* extra Missam.

Cùm in *c. Ex parte de celebr. Miss.* ab Innocent. III. graviter prohibeatur in Missa priori, quando plures dicuntur, sumere Calicis Ablutionem, esto non sumi soleat ab

Nutritionem, sed ob Reverentiam Sacramenti, ideo, si in *prima* Missa amatur *Ablutio*, aut per errorem *aqua*, pro vino sit consecrata, franget *Jejunium naturale*, & alia Missa celebrari per se loquendo non potest. *Gavant. loco cit.* Idem Gav. *p. 4 Tit. 3. n. 5.* ex Francolino *de Temper. Hor. Can. c. 40.* tradit, celebraturum *primam Missam* in Sacra Nocte debere antecedenter esse Jejunum per Horas circiter sex, non quidem de *Necessitate Præcepti*, sed ex quadam congruentia tantùm; cum solutè loquendo in Nocte Nativitatis celebrare possit Sacerdos, qui modò ante medium Noctis comedit. Quòd si autem quis ex *Privilegio* aut *legitima Consuetudine* celebraturus sit ante mediam Noctem, tunc, quia ista non propterea dispensatur in *Jejunio naturali* necessariò ad Missam, debere omnino ejusmodi Celebrantem esse Jejunum à pridiana media Nocte; neque debere in *Missâ Vigiliæ* eo die celebratâ sumere Purificationem, ut sic ante mediam noctem vi sui *Privilegij*, aut *Consuetudinis* celebraturus possit licitè eadem die naturali iterum celebrare. Quòd si verò in prima illâ de Nativitate Missâ, ante mediam noctem ex Privilegio vel legitima consuetudine à se celebratâ, sumpsisset Purificationem, imò & cibum, ante mediam tamen Noctem, posset hodie nihilominus secundam, & tertiam Missam Nativitatis licitè celebrare; quia pro his sufficit esse eum Jejunum à media nocte hujus diei. Atque pro hac Sententia allegat Communem Theologorum Doctrinam.

Idem ibidem n. 6. ait, à P. Franc. Suarez 3. P. Disput. 86. sect. 4. probabilem ac securam judicari illorum Sententiam, qui censent, posse in *Nocte hac* celebrari 3. *Missas privatas simul post mediam Noctem*; eò quòd nullò id jure prohibeatur: *Nec abnuo* (subjungit Gavantus) *si causa adsit majoris numeri Sacerdotum, minorisque numeri Altarium, & ejusmodi, si minùs omnes Commodè celebrare possint.* Licèt autem oppositam Francolini, & aliorum Sententiam appellet ibi Communiorem, Plurimi tamen Doctores, quos refert Diana P. 2. Tr. 14. R. 35. & P. 10. Tr. 12. Resolut 57. docent, posse quemvis Sacerdotem 3. Missas celebrare ante auroram in Sacra Nocte Nativitatis Domini; imò Gerlacus Vinitor, unus ex recentioribus Rubricistis, & Gavanti alioqui fidelis Assecla, Tractatu 6. suprà citatò (editò in lucem 1685. *Coloniæ*) *P. 2. n. 18.* non dubitat ità scribere post Bauldryum P. 4. c. 2. n. 32. *Communi omnium Sententiâ, qualibet Horâ post mediam Noctem possunt celebrari 3. Missæ suprà dictæ* (nempe de Nativitate Domini) *privatim; hoc enim Singulariter hac Nocte, tam gloriosa Nativi-*

vitate CHRISTI *illuminatâ, Sacerdotibus Fidelibus concessum est*, ob Rationem à Bauldryo loco cit: additam. Verùm Praxi hujus Sententiæ obstare videtur Decretum Sacr. Rit. Congregat. de anno 1641. 7. Decembris saltem ibi, ubi est sufficienter intimatum, ac usu receptum: siquidem consulta Sacr. Rit. Congregatio: *An esset permittendum celebrari in media Nocte Nativitatis Domini post Missam decantatam successivè alias duas Missas, & in eis S. Communionem exhibere Fidelibus illam deposcentibus*? Respondit illa: *Non esse id permittendum, sed omnibus utrumque prohibendum*; cùmque iteratò ad aliquorum Instantiam coram eadem Sacrar. Rit. Congregatione res hæc disputata fuisset, auditis ipsorum Procuratoribus, & Advocatis ad Relationem Emin: Pallotti, insistens suis Decretis eadem Sacr. Rit. Congreg. respondit iterum prædictô annô, ac Die: Id prohibendum tam *Sacerdotibus celebrare volentibus, quàm confluentibus in media nocte ad Ecclesiam, & Communionem deposcentibus*; uti videre est apud Octavium Mariam à S. Joseph. in Libro, cui Titulus: *Interrogationes, brevésque Responsiones ad casus conscientiæ &c.* Interrogat: 647. mihi *pag.* 262. necnon apud Franc. Monacelli *Formularij legal. practic.* P. 2. Tit. 15. in Annotationib. ad Formulam 3. Edit. Venet. de anno 1707. *pag.* 219. *n.* 16. & *Seqq.* ubi inter alia addit: *Et cum abusus iterum tam in Urbe, quam extra resurgeret, denuo observantia decretorum Decretorum à Sacr. Congregat. Visitationis Apostolicæ 7. Decembr. 1702. & Edicto Emin. Card. Vicarij* (18. Decembr. eôdem annô 1702.) *fuit demandata fuit in Urbe Roma.* Quæ autem non perinde ubique, & omnibus, etiam post emanata, in præfertur, antè dicta Decreta, id observari videmus, ipsi viderint, qui Privilegiô, aut Jure, seu Consuetudine id faciant.

Petes 1. An Sacerdos, saltem si sit *Parochus* aut *Capellanus*, teneatur ad 3. Missas in hoc Festo dicendas, ac vicissim Fideles alij ad 3 Missas in eo audiendas? *R.* cum Gavant. *Tom.* 1. *P.* 4. *Tit.* 3. *n.* 6. Bonac. *d.* 4. *q. ultim. P.* 11. *n.* 15. Gob. Tr. 3. n. 186. & alijs ad 4. Negativè, modò, si sit Parochus, absit scandalum; eò quòd dicere 3 Missas eô die sit *Privilegij*, non Præcepti: rectè tamen cum Gobato monet Patrit. Sporer, Parochum debere observare morem suô locô receptum. Ad 2. *R.* negativè; quia nullum extat Ecclesiæ præceptum plures, quàm unam, eodem die Festo audiendi. *Gob. loc. cit.*

Petes 2. Quænam illi ob cenda sit Missa Sacerdoti, qui ex rationabili caussa nonnisi semel hoc die cogitat celebrare? Respondet cit. Gavant. eum, qui unam tan-

tùm

nim facit, vel *primam* vel *tertiam* icere debere, & potiùs tertiam, alm primam, utpote quæ maximè de die, habérque Orationem diei propriam, ac cum ipso Officio divino convenientem. Alij autem quod La Croix Tomul. 6. l. 6. P. 2. 527. suadent, ut accipiat illam, quæ Tempori, quo legit, est accommodata, adeoque, si celebret in *Nocte*, accipiat primam, si in *aurora*, secundam, in pleno autem *die*, tertiam: quamcunque autem legat, si legat unicam, debet in ea (inquit modò n. Auctor) facere Commemorationem de S. Anastasia: nec licitum est legere duas Missas, & loco tertiæ Communicare: quia datur tantùm Potestas seu Privilegium tria faciendi *Sacrificium*: quô significatur (ut notat Honorius Augustodunensis Auctor *Gemmæ animæ*) Christum natum esse in Salutem eorum, qui *ante legem*, qui *sub lege*, & qui in Evang. seu post legem extitêre.

Benedictio Mensæ propria à die hodierna inclusivè usque ad Cœnam Vigiliæ Epiphaniæ exclusivè, ut in Calce Breviarij Romani. Casum tamen, quô citiùs incipitur, Vide die præced.

II. Vesperæ hodie ubique integræ dicuntur de Nativitate Domini, prout notantur in proprio loco, cum Commemoratione tantùm S. Stephani *Protomart.* ùt ibi, etiam in propria Ecclesia h. e. ibi, ubi est *Patronus*, aut *Titulus Ecclesiæ*. *Col. Alb.* Quòdsi hodie, aut cras occurrat *Dominica*, non fit de illa aliquid in *Officio* aut *Missa*; quia *Dominica* hodie, aut aliquô trium sequentium Festorum (Idem est de quatuor horum Festorum *Die Octava*) occurrens, est ac dicitur *Dominica Vacans*, h. e. talis, de qua nihil fit die illo in *Officio*, & *Missa* Festi occurrentis.

Nota, infra totam Octavam Nativitatis Domini ex Decreto Sacr. Rit. Congregat. 29. Septemb. 1714. dici non posse amplius Missas Votivas privatas, neque Defunctorum.

Dubia quædam, quæ præter hactenus à me resoluta, circa celebrationem hodierni Festi occurrere possunt, Vide apud P. La Croix suprà cit. Tom. 6. nominatim n. 529. & 530. Item apud Gobat Tract. 3. à n. 187 ubi discutit 1. An is, qui est Parochus duarum Parochiarum, in quarum una celebratur Nativitas Domini juxta Calendarium novum, in altera verò mixtæ Religionis juxta Calendarium antiquum decendiô post, possit utroque in loco facere tria Sacra? 2. An Is, qui habens duas Parochias ex integro Catholicas, solet Communiter bis Sacrificare eodem die Dominico aut Festô, possit in Natali Domni in utraque Parochia tria Sacra dicere, adeoque sex, unô, eodémque die, sicque imitari S. Leonem Papam III. qui uno, eodémque die septies aut no-

novies Missarum solemnia celebrâsse narratur à Wallafrido Strabone, jis nimirum Temporibus, quibus toties unô eodemque die Sacrificare licebat, quoties libebat. 3. denique universim, quinam alij sint casus, in quibus pluries liceat celebrare.

26. S. Stephani *Protomartyr.* Duplex 1. Classis juxta Andream Castaldum, ac Tobiam Lohner; at juxta Gavantum *Tom. II. s. 6. c. 6. n.* 1. tantùm 2. *Classis*; tum quia Festum S. Joannis Apostoli & Evangelistæ non est, nisi 2. Classis, ùt Festa aliorum Apostolorum ac Evangelistarum; tum quia *SS. Stephanus*, & *Laurentius* in Martyrio, Officio, Octava, ac Sepulchro sunt pares; concordant quoque in tertia Antiphona ad *Laudes*, & denique etiam in eo, quòd utrique habeat aliam Orationem in *Festo*, & aliam in *Die Octava*: ergo etiam in Ritu, quô utriusque celebratur Festum, meritò censentur Concordes. Ad Rationem verò ex Castaldo pro hujus Sententia allatam à P. Lohnero *Instruct. Pract. II. P. 4. §. 2. & P. 5. Tit. 9. n. 5.* item *Tit. 38. n. 4. Lit. M.* non difficulter potest meô equidem responderi judiciô. Ex eo autem, quòd tam Festum S. Stephani, quàm S. Joannis Apostoli in Ecclesia universali sint tantùm 2. *Classis*, rectè infert cit. Gavantus, quòd utrumque hoc Festum cedat Festo 1. Classis, si in cali occurrant, aut cum tali concurrant. Habent tamen hæc Festa hoc Privilegium, [illegible] Commune alijs Festis 2. Classis, [illegible] de *Die infra Octavam* eorum fiat Commemoratio etiam in Festis aliorum Sanctorum, non quidem quibuscumque, seu etiam ijs, quæ sunt 1. Classis, ùti sunt Festum *Patroni*, necnon *Titularis*, ac *Dedicationis* (hoc enim [illegible] Privilegium solius Octavæ Nativ. Epiphaniæ, & Corporis Christi) [illegible] tamen cæteris omnibus, esto sint Classis, ùt Gavant. verbis illis [illegible] *Breviario habetur* n. 1. item n. 6. [illegible] insinuat. His prænotatis

Officium de *S. Stephani* dic. ùt in Communi un. Mart. [illegible] propr. locô (ubi præter alia assignatur quoque proprium *Invitatorium* cum Commemoratione Octavæ Nativit. Domini in Laudibus enim [illegible] propr. Ecclesia. Clausula Hymnorum: *JESU tibi sit gloria, qui natus &c.* Col. Rub.

Missa, ùti notatur in Propr. de Tempore post Festum Nativ. Domini cum *Glor. Cred.* & Commemoratione de Octava Nativit. et tertia Missa Festi etiam in propr. Ecclesia. Præf. & *Communicantes* Nativitate. *Col. Rub.* Si hodie [illegible] currat *Dominica*, nihil fit hodie de illa, sed *Vacat*, ùt heri dictum.

Quia *Antiphonæ*, & *Psalmi* qui dicuntur in II. Vesperis Nativitatis Domini, sunt ità *privilegiatæ*, [illegible] nunquam omittantur infra illius Oct.

tavam, præter morem aliarum Octavarum, admittentium Officia de dictis Festis, sed semper dicantur, etiam cùm fit Officium de *Sanctis* (ut sic, inquit Gavantus, *servi* cedant medietatem Vesperarum *Domino*, qui regente ad finem *mundi Vespere* venit pro Salute nostra) ideo Antiphona *Tecum Principium &c* unà cum reliquis Antiphonis, ac Psalmis, in II. Vesperis heri de Nativitate dictis, dicuntur etiam hodie, & sequentibus Diebus in Vesperis, usque ad Vesperas Festi Circumcisionis exclusivè, attamen sub Ritu duplici, vel Semiduplici, Festo occurrenti competente : Capitulum verò, & reliqua deinceps dicuntur hodie de S. Stephano, cum Commemoratione S. Joannis Apostoli, nec non Octavæ Nativ. Domini in Ecclesia universali, ùt ibi. *Col. Rub.*

Ubi autem S. Stephanus est *Patronus Loci*, aut *Titulus Ecclesiæ*, ibi quidem est duplex 1. Classis, sed in *2. Vesperis* Festi Nativitatis Domini etiam in propria Ecclesia S. Stephani idem fieri debet, quod in Ecclesia universali, adeoque omnia in ijs fiant de Nativitate : de S. Stephano autem fieri solummodo in ijs Commemoratio. In hodiernis quoque Vesperis etiam in tali Ecclesia, seu loco, in quo S. *Stephanus* est Festum *1. Classis*, Antiphonæ, & Psalmi dic. de Nativitate ; Capitulum verò & reliqua de S. Stephano, cum Commemorat. S. Joannis Apostoli, ac Octavæ Nativitatis. *Col. Rub.*

Quòd si non *hodiernum*, sed *crastinum* Festum alicubi sit Festum *Patrocinij*, adeoque *Dupl. 1. Class.* tunc I. ejus Vesperæ hodie quidem pariter usque ad Capitulum dicentur de *Nativitate Domini*, sed à Capitulo in tali loco, seu Ecclesia, non dicentur de S. Stephano (utì alioquin in Ecclesia universali dici solent) sed de S. Joanne Apostolo (utpote dupl. 1. Classis, atque adeò digniore) cum Commemoratione minùs digni, nempe S. Stephani Protom: atque etiam Octavæ Nativitat: uti ibi unde Capitulum tunc erit : *Qui Timet DEUM &c*, & Hymn. *Exultet orbis gaudijs* ex Laudibus sequentis Festi, Versus verò : *Valde honorandus est &c*, Antiphona ad *Magnificat* : *Iste est Joannes &c*, & Oratio : *Ecclesiam tuam &c*: pro S. Joanne, utì notantur in 2. Vesperis S. Stephani, & tunc *Col. Alb.* Vide Bauldryum P. 4. c. 2. n. 37. ita scribentem : Si S. Joannes, aut Ss. Innocentes sint *Patroni* alicujus Ecclesiæ, habent ipsi respectivè 1. & 2. Vesperas in Festo S. Stephani, & S. Joannis integras ; quia tunc sunt Festa 1. Classis ; & in Festo S. Joannis non fiet in Laudibus, neque in 2. Vesperis Commemoratio de aliqua Octava, nisi de Octava Nativitatis Domini. Si verò Ss. Innocentes sint *Patroni*, fit Officium in Paramentis rubeis, & dicet

dicetur *Te DEUM* ad Matutinum, ad Missam verò *Gloria in excelsis*, & *Allelujâ &c*, ùt infrà. Idem Bauldry ibid. n. 38. addit. Quòd si in prædictis Festis (S. Joannis Apost. aut Ss. Innocent. M. M.) occurrat alicubi Festum *Patroni*, aut *Dedicationis propriæ Ecclesiæ*, faciendum tunc sit de Festo illo occurrente, nempe *Patroni* vel *Dedicationis* (attamen sine *Octava*; eò quòd post ultimò recognitum Breviar. Roman. â die 17. Decembris usque ad Octavam Epiphaniæ inclusivè prohibeantur Octavæ Festorũ, quæ à *solis particularibus Ecclesijs* solemniter celebrantur) sub Ritu duplici 1. Classis, de *Festo* autem *translato* (S. Joannis, aut Ss. Innocent. MM.) faciendum tunc sit (saltem regulariter) in die ipsorum Octava modô in sequentibus referendô, attamen sine nova Octava.

In aliquibus locis fit hodie manè Benedictio Salis & aquæ S. Stephani Protomart. aut etiam vini, quô Ritu verò illa sit peragenda, Unumquemque docebit Rituale suum *Diœcesanum*. Nostrum Brixinense illum tradit *Part.* 2. *cap.* 18. *fol.* 222. Editionis novæ de anno 1710.

27. S. JOANNIS *Apostoli*, & *Evangelistæ*. dupl. 2. Classis. *Col. Alb.* In Officio omnia, ùt in Communi Apostolor. & propr. loco, cum Commemorat: Octavæ Nativit. Domini atque etiam (in Ecclesia universa li) Octavæ S. Stephani in Laudibus. Clausula Hymnorum : *Jesu tibi sit gloria, qui natus es &c.* Quòd si hodie occurrat *Dominica*, nihil hodie fit de illa, sed *Vacat*, ùt supra dictum.

Missa propria, cum *Glor.* Cred. & Commemorat. de Octava Nativit. & (in Ecclesia universali) Octavæ S. Stephani. Præfat. de Nativitate Domini, non autem de Apostolis, etiam in propria Ecclesia, quia illa, ùt notat Gav. *Tom.* I. 4. *Tit.* 3. *n.* 8. majoris est dignitatis. *Communicantes* pariter dic. de Nativit. Domini. *In II. Vesperis* Antiphonæ, & Psalmi dic: *Ritu dupl.* de Nativit. Domini, ùt in 2. Vesperis illius, à Capitulo de S. Joanne Apostol. cum Commemorat. Ss. Innocentium M. M. Octavæ Nativitatis Domini, atque etiam (in Ecclesia universali) Octavæ S. Stephani. *Col. Alb.*

Ubi autem S. Joannes Apostol. & Evangel. est *Patronus Loci*, aut *Titulus Ecclesiæ*, tunc, quia in tali loco est *duplex* 1. *Classis*, non fit Commemoratio in *Laudibus*, & *Missa de die infra Octavam S. Stephani* juxta *Rubr*, *Gen. IX. Brev. n.* 4. & Gavantum mox citandum, utì nec in II. Vesperis; bene tamen de *Die infra Octavam Nativitatis Domini*, tam in *Officio*, quàm in *Missa* : nam de *Octava Nativitatis Christi* (ob ejus *dignitatem*) semper fit tam in *Officio*, quàm

quàm in *Missa* Commemoratio, quamcunque tandem Festum infra ejus Octavam occurrat, per *Rubr. Gener.* [illegible]*am*, & Gav. *Tom.* 2. *Sect.* 3. *c.* [illegible]*um.* 4. item *Sect.* 6. *cap.* 6. *num.* [illegible] *&c.*

Quòd si cras occurrat *Dominica*, nec in hodiernis *Vesperis*, nec in crastino *Officio*; aut *Missa* fit aliquid de illa, sed *Vacat.*

Quòd si Ss. Innocentes Martyres alicubi sint *Titulus Ecclesiæ* (non autem præcisè alicujus *Altaris* etiam *majoris*) tunc, quia in tali loco sunt ex lex 1. Classis, *Vesperæ* hodiernæ in Capitulo non erunt de *S.* Joanne Apostolo, sed de ipsis Ss. Innocentibus M.M. De S. Joanne Evangelista verò hodie occurrente fiet solummodo Commemoratio, & postea etiam de Octava Nativitatis, nulla autem fiet Commemoratio de Octava S. Stephani per Rubric. Generalium n. 4. in ejusmodi Ecclesia; *Color* autem ibidem erit *Ruber* juxta paulò post dicenda.

In plerisque, si non omnibus, nostræ Germaniæ locis *benedicitur* hodie vinum, quod devotè præparatum, aut in Dolia vinaria emissum magnam (Experientiâ Teste) vim habet contra Præstigias &c. Quô autem *Ritu*, ac *modô* tam solenniter, quàm non solennniter, faciendа sit hæc Benedictio vini (quam linguâ vernaculâ vocamus S. Johannis-Seegen) suum quemque docebit Rituale Diœcesanum, seu, ut aliqui vocant, Agenda. Nostrum Sacerdotale, seu Rituale Brixinense, Jussu, & Auctoritate Celsissimi, ac Reverendissimi S. R. I. Principis, & Episcopi Brixinensis CASPARI IGNATIJ annô 1710. revisum, ac de novo impressum, eum tradit *P.* 2. *cap.* 19. *à fol.* 236.

Cur Festum S. Joannis Apostoli, & Evangelistæ hac die, & non illâ quâ obijt (nempe 13. Junij) celebret Ecclesia, *Gavant. Tom. I. P.* 4. *Tit.* 3. *n.* 8. Rationem dat hanc vel quia, inquit, Festum S. Joannis, ut Filij Virginis sequentis Ventrem, qui his diebus genuit Christum, hujus Nativitati vicinum esse congruebat; vel quia de Pathmo hac die rediit; vel quia Ecclesia ejus *Nomine* dedicata est. *Gemma L.* 3. *c.* 13.

28. Ss. INNOCENTIUM M.M. Festum hoc respectu Ecclesiæ universalis accenset Gav. *Tom.* 2. *Sect.* 6. *c.* 6. *n.* 4. *duplicibus* 2. *Classis*; eò quòd habeat *Octavam*, quod Privilegium nulli Festo datur, nisi sit 1. vel 2. Classis. Ubi verò Ss. Innocentes M. M. sunt *Titulus* seu *Patroni Ecclesiæ* (non autem præcisè alicujus *Altaris*, etiam *majoris*) ibi sunt *duplex* 1. *Classis*, potéstque juxta Gavantum locô citatô n. 7. & Baldry P. 4. c. 2. n. 37. in eo Casu in *Officio* hujus Festi quocumque hoc

de

demum die occurrat, dici *Te DEUM laudamus*, locô noni Responsorij, & in Missa non tantum *Credo*, sed etiam *Gloria in Excelsis*, item Graduale cum *Alleluja* ante & post Versum omissô Tractu, ac denique *Ite* in fine Missæ, & tam ad *Officium* quàm ad *Missam* adhiberi *Color Rubeus*, perinde ac fit in Ecclesia universali, quando hoc Festum venerit in *Dominica*: quia (ut ratiocinatur Gavantus) si hæc conceduntur ratione *Dominicæ*, in qua non est dolendum, cur doleamus in Festo *Titularis Ecclesiæ solemni*? & si Ss. Joanni Baptistæ, ac Laurentio conceditur *Credo*, tam quando celebrantur in *propria Ecclesia*, quàm, quando veniunt in *Dominica*, rectè exinde arguitur, æqualia esse quoad prædicta: *celebrari aliquod Festum in Dominica*, & *celebrari in propria Ecclesia*, adeoque *utroque* in Casu *æqualiter* esse celebranda. An autem simili modo liceat, aut etiam oporteat ordinare *Officium* & *Missam* hujus Festi tunc, quando id non quidem est *Titulare Templi*, attamen propter insignes Reliquias alicubi solemniter celebrarur propositis Indulgentijs &c (veluti in Heiligenstatt propè Oettingam veterem) pariter dicendo: *Te DEUM laudamus &c* in *Officio*, in *Missa* autem *Gloria in Excelsis &c* cum *Alleluja* in Graduali, & in fine: *Ite Missa est &c*? ego quidem assertivè resolvere non ausim, sicut enim Teste Gav. s. 6. cit. c. 7. Titulus *solius Altaris* Ss. Innocentium, etiam *majoris*, non sufficit ad difformandum se in modo dicendi *Officium* & *Missam* de hoc Festo cum Ecclesia universali, vel etiam particularis duntaxat Ecclesiæ ejusmodi Reliquiarum (ut ut legitimè approbatarum) cultus, solemnis quidem, ac publicus, attamen adhuc privatus non sufficere videtur ad difformandum se in modo dicendi *Officium* & *Missam* hujus Festi cum Ecclesia universali, præsertim cùm cultus ille solennis insignium ejus loci Reliquiarum non respiciat omnes Ss. Innocentes, sed tantùm aliquos illorum, Ecclesiæ autem universalis omnes omnino Innocentes Ss. M. M. ut adeò etiam hic de cum habere videatur tritum illud: *Pars major trahit ad se minorem*. Consulendam igitur, consulendam Sac. Rituum Congregationem. Interim vide Bauldr. P. 4. c. 2. n. 38. favent. His præmissis

In Ecclesia universali Officium hodierni Festi dicitur ut in Communi plurim. M. M. & propriô locô, ubi præter alia pro lectionali Antiphonâ III. Nocturni assignatur Antiphona: *Isti sunt, qui &c*, locô illius, quæ alioquin dic. in Festis plurim. M. M. quia prior, non autem hæc posterior, extrema in Communi Martyrum, quadrat eorum *Officio*, qui non *loquendo*, sed tan-

tantùm *moriendo* veri DEI præconium sunt hodie Confessi. Post unam Lectionem non dicitur : *Te DEUM laudamus*, quod *Lætitiam* significat (nisi in *propria Ecclesia*, aut nisi veniat hoc Festum in *Dominica*, sed nonum Responsorium, ùt ibi, *propter luctum* scilicet *Matrum plorantium Filios suos*, ut apud Gavantum vult Amalarius; nam sicut *Color Violaceus* (qui pariter adhibetur in hoc Festo, nisi in *propria Ecclesia*, aut nisi veniat in *Dominica* in qua non est *dolendum*, sed *lætandum*) est proprius ijs Officijs, quæ dicuntur *Tempore Luctus*, cujusmodi Tempus præter alia est etiam illud, quod est à Septuagesima usque ad Pascha &c, ità & *nonum Responsorium* ejusmodi Officijs est proprium. Quòd si autem venerit in *Dominica* hoc Festum, aut celebretur in *propria Ecclesia*, adeoque *Ritu solenni*, seu 1. Classis, tunc non dicitur nonum Responsorium, sed ejus locò *Te DEUM laudamus*; eò quòd *Dominica* (ut notat Gavantus) *Lætitiam Dominicæ Resurrectionis, quæ excellit super omnem lacrymam*, repræsentet : *si autem in hac non est dolendum, cur dolemus* (inquit idem) *in Festo Tutelari Ecclesiæ solemni?* Notandum tamen est, quòd, quando *Responsorium nonum* non dicitur, sed ejus locò Hymnus : *Te DEUM*, tunc in Responsorio Octavo dicendum sit *Gloria Patri*, cum repetitione Partis illius Responsorij, per *Rubric. General. XXVII. n. 2.*

In *Laudibus* hodierni Officij fit Commemoratio *Octavæ Nativitat. Domini*, & in Ecclesia universali etiam *Octavæ S. Stephani Protomart.* ac *S. Joannis Apostoli & Evangelistæ*, non tamen Dominicæ occurrentis, quando Festum hoc venit in *Dominica*; quia *Dominica* hodie occurrens *vacat*. Dixi præterea : *In Ecclesia universali* tantùm fieri in hodiernis Laudibus Commemorationem Octavæ *S.* Stephani, & Octavæ S. Joannis Apostoli : nam ubi Ss. Innocentes sunt *Titulus Ecclesiæ*, ibi in *Laudibus*, & *Secundis Vesperis* hodierni Officij fit Commemoratio Solius Octavæ Nativitatis Domini, non autem de die infra aliam Octavam, nempe *S.* Stephani, & S. Joannis, ùt ex Rubricis Generalibus cum Gav. suprà collegimus.

Missa dicitur, utì notatur in Proprio de Tempore, scilicet cum *Credo* (ratione Octavæ Nativitatis Domini, & S. Joannis Apost) attamen sine *Gloria in Excelsis*, nisi veniat in *Dominica*, aut nisi celebretur tanquam *Festum Titulare*, in *propria Ecclesia*. In Eccles. universali fit pariter Commemoratio non tantùm Octavæ Nativitatis Domini, sed etiam Octavæ S. Stephani, & S. Joannis Apostoli & Evangelistæ ùt ibi : at verò in *propria* Ss. Innocentium *Ecclesia* fit hodie Commemo-

ratio solius Octavæ Nativitatis Domini, non item reliquarum duarum Octavarum. Præterea in Ecclesia universali post Graduale omittitur *Alleluja*, & Versus sequens, horúmque locô ei subjungitur Tractus ibidem extans, nisi hoc Festum veniat in *Dominica*; in hac enim si veniat, etiam in Ecclesia universali dicitur Graduale cum *Allaluja*, & Versu sequenti, ùt ibi, omissô Tractu: in propria verô Ecclesia, sive die *Dominicâ*, sive *alia die* occurrat hoc Festum, nunquam dicitur *Tractus*, sed semper *Graduale* cum *Alleluja*, & Versu sequente. Ità *Gavant: ubi suprà.* Præfatio, & *Communicantes* tam in *propria*, quàm *universali Ecclesia* dicuntur in *Missa* hujus Festi de Nativitate Domini: in fine ejusdem dicitur in Ecclesia universali *Benedicamus*, & tam ad *Officium*, quàm ad *Missam* adhibetur hodie *Color Violaceus*; nisi Festum hoc veniat in *Dominica*, aut fiat de eo in *propria Ecclesia*; nam si veniat in *Dominica*, aut fiat de eo in *propria Ecclesia*, tanquam de Festo *Titulari* Templi, tunc sicuti utrobique dicitur *Gloria in Excelsis*, & Hymnus: *Te DEUM*, ità etiam dicitur in fine Missæ *Ite &c*, & tam ad *Officium*, quàm ad *Missam* adhibetur *Color ruber*, ob Rationem superiùs ex Gav. allatam. Par Ratio est de *die Octava* hujus Festi, in qua (ùt suô locô dictum, & constat ex proprijs Rubricis) ubiçunque, aut quocunque die celebretur parìter in Officio dic: *Te DEUM*, & in Missa *Gloria in Excelsis*, itaque *Graduale* cum *Alleluja*, & Versu sequente, necnon in fine Missæ *Ite &c*, adhibetúrque tam ad *Officium*, quàm ad *Missam Color Ruber*: quia (ùt notat Gavantus tum hic, tum in Præf. ad Octavar. Romanas) Dies Octava *Beatitudinem Cælestis* Patriæ significat, à qua omnis abest *Luctus*, ac *Lacryma*.

In II. *Vesperis* hodierni fit non modò in universali, sed etiam in *propria Ecclesia* dicuntur Antiphonæ & Psalmi de Nativitate Domini, ùt in 2. Vesperis Festi sub Ritu duplici; à Capitulo verò de Ss. Innocentibus M. M. ùt ibi, cum Commemoratione Nativitatis Domini (etiam in propria Ss. Innocentium Ecclesia) cui subjungitur Commoratio S. Thomæ Cantuariensis Episcop. ac Martyr. ùt ibi, nisi hæc die fuerit Sabbatum: quia tunc nihil fit in hodiernis Vesperis de S. Thoma Cantuariensi, sed eò translatô in Feriam II. subsequentem, post Orationem Ss. Innocentium fit Commemoratio Dominicæ infra Octavam Nativitatis per Antiphonam *Dum medium &c*, Vers: *Verbum Caro factum est &c*, & Orat: *Omnipotens Sempiterne &c* prout notatur in propria Rubricâ, præfixâ Festô S. Thomæ Episcopi, & Martyris, necnon superiùs P. I. *Dominicâ infra Octavam*

Na-

Nativitat. *Domini*, Commemorationi festum S. Thomæ Martyris, si hodie non fit Sabbatum; vel, si hodie fit Sabbatum, Commemorationi Dominicæ cras occurrentis subjungitur Commemoratio de *Octava Nativitat. Domini*, & in Ecclesia universali insuper Commemoratio de Octava S. Stephani *Protomart.* & S. Joannis *Apostoli*. Dixi: *In Ecclesia Cantuariensi*; nam in propria Ss. Innocentium *Ecclesia* non fit in hodiernis secundis eorum Vesperis Commemoratio de *Octava Ss. Stephani*, & Joannis, sed tantùm *Festi*, aut *Dominicæ*, cras subsequentis, & *Octavæ Nativitatis Domini*, per Rubric. Gener. supra cit.

Quòd si *S. Thomas Cantuariensis* celebretur alicubi *Ritu duplici minori*, fit hodie de illo (& quidem ideò) Commemoratio, ac cras de eodem *Officium*, & *Missa* etiam tunc, quando is venit in *Dominica*, eique Commemorationi subjungitur ibi Commemoratio Octavarum Nativitatis, S. Stephani, & S. Joannis, Officium autem *Dominicæ ipsa Octavam Nativitatis* transfertur tunc in ejusmodi Ecclesia in Feriam II. subsequentem, nisi & ipsa fuerit impedita *Festo duplici*; tunc enim fiet 1. de Dominica Commemoratio in hodiernis *Vesperis*, & *crastino Officio*, nec non in crastina *Missa*, cum 3. de eadem *Dominica* Lectione in eodem *Officio*, & ultimò in *Missa* crastina Evangeliò: post Commemorationem verò *Dominicæ* fieret etiam Commemoratio Octavarum, hodie quidem Octavæ Nativitatis, necnon Octavæ S. Stephani, & S. Joannis; cras verò etiam Octavæ Ss. Innocentium MM. salvis tamen suprà dictis, & mox dicendis. Color ei Festo conveniens, de quo dictæ sunt Vesperæ à Capitulo.

Quòd si alicubi *S. Thomas Cantuariensis* sit *Titulus Ecclesiæ*, & consequenter *duplex* 1. *Classis*, Antiphonæ, & Psalmi dicentur hodie *Ritu duplici* de Nativitate, ùt suprà; at verò à Capitulo dicentur de S. Thoma Cantuariensi, ùt in 1. Vesperis de Communi un. Martyr. cum propria Oratione, ac Commemoratione Ss. Innocentium MM. (ùt ibi in II. eorum Vesperis) & Octavæ Nativitatis Domini tantùm, non verò Octavæ Ss. Stephani, & Joannis, de quibus etiam in crastino *Officio* ac *Missa* nulla fiet Commemoratio, utì nec de Octava Ss. Innocentium in ijsdem. *Col. Rub.*

Pro coronide Singularium hujus Festi, resolvendus est hìc Casus, à quodam R. D. Parocho cujusdam Oppidi 4. Circiter Horis Oenipontò distantis, per quemdam P. Missionarium è Nostris aliquot abhinc annis mihi propositus: Dubitabat is, quomodo hac die Ordinandum esset *Officium*, & *Missa* hodie à se dicenda de Anniversario

Dedicationis cujusdam suæ Ecclesiæ, quantumvis occurrente in ipso Festo *Ss.* Innocentium? Lustrans Gavantum deprehendi, hunc ipsum Casum etiam ipsi jam olim fuisse propositum, & doctissimè ab eodem resolutum *Tom. II. S. 6. c. 6. n.* 11. ubi ità scribit: *Occurrit in Urbe N. Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis in Festo Ss. Innocentium: quæsitum est à me, qualiter Officium recitandum erit? Respondi, ex vi Rubricarum in* 1. *Vesperis post Antiphonas, & Psalmos de Nativitate, Capitulum cum reliquis dici debere de Dedicatione, & cum Commemoratione S. Joannis, cujus Festum est duplex* 2. *Classis, & Octavæ Nativitatis Domini, quæ nunquam omittitur; de S. Stephano autem nihil; quia de die infra Octavam nihil fit in Festo* 1. *Classis. In Laudibus, & Missa de Dedicatione fit tantùm Commemoratio de Nativitate.* In II. Vesperis Antiphonæ, & *Psalmi de Nativitate, Capitulum, Hymnus &c de Dedicatione, Commemoratio de Sequenti Festo S. Thomæ, vel Dominicâ, & de Nativitate; non autem de Diebus infra Octavas Ss. Stephani, & Joannis ex Rubric. IX. de Commemorationibus n.* 4. *in fine. Non fit Octava de Dedicatione; quia prohibita est in postrema Recognitione Breviarij: Festum Innocentûm regulariter celebrandum erit in ejusmodi Ecclesia in die Octava eorumdem; & quia de ijsdem non fit eo casu Octava, poterit dici* Te DEum, *cum consequentibus unà cum Eccl. universali; & interim nulla fiet de ijs Commemoratio infra Octavam Nativitatis, quia nondum celebratum fuit Festum. Sed eò casu quò Festum hoc* (Ss. Innocentium) *occurrit in Feria V. celebrabitur in Sabbato sequenti, quòd eo casu erit dies infra Octavam Nativitatis, infra quam fit duplici, præsertim* 2. *Classis, etiam translato: eô autem annô, quò occurrit Sabbato, celebrabitur in Feria II. Sequenti, quia de duobus Festis translatis, Innocentium, & S. Thomæ, de digniori præcedenti est recitandum Officium; & Festum S. Thomæ celebrabitur prima die non impeditâ post Octavam Epiphaniæ, ex regulis Rubricis.* Ità ferè Gav. à cæteris tamen Resolutione quoad ea, quæ habentur in fine à Verbis illis: *Eô autem annô &c* recedendum putat Henric. Pisart. in Direct. Can. c. 2. Propr. de Temp. n. IX. eò quòd ea, quæ ibi dicit de transferendo in casu S. Thoma Cantuariensi post Octavam Epiphaniæ ipsi repugnare videantur Rubricæ Gener. X. Tit. de Translat. Festorum n. 5. necnon Decretis S. R. C. de anno 1696. 12. Decembris & 1702. 16. Septembris ab eodem Reflex: 6. in præfatum Titul. relatis, de quibus infra. P. III. in Corollarijs Tract. De occurrent. & concurrent. Corollar. 3.

29. S. Thomæ *Cantuariensis Episcop. & Confess.* Semiduplex in Ecclesia universali, sine Precibus Dominicalib: ac *Suffragijs Sanctor. Col.* Tab.

Si

veniat hoc Festum in *Dominica*, transfertur in Ecclesia universali in feriam II. subsequentem, adeoque in diem 30. Decembris, hodie vero tunc fit in Ecclesia universali de *Dominica infra Octavam Nativitatis Domini*, ut in Rubricâ Festo S. Thomæ Cantuariensis in Breviario Romano præfixâ, necnon modò suprà P. I. Tit. 48. *De Dominica infra Octav. Nativit. Domini* ex institutò à me declarato. Dixi : *in Ecclesia universâ*; nam ubi S. Thomas Cantuariens. est *Titulus*, seu *Patronus Ecclesiæ*, fit hodie de eo sub Ritu duplici. Classis etiam tunc, cùm incidit in Dominicam, eò proportionaliter modò, quò dictum de 3. Festis præcedentium Sanctorum, ubi illi sunt *Patroni Titulares Ecclesiarum*, at tamen S. Thomæ Cantuariensi perinde, ac illis, Conceditur *Octava*, post ultimam Breviarij Recognitionem suprà 17. Decembris delegatam, uti nec Festo S. Silvestri, ubi is est Titularis Ecclesiæ.

Si autem Festum S. Thomæ Cantuariens. non veniat in Dominica, tunc hodie fit de illo in Ecclesia universali sub *Ritu Semiduplici* ut sequitur : Officium ut in Communi un. Mart. ac proprio Locò. Lectiones I. Nocturn. *A Mileto* de Communi un. Mart. II. & III. Nocturn. propriæ, uti & Oratio, cui subjungitur Commemoratio de *die infra Octavam Nativitatis* ex Missa Festi, uti & (in Ecclesia universali) Commemoratio de die infra Octavam S. Stephani, necnon de die infra Octavam S. Joannis, ac denique de die infra Octavam Ss. Innocentium; quæ tamen 3. ultimæ Commemorationes non fiunt in *propria Ecclesia S. Thomæ Cantuariensis*, seu ibi, ubi est *Duplex* 1. *Classis*, per Rubric. Gener. sæpiùs jam alleg. bene tamen de *Die infra Octavam Nativitatis*.

Missa de *S.* Thoma Cantuariens. dic. prout notatur in Proprio de Tempore post Festum Ss. Innocent. M. M. cum *Glor.* & *Cred.* fitque in ea Commemoratio 4. Octavarum in Ecclesia universali; at verò in Ecclesia propria solius Octavæ Nativitatis Domini. Præfatio, & *Communicantes* dicuntur pariter de Nativitate, ùt præcedentibus Diebus. *Col. Rub.*

Quia Octava Nativitatis Christi non est specialiter privilegiata, ideo Diebus infra illam occurrentibus, Officiò duplici non impeditis, olim non prohibebantur *Missæ votivæ privatæ de Sanctis*, neque etiam *Missæ privatæ de Requiem*, dici tamen debebant in prioribus non modò *Communicantes*, sed etiam Præfatio de Nativitate Domini, etiamsi alioqui propriam haberent Præfationem; in posterioribus verò (*nempe Missis de Requiem*) semper dici *Communicantes*

ces Commune, & Præfatio Communis, etiamsi infra hanc Octavam dicantur. At juxta dicta fol. 457. & dicenda de *Missis Votivis infrà P. III.* nunc prohibentur.

In II. Vesperis S. Thomæ Cantuariensis, quando Is non venit in Dominica, Antiphonæ, & Psalmi dic. Ritu Semidupl. de Nativitate Domini, ùt in 2. Vesperis Festi, à Capitulo verò, nisi sequens dies sit Sabbatum, dicuntur in Ecclesia universali de *Dominica infra Octavam Nativitatis*, ùt ibi, & suprà P. I. Tit. *De Dominica infra Octavam Nativitatis*, cum Commemoratione S. Thomæ Cantuariens. & quatuor Octavarum ùt ibidem. *Color Albus.* Quòd si verò sequens dies sit Sabbatum, tunc à Capitulo non dicuntur de *Dominica infra Octavam*, sed in Ecclesia universali non modò Antiphonæ & Psalmi (*Ritu* tamen solummodo *Semiduplici*) sed etiam Capitulum, ac reliqua dicuntur tunc ùt in secundis Vesperis Nativitatis Domini, etiam ipsa Oratio *Concede, quæsumus*, cui subjungitur Commemoratio de S. Thoma Cantuariens: deinde 3. Octavarum S. Stephani, S. Joannis, & Ss. Innocentium M. M. ùt ibi, & in 2. Vesperis horum Festorum. *Col. Alb.* Vide dicta superiùs *P. I. Tit. de Dominica infra Octavam Nativitatis.*

Ubi S. *Thomas Cantuarienſis* est *Patronus Titularis Ecclesiæ*, ibi *Vespera hodiernæ* (etiam cùm Festum illius incidit in *Dominicam*, vel *Festum*) dicuntur quidem usque ad Capitulum (*Ritu* tamen *duplici*, hoc est, duplicando, seu integrè ante, & post Psalmos dicendo *Antiphonas*) ut in 2. Vesperis Festi Nativitatis, à Capitulo verò dicuntur item pariter *duplici* de S. Thoma Cantuarien. ùt in II. Vesperis un. Mem. cum propria tamen Oratione; ac subjungitur Commemoratio *Dominica infra Octavam Nativitatis*, de qua (nisi cras sit Sabbatum) sequenti, seu crastino die fiet Officium; post Commemorationem verò *Dominica infra Octavam Nativitatis* fit etiam Commemoratio de *Octava Nativitatis*, non item de 3. reliquis Octavis, nempe Ss. Stephani, Joannis, ac Ss. Innocentium in ejusmodi loco per Rubr. Gen. IX. *n.* 4. Si autem Dies crastina sit Sabbatum, tunc ibi, ubi S. Thomas Cantuariensis est Patronus Titularis Ecclesiæ, in Vesperis hodiernis, dictô modô de S. Thoma à Capitulo dicendis fiet Commemoratio soliusOctavæ Nativ. ùt in secundis Vesperis Festi Nativ. *Col. Rub.*

Ubi Festum S. Thomæ Cantuariensis occurrens in Dominica est tantùm duplex per annum, ibi die sequenti fit Officium de die infra Octavam Nativitatis Domini, ùt ibi & suprà P. I.

30. Quando Festum S. Thomæ Can-

Cantuarienſ. venit in Dominica, tunc juxta heri dicta in Eccleſia univerſali transfertur in hodiernam feriam II. quâ fit de illo uſque ad Veſperas hodiernum Officium, & Miſſa, modò heſterna die declarato, cum Commemoratione 4. Octavarum: in ſecundis autem Veſperis S. Thomæ hodie celebrati dicuntur nunc Antiphonæ, ac Pſalmi de Nativitate *Ritu duplici*, Capitulum verò, & alia deinceps eôdem Ritu duplici de S. Silveſtro Pap. ac Confeſſor. ùt in 1. Veſperis de Communi Confeſſor. Pontif. Orat: *Da, quæsumus &c.* ex eodem Communi hoc loco; eique ſubjungitur Commemoratio de S. Thoma Cantuarienſ. & 4. Octavis, ùt in Breviario *Dominica infra Octavam Nativitatis. Col. Alb.*

Quando verò Feſtum S. Thomæ Cantuarienſ. non venit in *Dominica*, tunc die proximo poſt ejus Feſtum, nempe hodie (dummodo non ſit *Sabbatum*) fit in Eccleſia univerſali Officium, & Miſſa de *Dominica infra Octavam Nativitat: Dominâ*, ùt in Proprio de Tempore *Dominicâ infra Octav. Nativitatis*, ùt ſupra P. I. *Titulô eôdem*, cum Commemoratione S. Thomæ Cant. in 1. Veſperis, & 4. Octavarum in ijsdem, & hodiernis Laudibus, ùt ibi in Breviario. *Col. Alb.* Dixi autem: *Dummodo hodie non ſit Sabbatum*; nam ſi dies proxima poſt Feſtum S. Thomæ Cantuarienſis, nempe hodierna, fuerit *Sabbatum*, tunc hodie Officium, & Miſſa non dicuntur de *Dominica infra Octavam Nativitatis*, ſed de *currente Octava Nativitatis*, dicendo omnia utì in Rubrica gemina (ad finem Officij *Dominicæ infra Octavam Nativitatis Domini* in Breviario Romano extante) præſcribitur; juxta quam in eo Caſu (quô nempe dies proxima poſt Feſtum S. Thomæ Cantuarienſis, nempe hodierna, eſt *Sabbatum*) Officium hodiernæ diei fit de *Die infra Octavam Nativitatis* in hunc modùm: In II. Veſperis S. Thomæ Cantuarienſis (nempe heſternis) omnia dicuntur ſicut in 2. Veſperis Nativitatis Domini (niſi quòd Antiphonæ non duplicentur) etiam Capitulum, Verſus, Antiphona ad *Magnificat*, & Oratio: poſt Orationem verò (quæ, ùt dixi, dicitur ùt in Feſto Nativitatis) fit Commemoratio S. Thomæ Cantuarienſ. dein S. Stephani, & reliquarum duarum Octavarum, ex 2. earum Veſperis, ùt in Breviario Romano poſt Orationem *Dominica infra Octav. Nativitat: in 1. ejus Veſperis* ſingulæ notantur. Ad *Matutinum* tunc hodie pariter omnia dicuntur (*attamen ſub Ritu ſemiduplici*) ùt in die Nativitatis Domini, præter Lectiones, quæ in I. & II. Nocturno dicuntur ùt in Dominica infra Octavam Nativitatis, unà cum ſuis Reſpon-

sponsorijs, ùt in eadem Dominica : in III. autem Nocturno dicuntur tunc Lectiones de Homil. S. Ambrosij in Evangel. *Pastores loquebantur ad invicem &c*, quæ extant in Breviario immediatè ante Festum S. Silvestri, unà cum suis Responsorijs, quæ pariter dicuntur, ùt ibi. Ad *Laudes* (inquibus fit Commemoratio de S. Stephano, & reliquis Octavis, utì notatur in Breviar: post 9. Lectionem Festi S. Thomæ Cantuarienſis) *Ritu* itidem *semiduplici* dicendas, nec non ad *Horas minores* omnia dicuntur utì in Festo Nativitatis Christi : *Missa* (quæ in tali casu dicitur de Octava currente Nativitatis Domini) prout notatur in Missali Romano post Dominicam infra Octav. Nativit. Domini, ac incipit : *Puer natus est nobis &c*, cum *Glor. Cred.* Commemoratione Octavæ S. Stephani, S. Joannis Apostol. & Ss. Innocent MM. Præfat. & *Communicantes* de Nativit. Domini. *Col. Alb.* Ad Vesperas verò hodiernas quod attinet, dicuntur quidem illæ tunc pariter usque ad Capitulum de Nativitate Domini ùt in II. Vesperis Festi, & quidem sub Ritu duplici : à Capitulo autem de S. Silvestro, ùt ibi, at post Orationem de S. Silvestro ante Commemorationem Omnium quatuor Octavarum fit Commemoratio de *Dominica infra Octavam Nativitatis*, ùt ibi in primis Vesperis ejusdem per Antiphonam : *Dum medium* &c. Vers. *Verbum Caro factum* &c. Oration: *Omnipotens sempiterne Deus &c*, & postea primum de 4. Octavis, ùt ibidem, & suprà P. I. T. de *Dominicam infra Octava Nativitatis Domini.*

Quòd si totâ *Octava Nativitatis* (ùt in quibusdam Ecclesijs, Teste Gavanto & Arnaudo, accidit) sit impedita *Festis duplicibus* tunc de *Dominica infra Octavam Nativitatis*, ne ejus Officium in tali casu eo omnino pereat, faciendo de Commemoratio in *Officio* & *Missa* Festi occurrentis eo omnino die, quô de eadem Dominicâ fit Officium vel Commemoratio in Ecclesia universali, ad eundem modum, quo fit, cum v. g. Festum S. Silvestri incidit in Dominicam.

Ubi sequens Festum S. Silvestri est *Titulus Ecclesiæ*, & consequenter est *duplex* I. *Classis*, ibi in hodiernis Vesperis dicuntur quidem Antiphonæ, & Psalmi sub Ritu duplici usque ad Capitulum de Nativitate Domini, ùt in secundis Vesperis Festi : à Capitulo verò, itidem sub Ritu duplici, de S. Silvestro Papa & Confessor. ùt supra; attamen de ijs fit tantum Commemoratio de Octava Nativitatis, nisi id Festum veniat in *Dominica*; tunc enim ante Commemorationem de *Octava Nativitatis* fit in hodiernis Vesperis prima Commemoratio de Dominica infra

fra Octavam Nativitatis, modò pau-
ò superiùs relatò, secunda verò de
Octava Nativitat. ùt in Festo : de alijs
autem 3. Octavis nec hodie, nec cras
fi in tali Ecclesia Commemoratio
per Rubric. Gener. sæpe sæpius jam
llegatam. *Col. Alb.*

31. S. SILVESTRI Pap. & Conf.
uppl. min. in Ecclesia universali.
Col. Alb. Officium ùt in Commu-
ni Conf. Pontif. præter Lectiones,
quæ in I. Nocturno in Ecclesia uni-
versali sunt de Epistola ad Roma-
os, cujus Initium si alicubi posi-
im nondum fuisset, hac Nocte es-
et ponendum. In II. Noct. utì
notantur in proprio loco in Propr.
de Temp. In III. Noct. de Homil.
in Evang. *Sint lumbi &c*, ùt in Com-
muni Conf. Non-Pontif. 1. locò :
a Responsoria sumuntur de Com-
muni Conf. Pontif. Quòd si oc-
curat hoc Festum in *Dominica*, dic.
de ea nona Lectio cum Commemo-
ratione ejusdem in 1. Vesperis (ùt
heri annoratum) ac hodiernis *Lau-
dibus*, & quidem utrobique ante
Commemorationem Omnium qua-
tor Octavarum, de quibus post
em fit pariter Commemoratio in
Ecclesia universali.

Missa, utì notatur in Propr.
de Temp. ante Festum Circumci-
sionis Domini, dicitúrque in ea *Glor.*
& Cr. cum Comem. quat. Octavar. ùt
hìc, quarum Omnium Commemo-
rationi præmittitur etiam Comme-
moratio *Dominicæ infra Octavam Na-
tivitatis*, ex Missa : *Dum medium Si-
lentium &c*, quando Festum hodier-
num S. Silvestri venit in *Dominica*;
& de eadem *Dominica infra Octavam
Nativitat.* tunc etiam in Missa ho-
dierna Festiva legitur ultimum E-
vangelium : *Erat Joseph, & MARIA
&c*, Præf. & *Communicantes* de Nati-
vitate Domini. *Col. Alb.*

Vesperæ hodiernæ in Ecclesia
universali dicuntur sub Ritu *duplici*
2. *Classis* de Festo crastino Circumcisio-
nis, quod simul est *Dies Octava Na-
tivitatis Domini*, dicendo Psalmos,
ùt in Officio parvo B. V. M. Anti-
phonas autem, & reliqua, prout
notantur in proprio loco : & in ijs-
dem Vesperis in Ecclesia universali
non fit aliqua Commemoratio, e-
tiamsi hodie vel cras occurrat aliqua
Dominica, & etiamsi Festum hodier-
num S. Silvestri sit Festum *duplex*,
adeoque juxta *Tabulam Concurrentiæ*,
& *Rubric. General IX. de Commemor.
n. 6. init.* exigere videatur sui Com-
memorationem, quando in Vesperis,
respectu sui secundis, Concurrit cum
sequenti Festo *duplici* 2. *Classis*; quia
in citata Rubrica expressè additur :
Nisi aliter in proprijs locis notetur, prout
hîc contingit, nec tamen propterea
in allegata Rubrica Generali (per-
mittente in Festis ibi nominatis Com-
memorationem de duplici præceden-
te in 1. eorum Vesperis) gratis poni-
tur etiam *Festum Circumcisionis*; etiam-

si enim hoc per Rubricam in proprio loco extantem excludat Commemorationem *duplicis minoris* hodie celebrati (quale in Ecclesia universali est Festum S. Silvestri) non tamen perinde excluderet Commemorationem Festi duplicis 2. Classis, si tale alicubi hodie occurreret, aut tale alicubi esset S. Silvester. *C. A.*

Porrò ubi S. Silvester est *Titulus Ecclesiæ*, ibi est duplex 1. *Classis*, admittens in Laudibus, & Missa Commemorationem solummodo de *Die infra Octavam Nativitatis Christi*, non autem de *Die infra Octavam SS. Stephani, Joannis, & Innocentium.* Quòd si tamen in tali loco occurrat in *Dominica*, tunc ante Commemorationem de currente *Octava Nativitatis*, facienda est etiam in tali Ecclesia in *Laudibus*, ac *Missa* Commemoratio de *Dominica infra Octavam Nativitatis* hodie occurrente, ùt ibi, & de eadem *Dominica* dicenda etiam 9. Lectio in hodierno *Officio*, ac ultimum Evangelium : *Erat Joseph, & MARIA &c* (ex Missa : *Dum medium &c*) in *Missa* hodierni Festi. In II. autem Vesperis S. Silvestri (ubi Is est Patronus Titularis) non ampliùs habent locum Antiph. : *Tecum Principium &c*, utpote jam terminatæ in 1. Vesperis ejusdem, ùt notat Gavantus, consequenter sumendæ in ijs erunt de *Communi* Conf. Pontif. ac Vesperæ II. integræ ibi dicendæ de S. Silvestro, ùt in 2. Vesperis Conf. Pontif. cum Commemorat. solius *Festi Circumcisionis*, ùt ibi in 1. hujus Vesperis, non autem *Octavarum*, nec etiam Dominicæ hodie, aut cras occurrentis. Col. Ab. Tametsi verò S. Silvester (idem est juxta superiùs dicta de S. *Thoma Cantuariensi*) ibi, ubi est Titulus Ecclesiæ, sit *duplex* 1. *Classis*, habeatque omnia reliqua privilegia Patroni Titularis, non potest tamen etiam in tali Ecclesia is celebrari *cum Octava*; quia (ùt suprà ex Gav. notavi) post ultimam Breviarij Rom. Recognitionem quibuscunque *Particularium Ecclesiarum Festis* denegantur *Octavæ omnes* à die 17. Decembris usque ad Festum Epiphaniæ, prout habetur in Rubr. nova *Generali VII. de Octav. n. 1. fin.*

OFFICIA. Sanctorum, quæ alicubi supersunt de Mense Decembris transferuntur in annum sequentem. Ità decrevisse fertur S. R. C. de anno 1680. 7. Decembris.

Alicubi hodie post Vesperas fit Thurificatio Domorum, Ritu ac Modô in approbatis Ritualibus Diœcesianis descriptô : in nostro Rituali Brixinensi extat is P. II. c. 20. pag. 241. Atque hæc hactenus de Modo ac Ritu *Festa* ac *Profesta*, diversimode per anni decursum diversis Temporibus ac locis respectivè *Occurrentia* & *Concurrentia*, celebrandi.

Quòd si aliqua illorum successa Temporis obtentura sint de Sedis Apostolicæ *Indulto*, aut etiam *Præcepto* Ritum ab eo, quem modò habent, di-

diversum, adeoque ex *Festis* v. g. *simplicibus*, ovasura sint Festa *Semiduplicia*, aut ex Festis *Semiduplicibus* Festa *duplicia*, aut ex *Festis* ad *libitum* Festa de *Precepto &c*, aliámve subitura mutationem, tunc eo proportionaliter modô ordinanda erunt eorum *Officia*, ac *Missæ*, quô alia ejusdem Ritûs, aut Classis Festa in Ecclesia universali in similicum alijs Festis *occurrentia*, vel *concurrentia* ordinantur in hoc Ephemerologio. Idem est de Festis, quæ tantùm in aliqua *Diœcesi*, *Provinciáve*, aut *quocumque* alio *loco*, vel *Ecclesia particulari*, non item in *Ecclesia universali*, aut quidem etiam in *ista*, attamen sub *alio*, seu *inferiore Ritu*, quàm in ejusmodi *Diœcesi*, *Provincia*, aut *loco particulari*, celebrantur; nam etiam horum *particularium Festorum* Officia & Missæ eadem proportionaliter modô in ejusmodi locis sunt ordinanda, quô ordinantur in hoc Ephemerologio illorum Festorum Officia, & Missæ in simili occurrentia, ac concurrentia, quæ eumdem cum Festis ejusmodi *particularium locorum* Ritum habent. Idem denique est de Festis, quæ tum in *Ecclesia universali*, tum etiam in alijs *Particularibus Ecclesijs* Successu Temporis omnino de novo, sub *quocumque* eumdem *Ritu*, ultra jam celebrari solita accedent : nam & istorum *Officia*, ac *Missæ* in quacunque *Occurrentia* & *Concurrentia* ad Normam similium in hoc Ephemerologio contentorum, & eumdem habentium Ritum, in simili *Occurrentia*, & *Concurrentia* erunt ordinanda : id quod in gratiam tum eorum, qui vel suarum *Diœceseon*, vel aliarum *particularium Ecclesiarum* Directoria quotannis concinnant, aut etiam typis mandant, tum quoque illorum, qui Ephemerologium, seu Directorium hoc universale forsan de novo aliquando typis subijcere, eique *Festa de novo* accedentia, vel *diversum* ab eo, quem hactenus habuerunt, sortita aut sortitura *Ritum* superaddere volent, annotandum existimavi : exinde enim utrisque facile erit juxta suorum locorum, ac Temporum Exigentiam ejusmodi Festorum *Officia*, & *Missas* in hac vel illa *Occurrentia*, ac *Concurrentia* ordinare, & ubi *nova* hujus Ephemerologij parabitur *Editio*, huic omnia suis locis ad normam præcedentium, necnon juxta Rubricarum leges inserere : interim verò eorum, quæ successu Temporis de novo accedent, inprimi aliquod poterit in eadem, quâ hoc Ephemerologium, formâ Supplementum, ad eum proportionaliter modum, quô Breviarijs, ac Missalibus antecedenter impressis, antequam eorum prioraExemplaria integrè fuerint distracta, ac de novo edantur, addi solent *novorum Festorum*, aut *Officiorum* Supplementa; nisi fortè locô hujusmodi *Supplementi*, usque dum de novo Ephemerologium imprimatur, placeat solummodo *ultimum* Partis III. hujus Ephemerologij *Titulum* (continen-

nentem *Miscellanea Rubricistica ordine Alphabetico digesta*) interim prælo subjicere, eidémque ea suis locis inserere, quæ de novo accesserint, addita in fine Admonitione ad Lectorem, quòd ibi sint inveniẽda, ac suo tempore (ubi scilicet de novo *Ephemerologium* impressum fuerit) inde ad suos *proprios Titulos* sint transferenda.

Quoniam autem observavi, annos subin sat multos abijsse, antequã quarumdam Diœceseon, ac locorũ *particularium* Directorijs insererentur quædam *Festa*, quæ diu antè Apostolicæ Sedis Auctoritate vel *de novo* sunt addita *Festis* alijs de *Præcepto*, aut ad *Libitum* in Breviario, ac Missali Roman: vel *novis* respectivè Officijs, ac Missis, vel denique *novô*, aut *altiore* successivè Ritu sunt donata, idque solius debitæ Notitiæ defectu evenisse, ideo hujus quoque Notitiæ sat facilem sibi comparandæ modum hîc ijs à me suggerendum, quorum id nôsse interest, putavi, est autem iste: Paginæ 1. Directorij Romani, pro universalis Ecclesiæ Directione quotannis Romæ imprimi Soliti, præfigitur brevis Tabella, continens omnia ac sola ea *Officia*, tam de *Præcepto*, quàm ad *libitum*, quæ à recentioribus Pontificibus, nempe à Tempore Clement. IX. (creati 1667. 20. Jun.) usque ad modò sedentem Pontificem Maximum Clement. XI. inclusivè, de novo sunt Concessa, aut in præsenti conceduntur, simúlque singulis adscriptum Ritum, quem singula eorum modò habent in Ecclesia universali: hujus igitur Tabulæ Exemplar descriptum, aut ipsumme Directorium Roman. (post cujus Titulum impressa extat illa Tabella) per Agentes, ut vocant, seu Procuratores suarum *Diœceseon*, vel *Ordinum* si suprà dicti sibi Româ transmitti curent, primo statim intuitu deprehendent *primô*: An Festis hactenus *celebratis* aliqua de *novo*, seu de *Præcepto*, seu ad *libitum* sint addita? *Secundò*: An aliquod, vel aliqua ex hactenus celebratis *alium* obtinuerint Ritum, quàm hucusque habuerunt, nec nec? nam si Tabula, præfixa Directorio Romano noviter impresso, concordat cum Tabula Directorij impressi annô præcedente, tunc signum est, nihil esse *additum*, vel *mutatum*; secùs autem si in aliquo, vel aliquibus invicem discordent.

Per eosdem Agentes, seu Procuratores est quoque procuranda Notitia, an aliquod Festum (ùt interdum contingit) *propriam Orationem*, aut *Missam*, vel *alias*, aut *plures*, quàm hactenus, obtinuerit propr. Lect. & similia. Quia verò non omnibus de Clero privatis præsertim, comparandi sibi Prædictorum Notitiam *Modus*, paulò antè à me insinuatus, videtur esse satìs accommodatus, vel etiam opportunus, ideo curabit Is, cujus *Sumptibus* ac *Typis* in lucem prodit Ephemer. hoc Rubricist. Ecclesiasticum, ut, si quid deinceps de novo

Rem

tem Rubricisticam quomodolibet concernens Romæ publicatum fuerit, ipse tempestivè resciat, & cum Superiorum Licentiâ in eum quoque finem id imprimat (in eadem, quâ hoc Ephemerologium, forma) at tam venditio, quàm vendendis dictionis primæ hujus *Ephemerologij* exemplaribus per modum *Supplementi*, aut *Appendicis* superaddi ac adnici possit, usque dum nova ejusdem hujus Libri repetatur Editio, atque tunc omnia *Suis* inserantur *Locis*, ac *Titulis* (vel certè horum *ultimo*, si ad alium revocari non possint) aut etiam separatim pro Libitu queant asservari. Quisquis igitur *Lectorum* est avidus pernoscendi: *An*, & *Quid* ulteriùs de novo circa *Rem* Rubricisticam à S. Sede Apostolica, aut Sacror. Rit. Congreg. in publicum emanârit (seu per modum *Præcepti*, seu *Prohibitionis*) ad circa *Initium* aut *finem* cujuslibet anni ex eo poterit (nisi aliunde jam innotuerit) intelligere, cujus sumptu ac *Typis* impressum est hoc Ephemerologium, atque etiam ejusdem (Volente DEO) Supplementa pariter imprimentur.

Addenda suis locis II. Parti Ephemerologij Ecclesiastico-Rubricistici.

Pagin. 91. *Column.* 2. *lin.* 11. *post Verba* Dominicam in Albis, *addatur*: Vel aliam Festo 9. Lectionum non impeditam.

Pag. 93. *Col.* 2. *lin.* 25. *post* constat: *addendum*: Quibus adde Decretũ Generale S.R.C. de anno 1716. 12. Sept. à S.D.N. Clemente XI. *approbatum*, *ejúsque auctoritate Die* 27. *ejusdem Mensis ac anni publicatum, quod ità sonat*:

CUM Festum Sanctissimæ Annuntiationis sequenti Anno 1717. incidat in feriam V. Majoris Hebdomadæ, ideoque à nonnullis quæsitum fuerit, an Præceptum audiendi Missam, & vacandi ab operibus Servilibus ad Diem, in qua ejus Officium celebrari debet, sit transferendum; an verò servandum sit in ipsâ feriâ V. Majoris Hebdomadæ, & per Locorum Ordinarios providendum, ut eo die aliquæ Missæ privatæ ante Conventualem pro Præcepti adimplemento celebrentur, prout in Camerinen. & pro Ecclesijs Almæ Urbis mandatum fuit XX. Martij 1660. Sacra eadem Rituum Congregatio, re maturè discussâ, censuit, Præceptum audiendi Missam, & abstinendi à Servilibus non esse transferendum, sed omnino servandum esse in prædicta feria V. Majoris Hebdomadæ, adeoque per Ordinarios Locorum providendum, ut eo die pro Civitatum, & Pagorum qualitate, ac Christi fidelium in ijs degentium numero plures Missæ privatæ ante celebrationem Missæ Conventualis

" lis pro Præcepti adimplemento
" celebrandæ non desint, sed tamen
" propterea antiquus mos Commu-
" nionis Cleri in Missâ Solemni e-
" jus Diei, quo Ecclesia Sanctissimi
" Eucharistiæ Sacramenti institutio-
" nem, & memoriam recolit, sum-
" mâ Religione hactenus observa-
" tus, nullo modo omittatur; Et i-
" tà declaravit, ac Decretum hujus-
" modi publicari, & imprimi man-
" davit, si Sanctissimo Domino No-
" stro visum fuerit. Die 12. Se-
" ptembris 1716.
" *Factáque per me Secretarium de pra-*
" *dictis eidem Sanctissimo D. N. rela-*
" *tione, Sanctitas Sua benignè annuit.*
" *Die 27. ejusdem mensis, & anni*
" 1716. *&c.*

Pag. 150. *col.* 1. *post Lineam* 5. *addantur ab initio sequentia* : 23. In Societate JESU, uti & in Oppido de Foncovverte Narbonensis Diœcesis, necnon in Pago Laloveſci Viennensis Diœcesis in Delphinatu, ac CivitateAnicienſi ab omnibus utriusque sexus Fidelibus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, dicuntur ex *Indulto Sanctiſſ. D. N. Clementis XI. Pontif. Max.* hodiernæ Vesp. & craſtinum *Offic. unà cum Missa* (respective) sub Ritu duplici majore, & Col. Alb. de *B. Joanne Francisco Regis* Confeſſ. non Pontif. è Soc. JESU, nisi ob occurrentem Octavam privilegiatam Pentecoſtes, aut ob occurrens Festum mobile altioris classis (*v. g. Pentecostes, aut SS. Trinitatis*) ejus Officium ac Festum transferendum. Celebratur autem sequentem in modum : In Offic. omnia dicuntur de Communi Confessor. NonPontif. (cum mutatione tertij Versus in Hymno : *Ipse Confessor*) præter Orationem, quæ est propria, & à Sac. Rit. Congregatione approbata. Lectiones I. Nocturni sunt : *Justus si morte &c.* Nocturni : *Beati Joannis Francisci* III. Nocturni : *Sint lumbi &c.* eadem Communi primò locò. Missa : *Os Justi*, de Commun. Conf. Non-Pontif. cum *Gloria* sine *Credo*, nisi adsint Reliquiæ insignes, aut celebretur in Dominica. Possunt tamen etiam quicunque externi Sacerdores in Ecclesijs Societatis JESU eandem Missam dicere juxta Decretum Suæ Sanctit. Clementis *de Beatificatione* Ven. hujus Servi DEI *die* 9. *Maij* 1716. *Quem posita* ejusdem Mensis ac Anni Ritu quàm solemni, *Romæ in Basilica Principum Apostolor.* vaticana Beatum declaravit, uti videre est in Relatione Italicè Impressa Romæ.

Pag. ead. 150. *Col.* 1. *post Lineam* 27. *addantur ab initio sequentia* : In Societate JESU, & Locis à præcedente commemoratis celebratur hodie (nisi sit transferendum) Ritu ac Modò heri declarato Festum B. Joann. Francisci Regis

Conf.

Conf. Non-pontific. cum Commemoratione Dominicæ (*si quæ hodie fuerat*) in 1. & 2. Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non de eadem Dominica occurrente nona Lectione *in Officio*, & ultimo Evangelio *in Missa* : in II. verò Vesperis fit Commemoratio (attamen post Commemorationem de *Dominica*, si quæ hodie forsan occurrat) de Festo semiduplici subsequente, nec non de S. Urbano Pap. ac Mart. Col. Alb. At nota simul paulò antè dicta hac die 24. Maij.

Pag. 315. *Col.* 2. *post lin.* 9. *addenda sunt sequentia* : At ex Decreto Sanctiss. D. N. CLEMENTIS Pap. XI. *anno* 1716. *die* 3. *Octobr.* Officium & Missam SS. Rosarij ad universalem Ecclesiam, ob relatam die V. Augusti in Festo Dedicationis B. V. ad Nives ab Exercitu Augustissimi CAROLI VI. in Imperatorem electi Romanor: Regis, de innumeris Turcarum Copijs in Hungaria Victoriam extendentis, ubique deinceps sub Ritu dupl. maj. *Officio* ac *Missâ* celebranda *est Dominicâ I. Octobr.* ab omnibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, Solennitas SS. Rosarij, uti in Dedicatione S. MARIÆ ad Nives 5. Augusti, ac proprio locò, cum 9. Lectione, & Commemoratione de Dominica in Laudibus, Vesperis, ac Missâ, & cum ultimo de eadem Dominica in hoc Evangelio. *Oratio propria. In Missa Gloria & Cred. Præf. de B. V. &c.* Col. Alb. Porrò

Decretum, de mandato Suæ Sanctitatis *super celebranda ubique deinceps prædicta Solemnitate* editum, ita sonat:

CUM aliàs fel. rec. Gregorius „ PP. XIII. attentè considerans „ celebrem Victoriam, quam Christianorum Classis in virtute Domini „ DEI Sabaoth decertans, sub San. mem. „ Pio PP. V. ejus Prædecessore, non longè à Corinthiaco Sinu, die VII. Octobris M. D. LXXI. quæ eo anno prima „ Dominica ejusdem Octobris fuerat, de „ Classe Turcarum, numero licèt longè „ superiore, & præteritis elatâ Victoriâ „ mirabiliter reportaverat, eadem plane „ die contigisse, qua Sodalitates omnes „ sub' Invocatione Sanctissimi Rosarij „ (quod etiam Psalterium Beatissimæ Virginis MARIÆ nuncupatur) per universum Terrarum Orbem erectæ, juxta „ earum lauda biliter institutas consuetudine processionaliter incedentes, devotas ad Deum preces effudisse comperum erat, adeoque piè credi poterat, „ preces hujusmodi per intercess. SS. Virginis ad dictam Victoriam consequendam plurimùm profuisse; ad jllius memoriam perpetuò conservandam, agendásque eo nomine omnipotenti DEO, „ ejúsque gloriosissimæ Genitrici perennes gratias, per suas literas die primâ „ Aprilis 1573. expeditas decreverit, ut „ ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus qualibet primâ die Dominicâ „ Mensis Octobris per universi Orbis partes, in ijs videlicet Ecclesijs, in quibus „ Altare, vel Capella ejusdem Rosarij foret, ab omnibus, & singulis utriusque Sexûs Christifidelibus festum solenne sub „ nuncupatione Rosarij hujusmodi dupli-

„ ci

ci majori Officio, ad instar aliarum solemnium Festivitatum celebraretur, & Sanctificaretur, eâque die Officium de eadem Beatissima Virgine novem Lectionum more Ecclesiastico persolveretur, & recitaretur. Subinde verò rec. mem. Clemens PP. X. ad pias, devotásque preces clar. mem. MARIÆ, dum vixit, Hispaniarum Reginæ Catholicæ, tunc Viduæ, per similes suas in forma Brevis literas die 16. Sept. 1671. expediras indulserit, ut festum solemne Rosarij à memorato Gregorio XIII. sicut præmittitur, institutum. ab omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, tam sæcularibus, quàm Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, in omnibus Ecclesijs Hispaniarum, aliorúmque Regnorum, Provinciarum, ac Dominiorum Regi Catholico subjectorum, etiamsi in dictis Ecclesijs non adesset Altare, seu Capella ejusdem Rosarij, celebraretur cum Officio, ac Missâ proprijs, & alijs, prout in ambabus Apostelicis literis supràdictis uberiùs continetur: ac successivè ejusmodi Indultum diversis temporibus à S. R. C. ad plures tam intra, quàm extra Italiam Provinc: Ditiones, Civitates, Diœces: pari modo extensum fuerit. Cúmque postea eadem Cong. ad enixas clar: etiam mem: Leopoldi, dum vixit, Roman. Reg. in Imp. electi, humilésq; P. F. Antonini Cloche Ord. Prædicator. Magistri Gen. Supplicat. piæ mem. Innocentio Papæ XII. porrectas, & ab illo ad dictam Congr. remissas, in eáque ab Eminent. & Rev. mo Dom. Card. Barbarino relat. Offic. & Miss. SS. Rosarij hujusm. die ipsius festo ad univ. Eccl. absq; ulla restrictione extendi posse censuerit, si ita eidem Innoc. XII. placuisset; verùm hujus Decreti relatio dicto Innoc. XII. ob superventam ejus infirmitatem, ac deinde secutum obitum fieri nequiverit: Sanctiss. autem D. N. Clemens Papa XI. ejus Successor quemcumq; hac in re resolution. hucusq; distulerit: noviss. Sanct. sua animadvertens nuperam insignem Victor ab Exerc. Augustiss. Caroli VI. similiter Rom. Reg. in Imper. elect. de innumeris Turc. Copijs in Hung. relatam V. Aug. proximè præcepti, hoc, est, Festo Dedic. S. Mariæ ad Nivem eo fermè temp. quo Confratres Sodalit. Rosar. publicam Process. in hâc Almâ Urbe, magno Populi concursu, Devotè peragentes, pias ad Deum preces pro Tutar. depressione effundebant, atq; ad id validiss. Deiparæ Virg. Patroc. in Anticristian. humiliter implorabant, obtentum fuisse; nec non insuper perpendens Civ. & Arcem Corcyrensē paulò pòst, videlicet in Oct. Festi Assumpt. Sanctiss. Virg. prædictæ ab im̄anissima eorum d. Turcar. oppugnatione feliciter liberatam fuisse, adeoq; non tantū præclara hæc beneficia ejusd. Deiparæ, ut piè credendum est, intercessione Nobis à Dno collata fuisse, verùm etiam sub illius præsidio (præsertim Christi fidel. Rosar. prædictam jam adhortationes, dudùm jussu Sanctiss. Sæpe factas quotidie ac devotè recitare pugnantibus) feliciores in dies eventus Christi armis sperari meritò posse: ut corda Fidel. erga ipsam Gloriosiss. Virg. vehementiùs inflammentur, gratiarúmq; cælitus concessar. memoria nunquam extinguatur, Decr. Congr. prædictæ benignè approbavit, ac Offic. propr. sub ritu dupl. maj. nec non Miss. Rosar. die illius Festo nempe Dnicâ. 1. Oct. ab univers. Christi fid. qui ad Hor. Can. tenentur, singulis annis recitari, & respectivè celebrari ac in Breviar. & Missali Rom. apponi mandavit. Die 3. Octobris, 1716. &c.

Finis Partis Secundæ.

Corrigenda & Addenda in II. Parte.

Pagina.	Columna.	Linea.	
5.	2.	24.	post Verba *adoraverunt eum* adde *Gavant. To. 2. ſ. 10. c. 2. n. 4.*
17.	1.	32.	pro 1663. lege 1693.
ibid.	2.	3.	pro 19. lege 18.
25.	1.	7.	pro *quod* lege *quot*
26.	1.	34.	post Parentheſin adde : *cum Commemoratione præcedentis.*
34.	1.	26.	post *ſine* dele 9.
ibid.	ibid.		pro cuſtode *ex* ponendus cuſtos *Se-*
35.	1.	1.	dele primum *ex*
40.	1.	4.	pro *tunc* lege *ſic*: (*ubi celebratur cum Octava*)
45.	2.	29.	post *transferri* fiat)
53.	2.	14.	post *dicuntur* adde : *in Laudibus*
61.	1.	ult.	pro *quo* lege *quot-*
ibid.	2.	22.	post *Dominica* adde : *nec de Octava, aut die infra Octavam;*
62.	1.	14.	post *Privilegiata*, adde *aut de Octava*,
ibid.	2.	1.	post *Lectionem* adde : (*extra Dominicam*)
64.	1.	12.	post *translato* adde : *nec de Octava,*
ibid.	2.	16.	pro *Feſtim* lege *Teſtim:*
73.	2.	32.	post *Lib.* 4. pro *Tom.* 8. lege *Tract.* 8.
74.	2.	5.	pro *Jejunium* lege *jejunandum*,
76.	2.	ult.	pro *pag.* 14. lege *pag.* 74.
84.	1.	21.	post *de* adde *SS. Apoſtolis, Evangeliſtis, ac*
ibid.	ibid.	24.	ante *Martyrum*, pone *Apoſtolorum*, ac
90.	2.	21.	pro *communiſſum* lege *communiſſimum.*
91.	2.	14.	post in *Albis*, adde *vel aliam non impeditam*;
106.	2.	32.	verbis *juxta Calendarium* præpone numerum 23.
108.	1.	5.	pro *licàt* lege *licèt*
116.	2.	7.	pro *Dominica* lege *Dominicam*
138.	1.	13.	pro *transfedus* lege *transferendus*
143.	2.	32.	post die 10. *Maij* locò commatis fiat)
149.	1.	29.	pro *Aib* lege *Alb.*
172.	2.	7.	pro *ſubſequente* lege *antecedente*
170.	1.	8.	pro 19. *hujus* lege 18. *hujus*
181.	2.	21.	pro *cæperis* lege *corporis*
223.	1.	5.	pro *Duplici* lege *Simplici*
228.	1.	24.	post vocem *rationes* dele *ídque*
ibid.	2.	1.	pro *Dupl. primi* lege *Dupl. primò*

)( )(Ad fol. ultimum P. II.)( )(

Pagina.	Columna.	Linea.	
229.	2.	19.	pro *Propio* lege *Proprio*
233.	1.	7.	post *color. vir.* adde *extra Octavam.*
ibid.	ibid.	12.	post *I.* adde *Noct.*
235.	2.	21.	& 22. pro *practicanda jam* lege *practicandam*
240.	1.	20.	pro *S. Spiritu* lege *S. Steph.* & in eadem, ac sequenti linea pro 3. *Ecclesiæ vel pro Pap.* lege: 3. *de S. Spiritu*
241.	1.	35.	post Parenthesin adde: *& de eodem in Laudibus ac Missa facienda Commemoratio,*
253.	2.	27.	pro *tale* lege *tali* (*Oratio, quæ non est*
278.	2.	6. & 7.	in Parenthesi pro *præter Orationem, quæ est* lege: *etiam*
281.	2.	11.	dele *non tantùm*
287. 290. 292. ac 314.			in Titulo Columnari pro *Tit. XI.* lege *Tit. IX.*
300.	2.	16.	ante vocem *Dominicæ* deleatur *&*
ibid.	ibid.	ibid.	post vocem *Laudibus* fiat comma
302.	1.	5.	pro *quarta* lege *quatuor*
306.	1.	33.	pro *non dicitur* lege *est de S. Thecla*
319.	1.	29.	pro *ac* lege *de*
322.	2.	35.	pro *ex accepta* lege *excepta*
325.	2.	16.	pro *de* lege *dic:*
328.	1.	8. & 9.	pro *Nocturno* lege *Nocturni*
340.	2.	33.	pro *Da* lege *De*
348.	2.	22.	pro *Missis* lege *Missa*
393.	2.	33.	pro 1. *Class.* lege 2. *Class.*
397.	1.	21.	omittatur: *seu ubi non est duplex, extra Advent.*
398.	2.	28.	pro *Suppositiarum* lege *Suppositittiarum*
400.	1.	2.	pro *die Obitûs* lege *diem Obitûs*
403.	2.	20. & 21.	pro *ocsucam* lege *occasum*
404.	1.	7.	pro *VIII.* lege *VII.*
406.	2.	penult.	pro 81. lege 18.
447.	2.	27.	pro 2. *Class.* lege 1. *Class.*
451.	2.	23.	pro 36. lege 361.
463.	1.	6.	loco commatis fiat)
ibid.	2.	28.	pro *Excelsijs* lege *Excelsis* (*Octava*
470.	2.	6.	pro *de Dominicam infra Octava,* lege *de Dominica infra*
477.	2.	17.	pro *victoriè* lege *victorijs*
ibid.	2.	19.	pro *omnei* lege *omnes* (*instituta & consuetudine*
ibid.	ibid.	24. & 25.	pro *laudabiliter institutas consuetudine* lege *laudabiliter*

PARS TERTIA,
CONTINENS
PARATHEMATA
EPHEMEROLOGIJ
ECCLESIASTICO-
RUBRICISTICI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

TITULUS I.

De Ritu, ac Modo Celebrandi Festa Patronorum Loci, nec non Titulum propriæ Ecclesiæ &c.

NOmine PATRONORUM hîc non intelliguntur illi, erga quos privato duntaxat Devotionis affectu, & non Communi toti alicui *Civitati*, aut Loco movemur; sed Patroni nomine hîc Rubricæ, harúmque Interpretes intelligunt illum, quem Episcopus una cum Populo sibi eligit Patronum; vel quia primus ejus Loci Episcopus fuit, vel quia ibi humatus, vel quia aliquando mirabiliter Populum juvit in magna necessitate, vel ob alias similes Causas, ut Gav. *Tom. II. S. 3. c. 12.* advertit, ubi etiam refert Decretum, super Electione Sanctorum in Patronos à Sacr. Rit. Congregatione de Ordine Ss. D. N. Urbani Papæ VIII. die 23. Martij 1630. emanatum: juxta quod deinceps in *Patronos* eligi ij solùm validè possunt, qui ab Ecclesia Titulô *Sanctorum* coluntur, adeoque sunt *Canonizati*, non autem *Beatificati* duntaxat, saltem per se loquendo, & secluso speciali Sedis Apostolicæ Indulto. Ratio 1. hujus Conditionis juxta Gavantum est; tum quia Beatificati non possunt esse *Titulares Ecclesiarum*, utpote quarum ædificatio conceditur tantùm in honorem *Canonizatorum* in Bulla Canonizationis: non ergo *Patroni* esse debent, utpote quorum Gradus nobilior est, quàm *Titularium*: tum quia Beatificatis dari solet à Sacr. Congreg. Rit. non aliud Officium (saltem regulariter) quàm duplex *majus per annum*, Patronis autem Officium duplex 1. *Classis*. Decretum tamen comprehendit etiam *Patronos minùs principales*, quos pariter decet esse *Sanctos* uni-

niversales, adeoque *Canonizatos*. Juxta idem Decretum, ut valida deinceps sit Patroni Electio, requiritur ulteriùs *secundò*, ut Electio Patroni civitatis fiat per Secreta Suffragia à Populo, mediante concilio Generali illius civitatis, vel Loci, non autem ab officialibus solùm; & ut insuper accedat consensus Episcopi, ac Cleri illius loci: idémque Servari quoque debet in eligendo *Patrono Regni*; qui pariter eligi debet per Secreta Suffragia à Populo Singularum Civitatum Provinciæ, ità, ùt Repræsentantibus Regnum, aut Civitatem, aut Provinciam, nulla competat facultas validè eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant ab illis Speciale mandatum; & ulteriùs consensum quoque Episcopi, ac Cleri dictarum Civitatum intervenire necesse est. Ratio 2. hujus Conditionis juxta cit. Gav. est; quia Populus eligere debet ob Beneficia à Sancto accepta, Clerus autem deinde consentire, ut postea Is colatur cum debito Officio, ac Missa. Tertiò denique, ut valida imposterum sit Patroni Electio, requiritur, ut caussæ Electionis *novorum* Patronorum faciendæ priùs in Sac. Congregat. deducantur, atque ab ea examinentur, & demum cognitâ Causâ ab eadem approbentur, ac Confirmentur, ídque ob eam Rationem, quam loc. cit. affert Gavantus. Nè autem Præmissorum ignorantia ullo unquam tempore possit allegari, a dem *Sac.* Rit. Congreg. Decretum suum, in Patronorum Electione inceps obsservandum, annuente D. N. imprimi mandavit, ac publicari, cum declaratione, Electiones Patronorum imposterum aliter actam ipso jure irritam fore.

Nomine verò Tituli Ecclesiæ hîc venit, sub cujus Invocatione (v. g. SS. Trinitatis, aut SS. Cordis Christi, aut *S.* Crucis, vel B. M. RIÆ, vel unius, aut plurium Sanctorum) ea est dedicata. Ex quo sequitur 1. Patronum Titularem Ecclesiæ per hoc differre à Patrono Loci, quà tali, quòd Patronus Loci sit Is, qui dictô modô in Patronum integræ alicujus Communitatis, puta Civitatis, aut Provinciæ &c, eligitur; Patronus Titularis Ecclesiæ verò sit ille Sanctus, à quo Titulus seu Ecclesia materialis, sub illius Invocatione Consecrata, suam Denominationem habet, quà v. g. ab illo denominatur *Ecclesia S. Michaelis* aut *S. Martini &c*, unde & Ecclesiæ olim *Tituli* dicebantur. *Inferitur* 2. *cundò*, Patronum Loci, & Patronum Titularem, seu propriæ Ecclesiæ, non modò non esse eumdem regulariter loquendo, sed quàm sæpissime diversum, esto Idem ipse qui est *Patronus Loci*, seu alicujus Totius Provinciæ, aut Diœcesis, aliquando sit simul *Patronus patriæ*

ro Ecclesiæ illius Provinciæ. Infertur 3. non modo *Patronum Loci*, & *Patronum Titularem propriæ Ecclesiæ* non esse inter se universaliter Convertibiles (cùm prior, ut dictum, sit is, a quo *denominatur* v. g. integra *Civitas*, aut *Diœcesis*, posterior verò is, a quo *denominatur* solummodo *Ecclesia aliqua particularis*, puta S. Bartholomæi &c) sed etiam Titulum Ecclesiæ esse Terminum minùs latè patentem, quàm sit *Patronus Titul.* hoc est, *propriæ Ecclesiæ Patronus*: dici enim quicunque *Sanctus Patronus Titularis*, seu *propriæ Ecclesiæ* dici queat, & ab ipsis quoque Rubricis dicatur *Titulus Templi*, non tamen vicissim omnis *Titulus Templi* rectè dicitur *Patronus Templi*, aut Eius *Patrocinium*: nam v. g. SS. Trinitas nonnullæ dicitur *Titulus Templi*, sub ejus invocatione in illius honorem consecrati; non tamen ea rectè diceretur *Patrona* ejusmodi *Ecclesiæ*, nec Festum illius rectè appellaretur *Festum Patrocinij* respectu Ecclesiæ in ejus honorem dedicatæ, sed appellandum est *Festum Titulare*, seu *Festum Tituli* talis Ecclesiæ. Idem est de Titulo S. *Salvatoris*, S. *Crucis* &c. à quorum illo rectè aliqua Ecclesia sub ejusmodi Tituli Invocatione consecrata, *Templum*, seu *Ecclesia S. Salvatoris*, ab hoc verò *Ecclesia S. Crucis* denominatur; & Illa in Festo v. g. Transfigurationis Domini, hæc verò in Festo Inventionis S. Crucis celebrare suum *Festum Titulare*, non autem rectè diceretur celebrare tunc *Festum* sui *Patrocinij*.

Infertur 4. Dari Patronos unius Civitatis, & simul unius Provinciæ, qualis Mediolanensis Provinciæ Decretô Provinciali est S. Ambrosius Ecclesiæ Doctor, ejus urbis ac Provinciæ olim Episcopus, modò autem utriusque *Patronus*. Dantur etiam plures Patroni *Loci*, ùt rectè colligit ex Rubrica Gener. I. *de Offic. dupl. n.* 1. Gavantus, ubi habentur hæc Verba: *In Festo Patroni unius, vel plurium alicujus Loci*: ex quibus tamen unum tantùm debere esse *principalem*, alios verò *minùs principales*, contendit idem Auctor, adducens in hujus suæ Sententiæ favorem *Rubr. Gen. VII. de Octav. n.* 1. Sed videtur dicendum cum P. Claudio La Croix *Tomul. IV. L.* 4. *n.* 1262. Quòd licèt ordinariè unus tantùm sit Principalis Patronus, possint tamen etiam esse plures: id quod apud eumdem expressè tradit Pasqualigus *de Sacrific. q.* 258. *n.* 5. & id ipsum non unius Diœceseos Praxis confirmat: nam in Nostra Diœcesi hac Brixinensi non modò SS. Ingenuinus, & Albuinus Episcopi, & Confessores 5. Februarij, sed etiam S. Cassianus Episcop. & Mart. 13. Augusti. tanquam *Patroni Principales* Diœcesani Officiô, ac Ritu duplici 1.

Classis celebrantur : & in Diœcesi Constantiensi non minùs S. Pelagius Martyr. 28. Aug. quàm S. Conradus Confess. & Pontif. 26. Nov. haberi pro Patrono Principali Diœcesano, & ut talis coli videtur : id quod ego ex eo colligo, quòd uterque ibi Officiô duplici 1. Classis, & insuper uterque cum Octava celebretur, qui Ritus Patronis *minùs principalib.* non convenit, uti manifestum est ex Breviario Romano, à quo *Patroni minus principales* in *Duplicium* duntaxat *majorum per annum* Catalogo ponuntur, uti illum (Tabellæ Occurrentiæ præfixum) inspicienti patebit. Unde non assequor, cur S. Pelagius à P. Gobat Tom. 1. Tr. 5. n. 628. incidenter *Patronus secundarius* Diœceseos Constantiensis appelletur. Ratio autem ad sentiendum cum P. La Croix me movens est; Quia (ùt apud eundem rectè argumentatur Pasqualigus) si juxta ipsum Gavant: & Arnaudum possunt sine absurdo esse plures *Patroni Titulares* æquè *Principales*, & de pluribus ut talibus fieri Officium cum Octava, ut ibidem ostendit in Exemplo, non apparet, cur non etiam plures possint esse simul *Patroni principales* alicujus *Loci*.

Ad Titulum, & Patronum Ecclesiæ quod attinet, licèt Titulus Ecclesiæ unius materialis soleat esse *unicus*, potest tamen etiam esse *plurium Sanctorum* sub pluribus Festis (utì Romæ in Ecclesia Ss. Basilii, & Caroli) vel plurium Sanctorum sub eodem Festo, ùt Ss. Cosmæ & Damiani, & similium. Ità Gavant. cum eo *Arnaud.* ac *Quarti*.

Major est difficultas (ut tat cit. La Croix *n.* 1263.) an in troque hujusmodi Festo Titulari tineri queant Indulgentiæ plenar Ecclesijs Societ. JESU concessæ *Festo Invocationis* (h. e. *Tituli, Patrocinij*) à Paulo V. vi Bullæ tantis in Supplement. Institut. p. 19. Ratio dubitandi est; tum Pontifex eas concedit in *Festo Invocationis*, non in *Festis*; tum quia Bulla dicitur : *Volumus autem, quod si aliàs Christi Fidelibus, dictas Ecclesias visitantibus, aliquam aliam Indulg. perpetuam Concesserimus præsentes nullæ sint.* traque tamen hac dubitandi Ratione non obstante, citato Patri La Croix dicendum videtur : quòd troque Festo Titulari habeantur quia (inquit) est eadem Ratio singulis : ideo autè dicitur in Festo quia ordinariè est unicum; de tero intelligi potest vel de Festo Tularis unius, vel de Festo Titularium multiplicium : ex quo etiam (pergit idem ibidem) patet ad Rationem alteram; nam, si sit duplex Tularis censetur una concessio : tárque Pellizarius T. 2. Tr. 8. c. n. 259. particulas illas : *aliquam aliam Indulgentiam concesserimus*, non intelligi, si Indulgentiæ alterius Ra-

tio-

...onis sint concessæ, etiam ab eo-
...m Pontific. His præmissis jam
...eriùs

Dico 1. De Principali *Patrono*
...m *Loci, quàm Titulari Ecclesiæ* (seu
...us, seu plures illi sint) Officium
...iendum est Ritu duplici 1. Clas-
...in Festo eorum solenni Princi-
...li : & utriusque Festum solenne
...incipale celebrandum cum Octa-
...(nisi veniat in quadragesima,
...intra illud Tempus, quod est à
...17. Dec. usque ad Epiphaniam)
...eo tamen solummodo loco, &
...lesia, cujus est *Patronus*, vel *Ti-*
...; nisi inde absens sit ejus mem-
...m, vi sui Beneficij, aut Calen-
...ij ad faciendum idem Officium
...iam in absentia obstrictum : quod
...m dicitur de Festo *Patroni*, seu
...*Titularis* alicujus *Ecclesiæ*, à fortio-
...intelligendum quoque est, ac etiam
...inceps erit de quocunque alio *Fe-*
...*Titulari Ecclesiæ* v. g. SS. Trinita-
...*S.* Salvatoris, S. Crucis &c.
...*ma*, & *tertia* Assertionis Pars con-
...ex Rubr. IX. Brev. *de Commem. n.*
...*Secunda* verò ex Rubr. Gener. VII.
...Octav. n. 1. Addit Gavantus :
...Quæcunq; competunt *duplicib.* 1. *Class.*
...*Octavis*, eadem concedenda quo-
...esse *Patronis principalib. Locorum* in
...loco suo, & *Titularibus Ecclesiarum* in
...sua Ecclesia.

Dixi autem 1. *Principalibus lo-*
...*rum Patronis*, ac *Ecclesiarum Titula-*
...*ribus* concedi Officium duplex 1.
Classis unà cum Octava, ut suprà.
Nam etsi *Patronis*, ac *Titularibus* quoque
minùs *principalibus* concedatur *Offi-*
cium duplex, non tamen conceditur
istis Officium *duplex* 1. *Classis*, utì
nec *Octava* per Rubric. *Gen. I. &*
VII. n. 1. sup. allegatam. Dixi
2. *In Festo eorum principali*; quia e-
tiam Principalibus locorum *Patronis*,
ac *Ecclesiarum Titularibus* non conce-
ditur *Officium duplex* 1. *Classis* nisì in
Festo eorum solenni Principali, utì
aperté habetur in *Rubrica de Comme-*
morat. n. 3. *&* 4. quale Festum Prin-
cipale solenne equidem non est
Translatio *Patroni*, Inventio *ejus Re-*
liquiarum, aliâque similia. *Gav.* &
Arnaud. hîc. Ex quibus adde : In
Festo anniversario *Translationis* ali-
cujus Sancti non dici Symbolum
Nicænum in Missa, nisì *Officium* sit
duplex : tale autem nonnisì Trans-
lationi Principalis Patroni conces-
sum esse à. S. R. C.

Dixi 3. *In eo tamen solummodo*
loco, & Ecclesiæ, cujus est Patronus,
vel Titulus &c. Ratio Limitationis
est; quia ex Sac. Rit. Congreg. De-
cretorum Registro, initiò Breviar.
Roman. summariè allegato constat,
nè Episcopis quidem, nedum Pri-
vatis, licitum esse Officia concessa
de loco ad locum extendere &c.
Unde Gav. *hîc n.* 19. *&c*, rectè in-
fert, nequaquam posse, multò minùs
debere, Festum *Patroni Titularis* ali-
cujus *Particularis Ecclesiæ* extra Pro-
priam

priam Ecclesiam eodem, quô ibi, Ritu celebrari, ejúsque Officium, aut Octavam ad alios de Clero (qui scilicet non sint ejus Membra, seu Beneficiati) extendi. Idem ex eodem Sac. Rit. Congreg. Decreto tum ibidem, tum locô aliô à se cit. infert, ne quidem sub Ritu Semiduplici posse Festum, soli cuidam particulari Ecclesiæ proprium, extra hanc etiam de cujusque Ordinarij Licentia eô solum Titulô ab alijs de Clero celebrari, quôd in loco, in quo versantur, adsit Ecclesia *Parochialis*, vel *Regularis* etiam *Abbatialis*, aut aliqua *Reliquia*, in qua illud celebratur, & quia eadem Sac. Rit. Congreg. addit: à secùs facientibus non satisfieri Obligationi de recitando Officio Divino, ideo præter Lethale Peccatum, quod Committitur, simul infligitur, ac incurritur Pœna, non faciendi à Clero fructus suos Beneficiorum, inquit *To.* 2. *s.* 1. *c.* 5. *Tit.* 2. Gav. Plura huc pertinentia videri possunt apud Pisart in Append. Director. Canon. à num. 7. & 9. At

Petes 1. An ad celebrandum *Festum*, & dicendum *Officium* de *Principali* Patrono loci, & quidem sub *Ritu duplici* 1. *Classis*, aut etiam cum Octava, teneantur quoque *Regulares*? An item ad celebrandum *Festum Titularis Ecclesiæ Cathedralis*? 2. Regulares teneri quidem ad celebrandum sub Ritu *duplici* 1. *Classis* Festum de *Patrono principali* Loci, Regni, seu *Provinciæ*, nec non ad [illegible] *modô* celebrandum Festum de Titulari *Ecclesiæ Cathedralis*, totius Dioceseos *Patrono*; ad eorum tamen Octavas celebrandas non teneri, nec ad *alia Festa* cujuscunque Sti in quo habitant, etiam Patroni celebranda necessariò, nisi sint in Calendario Romano descripta. Gav. *Tom.* II. *cit. s.* 3. *c.* 12. *n.* 7. P. Gobat in Exper. Theol. T. 1. n. 627. & 628. ac alij ab eo citati, id colligentes partim ex quadam Bullâ Gregor. XIII. edita 1. Dec. 1573. partim ex Decreto S. R. Congr. de anno 1628. die 27. Maii atque idipsum novo ejusdem Sac. Rit. Congregat. Decretô de anno 1683. 20. Mart. firmatum ajunt. Ratio autem ita decernendi, ut cens Gavantus, fuit hæc, ut non Populus, qui in hujusmodi Festa ad Regularium Ecclesias accurrit *Missas*, & *Officia divina* audiendi gratiâ; sic non minùs ibi ad Pietatem erga suum *Patronum* accendatur quàm si ad *Ecclesiam* confluat *Cathedralem*: & quia Festum *Patroni principalioris* alicujus *Loci* est regulariter præceptivum cum obligatione audiendi Missam, vacandique ab operibus servilibus (ùt à Sacr. Rituum Congregatione 1642. 13. Septembr. decretum ferunt) adeoque simile *Festum Fori*, ut in Germania vocamus, non autem solius *Chori*, [illegible] ad

ad id *taliter* (id est tam *in foro*, quàm *in Choro*) quoque celebrandum etiam *Regulares* esse obligatos, nullum hodie est dubium. Ad Octavam verò hujusmodi Festorum quod attinet, satis est (inquit Gavantus) si ea fiat à Clero Sæculari illius loci; neque cogendi sunt ut idem ibidem observat) Regulares, occupati etiam proprijs suæ met Religionis Officijs ad omnia Cleri Sæcularis Officia recitanda, ob eam Rationem, quàm ex Radulpho adducit idem Gavantus *sect.* 3. *n.* 5.

Petes 2. An *Regulares* teneantur etiam ad recitanda Officia de *Patronis locorum minùs Principalibus*? R. Negativè, nisi ea sint descripta in Kalendario Romano, vel Proprio Sacrorum Regularium. ità idem Gavantus c. 12. n. 7. tradit, & definitum fuisse à S. R. Congr. de anno 1682. 14. Jan. *Laudabile tamen est* (subjungit idem ibidem) *si recitent in Gratiam Populorum*; *& eò magis, si Populus adsit Festum sine opere servili : Officium autem erit duplex majus per annum ex Rubr. de Concurr. n.* 2. in fine : *quod adnotavimus ante Tabellas in postrema Recognitione Breviarij.* Consentit P. Gobat Tr. *V. n.* 78. 79. 81. 85.

Petes 3. Quid faciendum, si accidat, ut in Cathedrali fiat de *Patrono loci* absque Octava, uti Mediolani de S. Ambrosio, cujus Festum Ritu Ambrosiano non habet Octavam? An subditi Archi-Episcopo Mediolanensi secundùm Ritum Romanum Horas Canonicas recitaturi, tenentur ad Octavam Sancti Ambrosij celebrandam, ratione Rubricarum Breviarij Romani disertè id præscribentium? Negant aliqui apud Gavantum, eâ ducti Ratione, quòd satis existiment, ut membra non discordent à Capite. Affirmant econtra alij; eò quòd teneantur ad servandas Breviarij Romani Rubricas. Atque horum Sententiæ in Gratiam Rubricarum Romanarum idem Gavant. *n.* 8. accedit.

Petes 4. An possit, vel etiam debeat Ritu *duplici* 1. *Classis*, ac *cum Octava* celebrari *Titulus*, aut *Titularis Patronus* privatæ Capellæ, existentis intra vel extra Ædes, seu Religiosas, seu non Religiosas, consecratæ tamen, ac dedicatæ modô ac Ritu aliarum Ecclesiarum publicarum? R. cum P. Gobat Tr. 3. *n.* 696. *append* 2. *à. Lit. bb. usque ad finem appendicis*, affirmativè, per se loquendo. A quonam autem, vel quibus tam in *Festo Titulari*, quàm *infra ejus Octavam* dicendum sit *Officium*, & *Missa* de tali Sacelli privati *Sancto Titulari*, vide ibid. à Lit. *LL.* & *UU.* ubi alia plura huc pertinentia discutiuntur, nominatim, an *Officio*, aut saltem *Missâ*, coli possit, vel etiam debeat Patronus Titularis alicujus Capellæ intra Ecclesiam

cleſiam exiſtentis, de quo nos etiam infrà, &c.

Dico 2. Quæcunque regulariter competunt alijs duplicibus 1. Claſſis, eorúmque Octavis, eadem Concedenda quoque ſunt *Patronis principalibus Locorum* in loco ſuo, & *Titularibus Eccleſiarum* in ſua Eccleſia : Quia (ùt bene ratiocinatur Gav. hîc ſ. 3. c. 12. n. 4. eadem eſt Ratio Solennitatis in utriſque. Hinc autem

Infertur 1. Quòd, ſicut ſi duplex aliud ex majoribus 1. Claſſis occurrit in *Vigilia*, nec in *Officio*, nec in *Miſſa* fit aliquid, de *Vigilia*, ne quidem Commemoratio, utì habetur in Rubr. Gen. III. Miſſal. *n.* 2. *fin.* ità etiam tanta ſit ſolennitas *Feſti Patroni Principalis Loci*, utì & *Tituaris propriæ Eccleſiæ*, ut, ſi incidat in *Vigiliam*, quæ ſit in Kalendario Romano cum *Jejunio de Præcepto*, nihil omnino tam in *Officio*, quàm in *Miſſa* fiat de Vigilia, utpote quæ Mæſtitiam infert, ùt loquitur Gavantus loc. cit. n. 11. In Menſa tamen (inquit idem) *Jejunandum* erit, nisì auctoritate Majorum *Jejunium* ipſum transferatur in Diem præcedentem. De quo Gav. eadem *S.* 3. *c.* 7. *n.* 3. & Nos ſuprà P. II. die 23. Jul. item die 30. & 31. Octobr. ubi utriuſque hujus rei Exemplum adduximus.

Infertur 2. Si in Feſto principali *Patroni principalis loci*, aut *Tutularis propriæ Eccleſiæ* occurrat alicui aut aliquando *Feſtum Simplex*, de pariter nec in Officio, nec in quidquam fiat, ne quidem Commemoratio; cum hoc pariter ſit privilegium Feſtorum 1. Claſſis. Exemplum hîc habemus in S. Caſſiani Epiſcop. & Mart. Patrono principali Diœceſeos noſtræ Brixiensis 13. Aug. in cujus Feſto nihil fit in *Officio* aut *Miſſa* de S. Hippolyto habente alioqui Ritum ſimplicem in Eccleſia univerſali.

Idem eſt de Ss. Modeſto & Creſcentia, ubi ſolus S. Vitus eſt Titularis.

Infertur 3. Quòd, ſicut quodcunque aliud Feſtum duplex etiam 2. Claſſis, occurrens in die *Circumciſionis*, aut *Epiphania*, aut in *Die Octava Epiphaniæ*, aut in *IV. Cinerum*, aut in *Dominica I. Quadrageſimæ*, aut *Paſſionis*, aut *Palmarum*, aut *tota majori Hebdomada*, aut in *Dominica Paſchæ*, aut *infra Octavam Paſchæ*, aut in *Dominica in Albis*, aut in *Aſcenſione Domini*, aut in *Vigilia*, *Dominicâ Pentecoſtes*, aut *infra hujus Octavam*, aut in *Dominica Trinitatis*, aut in *Feſto SS. Corporis Chriſti*, aut in *Feſto Aſſumptionis B. V.* aut in *Feſto omnium Sanctorum*, aut in *Dominica I. Adventûs*, aut denique in *Vigilia Nativitatis Domini*, non poterit eo die Celebrari, ſed neceſſariò transferri debet in diem proximam Officiô 8. Lectionũ non impedi-

ta

tà etiam transferri debeat Festum *Patroni Loci*, & *Tituli Ecclesiæ*, si in aliquo dictorum Festorum, aut dierum occurrant, nisi ipsum ejusmodi Festum sit forsan ipse *Titulus Templi*; nam si v. g. ipsa Circumcisio Domini, aut *SS. Trinitas* sit *Titulus Templi*, non utique est transferenda, sed eodem, quo occurrit, die celebranda, attamen, tanquam *Titulus Templi*, sub Ritu duplici 1. Classis, in suis Locis. Extra dies autem paulò antè enumeratos, si occurrat *Patronus Principalis Loci*, aut *Titulus*, vel *Titularis Ecclesiæ*, eodem, quò occurrit die, potest is celebrari tum vel sine Commemoratione alterius Officij simul occurrentis, vel concurrentis modò mox referendò, ut in Rubricis pro hujusmodi Casibus præscriptò. Itaque, si Festum Primarium *Patroni principalis*, aut *Titularis Ecclesiæ* occurrat in quacunque alia Dominica, aut in die aliquâ aliâ Octavâ, quàm prædictâ Epiphaniæ, ac Nativ. aut in die infra Octav. Nativit. Dñi, vel Epiphaniæ, vel SS. Corporis Christi, facienda est de his omnibus Commemoratio in utrisque ejus Vesperis, Laudibus, & Missa, uti & de Feria majore, ac Vigilia Epiphaniæ in Laudibus, ac Missa: insuper si occurrat in Dominica, aut in *Feria majore* habente proprium Evangelium, aut *Vigilia Epiphaniæ*, dici debet de his in Officio 9. Lectio, & ultimum Evangelium in Missa: at verò quorumcunque aliorum Commemorationem tam in Laudibus, quàm in Missa excludit. In 1. hujusmodi Patronorum, ac Titularium Vesperis fit Commemoratio de antecedente Dominica, si tamen illa fuerit Dominica major 1. aut 2. Classis; item de alio duplici 1. Classis; attamen inferiore, seu minus digno item de duplici 2. Classis, nec non de die Octava Nativitatis, Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, ac Corporis Christi, & denique de Feria majore Adventus, aut Quadragesimæ, at verò de nullo alio etiam duplici majore, aut die aliâ Octavâ. In II. Vesperis admittit Commemorationem de Dominica sequente quacunque, de die Octava, item, nisi aliter suò locò notetur, de duplici quocunque se inferiore, de Semiduplici quocunque, de Feria majore Adventus, vel Quadragesimæ, de die infra Octavam Nativitatis Domini, Epiphaniæ, & SS. Corporis Christi, non autem de alijs, Festo v. g. Simplici, aut die infra Octavam aliam quamcunque, à tribus paulò antè dictis diversam Rationem dat Gav. *Tom. II. S. 3. c. 8. n. 4.*

An, quando diebus supra exceptis, & contra quodcunque Festum occurrens privilegiatis, *Patronus Loci*, aut *Titularis Ecclesiæ* celebrari non potest, sed transferri in

Choro ejus Festum debet à die alioqui proprio in diem aliam non impeditam, die tamen illo sibi alioqui proprio Cantari possint ob *Titulum Ecclesiæ*, vel *Populi concursum* duæ Missæ, una de die *privilegiata*, altera de *Festo*, id enimvero deciditur in Rubric. Gen. VI. Missal. quam consule.

Dico 3. Licèt Festum *Patroni Localis*, ac *Tituli Ecclesiæ* (idem est de *Anniversario Dedicationis Templi*) si incidat alicubi in ipsam *Diem Octavam* Epiphaniæ, per Rubricas Breviarij ea die celebrari non possint, sed transferenda sint in diem aliam non impeditam, ùt ibi dictum, possunt tamen ambo (utì & Festum *Dedicationis*) celebrari *infra Octavam Epiphaniæ*, esto hujus Octava quæcunque alia Festa duplicia, quæ non sunt 1. Classis, infra illam occurrentia per easdem Breviarij Rubricas excludat. Constat ex *Rubr. Gen. X. n.* 1.

Dico 4. Festum tam Patroni Loci, quàm Titularis Ecclesiæ habet integras utrasque Vesperas, nisì concurrat cum Festis Christi 1. Classis, aut B. V. Assumptæ, aut Festo omnium Sanctorum, aut Dedicationis propriæ Ecclesiæ; hæc enim in Concursu Festi tam *Patroni*, quàm *Titularis* ab ijs diversi, integras habent Vesperas, in quibus proin tam de *Patrono*, quàm *Titulari*, tantùm fit Commemoratio ex Doctrina Gavanti *Tom.* 2. *S.* 3. *c.* 8. *n.* 7 *& c.* 9. *n.* 3. *&c.* videturque fundata in *Rubr. Gen. XI. de concurrent. Off. n.* 2. De reliquo *Festo Patroni Principalis*, ac *Titularis Ecclesiæ* cadente in concursu tum Vesperæ secundæ diei Octavæ Epiphaniæ, Paschæ & Ascensionis, & Corporis Christi ut dicitur in Notis Tabellæ de Concurrentia. Quomodo autem procedendum sit in Casu, quo Patronus Principalis, aut Titularis Ecclesiæ concurrit cum *duplici* 1. Cl. aut viciſsim duplex 1. Classis cum *Patrono*, aut *Titulari Ecclesiæ*, dicetur infra Tit. de Occurrentia & Concurrentia *Festorum* 1. *Classis*, & videri potest Arnaud. *Tr.* 2. *P.* 1. *Tr.* 11. *n.* 3. *& Tit.* 12. *n.* 10. *seq.* ibique ea, quæ suprà P. II. die 28. Junij ex eodem in fine attulimus, item die 24. ejusdem Mensis.

Ijsdem duobus Festis (*Patroni* scilicet *Principalis*, ac *Tituli*, *seu Titularis Ecclesiæ*) dicentur Lectiones in I. Nocturno, quæ habentur in Communi, non autem de *Semiduplici occurrente*, ad majorem celebritatem, ùt dic: in Rubr *Gen. XIII. Brev. n.* 9. nisì forsan propriæ ex auctoritate majorum fuerint assignatæ : id ipsum quoque faciendum est in Festis *Patronorum minùs principalium*, ac etiam *Duplicium majorum per annum*, nisì ob angustiam Temporis ponendum sit initium alicujus Prophetiæ, quod in his duobus fie-

rioris generis Festis poni debere cretum est in postrema Breviarij cognitione Teste Gav. s. 5. c. n. 15.

Lectiones II. & III. Nocturni, si non adsint propriæ in Breviario, neque etiam extra Breviarium approbatæ à Sancta Sede Apostolica, sumendæ sunt de Communi Sanctorum, & infra Octavam de Octavario *Romano*, utpote ad usum totius Orbis Ecclesiarum edito, & stat. Rit. Congr. approbato : quandoquidem nihil legendum est in officio, nisi quod à Sede Apostolica approbatum, ùt apud Gav. s. 3. c. 12. n. 14. fusè probat Radulphus *Propos.* 11. ex Gelasio Pap. & habetur in Bulla Sixti V. Constit. 74. ex qua constat, ne sac. quidem Rit. Congregationi fas esse approbare *Officia de Patronorum*, nisi consultò ipsomet summo Pontifice ; approbata verò pro certo loco extendi posse ad alia Loca, se inconsultâ, negavit jam sæpius ipsamet Sacr. Rit. Congregatio, quæ justis de causis alicui loco ea concedit, alicui verò negat. Quòd si accidat, ut Lectione Festorum *infra Octavam* occurrentium aliqua *Initia* vel Sermonum, vel Homiliarum alioquin in II. & III. Nocturno juxta Octavar. Rom. Diebus, quibus fit de Octava, dicendarum, omitti debuerint, & tamen de eodem Sermone, aut Homilia, cujus *Initium* legi non potuit, post Festum occurrens, sit rursus legendum, tunc observandum est id, quòd Gavantus in Adnotationibus Prolegomenis ad Octavas Spectantibus monet in eodem Octavario Romano ad *Tit. XXVI. de Lectionib. Notandò* 2. & ex eodem nos suprà monuimus ad diem 12. Octobr. *f.* 331. occasione diei III. infra Octavam S. Franc. Borgiæ.

Quòd si dies Octava *Patronò Localis*, vel *Titularis Ecclesiæ* incidat in Feriam aliquam majorem (v. g. 4. Temporum, aut Feriam II. Rogationum) habentem proprium Evangelium, aut in *Vigiliam Ascensionis*, tunc, quia in ejusmodi Feriis non assignantur Lectiones aliquæ de *S. Scriptura*, sed tantùm de quapiam *Homilia*, repeti debent in I. Nocturno diei Octavæ illæ Lectiones, quæ in I. Nocturno ipsius Festi fuerunt Lectæ. Si verò occurrat dies *infra Octavam* in aliqua prædictarum Feriarum, tunc Lectiones I. Nocturni sumuntur de ipso Communi Sanctorum, prout habetur tum in *Rubrica Gen. XXVI. cit. n. 9. ante fin.* tum etiam in Rubricâ posita in Communi Apostolor. post Psalmos I. Nocturni. Notandum tamen hîc est, quòd, si Patronus, pro quo in tali Casu Lectiones, I. Nocturni sumi debent ex Communi Sanctorum, sit quidem *Martyr*, ac non Pontifex, tunc in I. Nocturno non debeant dici eæ Lectiones,

quæ in Communi unius Martyris assignantur pro I. Nocturno de Actibus Apostolor: *A Mileto &c*; quia hæ solummodo leguntur in Festo *Martyris Pontificis*, non autem *Martyris Non-Pontificis*, ùt ibidem in Rubrica Lectionibus illis immediatè præfixa dicitur: in Festo autem *Martyris Non-Pontificis*, incidentis in Feriam, in qua nullæ in Proprio de Tempore assignantur Lectiones de Scriptura, de qua alioquin defectu propriarum sumi solent, in ejusmodi Casu sumuntur illæ, quæ (ùt ibidem præcipitur) positæ sunt in Communi plurim. MM.

Dies Octava Principalis Patroni Loci non est *duplex majus*, ut aliqui aliquando putabant, eo fine, ut integras in concursu cum Festo *duplici minore* ei Vesperas assererent: quos solidè refutat Gavantus *Tom. 2. s. 3. c. 8. n. 23.* & eadem sect. *3. c. 12. n. 25.* Quemdam alium asserentem, quòd infra Octavam *Patroni* ac *Tituli*, nec non *Dedicationis propriæ Ecclesiæ* debeat fieri Commemoratio de tali *Octava*, quocunque adveniente Festo; quia hoc prorsus gratis dicitur, & est Privilegium solarum 3. Octavarum, nempe *Nativitatis*, *Epiphaniæ*, & *SS. Corporis Christi*.

Quòd si dies Octava *Patroni Loci*, aut *Tituli Ecclesiæ* aliquando aut alicubi incidat in *Festum duplex*, tunc, si istud non sit 1. aut 2. Classis, translato *Festo duplici* (seu *minore*, seu *majore*) *Officium*, & Missa fieri debent per se loquendo de *Octava* Patroni, aut Tituli, non obstante, quòd *Dies* illa *Octava* tantùm *duplex minus*; ità enim prescribit Rubr. *General. X. n. 2.* & Tabula occurrentiæ, in qua (ut notat Gav. *Tom. 2. S. 3. c. 8. n. 11.* vox: *Duplex per annum* comprehendit *majus*, & *minus*.

Dixi tamen 1. *Si non sit duplex* 1. aut 2. *Classis*: nam si in die *Octava*, seu *Patroni Loci*, seu *Tituli Ecclesiæ* occurrat Festum 1. vel 2. Classis (quæ *Festa majora* 1. & 2. *Ordinis* alio nomine in Rubricis dici solent) tunc Officium, & Missa non quidem dicuntur de die *Octava Patroni*, aut *Tituli*, sed de Festo ejusmodi occurrente, attamen in utrisque Vesperis (ut quoad Vesperas obstet concursus cum alio sequente Festo 1. Classis Laudibus ac Missa Commemoratio de *Die Octava*, ut constat ex *Rub. General. IX. n. 4. Circa fin.*

Dixi 2. *per se loquendo*; nam per Speciale privilegium, ob causam Specialem (ut, si v. g. Festum occurrens in die Octava Patroni sit Festum eo in Loco etiam *in foro* celebre) Sac. Rit. Congr. aliquando aut alicubi fieri permittit, ut in tali *occurrentia* Officium & Missa a Clero fiant de *Festo*, cum Commemoratione de *Octava*, esto, secluso ejusdem

ejusmodi Privilegiô *Festum* illud *duplex* (seu *minus*, seu *majus*, atque etiam *in foro celebre*) juxta Rubricas alioquin esset transferendum, uti notat, ac probat Gav S. 3. *suprà tit. cap.* 8. *n.* 12. *&* c. 12. *n.* 20. Quò posteriore Loco affert Exemplum ejusmodi Dispensationis in Rubrica, seu Privilegij, dum ait: Cùm in Urbe quadam Ditionis Estensis, *Rhegium* dictâ, dies Octava S. Prosperi (ejus Loci Patroni) occurrat in Festo Visitationis B. V. quod quidem non est duplex 1. vel 2. Classis, sed solummodo *majus*, attamen in eo Loco *Festum de Præcepto*, seu, ùt vulgò vocamus, *Festum fori*, id est, non tantùm obligatis ad Auditionem Sacri, sed etiam ad abstinentiam ab opere servili &c, ideo cum Approbatione Sac. Rit. Congreg. fit ibi Officium, & Missa de Festo B. V. De die *Octava* autem (quæ juxta Rubricas non perinde, ac Festa, transferuntur) S. Prosperi fit solummodo Commemoratio. Quòd si ejusmodi Privilegium in simili Casu non habeatur, tunc vel procedendum erit juxta Rubric: suprà citat: vel poterit Episcopus judiciò Gavanti transferre illud Festum de Præcepto in Sequentem diem, siquidem id ab eo pendeat. Casum alium (à Nobis relatum suprà P. I. Dominicâ I. Octobr.) vide apud eumdem Auctorem To. 2. *s.* 7. *c.* 12. *n.* 1.

Diebus *infra Octavam* Principalis Patroni, ac *Titularis Ecclesiæ* perinde, ac infra alias Octavas, non dicuntur *Preces Dominicales* ad Primam, & Completorium, etiam illis, quibus Officium non fit de *Octavâ*, sed v. g. de *Festo* occurrente *Semiduplici*, aut de *Dominica*: tametsi autem dictæ Preces Dominicales *Dominicâ infra Octavam Patroni* occurrente etiam in Officio Dominicali ad Primam non dicantur, dicitur tamen ad Primam *Symbolum S. Athanasij*, si Offic. fiat de Dominica, non autem de *Festo duplici*, in ejusmodi Dominicâ infra Octavam, exceptis solis Dominicis *infra Octavas* Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, & SS. Corporis Christi occurrentibus, in quibus non dicitur illud Symbolum, eò quòd in his 4. Dominicis non fiat Officium de Dominica, ùt in *Psalterio*.

Infra Octavam Principalis Patroni, ac Titularis Ecclesiæ perinde, ac infra alias Octavas, non dicuntur *Suffragia Sanctorum*, etiam illis Diebus, in quibus non fit Officium *de Octavâ*, sed v. g. de *Festo Semid.* aut de *Dominica*.

Plura de observandis *Diebus infra Octavam*, nec non *Die ipsâ Octavâ* Ss. Patronorum, ac Titularium, dicentur infrà *Tit* 4. *de Octavis Festorum*.

Quomodo autem Separandus sit Patronus aut Titularis à *Socio*,

aut

aut *Socijs*, quem aut quos habet in Calendario, & quo Ritu sit de Socijs Officium faciendum, vide tum in Rubrica, quæ extat in Breviario Rom. post Tabulam *Occurrentiæ* ante finem; tum etiam apud Gavant. *S.* 3. *c.* 10. *à n.* 11. Ex quibus P. La Croix Tomul. 4. L. 4. n. 1267. resolvit 2. sequentes Casus: Si eadem die agatur de pluribus Ss. Socijs, v. g. de Ss. Cosma & Damiano, & solus S. Cosmas sit Patronus, vel de eo solo habeantur Reliquiæ insignes, Officium fit de ipso eo die sub *Ritu duplici*, S. Damianus autem transfertur in diem proximam non impeditam, quâ de eo solo postmodum fit (*Ritu Semiduplici*) Officium: at verò Oratio est utrique accomodanda in Singulari, Supposito, quòd S. Damianus celebretur post totam Octavam S. Cosmæ; nam si celebretur intra hujus Octavam, sumi debet pro S. Damiano Oratio diversa ex Communi Sanctorum. Similiter, si S. Philippus sit alicubi Patronus, fit de illo 1. Maij sub Ritu duplici 1. Classis, & cum Octava: Ejus Socius verò, nempe S. Jacobus minor, transfertur, & fit de eo sub Ritu duplici 2. Classis die proximâ non impedita, ùt suprà Nos quoque ad diem 1. Maij ex Gavant. annotavimus. Pari modô, si occurrant alia duo Festa eodem die sub una ratione Festi in Kalendario Romano descripta, quorum alterum si sit Festum Patroni seu Tituli Ecclesiæ, non item alterum (v. g. Festum S. Sebastiani de quo, & Socio, nempe S. Fabiano, simul fit alioquin in Ecclesia universali *Officium* ac *Missæ*) tum ubi solus illorum alter, v. g. solus S. Sebastianus, est Patronus, fit de illo solo, ut Festo 1. Classis ibi, ubi est *Patronus*, seu Titularis, non autem de *Socio*, imò de hoc ibi ea die nihil fit: quia tunc quando ejusmodi Festum plures Commune in Kalendario Romano est descriptum sub *Ritu duplici*, vel *Semiduplici*, tunc etiam Patroni Socius, vel Socij, juxta allegatam Rubricam non penitùs sunt omittendi, sed transferendi in diem Officiô 9. Lectionum non impeditam, & de eo, vel de ijs tunc faciendum Officium *Semiduplex*, ac sint de *Festis majoribus*, nempe 3. aut 2. *Classis* (quia tunc de translato quoque faciendum est Officium duplex, perinde, ac si id proprio suo die celebraretur) idem in dato casu de S. Fabiano die illi, in quam transfertur, faciendum ac *Ritu semiduplici* post Octavam S. Sebastiani. Quòd si verò in Kalendario Romano omnes sint descripti tanquam *Festum Simplex*, tunc in ea Ecclesia, ubi unus, aut etiam alter eorum est *Patronus Titularis*, de Socio, vel Socijs omissis nihil fit in illa Ecclesia: sic, Exempli gratia in

in Ecclesia Ss. Marcellini & Petri, S. Thomas nihil habeat unquam, ne eadem Commemorationem die 2. Junii. Et Ratio est, quia ex una parte in Festô 1. Classis (quale est Patroni Titularis Ecclesiæ) juxta Rubric: nec in Officio nec in Missa de aliquid de Festo simplici in eo occurrente, ex altera autem parte Festum simplex nunquam transfertur, sed si eô, quô occurrit Die, fiet de eo aliquid non potest, eô ante ac locô nil fit de eo, ut habet *Rubr. Gen. X. n.* 8. Vide etiam Arnaud. *Com. Sac. Rit. Tr.* 2. *P.* 1. *Tit.* 10. *n.* 11. *&* 12. Quia tamen duplex per annum, quod non est 1. Classis, non perinde excludit Commemorationem Festi simplicis, ac illum excludit Festum Patroni Principalis, aut Titularis Ecclesiæ, utpote 1. Classis, ideo, si unus aut alter, illorum, qui in Kalendario Romano descripti sunt ut Festum simplex, alicubi celebraretur tantum ut duplex Commune per annum (ob insignes v. g. reliquias) vel tantùm ùt semiduplex, tunc de hoc eodem die occurrente omnino facienda esset meo judicio Commemorat. & dicenda etiam 9. Lectio, si propriam haberet, ùt suprà die 11. August. diximus.

Dico 5. Ea, quæ hactenus dicta sunt de *Principali Patrono loci*, conveniunt quoque *Fundatori* & *Patrono Ordinis* in toto Ordine post ejus solemnem, Canonizationem & obtentam à Sede Apostolica licentiam dicendi de eo Officium ac Missam Ità Gavant. *s.* 3. *c.* 12. *n.* 24. Neque videtur Regularibus prohibitum plures Patronos sub Ritu 1. vel 2. Classis, ac *cum Octava* celebrare. *Lohner Instr. pract. II. P.* 1. *Tit.* 6. *n.* 5. La Croix Tomulô, & Librô 4. Citatô *n.* 1258.

Dico 6. Dedicationi *propriæ Ecclesiæ* cedit Festum Patroni, & Titularis, ùt ex S. Thoma probat Gavantus *Tom.* 2. *s.* 3. *c.* 8. *n.* 7. Item Festum S. Joann. Baptistæ, & Festum Ss. Petri & Pauli (consequenter etiam horum omnium *Octava*) ùt tradit, ac probat P. Gobat in Exper. *Tr.* 3. *n.* 696. *Append.* 3. à Lit. *f.* 3. Sed in quem Diem tunc transferendum erit Festum Ss. Apostolorum Petri & Pauli? Censet Nonnemo apud cit. Gobat *Lit. h.* 3. Festum Ss. Apostolorum in eo Casu celebrandum die sequenti, Commemorationem autem S. Pauli alio insequente; eò quòd Ecclesia videatur velle, ut Festivitas utriusque Apostoli, seu potiùs S. Petri, præponatur Commemorationi S. Pauli: sed P. Gobat Lit. I. 3 quoad hoc ibidem contradicit, putárque in hoc quoque casu standum Rubricis Breviarij de Festo non transferendo in diem impeditum Festô 9. Lectionum, quale est Commemoratio S. Pauli: id quod & mihi probatur, suppos-

to, quòd (ut tradit Gobat) *Festum SS. Petri & Pauli*, in dato Casu, non obstante, quòd sint Festum Ecclesiæ universalis, & pariter duplex 1. Classis, cedere debeat *Festo Dedicationis* Ecclesiæ particularis.

Dico 7. Si eadem die occurrat *Patronus principalis loci*, & *Titularis Ecclesiæ Regularium*, ipsi quoque Regulares debebunt facere *Officium* ac *Missam* de *Patrono loci principali*, tanquam de digniore, translato *Titulari suæ Eccl.* uti To. 2. *f.* 3. *cit. c.* 10. *n.* 15. Gav. tradit, ac probat, qui dein subjungit : quòd siquotannis hic accidat Occursus, assignanda erit dies sequens in perpetuum Titulari illius Ecclesiæ, nisi ex privilegio aliter fieri debeat. A fortiori cedet Patrono loci aliudquodcunque Festum Regul. inferioris Classis, v. g. duplex majus, aut etiam duplex 2. Classis, si in Festo *Patroni loci* occurrat ; cùm duplex 2. Classis cedat Dominicæ II. Adventus, cui tamen non cedit *Patronus Loci*, uti constat ex *Rubr. X. Gener. n.* 1. Conformiter huic Gavanti Doctrinæ PP. Societatis JESU Veldkirchij Festum *S.* Francisci Xav. quotannis occurrens in Festo S. Lucij, principalis Patroni antiquissimæ illius Diœcesæos Curiensis, nimirum 3. die Decembris, nunquam eo celebrant die, uti nec PP. ejusdem Soc. degentes in Diœcesi hac Brixinensi die 5. Febr. Festum suorum 3. BB. Martyrum Japonesium, quotannis incidentium in Festum *SS.* Ingenuini & Albuini Patronorum principalium Diœcesis Brixinensis, sed die alio, non obstante quòd Festum S. Xaverii ibi apud eos duplex 2. Classis; Festum autem BB. Martyrum Japonesium duplex majus.

Dico 8. *Patronus* quoque *universalis* præfertur cæteris patronis *Patrono particularis Ecclesiæ*. P. LaCroix Tom. 4. cit. n. 1266.. Ex quo infertur 1. cum Arnaudo *Tr.2.P.1.Tit. n.* 3. non modò Festum *Patr. Temp.* sed etiam *Patroni Loci* cedere Festo Ss. Petri ac Pauli, utpote pertinentium ad totam Ecclesiam, & quidem non tantùm in *occursu*, sed etiam *concursu* : ac proinde, si *Patronus Loci*, aut *Titularis Ecclesiæ* inferior Apostolo, puta Martyr, Confessor, aut ejusmodi, concurrat cum Festo Ss. Petri & Pauli, Festum horum Apostolorum præferi debet, & habere Vesperas integras. Dixi : *inferior Apostolo*, nam ubi S. Paulus est Titularis propriæ Ecclesiæ, ibi pridie Commorationis S. Pauli (nempe in Festo Ss. Petri & Pauli) in propria Ecclesia S. Pauli Vesperæ dicendæ sunt prout ibi præscribit propria Rubrica. Rationem dat citat. Arnaudum quia Rubrica hoc clarè præscribit ; tum quia inter Suffragia consueta Commemoratio Apostolorum præcedit Commemorationem Patroni, seu Titularis ; nisi aliunde si

dignior ipsis, uti est S. Michaël Arch. S. Joan. Baptista; tum quia in Oratione *A cunctis* hoc idem accidit; tum quia Apostoli habentur veluti Patroni universalis Ecclesiæ ex Durando l. 6. c. 60. unde non solùm in *Officio magno* locum habent in suffragijs Sanctorum communibus, sed etiam in *Officio parvo* B.M.in Commemorationib. consuetis. Ità ferè Amandus, qui denique subjungit: quod diximus de *Concurrentia* idem dicendum de *Occurrentia*. Si enim in die Festo Apostolorum Petri & Pauli occurrat *Patronus loci*, vel *Titularis Ecclesiæ*, ob easdem Rationes ibi de *Apostolis*, translatô Festô *Patroni*, aut *Titularis*. vide tamen etiam paulò pòst dicenda.

Infertur 2. Si v. g. aliquis Confessor à Particulari Ecclesia *solenniter* celebretur, præferendum esse alteri Confessori, licèt notato in Martyrologio. *Neusser. P. Gobat Tr. 3. n. 650. lit. h.* Sed quid si Festum Confessoris solenniter celebretur, non item Festum dignioris, v. g. Apostoli, aut Martyris, uti contigit in Casu, quo alicubi tam Festum S. Francisci Xaverij, quàm Festum S. Andreæ Apostoli, incidentia in Adventum alicubi fuerunt translata, sed ambo in ea Diœcesi in solo Choro. Quæsitũ ergo ex me fuit: an ob in loco PP. Societ. JESU priùs facere possent de S. Francisco Xaverio, non obstante quòd S. Andreas esset Festum Apostoli, esset item æquè 2. Classis, quàm Festum S.Xav. in Soc.JESU,& denique illud prius esset antiquius translatum, quàm hoc posterius? Respondi: licèt extra Ecclesiã illam Societ: præferendus omnino fuerit S. Andreas S. Francisco Xaverio à Patribus tamen Soc. JESU in ejusmodi Casu celebrari S.Xaverium potuisse ante S. Andream; eò quòd illud in eorum Ecclesia, etiam cùm transfertur, adhuc celebretur *solenniter*, & cum Octava (esto ipsa *Dies Octava*, non perinde, ac Festum, transferatur) non item istud: quando autem duo Festa æqualis Ritus transferuntur, & unum illorum celebratur solenniter, alterum verò non solenniter, priùs faciendum esse de eo, quod celebratur solenniter, quàm de eo, quod non celebratur solenniter, colligi videtur ex Rubr. Gen. *X. n. 6. & 7.* nec non ex Rubr. Gen. XI. n. 2. ubi expressè dicitur: *Festa illorum Sanctorum, qui in proprijs locis, vel Ecclesijs solemniter celebrantur, præferri* in concursu (par ratio est de *occursu*) *alijs in Kalendario Romano descriptis.* Vide Gavant. Tom. 2. s. 2. c. 2. n. 29. ubi ait: quando in Rub. General. Tit. 1. & 2. n. 1. sermo est de Festis, quæ in quibusdam Ecclesijs *solenniter*, vel *solemnius* consueverunt celebrari, vocibus illis *solemniter, &c* respectu Cleri sæcularis ex Declaratione S. R. C. significari

Festivitatem aut Populi, aut Cleri cum Pompa exteriori, puta Processione, apparatu, concursu, & hujusmodi; at verò respectu Regularium, & Congregationum significari *Singularem quemdam cultum non Communem alijs Festis de Calendario.* Vide etiam P. Gobat Tr. 5. n. 658. in Append. appendicis lit. u. Favere huic Resolutioni videntur etiam Sacrar. Rit. Congregat. Decreta circa translationem Festorum emanata, atque inferiùs alleganda, siquidem sint authentica. Favet quoque Rubrica Festo Commemorationis S. Pauli præfixa, jubens integras Vesperas de illa dicere in Festo Ss. Apostolorum Petri & Pauli in ijs locis, in quibus faciendum est Officium de illa, tanquam in propria Ecclesia.

Dico 9. Si *Patronus*, aut *Titularis* alicujus *Ecclesiæ* (v. g. *S.* Joannes Baptista) habet Vigiliam, & hæc habeat Officium in Kalendario Romano, tunc in *Vigilia* talis Patroni aut Titularis omittenda erit Commemoratio de ejusmodi Patrono, aut Titulari, quæ alioqui, nisi sit *duplex*, aut currat *Octava*, vel *Adventus &c*, inter consueta Suffragia fieri solet; quia cùm Patroni explicita mentio aut Commemoratio jam facta sit in oratione *Vigiliæ* non convenit, ut ejus mentio seu Commemoratio fiat iterum inter Commemorationes Communes, seu Suffragia. *Arnaud. Tr. 2. P. I. in Append. ad Tit. n. 18.*

Dico 10. In quotidianis tam Suffragijs, quæ (quandocunque non est *Dupl.* aut dies *infra Octa.* aut *Dies intra Adventum*, aut *intra Dominicam Passionis*, & *Dominicam SS. Trinitatis*, occurrens) ex Præscripto Rubric XXXV. dicuntur in fine *Horarum* ac *Laudum*, facienda quoque est ex obligatione Commemoratio (ante vel post Commemorationem de S. MARIA, vel de Apostolis, ut nimirum requirit dignitas) tam de *Patrono Loci*, vel *Ordinis*, quam de Titulari Ecclesiæ, si sint diversi, uti omnino possunt esse, ac sæpe numero sunt; nam v. g. SS. Trinitas potest esse *Titulus Ecclesiæ*, non tamen potest esse *Patrona*. Ita Comm. cum Gav. &c.

Nec obstat, juxta superiùs P. II. die 14. Jan. in medium allata, quòd allegata Rubrica num. 1. dicat: fieri debere Commemorationem de Patrono, vel Titulari Ecclesiæ, quasi sufficeret eam facere de alterutro: nam, ut recte observat P. Lohner *Instruct. pract. P. Part. 2. Tit. 2. §. 11. num. 3.* quando ibi dicitur Commemorationem B. V. & Apostolis adjungendam quoque esse Commemorationem de *Patrono vel Titulo Ecclesiæ, ante vel post Commemorationem de Apostolis*, Rubrica particulâ, illâ *vel* indicare summodo contendit, interdum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...em, interdum *Patronum* præferri ...postolis, prout nimirum ordo, vel ...gnitas requirit, fieri autem de u...oque debere non tantùm non ne...gat, sed supponit. Cùm autem tam ...e *Patrono* (*loci*, vel *Ordinis*) quàm ...iam de *Titulari Ecclesiæ* facienda sit ...Communibus Suffragijs Comme...oratio, ideo ulterior Resolvenda ...ic restat Quæstio: De utro illo...um ea priùs sit facienda? ℟. cum ...avanto Tom. II. s. 5. c. 18. n. 7. ...: Regulariter loquendo *Patro...loci* in Commemoratione facien...præferendum esse *Titulari*, idque ...Rationes ibidem allatas. Di...tamen: *regulariter loquendo*, si ...mpe sint in pari Dignitatis gradu ...stituti, ut si uterque v. g. sit Mar...aut Confessor: nam si magna sit ...eos Dignitatis distantia, & *Ti...ris* sit dignior, priùs omnino de...bet inter Suffragia Communia fieri Commemoratio de *Titulari*, quàm de *Patrono Loci*, vel *Ordinis*, ùt ibidem advertit Gavant: exquo insuper no...tare hic juvat sequentia: *I. Patrono* ...æquiparari *Patronum principalem* ...*Ordinis*, ijsdémque gaudere privile...: ac proinde de hoc quoque fa...endam esse Commemorationem ...mque pariter ante Commemora...tionem de Titulari, regulariter lo...quendo. II. Tametsi in ijs Eccle...siis, quarum Titulus est SS. Trini...tas, vel S. Spiritus, vel SS. Cor...poris Christi, aut alius hujusmodi, ratione dignitatis facienda sit ejuscemodi Tituli Commemoratio non tantùm ante Commemorationem *Patroni loci*, vel *Ordinis*, sed etiam ante ipsam B. V. MARIAM, nihilominus etiam prædictis Titulis, puta SS. Trinitatis, *S. Spiritus*, SS. Corporis Christi &c, præponenda est Commemoratio de S. Cruce, siquidem Officium fiat *feriale*, quale omnino est etiam Officium Vigiliarum, quæ jejunantur (exceptâ Vigiliâ Nativitatis Domini) & Dominicarum anticipatarum ad Sabbatum præcedens, vel hoc impeditô, ad aliam feriam præcedentem: ita enim præscribit cit. Rubrica 35. n. 1. Quia illa Feriæ indicium est, ut alibi ex Gavanto retulimus, apudquem ulteriores reperire est hujus rei congruentias *cit. s. 5. cap.* 18. *n.* 2. 7. & 8. Quòd si tamén facienda sit simul Commemoratio alicujus Festi occurrentis, quantumvis simplicis, ea facienda est non modò ante consueta Suffragia, sed etiam ante Commemorationem de ipsa Cruce, ùt monet Rubrica ibidem *n.* 3. Quia nempe *Festi* Commemoratio est privilegiata Titulo *Festivo* supra Communes aliorum Commemorationes, quæ ideo dictæ sunt Communes, quòd cedant priorem locum ijs, quæ speciales, seu Festivæ. III. Quòd si de *S.* Cruce, tanquam de *Titulo Ecclesiæ* alicubi facienda si Commemoratio, tunc sufficit illa (saltem

in Officio feriali) quæ pro more fit ante alias Commemorationes, quando fit de Feria. Gavant. *n.* 7. *cit.* allegans Decr. Sac. Rit. Congreg. de die 30. Mart. 1621. additque eôdem modô sufficere Commemorationem de S. Francisco (tanquam Patrono Ordinis) apud eos Ordinis Minorum, quorum Ecclesiæ Titulus est Sacrorum Stigmatum ejusdem. IV. De Titulo S. Salvatoris in hujus Ecclesia non fit Commemoratio tunc, quando Commemoratio in Officio fit de Cruce; quia hæ duæ Commemorationes inter se æquipollent. V. ubi Annuntiatio, vel visitatio, vel Assumptio &c B. V. est Titulus Templi, sufficit Communis de S. MARIA, nisi ista ratione Officij parvi de B.V.in Choro recitati omittatur; tunc enim de S. MARIA in propria Ecclesia, tanquam de *Titulari* illius *Ecclesiæ*, adhuc est facienda Commemoratio, illius nempe Tituli, juxtà Decr. Sacr. Rit. Congregat. 10. *Jan.* 1604. apud Gav. Secus est si de ipsa B. V. fiat Officium. VI. In Ecclesia, Omnium Sanctorum nomine dedicata (qualis est PP. Soc. JESU Halæ in Tyroli) non est omittenda Commemoratio de B. V. & de Apostolis, quando dicuntur Suffr. Sanct. neque Apostolis præponenda Commemoratio Tituli omnium Sanctorum, sed horum Commemoratio illorum Commemorationi ab ejusmddi Ecclesiæ Adscriptis postponenda, ut vult Gav: *s. cit. n.* 9. id præstatum ex Officio parvo B. V. tum etiam aliunde, ùt alibi retulimus VII. Licèt de Ss. Angelis (v. g. de Michaële) & S. Joanne Baptista horum Ecclesijs Titularibus fieri debeat Commem. ante Ss. Apostolos, de alijs tamen SS. Veteris Testamenti non perinde fieri debere Commemorationem ante Apostolos, aut in Litanijs hos præcedant, docent Gavant. & Arnaud. quia (inquiunt) in Litanijs servatur Ordo Temporis, non autem (utì hîc) Dignitatis. VIII. Etiam Regulares debent facere Commemorationem de Titulari, cujus Ecclesiæ sunt adscripti & quamdiu sunt adscripti, atque etiam extra Chorum. IX. De ratio de Patrono, aut Titulari, pro facienda de ijs Commemoratione inter Suffragia consueta, sumi debet ex eorum Festo (non autem ex *gilia*, vel *Octava* illorum, ùt quidam gratis dicebant) mutando verbum *Nativitatem*, vel *Natalitia &c* in *memorationem*, cujusmodi mutatio congruenter fieri non potest, sumatur alia Oratio de Communi. In Collecta *S.* Leonis II. ubi est Pannus Templi, pro Verb. *Commemorationis Festo* lege : *Commemorationem*. In Collecta Ss. Dionysij & Soc. MM. ubi sunt Titulares, omitte *hodierna Die.* In Collecta S. Apolinaris verò omitte : *hunc.* In Col-

sta de S. Joanne Bapt. non est incongruum dicere : *præsentem Diem venerabilem nobis in B. Joannis Commemoratione* ; nec in Collecta de *S. Bartholomæo* absurdum dicere : *hanc venerandam , sanctámque lætitiam in Beati Bartholomæi Commemoratione.*

An is, qui *plures* habet Beneficiorum & Ecclesiarum *Titulos*, teneatur totidem in Officio Commemorationes facere, ità, ut si earum aliquas omittat, non tantùm peccato mortalis sit reus, sed etiam ejusdem Beneficiarius subeat obligationem faciendæ restitutionis fructuum inde percepta, diximus suprà die 14. Januarij, &c: ubi plura alia huc pertinentia. At ulteriùs hîc

Petes 1. Quo Ritu *Titulus* alterius, seu *Capellæ*, sit celebrandus? Hoc quæsitum Gav. *Tom. II. s.* 3. *tit.* n. 15. & *seqq.* in hunc modum respondet 1. Constat ex Rubrica *De Commemorationib. n.* 3. non esse illũ celebrandum uti duplex 1. Classis : deliquum est igitur, ut celebretur, sicut in Calendario Romano describitur : in quo si neque nominatim, ad illud Altare celebrari potest Missæ Festivæ cum Hymno Angelico (non autem cum *Credo*; cum hoc expressè neget Rub. Gener. Miss. Missal. Titulo Capellæ , vel Altaris) ut alibi diximus : sed Officium nullatenus fiat *de tali Sancto Titulari*, sine Licentia Majorum, ad quos attinet Officia mutare : quando re diximus *Tom.* 2. *s.* 1. *c.* 5. *Tit.* 2. *n.* 9. Si Altare est Titulus Beneficij, Beneficiatus adhuc non debet Officium recitare de eo, ut de Festo 1. Classis, neque alio Ritu , quàm in Calendario sit descriptus : eô *autem* ibidem non descriptô , non video, quâ ratione propria auctoritate possit de eo recitare Officium. R. 2. si verò Tit. est Ecclesiæ dirutæ ad illud Altare translatæ, *tunc* ille, qui emolumenta prædictæ Ecclesiæ percipit, æquum est, ut recitet Officium de eo in ejus Festo, ne depereat cultus illius Titularis Ecclesiæ, & Ritus erit semiduplex, nisi dignitas ejusdem aliud exposcat, exemplô sumptô à Vaticana Collegiata S. Petri, quæ celebrat Festum S. Blasij semiduplex ob Ecclesiam ejusdem Sancti. cum emolumentis unitam Collegio Canonicorum S. Petri. Sed in his Casibus consulatur S. R. C. Vide , quæ diximus *S.* 2. *c.* 2. *n.* 26. Hactenus ferè Verba Gavanti.

Petes 2. An Beneficiatus Ecclesiæ, quæ est Titulus Beneficij, licèt apud eam non resideat, debeat tamen ejus Festum colere, & istud tanquam duplex 1. *Classis* ac *cum Octava* celebrare? Respondes Gav. sect. 3. cap. 12. cit. n. 18. affirmativè. Rationem dat; quia illud Festum est Festum Tituli Ecclesiæ, atque 1. Classis.

Petes 3. An, quando Jus Pa-

Parochiale unius adhuc stantis Ecclesiæ translatum est ad aliam novam locô Commodiore sitam, Titulus Veteris Ecclesiæ, etiamnum, ut dixi, stantis, nihilominus possit, aut debeat quotannis Ritu duplici 1. Classis, & cum Octava celebrari? Respondeo affirmativè per se loquendo, idque ob Rationes, allatas à P. Gob. *Tr.* 3. *n.* 696. *appendic.* 3. *à lit. b.* 3: *usque ad f.* 3. ubi etiam, à quo tam in Festo *Titulari*, quàm *infra* ejus *Octavam* dicendum sit Officium & Missa.

Petes 4. Quo Templi *Ornatu exteriore* celebrandum sit Festum *Patroni Titularis?* ℟. Cùm Festum Patroni propriæ Ecclesiæ sit Festum Principale, & Solennissimum, ideo juxta Cæremoniale Episc. *Lib.* 1. *c*, 12. apud Gerlac. Vinitor. illius Ecclesiam debere elegantissimè Ornari, ac proin supra ejus Fores proponi posse Imaginem S. Patroni; &, si Ecclesia habuerit *Indulgentias plenarias* (quales in *Festo Invocationis*, seu *Tituli* suorum Templorum habent omnino Ecclesiæ Soc. JESU vi Bullæ, seu Brevis Pauli V. *Splendor paternæ Gloriæ &c*, emanati die 16. Dec. 1611.) in Tabula pulchrè elaborata ad valvas Ecclesiæ eas appendendas, cum hac Inscriptione: Indulgentiæ Plenariæ.

Hactenus Dicta de *Ritu* ac *Modo* celebrandi Festa Patronorum, ac Titularium, placet confirmare Auctoritate D. Henrici Pisart, qui in *Appendice Directorij Canonici* de Patrono loci, & Titulari Ecclesiæ n. 7. 8. & 9 *ita loquitur*:

NOtandum, quòd per *Patronum Principalem loci* non tantùm designetur *Patronus Principalis Ecclesiæ Cathedralis*, seu *Diœcesis*, sed etiam *Patronus Patriæ*, quæ sæpe non tam latè patet, quàm Diœcesis; Item *Protector Civitatis*, & *Patronus*, seu *Titularis Parochiæ*, & *Monasteriorum*. Festum *Patroni Principalis Ecclesiæ Cathedralis*, qualis est Leodij S. *Lambertus*, juxta suprà dicta servandum est per totam Diœcesim: at Festum *Patroni Patriæ*, qualis est Leodij S. Joseph, in tota illa Patria servandum est ab utroque Clero, Ritu & Modô suprà dictô: at non in tota Diœcesi, si hæc latiùs pateat, & in plures Patrias sit divisa.

" Festum *Patroni*, seu *Protectoris Civitatis* in ipsa Civitate tantùm servari debet, à Clero saecularî cum Octâva, à Regularibus verò, etiam Monialibus, sine Octava, ubique tamen sub Ritu duplici 1, *Classis*; quæ omnia patent ex Decretis S. C. 10. Julij 1656. 13. Jun. 1672. 20. Martij 1683. Et hæc prædicta Festa etiam servanda sunt respectivè de Præcepto in Populo cum obligatione audiendi Missam & abstinendi ab operibus servilibus

bus ex Decreto Urbani VIII. 13. Septembris 1642.

" Patronus Parochiæ, seu Titularis Ecclesiæ Parochialis colendus est ab omni Clero, qui illi Ecclesiæ est adscriptus, idque *Ritu 1. Classis, & cum Octava.* Regulares autem, sub tali Parochia in civitate habitantes, tale Festum non respicit, utpote, qui *proprium* in sua Ecclesia *Titularem* habent, & insuper Festum *Protectoris Civitatis* celebrant. Verùm si in aliqua Parochia Rurali sitam sit Religiosorum Monasterium, hi quoque Festum Patroni, seu Titularis Ecclesiæ Ruralis colere debent sub Ritu dupl. 1. Class. sed sine Octava. Ità D. Pisart n. 7. & 8. at mox n. sequenti subjungens recens S. R. C. Rescriptum, quò *Hæc* ad " Quæsita P. Guardiani Patrum Capucinorum Conventûs S. Michaëlis " Leodij die 28. Aug. 1706. respondens " declaravit: nec licere, nec licuisse prædictis Patribus recitare Officium *S. Servatij*, quamvis sit *Patronus Parochiæ*, in qua morantur, sitque Festum Devotionis in Populo, & illud Festum consueverint ab immemorabili recitare. Ità reperitur impressum in Directorio Anni 1707. per R. P. Martinum Leodium Capucinum, in Rubricis versatissimum, pro tota Provincia composito. Hæc rursum cit. Scriptor.

TITULUS II.

Quid observandum Circa alia Locorum Particularium Festa, tam in propria, quàm aliena Ecclesia celebranda?

1. AD *Horum* OFFICIA quod attinet, observandum imprimis est Decretum *S.* Rit. Congreg. è Decretorum illius Regiſtro extractum, & Calendario Breviarij Romani præfixum, quod ità sonat: *Sacra Rituum Congregatio declaravit, & decrevit, non posse post Bullam Pij V. de Breviario Romano, neque posse Locorum Ordinarios, tam Sæculares, quàm Regulares addere Kalendarijs, etiam proprijs, Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat, quæ Breviarij Romani Rubricis, vel Sacræ Rituum Congregationis, seu Sedis Apostolicæ licentiâ conceduntur: neque propriâ Auctoritate, quovis prætextu, mutare ritum, qui habetur in Kalend. Rom. seu Rubr. Brev. in altiorem ritum: neque extendere Concessa Officia de loco ad locum.*

Item

Item vetuit & prohibuit celebrari per totam Civitatem, vel Diœcesim, etiam de cujuscumque Ordinarij Auctorit. Festum cum Officio; eò quod in loco adsit Ecclesia Parochialis, vel Regularis, vel Abbatialis, aut aliqua Reliquia; sed tantùm in ipsius Sancti Ecclesia Titulari, seu ubi asservatur Corpus, aut insignis Reliquia, & non alibi.

Insignes autem Reliquias declaravit esse, caput, Brachium, Crus, aut illam partem Corporis, in qua passus est Martyr, modò sit integra, & non parva, & legitimè ab Ordinarijs approbata.

De Sanctis Episcopis Locorum, Martyribus, Civibus, & alijs Festis, de quibus in Kalendario Romano, seu Rubricis Breviarij nihil habetur, utì etiam de Beatis nondum Canonizatis, nihil propria Auctoritate constituatur, sed omnino consulatur Sacra Rituum Congregatio.

Decretum quoque nuper editum super Electione Sanctorum in Patronos, & impressum *omnino servetur.*

Et hæc omnia decrevit, statuit, & mandivit, innovando pœnas constitutionis Pij V. respectivè.

Facta Domum relatione horum Decretorum Sanctissimo D. N. Urbano Papæ VIII. ea laudavit, & approbavit, atque ab omnibus ubique sub prædictis pœnis servari præcepit, necnon in novis Breviarijs de Mandato Sanctitatis suæ imprimendis apponi inssit, &c. Unde

Infertur: non licere recitare Officium de Sancto, nisi id vel in Brev. Rom. Jussu S. Pij V. editum sit contentum, vel à Papa, aut de hujus licentia à Sac. Rit. Congreg. Specialiter sit concessum. Vide P. Gobat Tr. 3. à n. 670. & 671. usque ad 679. necnon Append. 1. à lit. h. & o. pluribus discrepantem, an, & cujus Auctoritate fas sit celebrare, aut Horas Canonicas dicere de quolibet *Canonizato*, aut *Beatificato*? ut mul adverte ad paulò pòst dicenda.

II. Ad Missas ejusmodi festum quod attinet, observandum pariter ejusdem S. R. C. Decretum, Calendario Missalis Romani præfixum, cujus hoc est Initium: *Sacra Rituum Congregatio, inhærendo Decretis aliàs factis, prohibet omnino Missas à S. R. C. non approbatas, & signanter illas Missas nuncupatas S. Gregorij pro vivis & Defunctis, Missas 15. Auxiliatorum, Missam de Patre æterno, & quascunque similias, ùt suprà, non approbatas; exceptis tamen Missis Rosarij. & de Monte Carmelo, quæ sunt permissæ Regularibus quibusdam, & ijsdem duntaxat, nec possint ab alijs celebrari* (intellige sectione speciali Sedis Apostolicæ concessione) *etiam in ipsorum Regularium Ecclesijs &c.* Vide Gavant. Tom. 1. s. 1. c. 5. Tit. 2. item s. 2. c. 2. præsertim à n. 14. ac denique sect. ead. c. 3. ubi prædicta Decreta, uti & Bullas S. Pij V. necnon Clement. VIII. & Urbani VIII. Breviario Rom. præfixas pluribus, & quidem exactissimè, declarat: Quas Declara-

tio-

nes legenri patebit, quam cautè ac in parte sit procedendum. Occasione verò duorum præcedentium Decretorum.

Quæritur 1. quænam ergo, ubi celebratur *Festum Ss. Rosarij*, denda sit Missa ab illis, qui non gaudent Privilegio dicendi Missam proriam illi Festo? Item ab illo, ui habet onus dicendi *Missam de Diem*? Ad primum Gav. *Tom* 1. 2. *Tit.* 15. *n.* 22. Respondet: fieam debere, ùt in Festo ad Nives: ic observari in S. Æde Laureta-

Ad 2. idem Gav. ibid. *Tit* 17. 9. Respondet: consulendam à ri Sac. Rit. Congregationem: æ aliquando concesserit (nem- anno 1623. & 1628.) in hujusmo- casu Missam votivam de B. V. ùt Missali.

Quæritur 2. An vi secundi Decreti censeantur prohibitæ 30. *Missæ S. Gregorij*, h. e. *institutæ*, aut *approbatæ a S. Gregorio M. ac per* 30. *continuos dies dicendæ pro Defunctis*? R. Negativè, & id ipsum negavit S. R. C. die 28. Octobr. 1628. prælóque dam esse hoc Decretum, petentibus Monachis S. Gregorij de Urbe, tebatur Gav. *Tom. I. P. I. Tit. V. n.* 3. *lit.* in fin. Ritum eas dicendi ex ipsoper S. Gregor. *L.* 4. *Dial.* 55. refert dem ibid: ac inde Deducit *primò*: bum esse necessarium, ut unus idemque Sacerdos per Mensem celebret diebus triginta, sed tantùm necesse esse, ut offeratur S. Hostia per Mensem, sive dein ab uno, sive à pluribus. *Secundò*, sufficere, ut offeratur Sacrificium, non autem opus esse, ut omnes Missæ dicantur Ritu proprio de Defunctis, utpote qui in Dominicis intercurrentibus prohibeatur. *Tertiò*, continuis 30. diebus Missas illas fieri quidem debere, remotâ tamen Superstitione ratione *numeri* (utpote veritâ à Trident *sess.* 22. *c.* 9.) cæteroquin ibidem à Sacris Scriptoribus commendati, ac Mysticis significationibus eruditè illustrati: neque discontinuantur (inquit idem Gav.) Missæ illæ ob Triduum Majoris Hebdomadæ, quô ex usu Ecclesiæ probato non debet celebrari. Doctores autem (subjungit ibid.) qui volunt eas posse discontinuari, vel uno die dici omnes triginta, concludunt valere, tanquam *triginta Missas*, sed non ut eas, quas instituit *S. Gregorius*, ùt ex ejusdem Verbis patet, eôdem Locô à Gav. adductis. vide Gob. *Tr.* 3. *n.* 731.

Quæritur 3. An per idem Decretum *S.* R. C. prohibitum sit dicere ullam Missam de 15. aut 14. (ùt Germani numerant) Ss. Auxiliatoribus, nempe Georgio, Vito, Blasio, Dionysio, Pantaleone, Erasmo, Cyriaco, Christophoro, Achatio, Eustachio, Ægidio, Catharina, Margaretha, Barbara? R. Negativè, ac Dico: eam tantùm prohiberi,

 quæ

quæ sub Titulo *Missæ de quindecim Auxiliatoribus* Venetijs impressa jam annô 1617. die 16. Jan. à S. R. C. fuit rejecta, ità, ut neque retineri possit in calce Missalis sub pœnis Librorum prohibitorum ea Missa, utì videre est apud *Gav. P.* 4. *Tit.* 17. *n.* 14. De reliquo cùm in honorem *Ss. Auxiliatorum* DEO. Opt. Maxim. & *Templa*, & *Altaria* erigantur, ac etiam consecrentur, licebit utique & Missas de ijs dicere. Qualis autem sit dicenda, si petatur, ut una de omnibus simul per modum votivæ dicatur, videbimus infrà Titulo 7. de Missis votivis, & videri potest P. Lohner *Instr. pract. I. P.* 4. *Tit.* 2. *§.* 2. *n.* 3.

Quæritur 4. Quale *Officium* dicendum sit de Sancto, cujus habetur Reliquia insignis approbata? *R.* 1. Si ei non aliunde comperat major Ritus, ex Decreto S. R. C. de anno 1628. 8. April. *Officium* fieri *duplex minus*. Reliquia autem insignis, ratione cujus recitandum est Symbolum in Missa de tali Sancto (saltem in ea Ecclesia, inqua extant insignes Reliquiæ) judiciô Quarti *P.* 1. *Tit* 11. *dub.* 3. est *manus*, vel *Pes*, vel aliud *fruſtum*, sed juxta Decretum Sac. Rit. Congreg. (suprà relatum) debet esse v. g. *caput*, *Brachium*, *crus*, vel *pars*, in *qua passus*, est Martyr, debétque esse *integra*, & non *parva Pars*, approbata item ab Ordinar: loc: utì in eodem dicitur Decreto; censetur autem adhuc esse *integra Pars* juxta citatum Quarti *P.* 1. *T.* 1. *Dub.* 4. & P. Lohner *Instr.* 1. *P.* 2. *Tit.* 17. *n.* 1. cæterùm etsi illa (v. g. Caput) ex pluribus fragmentis constet, per artificiosam unionem tamen ità conjunctis, ut non modò omnia adsint frusta, sed fragmenta, sed etiam appareat integra, integrum v. g. *Brachium*, *Caput &c.* Porrò si Reliquia sit de Christo Domino, Beatissima Virgine, aut alio eminentissimo Sancto censebitur juxta Quintanadvenam apud Gob. *Tr.* 3. *n.* 683. ea esse insignis, licèt sint tantùm aliquot Capilli Beatissimæ Virginis, aut frustula Annæ, vel alicujus Apostoli ejusmagnitudinis palmaris; *tunc enim*, inquit, *Defectus quantitatis ab extrinseco qualitatis Suppletur*: id si verum, adhuc tamen necessaria erit legitima Superioris Ecclesiastici Approbatio.

R. 2. Circa Officium propter *insignes* Sanctorum *Reliquias* festu *duplici*, & cum *Credo* in Missa decendum, emanâsse 19. Octobr. 1691. à Sac. Rit. Congr. sub Innoc. XII. hoc Decretum: *Cùm Sacrorum Rituum Congregationi innotuerit, quamplures abusus irrepsisse circa recitationem Officij sub pratextu Decreti ab eadem Congregatione evulgati de anno* 1630. *in Breviario Romano impressi, in quo permittitur posse in Ecclesia recitari Officium & Missas celebrari de illis Sanctis quorum Corpora, aut Reliquiæ insignes* [illegible]

servantur : Eminentissimi Patres ejus Sac. Congregationi Præpositi ijsdem dubiis evellendis præcipuè intenti, inhærendo Decretis aliàs in similibus editis, declararunt, prædicta Officia Sanctorum cujusque Corporis, seu insignis Reliquiæ recitanda, intelligi debere de Sanctis duntaxat in Martyrologio Romano descriptis, & dummodo constet de identitate Corporis, seu Reliquiæ insignis illiusmet Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus. De cæteris autem Sanctis in eodem Martyrologio non descriptis, aut quibus à Sede non fuerit specialiter concessum, licitè recitari, & Missas celebrari vetarunt, non obstante, quòd ipsorum Corpora, vel insignes Reliquiæ in Ecclesijs asserentur : Quibus tamen ab Ordinarijs eorum approbatis debitam Fidelium Venerationem (prout hactenus servatum est) exhibendam esse censuerunt, sed absque Officio & Missa, sub pœnis de non satisfaciendo Præcepto recitandi Officium alijsque in Constitutione Beati Pij V. contentis. Die 11. Augusti 1691.

Et facta de prædictis Sanctissimo per me Secretarium relatione, Sanctitas sua hujusmodi Decretum approbavit, ac, ut debitæ exequutioni demandetur, locorum Ordinarijs injungendum esse præcepit die 19. Octobr. ejusdem anni 1691.

Ex quo infertur : Stante hoc Decreto de Sancto, cujus habetur Corpus, vel *insignis Reliquia*, non posse fieri Officium, nisi constet de ejus identitate, & insuper ille S. reperiatur in Martyrol. Romano, secluſa speciali Sedis Apostol. (ut additur in eodem Decreto) concessione, descriptus. Reliquias tamen Sanctorũ à locorum Ordinarijs approbatas posse nihilominus exponi ad Fidelium venerationem. Scripsit quidem P. Claud. La Croix Tomulo IV. Theol. moral. 1707 impresso, *lib. 4. n. 1260.* rescriptum sibi fuisse Româ prædictum Decretum subtractum fuisse è Typog. Apostolica, adeoque censeri tacitè revocatum : at Tomulô VII. *lib. 6. P. 2. ante numerum marginal. 2074. fol. 1350. nec non in conclusione ejus Tomuli post Indicem Rer.* testatur se postmodum meliùs edoctum intellexisse Decretum hîc relatum nullatenus esse revocatum, sed vigere. "Quare (inquit cit. fol.) standum est "illo : ac propterea hôc annô 1712. "Coloniæ non habuimus de Ss. "Constantio & Fausto, nec posthac "habebimus, nisi Sancta Sedes id "specialiter nobis concesserit.

Nr. 3. Quando dicitur, quòd in sola Ecclesia, in qua est insignis Reliquia, recitari possit *Officium*, non est sensus, quòd intra ipsam Ecclesiam recitari debeat, sed quòd illis solis liceat recitare, qui sunt adscripti tali Ecclesiæ. Ità Neusser: & Gob. *Tr. 3. n. 696. append. 4. Litt. b.* Plura huc pertinentia vide apud eumdem à *n. 683. & 686.* Non posse autem dici Symbolum in Missa à recitante Officium de Sancto, de quo habentur insignes Reliquiæ in

propria Ecclesia, si eo die celebret in alia Ecclesia, responsum esse fertur à Sac. Rit. Congregat. 1684. 2. Decembr. Quod Decretum an sit de numero authenticorum, dicere non habeo. Juxta ea, quæ habentur in Supplemento recentiorum quorumdam Missalium, Dominicâ III. Octobr. celebrant quædam Ecclesiæ Festum Ss. Reliquiarum, dicendo Missam ibi extantem, de quo P. I. Dominicâ III. Octobr. *&c. f.* 255. *&* 256.

℣. 4. Quando Sedes Apostolica concedit, ut Officium dicatur de aliquo Sancto, de quo habetur Reliquia *non insignis*, Officium debet esse Semiduplex, nec dici in Missa *Credo*. Gav. *Tom* 2. *f.* 3. *cap.* 3. *n.* 4. & cum eo Arnaud. ob Rationes ibid. à Gav. allatas. *Addunt* 1. simili Ritu (nempe *Semiduplici* tantùm, & sine *Credo* in *Missa*) particularium Provinciarum, aut Diœceseon *Sanctos* in ijs Locis esse colendos, in quibus neque nati, neque mortui sunt, neque insignes de ipsis Reliquiæ extant, quando toti Provinciæ seu Diœcesi conceditur facultas dicendi de ipsis Officium. *Addunt* 2. Semiduplici quoque tantùm Ritu celebrandas esse Inventiones, & Translationes *Reliquiarum* die earundem Anniversario, ad differentiam scil. Festorum principalium ejusmodi *Sanctorum* : id quod observat ipsa Ecclesia universalis in Invent. S. Stephani Protom. ait. Gav.

Excipiunt tamen Translationem *Patroni Principalis*, cui soli officium *duplex*, & *Missam*, cum Oct. S. Rit. Congreg. concedere solet, uti habet Gav. *Tom. I. P. I. Tit. XI. litt. g.* Quid porrò circa celebranda Festa Sanctorum, de quibus habetur Reliquia, sit insignis, seu non insignis, vide apud P. Gob. *Tom. I. Tr. 3. n. 683.* 684. (ubi nominatim de Dente S. Apolloniæ, & Digito S. Viti M. non ibidem num. 685. & 696. pend. 4. totâ : Scripsit verò ea omnia ante editum Decretum sub Innoc. XII. suprà relatum, ac modò observandum.

℣. 5. In *Missa* de Sancto, qui Titulus est *Altaris*, de quo tamen in die Festo illius non recitatur *Officium* (ob occurrentem v. g. Diem Officiô alió privilegiato impeditam) sed tantùm *Missa* ad ejus Altare, convenit, ut, quoniam Oratio illius, de quo fit Officium, omitti non debet, tertiò locò dicatur illa Oratio, quæ alioqui 2. Loco recenda foret, si Missa cum Officio concordaret. Ità Gav. *Tom. I. P. I. ad Tit. 9. n. 16. Tit. 1. ante finem.* Rationem dat : quia hæc *Missa* est mixta ex *Votivo*, & *Festivo* : Ex parte quidem ; quia discordat ab Officio ; ex *Festivo* autem ; quia eo die obiit Sanctus, & ideo etiam dicitur in ea *Hymnus Angelicus*, seu *Gloria in excelsis*, ùt idem Gav. *ibidem*, & Tit. 8. num.

...m. 4. Lit. b. cum Petro Ruiz do-...

℟. 6. *De Titulis Altarium*, ...ò extent in Kalendario Romano, ...clusâ speciali Sedis Apostolicæ ...entiâ, non posse recitari, *Officium* ...nstat ex dictis, & jam annô 1618. ...Aug. à S. Rit. Congreg. difini-...m ferunt.

℟. 7. Ad Festa Bearorum ...ndum *Canonizatorum* quod attinet, ...ter ea, quæ alibi diximus, & di-...mus, S. Rit. Congreg. fertur in-...er decrevisse sequentia: 1. In ...Ecclesijs, in quibus de Sedis ...ostolicæ licentia *Officium*, & ...de Beatis recitari, & re-...ctivè celebrari possunt, licitum ...eorum *Reliquias* exponere, item ...agines, vel Simulacra super Al-...collocare, atque etiam votivas ...bellas ibidem appendere; non ...men eorum Nomina esse apponen-...Kalendarijs, nisì illius tantùm ...ci, earúmque tantùm Personarum, ...quo, & à quibus Festum Beati ...m *Officio* & *Missa* celebratur: ...æterea non esse illos invocandos ...publicis Precibus, præter indul-...s & approbatas; nec eorum Re-...quias in publicis Processionibus ...cumferendas. 2. Licèt sine In-...ulto non sint celebrandi Dies Fe-...i in Beatorum honorem, eam ta-...men prohibitionem non extendi ad ...*Festa Devotionis*. 3. Episcopos Regu-...lares, qui ex Indulto Sedis Apostolicæ gaudent Privilegijs suæ Religionis, quorum pro sua Conditione sunt capaces, non posse tamen de Beatis suæ Religionis recitare *Officium*, nec in proprijs Cathedralibus de ijs *Missam* celebrare, nec ijsdem *Beatis Altare* erigere. 4. In Missis de *Beatis* (ubi eorum celebratio est permissa) non esse dicendum, *Credo*, nisì adsit insignis *Reliquia &c.*

Quæritur 5. An Regulares absque *speciali Privilegio*, sed *sola Communicatione Privilegiorum* aliarum Religionum, possint recitare *Officia*, & dicere Missas concessas alijs Religionibus? Ad hoc quæsitum Sacr. Rit. Congreg. annô 1706. 20. Martij Respondit Negativè, utì videre est apud Francisc. Monacelli *P. 2. Formular. Legal. Pract. Tit. 13. fol. 68. & 69.*

Quæritur 6. Quo die celebrandum sit Festum illius *Sancti*, de quo neque scitur *Dies obitûs*, neque *Translationis*, neque *insignis Manifestationis*, & tamen alijs de causis cum Majorum consensu celebrari debet ejus Festum? Proponit hanc quæstionem *Gavant. Tom. 2. in Proœm. Sect. 8.* & ad eandem ibidem sic Respondet: Antiquiores celebrabant illius Festum in die, quô in Martyrologio Festum alterius *Sancti* ejusdem Nominis occurrebat, quod notavit Baronius in Martyrologio die 12 Febr. sub lit. E. ubi trium Modestarum fit mentio, & hic quidem

Ri-

Ritus placet, nisi ubi timetur Error in Populis, qui credant eum, quem colunt, esse eumdem, qui in Calendario Romano descriptus est : nam hujus Erroris culpabilem Permissionem rectè ibidem culpæ mortalis damnat, ejúsque fautores acerrimè, ùt par est, reprehendit; & demum admonens Episcopos, adquos attinet approbare Reliquias, ut caveant, nè inducatur hujusmodi abusus, néve inductus toleretur ab ijsdem, subjungit : In hoc casu tutius esse celebrare talis *Sancti* Festum alio die, v.g.die Translationis (si de hac constet) aut aliâ Proximiore.

Quæritur 6. Quid observandum, quando ex Sedis Apostolicæ Permissione fas quidem est dicere *Officium*, & *Missam* de *uno*, vel *pluribus Sanctis* in aliquo loco, aut aliqua Solemnitate, Sancti v. g. recèns *Canonizati* vel *Beatificati*; aut in Festo aliquo ejus minùs principali, &c; sed quodnam, vel quale de hujusmodi Sancto, aut Sanctis dicendum sit Officium, vel Missa, in Indulto illo non exprimitur? ℟. In hujusmodi Casibus tam quoad dicendum *Officium*, quàm *Missam*, recurrendum esse ad Commune Sanctorum, & (si quidem concessa sit etiam *Octava*) ad *Octavarium Romanum* : Hinc autem

Infertur 1. Ante omnia dispiciendum esse in ejusmodi casu, ex *quanam Sanctorum* Classe sit talis *Sanctus*, vel *Sancta*? An scilicet e Classe *Apostolorum*? An *Martyrum* (&, si quidem sit ex hac, an sit unus, vel habeat Socium, aut Socios? An Confessorum Pontificum? an Non-Pontificum, aut Abbatum? an Virginum, vel Non-Virginum &c? si enim v. g. sit Martyr, nec habeat Socium, dicitur Officium, ùt in Communi unius Martyris, si vero habeat Socium, vel Socios, tunc ùt in Communi plurim. M.M. ibi modo, si sit Confessor Pontifex, vel Non-Pontifex, dicitur, ùt in Communi Confess. Pontificis, vel Non-Pontificis. Si denique Virgo, vel Non-Virgo, tunc ùt in Commun. Virginum, vel Non-Virginum (seu Martyrum seu non Martyr.) ùt ibi, attamen sub eo Ritu (nimirum duplici, vel *Semiduplici*, aut tantùm simplici) sub quo concessum est Officium dicere de tali Sancto, aut Sancta &c; Observando etiam Ritum Paschalem, vel Non-Paschalem, pro Qualitate Temporis.

Infertur 2. Tamerh quando pro *Officio*, aut *Missa* ejusmodi Sancti, vel Sanctæ, nil habetur proprium, ne quidem *Oratio*, aut tantùm una saltem, vel altera *Lectio*, tunc non modò Invitatorium, Hymni, Antiphonæ, Psalmi, ac Reliqua hujusmodi, sed Lectiones quoque IX. ac III. Nocturni dicendæ sint, ut in Communi *Sanctorum*, vel *Sanctarum*

rum v. g. Martyr. Confess. Virgin. el Non-Virg. &c, ad Lectiones tamen I. Nocturni quod attinet (si ejusmodi Officium sit 9. Lectionum) observanda esse ea, quæ Rubric. General XXVI. *n.* 2. 6. 7. 8. ac præsertim 9. circa Lectiones I. Nocturni pro Officio 9. Lectionum præscribit, item Sac. Rit. Congreg. de emendis Lectionibus I. Nocturni in Officio de *Festo duplici majore* (nisi adsint propriæ) ex ejus Communi, non verò de Scriptura occurrente, licèt occurrat *Initium*, saltem particulariter. Quòd si Sanctus non habens proprias Lectiones sit *Martyr*, & Lectiones I. Nocturni (ex casu in modò citata Rubrica *n.* 9. expressâ) sumere necesse sit non de Scriptura occurr: sed de Communi Martyris, tunc, si Martyr ille Sanctus non *Pontifex*, seu *Episcopus*, dici omnino debent in I. Nocturno Lectiones ibi in Communi unius Martyris in I. Nocturno positæ de Actibus Apostolorum : *A Mileto &c*; si verò non sit Pontifex, tunc dici nequaquam debent illæ (quia, ùt in Rubricâ ijs præfixâ notatur, eæ solùm in Festo *Martyris Pontificis* dicuntur) sed dicendæ tunc sunt positæ pro I. Nocturno in Communi plurim. Mart. de Epist. B. Pauli Apost. *Fratres Dextores &c*, ùt ibidem præscribitur, & monet Gavant. *Tom.* 2. *sect.* 8. *c.* 2. *n.* 2. Tametsi præterea, quando in Communi Sanctorum, præsertim in II. & III. Nocturno, plures sunt positæ *Lectiones*, nempe tum ad *varietatem* (præsertim infra Octavas) tum ad *Proprietatem* (quia in Missali diversa Festa diversa habent Evangelia) aut etiam plures *Orationes* assignantur, eligi in hujusmodi Casibus possint vel illæ Orationes, ac Lectiones, quæ positæ sunt in primo, vel illæ, quæ positæ sunt in 2.do Ordine, vel Locò, curandum tamen est, ut in III. Nocturno legantur Lectiones de Homilia illius Evangelij, quod concordat, seu coincidit cum Evangelio Missæ, & in *Officio* pariter dicatur illa Oratio, quæ dicitur in *Missa* de tali Sancto. Sed quid agendum, quando in *Missa* legitur Evangelium, cujus Homilia nulla habetur in Communi *Sanctorum*, aut etiam in toto *Breviario*? &c. cum Gav. *Tom.* 2. *s.* 8. *c.* 2. *n.* 4. Si Evangelium illud Missæ non habeat quidem Homiliam in Communi Sanctorum, habeat tamen aliquam in alio loco, aut Parte Breviarij (ut habet v. g. Evangelium Missæ : *Latabitur Justus &c* de Communi un. Martyris non Pontificis : *Nihil est opertum &c.* & Evangel: *Amen dico vobis, nisi granum frumenti &c*, in quorum illud habetur Homilia in Breviario ad Festum S. Polycarpi 26. Jan. in istud verò in Festo S. Laurentij 10. August.) tunc Lectiones pro III. Nocturno sumendas esse ex illo Festo; si verò Evangelium

lium Missæ non habeat Homiliam in toto Breviario (utì non habent Evangelium : *Nolite arbitrari*, & Evangelium : *Qui vos audit, me audit*, & similia) tunc recurrendum esse ad *Octavarium Romanum*, utpote in quo habentur Homiliæ approbatæ supra quodcunque Evangelium Missalis Romani. Quòd si *Octavario* careas, tunc lege in Officio illam Homiliam Evangelij, quam habes in Communi in Breviario, & postea in *Missa* lege idem Evangelium ; quandoquidem juxta Rubricam extantem in Missali Romano post secundam Missam de Communi unius Martyris Pontificis, *Epistolæ*, & *Evangelia*, quæ in Missali assignantur pro Pontifice, & Martyre, legi etiam possunt pro Martyre non Pontifice, & quæ in eodem habentur pro Martyre Non-Pontifice, assumi etiam possunt pro Martyre Pontifice ; imò juxta eandem Rubricam, quæ in una Missa de eodem Communi ponuntur, dici possunt in alijs Missis de eodem Communi. Quòd si occurrat fieri alicubi Officium plurium Pontificum, & Confessorum, tunc, si in I. Nocturno Lectiones non debeant, aut non possint sumi de Scriptura occurrente, neque etiam propriæ pro I. Nocturno habeantur, tunc in I. Nocturno legantur eæ, quæ in Communi Confessor: Pontificis habentur 2. locô de *Libro Ecclesiastici*, & incipiunt : *Laudemus viros gloriosos &c*: in Sermone autem *II.Nocturni* (si sumatur de Communi Confess. Pontif.) utì & in Oratione, ea, quæ ponuntur in *Singulari*, dicantur in *plurali*, ùt monet Rubrica, etiam post Antiphonam ad *Magnificat* in II. Vesperis Confessor. Pontific: non Gav. *sect.* 8. *cit. c.* 3. *n.* 1. tamen ibid. *n.* 5. addit : Tamen, quando celebratur alicubi Festum *plurium* simul *Confessorum* (sive non Pontificum, sive Non-Pontificum) detur facultas mutandi verbum in *Oratione*, tum in *Sermonibus*, quæ de ijs ex Communi Sanctor. leguntur, ùt sonent Numerum plurale locô *singularis*, dicendo v.g. *Ad Sanctorum, ac Beatissimorum Patrum nostrorum*, N.N. *quorum &c.* Vel : *Beatorum N.N. Dies, quorum Festivitatem celebramus &c*; non tamen id faciendum in Sermone S. Gregorij ex Libro Moralium : *Deridetur Justi simplicitas &c*; quia is non est proprius *Sermo de Sancto*, sed *Tractatus, & Expositio Libri Job.* In Antiphonis quoque (inquit idem Gav. ibid.) Responsorijs, Hymnis, & Homilijs, Scriptis de Communi, nulla fit mutatio, licèt non quadrent pluribus : quia, inquit, nimia esset mutatio & perquam difficilis, ut congruat in omnibus. Quòd si Officium faciendum sit de *pluribus Sanctis Mulieribus*, tunc, ut seq. capite 4. num. 6. monet cit. Gav. nihil mutatur præ-

er Orationem, &, si plures sint Virgi-
es, habent propriam Antiph. in *utris-*
ue Vesperis, & *Laudibus* ad *Benedictus*,
d ad *Magnificat* : nempe : *Prudentes*
rgines &c, cum Versu : *Adducentur*
gi Virgines &c, ac Orarione : *Da*
bis, quæsumus Domine DEUS noster,
ctarum Virginum, & (siquidem
nt Martyres) *Martyrum tuarum N.*
Sociarum ejus &c, quæ extant an-
e Matutinum, de Communi Virgi-
um in Breviar. Romano. In *Con-*
sû & *Occursu* duarum *Ss. Virginum*,
duarum *SS. Mulierum*, habentium
dem Orationem, dicitur pro alte-
earum Oratio : *Indulgentiam no-*
, quæsumus &c ad earum varieta-
m, omissis, si opus, Titulis : *Vir-*
, & Martyris &c, ùt in Commu-
Virginum 2. loco. In Festis S.
brahæ, & S. Jobi (quæ, Teste Ar-
mdo *Tr.* 2. *P.* 1. *Tit.* 19. & Gav. ali-
bi cum facultate Majorum cele-
brantur) legi possunt in Officio Le-
ctiones haustæ ex Genesi, & Histo-
ia Jobi, quæ videl. habentur in
Dominica in *Quinquagesima*, pro S.
braham, & in *Dominica 1. Septem-*
ris pro S. Job. In 2. autem Noct.
quæ ibidem habentur in 2. Nocturno
Dominicarum dictarum in eo-
rum Commendationem. In 3. No-
turno : *Homo quidam Nobilis* : cum
Homil. quæ habetur in Festo S. Lu-
dovici Reg. Vel in I. Nocturn. Le-
ctio de Scriptur. occurr. reliqua ùt
suprà. Idem Servari potest in Fe-
stis Ss. Isaiæ, Jeremiæ, Danielis,
Davidis, & similium, ubi celebran-
tur, proprijs è Breviario adhibitis
eorum Lectionibus : Habes Le-
ctiones pro *S.* Davide in Dominica
6. post Pentec. de Apologia illius
ex Libro S. Ambrosij. *Arnaud. lo-*
cô citatô. Gav. To. 2. *f.* 5. *c.* 12. *n.* 22.

Ad Missas hujusmodi Festo-
rum quod attinet, quoties propria
non assignatur, nec etiam de Com-
muni Sanctorum determinata ali-
qua præscribitur, liberum erit cui-
que eam recitare, quam maluerit,
ex illa tamen Classe *Communis*
Sanctorum, in qua continetur San-
ctus, de quo fit *Officium*, ac *Missa*,
& modò plures, quàm una in eo
Communi reperiantur Missæ de San-
cto, vel Sanctis talis, vel talis Clas-
sis; & multò magis (inquit Gav.
Tom. 1. *P.* 4. *Tit.* 16. *n.* 2.) liberum
erit hanc vel illam Epistolam, hoc
vel illud Evangelium (dummodo
concordet cum eo, quod legitur in
Officio) ex ibi assignatis legere; cùm
id permittat Rubrica Missal. præfixa
Communi unius Martyris Non-Pon-
tificis, ità sonans : *Epistolæ & Evan-*
gelia pro Pontifice & Martyre assignata,
legi possunt etiam pro Martyre Non-Pon-
tifice; & quæ infrà de Martyre Non-Pon-
tifice habentur, etiam pro Martyre Pon-
tifice : & similiter, quæ in una Missa
de eodem Communi ponuntur, dici possunt
in alijs Missis de eodem Communi : i-
tem Rubrica extans ante Missam de

pluribus Martyribus Tempore Paschali, ubi hæc leguntur : *Epistola & Evangelium suprà dictæ Missæ, dicuntur etiam in sequenti Missa, &, quæ in sequenti habentur, dici possunt in superiori.* Præterea tam in Communi *Martyrum* (tum intra, tum extra Tempus Paschale) quàm in Communi *Confessorum Pontificum*, & *Non-Pontificum*, præter *Epistolas* & *Evangelia* in quavis Missa ibi posita, assignantur insuper quædam aliæ *Epistolæ* & *Evangelia*, quæ locô *Epistolarum* & *Evangeliorum* in dictis Missis positorum legi possunt, prout magis ea huic, vel illi Festo, aut Sancto convenire videbuntur : curandum tamen est, ùt pluries ex Gav: jam monui, ut Missa quoad ipsthæc concordet cum Officio. Quænam denique dicendæ sint Orationes, si occurrat fieri de Festo plurium Pontificum (seu Martyrum, seu Confessorum) aut plurium Virginum &c, habetur in Communi *Sanctorum* suprà cit. Locis. Idem est de Lectionibus, & Epistola in Missa, ac similibus. Addo his, quæ ex P. Quintanadvennas Tr. 6. sing. 27. tradit Gob. *Tract.* 3. *n.* 688. Quando in Missali non reperis propriam Missam illius, de quo vis celebrare : si sit Martyr, Confessor &c, accipe de Communi Martyrum, Confessorum, &c; idémque observa in Breviario : unde si de *Nomine* JESU non reperis Missam, accipe Missam de Circumcisione, si de *Corona Christi*, accipe de Passione, si de *S. Gabriele*, accipe de Annuntiatione, sicut etiam si pies de Annuntiatione, si foret dicendum de *Nomine* MARIÆ : dicientibus enim *Missis propriis*, sumendæ sunt ex Missali illæ, quæ sunt similiores mysterio, aut Sancto de quo dicendi Missam aliunde (supponitur) habes facultatem. *To.* 1. *P.* 3. *Tit.* 10. *n.* 16. *ante fin.*

Nota hîc : De Sancto non ter Canonizato non posse fieri cium extra propriam Ecclesiam, ne novo Decreto id permittente xta inferiùs dicenda.

Infertur 3. Si de *Sancti* alicujus *particularis* fiat *Ritu simplici* in aliquo loco, tunc, sicut *Duplicia* & *Semiduplicia* Locorum particularium quoad *Officium* & *Missam* respectivè regulantur ùt *alia Duplicia* ejusdem Classis) ac *Semiduplicia* Ecclesiæ universalis, secundùm Rubricas tum Generales, seu omnibus stis 9. Lectionum Communes, tum etiam Festis *Duplicibus*, ac *Semiduplicibus* proprias, ità etiam in celebrandis *Festis Simplicibus* locorum particularium eô procedendum est modô, quem Rubricæ de celebrando Festo Simplici in *Breviario*, & *Missali Romano* pro Ecclesia universali præscribunt. Hinc autem

Infertur 4. Si *Festum* ejusmodi *simplex* incidat in *Feriam majorem* (quales sunt omnes Feriæ Adventûs ;

rum : item omnes Feriæ 4. Temporum : præterea omnes Feriæ Quadragesimæ, ac denique etiam Feria II. Rogationum) aut in *Vigilia*, aut *Feriam*, quâ juxta Rubricam *de Dominicis n. 4. 5. & 6.* facendum est infra Hebdomadam de *Dominica*, aut denique in *Sabbatum per annum*, tunc de Festo ejusmodi Simplici in *Officio*, & *Missa* diei currentis fieri tantùm Commemorationem, sine Lectione de eo : pari modò non dici de eo Lectionem, sed tantùm fieri Commemorationem, si incidat in Dominicam, in qua non dicitur *Te DEUM*, sed nonum Responsorium (quales sunt illæ Dominicæ, in quibus adhibetur color violaceus) etiamsi forsan alioqui propriam habeat ; utì nec, si veniat intra Octavas Paschæ, Pentecostes, & Corporis Christi, quibus diebus similiter de *Festo simplici* fit tantùm Commemoratio, sine Lectione de illo, nisì infra Octavam SS. Corporis Christi fiat Officium duplex de alio Sancto ; tunc enim, si Simplex propriam habeat Lectionem, non modò post Commemorationem de Octava fit Commemoratio de *Festo simplici* simul occurrente, sed etiam dicitur de eo 9. Lectio (ut alibi dictum, & infrà rursum suò locò dicetur) perinde, ac dici solet in aliis Dominicis, Octavis, ac Festis 9. Lectionum per annum, nisì fiat Officium *duplex* 1. *Classis* : nam in *duplicib.* 1. *Classf.* nihil prorsus fit de *Festo Simplici* tam in *Officio*, quàm in *Missa*, ne quidem Commemoratio (exceptâ S. Anastasiâ Mart. de qua non quidem in *Officio*, attamen in 2. *Missa Nativitatis Domini* fit Commemoratio) ùt patet in Casu, quo Simplex incidit in illud Tempus, quod est à Feria V. in Cœna Domini inclusivè, usque ad Feriam III. Paschæ inclusivè : item si incidat in primum Triduum Pentecostes.

Quòd si occurrat *Festum simplex* in *Dominica Palmarum*, aut in *Vigilia Pentecostes*, fit quidem de eo Commemoratio (at sine Lectione in priore casu, cum Lectione verò nona de eo in posteriore, si *propriam* habeat) in *Laudibus*, ac pridianis *Vesperis*, non tamen in *Missa* illius *Dominicæ*, aut *Vigiliæ* ; si verò incidat in *Feriam V. Cœnæ Domini*, tunc ne inpridianis quidem Vesperis fit de illo Commemoratio : si denique veniat Festum *Simplex* in duplici 2. Classis, non fit quidem de eo Commemoratio in hujus *primis Vesperis*, bene verò in *Laudibus* (cum 9. de eodem Lectione, si propriam habeat) utì & in *Missis privatis* ejusmodi Festi duplicis : Admittit quoque Festum *duplex* 2. *Classis* (secus est de *Duplicibus* 1. *Classis*) in 2. suis Vesperis Commemorationem de Festo simplici subsequente. *Dominicam* quoque *in Albis* admittere non tantùm Commemorationem in 1. Vesperis, Laudibus

bus & Missa de *Festo Simplici* occurrente, sed etiam 9. Lectionem (si propriam habeat) in Officio, constat ex ibi dictis P. I. *f.* 130. id quod practicatum hîc 1697. Dixi autem : *si propriam habeat.* Nam quando *Festum Simplex* propriam Lectionem non habet, nunquam dicitur de eo ultima Lectio in Officijs 9. Lectionum, sed ad summum fit de eo Commemoratio modô hactenus declaratô. Quando *Festum Simplex* incidit in *Feriam majorem*, aut in *Vigiliam* (v. g. Ascensionis) tunc, quia fieri de eo Officium non potest in illa *Feria majore*, aut *Vigilia*, ideo die præcedente nec Vesperæ de eo dici possunt à Capitulo, quantumvis dies illa præcedens non fuerit impedita Officiô 9. Lectionum.

Infertur 5. Si Festum *Loci* alicujus *particularis* aut *incidat*, aut *transferatur* in *Tempus Paschale*, faciendum de illo *Officium*, & *Missam* Ritu *Paschali*, adeoque, si sit Festum *Martyris*, vel *Apostoli* (unius, vel plurium) dicentur *Officium* & *Missa*, ùt in *Communi Apostolorum*, aut *Martyrum* pro *Tempore Paschali* in Breviario, ac Missali Romano notantur, observando simul tum paulò antè annotata, tum etiam istud nominatim, quòd in fine Hymni : *Christo profusum Sanguinem &c* (qui etiam Tempore Paschali dicitur post Psalmum *Venite* in Matutino, imo etiam, omissô illô aliô Hymno : *Sanctorum meritis &c*, in utrisque Vesperis plurium Martyrum) non dicatur clausula Paschalis : *DEO Patri sit gloria, & Filio, qui à mortuis &c*, sed illi Hymno propria : *Te nunc Redemptor, quæsumus &c*, ob caussam assignatam à Gav. *Tom.* 2. *sect.* 5. *c.* 6. *n.* 13. *& sect.* 8. *c.* 2. *n.* 8. Quis 14. rectè advertit, quòd, quando Rubrica alicubi dicit : ea, quæ desunt in Communi *Paschali*, sumi debere ex Communi *extra Tempus Paschale*, intelligendum id sit quoad Lectiones tantùm I. Nocturni, ut quidem, ùt suprà; nam in II. Nocturno, inquit, non bene conveniunt aliæ Lectiones, quæ leguntur extra Tempus Paschale, nisi infra Octavam ad Varietatem, ùt dicitur in *Octavario Romano* infra Octavam MM. Temporis Paschalis post quamvis diem. Si autem Festum particulare vel incidens, vel translatum in *Tempus Paschale*, non sit Festum *Apostoli*, aut *Martyris*, sed Festum vel Confessoris, vel Virginis, vel Non-Virginis (unius, aut plurium) tunc in Officio ad Invitatorium, Antiphonas, Versus, & ad Responsoria Lectionum additur in fine unum *Alleluja*, nisi jam adsit : duo verò ad Responsoria Brevia Horarum, sed in horum Versiculis pariter nonnisi unum; nullum omnino verò in Versibus *Precum*, quæ (nisi sit duplex, aut *infra Octavam*) dicuntur ad *Primam*, & ad *Completorium* : Tres verò

Psalmi in quolibet Nocturno dicuntur sub Prima tantùm Antiphona cujuslibet Nocturni, etiam post Festum Ascensionis Domini, servato Ritu *duplici* vel *Semiduplici*, in ejusmodi Festo, cum Commemoratione Paschali de Cruce (si sit Festum *Semiduplex*, & non veniat *infra aliam Octavam*) aliisque Tempore Paschali observari solitis : In Missa verò ad hujus *Introitum* additur unus Psalmum duplex *Alleluja*, unum verò in fine *Offertorij* ; ac unum in fine *Communionis*, ubi non habetur : post Lectionem verò, aut Epistolam, omisso Graduali dicuntur duo Versus cum 4. *Alleluja*, ùt suis locis ponitur. *Rubric. Breviarij & Missalis, extans tum ante Dominicam in Adv. tum ante* Commune *plur. MM. Tempore Festum Annuntiation. B. MARIÆ Virgin.*

Infertur 6. Si ejusmodi Festum particulare transferatur à Tempore Paschali ad Non-Paschale, recitandum esse de eo *Officium* & *Missa*, prout Tempore Non-Paschali fierent.

III. Quando Sedes Apostolica permittit fieri Officium aliquod per *Ditiones subjectas Cæsari*, harum nomine etiam intelliguntur *Urbes Imperiales* : quia de ijs dicit Cæsar : *Urbes, & Imperij Urbs* : item omnes Provinciæ Ditiones, & Loca, quæ propriè sunt *Feuda Imperij* : est enim Cæsar illorum omnium Dominus directus. *Gob. Tract. 5. à n. 650.* Append. 5. litt. m. & seqq.

IV. Omnes Diœcesanos licitè celebrare omnia Festa, quæ celebrat eorum Ecclesia Cathedralis (illis tamen exceptis, quæ Ratione insignis Reliquiæ, alióve peculiari Titulo ipsi tantùm Templo Cathedrali sunt propria, vel peculiariter concessa, de quibus in Decreto Breviarijs præfixo, superiùs allegato, & ab omnibus observando) docet cit. Gobat *Tr. 5. n. 650. Append. 5. cit. lit. M.*

Porrò hæc, & alia Festa Diœcesana posse etiam Regulares exemptos, utentes Breviario Romano, de consensu suorum Superiorum celebrare (translatô, si forsan eô die occurrat, Festô alio Ecclesiæ universalis) esto non obligentur ad ea celebranda, nisi, ut suprà dictum, sint *Festa Patronorum Principalium*, & *universalia*, aut *Festum Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis*, ùt infrà dicetur, tradunt Castropal. *Tr. 7. d. 2. n. 6.* Tambur. *in Dec. L. 2. c. 5.* Joan. Stoz *L. I. P. 3. n. 386.* Gob. *Tr. 5. à n. 627.* Laudabile insuper esse, ùt Regulares Exempti celebrent Festa quoque Patronorum Diœcesanorum minùs principalium, maximè si populus à Servilibus abstineat, suprà ex P. Gob. *Tr. 5. n. 78. 79. & 81.* nec non Gav. & Lohnero tradidimus. Pro quorum majori elucidatione observa, Concil. Tri-

Tridentin. *sess.* 25. *c.* 12. de Regularibus ità statuisse : *Dies etiam Festi, quos in Diœcesi sua servandos Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus etiam Regularibus serventur &c.* Quousque autem se extendat hoc Statutum quoad *Officia divina* à Regularibus quà publicè, quà privatim persolvenda, declarat Congregatio Cardinalium S. Concilij Tridentini apud Gob. *Tr.* 3. *à n.* 695. An verò, si Laici alicubi voverunt aliquod Festum, ad illud observandum teneantur etiam Regulares, præsertim exempti, decidit idem *P. Gob. Tract.* 5. *n.* 77. Plura alia huc pertinentia vide apud eumdem *Tr.* 5. *cit. à n.* 85. item *n.* 121. ubi discutit : An induci possit obligatio celebrandi Festum dimidiatum, durans tantùm Sex, Octo, aut Decem Horis &c. In Provincia Germaniæ Superioris Praxis obtinuit, ut Nostri de Societate quæcunque *Festa duplicia Diœcesana* sub eodem Ritu celebrent : imò à pluribus jam annis in celebrandis quoque *Festis Semiduplicibus Diœcesanis* eadem Provincia cum Diœcesi, in qua Nostri versantur, se se conformat : at Festa *Simplicia merè Diœcesana* hactenus non celebrat *Officio*, aut *Missa &c.*

V. Sæcularis Sacerdos habens Beneficium, vel Capellaniam (intellige propriè dictam, & non tantùm habentem præcisè rationem alicujus stipendij) sitam in Ecclesiæ Regularium, seu virorum, seu Monialium, tenetur orare de Sanctis, & solennitatibus illius Oratorij, sed juxta Formulam suæ Diœcesis. *Quintanadvenaus* apud Gob. *Tr.* 3. *n.* 728. & *Alij apud La Croix Tr.* 4. *n.* 1254.

VI. Quilibet Peregrinus, vel Viator commorans, vel exulans *in Loco*, ubi celebratur Speciale Festum, licitè illud celebrabit & in Officiò divinò, si volet, modò (do ego) id non ad *solos* de la Communitate, ùt non raro contigit, sit restrictum. Ita Laym. *Tr.* 1. *c.* 5. *n.* 3. Tamburin : *Decal. c.* 5. *§.* 8. *à n.* 36. Gob. *Tr. n.* 605. Quòd tali Titulus conformitatis, & pietatis videatur patrocinari.

VII. E contra quicunque Clericus Regularis, vel Sæcularis, existens etiam pluribus annis extra suum Monasterium, vel Diœcesin, sed solùm tanquam Peregrinus, & Advena, potest recitare Officium de Sanctis, de quibus diceret, si existeret reipsa in Monasterio, vel Diœcesi, ad quod, vel quam ipse spectat, & deoque etiam de Dedicatione, Patronis, vel Reliquijs suæ Ecclesiæ privatim. *Suarez de orat. l.* 4. *c.* 17. *Quintanadven.* apud & cum *P. Gob. Tract.* 5. *n.* 635. Non tamen dicendum esse *Credo*, propter insignem præcisè Reliquias suæ Ecclesiæ absentem illo, qui extra illam celebrat, in Missa,

Missa, audio fuisse decisum, quod a medio relinquo, usque dum legimè de hoc constet. Interim ex dictis hôc, & præcedenti Numerô

Infertur 1. Scholarem, in Sacris constitutum, peregrè vacantem studijs posse in Loco studij, si extra Locum Originis, Domicilij, ac Beneficij habitet, vel illius Loci, in quo actu degit, vel Loci Originis, vel proprij Domicilij, vel sui Beneficij Officium ac Ritum quoad celebranda Festa, per se loquendo, tenere. *Ladisl. Sennyei Exam. Ord. P.2. t. n.* 129. Si tamen habeat obligationem ad Chorum, recitabit Officium, quod in Choro sui Beneficij Psallitur, ùt declaravit S. R. C. apud Gav. cit. à Gob. T. 5. n. 60. Quô locô, utì & in Append. subsequente, à num. 648. &c plures referuntur Casus, in quibus Clerici tam *Beneficiatis*, quàm *Non-Beneficiatis*, nec certæ alicui Ecclesiæ adscriptis, extra proprium locum, aut Diœcesin, seu longo, seu etiam brevi duntaxat Tempore Versantibus, licet, aut non licet dicere Officium illius loci, in quo seu longo, seu brevi tantùm tempore existunt.

Infertur 2. Tametsi Beneficiatus per se loquendo teneatur ad Ritum Beneficij Loci, in quo residet (tum, ut huic se conformet, tum, ut ei Ecclesiæ serviat, de cujus Altari vivit) si tamen alibi habeat Domicilium, tunc habere optionem eligendi alterutrum. Quòdsi in duobus Locis habeat duplex Beneficium, tunc vel residet in alterutro, & debet illius Ritum sequi vel in neutro residet? & tunc debet recitare Officium illius Ecclesiæ, in qua majorem habet Gradum: quòdsi hic utrobique sit æqualis, recitabit Officium Ecclesiæ dignioris; si tamen & hæ sint æquales, eliget, quod voluerit. *Sennyei P. 2. cit. n. 126.* At contingit alicubi, ut nonnulli Sacerdotes obtineant duo tenua Beneficia Simplicia, unum in Oppido A. alterum in Loco alio vicino Diœcesis B. sit autem non rarò, ut in uno illorũ Locorũ debeant publicè canere Vesperas diversas ab eo loco, in quo futuri sunt postridie toto manè, & etiam horis pomeridianis. Quæritur ergò ulteriùs, quomodo hi tales ordinare debeant suum Officium? Ad hanc quæstionem P. Gobat. *Tr. 5. n.* 647. sic respondet: Debent utique ejusmodi Sacerdotes in Choro psallere in *Vesperis* juxta morem Loci, in quo psallunt: quod etiam de *Completorio* pronuntiarer Cardin de Lugo: *Matutinum* poterunt, attamen non tenebuntur, orare juxta Ritum alterius Beneficij, cui sunt postridie deservituri per pleramque partem diei. Adde, quòd, quando Beneficia ità sunt vicina, possit quis dici habere Residentiam in utroque; Ratio enim Residentiæ desumitur magis à fun-

dationè annexâ Beneficio, quàm à Loco, ergo etiam hôc Titulô habent illi Domini majorem libertatem. Danda tamen opera, ut, quoad fieri potest, accommodent se Ritui Beneficij pinguioris, & cui sæpius deserviunt. Ità *S.Th. & Azor l. 9. c. 11. quæst. 2.* Repetitionem autem unius, aut plurium Horarum non exigit Ecclesia, ùt ibidem observat citatus Auctor.

Idem Gob. eodem Tractatu 5. n. 644. refert, ac resolvit ex Lugone, & Tamburino Sequentes varios Casus, in quibus est vel *licitum* vel etiam *præceptum*, jungere partes *diversorum Officiorum*. Nam I. si hodie Vesperi dixisti *Matutinum*, & *Laudes* de Feria secundùm Rubricas Communes, cras verò manè accipias Beneficium, quod habet *Officium duplex* de Festo Speciali, v. g. Patrono, teneberis reliquas *Horas* omnes dicere de illo duplici. *Lugo Respons. mor. l. 5. dub. 8. n. 20.* II. Idem de Lugo ibidem testatur, idipsum se non semel debuisse facere; quando scilicet Vesperi in uno Collegio, è quo ipsi abeundum erat, dixit *Matutinum*, & *Laudes feriales*, at sequenti die venit ad aliud Collegium, habitaturus in eo, & in quo celebrabatur *Dedicatio Ecclesiæ*; tunc enim illas *Horas*, quas nondum dixerat, recitavit de Dedicatione. III. si, postquam hodie solvisti *Matutinum* juxta Ritum Romanum, fias cras manè Monachus Carthusianus, aut Græcanicæ Ecclesiæ Membrum, recitabis cras reliqua ex Formula Carthusiana, aut Græca. *idem ibidem.* IV. perveneris cras manè tanquam Peregrinus, aut viator ad locum, celebrantem Festum sub *Ritu duplici*; cùm in proprio tuo Domicilio sit *feriale*, poteris satis probabiliter juxta Tamburinum *L. 2. in Decal. c. 5. §. 2. n.* hodie Vesperi Orare *Matutinum* & *Laudes* conformiter loco, ad quem venies; quia cùm cras futurus sis in illo alio Loco, poteris, si non tenearis, te illi reddere conformem in Officio divino incœpto de eo recitando, & cùm Officium quoque hodiernum Vespertinum à suô modô pars Crastini Officij, poteris quoque hodie 1. *Vesperas cum Completorio*, tanquam aliquid pertinens ad crastinum Officium de eodem crastino Festo hodie citra inconvenientiam anticipare. Quòd si *Matutinum*, & *Laudes* jam peregeristi hodie consentaneè tuo Loco, prosequeris cras, ut Cœpisti, si lubuerit; si non lubuerit, poteris facere Variationem assentiente eodem P. Tamburino; nam prosequendo Horas de *Feria* conformas te Officio legitimè incepto; assumendo autem Horas de *Sancto* reddis te conformem loco, in quo deges: eligere proin licebit, quò magis inclinet devotio: censeo tamen melius [illegible] facias.

casuum, si eligas primum. sic citati AA.

Horum casuum Resolutioni idem Gobat ibidem à n. 645. & 648. subjungit quoque resolutionem sequentium duorum. I. Quidam Frater Societat. JESU, tendens ex obedientia in aliud Provinciæ Superioris Germaniæ Collegium, 15. Novembris navigabat per Lacum Acronianum Constantiam versus, ita erat transiturus; quia verò ignorabat, in Collegio Constantiensi, in quo per biduum, aut triduum erat substituturus, postridie Ritu duplici celebrandum Festum annuum S. Othmari Abbatis, in tota Diœcesi coli solitum, diei illius secundas *Vesperas* unà cum *Completorio* dicturat de *Feria Currente*, & *Matutinum* pro sequente die 16. Novembr: simpliciter *feriale*: ubi autem pervenit ad collegium, intellectô, esse die sequenti faciendum Sacrum de Communi Abbatum, si vellet esse nobis conformis, quæsijt, an ergo necesse, aut licitum esset, *Laudes*, & cæteras *Horas* recitare eô modô, quô dicitur, & an opus foret aliquid repetere? Respondi (inquit P. Gob.) posse quidem, at non teneri nos imitari in Cæteris Horis, & quamvis nos sequeretur, nihil prorsus tamen esse necessariò repetendum; quamvis utique deceret, ut saltem faceret Commemorationem de S. Othmaro, si nollet nos sequi. II. Quidam ejusdem Societat JESU Pater versabatur in aliqua Missione, & quidem die, quo colebatur *Titularis*, seu *Patronus Loci*, cùm interim in Collegio, ad quod spectabat, obiretur peculiare Festum. Quæsitum ergo fuit ex Patre Gobat: An & iste fuerit obligatus recitare de illo *Sancto Titulari*, & an, postquam redijt domum, potuerit compensare celebrationem Festi Domestici prætermissi? Ad cujus quæsiti *partem primam* Is sic respondit: Decuisse magnopere, ut se conformaret Loco, non autem fuisse necesse; eò quòd nec fuerit Incola illius loci, nec ille *Sanctus* sit *Patronus Diœcesanus*. Ad 2. *Partem* respondit: Potuisse uti Jure Tituli de Translationibus; fuit enim (inquit) satis propriè impeditus aliô Officiô digniore; quamvis etiam potuerit omittere illam Compensationem; poterat quippe se accomodare Ritui suorum Collegialium, ad quos redierat, sicuti & licebat ipsi, si domum jam redierat, nondum recitatis Vesperis, has dicere Secundùm Ritum Termini *à quo*, vel *ad quem*, addendo tamen saltem Commemorationem de sequenti: cui Resolutioni apud eumdem adstipulatur Bruno Neusser. Addit deinde ex Tamburino suprà citat. *n.* 26. generatim loquendo posse quem mutatô domicilio compensare Festa à se juxta Rubr: prætermissa, esto non am-

ampliùs celebrentur in Term: *ad quem*, dummodo non fiat Subditus huj. Loc.

Horum Casuum particularium Resolutioni lubet illorum quoque Resolutionem hîc apponere, quos in *Append. Theolog. Sacramental. c. 2. sect. 4. n. 125. & seqq.* refert Patritius Sporer, & ex Theologis ibi à se citatis sic resolvit. I. Ego in urbe A. non recitavi Officium de aliquo Sancto, v. g. de S. Dominico, vel de B. V. ad Nives, eò quòd impeditum id ibi legitimè fuerit per *Festum Patroni*, aut *Dedicationem Templi*, in eo loco occurrens: postea venio in urbem B. ubi illud Festum die proprio jam fuit celebratum: ad quid in hoc casu tenebor? Respondet Tamburinus *L. 2. in Decal. cap. 5. §. 2.* Posse te die non impedito recitare de illo Festo, attamen non teneri; cùm tibi data sit facultas assumendi mores Loci, in quo moraris; cùm ergo in urbe B. nil ampliùs de illo Sancto, vel Festo agatur, neque tu ibi ex obligatione recitabis. II. Ego existens in Loco, ubi Servatur novum Kalendarium jam celebravi Officiô Canonicô aliquod Festum: postea venio in Locum Calendarij antiqui, ubi primùm decimo die postea agitur illlud Festum. Quid agam Ego? ℟. In privata recitatione facies pro libitu, ùt paulò antè, at publicè, & in Choro accommodabis te Loco. III. Ego ex errore, vel oblivione non celebravi aliquod Festum Officiô Canonicô, seu non recitavi Officium de aliquo Sancto, vel Festo duplici, aut Semiduplici Die proprio: possúme recitare alio die non impeditô Festô 9. Lectionum, an verô annô illô penitùs omittere debeo? Respondet Card. de Lugo *Resp. mor. l. 5. dub. 8.* ac alij cum eo, apud P. Gob. *Tr. 5. n. 6.* ab hoc cit: Prohibilius esse te debere omittere: tum, quia onus, hujus Officij recitandi; alligatum est huic diei; cum hac ergo cessante cessabit etiã Lex, seu obligatio illud recitandi; tum, quia sequeretur etiam illum posse Supplere, qui propter Infirmitatem non potest dicere tale Officium; tum denique, quia Rubricæ tam diligenter notantes casus, in quibus facienda est Officij translatio, hunc nullatenus exprimunt. Vicissim Pellizarius, Trullenck, Cotonius, & Tamburinus contendunt, posse te alio die non impedito Supplere; Quia quilibet Sanctus in Breviario descriptus habet Jus, ùt semel in anno Precibus Canonicis colatur, adeò, ut licèt ille cultus affixus sit diei, tamen transferri possit, si hic impeditus: cùm ergo Officium per errorem fuerit impeditum die proprio, cur non possit transferri, & Compensari alio die, sicuti aliàs fit? Idipsum ob eandem Rationem licere dicent hujus posterioris Sen-

sen-

entiæ Patroni, si die illô, quô poterat, ac debebat dici Officium de certo aliquo Sancto, si habita fuisset notitia de concessô ad illum diem ipsi Officiô, ac Missâ, per ignorantiam hujus concessionis dicitur est Officium ac Missa de alio diverso, ùt contigit in casu relato à P. Gobat. *Tract.5.n.639.* At horum Auctorum Sententiæ, ac Rationi acriter repugnat meritò de Lugo. II. Per errorem hodie recitavi Officium de Sancto, vel Festo, quod deberet recitari primùm alterô die, festo illi propriô. Quid agam? Respondet ad hunc casum Tamburinus *cap. citat. num.* 10 cum Quintanadvenna *Tract. 7. sing.* 10. primùm eo die recitandum Officium, quod recitaretur, si eo die illud Festum non esset, puta de Feria, vel Semiplici, vel Festo translato &c; quia Festo, inquiunt, postero die occurrenti jam est satisfactum per Officium die antecedente de ipso dictum, & nimis inusitatum de eodem Sancto bis dici Officium. At multò probabiliùs Respondet Lugo, & cum eo Villalobos, ac Gob. *Tract. 5. num.* 640. debere te in dato Casu proprio die rursus orare Officium de illo Sancto. Quia error, tuus privatus. & inadvertentia, & si inculpabilis, non facit tibi Jus invertendi Rubricas : Unde si hodie 5. Augusti sit Festum B. V. ad Nives, tu autem existimans per errorem, id primùm cras occurrere, hodie verò esse Festum Transfigurationis Domini, de isto hac die 5. Augusti recites Officium, debebis cras iterum id recitare de Festo Transfigurationis, utpote occurrente re ipsa die sextâ, non autem die quintâ Augusti, idque tum ob Rationem paulò antè assignatam, tum, ob multa inconvenientia, quæ Cardinal. de Lugo ex opposita Sententia (ut ut eam probabilem judicent Tamburinus, & Quintanadvennas) loc. cit. deducit contra Leandrum, *Quæst. moral. P. 1. in Ordine 6. Tract. 8. dub. 3. q. 47.* docentem in ejusmodi Casu relinquendum esse die postero (nempe suô propriô) Officium de Transfiguratione, utpote jam hodie solutum, ac cras faciendum de B. V. ad Nives. IV. Petrus Sacerdos per errorem, seu inadvertentiam alias hodie recitavit *Vesperas*, quàm quas ex Præscripto Calendarij Ecclesiastici, & Rubricarum debebat, & fortè etiam *Matutinum* pro sequenti die similiter diversum ab eo, quod crastinô die præscribitur, recitando v. g. de *Feria*, cùm esset recitandum de *Festo duplici*, vel *Semiduplici* : agnito errore seu cras, seu hoc die, quid illi faciendum ? R. laudabile quidem & optabile esset repetere de novo, cras scilicet Matutinum, hodie verò, si tempus supersit, etiam Vesperas, attamen ad id, juxta Less. c. 37. num.

num. 77. Tamburin. Supr. cit. num. 13. nequaquam obligaberis : quia nimirum te ex una parte bona fides excusat, & ex altera pensum Canonicum qnoad Substantiam, & æquivalentem Quantitatem jam persolvisti : & quomodo reliquum deinceps Officium dicendum erit nolenti repetere id de novo, & perperam dicta sic emendare? Respondet Cardin. de Lugo Deprehenso errore simpliciter posse te, imò etiam debere sub veniali prosequi reliquum Officium de die, aut Festo, de quo ex præscripto Calendarij, ac Rubricarum reipsa est dicendum, atque adeò dari Obligationem (sub veniali) non pergendi ulteriùs in errore, h. e. Officio, erroneè incepto, sed eum mox emendandi : Quia enim possidet Jus Officij hujus diei, & non alterius erroneè à te inchoati, error deprehensus ibi erit corigendus, ubi deprehendetur, & qui non potest facere totum eô modô, quô deberet, debet eô facere, quô potest. Rectè tamen monet cit. Gob. *n.* 643. ut, si advertas, errorem hodie post primas Vesperas, tu istis subjicias saltem Antiphonam, Versiculum, & Collectam, seu Orationem diei, de quo erat juxta Rubricas Orandum. Idem facias post Laudes erroneè dictas, si errorem tunc primùm notes : Quòd si primùm post secundas Vesperas in mentem veniat errori, d ipsum etiam tunc præstabis, dicésque Completorium conveniens diei. Vide ea, quæ scripsi *P. I. Pastoris boni, Dote II. c. 2. q. 5.* ubi plura, hucucque dictis, ac porro dicendis lucem allatura. Hactenus relatæ, ac declaratæ Lugonis Sententiæ opponit se quidem Illustriss. Dom. Joannes Caramuel *Theolog. Regular. d.* 110. *n.* 1403. obligari Petrum in dato Casu, & quidem sub mortali, ad pergendum in Officio erroneè incepto, si nolit priora repetere. Rationem dat; quia dicit, qui conflabit Officium, quale non reperitur in toto Breviario; sed Ratione hac (tantummodo in Speciem solidâ) non obstante, Lugonis Sententiæ subscribunt Pellizarius, Quintannadvennas, Leander, Tambur: & Gobat. *n.* 642. Quia tamen rara mutatio Officij unius in aliud, non extraordinariè breve juxta graves DD. non est graviter prohibita, imò ob rationabilem Caussam etiam quandoque licita, de Continuationem erroris in dato casu noñisi peccati Venialis arguunt etiam ij, qui cum Lugone Sentiunt; imò unus vel alter etiam in nostro Casu probabiliter eam licitam se existimare, non obscurè indicat, uti videre est apud Sæpius cit. Gob. *n.* 642. fin.

VII. In Officio Semiduplici B. V. quod à Regularibus quibusdam ex Privilegio fit in Sebbato (habantibus v. g. Indultum dicen-

endi Officium & Missam de *B. V. Immaculata Conceptione* diebus Sabbatinis, non impeditis aliô Officiô proprio &c) si in primis Vesperis dicatur saltem Capitulum de B. V. terminandus est Hymnus Vesperarum & Completorij (si ambo sint eiusdem metri) per verba : *JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c*; imò etiam tunc Hymnus Completorij modò dictâ clausulâ est terminandus, quando de B. V. facta est saltem Commemoratio in 1. Vesperis. Hæc eadem observanda etiam in universâ Ecclesia, quando fit de S. MARIA in Sabbato. Eôdem denique modô concluduntur Hymni Officij B. V. metri ejusdem usque ad Completorium inclusivè etiam hunc, quando in secundis Vesperis saltem Commemoratio de eadem B. V. uti habetur in Libello Officiorum PP. Discalceatorum, à S.R. C. approbato, ac Romæ impresso anno 1629. Teste Gav. mox citando. Quod tamen ità est intelligendum, nisi sequens Festum diversus propriam habeat Hymnorûm clausulam, uti contingit in 2. Vesperis B. V. ad Nives, tunc enim in Vesperis & Completorio Hymni clauduntur clausulâ Festi sequentis. Atque idem servandum est in Officio semiduplici, quod de *SS. Sacramento* in Ferijs quintis non impeditis à quibusdam Regularibus, aut etiam alijs ex Privilegio dicitur : ità S. R. C. *ibidem*. Si verò nulla in Vesperis fiat Commemoratio de B. V. aut *SS. Sacramento*, tunc neque in *Completorio* variatur finis, seu clausula Hymni, esto Officium usque ad Vesperas exclusivè fuerit de B. V. aut SS. Sacram. *Gav. To. 2. f. 5. c. 6. n. 15.*

VIII. Quomodo gerere se debeant Sacerdotes exteri, ac sæculares, volentes celebrare Missam in Regularium Ecclesijs & vicissim, colligi utcunque potest *primò* ex ijs, quæ habet *Gav. Tom. 1. P. 3. Tit. 10. ad. n. 16. Rubric. de Defect. Miss.* ubi ait : Non agit contra Rubricas, qui *Officium* recitans aliud, *Missam* deinde celebrat more ejus Ecclesiæ, in qua celebrat, ubi fortè dicitur *Credo*, vel *Gloria*, quæ non dicuntur extra eam; imò tenetur celebrare ibidem pro ratione Festi, juxta Regulam : *cùm fueris Romæ &c*; alioquin esset alijs admirationi, si Festo non inserviret in propria hujus Ecclesia pro Qualitate Festi. Ità ferè Gav subjungens tamen : ex Decret. Sac. Rit. Congregat. ibidem cit. à tali necessariò dicendum esse Missam pro omnibus approbatam, non verò unam ex ijs, quæ certis Regularibus tantùm, puta de ipsorum Sanctis, eorum Ordini, aut alijs duntaxat sunt concessæ, nec habentur in Missali Romano : hæ enim non possunt ab alijs, nequidem in ipsorum Ecclesijs, dici, &

nequidem à Capellanis Sæcularibus proprijs Monialium, quæ non utuntur Breviario Romano: quo casu, inquit, consulatur Sac. Congreg. Rit. de cujus Licentia Missam quidem Capellani proprij recitabunt de Sancto, de quo Moniales Officium, sed cum Missali Romano, ut in proprio de Sanctis, vel de Communi; eò quòd ità decreverit eadem S. R. Congr. 20. Novembr. 1628: *Si* nulla est Missa in Missali Romano, quæ concordet cum Officio Monialium, puta de *Nomine* JESU, *De Spinea Corona*, & similibus eo casu Missam de Circumcisione Domini, aut Missam de Cruce, vel Passione Domini recitare poterunt, vel certè pro debita licentia adeant eandem Sac. Congregationem. Ita rursum Gav. jam suprà relatus in simili. *Secundò* ex Sac. Rit. C. Responso, quod illa dedit ad nonnulla PP. tertij Ordinis S. Francisci super Sequentia Quæsita, ab ijs (ut refert Franc. Monacelli *Formulari legal. pract. P. 2. Tit. 13. n. 29.*) in hunc Modum ei proposita: PP. " Tertij Ordinis quærunt I. An diebus Dominicis, alijsque diebus, " quibus in ipsorum Ecclesia celebratur de *Sanctis* Ordinis, sub Ritu duplici, Sacerdotibus exteris " ad eam confluentibus permitti debeat celebratio de Dominica, vel " alio Festo, vel etiam *de Requiem*, " & quatenus affirmativè, an in Missa de Dominica, aliisque Festis, " debeant Sacerdotes exteri uti Paramentis competentibus diebus " Dominicis, & Festis, vel possint " se conformare Paramentis, quibus " eisdem diebus utuntur Fratres? " II An Fratres diebus, quibus propria Officia celebrant sub Ritu " dupl. celebrantes in alienis Eccl. " sijs possint celebrare Missas cum " dictis Officijs concordantes, vel " possint celebrare de alijs, re- " formando se Ritui earumdem Ec- " clesiarum, ac etiam *de Requiem*? " & quatenus affirmativè quoad pri- " mam partem, quid quoad colo- " res Paramentorum? III. An Sa- " cerdotes exteri confluentes ad E- " clesias, ut suprà, & celebrantes de Sanctis Ordinis Serv. " possint in Missis se uniformare " cum Fratribus quoad Orat. & " quoad numerum Orationum mo- " re duplicium? IV. An diebus " Dominicis, quibus tam Fratres, " quàm exteri celebrant de Domi- " nica, possint exteri uti Coloribus " Paramentorum, quibus utuntur " Fratres ratione alicujus Octavæ, " & Fratres celebrantes in alienis " Ecclesijs uti coloribus juxta Ec- " clesiæ earumdem, & an tam exte- " ri, in Ecclesijs fratrum, quam " Fratres in alienis possint appo- " nere Commemorat. Octavæ, vel " suprà occurrentis, servatâ Rubri- " câ de duplici Oratione habendâ? Do-

Dominicis infra Octavam? V. An in Officio ad Hymn. *Iste Confessor* pro Ss. Confessoribus, quoties eisdem fixa Dies est assignata, quæ non est dies Obitûs, retenta, quæ non est dies Obitûs, retinari debeat Versus : *Meruit beatas Scandere Sedes*; eò quòd revera Officium fiat de die obitûs, & quatenus affirmativè, an eadem Regula servanda sit in Officijs de Confessoribus translatis, dummodo Officium sit de die obitûs ? Sac. Congreg. Rituum die 11. Julij 1701. Respondit : Ad I. quoad primam partem dubij negativè, quando Festum celebratur cum solemnitate, & concursu Populi, & quoad Secundam partem jam provisum. Ad 2. ut ad primum. Ad 3. posse. Ad 4. posse. Ad 5. negativè.

Qui caret Missâ propriâ, non tenetur Sacrificium omittere, sed potest recitare, per se loquendo, de Communi, aut votivam. Ità P. Felix Potestas *Exam. Ordin. P. 1. c.* 2. n. 247.

Si *Festum duplex*, de quo agunt *Regulares* (sub quo nomine etiam veniunt *Moniales*) habuerit *Missam propriam*, omnibus, & solis *Regularibus* concessam, Sacerdotes sæculares celebrantes in eadem Ecclesia Regularium, Missam quidem juxta superiùs jam annotata dicent de *Festo duplici*, sed cum Missali Romano, ex Decreto *Sacr. Rit. Congregation.* 10. *Novembris* 1622. &c.

Hactenus dictis subjungo ex Gerlaci Vinitoris *Compend. Sac. Rit. P. I. Tit.* 2. Sequentes tres Annotationes. I. Si Sacerdos in alicujus Sancti Festo Simplici, de quo Ratione concurrentis Feriæ Adventus, vel Quadragesimæ, vel Octavæ, tantum Commemoratio fieri debet, Missam integram illius Sancti ex Singulari Devotione, aut Causa celebrare voluerit, utique de Sancto illo *Ritu Semiduplici* Missam ex Communi Sanctorum sumptam, cum Commemoratione Officij currentis, de quo legit Horas suas Canonicas, celebrare licitè potest. II. Poterit Sacerdos erga aliquem Sanctum, ab Ecclesia Canonizatum, seu per immemoriale Tempus pro Sancto habitum, cui publicus, & universalis conceditur cultus, eo die occurrentem, esto in Kalendario ejus Nomen non sit prænotatum, pio Religionis affectu permotus, Missam pro omnibus approbatam de eodem celebrare, Ritu Semiduplici Festo conveniente, facta tamen Commemoratione Officij curentis, de quo Lectæ sunt Horæ Canonicæ. III. Eodem modò potest ubique, & ab omnibus de Sanctis recenter Canonizatis *Officium Missæ* in eorum Festo celebrari, quamvis *Officium divinum* de ijs sine novo Decreto Congregationis Sacrorum Rituum extra propriam Ecclesiæ

clesiam fieri non possit; necessariò enim requiritur Speciale novum Decretum de Ritu, quô fieri debet *Officium*, sicuti Congregationem Cardinalium, explicationi Sacrorum Rituum præsidentium, *Die 9. Decembris* 1628. censuisse refert *Gavantus*. De *Beatificatis* verò non ubique, nec ab omnibus etiam Missa dici potest; quia Sedes Apostolica quoad locum, Tempus, Ritum in Beatorum cultu limitatè procedit: veluti de Beato Rocho nondum Canonizato Concessit Officium, & Missam in Ecclesijs tantùm ejus nomine dicatis, & Eremitorijs ejusdem, habentibus requisita Ecclesiarum, juxta Declarationem S. Congregationis Cardinalium, deputatorum ad dubia Sacrorum Rituum declaranda, die 26. Novembris 1629. apud Gavantum. Hæc Vinitor, citans Castald. *Prax. Cærem. lib.* 2. *sect.* 6. *c.* 3. *n.* 8. *& Gavant. Tom.* 2. *sect.* 2. *c.* 2. *n.* 30. *& sect.* 1. *c.* 5. *Tit.* 2. *n.* 12. scribens autem ante Decret. supra relatum de anno 1691. 10. Octobris, recentioribus quibusdam Breviarijs summariè præfixum, cui mos circa ibi expressa gerendus. Præterea in Missis de Beatis (ubi de ijs celebrare est permissum) non esse dicendum Symbolum, nisi adsit insignis Reliquia; nec esse eorum festa celebranda cum Octava, sed sine speciali Privilegio, nec Ritu 1. ut 2. Classis, regulariter loquendo, Decretum esse ajunt à S. Rit. Congregat. de quo ex parte jam supra. Plura ad hunc, & præcedentes Titulos pertinentia videri possunt apud La Croix Tom. 4. l. 4. à n. 1244. & 1257.

TITULUS III.

De Modo, ac Ritu celebrandi Festum Dedicationis, seu Consecrationis Ecclesiæ, ejúsque diem Anniversarium.

ECCLESIÆ materiali (ùt *Tom.* 2. *sect.* 8. *c.* 5. notat Gavantus) duo accidunt in Ordine ad *Horas Canonicas*, nimirum Titulus, & Dedicatio, quæ differunt, & conveniunt in multis: nam Titulus *Ecclesiæ* (ùt suprà dictum) est id, à quo denominatur Ecclesia, puta *S. Salvatoris*, *S. Bartholomæi &c.*; Dedicatio verò Ecclesiæ est ipsamet ejus *Consecratio*, facta ab Episcopo, ùt in *Pontificali Romano*: quæ, quia quotannis *anniversariâ* recolitur *celebritate*, antiquo omnino more in-

tro-

ducta est in Ecclesiam (ùt ex Eusebio *Libr. 9. Histor. Ecclesiast. c. 10.* liquet) ideo à S. Leone Serm: 2. de Machab. *Natalis Templi Dedicati* dicitur; Festum autem, in quo memoria primæ illius Consecrationis solemniter quotannis celebratur, *Anniversarius* (scilicet *Dies*) vel *Anniversarium* (sub intellige *Festum*) *Dedicationis* nuncupatur. Præterea *Festum Dedicationis*, anniversaria solemnitate celebrari solitum est *dignius*, quàm *Festum Patroni Loci*, ac *dignius* quoque Festo *Sancti Titularis Ecclesiæ* (ut suprà ex Gav. *Tom. 2. sect. 3. c. 2. n. 7.* observavimus) adeoque in concursu his præferendum. Conveniunt vicissim *Festum Dedicationis*, & *Festum Patroni Loci*, ac *Titularis Ecclesiæ* in Sequentibus. I. Utraque sunt duplex 1. Classis. 2. Utraque habent Octavam, nisi occurrant intra Quadragesimam, aut Tempus Arbor. Gen. VIII. *n. 1. in fin.* excepturn. 3. Utraque celebrari possunt infra Octavam Epiphaniæ, non tamen in ipsa *Die Octava* illius, 4. Utraque celebrari quoque possunt in *Dominicis majoribus secundæ Classis*, quales sunt *secunda*, *tertia*, & *quarta* tum *Adventûs*, quàm *Quadragesimæ*; item *Dominica Septuagesimæ*, *Sexagesimæ*, & *Quinquagesimæ*. 5. Si in ijsdem occurrat *Vigilia* habens Ritum simplicem, nihil fit de hac tam in Officio, quàm in *Missa* utriusque. 6. Denique utraque habent primas Vesperas integras in secundis Vesperis *Diei Octavæ Epiphaniæ*, *Paschæ*, *Ascensionis*, ac *Corporis Christi*, unà cum alijs Privilegijs *Festorum* 1. *Classis*. His præmissis

Dico 1. Si contingat *Dedicari* Ecclesiam in aliquo Festo ex Solemnioribus, tunc, nè quotannis occurrentia duo Festa se invicem impediant, potest Consecrator decernere alium diem ad celebrandum *Anniversarium Dedicationis Ecclesiæ*, à se consecratæ, puta vel Diem Dominicum proximiorem, vel alium adeò Commodum, ut possint Octavæ celebrari liberiùs, & à Populo, præsertim rustico, majori frequentiâ Festum Coli. Translationem enimverò hujusmodi fieri omnino ex justa caussa à Consecratore Episc. tunc posse, non modò Sacr, quædam Congr. die 19. Febr. 1585. decrevit (ùt Paulus Piasecius in sua Praxi P. 1. c. 5. n. 8. testatur) sed etiam Congregatio Cardinal. super Negotia Episcoporum, respondens hac de re Episcopo Bassinen. die 14. Febr. ejusdem anni, ùt apud Gav. *To. 2. s. 8. c. 5. n. 4.* videre est. Extra Actum verò Consecrationis non posse ampliùs mutari Festum, seu diem Anniversarium Dedicationis inconsulta Sancta Sede Apostolica, asserit idem ibidem, & ait : 1604. 16. Octobr. eapropter jussum ab ea alicubi fuisse fieri de Dedicatione Ecclesiæ in ipsamet die Nativitatis B.

MARIÆ Virginis, in qua accidit consecratio, & duas potiùs Cantari Missas de duobus Festis, servatâ in Reliquis Rubricâ de *Concurrentia Octavarum.*

Dico 2. In Anniversario Dedicationis propriæ Ecclesiæ Officium, & Missa dicuntur sub Ritu duplici 1. Classis in *Col. Alb.* uti notantur in Communi Dedicationis Ecclesiæ ad finem Communis Sanctorum, & siquidem celebretur in *Dominica* (seu majore 2. Classis, seu etiam minore) fit de ista Commemoratio in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa*, cum 9. Lectione de eadem Dominica in *Officio*, & ultimo de eadem Evangelio in *Missa*. An, quando die Dedicationis Ecclesia non capit omnes, & unus tantùm adest Sacerdos, huic liceat bis celebrare, aut quid tunc agendum, post Laymannum discutit Gob. Tr. 3. n. 189. &c.

In I. Vesperis *Festi Dedicationis* fit Comemoratio de præcedente *Dominica majore* 1. *aut* 2. *Classis* (non autem de antecedente *Dominica minore*, seu *per annum*) item de præcedente *duplici* 1. *Classis* minùs digno; præterea de antecedente *duplici* 2. *Classis*, item de *Dominica* quacunque *subsequente*, h. e. eâdem, quâ ipsum celebratur, die occurrente : idem est de *Die Octava Nativitatis, Epiphaniæ, & Corporis Christi*, tam *antecedente*, quàm *subsequente*, necnon horum 3. Festorum *Diebus infra Octavam*; ac denique de *Feria majore* de omnibus verò alijs nihil fit in Vesperis Anniversarij Dedicationis, ne quidem de *duplici majore*, aut de *Octava* præcedente, exceptis tribus illis paulò antè commemoratis, & quibus fit etiam *infra earum Octavas* semper tam in *Officio*, quàm in *Missa* Commemoratio, tam in concursu quàm in occursu cum hoc, aut in duplici 1. Classis.

Idem *Festum Dedicat.* admittit Commemorationem in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa*, occurrentis secum *cujuscunque diei Octavæ*, & *Dierum infra Octavas Nativitatis, Epiphaniæ*, & *Corporis Christi*, secum Occurrentium : præterea in *Laudibus*, & *Missa* occurrentis *Feriæ* cuiuscunque *majoris*, & *Vigiliæ Epiphaniæ*, de qua (idem est de *Feriis Quadragesimæ*, *secundâ Rogationum*, & *Feriis quatuor Temporum*, habentibus Evangelium cum Homilia) legitur etiam 9. Lectio in *Officio*, & ultimum Evangelium in *Missa* : omnium verò aliorum eodem Secum die occurrentium Commemorationem tam ab *Officio*, quàm à *Missa* excludit.

Quòd si cum Festo Dedicationis in primis Vesperis concurrat præcedens Festum duplex 1. Classis dignius, v. g. Assumptio B. V. (uti quandoque contingit Suazij, Oppido Diœcesis Brixinensis à Metallo fodinis celebri) tunc integræ Ve-

spe-

speræ dicuntur de Digniore, cum Commemoratione Festi Dedicationis, ut tum ex Rubricis, tum etiam ex Gav: alibi probamus contra P. Sobat, volentem *Tr. 5. n. 658.* in casu, quò Assumptio B. M. V. in 2. Vesperis concurrit cum *Festo Dedicationis* subsequente, integras Vesperas dicendas esse de Festo Dedicationis. In II. Vesperis (quas pariter integras cedit Duplici 1. Classis dignori) Festum Dedicationis admittit Commemorationem de *Dominica* vel quacunque; item de quacunque seq. *Die Octava*; item de *duplici*, vel *semiduplici* (quale est etiam *Vigilia Epiphaniæ*) subsequentibus, necnon de *Diebus infra* 3. *Octavas* suprà dictas privilegiatas; ac denique de *Festa majore* occurrente; de omnibus verò aliis nihil. In Missa dicitur per totam Octavam *Gloria*, & *Credo*, nec non Præfatio de Tempore currente, nisi currat Octava alicujus Festi habentis propriam Præfationem; tunc enim dicitur Præfatio de Festo, ejúsque *Communicantes*, si proprium habeat, utì contingit, quando alicubi infra Octavam Epiphaniæ celebratur *Festum Dedicationis*, prout olim fiebat hîc Oeniponti, cum Dominicâ infra eam Octavam illud celebrabatur apud PP. Societat. JESU, qui proin in Missa de Dedic: dicebant Præf: & *Communicantes de Epiph.* In *Dedic. propriæ Eccles.* solent ardere 12. Candelæ ad *Missam*, & omnes *Horas* cantatas, infixæ Clavis ante duodecim *Cruces*, in quatuor Templi parietibus depictas, ac in ejusdem Consecratione Sacro Chrismate ab Episcopo inunctas. Indulgentiæ plenariæ quidem nullæ de Jure Communi (id est secluſa speciali Sedis Apostolicæ concessione) *Festo Dedicationis*, aut ejus *Anniversario* competunt. Potest tamen, aut solet Episcopus Consecrans per Cap. *Cùm ex eo, de Pœnitentijs, & Remissionibus in fin.* peracta Consecratione Singulis Christi Fidelibus Ecclesiam à se dedicatam ipso *Die Consecrationis* visitantibus unum annum, in *Die* verò *anniversario* Consecrationis hujusmodi idipsum facientibus quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta in futurum concedere, uti videre est in Pontificali Romano *P.* 2. sub Initium, & finem Tituli: *De Ecclesiæ Dedicatione, seu Consecratione.*

Dico 3. Diebus *Infra Octavam* Festi Dedicationis, nisi de die infra aliam Octavam digniorem, vel privilegiatam, v. g. *Epiphaniæ*, aut *Corporis Christi*, vel de *Festo* 9. *Lectionum* (seu *occurrente*, seu *translato*) juxta Rubr. Gener. X. Breviar. sit faciendum, sit Officium, ac Missa, *Ritu Semiduplici*, de Dedicatione, ùt in Festo, & Lectiones II. ac III. Nocturni dicuntur in eo, prout notantur pro quavis infra Octavam die in Communi *Dedicationis Ecclesiæ*:

in I. autem Nocturno infra Dedicationis Octavam sumuntur de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Libri S. Scripturæ nondum positum; at in die ipsa *Octava* Dedicat. Lectiones II. Nocturni pariter quidem habentur propriæ; ut ibi; Verùm in I. & III. Nocturno dicuntur, ut in Festo.

Missa infra Octavam Festi Dedicationis (nisi, ut dictum, sit faciendum de alia Octava digniore, aut privilegiata, vel de Festo 9. Lectionum &c) dicitur similiter, ut in Festo, cum *Glor.* & *Cred.* & in ea 2. Oratio est de S. MARIA pro Temporis diversitate (nempe ab Octava Epiphaniæ usque ad Purificationē *DEUS, qui salutis æternæ &c*; à Purificat. verò usque ad Advent. *Concede Nos Famulos*) 3. autem *Ecclesiæ*, vel pro Pap. nisi facienda sit Commemoratio de *Festo Simplici* occurrente, aut de *Feria majore*, vel de *Die infra Octavam* minùs dignam, v. g. Festi 2. Classis; nam si facienda sit Commemoratio de Festo Simplici, 2. Oratio erit de illo, & 3. Locō dicetur extra Adventum Oratio de B. Virg. *Concede*. vel : *DEUS, qui salutis*, ut antè, pro qualitate Temporis; intra Adventum verò 2. Oratio erit, ut mox dicetur, de Feria occurrente, & 3. de Simplici. Si facienda sit Commemoratio de Feria majore, & non occurrat simul Festum Simplex, 2. Oratio erit de illa Feria, 3. verò de B. V. pro diversitate Temporis, nempe in Adventu : *DEUS, qui de B. MARIÆ V. utero*, ut hic extra Adventum verò *Concede nos* &c. vel : *DEUS, qui salutis &c*, ut suprà; si autem occurrat simul Festum simplex, tunc post Commemorationem de Feria majore, fiet etiam de Festi Simplicis Commemoratio, omissâ Oratione de B. V. utpote emissâ per illam Simplicis Commemorationem; si denique facienda sit Commemoratio de alia Octava inferioris Classis, 2. Oratio erit de illa altera Octava. 3. Verò de B. V. ut suprà, nisi hæc per Commemorationem 2. locō faciendam de Festo Simplici, aut Feria majore praeter occurtente, extrudatur; aut nisi Octava illa inferioris Classis sit Octava B. V. v. g. *Nativitatis, aut Conceptionis B. V.* cujus utriusque Festum, ubi non est *Titulus Ecclesiæ*, est solummodo duplex 2. Classis, Festum verò Dedicationis duplex 1. Classis, atque adeò etiam quoad Octavam præferendum, juxta infrà dicta Tit. *De Octavis* dicenda; tunc enim 3. Oratio esset de S. Spiritu, quæ infra Octavas S. MARIÆ, aut & infra Octavam Omnium Sanctorum, alioqui 2. locum obtinet, quando infra illas Octavas non est facienda aliqua Commemoratio. *Cod. Rit.*

Si *infra Octav. Dedicationis* occurrat fieri Officium de Festo 9. Lectionum, aut saltem discordantes ab

Officio Missam (utì contingit, quando infra Octavam aliquam occurrit *Vigilia*, quæ jejunatur, vel *Feria quatuor Temporum*) fit semper Octava Dedicationis Commemoratio (nisì Festum illud sit 1. aut 2. Classis) & observanda tunc in Ecclesijs Cathedral. & Collegiatis sunt illa, quæ præscribit Rubric. III. General. Missal. Rom. n. 2.

Dominica infra Octavam Dedicationis, si fiat de *Dominica*, in *Officio* & *Missa* facienda est pariter Commemoratio currentis Octavæ, nec dicenda in Missa 3. Oratio (nisì facienda sit Commemoratio de *Festo Simplici*. simul occurrente) & siquidem Dominica illa non sit Dominica major 1. aut 2. Classis, Color Altaris, & Paramentorum Sacerdotalium non debet esse conformis *Officio* & *Missæ Dominicæ*, adeoque non esse v. g. *viridis*, sed esse talis, quem de se requirit Festum, cujus Octava celebratur, nempe in nostro casu Festum Dedicationis, atque adeò esse *albus*.

Infra Octavam Dedicationis non dicuntur *Suffragia Consueta de Sanctis*, nec *Preces Dominicales* ad Primam, & Completorium, etiamsi non fiat Officium de Octava.

Accidere potest, ut Octava Dedicationis inchoata aliquando non compleatur, sed abrumpatur, atque in 3. Casibus. 1. Est, si adveniat *Dies 17. Decembris*, à quo usque ad Epiphaniam omnes *Octavæ particulares* suspenduntur; quia (ut Gavant. Tom. 2. s. 3. c. 8. n. 9. observat) decens est, ut ipse *Natalis Domini*, sicut *Pascha*, habeat quasi tam ante, quàm post se Octavam, licèt non æquali Ritu celebrandam. 2. Quando advenit *Feria IV. Cinerum* : seclusô namque Speciali Privilegiô, toto Tempore Quadragesimæ non fit Officium de Octava ullius Festi ; quia cùm Tempore illo singulæ Feriæ habeant proprias Missas, non decet eas per prorogationem Festorum impediri, quam ob causam olim nulla Festa celebrabantur in Quadragesima. 3. Quando advenit *Vigilia Pentecostes* : hæc enim cum subsequente Octava Pentecostes, cujuscunque alterius Festi Octavam propter Pentecostes Solennitatem excludit, ùt infra Tit *de Octavis* dicetur : Quòd si proin ipsa *Dies Octava* Festi Dedicationis in aliquem ejusmodi dierum incidat, in Vesperis diei præcedentis nil ampliùs faciendum, ne quidem Commemoratio de Octava, eô ipsô, quòd postero die nil ampliùs fiat de Octava, ùt alibi diximus.

Si *Octava Patroni*, & *Octava Dedicationis Ecclesiæ* simul occurrant, fiet infra Octavam *Officium*, & *Missa* de *digniore*, cum Commemoratione alterius : *dignior* autem est, juxta Gav: *Octava Dedicationis* Octavâ *Patroni*, imò (ùt ex eodem Gavanto

pro-

probat Gobat infrà citandus) ipsâ etiam Octavâ Ss. Petri & Pauli &c; non tamen Octavâ *Assumptionis B. V.* hæc enim juxta eumdem, & Arnaudum est dignior Octavâ *Dedicationis* : idem videtur sentire de *Octava Omnium Sanctorum* in Octavario *Romano.*

Infra Octavam Dedicationis fit de *Festis duplicibus*, non modò *occurrentibus*, sed etiam *translatis*, nisi ea simul incidat in Octavam Epiphaniæ (utpote infra quam non fit de ullo Festo, præterquam *Patroni principalis*, & *Titularis propriæ Ecclesiæ*, ac *Dedicationis* ejusdem, in quibus tamen fit Commemoratio solius Octavæ Epiphaniæ) aut in *Octavam Corporis Christi*, quæ quidem admittit duplicia infra ipsam *occurrentia*, non tamen *Translata*, nisi sint 1. *Classis*, de quibus quando fit, fit Commemoratio de sola *Octava Corporis Christi*, non autem de *Die infra Octavam Dedicationis*, de qua tamen iuxta suprà dicta fit Commemoratio, si fiat tantùm de *duplici minore*, aut *majore per annum.* *Infra Octavam Dedicationis* non coincidentem cum *Octava* alia *privilegiata* fit quoque (cum Commemoratione *Octavæ Dedicationis*) Officium, ac Missa de Festo *Semiduplici occurrente*; de *translato* autem ultra unum diem *Semiduplici* non fit infra hanc, aut aliam Octavam : unde si *semiduplex* occurrat in *Dominica infra Octavam*, fit quidem de eo in Feria II. proximè subsequente, si hæc aliô Festô 9. Lectionũ non sit impeditâ; si verò Feria illa II. Festi aliô 9. Lectionum sit impedita, transfertur post Octavam juxta Rubr. *General. X. n. 5.* Semiduplicia quoque translata jam ante Octavam pariter transferuntur post Octavam, quam si immediatè excipiat alia Octava, aut etiam plures, transfertur tale Festum Semiduplex ultra omnes Octavas.

Si *Festum 9. Lectionum* concurrat cum *Die infra Octavam Dedicationis*, tunc, si Festum illud infra-stum *duplex*, istud totum habet Officium cum Commemoratione Die *infra Octavam*, nisi illud *duplex* sit *Classis* (quia tunc de sequenti Die *infra Octavam* nulla fit Commemoratio) vel sit 2. *Classis*, & sequenti die non fiat Officium de Die *Octavam* : nam si postero die non fiat Officium de *Die infra Octavam* tunc in 2. Vesperis etiam *duplicis* 1. *Classis* non fit Commemoratio de Die sequente *infra Octavam*, bene verò, si die sequente fiat Officium de Die *infra Octavam.* Si autem Festum Concurrens cum die infra Octavam Dedicationis sit *Semiduplex*, tunc istud habet Officium in 2. Vesperas usque ad Capitulum; à Capitulo autem fit de *Die infra Octavam*, exceptô Festô Ss. Joannis & Pauli MM. quod habet 2. Vesperas integras, cum Commemoratione Die

fra Octavam, ùt in Rubrica propria.

Dies infra Octavam Dedicationi concurrens cum sequenti *Dominica*, aut *Festo Semiduplici* obtinet Vesperas suas 2. usque ad Capitulum, à Capitulo verò eas cedit *Dominicæ*, aut *Semiduplici* sequenti, & in ijs cedit *Dominicæ*, aut *Semiduplici* conveniens, si sequatur *Dominica major*, aut *Semiduplex*; Octavæ autem conveniens, si sequatur *Dominica minor*, aut talis, in qua non dicitur nocturn Responsorium, sed *Te Deum laudamus.*

Dico 4. *Dies Octava Dedicationis* nunquam *transfertur* (esto forte ipsum Festum fuerit *translatum*) sed de ipsa fit *Officium* & *Missa*, vel saltem *Commemoratio* eâ ipsâ die, quæ illa erat Octava, si Festum non fuisset translatum; nisi veniat in Quadragesima, quò Tempore, cùm, ùt suprà dictum, omittatur Officium quodcunque Octavæ, ideò si Festum Dedicationis (quod alioqui celebrari solet cum Octava, hoc est per Octo continuos dies) veniat paulò ante Quadragesimam, & jam per aliquot dies factum sit Officium de ejus *Octava*, adveniente Quadragesimâ, nihil ampliùs fit de *Octava*, ne quidem Commemoratio : idem est de ejusdem Octava nondum absolutâ, quando supervenit *Dies* 17. *Decembris*, aut *Vigilia Pentecostes*, ùt dictum ibidem ac suprà, & Tit. seq. *de Octavis* iterum dicetur.

Si in *Die Octava* Dedicationis occurat *Festum* 1. aut 2. *Classis*, fit Officium, & Missa de illo; fieri tamen simul debet *Commemoratio* de *Die Octava* Dedicationis in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa. Idem est, si *Dies Octava Dedicationis* occurrat in *Dominica* aliqua *privilegiata* 1. *aut* 2. *Classis*; in his enim de *die Octava Dedicationis* fit pariter solummodo *Commemoratio* in *Officio*, & *Missâ* ejusmodi *Dominicæ privilegiatæ*; nec dicitur tunc in *Missa* 3. Oratio, nisi facienda sit simul Commemoratio alicujus *Festi Simplicis* simul occurrentis.

Sin autem in *Die Octava Dedicationis* occurrat solummodo *Duplex per annum* (sive *majus*, sive *minus*) regulariter transfertur ejusmodi Festum in diem aliam Officiò 9. Lectionum non impeditam : *Officium* autem, & *Missa* sub Ritu duplici minore fiunt de *Die Octava* eo die, quo cadit, utì in Octavis non privilegiatis aliorum Festorum, cum Commemoratione *Diei infra aliam Octavam*, si quæ occurrat, nec non *Feriæ majoris*, vel *Vigiliæ*, vel *Simplicis*, si quod ejusmodi occurrat.

Quòd si contingeret, Festum Dedicationis transferri post totam suam Octavam, illô annô celebrandum foret sine Octava, secluso speciali Privilegio.

In I. Vesperis Communibus

Diei Octavæ Dedicationis, & *Dominicæ privilegiatæ* recitari debent Vesperæ cum Antiphonis, & Psalmis Sabbati, à Capitulo autem de Dominica privilegiata, ac in fine addi de die Octava tantùm Commemoratio, ùt in I. Vesperis Festi : ità enim decrevit Sac. Rit. Congregat. 9. Decembris 1622. apud Gav. & Arnaud. *vid. alib. dic.*

Si *Dominica* ipsa *privilegiata* in 2. Vesperis concurrat cum sequenti *Festo duplici*, adhuc Commemoratio Octavæ fiet post Commemorationem *Dominicæ*, imò *Diei Octavæ* (non item Dominicæ privilegiatæ) Commemoratio omnino omitti deberet, si duplex illud foret 1. Classis : Si verò sequatur Festum tantùm *Semiduplex*, tunc Vesperæ erunt de *Dominica*, cum Commemoratione *Diei Octavæ Dedication.* ùt in 2. Vesperis Festi, ac postea primũ *Semiduplicis*, ùt in 1. ejusdem Vesperis.

Si *Dies Octava Dedicationis* concurrat cum alia *Die Octava*, à Capitulo fit de sequenti, cum Commemoratione præcedentis : id quod servatur etiam in die Octava *principalis Patroni*; quia Octavæ omnes sunt æquales, attamen exceptis Octavis Domini, & modò etiam Octavis B. V. de quibus utrisque integræ dicuntur Vesperæ, si dies Octava *alterius Festi* cum ipsis concurrat : excipitur etiam à Regula Generali dies Octava S. Joannis Evangelistæ concurrens in suis 2. Vesperis cum die Octava Ss. Innocentum, de quibus in illis fit tantùm Commemoratio, ùt ibi, & ibi in Rubr. Gen. 11. n. 2. additur : nisi *quando aliter in propriis Locis annotatur.*

Si *Dies Octava Dedicat.* concurrat cum sequenti *duplici* minore per annum, à Capitulo fit de sequenti cum Commemoratione Octavæ : si verò concurrat cum *duplici majore* fit totum de sequenti, cum Commemoratione *Diei Octavæ.* Excipe iterum 1. *Octavas Domini*, quæ in *Concursu* cum *duplici* etiam majore habent utrasque Vesperas integras, id quod de primis Vesperis Octavæ *Ascensionis & Corporis Christi* in postrema Breviarij Recognitione decretum est. Excipe 2. quamcumque *Diem Octavam B. V.* hæ enim ex Decr. Sacr. Rit. Congregat. de anno 1691. 11. Augusti habent integras utrasque Vesperas in concursu cum *duplici minore.*

Si concurrat *Dies Octava* cum *Festo duplici* 1. *Classis* sequente, fiat la fit in 1. hujus Vesperis de Die Octava *Dedicationis*, nec de Octava aliâ non privilegiatâ Commemoratio, prout declaratum in postrema Breviar. Recognitione Tit. IX. de Commemorat. n. 4. Si autem concurrat cum sequente duplici 2. Classis etiam Translato, fit omnino in 1. hujus Vesperis *Diei* etiam Octavæ secum concurrentis Commemo-

rario, uti habetur in *Rubric. Gener. II. n. 7.* ubi in ultima Breviarij Recognitione addita leguntur hæc Verba : *Si Sequens Festum etiam transtatum fuerit ex solemnioribus suprà enumeratis in Rubrica IX. de Commemorationibus in secundo Ordine num. 6.* totum fit de sequenti, cum Commemoratione Octavæ.

Si *Festum Semiduplex* occurrat in Sabbato ante Dominicam privilegiatam, quæ est simul *Dies Octava* Festi Dedicationis, eo in casu in Vesperis Sabbati Antiphonæ, & Psalmi erunt de *Festo Semiduplici*, à Capitulo autem dicentur de *Dominica privilegiata* itidem sub Ritu Semiduplici, cum Commemoratione primùm de *Semiduplici* (utpote habente saltem dimidium Vesperarum) & postea primùm de *Die Octava*; eò quòd hæc in toto Officio die sequenti nihil habeat, nisi meram Commemorationem. *Gavant. & Arnald. in Tit. de Octava.*

Dico 5. Dedicationes quoque *Sacellorum privatorum* (quæ vulgò dicuntur *Capellæ*) intra vel extra Ædes, seu Religiosas, seu Non-Religiosas, existentium, celebrandæ sunt *Ritu duplici* 1. *Classis*, & *cum Octava*, si quidem Sacella illa, seu Tempella vere sint consecrata ad modum Ecclesiarum publicarum ab Episcopo. Ita enim cum Zachar. Pasqualigo, & Brunone Neusser tradit, ac probat P. Gobat *Tr. 3. n. 696. Append. 2. à litt. bb. usque ad finem Appendic.* ubi etiam declarat, à quonam, vel quibus tam in Festo Dedicationis, quàm infra ejus Octavam dicendum sit *Officium*, & *Missa*, si ejusmodi Capella spectet ad aliquam Communitatem, v. g. religiosam. Idem *Tr. 5. n. 651.* proponit, ac resolvit hunc casum : *Collegium nostrum Friburgense in Helvetia habet in Pago, nomine Marsens, elegantem Ecclesiam, dicatam DEO in memoriam S. Ignatij Confessoris : hujus Ecclesiæ, seu Sacelli Dedicationis annua memoria celebratur Dominicâ* 11. *Octobris tanto accursu confitentium, & Communicantium, quantum memoravi in Alphab. Sacrif. Cas.* 13. *Istius Pietatis promovendæ ergo advolant vicini Domini Parochi, peractis Missarum solennijs magno manè in proprijs Parochijs, præstántque operam Spiritualem perquam accommodam : ortæigitur sunt hæ* 4. *Quæstiones* : I. *An Patres nostri, qui è Collegio illuc mitti solent, quini, aut seni ad excipiendas Confessiones pijssimæ Plebis, teneantur recitare Officium de Dedicatione?* II. *An Sacerdotes, qui advenerant, possent saltem minores Horas dicere conformiter loco.* III. *An etiam I. Vesperas & Matutinum?* IV. *An nostri Patres reduces ad Collegium licitè recitaturi essent de Diebus infra Octavam Dedicationis?* Ad I. & II. harum Quæstionum ibidem *n. 652.* respondet : Posse, propter Conformitatem cum loco, at non teneri, ob Rationes ibidem pro utraque parte allatas.

Ad III. respondet: eos, qui pridie destinaverant præstare postridianam illam operam, potuisse pridie Dedicationis Anniversariæ illius Sacelli recitare I. Vesperas, Completorium, Matutinum, ac Laudes de ejusdem Dedicationis Anniversario, ùt ibidem probat; eandémque Responsionem etiam extendit ad casum, quô in Pago illo Festum Parœcinij illius Tempelli (nempe Festum S. Ignatij, qui ejus est *Titularis*) quotannis cum legitima Auctoritate transfertur in Dominicam I. Augusti, quâ ibi, postquam in Collegio ipso die 31. Julij cum Ecclesia universali fuit celebratum, stabiliter celebratur, eô equidem Ritu, qui debetur *Patrono* simul, & *Titulari*, admittens, etiam in hoc casu Dominos illos Plebanos, ac nostros Patres posse sub *duplici* 1. *Classis* totum Officium Dominicâ illâ dicere de Confessore non Pontifice, accipiendo Lectiones II. Nocturni (si qui carent proprijs) de eodem Communi. Ad IV. denique respondet Negativè; eò quòd sublatâ caussâ tollatur effectus, caussa autem, cur licuerit ipsis celebrare Dedicationem, erat Existentia in Marsens.

Dico 6. Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis debet annuè celebrari sub *Ritu duplici* 1. *Classis* in *tota Diœcesi*, & in *Civitate* quidem, in qua sita est Basilica Cathedralis, *cum Octava*, in reliqua autem Diœcesi sine Octava ex Decreto Sac. Rit. Congregationis de anno 1619. die 2. Maij Gavanto Teste. Tametsi autem Regulares etiam exempti teneantur Festum anniversarium Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis celebrare, saltem cum quadam congruentia, præsertim si Populare sit Festum, non autem Cleri tantum, ùt *Tom.* 2. *f.* §. *n.* 5. observat idem Gavantus, & idem pariter sub Ritu dupl. 1. Class. ut apud P. Gob. *Tr.* 5. *num.* tradit noster P. Carolus Guyet Hom. tolog. *L.* 2. *c.* 16. *q.* 4. ac 5. & insuper cum Octava, ùt apud eumdem Gobat *Tr.* 3. *n.* 696. *Appendic.* 3. *n.* 0. cum Ascan Tambur. contendit Bruno Neusser: extare tamen prohibent Decretum Sac. Rit. Congregat. de anno 1662. 8. April. in quo dicatur, eos teneri solummodo celebrare sub Ritu *duplici* 1. *Classis*, ac *sine Octava*; saltem extra Civitatem, in qua sita est Ecclesia Cathedralis. Quod ultimum etiam asserit Gav. *loc. citato*, eos nempe ad celebrandam illius Festi Octavam non teneri, ob Rationem, quam dat *sect.* 3. *c.* 12. *n.* & quoad Societatem JESU ibidem testatur Gob. non esse praxin in Germania, nisi ut faciat de Dedicatione Cathedrali sine Octava: *Caveat tamen* (inquit P. Claud La Croix Tom. 4. l. 4. n. 1257.) *saltem ea praxis jam à multis annis, ut fiat etiam de*

de illa cum *Octava*. Porrò in Missa Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis dicendum esse *Credo* per totam Diœcesin, monet in Epitome sua Claudius Arnaudus & si quidem ea dicatur extra illam Ecclesiam, cujus celebratur Dedicatio, omittenda sunt in Oratione Secreta omnia illa verba, quæ in ea parenthesi clauduntur.

Dico 7. Si aliquando, aut ubicubi in eumdem diem incidant *Dedicatio propriæ*, & *Dedicatio Cathedralis Ecclesiæ*, eo in loco faciendum die illo de Dedicatione propriæ Ecclesiæ, non autem de Dedicatione Ecclesiæ Cathedralis. Nam præferendam esse in tali casu Dedicationem propriæ Ecclesiæ Dedicationi Ecclesiæ Cathedralis apud Gavant. *Tom.* 2. *sect.* 8. *cap.* 5. *num.* 6. & in ejus *Manual. Episcop.* V. *Ecclesiæ Consecratio num.* 20. definivit Rota Roman. *Decis.* 616. *num.* 1. *& per tot. in recentior. par.* 1. Unde etiam infra utriusque Octavam de Dedication. propriæ Ecclesiæ fiet *Officium* cum Commemorat. Octavæ Dedicationis Cathedralis Ecclesiæ, die infra Octavam, non impediti aliò Festò, celebratæ.

Dico 8. Si concurrant, aut occurrant *diversarum* Dedicationum *festa*, vel *Octavæ*, tunc pro varietate Orationum in *Officio* & *Missa*, sumi ea debet 2. locò, quæ assignata est ipsi *Diei Dedicationis* seu *Consecrationis* in *Breviario*, & *Missali* (id quod additum fuit Rubricæ in postrema Breviarij Recognitione) demptis tamen ijs, quæ primæ Dedicationi sunt propria.

Dico 9. A celebrante extra Ecclesiam Dedicatam omittenda est in Oratione Secreta tota illa Parenthesis : *Ut*, *quicunque intra Templi hujus &c*: cùm ità expresè jubeat Rubrica marginalis recentior Missalium. P. Gob. tamen existimat, ac probare conatur *Tr.* 5. *num.* 788. verba illa dictæ Parenthesis adhuc Verificari, nec proin omittenda in seq. casibus : 1. si v. g. quis Nostrûm de Collegio intra Octavam propriæ Dedicationis celebret in *Sacello domestico* (quoad hoc consentit Nonemmo Patri Gobat, si ponatur carere propria Consecratione) aut *Prædio suburbano*, vel aliqua *Æde Parochiali*. 2. Si Clericus incorporatus alicui Ecclesiæ celebranti anniversariam hujus Dedicationem celebret similiter domi in *Sacello*, vel etiam Ecclesia dissita uno, vel etiam pluribus milliaribus; sed mihi sequenda videtur Littera Rubricæ, ùt jacet.

Dico 10. Si *infra Octavam* propriæ Dedicationis occurrat *Dedicatio Ss. Apostolorum Petri, & Pauli*, ex Præscripto Calendarij, ac Breviarij Romani 18. Novembr. in universali Ecclesia sub Ritu duplici celebranda, tunc Oratio : *DEUS, qui nobis*

bis per singulos Dies &c (in *Officio*, & *Missa* dicenda) non est adhibenda pro facienda Commemoratione de propriæ Ecclesiæ Dedicatione, sed pro hac dicenda est Oratio : *DEUS, qui invisibiliter &c.* h. e. ea, quæ dicitur in ipsa die Dedicationis, seu Consecrationis Ecclesiæ, & extat in Communi Dedicationis Ecclesiæ 2. locô, demptis tamen juxta superiùs dicta ijs, quæ primæ Dedicationi, seu Ecclesiæ consecrationi sunt propria. Ratio 1. partis est; quia (ùt rectè argumentatur Gob. *Tract.* 5. *n.* 784.) sicut *Officium infra Octavam Dedicationis* cedit duplici occurrenti, ità & *Oratio.* Ratio 2. Partis est; quia ità expressè præscribit Rubric. propria Breviar. & Missal. Roman.

Quæritur 1. An, quando Festum *Ss. Apostolorum Petri, & Pauli* (idem est de Festo S. Joan. Baptistæ) occurrit in *Dominica Dedicationis propriæ Ecclesiæ*, illud sit transferendum, & in quamnam diem; an verò transferendum sit potiùs Festum Dedicationis? Ad hoc quæsitum Respondet P. Gob. *Tr.* 3. *num.* 696. *Appendic.* 3. *lit. f.* 3. Festum Ss. Apostolor. Petri, & Pauli &c debere cedere in occursu diei Dedicationis propriæ Ecclesiæ, ubi hæc celebratur sub *Ritu duplici* 1. *Classis*, & *cum Octava* (eò quòd, ùt ibidem probat ex Rubricis, Dedicatio sit dignior) atque adeò transferendum illud esse, non verò hanc in tali casu, & quidem non in diem proximè sequentem, quâ occurrit Commemoratio S. Pauli, ùt quidam volebat, sed in aliam, Officiô 9: Lectionum non impeditam, juxta Stylum Ordinarium in Rubr. *De Translation.* præscriptum. Quòd si prædicti. *Ss. Apostoli*, aut *S. Joan. Baptista*, occurrentes in anniversariâ Dedicationis Dominicâ essent *Titular.* aut *Patron.* tunc obtinenes ibidem *lit. g.* 3. allatas, adhuc ijs juxta P. Gob. Sententiam esset præferenda *Dedicatio* : eò quòd, ut Gav. *Tom.* 2. *sect.* 3. *cap.* 8. *num.* 7. cum Communi S. Thomæ doceat, *Dedicatio* sit præferenda *Patrocinio* in occursu. Idem est, si contingat, ut eâdem die, seu Dominicâ, quâ alicubi celebratur Festum Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, simul occurrat aliud Festum ejusdem Ritus, v. g. Festum S. Joannis Baptistæ, vel Ss. Petri & Pauli Apostolorum, tunc enim, quia per Rubricam Gen. X. Breviarij n. 6. in casu, quo duo, vel plura Festa ejusdem Ritus eadem die occurrunt, fieri Officium debet de digniori, seu Solemnioris, ea verò quæ minoris Solemnitatis sunt, transferri, Festum autem *Dedicationis Ecclesiæ* (excepto Festo Assumptionis B. M. V.) majus est, quàm Festum alicujus Sancti, ut To. 2. *s.* 3. *cit. c.* 8. n. 7. probat Gavantus, juxta eumdem, & alios ibi citatos,

ros, in ejusmodi casu fieri pari-
ter debet Officium, ac Missa dici
de Festo Dedicationis Ecclesiæ Ca-
thedralis, translatô Festo Nativita-
tis S. Joannis Baptistæ, aut Ss. Apo-
stolorum Petri & Pauli eadem die
(v. g. Dominicâ) occurrente, in
eadem primam non impeditam, in-
telligo tamen duntaxat ibi, ubi *Fe-
stum Dedicationis* ejusmodi Eccclesiæ
non tantùm celebratur sub *Ritu du-
plici 1. Classis*, sed etiam, *cum Octa-
va*, uti in Basilica Cathedrali, ac
Urbe, seu Loco, in quo hæc est si-
ta; non autem in *tota*, h. e. etiam
in reliqua *Diœcesi*, in qua Festum De-
dicationis Ecclesiæ Cathedralis non
celebratur cum Octava, adeoque
cum tanta Solemnitate, cum quan-
do in ipsa *Ecclesia Cathedrali in Urbe*,
in qua hæc est sita; ibi enim in ca-
su, quo *Festum Nativitatis S. Joannis
Baptistæ*, aut *Ss. Petri & Pauli* incidit
in eandem diem, in qua alioquin
in Diœcesi celebratur *Festum Dedica-
tionis Ecclesiæ Cathedralis*, *Festum Na-
tivitatis S. Joan. Baptistæ*, aut *Ss. Petri
& Pauli* non est transferendum, sed
translatô *Festô Dedicationis Ecclesiæ Ca-
thedralis*, in diem proximam Festo
& Lectionum non impeditam, ipsum
festum S. Joan. Baptistæ, aut *Ss. Petri
& Pauli* eo die occurrens tunc pro-
prio suo die est celebrandum, non
obstante, quòd *Dedicatio Ecclesiæ Ca-
thedralis* in Diœcesi quoque sit *prima
Classis*, at instar eorum, quæ *transferun-
tur ultra Octavam*, & *sine Octava cele-
brantur*, uti Gavantus Tom. 2. S.
8. c. 5. n. 5. loquitur. Ratio au-
tem cur ibi, ubi celebratur Festum
Dedicationis 1. Classis *cum Octava*,
ei cedant in occursu tam *Festum S.
Joan. Baptistæ*, quàm *Ss. Petri & Pau-
li*, non item ibi, ubi illud celebra-
tur *sine Octava*, est hæc; quia eô ip-
sô, quòd Dedicatio Ecclesiæ Ca-
thedralis extra propriam Ecclesiam
ac Civitatem in Diœcesi privetur O-
ctavâ, in eadem quoque Diœcesi o-
mni dignitate & solemnitate extrin-
seca privatur, quam in Civitate &
Eccles. Cathedr. alioquin habet; *Fest.*
autem *S. Joannis Baptistæ*, & *Ss. Petri &
Pauli* etiam in foro *de Præcepto* sole-
mnissimè, & cũ Octava in Ecclesia u-
niversali celebratur: cùm ergo ju-
xta Decretum S. R. C. (quod sub
die 27. Decembr. 1698. emanâsse
ferunt) si occurrerint, vel fuerint
transferenda duo Festa ejusdem Ri-
tûs, quæ unica die occurrebant,
quorum unum *sit universale*, alterum
verò *particulare* alicujus Diœcesis, vel
Religionis, priùs fiat de *universali*,
& postea primùm de *particulari*, nisi
obstet ratio majoris dignitatis, ideò
ibi, ubi Festum Dedicationis Ec-
clesiæ Cathedralis non celebratur
cum Octava, transferendum omnino
est in casu, quô occurrit in *Festo S.
Joan. Baptistæ*, aut *Ss. Petri & Pauli*.
Nec modò dictis obstant verba illa
Decreti paulò antè allegati: *nisi ob-*

stet

stet ratio majoris dignitatis; quia accipienda & intelligenda sunt in sensu suprà insinuato. Et hæc de casu, quò eodem die *Festum Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis*, & simul *Festum aliud* 1. *Classis*, nempe *Nativ. S. Joan. Baptistæ*, aut *Ss. Petri & Pauli Apostol.* alicubi *occurrit*. Simili autem modo procedendum est in eorumdem quoque *Concursu*, nempe in casu, quo *Festum Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis* immediatè ante, vel post *Festum S. Joan. Baptistæ*, vel *Ss. Petri & Pauli* juxta Tabellam *Concurr. n. 6.* & *Rubr. Gen. XI. n. 2.* celebratur: tunc enim in *Ecclesia Cathedrali*, & ubi Festum Dedicationis celebratur *cum Octava*, habet istud utrasque Vesperas integras cum Commemoratione *Festi* præcedentis, vel sequentis 1. *Classis*, in Diœcesi verò *extra* Ecclesiam Cathedralem, ubi non habet Octavam, *Festum* 1. *Classis* præcedens vel sequens habet utrasque Vesperas integras cum Commemoratione *Dedicat.* ob Rationes alibi adducendas. & antè adductas.

Quia Occurrente eodem *Die Dedicatione particular. propriæ Ecclesiæ*, & simul *Dedicatione Ecclesiæ Cathedralis*, præferenda est Dedicatio *propriæ Ecclesiæ*, translatô Festô Dedicationis *Ecclesiæ Cathedralis* in diem primam non impeditam. Gav. Tom. 2. s. 8. c. 5. n. 6. ideo id similiter observandum circa *Festum Patroni Titularis Ecclesiæ*; quia sicut *Festum Dedicationis propriæ Ecclesiæ*, ità & *Festum Patroni Titularis Ecclesiæ*, majori cum solemnitate in *particulari* illa Ecclesia celebratur, quàm in ea foret celebranda *Dedicatio Cathedralis Ecclesiæ*, ac ità Decretum ferunt à Sac. Rit. Congregation. 20. Julij 1686. Si autem in occursu Festum Dedicationis præfertur Festo Ss. Petri & Pauli &c, tunc etiam Octavarum Octavæ præferetur Octavæ Dedicationis, v. g. in casu, quò post Octavam rioris Octava miscetur Octavæ ris, uti interdum contingit hic nipotri, ubi Festum Dedicationis aliquando occurrit infra Octavam Ss. Petri & Pauli, ac proinde bus infra Octavam, quibus non de Festo 9. Lectionum, sic ibi Officium & *Missa* de *Octava Dedicationis*, *Octava* verò *Ss. Petri & Pauli* currente solummodo Commemoratio. Vide dicta Tit. præced. & i

Quæritur 2. An, quando Parochiale Veteris, sed adhuc tis Ecclesiæ, translatum est ad alian Ecclesiam, de novo, ac Loco commodiore ædificatam, *Dedicatio* nostra *Ecclesiæ* etiamnum, ut dixi, stantis, adhuc debeat quotannis celebrari Ritu duplic. 1. Classis & cum Octava? Respondet cit. Gob. *Tr. 3. n. 696. append. 3.* affirmativè, idque ob Rationes ibidem allatas à *Lit. b.* usque ad *Lit. f. 3.* ubi quoque discutit, à quo tam in Festo Dedicationis ralis Ecclesiæ, quàm infra ejus Octa-

vam

rum dicendum sit Officium, & Missa.

Quæritur 3. An *Dedicatio annua* cujuslibet Ecclesiæ, etiam solummodo *Benedictæ*, quotannis celebrari possit, ac debeat cum *Officio*, & *Missa*? R. Affirmativam quidem sententiam teneri à P. Quintanadvennas, & Brunone Neusser apud P. Gob. *Tract.* 3. *num.* 679. & *num.* 676. *Appendic.* 3. *lit.* O. 3. non obstantibus illis verbis Collectæ : *Consecrationis reparas diem* (eò quòd verbum *Consecrationis* idem sonet latinè, ac : *Dedicationis*) sed rectiùs à P. Gobat, ante pro se P. Carolum Guyet *l. Heortologiæ c.* 3. *q.* 4. non modò *Obligationem*, sed etiam *Licentiam* negant : eò quòd horum Sententiæ suffragetur Praxis Romana Teste eit. P. Gobat.

Quæritur 4. Quando celebranda sit *Dies anniversaria Dedicationis* eò annò, quò Dominica I. post Epiphaniam (ei celebrandæ alioquin ab Episcopo Consecratore in Templi Consecratione alicubi designata) incidit in *Diem Octavam Epiphaniæ*, contra quodcunque Festum, etiam *Dedicationis*, ac *Tituli Ecclesiæ*, privilegiatam? R. Ad hanc quæstionem jam responsum à nobis tum suprà P. *I. Tit. De Dominica I. post Epiph.* tum etiam P. II. die 13. Jan. fuisse conformiter resolutioni docti, ac ingenioli cujusdam Recentioris apud P. Gob. *Tract.* 3. *num.* 676. *Append.* 3. *à Lit. K.* 3. eam resolventis, cùm hîc Oeniponti ipsissimus occurreret hic casus, die anniversariâ Dedicationis Templi nostri incidente in *Diem Octavam Epiphaniæ* : id quòd toties contingebat, quoties Dominica I. post Epiphaniam (quæ ab Episcopo Consecratore assignata fuerat pro anniversario Dedicationis celebrando) in *Diem Octavam Epiphaniæ* incidebat. Postquam autem anno 1710. annuente per Sac. Rit. Congregat. Sede Apostolica Celsiss. ac Reverendiss. Loci Ordinarius Anniversarium nostræ Dedicationis Festum ob justas alias causas stabiliter transtulit in Dominicam, quæ intra Mensem Julium omnium proxima cadit Festo Visitationis B. M. V. ideo respectu memoratæ Basilicæ nostræ Oenipontanæ cessat modò quæstio, ac Controversia de celebrando ejus anniversario in casu, quò anniversarius Dedicationis incideret in diem Octavam Epiphaniæ.

Quæritur 5. Quomodo in loco, in quo Dedicatio propriæ Ecclesiæ incidit quotannis in ipsum *Festum Ss. Innocentium* MM. Ordinandum sit Officium, & Missa tam ipsius *Festi Dedicationis* eò die *occurrentis*, quàm etiam *Ss. Innocentium* in diem aliam *translati*? R. Ad hoc quæsitum ad mentem Gavanti responsum à me fuisse jam suprà P. II. ad diem 28. Decembr.

Quæritur 6. An, quando *Festum*

stum Assumptionis B. V. incidens in Sabbatum in secundis suis Vesperis concurrit cum sequenti *Festo Dedicationis*, incidente in Sequentem Dominicam, Vesperæ in Festo Assumptionis sint integræ dicendæ de Festo *Assumptionis*, an verò de Festo sequente *Dedicationis*? R. conformiter jam suprà dictis : Tametsi P. Gob. *Tr. 5. n. 658. in Appendice appendicis* existimet, integras dici posse de *Festo Dedicationis*, mihi tamen probabili°, & Rubricis Conformius videri, si integræ dicantur de *Festo Assumptionis* : nam juxta *Tab. concurrentia* Duplici 1. Classis concurrente cum alio duplici 1. Classis subsequente Vesperæ quoque secundæ integræ dicuntur de Digniori, Commemoratio verò duntaxat de minùs digno : atqui *Festum Assumptionis* B. V. est dignius, quàm *Festum Dedicationis Ecclesiæ* (uti colligere est ex Gav. *To. 2. sect. 3. cap. 8. n. 6. & 7.* necnon ex *c. 9. n. 3.*) ergo sicut in *Occursu* Festo Assumptionis cedit Festum Dedicationis (uti manifestum est ex Tabula occurrentiæ) ità & in utriusque *concursu* eidem cedere debebit Festum Dedicationis integras 1. Vesperas, & solâ istud esse contentum sui Commemoratione, ob Rationes *ll. cc.* à Gav. adductas, quem pro mea stare Sententia, satis indicat citatus Gobat *lit. u. & x.* Idem dico de casu, quo Festum Dedicationis in 2. Vesperis concurrit cum Festo Assumptionis; nam etiam tunc (& quidem à fortiori) integræ Vesperæ dicendæ sunt de sequenti Festo Assumptionis, ac tantùm faciendа Commemoratio de præcedenti Festo Dedicationis. Uterque dictorum casuum contingit interdum Suazij in Tyroli, de quo jam supra & rursus infrà.

Quæritur 7. Quid respondendum ad sequentem casum, anno 1711. datis ad me litteris mihi propositum? Dominicâ II. post Pascha alicubi consecrata est ab Episcopo quorumdam Religiosorum nova Ecclesia : duravit functio Consecrationis ferè usque ad meridiem diei illius Dominicæ : porrò occasione hujus Cæremoniæ ortum est sequens dubium : An scilicet Religiosi illi pridie consecrationis potuerint primas Vesperas, & postridie Matutinum, ac Laudes cum reliquis Horis dicere de Die Dedicationis? An item in privato Sacello, Aræ ab qua antecedenter consecratæ potuerint dicere Sacrum de ipsâ Dedicatione eô Tempore, quô Consecratio actu durabat, & necdum erat completa? Ad utramque horum Dubij partem respondendum videtur affirmativè, loquendô de casu hîc posito, quô nempe *Consecratio* seu *Dedicatio* Templi (quæ vocabula juxta Gavant. *Tom. 2. sect. 5. n. 2.* sunt Synonima) non fit in aliquo Festo, aut Dominicâ, contra quod-

quodcunque aliud *Officium* privilegiatâ, v. g. Dominicâ in Albis, aut feria II. vel III. Pentecostes, sed festô, vel *Dominicâ* aliquâ *minore*, qualis est *Dominica 2. post. Paschæ*. Ad Officium enim quod attinet posse illud dici à primis Vesperis usque ad Completorium sequentis diei inclusivè, colligi videtur omnino ex illa Rubrica, quæ extat tam in Breviario Romano *in Communi Dedicationis Ecclesiæ* (ubi de 1. Vesperis, & Laudibus Dedicationis) quàm etiam in Missali Romano post Missam *Anniversario Dedicationis §. 2.* In earum Rubricarum primâ cùm tam in 1. Vesperis (NB.) quàm in Laudibus *pro ipso die Dedicationis Ecclesiæ, & per hujus Octavam* expressè præscribatur Oratio in Officio recitanda, diversa ab ea, quæ in Officio dicenda est in *Die Anniversario Dedicationis, ac per istius Octavam*; & in secunda *pro ipso die Dedicationis* non minùs præscribatur *Missa* in eo dicenda, quàm *pro die Anniversario Dedicationis*, cum diversis tamen Orationibus in utriusque diei *Missa* dicendis, manifestè supponitur 1. dari casum, in quo tam *Officium*, quàm *Missa* dicenda sit de *ipso die Dedicationis*, & de *hujus Octava*; ad quid enim alioqui tam in *Officio*, quàm in *Missa pro die ipso Dedicationis*, & pro *hujus Octava* in *Communi*, ut vocant, *Sanctorum* præscriberetur in Breviario, & Missali peculiaris Oratio? Supponitur 2. etiam 1. Vesperas in ejusmodi casu dicendas esse pridie Consecrationis de die subsequente Dedicationis, seu Consecrationis; ad quid enim aliàs Breviarium præscriberet etiam in 1. Vesperis Orationem dicendam *pro ipso die*, ùt ibi loquitur, *Dedicationis*? Nec refert 1. quòd pridie, & manè subsequô ante absolutam *Consecrationem* nondum sit *Consecrata Ecclesia*; sicut enim pridie diei Festi, quô aliquis *S.* Confessor obijt, uti & per subsequentem Octavam citra Inconvenientiam, ac falsitatem, dicitur : *Hâc die lætus meruit beatas Scandere Sedes* (quia nimirum hæc Verba dicuntur relatè ad Tempus, quô reipsa Verificantur, & fictione Juris, ut ità dicam, Ecclesiastici tam Vesper præcedens, quàm Octava subsequens habentur pro uno, eodémque moraliter Tempore, sive die, licèt non pro singulis ejus partibus æqualiter Verificentur) ità & hîc suô modô contingit. Neque refert 2. quòd in Postcommunione *Missæ* in ipsa die Dedicationis dicendæ Verba illa : *Ut in hoc loco, quem Nomini tuo indigni dedicavimus*, soli videantur consecratori celebranti, aliis verò ad summum non nisi post Templi Consecrationem celebrantibus convenire : quia sicut in Oblatione calicis ante hujus Consecrationem citra absurdum dicitur, ac sine omni falsitate : *Offerimus tibi Domine Calicem.*

cem salutaris, ità etiam sine absurdo ac falsitate ante peractam Templi Consecrationem in dicta Oratione dicetur : *Quem Nomini tuo dedicavimus*; cùm sicut illud (ùt doctè exponit Illsung agens de *Sacrificio*) ità & hoc in suo sensu Verificetur ; & sicut, quando in Canone dicitur : *Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt*, Tò *offerimus*, & Tò *offerunt* alium sensum habet respectu *Celebrantis*, & alium respectu *Procurantis* Sacrũ, aut *Cooperantis* ad illud, ità & hîc Tò *Dedicavimus* suô modô & ei, qui reipsa Consecravit Templum, & ijs, qui ad ejus Dedicationem suâ vel operâ, vel Intentione, aut votis, quibus illud divino cultui (eô ferè modô, quô quis aliquem Librum suo Patrono) destinaverunt, ac dedicaverunt, si non explicitè, saltem implicitè concurrerunt, omnino convenit. Quòd autem Rubrica Breviarij, & Missalis Romani assignans peculiarem Orationem dicendam in *Officio*, & *Missa* die ipsa Dedicationis, non concernat solum Episcopum Consecratorem, patet 1. ex eo, quia, si hunc tantùm concerneret, non esset ratio orationem illam cum sua Rubrica ità absolutè ponendi in ipso Breviario omnibus Communi, & quidem eô locô, ac modô, quô ponuntur Rubricæ, & Orationes omnibus ad dicendas Horas obligatis Communes, sed deberent potiùs poni vel in solo *Pontificali*, aut *Cæremoniali Episcoporum*, imò alias *Consecrationis Cæremonias*, vel addi in ipso Breviario limitatio ut solum Episcopum Consecrantem ; cùm ergo Rubrica, seu Jus Ecclesiasticum non distinguat, nec nos distinguere debemus. Patet ulteriùs 2. id etiam ex eo, quòd Rubrica Breviarij sæpiùs allegata dicat Orationem illam dicendam esse Vesperis ipsius diei Dedicationis, per ejus Octavam : sed qui Officium diei Dedicationis ab hujus Vesperis, & per ejus Octavam dicere debent, non sunt *Episcopi* (qui enim ad hunc *Octava*?) sed ii Sacerdotes, ad quos Spectat Ecclesia Consecranda : ergo hi, & non *Episcopus*, non modò possunt, sed etiam debent illud recitare à 1. Vesperis, & per Octavam diei Dedicationis, quando aliunde nil obstat.

Quòd autem etiam *Missæ privatæ* dici possint in ejusmodi Dominica de die Dedicationis, non modò post, sed etiam ante hujus absolutionem, id indidem, ac ex modò dictis sequi videtur : quia enim de illo, quô dedicatur, seu consecratur Ecclesia, absolutè licitum est celebrare Missam de Dedicatione ab Religiosis, ad quos spectat Ecclesia ante Consummationem Dedicationis, non erit ipsis illicitum in quovis Loco ad celebrandum idoneo, die illo Missam dicere *de Dedicatione*

Li-

Limitavi tamen meam Sententiam, & excepi dies contra Officium quodcunque aliud vi Rubricarum *privilegiatos*, quales sunt v. g. *Festum Pentecostes* cum primis duobus diebus sequentibus, *Dominica in Albis*, & *Dominica* 1. *Adventûs* &c; nam si in horum aliquo Consecraretur aliquod Templum, observanda esset Rubrica Generalis VI. Missalis recogniti Romæ num. 1. & in respectivè, quæ tradit Cæremon. Episcop. ac Tobias Corona Clericus Regular. D. Pauli. Quoniam ibi juxta dictam Missalis novi Rubricam ejusmodi dies sunt privilegiati contra quodcunque Officium, etiam 1. Classis, etiam *Dedicationis*, & *Patroni*, ideo, ùt aliàs ex Gav. innui, rogandus Episcopus Consecrator in tali casu, ut ad celebrandum *anniversariam Dedicationem Ecclesiæ* decernat aliam diem, nempe vel diem Dominicam proximiorem, vel aliam diem adeò commodam, & in tale Festum, aut Dominicam privilegiatam non incidentem; ut sic, quin unus alterius celebrationem impediat, possint etiam *Octava* libentius celebrari, & Populus, præsertim rusticus, majori frequentia colere Festum queat: ità namque decretum fuisse ajunt à Sacra quadam Congregat. Romana 19. Febr. 1585. Extra actum verò Consecrationis non posse ampliùs Festum Dedicationis mutari inconsulta Sede Apostolica, pariter Sacr. Rit. Congreg. apud Gavantum jam suprà cit. decrevit. Ex Congreg. Episcop. Decreto verò de anno 1593. 13. Sept. debent Reliquiæ, locandæ in Altari in hujus Consecratione, esse Sanctorum ab Ecclesia approbatorum.

De *Origine*, *Ritúque dedicandi Ecclesias*, seu *Templa*, nec non de *Modo* celebrandi tam ipsum *Festum Dedicationis*, quàm *diem* ejus *anniversarium &c*, (& quidem ex *obligatione* seu *præcepto*, fundato in Jure Canonico *c. Solemnitates* 16. & 17. ubi *Glossa*, *de Consecr. dist.* 1.) Eruditiones varias vide apud Joan. Clericatum in Decisionib. de Sacros. Missæ Sacrific. Decis. 41. totâ; atque etiam apud Bissum in Hierurgia Verb. *Dedicatio Ecclesiæ* n. 51. Castaldum in Praxi Cæremon. Libro 2. sect. 13. à c. 4. Gavantum *Tom. I. P. 4. Tit. 16. à n. 9. usque ad fin. Tituli* : item *Tom. II. sect. 8. c. 5. n. 1. & 7.* ac Auctores ab eo citatos, nominatim Tobiam Coronam *P. I. cap. 7.* nec non Gulielm. Durandum in Rationali divinor. Officior. ac Joan. Stephan. Durantum de Ritib. Eccles. Cath. *hîc &c.* Idem Gav. in *Manuali Episcoporum* (ejus Commentarijs in Rubric. apprimi solito) tradit complura alia in *exstruendis & Consecrandis Ecclesijs* ac *Altaribus* observanda, verbô : *Altare*, & Verbô : *Ecclesia*, item Verbô : *Ecclesia Consecra-*

cratio. De *Ecclesiarum* & *Altarium Ædificatione* eruditè quoque ac fusè agit paulò antè citat. Clericatus Decision. 40. de Miss. Sacrific. n. 3. & sequentib.

TITULUS IV.

De Modo, ac Ritu celebrandi Octavas Festorum.

DE *Origine* OCTAVARUM, hoc est, More antiquissimo per Consequentes *Octo Continuos dies* Festa quædam celebrandi, Hæbræis primùm, mox Christianæ Ecclesiæ divinô consiliô tradito, nec non de earum *Caussis*, Fine præsertim, *Mysterijs*, ac *Ritu*, perquàm erudita tradit Barthol. Gavantus in Præfatione ad Octavarium Romanum, cum Sacr. Rit. Congregation. eximia approbatione ab eodem eleboratum: item *Tom. I.* Thesaur. Sacr. Rit. *P.* 4. *Tit.* 13. *n.* 8. & 9. nec non *Tom. II. sectione* 3. *c.* 8. utì & AA. ab illo dictis locis citati. Nos ea tantùm in medium hîc afferemus, quæ, pro Ordinandis *Officio*, & *Missa* per illorum Festorum *Octavas*, quæ, quò *solenniora* fiant, *Octavis* gaudent (utì in Ecclesia universali gaudent omnia duplicia 1. Classis, & aliqua etiam 2. Classis, non autem gaudere queunt his inferiora) *Breviarium*, & *Octavarium Romanum Tit. de Octavis* observare jubent; sunt autem sequentia:

I. Quia per Propos. 19. Radulphi Tungrensis *Octava* aliud non est, quàm *Prorogatio Festi*; ideoque omnes *Octavæ* pro una Festivitate Computantur per ejusdem Radulph. Propos. 23. ac proinde eò nobiliores est Octava, quò minùs interrupta à Festis aliorum. De reliquo ea sunt *solemniores*, quarum dies Festus est *solemnior*: Quænam autem ex pluribus vel *occurrentibus*, vel *concurrentibus* sit dignior alterâ, infra dicetur, Vide etiam Dicta Tit. præced.

II. *Festa*, quæ cum *Octavis* impræsentiarum celebrantur, & ultra quorum *Octavas* post editum jussu Pij V. Breviarium, nulla alia induci *Octava* potest sine ipsius Sedis Apostolicæ Auctoritate, enumerantur à Breviario Rubr. VII. Gener. sequentia: *Pascha Dominica Resurrectionis*: *Ascensio Domini*: *Pentecostes*: *Solennitas SS. Corporis Christi*: *Nativitas Domini*: *Epiphania Domini*: *Nativitas S. Joan. Baptistæ*: *Festum Sc. Petri & Pauli Apostolorum*: *Festum S. Laurentij M. Assumptio B. M. V. Nativitas* ejus.

eadem : *Festum Omnium Sanctorum* : nceptio B. *M. V.* ex Decreto Inno- ent. XII. *Festum S. Stephani Pro- art. S. Joan. Apostoli & Evangelistæ* : *Innocentium MM. Festum Dedicatio- is propriæ Ecclesiæ* : *Festum principalis Patroni*, & *Titularis Loci*, vel *Eccle-*, ac denique, uti habetur in ea- dem Rubrica *Festa* alia *Sanctorum*, que apud quasdam *Ecclesias*, *Con- gationes*, & *Religiones* consueve- unt solemniter *cum Octavis* celebra- ri ; uti *Fundatoris Religiosi Ordinis*, qui od eos Religiosos *Patrono prima- loci* æquiparatur) : nisi Festa illa ontrint in *Quadragesima*, h. e. infra ud Tempus, quod est à *Feriâ IV. rum* usque ad *Pascha*, seu *Domi- am in Albis* ; aut intra illud, quod à *die* 17. *Decembris* usque ad *Epi- nam* : quibus Temporibus omit- tur Officium (ob Congruentias ibi indicatas) cujuscunque *Octa- va particularis*, seclusô Speciali Sedis Apostolicæ Privilegiô (quale omni- um singulare pro S. Benedicto ha- beri apud P. Gob. *Tr. 5. n. 658.* habetur P. Georgius Geisser ex Or- dine S. Benedicti) ùt dicitur ibidem. Unde si aliquod Festum, quod alio- si celebrari soler cum Octava, quidò ante *Quadragesimam*, aut ante am 17. *Decembris* venerit, & jam er aliquot dies factum sit Officium de ejus Octava, adveniente prædi- to Tempore nil ampliùs fit de O- tavâ, nequidem Commemoratio ; Idémque est de Octavis nondum ab- solutis, quando supervenit *Vigilia Pentecostes* ; cùm enim à *Vigilia Pen- tecostes* usque ad *Dominicam Trinita- tis* propter solennitatem *Festi Penteco- stes* omne aliud Festum, etiam *De- dicationis*, & *Patroni*, excludatur, multò magis decet ipsas etiam dies Octavarum similium Festorum ve- lut tantùm *Semiduplicia* excludi : adveniente igitur *dictâ* quoque *Vi- giliâ* usque ad finem Octavæ Pente- costes pariter cessant omnes *Octavæ particulares*, antea forsan alicubi in- choatæ, ità, ùt si *dies* ipsa *Octava* a- licujus Festi incidat in eam, tunc e- tiam in pridianis hujus Vesperis nil ampliùs quid fiat, ne quidem Com- memoratio, de Octava, eô ipsô, quòd sequenti die nil faciendum sit de *die Octava*, de qua tamen deberent alioqui dici vel ipsæ primæ e- jus Vesperæ, vel fieri saltem Com- memoratio de illa, si integræ de ea dici non possent, ùt alibi dictum. Quòdsi verò non ipsa *dies Octava*, sed *dies* aliqua ex sequentibus *infra Octavam* (nempe vel *Secunda*, vel *Tertia*, vel *Quarta*, vel *Quinta*, aut de- nique *Sexta*) alicujus Festi incidat in *Vigiliam Pentecostes*, vel in *diem Ci- nerum*, vel in diem 17. *Decembris*, tunc, quia Vesperæ pridianæ non tantùm sequenti diei infra Octavam tanquam Vesperæ *primæ*, sed etiam præcedenti diei tanquam *Secundæ* de- bentur, equidem non perinde, ac

in

in priori casu, nil ampliùs pridie dictarum dierum faciendum erit de hactenus currente Octava in illis pridianis Vesperis, ùt pariter alibi dictum; cùm pridie dictarum dierum nondum currat illud Tempus, in quo juxta Rubric. de Octav. nil ampliùs fieri debet de Octava.

Ex dictis rectè colligit Arnaudus: non posse fieri Festum tam *Canonizationis*, quà *Beatificationis cum Octava*, seclusâ Licentiâ Sedis Apostolicæ. Colligitur 2. Festum, quòd in aliqua Ecclesia celebratur ratione *Corporis*, vel *insignis Reliquiæ*, non propterea habere *Octavam*, nisì specialiter concedatur à Sede Apostolica, id quod definitum quoque ajunt à S. R. C. 1653. 12. August.

III. *Octavarum* aliæ sunt *privilegiatæ*, aliæ non *privilegiatæ*: ex *privilegtatis* verò aliæ *magìs*, aliæ minùs *privilegiatæ*: unde *Octavarum* differentia ad 4. *Classes*, seu *Gradus* potest revocari. *In* 1. *Classe* sunt duæ, nempe *Octava Paschæ*, & *Pentecostes*, in quibus non fit aliquid de ullo alio Festo, aut alicujus Festi Octavâ, nequidem Commemoratio, nisì *Festi Simplicis* (sine aliqua tamen de eo Lectione) si tale infra illas post primum earum Triduum occurrat: tres autem primi dies hujus utriusque Octavæ, tanquam Festa *duplicia* 1. *Classis*, etiam *Festi Simplicis* Commemorationem, & à fortiori ultimam de eo Lectionem ab Officio excludunt. *In* 2. *Classe* est *Octava Epiphaniæ*, admittens tantùm *Festum Patroni principalis*, itémque *Festum Titularis*, & *Dedicationis Ecclesiæ*, diebus infra ipsam occurrentibus celebrari (cum Commemoratione tamen ipsius Octavæ Epiphaniæ tam in *Missa*, quàm in *Officio*) non autem id permittens in ipsa *die Octavæ*; in hac enim cùm specialiter celebratur BAPTISMUS CHRISTI, nec *Festum Patroni primarij*, nec *Titularis Ecclesiæ*, nec *Dedicationis* ejusdem per *Instruc. General. X. n.* 2. licet in illa celebrare. Unde & *Octava* 1. *Classis* à Rubricistis vocatur: admittit tamen Com̃emorationem *Festi Simplicis*, in autem etiã 9. de eo Lectionem, discussum est alibi. *In* 3. *Classe* est *Octava SS. Corporis Christi*, quæ duplicia tantùm *Occurrentia*, non autem *translata* admittit, nisì (ùt in postrema Breviarij Recognitione Decretum est) sint *altioris Ordinis*, hoc est *Solemniora* 1. *Classis*, uti 1680. 7. Decembr. à Sacr. Rit. Congregatione declaratum ferunt. Tamin horum tamen, quàm in illorum *Officio*, ac *Missa* semper facienda est Commemoratio Octavæ. *Infra Octavam SS. Corporis Christi* poterat olim non modò fieri *Commemoratio* de occurrente *Festo Simplici*, sed etiam legi de eo 9. *Lectio*, siquidem propriam habebat, & fieri ex duabus una, si duas ejusmodi habebat; at verò ex Rubri-

brica ac Dispositione nova Sacr. Rit. Congregation. *infra Octavam Corporis Christi* adhuc quidem fieri potest ac debet Commemoratio *Festi Simplicis*, non tamen infra illam potest amplius dici nona Lectio de *Festo Simplici*, nisi in casu, quô fit Officium *duplex de alio Sancto, dummodo Festum illud non sit duplex* 1. *Classis* (hoc enim aliunde omnem Festi Simplicis *Commemorationem* juxta, ac *Lectionem* à se excludit) cessante nimirum tunc Ratione, ob quam alioquin infra Octavam Corporis Christi non esse legendam de simplici Lectionem Sacr. Congregat. decrevit, ut suprà P. I. dictum; ubi quam disceptatum 1. An non *ob oritatem*, vel etiam *identitatem Ratio*is similiter dicenda sit 9. Lectio de *sto* Simplici (si propriam, unam el duplicem, habeat) infra hanc Octavam occurrente tunc, quando Officium infra hanc Octavam fit de *Die infra Octavam SS. Trinitatis* in eo Loco, ubi SS. Trinitas est *Titulus Templi*, adeoque celebratur cum Octava? quæ *Octava* cùm juxta *Octavam Romanum* sit *dignior*, quàm *Octava Corporis Christi*, ideo Feria Sexta, & Sabbatò post Festum SS. Corporis Christi *Officium*, & *Missa* non dicuntur de *Octavæ Corporis Christi*, sed de *Octava SS. Trinitatis*, cum totus Præfatione in Missa, cum Commemoratione tamen *Octavæ Corporis Christi* in *Officio*, & *Missa*. 2. An non ob eandem Rationem dicenda quoque sit 9. *Lectio* de *Simplici* occurrente *propria* tunc, quando Festum simplex occurrit in *Dominica infra Octavam Corporis Christi*? Quod utrumque Dubium etiam suprà die 22. Junij P. II. occasione Festi S. Paulini &c à me propositum, & aliquatenus est discussum.

In 4. denique *Classe* sunt *reliquæ Octavæ*, quæ Festa quæcunque, non modò *occurrentia*, sed etiam *translata*, & ista non tantùm, si sint *duplicia*, sed etiam, si sint *semiduplicia*, cum hoc tamen discrimine admittunt, ut de *duplicibus* tam ante, quàm intra Octavam translatis fieri possit *Officium* quacunque die infra hujusmodi Octavam, Festô aliô 9. Lectionum, aut Dominicâ occurrente non impeditâ: at verò *semiduplicia* in ijs occurrentia non patiantur *ultra unum diem* transferri, ut de semiduplici *in Dominicâ infra Octavam* occurrente expresè indicat Rubric. X. General. de transl. Festor. n. 5. jubens *Festum Semiduplex in Dominica infra hujusmodi Octavas non privilegiatas* occurrens transferre in mox sequentem diem, seu Feriam II. *quæ si fuerit Festo alio duplici, vel Semiduplici impedita*, jubet *prædictum Festum Semiduplex, veniens in Dominica, transferre post Octavam, ità, ut Festum Semiduplex* (sunt verba Rubricæ) *infra Octavam non transferatur nisi in proximè sequentem diem.* An ve-

rò idem quoque sit intelligendum de Festo Semiduplici, alia die infra hujusmodi Octavam, Festô aliô *duplici* aut *semiduplici* impeditâ occurrente, pariter in proximam diem *infra* eandem *Octavam* vi hujus Rubricæ transferendo, an verò id extra Dominicam *infra* hujusmdi *Octavam* occurrens die aliquâ Festo 9. Lectionum impeditâ, non perinde sit celebrandum *die proximâ* infra OctavamFesto 9.Lection. non impeditâ (uti sit, quando cadit in Dominicam *infra Octavam*) sed sit transferendum tunc *post Octavam*? inter Auctores juxta alibi dicta, & infrà dicenda controverti reperio. Non esse transferendum in tali casu *Festum semiduplex* in diem proximam infra Octavam Festô 9. Lectionum non impeditam, sed omnino post Octav. censet P. Gob. *Tr. 5. n. 658. in Appendice Append. litt. r.* suámque Sententiam Rationibus ex Principijs utriusque Juris, & ipsis etiam Rubricis, ac præcipuo Rubricarum Interprete Gavanto petitis, stabilire conatur : & verò spectando Rationem, uti & finem Rubricæ de non transferendo *ultra unum diem* Festo Semiduplici in Dominica *infra Octavam* occurrente, sed eo tunc *transferendo post Octavam* (ne alioquin, ùt notat Gav. *Tom. 2. s. 3. c. 10. n. 4.* Octavæ numero dierum, quibus de ipsis fiat Officium, nimis minuantur) mihi quoque olim Gobati Sententia admodum fundata apparebat; quia tamen contraria aliorum Sententia (quòd scilicet *Festum semiduplex*, occurrens etiam *extra Dominicam*, in Festo v. g. duplici, infra Octavam *non privilegiatam*, non sit transferendum post illam, quando dies immediatè sequens alio Festo duplici vel semiduplici impedita non fuerit, sed tunc perinde sit faciendum de eo Officium die immediatè sequenti, ac quando incidit in Dominicam) suas quoque habet Rationes, uti videre est apud P. Tobiam Lohner, ejus Patronum, *Instit. pract. II. P. I. Tit. 3. n. 2.* & eam in hujusmodi casu omnino esse præferendam, decisum esse à Sacr. Rit. Congregation. 3. Septembr. 16[illegible] testatur solertissimus quidam, ac insigniter peritus Rubricista apud P. Claud. La Croix *Tomul. 7. n. 20.* ac denique accedit Auctoritas Gavanti, qui licèt *sect. 3. cit. c. 10. n. 4.* videatur favere priori Sententiæ, aut certè obscuriùs loqui, cap. tamen 8. *n. 3.* expressè tradit & ipse Sententiam posteriorem, dum ait : In 2. Casibus *infra Octavam*, admittentem *Festum semiduplex*, fieri de [illegible] *miduplici*, etiam *translato* : *Primo* [illegible] licet, quando *semiduplex* occurrit [illegible] *Dominica*. *Secundò*, quando *Semiduplex* occurrit in *Festo Ascensionis*, [illegible] alio *Festo simili majore*, quod in Ecclesia universali, vel aliqua particulari habet *Octavam* ; tunc enim

trans-

transfertur, inquit, *Semiduplex, in diem proximè sequentem (si non est impedita) ultimus Octavæ*, infra quam occurrit; & sic in hoc quoque casu *fit infra Octavam de semiduplici translato*, ad unum tamen tantummodo diem, nempe proximè sequentem, perinde, ac taliter fit de eo, quando occurrit in *Dominica infra Octavam non privilegiatam*, ideo & ego, motus tanta Auctoritate, censeo, posteriorem in Praxi sequendam esse Sententiam: ad quam amplectendam me tandem quoque movet juxta dicta P. I. Tit: de *Festo Ascensionis*, & P. II. die 26. Junij, non modò Auctoritas, ac Exemplum Directorij Romani, quod Festum semiduplex SS. MM. Joannis, & Pauli (occurrens semper infra Octavam Nativitat. S. Joann. Baptistæ) cùm annô quo. die sibi proprio, nempe 26. Junij, ob occurrentem tunc *diem Octavam SS. Corporis Christi* celebrari non posset, eô annô transtulit in diem proximam subsequentem, nempe 27. Junij, quæ erat dies 4. infra Octavam Nativitat. S. Joan. Baptistæ, sed etiam, ac vel maximè Auctoritas ipsius Sacr. Rit. Congregation. à quâ ità fieri debere in hujusmodi casu Decretum fuisse testatur Henricus Pisart Locis citat: à me allegatus. Cæterùm Gavantus relate n. 3. citato observat, Rubricam General. VII. loquentem de Octavis 4. *Classis*, hoc est admittentibus dictô modô *semiduplicia* etiam *translata*, non esse intelligendam de *semiduplicibus* occurrentibus ante *Octavam* die aliquo impedito, sed de occurrentibus *in Festo*, aut *Dominica infra Octavam*, & de translatione in diem proximè sequentem non impeditum *aliô Festô*; nam quòd *semiduplicia* occurrentia die aliquo impedito *ante* Octavam, sint transferenda *post Octavam*, ait nullum esse dubium: indéque infert *c.* 10. *n.* 4. *semiduplex occurrens infra Octavam Corporis Christi* (excludentem juxta dicta *semiduplicia* omnia etiam occurrentia, ità, ut nullum infra eam possit celebrari) si eam proximè sequantur Octavæ Nativitatis S. Joan. Baptistæ, & Ss. Apostol. Petri & Pauli, transferri debere post omnes 3. dictas Octavas, & consequenter, si has insuper excipiat quædam alia Octava particularis (v. g. *Dedicationis propriæ Ecclesiæ*, uti annô 1710. contigit hîc Oeniponti) etiam ultra hanc quartam. Et *Ratio*, inquit, *est*; quia amisso Jure Vicinitatis ad proprium diem, non est major ratio, cur citiùs celebretur. Idem Gav. *c.* 8. *n.* 2. in numero Octavarum 4. *Classis*, seu *non privilegiatarum*, expressè etiam ponit *Octavas Nativitatis*, & *Ascensionis Domini*. *Neque mireris*, inquit, etiam has *admittere Festa semiduplicia, quia Schola Nativitatis Christi est officina humilitatis ex S. Augustin. Octava autem Ascensionis, respectu Ec-*

clesiæ militantis est Octava mixta mœrore, ob discessum Christi.

IV- Si *Festum* habens *Octavam* transferatur post dies Octo à die Festi, non celebratur illô annô cum Octava, nisi *Titularis Ecclesiæ* privilegiô (de quo suprà die 13. Jun.) aliter fieri oporteat; si verò ad pauciores dies transferatur, *dies* ejus *Octava* non transfertur, sed numeratur à die, quô Festum incidebat, & celebrari debebat, si translatum non fuisset, & in Octavo die ab illo celebratur Octava, & quidem integrô Officiô, si dies illa tale admittat, vel saltem Commemoratione in *Officiô*, & *Missâ* diei, si nihil ex suprà dictis obstet. *Rubr. Gen. X. n. 1. ante fin.*

V. *Infra Octavam* Officium de *Octava* fit *semiduplex* (exceptis Feriâ II. & III. Octavarum *Paschæ*, & *Pentecostes*, in quibus fit duplex 1. Classis.) in die Octava autem *duplex* : & tam *infra Octavam*, quàm in *die Octava* Officium fit cum 3. Nocturnis, novem scilicet Psalmis, & novem Lectionibus (exceptis Ferijs, seu diebus infra Hebdomad. *Paschæ*, & *Pentecostes*, in quibus fit cum uno Nocturno, ùt suis Locis ponitur) & regulariter, nisi scil. aliter notetur (ùt infra Octav. Nativit. Domini, & Epiphan. &c) omnia dicuntur, sicut in die Festi, præter Lectiones; quarum primæ tres *infra Octavam* semper sunt de Scriptura occurrente in Officio de Tempore, præterquam infra Octavam Assumptionis B. MARIÆ, in qua singulis diebus, quibus fit de *Octava*, positæ sunt Lectiones propriæ de *Canticis Canticorum*; præterquam tunc, si dies infra Octavam occurrat in aliqua *Feria quatuor Temporum*, aut in *Feria II. Rogationum*, aut in *Vigilia Ascensionis*; tunc enim Lectiones pro I. Nocturno *die* ejusmodi infra *Octavam* sumendæ sunt de *Communi Sanctorum*, id quod indicatur in Rubrica posita in *Communi Apostolorum*. Aliæ Lectiones II, & III. Nocturni diebus infra Octavam (siquidem in *Octava* fiat Officium) dicuntur propriæ ut notantur pro II. & III. Nocturno diebus illis infra Octavam occurrentibus, loquendo de *Octava Ecclesiæ universalis*, nec non de *Octava Dedicationis Ecclesiæ*; infra Octavam verò *Patroni*, vel *Titularis Ecclesiæ*, aut alterius Festi, quod in aliquibus tantùm Ecclesijs celebrari solet *cum Octava* celebrari, si apud illas Ecclesias Lectiones propriæ & approbatæ pro II. & III. Nocturno *infra Octavam* non habentur, inserendæ sunt Lectiones positæ in Communi Sanctorum, si de Sancto sit Octava, alioqui Lectiones diei Festi per sæpe cit. *Rubr. VII. de Octav. n. 4.* Nè verò deessent (saltem ùt plurimùm) pro II. & III. Nocturno hujusmodi Octavarum Lectiones propriæ, & approbatæ, Bartholomæus Ca-

Cavantus Clericus Regularis Congregationis S. Pauli collegit, & Auctoritate Sacr. Rit. Congregation. in lucem edidit Octavarium Romanum, Complectens Lectiones ab eadem Sacr. Rit. Congregatione approbatas pro Octavis *proprijs*, & *Communibus Sanctorum* (quarum omnium Indicem, tam *propriarum* scilicet, quàm *Communium*, eidem Octavario præfixit) in II. & III. Nocturno recitandas *infra Octavas* Festorum, præsertim *Patronorum Loci*, ac non *Titularium propriarum Ecclesiarum*, quæ cum Octavis juxta Rubricas Breviarij Romani debent celebrari. Quòd si in III. Nocturno Lectiones Communes non deserviant aliquibus Festis, quæ videlicet proprium habent Evangelium, tunc post diem Festum (in quo omnino legi debet proprium Evangelium cum sua Homilia) in sequentibus diebus infra Octavam in *Missa* & Officio legendum est Evangelium vel primum, vel aliud congruentius de Communi, cum suis Homilijs, ùt fit infra Octavam Ss. Petri & Pauli. *Gav. in Adnotationibus ad Octav.*

In ipsa *die Octava* Lectiones I. Nocturni, si proprias non habeat, dicuntur de Script. occurrente, vel si de hac (ob occurrentem v. g. Festum quat. Temporum, aut II. Rogationum, vel Vigiliam Ascensionis) desumi non possint, vel ità aliquando notetur, dicuntur sicut in *Festo*, utì contingit in die Octavæ Dedicationis Templi, in qua dicuntur illæ ipsæ, quæ dictæ fuerant in ipso Festo. In II. Nocturno autem accipiuntur in *die Octava*, si propriæ non habeantur, ex Communi Sanctorum, ùt in Octavario Romano. In III. denique Nocturno leguntur in *die Octava* utì in Festo, si ea proprijs, aut Communibus careat Lectionibus in Evangelium Festi, nisì aliud notetur. *Gav. ibidem.* Qui postmodum in *Adnotationib. ad Tit. 26. de Lectionib.* monet; si accidat, ut ob Festa infra Octavas non privilegiatas occurrentia, initia Lectionum, pro II. & III. Nocturno diebus infra Octavas in *Octavario Romano*, aut *Proprio* assignatarum, suo die legi non possint, & tamen de ijsdem *Sermonibus*, aut *Homilijs*, quorum vel quarum *Initia* ob Festum antecedenter occurrens legi non poterant, post Festum occurrens sit rursus legendum, tunc post tale Festum in III. Nocturno Titulum Sermonis non esse sic legendum : *De Sermone &c*: nec in III. Nocturn. sic : *De Homilia &c* (eò quòd nondum de ijsdem Lectum sit aliquid antecedenter) sed vel legendum esse simpliciter sic : *Sermo*, aut : *Homilia S. N. &c*, perinde, ac si esset *Initium Sermonis*, seu *Homiliæ*; vel certè, omissô illô ejus textu legendum esse ipsum ejus *Initium* in diebus præcedentibus positum, prout scili-

cet videbitur magis congruere. Id ipsum observandum, quando in *die* Octava præscribitur sumi aliquas infra Octavam omissas, ob diem Dominicam, aut Festum occurrens.

In *Vesperis infra Octavam* omnia dicuntur (siquidem fiat de *Octava*) non tamen duplicando Antiphonas, nisi Feriâ II. & III. Paschæ, ac Pentecost. ùt in II. Vesperis Festi, usque ad primas Vesperas diei Octavæ exclusivè. Quòd si in aliquo sex primorum dierum infra Octavam non fiat totum Officium de *Octava*, sed facienda sit tantùm aliqua de illa *Commemoratio*, tunc Antiphona & Versiculus pariter est sumendus (nisi aliter in loco notetur utì fit infra Octavam Ss. Petri & Pauli) ex II. Vesperis, non autem ex primis Vesperis Festi. *Rubr. Gener. VII. num. 5.* In primis autem *Vesperis* ipsius *diei Octavæ* omnia dicuntur *Ritu duplici*, ùt in primis Vesperis Festi, nisi rursum aliter in proprijs locis notetur, utì contingit quoad Orationem in die Octava Ss. Stephani & Laurentij, in qua alia dicitur, quam in Festo: idémque contingit etiam in die Octava Epiphaniæ, ac Ss. Petri & Pauli. Ex Dictis

Infertur 1. Si duobus diebus consequenter agatur de eadem Octava, Vesperas præcedentis diei non esse à Capitulo dicendas de sequenti (utì fit, quando hodie factum est de *die infrà Octavam*, aut *Festo semiduplici*, cras autem faciendum est de *alio Festo duplici*) sed secundæ quoque Vesperæ hodiernæ diei infra Octavam totæ dicuntur de *currente infra Octavam*, ùt in 2. Vesperis Festi, perinde, ac si cras sequeretur *Festum* solummodo *simplex*.

Infertur 2. Si *die* aliqua *infra Octavam*, v. g. *secundâ*, aut *tertiâ* ob occurrens Festum non fit factum de *Octavâ*, faciendum autem sit illa die aliqua posteriore, non propterea in pridianis Vesperis (hoc eæ à Capitulo dicantur de die sequente infra Octavam, sive de hac in illis fiat tantùm Commemoratio) Antiphonam & Versiculum pro *Octava* sumi debere ex 1. *Vesperis Festi*, sed semper modò prædictò ex *secundis Vesperis Festi* usque ad diem exclusivè.

Infra Octavas non fiunt *suffragia* consueta Sanctorum, nec dicuntur *Preces Dominicales* ad Primam & *Completorium* etiamsi Officium non fiat de *Octava*, sed de *Dominicâ*, aut *Festo semiduplici*. Rubr. Genet. VII. *num. 6.*

VI. Missa de *die infra Octavam* pariter dicitur, utì in *Festo*, quando *propria* non assignatur (utì fit infra Octavam Nativitatis Dominæ, Paschæ, Pentecostes, & Ss. Apostolor. Petri, & Pauli) sub eo Ritu, sub quo *Officium*, cum, vel sine Com-

me-

memoratione Festi, aut alterius diei infra Octavam, aut etiam Feriæ majoris &c simul occurrentis, prout eorum requirit qualitas, & Classis *Octavæ*, de qua fit Officium, de quo suprà hoc Tit. n. III. & infrà num. VIII. De reliquo ad *orationes* in Missa *infra Octavas* dicendas quod attinet, infra Octavas *Paschæ*, & *Pentecostes* Feriâ II. & III. dicitur tantùm una Oratio : reliquis autem infra illas Octavas diebus dicuntur duæ tantùm orationes, una de die infra Octavam, altera *Ecclesiæ*, vel pro Papa; aut, si occurrat Festum simplex, altera erit de Festo simplici tantùm. *Infra Octavas B. V.* & infra *Octavam omnium Sanctorum* 2. Oratio dicitur de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, nisi faciendæ sit Commemoratio de Festo simplici, aut Feria majore &c; tunc enim Oratio 3. est illa, quæ alioquin esset secunda, nempe de S. Spiritu. Infra cæteras denique Octavas prima Oratio est de die currente infra Octavam : secunda Oratio (nisi faciendæ sit aliqua Commemoratio de Festo simplici, aut Feria majore &c) est de S. MARIA, pro diversitate Temporis (nempe in Advent. DEUS, *qui de B. M. V.* Post Octavam Nativit. Domini verò usque ad Purific. *DEUS qui salutis æternæ* : post Purificationem usque ad Adventum : *Concede nos Famulos tuos*) ac denique 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, prout notantur post Dominicam in Albis : si autem faciendæ sit Commemoratio de Simplici, aut Feria majore &c, tertia erit, quæ alioquin esset secunda. *In Festis Semiduplicibus* infra Octavas occurrentibus 2. Oratio est de Octava. 3. ea, quæ alioqui 2. locô infra Octavam dicenda foret, si Officium & Missa fieret de Octava. In Dominicis demum, infra Octavas (etiam *Epiphaniæ*, ut notat Gav. P. 4. Tit. 3. n. 16.) occurrentibus, dicuntur tantùm duæ Orationes, una de Dominica, secunda de Octava tantùm, nisi & tertia sit dicenda ratione faciendæ Commemorationis de Festo simplici occurrente, de quo omnino fieri ea debet 3. locô. Idem est de Festo duplici infra Octavam non privilegiatam occurrente; nam & tunc 1. Oratio est de Festo. 2. De Octava tantùm, nisi faciendæ sit 3. locô Commemoratio Festi simplicis. Si in Missa Festi dictum est *Credo*, aut propria Præfatio, vel etiam proprium *Communicantes*, aut *Hanc igitur &c*, dicentur etiam infra Octavam, & quidem non modò, si Missa dicatur de Octava, sed etiam, si dicatur de alio Festo, nisi istud propriam habeat Præfationem; exceptâ tamen Octavâ Nativitatis Domini, infra quam tam in *Missis Festivis*, quàm etiam *votivis*, non modò *Communicantes*, sed etiam Præfatio dicitur de *Nativita-*

te, quantumvis alioqui propriam habeant, ut patet in Festo S. Joannis Apostol. & Evangel. in quo infra Octav. Nativit. occurrente non dicitur Præfatio de *Apostolis* (esto hæc dicatur in *die* ejus *Octava*) sed de *Nativit. Domini.* Si Festum aliquod, etiam ex majoribus, infra aliquam Octavam, habentem propriam Præfationem, occurrens non habeat propr. Præfat. dicetur etiam in talis Festi Missâ Præfatio propria Octavæ, licèt de hac nulla fiat Commemoratio: si vicissim infra Octavam, habentem propriam Præfationem & proprium *Communicantes* (uti habet Octava Ascensionis Domini) occurrat Festum habens propriam Præfationem, Præfatio erit de Festo, *Communicantes* verò de Octava, esto de hac non sit facta Commemoratio in Missa Festi, v. g. in Casu, quo infra Octavam Ascensionis occurrit Festum Ss. Philippi, & Jacobi: tunc enim Præfatio erit de Apostolis, *Communicantes* autem de Ascensione, esto de hac non sit facta *Commemoratio* in *Officio* & *Missa.* Idem accidit in *Missis votivis*, quæ dicuntur infra eandem Octavam, & habent propriam Præfationem; tunc enim pariter separatur *Communicantes* à suaPræfat.

VII. Si contingat, ut duo Festa habentia Octavam alicubi, aut aliquando occurrant eodem die (v. g. Festum SS. Corpor. Christi, & Festum Nat. S. Joan. Bapt: vel habens Octav. in Eccl. universali, & simul Festum *Patroni Loci*, vel *Titularis*, habens Octavam in Ecclesia aliqua particulari) tunc *Officium* cum *Missa* fit de *digniore*, translatio autem de *minus digno*: Quòd si tamen singulis annis hujusmodi Festorum incidentia ad eumdem diem occurrentia, nec illorum posteriori Authoritate Majorum assignandus est *certus seu fixus* dies, qui nec Festò 9. Lectionum, nec die, vel Octavâ privilegiata impeditus. Similiter, si duorum diversorum Festorum Octavæ simul concurrant (v. g. Octava S. Joannis Baptistæ, & Octava SS. Corpor. Christi, vel Octava Patroni Ecclesiæ cum alterius Festi Octava) nec diebus, quibus infra illas non est faciendum de Festo 9. Lectionum, aut de Dominica, pariter faciendum est *Officium* & *Missa* de Octava digniore, cum Commemoratione tamen alterius minùs dignæ, ut suprà P. II. ad diem 8. Decembr. in fin. ex Cav. & Gob. ostendimus. Porrò *digniori* Octava est illa, quæ est Octava *Festi dignioris*: *major* autem dignitas Festi, & consequenter etiam Octavæ, non est ex eo desumenda (uti in Adnotationib. ad Octavar. Roman. & Tom. 2. Thesaur. l. 3. c. 8. n. 6. & c. 9. n. 3. monet Cav. atque ex eo Arnaud.) quòd Sanctus ille in Ecclesia, ubi celebratur Octava, videatur potiorem habere locum,

rum, sed attendenda est dignitas rentij (cujus Festum est tantùm duplex 2. Classis) cedere Octavæ *S.* Claræ in Eccclesia S. Claræ, ubi hæc est duplex 1. Classis; non autem cedere Octavam *Assumptionis B. V.* aut Octavam *Omnium Sanctorum* Octavæ alicujus *Sancti Patroni loci*, aut *Tituli Ecclesiæ* : Licèt enim etiam *Fest. Patr. loci*, ac *Tit. Eccl.* sint dupl. 1. Class. quia tamen Festum *Assumptionis*, & *Festum Omnium Sanctorum* in eadem Classe est Festum *dignius*, utpote Festum universalis Ecclesiæ nulli cedens alij Festo, ùt constat ex Rubricâ *Breviarij Tabulæ occurrentiæ* suscriptâ; ideo Octava quoque Assumptionis, & Omnium Sanctorum præferri debet Octavæ *Patroni loci*, ac *Titular. Ecclesiæ*, cum illa concurrenti. V. dicta Tit. præc. f. 53. &. 54.

Inferes 2. DEDICATIONIS Octavam digniorem esse quidem Octavâ *Patroni loci*, & hanc digniorem Octavâ *Titularis* (nisi sit magna inter *Patronum*, & inter *Titularem* Dignitatis Distantia) Octavam tamen *Assumptionis B. V.* digniorem esse Octavâ *Dedicationis*, ùt suprà *Tit. de Patronis* ex Gav. retulimus, ubi plura huc pertinentia. Ex ibid: dictis constat, Octavam *Dedicationis* digniorem quoque complurium judiciò esse Octavâ *SS. Petri, & Pauli Apostolor.* eò quòd, ùt ibid: Gobat tradit, horum Festum cedat in occursu *Festo Dedicationis*.

VIII. Si infra *Octavam pri-*

vilegiatam 1. Classis, nempe *Paschæ* aut *Pentecostes*, occurrat Festum 9. Lectionum, nihil tunc fit de eo, sed Transfertur post Octavam juxta Rubr. *de Translat. Festor.* & siquidem infra Octavam Paschæ occurrat Festum Annuntiationis, tunc circa hujus Translationem observandum est Decret: S.R.C. editum 1692. 13. Septembris. Si autem infra Octavam privilegiatam 1. Classis (nempe *Paschæ*, vel *Pentecostes*) occurrat *Festum simplex*, tunc Feriâ II. & III. Paschæ, aut Pentecostes etiam de illo nec dicitur Lectio, nec fit Commem. etiam in 2. Vesperis Feriæ III. si forsan postridie hujus ejusmodi Festum simplex occurrat: at verò in cæteris infra utramque dictam Octavam Diebus fit tam in Missa, quàm in Officio Commemoratio *Festi simplicis* occurrentis, attamen sine Lectione, quantumvis propriam alioquin habeat.

Si infra Octavam 2. *Classis*, h. e. *Epiphaniæ*, occurrat Festum *Patroni principalis*, aut *Titularis Ecclesiæ*, aut *Dedicationis* illius, fit de ejusmodi Festo 1. Classis infra illam Octavam (cum Commemoratione Octavæ, tam in *Missa*, quàm in *Officio*) non tamen fieri infra illam potest de *aliis* Festis *duplicibus*, aut *semiduplicibus*, seu *occurrentibus*, seu *Translatis*, in ipsa verò Die *Octava* Epiphaniæ ne quidem de *Patrono principali*, nec de *Titulari Ecclesiæ*, nec de ejus *Dedicatione* fieri potest *Officium*, aut *Missa*, ut suprà jam dictum: ubi etiam monui, infra eandem hanc Octavam fieri in ejus *Officio* ac *Missa* Commemorationem (sine Lectione) de *Festo simplici*, infra illam occurrente, in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, juxta Rubricam dictas infra Octavam Epiphaniæ prolixam.

Si infra Octavam 3. *Classis*, nempe *SS. Corporis Christi*, occurrat Festum *duplex*, fit de eo, tam cum Commemoratione hujus Octavæ ubique, etiamsi Festum illud sit duplex 1. *Classis*; at verò de *Festo duplici translato*, nihil fit infra hanc Octavam juxta Rubricam novam Missa (nisi Festum illud sit duplex 1. Classis) nihil item fit infra illam de Festis *semiduplicibus*, seu *translatis*, seu *occurrentibus*, sed tam *occurrens*, quàm *translata*, pariter transfertur post hujus Festi Octavam; quæ si concurrat cum Octava S. Joan. Baptistæ, tunc, quia hæc simul concurrit cum Octava Ss. Petri, & Pauli, transferentur ejusmodi Festa *semiduplicia* post omnes Octavas. De *Festo* autem *Simplici*, infra Octavam hanc 3. Classis, nempe Corporis Christi, occurrente fit Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, non tamen dicitur de eo nona Lectio, quantumvis propriam habeat; siquidem Officium fiat de Octava: nam si Officium infra hanc Octavam fiat

sit duplex de alio Sancto, tunc (ùt suprà dictum) non modò sit de eo suis locis Commemoratio, sed etiam dicitur nona Lectio de eodem simplici, si propriam habeat (faciendo ex duabus unam, si necesse sit) dummodo Festum illud non sit *duplex 1. Classis*, ità decernente Sac. Rit. Congregatione. Quòd si Festum illud, de quo sit infra hanc Octavam, sit duplex 1. Classis, tunc juxta Rubr. Missal. ac Breviar. nihil omnino fit de Simplci, ne quidem Commemor. in *Officio*, aut *Missa* : si verò Festum infra hanc Octavam occurrens sit duplex 2. Classis, non sit quidem de *Festo simplici* Commemoratio in 1. *Vesperis*, & *Missa* futuri, bene tamen in *Laudibus*, ac *Missis privatis*, legetúrque de eodem tam *nona Lectio*, si propriam habeat; & *Festum* illud *duplex* non occurrat in Dominica; tunc enim 9. Lectio in *Officio*, & ultimum Evangelium in *Missa* dicenda forent de *Dominica*, & de eadem facienda Commemoratio non modò ante Commemorationem de Festo simplici, sed etiam ante Octavam Corporis Christi in *Officio*, & *Missa*. An verò de simplici infra Octavam hanc occurrente dicenda sit 9. Lectio non modò, quando Officium sit duplex de alio Sancto, sed vel de *Dominica infra Octavam Corporis Christi*, vel de *die infra Octavam SS. Trinitatis*, ubi hæc eli. Titulus Templi? Vide suprà hoc Tit. num. III. *&c.* Quandò (ùt interdum contingit) occurrit *Vigilia* S. Joann. Baptistæ, vel Ss. Apostolor. Petri, & Pauli infra hanc Octavam SS. Corporis Christi, tunc in Officio Octavæ dicitur 9. Lectio de *Vigilia*, & in Missis privatis ultimum Evangel. de Homilia ejusdem *Vigiliæ*, & tam in *Laudibus*, quàm *Missis privatis* fit Commemoratio de illa suò locò : in *Ecclesijs* autem *Cathedralibus* & *Collegiatis* dicuntur tunc *duæ Missæ Conventuales*, una de *Octava* post *Tertiam*, altera de *Vigilia*, post *Nonam* modò suis locis declaratò. Si denique infra *reliquas*, seu 4. *Classis* (adeoque *non privilegiatas*) *Octavas* occurrat *Festum* aliud 9. *Lectionum*, seu *duplex*, seu *semiduplex*, fit de eo *Officium* & *Missa*, cum Commemoratione tamen *Diei currentis infra Octavam*, nisi Festum illud occurrens sit 1. aut 2. Classis; tunc enim nec in *Officio*, nec in *Missa* fit Commemoratio de Octava hujusmodi 4. *Classis*, seu *Non-privilegiata* : Excipitur *Octava Nativitatis Domini* : nam de hac, quocunque Festo duplici infra eam occurrente, semper fit in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, Commemoratio, utì habetur *Rubr. IX. de Commemorat.* perinde, ac de *privilegiatis* 2. *&* 3. *Classis*, nempe *Epiphaniæ*, & *SS. Corporis Christi*, de quarum utralibet necesse est facere Commemorationem in utrisque Vesperis, Laudibus, &

Missa, occurrente infra eas *duplici* quantumvis solenni.

Infra easdem Octavas 4. *Classis*, seu *Non-privilegiatas*, non tantùm fit de Festo *duplici*, & *semiduplici* quocunque occurrente (ùt modò dictum) sed etiam de *duplici* quocunque *translato*, imò & *semiduplici*, attamen, quantum ad hoc posterius, nonnisi ad unum diem, nempe proximè sequentem *translato*, ùt suprà num. III. cit. declaratum.

Quomodo verò ordinanda sit *Missa* quoad *orationes*, necnon *Præfationem*, & *Communicantes &c*, si *infra Octavam* aliquam fiat de Festo 9. Lectionum, habente propriam Præfationem, aut etiam *Communicantes &c*, vel simul concurrat *dies infra Octavam* alterius Festi, dictum est suprà num. VI. hoc Tit.

Infra easdem Octavas 4. *Classis*, seu *Non-privilegiatas*, sive Officium fiat de *Octava* sive de *Festo 9. Lectionum*, fit in 1. *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa* Commemoratio de *Festo simplici* occurrente, cum *nona* de eodem *Lectione* in *Officio*, si propriam habeat, ùt suprà. Excipe 1. nisi Festum simul occurrens sit *duplex* 1. aut 2. *Classis*; nam si sit 1. *Classis*, nec Commemoratio fit ullibi de *Festo simplici*, nec dicitur de illo 9. *Lectio*; si autem sit *duplex* 2. *Classis*, tunc de *simplici* extra Dominicam simul occurrente dicitur quidem *nona Lectio* in *Officio*, si propr. habeat, & fit de eodem etiam *Commemoratio* in *Laudibus*, & *Missis privatis*, non tamen in 1. *Vesperis*, & *Missa solemni*. Excipe 2. nisi Festum duplex simul occurrens veniat in *Dominica*; nec enim 9. Lectio dicitur de *Dominica* in *Officio* (uti & ultimum Evangelium in *Missa*) de *simplici* autem tunc fit (omissâ pro illo anno propriâ de eo Lectione) tantùm Commemoratio, ùt paulò antè, in *Offic.* & *Missa*.

In *Vigilijs*, *Ferijs quatuor Temporum*, ac II. *Rogationum*, veniens infra Octavam non privilegiatam (v. g. *Dedicationis propriæ Ecclesiæ*, aut *Festi particularis*) si non occurrat Festum 9. Lectionum, Officium dicitur de Octava, cum Commemoratione Vigiliæ, aut Feriæ 4. Temporum, aut 2. Rogationum, cum 9. de Homilia Vigiliæ, aut Feriæ ejusmodi occurrentis Lectione in eodem *Officio*, ad quod, dum decantantur in Choro Horæ, adhibentur etiam color Octavæ convenientes; at verò *Missa*, tam *privata*, quàm *Conventualis* tunc dicuntur de *Vigilia*, aut *Feria* ejusmodi *occurrente*, cum Commemoratione tamen Octavæ, ac sine *Glor.* & *Cred.* & cum Præfatione Communi, seu ultimò locò in Missali extante, non autem cum Præfatione de Octava, esto hæc propriam habeat. In fine Missæ dicitur *Benedicamus*, & Evangel. S. Joan. *Color* Paramentorum Sacerdo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

sum *Violaceus*; Color autem Altaris sequitur *Officium*, adeoque debet esse talis, qualem requirit Festum, cuius agitur Octava : Excipitur tamen quoad hoc *Missa solemnis*; nam pro *Missa solemni* convenit in tali casu, ut *Pallium* quoque altaris (vulgò *Antependium*) concordet cum colore Paramentorum Missæ, ùt rectè Petrus Ruiz, Teste Gav. *Tom.* I. *P.* I. T. 19. *in fin.* adnotavit in suo Cæremoniali.

Si occurrat *Feria Adventûs* in *Octavam* 4. *Classis*, & non simul currat *Feria quatuor Temporum*, tunc non modò *Officium*, sed & *Missa* dicitur de Octava, cum Commemoratione Feriæ Adventûs ex Dominica præcedente, & tunc 3. Oratio est de simplici, si quod occurrat, alioqui de B. V. (*DELIS, qui de B. M. V.* ùt in Dominica I. Adventus) nisi Octava illa sit *Octava ipsius B. M. V.* utì est *Octava Conceptionis*; nunc enim 3. Oratio est de S. Spiritu. Reliqua ùt in Festo, at Ritu Semidupl. & in fine ultimum Evangel. S. Joan. Dixi autem : *& non simul occurrat Feria quatuor Temporum*; nam si Tempore Adventûs infra Octavam veniat *Feria quatuor Temporum*, tunc Officium dicitur quidem de *Octava* etiam in Adventu, cum 9. Lectione de *Feria quat. Temporum*, at verò *Missa* discordat ab Officio, dicitúrque (tam *privata*, quàm etiam *Conventualis*) in tali casu de *Feria quatuor Temporum*, cum Commemoratione *Octavæ*, & 3. Oratione de S. Spiritu, si currat Octava Conceptionis B. V. (ùt ann ô 1707.) alioqui de B. V. nisì simul occurrat *simplex*, aut simul *alia Octava*; tunc enim de *simplici*, aut *Octavâ alterâ* minùs dignâ dicenda foret 3. Oratio. Præfatio *Communis* (non de *Octavâ*) & alia, ùt suprà. Si autem in *die Vigiliæ*, aut *Feriæ quatuor Temporum*, aut *Feria II. Rogationum*, infra *Octavam Non-privilegiatam* occurrente, occurrat simul Festum 9. Lectionum, tunc sicut *Officium* fit de *Festo* cum Commemoratione *Octavæ*, & *Vigiliæ*, aut ejusmodi *Feriæ*, nec non cum 9. Lectione de eadem *Vigilia*, aut *Feria* in Officio, ità etiam tunc de *Festo* dicuntur *Missæ* (saltem privatæ) attamen cum Commemoratione *Octavæ*, & *Vigiliæ*, aut ejusmodi *Feriæ quatuor Temporum*, aut *Feriæ secundæ Rogationum*, simul occurrentis, nec non cum ultimô de eadem *Vigilia*, aut *Feriâ* ejusmodi *quatuor Temporum*, vel *secundâ Rogationum* Evangeliô per *Rubric. General. III. Missal. n.* 2. Dixi autem : *Missæ saltem privatæ*; nam saltem in casu, quô Festum S. Leonis Papæ celebratur infra Octavam Nativitatis S. Joannis Baptistæ die suo proprio, in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicendas tunc esse *duas Missas principales*, seu *Conventuales*, unam de *Festo* post *Tertiam*, cum Com-

memoratione Octavæ & Oratione 3. (siquidem sit Festum *Semiduplex*, nec occurrat unà Festum *Simplex*) de S. MARIA; alteram verò post *Nonam* de *Vigilia*, cum Commemoratione Beatæ MARIÆ, *Concede nos*, & *Ecclesiæ tuæ*, vel pro Pap. *DEUS, omnium &c.* ac Evangel. S. Joan. in fine utriusque, satis colligitur ex Rubrica *Festo S. Leonis Papæ* 28. Jun. præfixâ; an verò etiam infra alias Octavas non privilegiatas duæ Missæ Conventuales sint dicendæ in casu, quô in *die Vigiliæ*, vel *Feriæ quatuor Temporum*, vel *Feriæ II. Rogationum*, occurrentium *infra* aliquam *Octavam*, Officium sit de aliquo *Festo 9. Lectionum*, id alibi in hoc opere discutio.

Si aliquod *Festum duplex*, infra *Octavam Non-privilegiatam* occurrens, alio *majori Festo duplici*, hodie impediatur, tunc illud prius transfertur in aliam diem proximam infra eandem Octavam, Festo 9. Lectionum non impeditam, cum Commemoratione Octavæ in *Officio* & *Missa*; hodie autem fit *Officium* & *Missa* de duplici occurrente majore. *Rubr. Gen. X.*

De *Dominicis* infra Octavas *Nativitatis*, *Epiphaniæ*, *Ascensionis Domini*, & *Corporis Christi* occurrentibus Officium fit sicut infra Octavam, & in Proprio de Tempore, cum Commemoratione Octavæ, ac sine Precibus & Suffragijs Sanctorum.

In *Dominicis* verò *infra alias Octavas* occurrentibus, si *Festum duplex* non occurrat, *Officium* & *Missa* dicuntur de *Dominica*, ùt in Psalterio, cum Commemoratione Octavæ in *Officio* & *Missa*, sed sine *Preces Dominicalibus* ad *Primam*, & *Completorium*; absque *Suffragijs* quoque *consuetis de Sanctis* in *Laudibus*, ac *Vesperis*. Dicuntur tamen ad *Primam* Psalm: *Confitemini*, & Symbolum *Quicunque*; In *Missa* verò non dicitur tunc 3. Oratio, nisi faciendo Commemoratio de Festo simplici, aut alia ex Mandato Superioris &c. Porrò quando in *Dominica*, infra hujusmodi Octavas occurrentibus fit Officium *de Dominica*, adhiberi debet tam ad *Officium*, quàm ad *Missam* color ipsius Festi currenti Octavæ, non autem ipsi Dominicæ conveniens, esto non de Octava, sed de *Dominica* dicatur *Officium* & *Missa*, exceptis tamen illis *Dominicis*, quibus tributus est *Color Violaceus*, quales sunt *Dominicæ Adventus*, & illæ quæ occurrunt à *Dominica Septuagesimæ* usque ad *Dominicam Palmarum* inclusivè, de quarum aliqua si infra Octavam alicujus Festi fiat Officium ac *Missa*, semper adhibendus est *color violaceus* per Rubric. Gen. Miss. XVIII. n. 2. & 3. ante fin.

Quòdsi verò in *Dominica per annum*, seu *minore*, infra hujusmodi Octavam Non-privilegiatam occurrat *Festum duplex*, tunc *Officium*, & *Missa*

missa fiunt de illo, cum 9. Lectione de *Dominica*, ejúsque, uti & *Octava* (nisi Festum illud occurrens sit *Duplex* 1. *vel* 2. *Classis*) in ijsdem Commemoratione: In *Missa* quoque tunc dicitur Evangelium ejusdem Dominicæ in fine.

Quòd si Festum duplex in *Dominica minore* infra talem Octavam occurrens sit 1. *vel.* 2. *Classis*, tunc quidem nec in *Officio* nec in *Missa* fit de currente Octava Commemoratio (nisi in 2. Vesperis, siquidem Festum hodiernâ Dominicâ occurrens sit tantùm *dupl.* 2. non autem *Classis*, & cras fiat Officium de *Octava*) sit tamen etiam tunc Commemoratio de ipsa *Dominicæ occurrente* in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, cum 9. de ea Lectione in *Officio*, & ultimo de eadem Dominica Evangelio in *Missa* ejusmodi *Festi duplicis*, seu 1. seu 2. *Classis*. Dixi autem: *In Dominica per annum, seu minore*, nam in *Dominicis majoribus* 1. *Classis* nequit fieri Officium de alio Festo, etiam duplici 1. *Classis*: in *Dominicis* autem *majoribus* 2. *Classis* fieri Officium potest solummodo de Festis *dupl.* 1. *Classis* per Rubr. Gen. X. Brev. n. 1.

Quòd si in *Dominica infra Octavam Non-privilegiatam* occurrat Festum *semiduplex*, *Officium*, & *Missa* fit de Dominica, cum Commemoratione de *Octava* tantùm, nisi simul occurrat Festum *simplex*, ùt suprà; Festum autem *semiduplex* in tali Dominica occurrens transfertur tunc juxta Rubric: General. X. de Translation. Festorum n. 5. (inferiùs declarandam) in diem seu Feriam 2. immediatè subsequentem, cum Commemoratione *Octavæ*: quæ tamen dies, seu Feria II. si fuerit aliò *Festo duplici*, vel *semiduplici* impedita, tunc *Festum* prædictum *semiduplex* veniens *in Dominica* transfertur post totam Octavam, imò ùt cum aliis notat La Croix, post omnes Octavas, si plures sibi immediatè succedant, vel invicem misceantur, aut dies intermedij sint aliis Festis celebrandis impediti: quandoquidem *Festum Semiduplex*, infra Octavam die impedito occurrens, per paulò antè cit. Rubric. & suprà dicta non transfertur *infra Octavam*, nisi in proximè sequentem diem, quæ proin si sit pariter impedita, tunc ejusmodi *semiduplex* ob rationem alibi ex Gav. datam transfertur post Octavam, & tunc insuper cedit juxta. Rubric. X. de translat. Festor. n. 7. Semiduplicibus aliis ante ipsum translatis. *Semiduplicia* autem *ante Octavam* cadentia transferri non posse infra Octavam aliquam etiam *Non-privilegiatam* (ut tamen infra hujusmodi Octavas transferri possunt *Festa duplicia*, etiam *minora*) evidenter patet ex Rubricâ Festo S. Leonis 28. Junij præfixa. Et hæc de Occurren-

tia

tia dierum infra Octavas. Jam verò

Ad Concurrentiam eorumdem *dierum infra Octavas*, cum alijs *Festis* & *Officijs* concurrentium, quod attinet, observandæ sunt sequentes *Breviarij*, & *Octavarij* Romani Rubricæ. 1. *duplici* in Vesperis concurrente cum *die infra Octavam*, omnia dicuntur de duplici, cum Commemoratione tamen Octavæ, nisi duplex fuerit 1. aut 2. Classis; si enim duplex fuerit 1. *Classis*, nulla fit diei infra Octavã *Non-privilegiatam* Commemoratio, si autem fuerit duplex 2. *Classis*, fit de *die infra Octavam* non privilegiatam concurrente tunc tantùm Commemoratio, quando die sequenti *fit Officium* de *die infra Octavam*, non item, si die sequenti fiat Officium de alio Festo 9. Lectionum, etiamsi istud sit tantùm *semiduplex*. Gav. *Tom.* 2. *s.* 3. *c.* 8. *n.* 18. Dixi autem: *de die infra Octavam Non-privilegiatam* in duobus hisce casibus non fieri Commemorationem, si duplex 1. aut 2. Classis dictô modô cum ejusmodi die infra Octavam concurrat: nam loquendo de diebus *infra Octavam aliquam privilegiatam* occurrentibus semper fit Commemoratio de *die infra ejusmodi Octavam* in utrisque Vesp. Laud. ac Missa, hujusmodi autẽ *dies* sunt *dies infra Octavam Nativitatis Domini*, necnon *Epiphaniæ*, & *Corporis Christi*, de quibus semper fit in Officio, & Missa Commemoratio quocunque duplici cum illis concurrente, aut occurrente, ob harum scilicet 3. Octavarum *dignitatem*: secùs est de diebus *infra alias Octavas*, etiam *Ascensionis Domini*, aliorúmque Festorum occurrentibus, de quibus non perinde semper fit Commemoratio in *occursu*, aut *concursu* alterius Festi per Rubric. General. VII. n. 3. & IX. n. 6. Fortasse (inquit Gav. Tom. 2. s. 3. c. 8. n. 4.) quia tria illa Festa *nostra* sunt, Festum verò Ascensionis *Angelorum* potiùs, quàm nostrum: aliorum denique Sanctorum non æqualia sunt tribus primis. Vide eundem *ibidem n.* 18. Hinc, ratione annô 1704. Festum Ss. Apostolorum Philippi & Jacobi, ob occurrens Festum Ascens. Domini die I. Maij, translatum fuisset (saltem alicubi) in Feriam II. post Dominicam infra Octav. Ascensionis, in primis eorum Vesperis (dictis eô annô *Dominicâ infra Octavam*) nec de *Dominica* nec de *ipsa currente Octava Ascensionis* facta est Commemoratio, sed integræ dictæ sunt, sine omni Commemoratione, de Ss. Philippo & Jacobo etiam juxta Directorium Romanum postridie quoque, seu Feriâ II. subsequente, in quam (saltem alicubi, si non ubique) tunc translatum fuerat eorum Festum, nec in *Missa*, nec in *Officio* facta est Commemoratio de Octava Ascension. ne quidem in II. Vesperis; eò quòd Feriâ III. sub-

sequente non fuerit factum Officium *de Octava*, sed de *Festo S. Joannis ante portam Latinam*. An verò Festum *Ss.* Apostolorum Philippi & Jacobi non fuerit potiùs (ob occurrens *in Dominica infra Octavam* Ascensionis *Festum semiduplex* S. Monicæ) in aliam posteriorem diem non impeditam per Rubricam X. de Transl: n. 5. & Sac. Rit. Congregat. Decretum à Pisart allegatum, eô quòd transferendum, ex dicendis infrà in *Corollarijs Tituli 6. de Occurrentia & Concurrentia Festor: patebit.*

2. *Semiduplici* concurrente cum *Die infra Octavam*, à capitulo fit de sequenti, Commemoratio autem de præcedenti, nisi aliter signetur: quod ideo additur; quia in II. Vesperis Ss. Joannis & Pauli MM. (ùt ibi, nempe 26. Junij notatur in propria Rubrica) non obstante, quòd in Ecclesia universali sint tantùm *Semiduplex*, non fit à Capitulo de Die infra Octavam S. Joannis Baptistæ, sed secundæ illorum Vesperæ integræ de ipsis Ss. Joanne & Paulo MM. dicuntur: quæ tamen exceptio locum non habet in casu, quô eorum Festum non celebratur *infra Octavam*, sed *transfertur*, adeoque non concurrit cum *Die infra Octavam*, sed cum *Festo alio in ritum semiduplici*; tunc enim Festum Ss. Joannis & Pauli dividit omnino Vesperas suas 2. das cum Festo semiduplici subsequente, ùt alibi dictum.

3. *Dominicâ* concurrente cum *Die infra Octavam*, omnia dicuntur de præcedente (nempe de Dominica) cum commemoratione subsequentis, nempe *Diei infra Octavam.*

4. *Die* autem *infra Octavam* concurrente cum *sequente Dominica*, aut cum *semiduplici*, à Capitulo fit de Sequenti, cum Commemoratione *Octavæ.*

5. Cum *Simplici* propriè non concurrit *Dies infra Octavam*, sed fit de eo pridie illius commemoratio in Vesperis secundis Diei infra Octavam, pridie illius Festi simplicis celebratæ.

IX. Tametsi juxta Superiùs dicta in Casu, quô Festum habens Octavam transfertur, non perinde transferatur, aut transferri possit illius *Dies Octava*, accidere tamen potest, ut aliqua Octava jam inchoata omnino compleri non possit, idque in 3. Casibus, ut suprà n. II. insinuatum. *Primus* est, quando advenit *Dies* 17. Decembris. *Secundus*, quando advenit *Feria* IV. Cinerum. *Tertius*, quando advenit Vigilia Pentecostes, quomodo autem in 3. his Casibus Ordinandum sit pridianum Octavæ Officium quoad Vesperas &c, dictum est suprà suis locis.

Si eodem die, v. g. in aliqua Dominicâ, occurrant duo Festa habentia *Octavam*, & eorum unum in Feriam III. mox subsequentem transferri debeat, tunc quidem in aliquo sensu quasi currit Octava utriusque (cùm, ùt notat Gavantus)

Octava non incipiat à die, quô Festum celebratur, sed à die, quo Sanctus obijt, aut obijsse creditur, vel certè recolitur (& hinc *dies Octava* nunquam transfertur) non tamen propterea Feriâ II. Si in ea occurrat Festum duplex, videtur tunc facienda Commemoratio Octavæ utriusque : cùm enim *Octava* sit *continuatio Festi*, dici autem, aut esse *continuatio Festi* non possit id, quod nondum est celebratum, ideo nec Commemoratio facienda videtur in casu posito. de Festo Feriâ 3. celebr.

X. In *Die Octava* cujuscunque Festi (si Festum *duplex* 1. aut 2. *Classis* non occurrat, nec etiam *Dominica major* 1. vel 2. *Classis*) Officium fit duplex de *Die Octava*, cum Commemoratione *Dominicæ* (præterquam in *die Octava Epiphaniæ*, in qua nihil fit de Dominica, quia tunc hujus Officium ponitur in Sabbato præcedenti per Rubric. Special. & Gen: IV. n. 2.) utì & *diei infra aliam Octavam*, si utraque, aut alterutra earum simul occurrant, nec non *Festi simplicis* in *die Octava* occurrentis, de quo etiam dicitur 9. Lectio, si propriam (unam vel duplicem) habeat, & non veniat in *Dominica*; tunc enim 9. Lectio *Officij* non dicitur de *simplici*, sed de *Dominica*, & de eadem legitur quoque tunc ultimum Evangelium in *Missa*. Dicitur autem tam *Officium*, quàm *Missa* in Die Octava à primis Vesperis usque ad secundas inclusivè, ùt in Festo, nisi aliter notetur, aut propria Missa assignetur, nec Festum *æqualis*, vel *altioris Ritûs*, aut habens *Officium privilegiatum* (quale etiam habent *Dominicæ majores*) pridie, vel postridie occurrat; tunc enim observandæ sunt Rubricæ, ac Regulatum à Breviario Romano Titul. X & XI. de *occurrentia* & *concurrentia Festorum* infrà declarandis, præceptæ, tum etiam paulò post hùc jungendæ. Excipiuntur quoque Lectiones, quæ in tribus Nocturnis in *Die Octava* non semper dicuntur ùt in *Festo*, sed regulariter ut suprà N. V. hoc Tit. est annotatum.

Tametsi autem *Dies Octava*, quia non transfertur, excludat, & transferri faciat Festum *duplex per annum* [sive sit *majus*, sive *minus*, ut dicit in Rubr. Gen: 10. de Translat. Festor: n. 2.] in ea occurrens, cedat tamen per eamdem Rubricam n. 2. & ex Decreto Joannis XXII. citato à Gavant. s. 3. c. 8. n. 2. & 12. Festis solennibus 1. & 2. *Classis* (exceptâ Die Octavâ *Nativitatis Domini*, & *Die Octava Epiphaniæ*, ac denique *Die Octava Corporis Christi*, quarum duæ priores nulli omnino Festo cedunt, ultima autem nonnisi Festo duplicibus 1. Classis cedit) ità tamen, ut de *die Octava* modò mox referendò fiat simul Commemoratio. Igitur

Si in *die Octava* alicujus Festi

ti habentis Octavam occurrat aliquod *Festum duplex* ex *majoribus* 1. aut 2. *Classis*, tunc *Officium* & *Missa* fiunt regulariter de Festo, *diei* verò *Octavæ*, regulariter loquendo, fit tunc solummodo Commemoratio, attamen non modò in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, sed etiam in 2. Vesperis, nisi altera post Octavam die occurrat rursus aliud Festum duplex 1. Classis; tunc enim in 1. Vesperis Festi diem Octavam subsequentis, non fit Commemoratio de *die Octavæ* præcedente, nisi sit privilegata, uti est dies Octava S. Corporis Christi, de qua semper fit Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, quotcunque duplici non modò in *die Octavæ*, sed etiam *infra Octavam* adveniente. Imò in casu, quo Festum Corporis Christi occurrit in Festo S. Joan. Baptistæ, tunc sicuti in Festo S. Joan. Baptistæ Officium non fit de S. Joanne Baptista, sed transfertur Festò S. Joannis Baptistæ in sequentem diem, fit de Festo SS. Corporis Christi, ità etiam in *die Octavæ* S. Joannis Baptistæ (quæ, quia non perinde, ac Festum, transfertur, coincidit in tali casu cum die Octava Corporis Christi) Officium non fit de *Octava S. Joannis Baptist.* sed de *die Octava Corporis Christi*, utpote digniore; de *die Octava* autem S. Joan. Baptistæ fit tunc solummodo Commemoratio, in utrisque tamen Vesperis, Laudibus, ac Missa, nisi ubi (loquendo de secundis Vesperis) Festum Visitationis B. V. est 1. Classis; ibi enim in 2. Vesperis (quæ in *die Octavæ* S. Joann. in tali loco dicuntur integræ de *Festo Visitationis*) non fit Commemoratio *diei Octavæ S. Joannis*, sed solius *Octavæ SS. Corporis Christi.* Cæterùm dixi paulò superiùs : *regulariter loquendo* occurrente Festo 1. aut 2. Classis in *die Octavæ* fieri de ista solummodo *Commemorationem*, non autem ipsum *Officium* : quia excipitur 1. *dies Octavæ Nativitatis Domini*, & *dies Octavæ Epiphaniæ*; nam in *his duabus*, utpote *Specialiter privilegiatis* non fit de aliquo Festo, etiam 1. Classis, sed quantumcunque id sit solemne, occurrens in utralibet illarum transferri debet per Rubricam antè cit. in diem similiter non impeditam. Excipitur 2. *dies Octavæ SS. Corporis Christi*, quæ ex Decret. Joan. XXII. cedit quidem duplicibus 1. Classis, nempe Festo Nativitatis S. Joannis Baptist. & Festo Ss. Apostolorum Petri & Pauli (attamen ea Lege, ut de *Octava Corporis Christi* fiat Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa) non autem cedit duplicibus 2. Classis; hæc enim cedere debent prædictæ *diei Octavæ Corporis Christi*, uti ex Rubr. X. Gener. num. 1. rectè colligit, & expresè tradit Gav. sect. 3. cap. 8. n. 24. ubi tamen observat, quòd li-

cèt per Rubricam modò citatam *dies Octava Corporis Christi* videatur ex *Festis majoribus* etiam 1. *Classis* solis *Festis Nativitatis S. Joannis Baptistæ*, & *Ss. Apostolorum Petri & Pauli* cedere (eò quòd horum duntaxat faciat mentionem) perinde tamen, eadémq; ratione etiam cedat *Patrono loci*, itémque *Titulo Ecclesiæ*, hujúsque *Dedicationi*, necnon *Commemorationi S. Pauli* in *propria* huius *Ecclesia*, ità, ut hæc quoque quatuor 1. Classis Festa celebrari possint in *Die Octava Corporis Christi*, sicubi in eam aliquod eorum incidat, cum Commemoratione tamen Octavæ in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa. Atque huic Gavanti opinioni favere videtur, tum quòd Joann. XXII. in suo Decreto suprà allegato non modò meminerit Festi S. Joannis Bapt: sed etiam alterius Festi ex majoribus; tum, quòd in Rubricâ immediatè positâ sub *Tabella occurrentia*, quæ incipit: *Notandum*, non ponatur *dies Octava Corporis Christi*.

Si in *Die Octavâ* alicujus Festi habentis Octavam non quidem occurrat Festum 1. aut 2. Classis, occurrat tamen in eâ *Dominica major* 1. aut 2. *Classis*, *dies Octava* cedit *Officium*, & *Missam* hujusmodi quoque *Dominicæ occurrenti*, ea tamen rursus lege, ut fiat Commemoratio Diei Octavæ in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa* talis Dominicæ (omissâ in hac tertiâ oratione; nisi simul occurrat Festum simplex; quæ tamen Commemoratio *Diei Octavæ* non privilegiatæ omittitur in 2. Vesperis, si Feria 2. subsequente occurrat *Festum* 1. *Classis*. Quòd si prædie talis Dominicæ, occurrenti in Die Octava alicujus Festi, non occurrat *Festum* 9. *Lectionum*, nec *Dies infra Octavam* alterius Festi, tunc primæ Vesperæ Communes *diei Octavæ* & *Dominicæ privilegiatæ*, dici debent usque ad Capitulum, ùt in Psalterio in Sabbatis per annum; à Capitulo verò de *Dominica privilegiata*, ùt in 1. ejus Vesperis, & in fine addi Commemoratio *diei Octavæ* tantùm (nisi cras occurrat simul Festum *simplex*) itidem ex 1. ejus Vesperis, sine Suffragijs consuetis Sanctorum, & sine Precibus Dominicalibus ad Completorium, ità decernente apud cit. Gav. n. 13. S. R. Congregation. 9. Novembr. vel Decembris 1622. juxta alibi dicta, & dicenda. Si autem pridie ejusmodi Dominicæ occurrat *Festum semiduplex*, aut *dies infra Octavam* alterius Festi, tunc pridie *diei Octavæ* in Dominica privileg. occurrentis dicendæ sunt Vesperæ modò suprà die 9. Decembris declaratò, & ex parte etiàm paulò post hîc declarandò.

Si *Dies Octava* alicujus Festi incidat in *diem Cinerum*, aut in diem 17. *Decembr.* aut in *Vigiliam Pentecostes*, tunc juxta superiùs dicta de *die Octava* nihil omnino fit in tali casu, ne

ne quidem Commemoratio in primis Vesperis talis diei.

Si *in die Octava* alicujus Festi nec *Dominica major privilegiata*, nec *festum duplex* 1. *aut* 2. *Classis*, sed quodcunque aliud *duplex* (seu *majus* seu *minus*) aut tantùm *semiduplex* occurrat, tunc translatô Festô ejusmodi in diem aliam proximam non impeditam, Officium cum Missa fit de *die Octava*. Gob. *Tr. 5. n. 629.* ut nos *suprà*. De eadem *die Octava* fit Officium & Missa, si occurrat in *Dominicâ per annum*, seu *non privilegiatâ*, attamen cum Commemoratione *Dominicæ* in Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non ultimâ de eadem Dominicâ Lectione in *Officio*, & ultimô Evangeliô in *Missa*, pariter ut suprà.

Si in *die Octava* alicujus Festi occurrat *Festum simplex*, fit de eo in *Officio* & *Missa* diei Octavæ suis locis Commemoratio, itidem ùt suprà.

Si pridie *diei Octavæ* occurrat Festum *semiduplex*, adeoque in 2. Vesperis concurrat cum *die Octava* subsequente, tunc, nisi dies illa Octava incidat in Dominicam privilegiatam, aut in Festum duplex 1. vel 2. Classis, Vesperæ integræ dicuntur de *die Octava*, vt in 1. Vesperis Festi (nisi aliter notetur, utì contingit circa *dies Octavas* quorumdam Festorum suprà memoratas, in quibus dicitur alia *Oratio*, quàm in Festo) cum Commemoratione tamen *Festi semiduplicis* præcedentis. Dixi verò insuper : *Nisi dies illa Octava incidat in Dominicam privilegiatam, aut in Festum duplex* 1. *vel* 2. *Classis*; nam in 1. casu pridie *diei Octavæ* juxta jam suprà, & alibi dicta, dicuntur *Vesperæ* usque ad Capitulum de *Festo semiduplici* pridie occurrente, à Capitulo autem de *Dominicâ privilegiatâ*, de *die Octavâ* autem fit in eo casu solummodo Commemoratio, & quidem post Commemorationem de Festo Semiduplici; eò quòd de eo fuerit *Officium*, & habuerit in tali casu saltem dimidium Vesperarum, *dies* autem *Octava* tunc nec habuerit Officium, nec habitura aliquid sit in toto sequenti Officio, nisì meram Commemorationem. Ob eandem rationem simili quoque modô ordinandæ sunt Vesperæ pridie diei Octavæ in Dominicam privilegiatam incidentis, si Sabbato præcedente occurrat fieri Officium de die infra Octavam alterius Festi dignioris, ùt die 9. Decembris demonstratum. In 2. autem casu de *Festo semiduplici* nihil omnino fit, de *die* autem *Octava* fit in eo casu solummodo Commemoratio, in *utrisque* tamen *Vesperis* (per se loquendo) *Laudibus*, ac *Missa*, ùt suprà.

Si pridie *diei Octavæ* occurrat *Dominica* (sive *major*, sive *minor*) & cras fiat de *die Octava*, tunc pridia-

dianæ Vesperæ integræ dicuntur de *die Octava*, ùt in 1. Vesperis Festi (nisì quadantenus aliter notetur) cum Commemoratione Dominicæ in 1. Vesperis cum *die* illa *Octava* concurrentis, attamen sine *Suffragijs* consuetis Sanctorum, & absque *Precibus Dominicalibus* ad Completorium: cui Commemorationi superadditur Commemoratio de *die infra aliam Octavam*, atque etiam de *simplici*, si quæ, aut quod simul occurrat.

Si pridie *diei Octavæ* occurrat Festum *duplex*, adeoque in suis secundis Vesperis id concurrat cum *die Octava* subsequente, tunc si tam *dies Octava*, quàm *Festum illud* sint ejusdem solennitatis, regulariter Vesperæ usque ad Capitulum dicuntur de *Festo duplici* præcedente, à Capitulo autem de die Octava cum Commemoratione præcedentis; si verò non sint ejusdem solennitatis, tunc habens majorem solennitatem, aut Ritum, habet integras Vesperas; de habente verò minore fit in ijsdem solummodo Commemoratio: & quod hîc dictum de concursu *Festi duplicis* cum *die Octava*, intelligendum quoque est regulariter de *die Octava* cum alia die *Octava* ejusdem vel diversæ solennitatis in 1. Vesper. concurrente. Dixi autem tam hîc, quàm suprà. : *regulariter* : Ratio limitationis est; quia Excipiuntur 1. *Dies Octavæ Epiphaniæ*, & *Paschæ*, de quibus suprà, ac suo locô; item *Festum Ascensionis*, & *Corporis Christi*: Ad concursum enim in 1. Vesperis *diei Octavæ* horum Festorum quod attinet, juxta Notandum Tabulæ Concurrentiæ subscriptum, in 1. Vesperis *diei Octavæ Ascensionis*, & *Corporis Christi* totum Officium fit de Octava, cum Commemoratione Festi duplicis præcedentis, nisì hoc fuerit solenne principale, vel 1. aut 2. Classis; quia tunc de Festo fit Officium etiam Vesperar. & Comm. duntaxat de ejusmodi quæ Octava. Excipiuntur 2. *dies* Octava Festor. B. V. M. nam ex Decr. S. R. Congregation. 1691. 11. Augusti Quæcunque *dies Octava* B. M. V. habere debet integras utrasque Vesperas in Concurrentia cum Festo duplici minore: id quod nunc quoque novissimis Rubricis Tit. XI. de Concurr. Offic. n. 7. exprimitur: ubi additur, id pariter intelligendum de *diebus Octavis* etiam *particularium* B. V. alicujus Religionis. Si dicem Octavam sequatur duplex *simplicis Classis*, dividunt regulariter Vesperas; si autem eam sequatur *duplex major*, Vesperæ erunt de sequenti, Commemoratio verò de præcedente: Excipe Octav. Epiph. Pasch. Ascens. & Corp. Christi: nam in 2. Vesperis dei Oct. Epiph. Pasch. Ascens. & Corp. Christi, de sequenti *duplici*, etiam *majore*, fit tantùm Commem: secùs est si fuerit Festum duplex 1. vel 2. Classis, seu *Patronus*, vel *Titulus*, aut Pri-

dicatio Ecclesiæ; quia tunc de *Festo* ret Officium, & de ejusmodi *die* tava Commemoratio, utì ibidem icitur. Similiter *die Octava Corris Christi* in 2. Vesperis concurnce cum *die Octava S. Joannis Bapte*, Vesperæ illæ integræ dicun- de *Octava Corporis Christi*, cum Commemoratione *Octavæ S. Joan-*, juxta Rubricam Tabulæ conrrentiæ subscriptam. De reliquo

Quia *Octavæ omnes* (excepis *Octavis Festorum Christi*, & *B. rginis*,) sunt ejusdem solennitaideo, nisì aliter notetur, divint Vesperas, si in 1. aut 2. Vespe una cum altera concurrat. Di: *nisì aliter notetur*; nam ob speiem Dispositionem Rubricæ, *diei tavæ Ss. Innocentium* præfixæ, in die tava S. *Joannis Evangelistæ* Vesperæ undæ dicuntur integræ de die tava S. *Joannis Evangelistæ*, de *die tavæ* autem *subsequente Ss. Innocent.* um ijs tantùm Comem. ùt ibi. Diei tav. *SS. Trinit.* deberi integras Vesp. concursu cum dupl. min. probo *P.* 203.

Si *diem Octavam* sequatur duplex 1. Classis, in 2. Vesperis nihil de *die Octava* præcedente, excepis tamen quatuor suprà dictis, nirum *Epiphaniæ*, *Paschæ*, *Ascensionis*, *Corporis Christi*, de quarum quaber etiam tunc fit Commemoratio, cum sequenti duplici 1. Classis concurrat juxta antè dicta.

Si *Diem Octavam* Sequatur Duplex 2. *Classis*, etiam translatum, Vesperæ dicuntur quidem integræ de *Festo*, fit tamen in ijs commemoratio *Octavæ præcedentis.*

Si denique *Diem Octavam* Sequatur *Semiduplex*, aut *Dies infra aliam Octavam*, totum Vesperarum Officium est de præcedente, *Seu Die Octavæ*, commemoratio verò de Sequente, nempe Festo *Semiduplici*, aut *Die infra Octavam.*

Festa *Pentecostes*, & *Nativit. Domini* includunt etiam ipsorum *Vigilias*: ac proinde sicut in neutro horum Festorum fit aliquid de *Octava*, ne quidem Commemoratio, ità etiam in neutra harum *Vigiliarum* fit quidquam de Octava. *Gav. Mox citand.*

In *Paschate* & *Pentecoste* Officium utriusque huius Octavæ terminatur in Sabbato sequenti ad *Nonam*: atque exinde colligit Gav: in *Octavario Romano* solennitatem horum Festorum incipere respectivè à *Sabbato Sancto*, & à *Vigilia Pentecostes.*

XI. *Infra Octavas* dicitur *Oratio*, ùt in Die Festi; Idemque est etiam de *Die Octavæ*, nisi alia propria assignetur, utì fit in Die Octavæ Ss. Petri & Pauli, item S. Laurentij, ac S. Stephani, nec non Epiphaniæ.

XII. Hymnus: *Te Deum* dicitur in omnibus Festis, & per eorum Octavas, excepto *Festo* Ss. *Innocentium*, nisì id venerit in *Dominica*; tunc enim dicitur, utì &, ubi est

Tit.

Titulus Ecclesiæ, juxta Gav *Tom. 2. s. 6. c. 6. num. 7.* Semper quoque dicitur in *die Octava* illius Festi.

XIII. *Responsoria brevia*, quæ ponuntur in Festo habente Octavam, dicuntur per totam Octavam, quando fit de *Octava*.

XIV. *Symbolum S. Athanasij* non dicitur quidem in *Dominicis* infra Octavas *Nativitatis Domini*, *Epiphaniæ*, *Ascensionis*, & *Corporis Christi*; dicitur tamen in *Dominicis*, infra *alias Octavas* occurrentibus.

De non dicendis *Precibus Dominicalibus* ad *Primam*, & ad *Completorium* infra Octavas (etiamsi Officium non fiat de Octava, sed de *Dominica*, aut *Festo semiduplici*) uti & de non dicendis infra Octavas *suffragia consuetis Sanctorum*, seu *Commemorationibus communibus*, etiamsi rursus Officium non fiat de *Octava*, monui jam suprà. Octava *Dedicationis* & Octava, *Ss. Petri & Pauli* si invicem misceantur, illam huic esse præferendam, probavi *P. 2. f. 212. 3. Jd.*

TITULUS V.

De Observandis Circa Festa ad Libitum.

PRæter Festa De Præcepto, h. e. ex *Obligatione*, ac *Præcepto Ecclesiæ*, seu *Universalis*, seu alicujus *Particularis*, Ritu ijsdem Conveniente celebranda, dantur insuper, & occurrunt quædam alia per annum, quæ dicuntur ad *libitum*; eò quòd de *Licentia*, ac *Indulto* Sedis Apostolicæ quidem *possint*, non tamen necessariò *debeant* de illis dici *Officium*, ac *Missa*; utrumque verò non nisi sub *Ritu*, ac *Modô* in ejusmodi *Indultis* vel expressè *præscripto*, aut à Sac. Rit Congregat. *declaratô*. Circa *Festa* hujusmodi *ad libitum* celebranda nil quidem expressè disponunt, aut statuunt *Rubricæ Breviarij*, non desunt tamen quædam Decreta, Auctoritate summorum Pontificum à Sacr. Rit. Congregation. desuper edita, ac prout de in praxi observanda: quorum duo præcipua antequam in medium hîc afferam,

Notandum est I. Alia hujusmodi Festorum esse ad libitum *simpliciter*, h. e. sine restrictione ad certum *Locum*, aut *Nationem*, vel *Communitatem*, & talia modò sunt sequentia: 1. *Festum* S. Canuti Regis Dan. Martyr. *Semidupl.* 19. Januar. à Clement. X. 2. S. Laurentij Justiniani Episcop.. Conf. *Semidupl.* 5. Septembris ab Innocent. XII. 3. S. Wenceslai Du-

Ducis Bŏhem. Mart. *Semid.* 28. Sept. à Clemente X. 4. S. Remigij Episcop. Conf. *Semidupl.* 1. Octobris, quæ de Sedis Apostolicæ Licentiâ alicubi quidem sunt *Festa de præcepto*, at verò in tota reliqua Ecclesia universali, in quantum sunt *Semiduplicia*, seu 9. *Lectionum*, solummodo Festa ad *libitum*. Alia verò esse ad libitum concessa alicui *loco*, aut *Communitati*, vel *Provinciæ* duntaxat *particulari* : tale est (teste Gavanto Tom. 2. s. 7. c. 4. in fin.) Festum S. Conradi *Placentini* 19. Febr. à S. Sit. Congregatione concessum sub ritu *Semid.* tantummodo Placentinis, & Netinis in Sicilia, 1614. & deinde ab Urbano VIII. Ordini Minorum S. Francisci 1625. *quo circa* (inquit Gav.) *non est cuique datum illud recitare, neque fuit ad libitum concessum ei*: & verò subreptitias esse illas schedas, in quibus tanquam *Festum de Præcepto Urbis & Orbis* circumferuntur, evidens est ex ipso *Calendario* ac *Directorio Romano*. Ex eodem *Directorio Romano* refellitur similiter error quorumdam Breviariorum, quæ Festum *Beati* (nunc *Sancti*) Pij V. asserebant, jam antequam Is in numerum Sanctorum solemni Ritu referretur, fuisse Romæ *Festum de Præcepto*, alibi verò (hoc est, extra Romam) in Ecclesia universali *Festum ad libitum*; cùm usque ad hunc annum 1712. fuerit Romæ nonnisi *Festum ad libitum*, & quidem ibi tantùm, & in paucis quibusdam locis, quibus fuerat specialiter concessum, ùt alibi jam observavimus, & ex *Directorijs Romanis*, usque ad annum 1712 inclusivè ibidem editis, apertisque id Verbis asserentibus probavimus. Ad hujus posterioris generis *Officia* Sanctorum *ad libitum* possunt etiam revocari illa, quæ nonnullæ Congregationes, Religiones, aut Ecclesiæ, vel Nationes de Sedis Apostolicæ licentia semel vel pluries singulis hebdomadibus, vel mensibus de *SS. Sacramento*, aut *Immaculatæ Conceptione*, B. M. V. aut *sui Ordinis Fundatore*, vel de alijs Sanctis, diebus Festo duplici, aut semiduplici non impeditis possunt celebrare, de quibus in fine hujus *Tituli*.

Notandum est II. Cùm olim minùs restrictè, quàm hodie, data fuerit licentia celebrandi *Festa ad libitum* (tam ea, quæ pro *universali Ecclesia*, quàm etiam illa, quæ *Ecclesijs*, vel *Locis particularibus* conceduntur) ideo non ampliùs ea omnia hoc tempore procedere, aut posse practicari, quæ pluribus abhinc annis nonnulli AA. tum *Rubricistæ*, tum *Morales* de Festis ad libitum scripserunt, nominatim P. Gobat *Tr. 5. num. 36. append. 6.* item *n. 650. append. 1. à lit. a.* appendic. 2. à Lit. e. id quod ipse ex parte notat ibid. *append. 3. lit. q.* & *n. 663. in append. 2. lit. f. & h.* Sic olim P. Gobati, ac aliorum Com-

munis erat Sententia, *Festa ad libitum*, suo proprio die impedita, perinde transferri posse, ac *Festa de Præcepto*, idque ob Decr. Sacr. Rit. Congregation. editum 9. Jun. 1668. & 1671. 18. Jul. Verùm aliquot pòst annis, nempe 1673. die 2. Decembris, eadem Sacr. Rit. Congregatio ex Mandato Clementis X. limitavit illud Decretum, aliúdque (in Breviarijs paulò recentioribus post dictum annum in calce ante Festa ad libitum summariè extans) in in lucem edidit, & in eo decrevit, *Festa Sanctorum ad libitum* in posterum non esse *transferenda*, si eorum Festivitas incidat in *diem Dominicam*, vel aliquem *diem Festorum mobilium* (id est nulli certo diei mensis affixorum) sed tunc illò annò eorum *Officia* esse omittenda : quia tamen in posteriori hoc Decreto limitatio fiebat ad solos *dies Dominicos*, ac *dies Festorum mobilium*, ideo *Festa ad libitum* in dies alios impeditos incidentia perinde, ac *Festa de Præcepto*, adhuc posse transferri idem Gobat, & cum eo Lohnerus, ac alij sustinebant, ità tamen, ut, si contingeret, ex pluribus *Translatis*, unum esse *Festum de Præcepto*, alterum verò solummodo *ad libitum*, juxta Regulam Gav. in Rubr. *de Transl. Festor.* l. 3. c. 10. n. 16. tunc priùs fieret de eo, quod fuit *de præcepto*, & postea primùm de eo, quod erat ad *libitum*, nisi *translatum ad libitum* altioris Classis, seu gradûs foret; tunc enim de hoc priùs fieri debere idem *Gav. locò recèns cit.* & *Gob. ubi suprà n.* 650. contendebat. Verùm quia Innocent. XI. anno 1682. die 24. Januar. Decretum in Antecessoris, nempe Clement. X. *non transferendis* quibuscunque *ad libitum*, sed (siquidem ea incidarent vel in *diem Dominicum*, vel *aliquem Festorum mobilium*) de *nitùs* tunc *omittendis* extendit etiam ad *Octavas*, & *Natalitia rum*, ex Indulto Apostolico in *Religione*, vel *Diœcesi de præcepto* branda, ità, ut *Festa ad libitum* aut *infra* aliquam *Octavam*, aut aliquo *Festo particularis alicujus fis*, vel *Ordinis* occurrentia illo *celebrari*, nec etiam ampliùs, seclusò *speciali Indultò* sint, sed in ejusmodi loco, incidunt in talem diem, sint *omittenda*, seclusò, ut *ciali Indultò Apostolicò*. Quia rea eadem Sac. Rit. Congreanno 1706. die 20. Martii quoque Concessiones ad dies restrinxit, quibus de Sedi postolicæ Indulto permittun quædam Religiones, Congrenes, aut Ecclesiæ, vel Nat particulares semel vel plures gulis hebdomadibus, vel Mens extra *Adventum*, ac *Quadrag* celebrare possint *Officium* de *cramento*, vel de *aliquo Sancto Ordinis* v. g. *Patrono*) *dictus*

vel duplici, vel *Semiduplici non impeditis &c*, dum *diebus* hujusmodi *impeditis* annumerandas quoque esse decrevit non solùm *Ferias* omnes *Adventûs*, & *Quadragesimæ*, sed etiam *Feriam II. Rogationum*, item *Ferias* omnes *quatuor Temporum*, utì & *Vigiliarum*, sive *cum Jejunio*, sive *absque Jejunio*, ac demum *eam* quoque *Feriam*, in qua secundûm Rubricas reponendum est *Officium Dominicæ*, suô locô *celebrari impeditæ*, ità, ut in nulla harum dierum ejusmodi Officia (alioquin in ejusmodi Congregationibus &c *ad libitum* Concessa) possint ampliùs recitari, etiamsi in Indulto de memoratis diebus nulla specialis mentio sit facta, ideò *quoad celebrãnda Festa ad libitum* hodie in praxi, seclusô speciali Privilegiô, procedendum est juxta sequentia duo *Decreta*, quorum *primum* concernit *Festa ad libitum quæcunque*, seu *universaliter* concessa; *Alterum* verò *Officia particularibus* duntaxat *Cœtibus* certis diebus recitari permissa. Prius (quod, ùt suprà memini, 24. Januar. 1682 sub Innocent. XI. emanavit, ac extat apud P. La Croix Tom. 4. l. 4. n. 1269.) ità sonat: *Cùm aliàs Sac. Rituum Congregatio decreverit, Officia Sanctorum ad libitum non esse transferenda, quando dies eorum Festivitatum sunt impediti die Dominico, aut aliquô aliô die Festorum mobilium, quæsitum fuit declarari, quæ Regula servanda sit, quando occurrunt eodem die cum Officijs Sanctorum Cãlendarij proprij, vel translatis, vel demum semel per Hebdomadam, vel per mensem recitari Concessis? & Sac. Congregatio respondit, prædicta Officia Sanctorum ad libitum, etiam duplicia, occurrentia in diebus Dominicis, Octavis, & Natalitijs Sanctorum alicujus Religionis, vel Diœcesis, ex vi Calendarij proprij, à Sede Apostolica approbati, quamvìs sub Ritu Semiduplici de Præcepto celebrandis, non esse transferenda, sed omitti debere: si autem occurrant eodem die, in quo aliàs aliquod Festum translatum poni deberet, tunc liberum fore declaravit eadem Officia ad libitum recitare, & Officium translatum ulteriùs ad aliam diem non impeditam transferre: prout etiam omissô officiô, quod semel per Hebdomadam, aut Mensem ex Apostolico Indulto recitare concessum est, Officium ad libitum eadem die occurrens recitari posse decrevit.*

Posterius verò Decretum (extans apud Franciscum Monacelli in *Formular. Legal. Practic. P. II. fol. 68. & 69.* ità habet: *Cùm Sacrorum Rituum Congregationi demissè supplicatum fuerit sequentia dubia declarare:*

Primum. An, cùm multis Congregationibus, Religionibus, sive Ecclesijs, vel Nationibus concessum sit à Sancta Sede Apostolica, ut semel vel pluries in singulis Hebdomadibus, vel Mensibus celebrentur varia Officia per annum, v. g. de Sanctissimo Sacramento, vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo Festo du-

duplici, vel semiduplici, liceat ejusmodi Officia facere etiam in diebus Sanctæ Quadragesimæ, Adventûs, Vigiliarum, & quatuor Temporum, etiamsi de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus Officiorum Concessionibus?

Secundum. An dies impeditus Festo duplici, vel semiduplici pro dictis Officijs recitandis intelligantur etiam dies, in quibus ponendum est Officium de Festo duplici, vel semiduplici translato, quemadmodum dicitur responsum fuisse olim à Sacra Congregatione; quòd scilicet Festum duplex, vel semiduplex etiam translatum, necnon dies Octavæ sit dies impeditus respectu talium Officiorum?

Tertium, An Regulares absque speciali Privilegio, sed sola Communicatione Privilegiorum aliarum Religionum possint addere nomen Sancti Fundatoris in Litanijs, & Confiteor, *itémque recitare Officia, & Missas Concessas alijs Religionibus.*

Sacrorum Rituum eadem Congregatio ad Relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Colloredo respondit

Ad Primum negativè, & hujusmodi Indulta non habere locum in Ferijs Adventûs, Quadragesimæ, quatuor Temporum, Vigiliarum, sive cum Jejunio, sive absque Jejunio, nec in Feria II. Rogationum, nec in alia Feria, in qua secundùm Rubricas sit reponendum Officium Dominicæ.

Ad Secundum Affirmativè.

Ad Tertium negativè in Omnibus.

Et ità declaravit, ac servari voluit, ac insuper, ut Declarationes, seu Decreta prædicta omnibus innotescant, Typis ea imprimi mandavit die 20. Martij 1706. &c.

Ad *primum* horum *Decretorum* quod attinet, *observandum est* 1. Nomine *Octavarum* intelligi in eo non modò *diem ipsam* Octavam sed etiam *dies* quoscunque infra *Octavam*, eam tantùm *particularem*, tam Festorum *mobilium*, quàm *immobilium* occurrentes, ità, ut, sive *die* ipsa *Octav.* sive *die* aliqua *infra Octav.* Festum aliquod ad *libitum* occurrat, nequeat transferri vi dicti Decreti in diem aliam sive *infra*, sive *post* Octavam, sed omnino omnino debeat (*quatenus* est Festum *ad libitum*) in tali loco : unde contingere potest, ut Festum aliquod, quod alioquin in Ecclesia universali est *ad libitum*, alicubi nunquam possit celebrari, sed debeat constanter omitti : id quod de facto alicubi contingit circa *Festum* S. Laurentij *Justiniani primi Venetorum Patriarchæ*, de quo in Locis, in quibus *Festum Ss. Angelorum Custodum* celebratur Dominicâ I. Septembris sub Ritu duplici 2. Classis, & cum Octava, nunquam fieri potest *Officium semiduplex ad libitum* (eò quòd in ejusmodi Locis semper veniat infra illam Octavam) nisi à Sede Apo-

stol-

tholica alicubi obtineatur *speciale Indultum*, illud, non obstante Decreto Generali Innocentij XI. celebrandi sub eo Ritu die aliò fixò post Octavam : cujusmodi *Indultum speciale* olim à Sede Apostolica pro Provincijs Septenrionalibus obtinuerat Societas JESU, cùm Festum S. Hedwigis Ducissæ Poloniæ constanter apud Nos incidens in *diem Octavam* S. Francisci Borgiæ, eiusmodi erat *Festum ad libitum* : ne enim Officiò à S. Sede Apostolica huic Sanctæ ad libitum concessò etiam in ijs Provincijs cogeretur Societas perpetuò carere, per speciale Indultum ab eadem Sede Apostolica Societas pro dictis Provincijs impetravit, ut Officium Sanctæ huic Septentrionis Patronæ concessum ad libitum possent ipsæ stabiliter in diem 20. Octobr. tanquam diem fixam transferre, de quo plura huc facientia ibidem.

Observandum ulteriùs est 2. Quòd, cùm Sac. Rit. Congregatio (Teste Monacelli *loc. cit. fol.* 67.) *Officium* aliquod *particulare* alicujus Sancti, cuidam loco, vel alicui Diœcesi, vel Religioni, aut Provinciæ jure concessum soleat idipsum quandoque ex Gratia (caussa aliqua rationabili impellente) alijs quoque locis, Diœcesibus, Religionibus, & Provincijs per extensionem indulgere, quin tamen mens illius sit, ut etiam in hujusmodi locis sub *eodem Ritu*, ac *pari cum solennitate* celebretur, quandoque autè contingat, ut in Executione hujusmodi Indultor. ab ijs, qui extensionis Gratiam impetrârunt, non leves committantur errores, ad hos autem Cavendos cùm quæsitum fuisset subin in Sac. Rit. Congregation. sub quo Ritu in Regnis Hispaniæ (excepta Civitate Gerundæ, cujus Principalis est Patronus) sit celebrandum Officium S. Narcissi Episcopi, & sub quo Ritu censeri debeat indultum Officium per Extensionem in cæteris Casibus, quando à Sac Congregatione non exprimitur? Congregatio examinatis Decretis sub die 3. Aug. 1697. apud cit. Monacelli respondit : *Officium S. Narcissi recitandum esse in Civitate, & Diœcesi Gerundæ 29. Octobris cum Missa sub Ritu duplici 1. Classis, & cum Octava, die verò 18. Martij de eo faciendam Commemorationem duntaxat, sicut Quadragesim. Tempore fit de simplicibus. In Cæteris autem Regnis Hispaniarum recitandum esse sub Ritu duplici minore dicta die 29. Octobris tantùm, reformando Decreta annorum 1682. & 1689.*

Observandum 3. *Si Festum ad libitum*, occurrens in aliquo suprà dictorum dierum, ùt tale, & tanquam *Festum* 9. *Lectionum* non possit celebrari, habeat tamen simul etiam *Ritum simplicem de Præcepto* (utì habet S. Remigius) eò annò non penitùs esse omittendum, sed saltem

Ritu simplici de Præcepto esse celebrandum, nisi Festum illud, in quo occurrit, sit duplex 1. Classis. Ità *S. R. Congr. apud Pisart, Direct. Can. Tit. X. Notand. XX.* Qui Numero sequenti addit : Ea Festa, quæ de *Indulto* Sedis Apostolicæ in certis Provincijs (utì im Imperio Romano Festum Desponsationis B. M. V. aliáque similia duplicia) celebrantur, concessione in hunc v. g. modum sonante : *Ut tale vel tale Festum cum Officio & Missa sub Ritu duplici* N. *celebrari possit, & Valeat &c*, ex Sensu *Ritualistarum non comprehendi suprà tactô Decretô Innocent. XI. adeoque & transferri posse, nec alio sensu ad libitum ea Festa censeri, quàm quòd liberum fuerit Episcopis, Superioribus Ordinum, aut Capitulis Generalibus ea acceptare vel non; semel autem admissa à superioribus liberum non esse subditis ea dimittere, vel non servare.*

Observ. 4. Festa sub *Ritu duplici*, aut *semiduplici ad libitum* concessa, de quibus fit mentio in *priori* suprà relatorum Decretorum, censeri debere suô modô inter dies impeditos respectu *duplicium*, aut *semiduplicium* de Præcepto *translatorum* : constat tum ex ijs, quæ habentur in fine ejusdem Decreti, tum etiam ex illis, quæ Tit. seq. dicentur de *Occurrentia*, & *Translatione* Festorum; Vicissim aut *Officia illa*, quæ nonnullis Congregationibus, aut Religionibus &c, semel aut pluries per Hebdomadem, aut Mensem diebus nullô Festô duplici, aut semiduplici impeditis recitanda concedantur, cedere debere Festis *duplicibus*, ac *semiduplicibus translatis de Præcepto*, constat ex posteriori Decreto, utpote asserente, *Festum duplex, vel semiduplex de Præcepto*, etiam *translatum*, nec non *dies Octavarum* esse dies impeditos respectu talium Officiorum. An autem Festum 9. Lectionum ad libitum (v. g. S. Canutus) celebre etiam debeat *Dominica 2. aut 3. post Epiphaniam*, quando Officium ejusmodi Dominica ob citiùs advenientem Septuagesimam *anticipandum* est ad diem Sabbati, aut aliam ante Septuagesimam, in qua Festum semiduplex ad libitum occurrit, discussum est partim suprà P. II. ad diem 19. Januarij, partim verò P. I. Titulo de Dominica II. III. ac sequent. post Epiphan.

Recitantes ex legitima Sedis Apostolicæ Concessione Officium ac Missam de *SS. Corpore Christi* quavis Feria V. infra annum, Officio 9. Lectionum, aut aliunde excepto non impeditâ, dicere ea debere sub *Ritu semiduplici* (*Paschali*, vel non *Paschali*, pro Temporis exigentiâ) *in Colore Albo &c*; de reliquo autem sequentem in modum :

I. Officium à primis Vesperis Feriæ IV. dicitur, ut in 1. Vesperis Festi SS. Corporis Christi, attamen, utì dictum est, *sub Ritu semi-*

duplici, ac cum *Precibus Dominicalibus*, & *Suffragijs Sanctorum* Tempori congruentibus. 2. Extra Tempus Paschale omittuntur *Alleluja*, quæ in fine *Antiphonarum*, *Versuum*, & *Responsoriorum* in Festo *SS. Corporis Christi*, ac infra hujus Octavam (utì & Tempore Paschali) alioqui ponuntur ac dicuntur; ità enim præscribitur in emendatioribus Libellis, cum facultate Superiorum de *Modo* ac *Ritu* recitandi hoc *Officium infra annum* in locem datis, ob eam, opinor, rationem, quòd Additio illorum *Alleluja* videatur esse Privilegium solius Octavæ *Corporis Christi*, ac *Temporis Paschalis*; id quod etiam ex eo colligitur, quòd extra prædicta Tempora nec ad *Introitum Missæ* (qui idem est cum Introitu Missæ Festi, & Octavæ Corporis Christi) nec ad Versum: *Panem de Cœlo præstitisti eis* &c, uti constat ex Rituali Romano, infra annum addantur ea *Alleluja*, quæ Missæ, & prædicto Versui per *Octavam SS. Corporis Christi*, & *Tempore Paschali* alioquin addi solent. 3. Vicissim *Tempore Paschali* ad *Invitatorium*, *Antiphonas*, *Versus*, & *Responsoria* cum *brevia*, quàm *alia*, additur in fine *Alleluja*, ubi in illis non habetur; & omnes 3. Psalmi dicuntur tunc in quolibet Nocturno sub prima Antiphona illius Nocturni. *A Septuagesima* verò usque ad *Pascha* omittitur *Alleluja*, ubicumque habetur in prædicto Officio. 5. Lectiones I. Nocturni infra annum sunt semper de Scriptura occurrente: in II. & III. Noctur. autem sumuntur ex Octava Festi Corporis Christi, prout habentur per binos semper menses pro toto anno dispositæ in Libello, anno 1641. Ingolstadij, ac subin etiam alibi cum facultate Superiorum impresso, ordine sequenti, nempe: *Mense Januariô*: *Sermo*, & *Homilia*, ùt in die Festo. *Mense Februariô*: *Sermo* Sabbati infra Octavam Corporis Christi, & *Homilia* Feriæ VI. *Mense Martio*, ac *Aprili*: *Sermo* Dominicæ infra Octavā, & *Homilia* Sabbati. *Mense Maio*, ac *Junio*: *Sermo* & *Homilia* Feriæ II. *Mense Julio*, & *Augusto*: Lectiones II. & III. Nocturni ex Feria III. *Mense Septembri*, & *Octobri* Lectiones II. ac III. Nocturni ex Feria IV. *Mense Novembri*, & *Decembri*: *Sermo* & *Homilia* Diei Octavæ. Observandum verò hôc locô est, quòd, quando Lectiones in II. & III. Nocturno *infra annum* recitandæ in hoc Officio sunt desumptæ *ex* aliquo *Sermone*, aut *ex* aliqua *Homilia* alicujus S. Patris, tunc *Titulus* Lectionum ejusmodi Nocturni sit efferendus in *Nominativo*, adeoque dicendum: *Sermo sancti N.* vel *Homilia Sancti N.* non autem: *De Sermone Sancti N.* vel: *De Homilia Sancti N.* eò quòd de illis lectum non fuerit die præcedente, utì fit *infra Octavam SS. Corporis Christi*, quando Lectio *ejusdem Sermonis* in II. No-

in

cturno, aut *ejusdem Homiliæ* in III. Nocturno sequenti aliquo die continuatur. Qua de re videri potest Gavantus in *Prolegomenis Octavarij Romani in Annotationib. ad* Octavas *spectantibus* suprà *f.*331. P. II. à me *cit.* Dixi autem : *sunt desumptæ ex aliquo* Sermone, *vel* Homilia; secùs enim est de Lectionibus, non ex aliquo S. Patris Sermone, aut Homilia, sed ex aliquo alio ejus *Tractatu* (v. g. aliquâ ejus *Epistolâ*, aut *Librô*) desumptis; tunc enim Titulus ejus *Tractatûs* eô modô semper legitur, prout *infra Octavam* in Breviario, aut Octavario Romano exprimitur, ac proinde quando Lectiones *II. Nocturni* sumuntur pro hoc Officio ex Feria III. (utì mense *Julio*, & *Augusto*) aut ex Feriâ IV. infra Octavam Corporis Christi (utì mense *Septembri*, & *Octobri*) legendus est *Titulus* illius respectivè *Epistolæ*, aut *Libri* in II. & III. Nocturno, prout ibi *Feriâ* III. aut IV. exprimitur, dicendo in 1. casu : *Ex Epistola S. Cypriani &c*, in 2. autem casu : *Ex Libro S. Ambrosij &c.*

Porrò Nomine *dierum impeditorum Officiô* 9. *Lectionum* (hoc est, *duplici*, vel *semiduplici*) ac exceptorum, intelligi etiam *eos dies*, in quibus ponendum est Officium de Festo duplici, vel semiduplici *translato*, item *dies infra Octavas &c*, ac denique etiam eas *Ferias*, in quibus secundùm Rubricas est reponendum *Officium Dominicæ*, constat ex supra cit. Decr. Generali Sacr. Rit. Congr. de anno 1706. 20. Mart. ubi declarat : Quòd *Congregationes*, Religiones, sive *Ecclesiæ*, vel *Nationes*, quibus a S. Sede Apostolica concessum fuit, ut semel, vel pluries singulis hebdomadis, vel mensibus varia per annum Officia divina celebrentur in diebus Festo aliquo duplici vel semiduplici non impeditis, v. g. de Sanctiss. Sacramento, vel Sanctis (v. g. Immaculata Conceptione B. M. V. aut Ordinis Fundatore) *non tantùm in Feriis Adventûs*, *Quadragesimæ*, *quatuor Temporum*, *secunda Rogationum*, *Vigiliarumque Vigiliarum* (*sive cum Jejunio*, *sive absque Jejunio*) *non possint facere hujusmodi Officia*, *etiamsi de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus ejusmodi Officiorum concessionibus*, sed neque ulteriùs id possint in ea Feria, in qua secundùm Rubricas reponendum Officium Dominicæ; neque eo die, in quo ponendum est Officium de Festo duplici, vel semiduplici translato, nec denique etiam illô, quo fit Officium de occurrente aliqua Octava, utì videre est apud Francisc. Monacelli in Formular. Legal. pract. Tit. 13. §. 68 & 69. & suprà *f.* 97.

Missa, quando infra annum ex Sedis Apostolicæ Indulto fit Festa *semiduplici*, *Officium* de SS. Sacramento, non dicitur ùt in *Festo Corporis Christi*, sed prout notatur inter Missas in fine Missalis, non quidem pro

n Votivo, sed *Ritu semiduplici*, adeoque cum *Gloria in Excelsis*, & *Ite missa est* in fine; attamen sine *Sequentia*, & *Credo*. Oratio 2. & 3. (nisi faciendа sit aliqua Commemoratio) dicuntur uti in *Festis semiduplicibus*, cum Diversitate Temporis currentis. Præfatio de Nativitate Domini, sine qua *Communicantes*. Col. Alb.

INDULTUM dicendi infra annum *Officium* & *Missam* de *SS. Sacramento Eucharistiæ*: modò hactenus relato, ad non minùs pias, quàm enixas preces modò regnantis *Sacr. Cæs. Majestatis* (CAROLI VI.) per D. Comitem de Gallasch, ejus apud S. Sedem Oratorem Ordinarium, S. D. N. CLEMENTI XI. Papæ porrectas, Sanctitas sua 17. Augusti 1715. concessit, ut nimirum imposterum in omnibus *Dominijs*, & *Statibus Hereditarijs* Augustissimæ Domus Austriacæ, ab ijs, qui ad *Horas Canonicas* tenentur, qualibet Feriâ V. non impeditâ Officiô 9. Lectionum (quale habent Festa *duplicia*, & *semiduplicia*, tam in sua sede i.e. suo proprio die *occurrentia*, quàm etiam *translata*, nec non *dies infra Octavam*, ac ipsæ dies *Octavæ*) exceptis tamen Adventûs, Vigiliarumque, & Quadragesimæ Temporibus &c. Officium SS. Sacramenti sub Ritu *semiduplici* recitari, ac etiam Missa respectivè celebrari de eodem possit, & valeat, uti videre est in Brevi Apostolico desuper confecto, nec non in Libello, anno currente 1717. Brixinæ impresso, cui Titulus: *Officium de SS. Eucharistiæ Sacramento, Feriis V. non impeditis infrà annum alicubi ex Indulto* Apostolico recitandum &c. Prædictis pro typo jam descriptis

Quæsitum ex me fuit: An ibi, ubi ex Indulto Sedis Apostolicæ Festum SS. Lanceæ, & Clavorum Domini sub *Ritu duplici ad libitum* fas est celebrare *Feriâ VI. post Dominicam in Albis*, id liceat *transferre* in diem aliam non impeditam tunc, quando *Feriâ illâ VI.* ob occurrens aliud Festũ *dignius*, aut *Ritum habens altiorem* ipsũ celebrari non potest, uti contingebat annô 1715. quô in Feriam illam VI. incidit *Festum Inventionis S. Crucis*, cui, tanqnam *Festo Ecclesiæ universalis*, ac habenti Ritum duplicem 2. Classis, cedit Festum particulare ad libitum *Lanceæ*, ac *Clavorum*? Transferri id posse censebant Aliqui; eò quòd nec Decretô auctoritate Clementis X. anno 1673. editô, nec etiam Decretô jussu Innocent. XI. 1682. publicatô *Festi ad libitum* in tali casu Translatio prohiberi videatur, uti ea Decreta expendenti constabit. Nihilominus Respondi ego: In ejusmodi casu, quô nempe *Feriâ illâ VI. post Dominicam in Albis* occurrit *Festum Inventionis S. Crucis*, aut aliud simile dignius, aut Ritûs altioris, Festum Lanceæ, ac Clavorum nec

Feriâ illâ VI. esse celebrandum, nec in aliam diem, Festô 9. Lectionum non impeditam, esse transferendum, sed eô annô penitùs esse omittendum, idque propterea, quòd concessio (siquæ facta est à Sede Apostolica) celebrandi illud Festum cum *proprio Officio* ac *Missa ad libitum*, determinatè sit facta cum restrictione ad Feriam illam VI. quâ proin si ob occurrentiam Festi dignioris celebrari non possit, procedendum eô annô erit eô omnino modô, quô Tempore Gavanti ex Decreto Sacr. Rituum Congregationis de anno 1638. die 6. Februar. procedi debebat circa *Festum Rosarij*, vi cujus, quando in Dominicam I. Octob. (quâ alioqui juxta constitutionem Gregorij XIII. in ijs Ecclesijs, in quibus adest *Altare* seu *Capella Rosarij B. V.* Ritu *duplici majore* celebrabatur) incidit alicubi Festum *altioris Ritûs*, co in casu nihil fieri debebat de *Rosarij*, neque hoc transferri, uti videre est apud eundem Gav. Tom. 2. *s.* 7. *c.* 12. *post initium Capitis*, & ibi prà P. I. Tit. 49. Dominici I. Octobris. Atque ità practicarum reperio etiam quo ad *Festum Ss. Lanc. & Clavorum Domini* in quadam Diœcesi anno 1710. quô in *Feriam* VI. *Dominicam in Albis* inciderat Festum *Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis*, qui proin annô nil factum est ibi de his *Lanceæ, ac Clavorum*: de cujus authentica concessione, sub ea latiori universalitate ac extensione, qua à nonnullis, & quidem unà cum *Ritu duplici 2. Classis* tribuitur, haud immeritò à quibusdam dubitari constat ex Dictis P. I. *f.* 139. *De Feria V. post Dominicam in Albis*, ob Rationes ibi insinuatas.

TITULUS VI.

De Occurrentia, & Concurrentia Festorum, & respectivè etiam Dominicarum, Vigiliarum, ac Feriarum &c.

DAtur in Officio Divino *Occurrentia*, & *Concurrentia*. Concurrentia est duorũ pridie & postridie celebrandorum, attenditúrque Ordinariè in secundis Vesperis unius, & in primis alterius Festi. Occurrentia vero est duorum in eodem die. *Gav. To. 2. f. 3. c. 9.* Utraque *suas* habet *regulas* in Breviario Romano Roberti Go-

generali X. & XI. nec non in *Tabella* Occurrentiæ & Concurrentiæ &c descriptas : juxta quas proin in Praxi procedendum, ut sequitur.

§. I.

De Occurrentia, & Concurrentia Festorum duplicium 1. *Classis.*

FESTA DUPLICIA 1. *Classis* in Breviario Romano enumerantur sequentia duodecim. 1. *Nativitas Domini.* 2. *Epiphania Domini.* 3. *Pascha Resurrectionis*, cum *duobus antecedentibus*, & *duobus sequentibus diebus.* 4. *Ascensio Domini.* 5. *Festum Pentecostes*, cum *duobus sequentibus diebus.* 6. *Festum SS. Corporis Christi.* 7. *Nativitas S. Joannis Baptistæ.* 8. *Festum Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.* 9. *Assumptio B. MARIÆ Virginis.* 10. *Festum Omnium Sanctorum.* 11. *Dedicatio propriæ Ecclesiæ.* 12. *Patronus*, vel *Titulus Ecclesiæ* : His quoque addendum (ut cum Gavanto notat Arnaudus *Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis*, utpote & ipsa sub ritu duplici 1. Classis per totam Dioecesin celebranda, attamen cum limitibus ut supra *Tit. de Dedicat.*

De Occurrentia Festorum duplicium 1. Classis

1. SI *Festum* quodcunque *duplex*, etiam 1. *Classis*, incidat in *Dominicam* aliquam *majorem* 1. *Classis*, nempe vel in *Dominicam I. Adventûs*, vel in *Dominicam Quadragesimæ*, vel in *Dominicam Passionis*, vel in Dominicam *Palmarum*, vel in *Dominicam Paschæ*, vel in *Dominicam in Albis*, vel in *Dominicam Pentecostes*, vel in *Dominicam Ss. Trinitatis*, nequit fieri Officium de Festo, ut ut istud sit duplex 1. Classis, sed transferri hoc debet in diem proximam aliam non impeditam ; *Officium* autem fieri debet eo die de *Dominica majore* 1. *Classis* tunc Occurrente. Quomodo verò ordinandum tunc sit Officium talis Dominicæ in 1. & 2. *Vesperis*, necnon in *Laudibus*, ac *Missa*, si fortè unà *occurrat* vel *concurrat* Festum simplex, vel etiam aliud 9. Lectionum præcedens, vel subsequens, id declaramus suô locô. *Dominicis* hujusmodi 1. *Classis* à fortiore cedunt in occursu *Festa* semiduplicia.

2. Si Festum *duplex* 1. *Classis* (quale sunt Festum *Patroni Principalis loci*, ac *Ordinis*, nec non *Titularis Ecclesiæ*, ac hujus *Dedicatio*) occurrat in Dominica majore 2. Classis, nempe vel in Dominica II. vel III.

vel IV. *Adventûs* (nisi in hanc incidat *Vigilia Nativitatis Christi*) vel in *Dominica Septuagesimæ*, vel *Sexagesimæ*, vel *Quinquagesimæ*, vel denique in II. vel III. vel IV. *Quadragesimæ*, tunc Officium fit de Festo illo 1. Classis: fieri tamen simul debet Commemoratio de ejusmodi Dominica occurrente 2. Classis in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, cum 9. *Lectione* de Homil. ejusdem Dominicæ in *Officio*, ac *ultimo* de eadem *Evang. in Missa*.

3. Si Festum duplex 1. Classis incidat in *Dominicam per annum*, sive *minorem*, Officium fit de *Festo*, ac pariter Commemoratio de *Dominica* in utrisque Vesperis (nisi quoad secundas Commemorationi talis Dominicæ obstet concursus cum sequenti aliô Festô 1. vel 2. Classis) nec non in Laudibus, ac Missa, legitúrque & tunc 9. Lectio de Dominica in *Officio*, & ultimum Evangelium in Missa Festi.

4. Si Duo *Festa duplicia* 1. *Classis* occurrant eodem die, Officium fit de *Privilegiato*, at verò *Translatio* de *non Privilegiato*; quòdsi neutrum præ altero sit privilegiatum, Officium fit de *Digniore*, Translatio de *minùs digno*. Duplicia 1. Classis, ac dies *privilegiati* contra *quodcunq;* aliud *duplex* simul occurrens sunt: Festum *Epiphaniæ*, & *dies* illius *Octava*: *Feria V. in Cœna Domini*: *Feria VI. in Parasceve*: *Sabbatum Sanctum* majoris Hebdomadæ: *Festum Paschæ*, et *Pentecostes*: cum duobus sequentibus diebus: Festum Ascensionis Domini: *Festum Ss. Corporis Christi*: Festum *Assumptionis B. V. M.* Festum omnium *Sanctorum*: *Festum Nativitatis & Circumcisionis Domini*, in quorum aliquo proin si aliquando alicubi occurrat aliud Festum duplex præ Classis (verb. grat. *Festum Dedicationis* in *Festo B. V. Assumpta*, si contingere potest in loco, in quo pro Festo anniversario Dedicationis propriæ Ecclesiæ celebrando Consecrator assignavit Dominicam II. Augusti, & in illam incidit aliquando Festum B. V. in Cœlos Assumptæ) Festum illud aliud 1. Classis necessariò est transferendum in diem proximam aliam non impeditam. Idem est, ut dixi, de minùs digno, si occurrat eodem die, quò magis dignum: porrò major dignitas Festi præ alio, in pari Classe constituto, desumitur à majori nius præ altero solemnitate; quod si & hæc sit æqualis, attenditur eodo personarum, harúmque dignitas, ut scil. Festa Domini præferantur omnibus alijs, Festa B. MARIÆ V. Festis Sanctorum, Festa Angelorum & Apostolorum cæteris alijs Festis. Attenditur quoque major dignitas ex eo Titulo, seu Capite (si tamen cætera sint paria) quod unum celebretur ab Ecclesia universali, non item alterum. Ita

bric. Gen. XI. n. 2. in fin. & Gav. *in Adnotationib. prolegom. ad Octavar. Roman.* juxta quem (ùt alibi adnotavimus) *Festum Dedicationis* præfertur *Festo Patroni*, imò juxta P. Gobat etiam ipsi *Festo Ss. Apostolor. Petri & Pauli* : cedit tamen Festum *Dedicationis* Festo *Assumptionis B. M. V.* juxta antè dicta, & *Festo Patroni loci* Festum *Titularis Ecclesiæ*, nisì sit magna inter eos dignitatis distantia. Plura huc pertinentia vide suprà hac P. Tit. 1. & 3. *à f.* 60. item P. II. die 14. & 28. Jun. fin.

5. Si *Festum duplex* 1. *Classis*, & *Festum duplex* 2. *Classis* occurrant eodem die, *Officium* fit de primo, translatio de secundo, nisì secundum (nempe duplex 2. Classis) sit unum ex privilegiatis contra quodcunque aliud Festum : qualia duplicia 2. Classis contra quodcunque aliud Festum (etiam *Patroni*, & *Titulo Ecclesiæ*, ejusdémque *Dedicationis*) privilegiata sunt Festum *Circumcisionis Domini*, & Festum *Ss. Trinitatis*, in quibus si occurrat Festum quodcunque aliud, etiam 1. Classis *transferri* id debet in diem proximam aliam non impeditam, & fieri Officium de *Festo Circumcisionis*, aut SS. *Trinitatis*, ut ut ambo sint tantùm (ubi ea non sunt *Titulus Ecclesiæ*) duplicia 2. Classis.

6. Si Festum *duplex* 1. *Classis*, & Festum *duplex per annum* [seu *minus*, seu *majus*] eodem die simul occurrant, Officium fit de primo, at verò translatio de secundo. Dixi autem : *& Festum duplex*, nam de *die Octava* (ut ut & ipsa habeat *Ritum duplicem*) id universaliter, ut postea dicetur, non procedit ; cùm dentur *Octavæ privilegiatæ* contra *quodcunque Festum* etiam 1. *Classis*. Adde, quòd *dies Octava* juxta *Rubr. de Translat.* non transferatur.

7. Si Festum *duplex* 1. *Classis*, & *dies infra Octavam* eodem die simul occurrant, Officium fit de Festo, nihil autem de *die infra Octavam*, nisì *Octava illa* sit una ex *privilegiatis*; nam infra *Octavas* 1. *Classis* (quales sunt solummodo *Octava Paschæ*, & *Octava Pentecostes*) non fit de *ullo Festo*; infra Octavam verò 2. *Classis*, nempe *Epiphaniæ*, fit quidem de Festis 1. Classis, non item de alijs; & infra Octavam 3. *Classis*, hoc est, *Corporis Christi*, fit etiam de alijs quibuscunque Festis duplicibus *occurrentibus*, non item de *translatis*, nisì sint 1. *Classis*. Verùm quocunque Festô *infra dictas duas Octavas* (nempe *Epiphaniæ*, ac *Corporis Christi*) utì & *infra Octavam Nativitatis Domini* occurrente, semper fieri debet Commemoratio quoque de die illa infra Octavam ; eò quòd hoc sit speciale dictarum trium Octavarum (nempe *Epiphaniæ*, *Corporis Christi*, ac *Nativitatis Domini*) Privilegium, ut scilicet quocunque Festô infra eas occurrente fiat de

ipsis Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa Festi. Si autem infra Octavam aliquam simul occurrat *Feria major* quatuor Temporum vel 2. Rogation. &c: tunc Missa Ordinanda est ùt in Rubric. 3. Gener. Missalis. *n.* 2.

8. Si Festum *duplex* 1. *Classis*, *& dies Octava alterius Festi eodem die simul occurrant*, Officium fit de Festo, Commemoratio autem de *die Octava* in utrisque Vesperis (nisi quoad *secundas* faciendæ Commemorationi de *die Octava* obstet concursus cum sequenti *Festo* 1. *Classis*) *Laudibus*, ac *Missa*. Excipitur *Dies Octava Nativitatis Domini*, & *dies Octava Epiphaniæ*, quæ cùm nulli cedant Festo, ideo etiam *Festum duplex* 1. *Classis* in utralibet earum occurrens transferri debet in aliam diem non impeditam, ipsisque cedere Officium integrum v. g. in casu (olim, ùt alibi dictum, hic Oeniponti non infrequente) quò *dies Octava Epiphaniæ* incidit in *Dominicam* 1. *post Epiphaniam*, & in eandem Dominicam simul incidit *Festum Dedicationis propriæ Ecclesiæ*; eò quòd hujus Consecrator Dominicam, quæ est *prima post Epiphaniam*, pro Anniversario Dedicationis die primitus assignaverit. In quem diem autem in casu modò à me relato transferendum sit Festum *Dedicationis*, indicavi suprà *Tit.* 3. *de Ritu, ac Modo celebrandi Festum Dedicationis*, & videri id ipsum potest apud P. Gob. Tr. 3. n. 696. *append.* 3. *lit. K.* & P. LaCroix Tom 4. *l.* 4. *n.* 1171. Si præter Festum *duplex* 1. *Classis* occurrat in die Octava alterius Festi simul etiam *Feria quatuor Temporum*, aut *Feria II. Rogationum*, tunc in Ecclesijs *Cathedralib.* & *Collegiatis* cantantur duæ Missæ, una de Festo post Tertiam, cum Commemoratione *Octavæ* tantùm, altera de Feria post Nonam cum Oratione 2. de B. V. pro Diversi. temp. & 3. *Ecclesiæ*, vel pro *Papa*, ac in fine utriusque dicitur Evangel. S. Joann: in *Officio* vero, & *Missis privatis* post Commemorat. *de Octava* fit Commemoratio de Feria, legiturque de eadem 9. Lectio in *Officio*, & ultimum Evangel. in *Missa*.

9. Si Festum *duplex* 1. *Classis* & Festum *semiduplex* eodem die simul occurrant, *Officium* fit de prox. Translatio de *secundo*. Nomine autem semiduplicis hìc rursum intelliguntur sola *Festa semiduplicia*, non autem Dominicæ, ut ut ritu semiduplici celebrari solitæ; nam hæc Festo duplici in ipsis occurrente non *transferuntur*, sed, si sint Dominicæ majores 1. Classis (uti sunt v. g. *Dominica I. Adventûs*, & *Dominica Quadragesimæ*) tunc ipsum Festum duplex in ijs occurrens, etiamsi sit 1. Classis, transfertur; si autem non sint *Dominicæ majores* 1. *Classis*, tunc *Officium*, & *Missa* juxta superius dicta fiunt de Festo occurrente &

Cla-

Classis, de Dominica verò fit Commemoratio cum 9. Lectione, & ultimo Evangelio de eadem respective in *Officio*, & *Missa*.

10. Si Festum *duplex* 1. *Classis* incidat in diem, quô simul occurrit Festum *simplex*, nihil omnino fit de *Festo simplici* illô annô, aut locô, etiamsi hoc singulis annis iniri contingat, utì fit, ubi S. Augustinus, vel S. Jacobus Major sunt *Titulares Ecclesiæ*, DEO in ipsorum honorem dicatæ: ubi enim S. Augustinus est *Patronus Templi*, ibi nunquam fit Commemoratio de S. Hermete Mart: nec unquam de S. Christophoro, ubi S. Jacobus est *Patronus*. Excipitur S. Anastasia Martyr, de qua fit Commemoratio, non quidem in *Officio*, attamen in *Missâ* Nativitatis Domini, sed tantummodo *secundâ*, quæ dicitur in aurora. Quærit Nonnemo: An non saltem in Casu, quô duplex 1. Classis incidit in diem, quo fit de S. Agnete secundò, facienda sit de illa Commemoratio in *Laudibus* & *Missa*, aut etiam dicenda 9. *Lectio* in Officio; cùm sit quasi memoria *Octavæ*? &. cùm Rubricæ Breviarij nec Generales, nec Speciales eam excipiant à Communi Regula, neque etiam aliquid inconvenientiæ videatur intervenire ex eô, quòd in Ecclesia aut Diœcesi aliquæ particulæ nihil fiat de memorato Officio simplici in casu, quo die illo alicubi aut semper, aut aliquando occurrit Festum dupl. 1. Classis, non ausim inconsulta Sede Apostolica, aut Sacr. Rit. Congregation. exceptionem à Communi Regula hujus Festi simplicis facere.

11. Si Festum *duplex* 1. *Classis* incidat in diem, quô alioquin in Ecclesia universali occurrit fieri de *S. MARIA in Sabbato*, Officium fit de *Festo* 1. *Classis*, nihil autem omnino illô annô, aut locô ibi de *S. MARIA in Sabbato*.

12. Si Festum *duplex* 1, *Classis* incidat in diem, quô simul occurrit *Feria major* (quales sunt *Feriæ* omnes ac solæ *Adventûs*, & *Quadragesimæ*, item Feriæ omnes *quatuor Temporum*, ac denique *Feria II. Rogationum*) regulariter *Officium* fit de Festo, de *Feria autem majore*, siquidem sit Feria *Adventûs*, aut *Quadragesimæ*, fit Commemoratio in utrisque Vesperis, & Laudibus; si autem sit *Feria quatuor Temporum*, aut *Feria II. Rogationum*, tunc de illa fit Commemoratio quantum ad Officium solummodo in Laudibus. Quòd si Feria major occurrens habeat proprium Evangelium (utì habent Feriæ omnes *Quadragesimæ*, item Feriæ omnes *quatuor Temporum*, ac *Feria II. Rogationum*, non autem *Feria* reliquæ *Adventûs*) tunc de Feria occurrente dicitur insuper 9. Lectio in Officio.

Ad Missam verò quòd attinet

net, si Festum *duplex* 1. *Classis* incidat in diem, quô simul occurrit *Feria major*, tunc, si *Feria* illa *major* non habeat proprium Evangel. (uti proprium non habent *Feriæ Adventûs*, exceptis *Feriâ IV.* VI. ac *Sabbato quatuor Temporum*) in Missa tam *conventuali*, quàm non-conventuali fit quidem Commemoratio de Feria occurrente, attamen sicut tunc non dicitur de ea nona Lectio in *Officio*, ità nec ultimum Evangelium in *Missa*. Si autem Feria illa major habeat proprium Evangelium (uti juxta dicta habent *Feria II. Rogationum*, item Feriæ omnes *Quadragesimæ*, & Feriæ omnes *quatuor Temporum*, etiam illæ tres, quæ veniunt in *Adventu*) tunc secuti in Officio Festi regulariter non tantùm fit de illa modô antè dictô Commemoratio, sed etiam dicitur de illa 9. Lectio, ità quoque in *Missis privatis* Festi non tantùm fit de tali Feria Commemoratio, sed etiam de eademmet dicitur in illis ultimum Evangelium, excepto casu, quô Festum Exspectationis Partus B. V. alicubi indultum incidit in Feriam IV. quatuor Temporum Adventûs, de quo *P. 1. T. 46. f.* 303. Dixi *in Missis privatis*; nam in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* cantantur tunc duæ *Missæ Conventuales*, una de Festo post Tertiam sine Commemoratione *Feriæ*; altera post Nonam de Feria illa majore, nempe seu *Quadragesimæ*, seu *secunda Rogationum*, seu *quatuor Temporum* occurrente, sine Commemoratione Festi, sed cum oratione 3. de B. V. pro Diversitate temporis, & 3. Ecclesiæ, vel pro Papa, dicitúrque in fine utriusque Evangelium S. Joan.

Dixi præterea ab initiô hujus numeri: *regulariter loquendo officium* & *Missam* modô hactenus declaratô ordinari in casu, quô Festum *duplex* 1. *Classis*, & Feria *major* eadem die occurrit: excipitur enim 1. *Feria IV. Cinerum*. Excipiuntur 2. *Feriæ omnes majoris Hebdomadæ*, quæ omnes cùm sint *privilegiatæ* contra quodcunque Festum 9. Lectionum, etiam 1. Classis, ideo si Festum *Feria IV. Cinerum*, aut *infra octavam majorem Hebdomadam* occurrat, transferri id debet; Officium autem & Missa fieri de Feria, ut ibi ità, ut nec in ea Ecclesia, in qua tali feria alioquin est *Titulus Ecclesiæ*, aut magnus Populi concursus, possint cantari duæ Missæ, una de die, altera de Festo juxta Rubricas Gen. novam Missal. Tit. VI.

13. Si Festum *duplex* 1. Classis occurrat eodem die, quô simul occurrit *Vigilia*, *Officium*, & *Missa* Festi, de *Vigilia* autem nihil fit neque in *Missa*, quam in *Officio*, v. g. in casu, quô Festum solemne SS. Corporis Christi venit in *Vigilia S. Joannis Baptistæ*. Excipitur tamen *Vigilia Nativitatis Domini*, quæ [illegible]

dit etiam Festo, ac proinde si Festum duplex 1. *Classis* in ea occurrat, transferri id debet in aliam diem *Festo duplici*, aut *semiduplici* non impeditam, *Officium* autem fieri de *Vigilia Nativitatis* ut ibi. Excipitur 2. *Vigilia Pentecostes*, in qua (utpote privilegiatâ contra quodcunque Festum in ea occurrens) si occurrat *Festum duplex*, etiam 1. *Classis*, eô post Festum SS. Trinitatis translatô, *Officium* & *Missa* dicuntur de *Vigilia*, ùt suô locô notatur. Excipitur 3. *Vigilia Epiphaniæ* (est hæc una illarum, quæ non jejunantur, ut Rubricistæ loquuntur) quæ licèt cedat cuicunque *Festo duplici* in ea *occurrenti*, non item Festo *semiduplici*, nec etiam *duplici translato*, si tamen etiam *Festum duplex* 1. *Classis* in ea *occurrat*, fieri de illa debet Commemoratio in 1. *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa* (non autem tunc de Festo simplici S. Telesphori Pap. ac Mart.) & dici 9. Lectio de Homil. ejusdem Vigiliæ in *Officio*, ac ultimum de eadem Evangelium in *Missa*. Excipitur 4. *Vigilia Ascensionis Domini* (quæ est altera illarum duarum, quæ non jejunantur) in qua si occurrat Festum 9. Lectionum, dicuntur quidem *Officium* & *Missa* de Festo occurrente, fieri tamen debet (nisì *Festum* illud sit *duplex* 1. *Classis*, utì est v. g. *Festum Patroni*) Commemoratio de *Vigilia*, in *Laudibus* ac *Missa* tantùm, nec non dici etiam 9. Lectio de Homilia ejusdem Vigiliæ in *Officio*, & ultimum de eadem Evangelium in *Missâ*, intellige privatâ, imò etiam principali illarum Ecclesiarum, in quibus tantùm una dicitur Missa: Nam in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis*, ubi plures Sacerdotes quotidie celebrant, cantari tunc debent 3. *Missæ Conventuales*, prima de Festo post Tertiam. Secunda de *Vigilia* post Sextam, & Tertia de *Rogationibus* post Nonam, & in unaquaque earum 2. Oratio erit de B. MARIA (si dicenda sit) 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa. In Festo autem duplici 1. Classis nullam *Vigiliæ Ascensionis* faciendam esse Commemorationem expressè tradit Bauldry P. 4. c. 13. n. 1. constátque ex Dictis suprà suô locô, probante idipsum ex ipsis Breviarij Rubricis Gavanto *Tom. I. P. 4. Tit. 15. n. 9. &c.* Et hæc de Occurrentia *Festorum duplicium* 1. *Classis*: quibus tamen hîc est superaddendum, quòd licèt, si Festum etiam duplex 1. aut 2. Classis occurrat in *Dominica I. Adventûs*, aut *Feria IV. Cinerum*, aut in *Dominica I. Quadragesimæ*, aut in *Dominica Palmarum*, aut *die* alio *quocunque* infra *majorem Hebdomadem*, aut in *Dominica Resurrectionis*, vel *Pentecostes*, aut *Feria II. & III. Paschæ*, vel *Pentecostes*, aut in *die Nativitatis Domini*, aut in Festo *Epiphaniæ*, aut Festo *Ascensionis Domini*, aut denique in Festo *Corporis Christi*, de ejusmodi Festo 1. vel 2. Classis in hujusmodi die-

diebus privilegiatis ne quidem *Missam Votivam solemnem, cantare*, aut facere Commemorationem etiam ibi liceat (seclusô speciali privilegiô, aut consuetudine legitimè præscriptâ) ubi ejusmodi Festum est Titulus Ecclesiæ, vel Concursus Populi ad illud celebrandum, utì nec *pro re gravi*, idque per Rubric. Gen. VI. Missalis recogniti: posse tamen per eandem Rubricam de ejusmodi Festo, quando majori aliquo Festo, aut Dominicâ impeditur, quò minùs die suo proprio celebrari id possit, Missam Votivam solennem alijs *diebus privilegiatis* cantari in ijs Ecclesijs, in quibus ejusmodi Festum vel est *Titulus*, vel in quibus ad illud celebrandum est *Populi concursus*, ità tamen, ut in ejusmodi casu, ac loco tali die cantentur duæ Missæ, una de die *currente*, post Tertiam, aut Horam congruentem, altera *de Festo transferendo* post Nonam, &, siquidem admittat *Credo*, etiam illud dicatur in hac Missa, utì & Evangelium S. Joannis in ejus fine; in *Missis* verò *privatis* fieri tunc posse *Commemorationem* de Festo transferendo, tradit Bauldry *Manual. P. 3. cap. 7. Tit. 6.* ubi addit, si ejusmodi Festum occurrat in quatuor Temporibus Pentecostes, utramque prædictam Missam Solemnem cantandam esse post Nonam, & quidem illam, quæ est de *Festo transferendo*, cantandam esse ultimô locô. Vide Gerlac. P.I. Tit. 6. in Annot. § 1. & 2.

De Festorum duplicium 1. Classis Concurrentia.

Festum duplex 1. *Classis* admittit in *primis* suis *Vesperis* Commemorationem 1. de præcedenti Festo alio *duplici* 1. *Classis*, attamen inferiore, seu *minùs digno*, secum in illa concurrente. 2. de *Festo duplici secundæ Classis*, nequaquam verò de alijs *Festis duplicibus*, seu *majoribus*, seu *minoribus*, per *annum*, multò minùs de *Festis semiduplicibus*, aut *simplicibus*. 3. De qualibet *Dominica majore* 1. vel 2. *Classis*, non item de *alijs Dominicis per annum*: unde etiam in casu, quo post Festum 1. Classis minùs dignum occurrens in Dominica, sequatur Festum aliud duplex 1. Classis, sed dignius, in hujus primis Vesperis, quas istud integras habet, fieri debet Commemoratio solius Festi præcedentis *minùs digni*, non autem etiam Dominicæ præcedentis: & ità practicatur, quando alicubi Festum *Patroni* (quod juxta Gav. tanquam *Festum minùs dignum* cedit Dedicationi *Ecclesiæ*) occurrit in Dominica, hanc autem immediatè sequitur *Festum Dedicationis*. Plura Vid. P. II. die 24. & 28. Jun. 4. De *Octava*, non quidem qualiber, sed tantùm sequentibus quinque, nempe *Nativitatis Domini*, *Epiphaniæ*, *Paschæ*, *Ascensionis*, & *Corporis Christi*, non item de *die Octava* aliorum Festorum.

§.

§. De *Feria majore* qualibet *Adventûs*, & *Quadragesimæ*, non tamen de alia *feria majore*, aut *minore per annum*. 6. de die *infra Octavam* Nativitatis Domini, Epiphaniæ, & Corporis Christi tantùm; Nam de diebus aliis infra quamcunque aliam Octavam (etiam Ascensionis Christi) secum concurrentibus in *primis* suis Vesperis, duplex 1. Classis non admittit Commemorationem, utì nec de Præcedente *Vigilia*, nec de *B. M. V. in Sabbato*, utpote quarum Officia ad Nonam jam terminantur.

In *secundis* verò suis *Vesperis* admittit *Festum duplex* 1. *Classis* Commemorationem 1. De sequente alio Festo 1. Classis, sed *inferiore*, seu *minùs digno* : Nam si Festum sequens 1. Classis sit *dignius*, tunc Vesperæ secundæ Festi præcedentis sunt integræ de Festo subsequente ejusdem quidem Classis, attamen *digniore*, seu *magis solemni*, ùt dicitur in Rubric. Gener. XI. de *Concurrentia Offic.* n. 2. Si verò utraque quoad dignitatem sint æqualia, seu ejusdem solemnitatis, tunc, ut ibidem dicitur, Vesperæ secundæ Festi præcedentis usque ad Capitulum sunt de ipso, à Capitulo verò fit saltem regulariter de sequenti, cum, Commemoratione præcedentis. Dixi : *regulariter*; nam ubi 30. Jun. fit Offic. S. Pauli in Eccl. propr. ibi Vesp. integræ dicuntur de S. Paulo, cum Commem. S. Petri ùt ibi, & Dominicæ sequentis tantùm, si quæ sequatur. In Ecclesia autem, universali dicuntur, ùt suô locô notatur in Breviar. At Solvendum hîc occurrit dubium ad Materiam alioqui de *Patrono* aut *Titulari* spectans, quod oritur ex *Tabula Concurrentiæ*, mihique à Nonnemine in scripto his ferè verbis fuit propositum : Tabula (*inquit*) Concurrentiæ in Concurrentia *duplicis* 1. *Classis* cum *Patrono*, vel *Titulari*, & vicissim, in Quadrangulo utrique respondente notat Litteram O : in prævia autem Instructione (factâ ad Tabulas *Occurrentiæ* & *Concurrentiæ* ritè intelligendas) monet, litteram o significare talem concurrentiâ fieri non posse, vel, si fieri possit, speciales pro ea Concurr: suô locô extare Rubr. já verò Concurr: hanc possibilé esse, extra controversiam est : restat ergo, ut proferantur illæ speciales Rubricæ, ad quas se illa *Concurrentia* referat : Tabula enim ista non refert se ad Rubricas, quæ solæ proinde hanc litem decidere debent. Præterea hæ Rubr: tales esse debent, ut ob illas non possit in illo Quadrang: poni num. 6. qui indicat de! digniore dicendas esse integras Vesp. aliàs frustra Literâ O poneret, sed potiùs n. 6. hunc ergò cùm nec ponat, nec ponere possit, signû est, Vesp. interdû integras dici debere de minùs digno. Ità ille, cui ego breviter 8. In casu *ejusmodi concurrentiæ* procedendum esse (meô equidem judicô) tum modô paulò antè hîc à

 me

me relatô, tum etiam à Claudio Arnaud. Epitom. Tr. 2. P. I. Tit. 11. n. 3. totô, nec non Tit. 12. n. 10. in fin. descriptô. Ad Quæsitum verò, quænam sint illæ *Speciales Rubricæ*, ad quas Tabula Concurrentiæ per positionem litteræ O in Quadrangulo, in quo *duplex* 1. *Classis*, & *Patronus*, seu *Titularis Ecclesiæ* conveniunt, se referat? ℞. unam earum esse illam, quæ Officio *S.* Pauli in propria Ecclesia ante diem 30. Junij in Breviario Roman. præfigitur, ac proinde Litteram O in allegato Quadrangulo jam non frustra poni. Ad aliorum verò Festorum 1. Classis cum *Patrono*, seu *Titulari Ecclesiæ*, & hujus cum illis concurrentias quod attinet, ponendo in illo Quadrangulo Litteram, seu ciphram O tacitè nos remittere ad ipsam Rubricam Gener. XI. ex qua desumpta est *Tabula Concurrentiæ*, ubi n. 2. etiam pro hujusmodi Festorum Ordinando concursu sufficienter est provisum, si ritè ea expendantur, quæ ibi in principio, & fine illius numeri habentur, esto id ex allegato Tabulæ Concurrentiæ Quadrangulo colligi non possit; cùm juxta Regulam Juris 1. *ff. de Reg. Jur.*. Non ex *Regula*, sed ex *Jure* (ex quo fit Regula) desumendum sit Jus; Regulas autem propriè dictas esse *Tabellas* de *Occurr*: & de *Concurr*: excerptas videlicet ex Rubricis Generalibus, probat Gobat Tr. 5. n. 658. in Appendice Casus Septimi lit. d. Certè Rubricâ à me allegatâ, non autem Quadrangulô illô, in qua *Festi duplici* 1. *Classis*, & *Patroni* seu *Titularis*, aut vicissim *hujus* cum illo fit Concursus in *Tabula Concurrentiæ*, niti potest Praxis Directorij Romani, plurimique aliorum perinde exactorum, quando in Festo Nativitatis Domini præscribunt, ac monent: *In* 1. *Vesperis* illius diei *faciendam esse de S. Stephano solummodo Commemorationem, etiam in propria Ecclesia.* Atque hæc ad dubium circa *Concurrentiam Festorum* 1. *Classis* cum Festo *Patroni*, aut *Titularis Ecclesiæ* mihi propositum: ex quibus simul confirmatur id, quod alibi non semel insinuavi, videlicet Tabulas *occurrentiæ*, & *concurrentiæ non ità esse* universales, ut ex ijs præcisè omnia decidi possint, aut etiam debeant, quæ in hac materia occurrere possunt seu dubia, seu controversiæ, sed sæpius ad ipsas Rubricas, eâsque non modò speciales, sed aliquando etiam Generales esse recurrendum, id nî fiat, vel ignorare quis perget, quid in hoc, aut illo casu sit faciendum, aut etiam in positivum errorem inducetur, ùt, si in casu, quô hodie v. g. factum est sub Ritu duplici 2. Classis de Festo Inventionis S. Crucis, incidente in *Dominicam infra Octavam Ascensionis Domini*, tu dubites, an in hodiernis Vesperis faciendâ sit Commemoratio non solùm de

De-

Dominica hodie occurrente, & Festo semiduplici cras subsequente (nempe de S. Monica) sed etiam de die quinta infra Octavam Ascensionis (cum qua pariter in hodiernis Vesper: secundis in eo casu datur concursus) ut ad eximendum tibi hoc dubium recurras ad solam *Tabulam Concurrentiæ*, eáque inspectâ in 2. illis Vesperis facias omnino Commemorationem de *die subsequente infra Octavam*, eò quòd ibi absolutè asseratur : *Festo duplici 2. Classis in 2. suis Vesperis Concurrente cum die infra Octavam non privilegiatam faciendam esse Commemorationem diei illius infra Octavam* : liceat enim id, quod ibi asseritur in Tabella Concurrentiæ, sit verum in casu, *quo sequenti die fit Officium de die infra Octavam non privilegiatam*, non tamen est verùm in casu, quo *sequenti die infra Octavam* (hoc est postridie Festi *duplicis* 2. *Classis*) non fit Officium de *die infra Octavam*, sed de Festo 9. Lectionum, utì fit in nostro; tunc enim in Vesperis secundis Festi duplicis 2. Classis omittendam esse Commemorationem *diei infra Octavam non privilegiatam* nunc occurrentem, manifestum est ex Rubr. Gener. Tit. 9. n. 6. consequenter in errorem te inducet tuus ille ad *Tabellam Concurrentiæ* in hoc casu Recursus, prout plures ad eam præcisè recurrentes in simillimo casu annô 1674. induxit, utì videre est apud P. Gob. loc. proximè cit. *lit. g. & h.* 2. Admittit Festum duplex 1. Classis in Vesperis suis secundis Commemorationem de sequente *duplici Festo* 2. *Classis* : Item 3. de *duplici majore*, ac *minore per annum*, exceptô Festô Sanctor. Petri & Pauli, in quorum secundis Vesperis in Ecclesia universali non fit Commemoratio de sequente Festo duplici Comemorationis S. Pauli juxta *Rubr. propr. ibi.* 4. Admittit Commemorationem de sequenti quoque *Festo semiduplici.* 5. De sequente quacunque *Dominica*, etiam *minore*, seu *per annum.* 6. Non modò de occurrente, sed etiam sequente quacunque *die Octava.* 7. *De die infra Octavam privilegiatam Nativitatis Domini, Epiphaniæ*, & *Corporis Christi*, non autem de *die infra* quamcunque *aliam Octavam* occurrente, etiam in casu, quô postero die fiet Officium de illa. 8. *De Feria majore Adventûs*, & *Quadragesimæ*, non item de *aliis Ferijs*, utì nec de *Vigilia*, nec de *Festo simplici*, nec de *B. M. V. in Sabbato.*

Quas verò Commemorationes in *Laudibus*, & *Missa Festa duplicia* 1. *Classis* admittant, vel non admittant, constat ex antè dictis de eorumdem Occurrentia.

§. II.

§. II.

De Occurrentia, & Concurrentia Festorum duplicium 2. Classis.

FESTA DUPLICIA 2. CLASSIS (in quibus de Festis simplicibus fit Commemoratio in Laudibus & Missis privatis tantùm) in Breviario Romano descripta sunt sequentia : *Circumcisio Domini* : *Festum SS. Trinitatis* : *Purificatio B. V. M. Annuntiatio ejusdem* : *Nativitas B. V. & Conceptio ejusdem* : *Natalitia Ss. Apostolorum* Andreæ, Thomæ, Joannis, Mathiæ, Philippi & Jacobi, Jacobi majoris, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Judæ Thaddæi : *Festa Ss. Evangelistarum Marci & Lucæ* : *Festum S. Josephi* : *Inventio S. Crucis* : *Festum S. Laurentii* : *Dedicatio S. Michaëlis Archangeli* : quibus Gav. & alij addunt *Festum S. Stephani*, & *Ss. Innocentium MM.* ijsdem addendum quoque est in Terris Augustissimo Romanorum Imperatori subjectis Festum *S. Angeli Custodis*, habens inibi Octavam.

De Occurrentia Festorum duplicium 2. Classis.

1. SI Festum duplex 2. Classis incidit in *Dominicam* aliquam *majorem* 1. vel 2. *Classis* (quales sunt suprà §. 1. hujus Tituli n. 1. & 2. enumeratæ) Officium, & Missa dici debent de *Dominica* tunc occurrente; Festum autem duplex II. Classis, tunc transferri in diem aliam eámque proximam non impedientem Festô 9. Lectionum. Quòd si vera Festa duplicia 1. vel 2. Classis sint transferenda, tunc id, quod est Ritûs altioris, ideſt 1. Classis regulariter priùs transfertur, quàm id, quod est Ritus *inferioris*, seu tantùm 2. Classis: inter plura autem *ejusdem Classis* id, quod est *magis solenne*, itidem prius transfertur ac priùs celebratur; alioqui, si sint omnino *æqualia*, tamen ante aliud regulariter est transferendum eo ordine, quô erant celebranda in proprijs diebus, si non fuissent translata. *Rubr. Gener. n.* 7. Dixi : *regulariter*; nam ex recentiori Dispositione Sac. Rit. Congregation. in casu, quô *Festum S. Josephi*, & *Festum Annuntiationis B. Virgin.* simul sunt transferenda, priùs faciendum est de *Annuntiatione*, quàm de *S. Joseph*, & Casu quô Festum Annuntiationis B. V. occurrit Feriâ sextâ in Parasceve, vel in Sabbato Sancto, transfertur Annuntiationis Festum unà cum obligatione *audiendi Missam*, & *vacandi ab Operibus servilibus* in Feriam II. post

post Dominicam in Albis, protrahi ad aliam diem Festo aliô in ea occurrente, nisi hoc fuerit duplex 1. Classis : Nam si in ea Feriâ II. occurreret Festum *altioris Ritûs*, seu *primæ Classis*, cederet quidem illi *Annuntiatio*, ac ulteriùs hæc foret tunc transferenda in *Choro* (ideſt, quoad *Officium*, & *Missam*) non tamen perinde etiam in *foro*, seu quoad *obligationem audiendi Missam*, & *vacandi ab operibus servilibus*. Quòd si alicubi in prædicta Feria II. post Dominicam in Albis occurreret quidem duplex 1. Classis, at ibidem Annuntiatio quoque celebraretur sub *eodem ritu* (eò quòd v. g. esset *Titulus Ecclesiæ*) tunc duplex illud aliud 1. Classis esset transferendum, & celebranda Annuntiatio Feriâ illâ II. Idem dicendum in casu, quo *Annuntiatio*, & *Festum aliud* 1. *Classis* simul *transferuntur*, adeoque hoc posterius non occurrit in ipsa Feria II. post Dominicam in Albis; tunc enim Feriâ illâ II. pariter faciendum est de *Annuntiatione*, & *Festum duplex* 1. *Classis* ulteriùs transferendum, non obstante quòd Annuntiatio sit tantùm *duplex* 1. *Classis* : quia nempe prædicta Feria II. pro casu hactenus declaratæ *Translationis* Festi Annuntiationis respectu hujus est dies fixa à Sacr. Rit. Congr. ut dictum suprà P.II. die 25. Mart. (quò Lectorem remitto) additis ijs, quæ *infrà Tit. ult. V. Annunt.*

2. Si Festum *duplex* 2. *Classis* incidat in *Dominicam per annum*, sive *minorem*, tunc *Officium*, & *Missa* dicuntur de Festo, cum Commemoratione Dominicæ in *utrisque Vesperis* (nisi quoad secundas obstet Commemorationi de *Dominica* concursus cum sequente alio Festo 1. vel 2. Classis) uti & in *Laudibus*, ac *Missa*, nec non cum 9. Lectione de Homil. ejusdem Dominicæ in Offi io, & ultimo de eadem Dominicâ Evangelio in *Missa*.

3. Si Festum *duplex* 2. *Classis* occurrat eodem die, quò simul occurrit Festum *duplex* 1. *Classis*, Officium fit de Festo 1. Classis, Festum autem 2. Classis transfertur.

4. Si duo *Festa* 2. *Classis* occurrant eodem die Officium fit de *Privilegiato*, Translatio autem de *Non-privilegiato* : quòd si neutrum præ altero sit *privilegiatum*, Officium fit de *digniore*, Translatio verò de *minùs digno* : duplicia autem 2. Classis contra quodcunque aliud Festum non modò 2. sed etiam 1. Classis *privilegiata* sunt Festum *Circumcisionis*, & Festum *Ss. Trinitatis* : item pro casu *Translationis* (de quo paulò antè numero 1.) Festum *Annuntiationis B. V.* Quodnam verò ex pluribus Festis 2. Classis non privilegiatis dignius altero sit censendum, atque adeò simul occurrenti præferendum, Colligendum est ex dictis præcedenti §. *de occurrentia Festorum* 1. *Classis*, n. 4. *& alibi.*

5. Si

5. Si Festum *duplex* 2. *Classis* occurrat eodem die, quò simul occurrit Festum *duplex per annum* (seu *majus*, seu *minus*) Officium fit de *primo*, Translatio de *secundo*.

6. Si Festum *duplex* 2. *Classis*, & *dies infra Octavam*, simul occurrant, tunc, nisi Octava illa sit una ex privilegiatis, *Officium* fit de *Festo*, nihil autem de *die infra Octavam* : si autem sit Octava privilegiata 1. Classis (quales sunt *Paschæ*, & *Pentecostes*) nihil fit de ullo Festo 9. Lectionum infra talem Octavam, sed transfertur post illam; si sit Octava privilegiata 2. Classis (qualis est Octava Epiphaniæ) pariter infra illam nihil fit de Festo *duplici* 2. *Classis*, esto infra illam fiat de Festo *duplici* 1. *Classis* : si denique sit Octava privilegiata 3. Classis (qualis est *Octava SS. Corporis Christi*) fit quidem infra illam de *Festo duplici secundæ*, aut etiam *inferioris Classis occurrente*, non tamen de *duplici translato*, nisi sit 1. *Classis*, uti est Festum *Nativitatis S. Joannis Baptistæ*, & *Ss. Apostolorum Petri & Pauli*, ùt ibi : Quandocunque *autem infra Octavam Corporis Christi* fit Officium de Festo duplici *occurrente* quocunque (etiam 1. Classis) semper fieri debet in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac Missa etiam Commemoratio de *die infra illam Octavam*. Idem est si *infra Octavam Nativitatis Domini* fiat de Festo duplici, aut aliô 9. Lectionum : Nam tunc pariter in *Officio* & *Missa* Festi facienda est dictô modô Commemoratio etiam de *Octava Nativitatis* : circa aliorum verò Festorum Octavas, infra eandem Nativitatis Octavam simul occurrentes, sunt observanda in *Officio*, & *Missa* ibi prescripta, nec non suprà, ac alibi à me annotata. Si *infra Octavam* aliquam unà cum Festo *duplici* 2. *Classis* occurrat *Feria major quat. Temporum*, aut *II. Rogationum*, Missa Ordinaria est juxta Rubric. General. 3. Missal. *n.* 2. Rationem verò, cur Festum *duplex* 2. *Classis* admittat Commemorationem Festi *simplicis* (in *Laudibus*, & *Missis privatis*) nullô item modô *diei infra Octavam* non privilegiatam, Gav. dat hanc : quia *de Octava* fit sæpius, *de simplici* autem nonnisi semel, nempe eô tantùm die, quô occurrit.

7. Si Festum *duplex* 2. *Classis* & *dies Octava* alterius Festi eodem die simul occurrant, Officium fit de Festo, Commemoratio autem de *Octava* in *utrisque Vesperis* (nisi quoad secundas Commemorationis de *die Octava* obstet concursus cum sequente duplici 1. Classis) uti & in *Laudibus*, ac *Missa*. Excipitur *Octava Nativitatis Domini*, & *Epiphaniæ*, quarum utraque est privilegiata contra quodcunque Festum in ipsis occurrens, quod proinde est transferendum. Idem est de quocunque Festo occurrente, in die Octa-

tam Paschæ, & Pentecostes. Quòd autem in die Octava Ss. Corporis Christi celebrari possint non modò Festa 1. sed etiam 2. Classis (attamen ea sola, & cum Commemoratione diei Octavæ) videtur quidem ex Rubrica X. Brev. de Translat. Festor. n. 2. item ex Gavant. Tom. 2. s. 3. c. 8. n. 12. ad mentem Nonnullorum probari posse, de quo suprà P. II. At vide simul dicta P. I. T. 32. à f. 204. ac P. III. f. 89. & ut sequaris tibi sum auctor.

Si præter Festum *duplex* 2. Classis, in *die* alia *Octava* occurrens, occurrat simul *Feria quatuor Temporum*, aut *Feria II. Rogationum*, tunc *Officium* & *Missa* ordinanda sunt ut suprà §. I. de Occurrentia Festorum 1. Classis *n.* 8. *in fine*.

8. Si Festum *duplex* 2. *Classis* & *Festum semiduplex* simul occurrant, Officium fit de primo, translatio de secundo.

9. Si Festum *duplex* 2. *Classis* incidat in diem, quô simul occurrit Festum *simplex*, Officium, & Missa sunt de *Festo duplici* 2. *Classis*, de *simplici* autem fit tantùm Commem: & quidē in solis *Laudibus*, & *Missis primus Festi duplicis* : quòd si tamen habeat propriam Lectionem (unam, vel duplicem) dicitur quoque tunc de illo 9. Lectio in *Officio*, nisi simul occurrat *Dominica*, vel *Vigilia*, vel *Feria major* habens proprium Evangelium; tunc enim omissa pro illo anno aut loco Lectione de *Festo simpl.* dicitur 9. Lect. de Homil. occurrentis *Dominicæ*, vel *Vigiliæ*, vel *Feriæ majoris*; de *Festo* autem *simplici* fit eô annô post Commemorationem de Dominica, aut Feria *majore*, aut de *Vigilia*, duntaxat Commemoratio in *Laudibus* & *Missis privatis*. Quòd si *simplex* occurrens propriam Lectionem non habeat, non dicitur de eo nona Lectio de comuni Sanctorum, esto forsan in Breviario ipsi aliqua de *Communi* assignetur (uti v. g. assignatur pro S. Petronilla) nempe pro casu, quô Officium fit de *simplici*, non autem de alio Sancto 9. Lectionum. Si Festum duplex, in quo occurrit simul *Festum simplex*, ob *Dominicam* vel *Diem* aliam *privilegiatam* transferatur, non propterea etiam facienda alioqui de Festo simplici Commemorat. transfertur, sed fit semper proprio die, nisi à Festo solemniori, puta 1. Classis, penitùs excludatur : idem est de Lectione propria simplicis, quæ tamen posterior etiam omittitur tunc, quando fit de simplici Commemoratio in Dominicis, in quibus non dicitur *Te DEUM Laudamus*, sed locô hujus nonum Responsorium, uti contingit in *Dominicis majoribus primæ & secundæ Classis*. Quomodo ordinanda autem sit Missa, si præter Festum simplex occurrat simul *Vigilia*, aut *Feria major* in Festo *duplici* 2. *Classis*, vide Rubr. 3. Missal. *n.* 1. item suprà P. II. suis locis.

10. Si Festum *duplex* 2. *Classis* incidat in diem, quô alioquin in Ecclesia universali occurrit fieri de S *MARIA in Sabbato*, Officium fit de *Festo dupl.* 2. *Classis*, nihil autem omnino illò annô, aut locô de *S. MARIA in Sabb.*

11. Si Festum *duplex* 2. *Classis*, & *Feria major* eodem die simul occurrant, Officium, & Missa circa utrumque ordinantur eô modô, quô suprà § 1. *n.* 12. in Occurrentia *Festi duplicis* 1. *Classis*, & *Feriæ majoris* simul.

12. Si Festum *duplex* 2. *Classis* occurrit eodem die, quô simul occurrit *Vigilia*, Officium fit de Festo, de *Vigilia* autem (Arnaudo Teste *Tr.* 2. *P.* 1. *Tit.* 9. excipiente sola Festa *duplicia* 1. *Classis*, cum Gavanto *Tom.* 2. *s.* 3. *c.* 7. *n.* 3.) fit Commemoratio in *Laudibus*, & *Missa*, dicitúrque de eadem 9. Lectio in Officio, & ultimum Evangelium in *Missa*. Excipitur 1. *Vigilia S. Mathiæ*, si veniat in *Quadragesima*; quia si veniat in *Quadragesima*, nihil fit de ea in Officio, sed tantùm Commemoratio in Missa post Commemorationem de *Feria Quadragesimæ*; nec dicitur de Vigilia ùltimum tunc Evangelium. Cæterùm in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur tunc duæ *Missæ Conventuales*, una post Tertiam de Festo in Colore Festo Conveniente, in qua, si sit Festum *duplex*, nulla fit Commemoratio, nisì Festi *simplicis* occurrentis; si verò sit *semiduplex*, 2 Oratio erit de Festo *simplici*, occurrente. 3. à *Cunct.* aut, si non occurrat *simplex* 2. Oratio à *Cunct.* 3. *Omnipotens sempiterne DEUS*, cum *Gloria* : Tractus, ac Præf. Quadrages. nisì Festum occurrens propriam habeat. Altera post Nonam de Feria, cum Oratione 2. de *Vigilia*. 3. à *cunct.* Præf. Quadrag. *Col. Viol.* & in fine utriusq; dic. Evang. S. Joan. Excipitur 2. *Vigilia S. Andreæ* quando venit in Adventu; tunc enim pariter in *Officio* nihil omnino fit de *Vigilia*, fit tamen in *Missa Festi* occurrentis de eadem Commemoratio, & post illam etiam *Feriæ Adventus*, necnon post hanc quoque *Simplicis* (attamen hujus in solis *Missis privatis*, siquidem Festum in Vigilia occurrens fuerit duplex 2. Classis) in fine quoque Missæ Festivæ dicitur tunc ultimum Evangelium de *Vigilia*. Excipitur 3. *Vigilia S. Thomæ Apostoli* : Nam de illa, utpote semper veniente in *Feria majore Adventûs*, nihil unquam fit, nequidem Commemoratio, in *Officio*, fit tamen de ea Commemoratio in *Missa Festi* 9. *Lectionum* occurrentis, cum ultimô de eadem Vigilia Evangeliô, ad eum modum, quô paulò antè dictum de Vigilia S. Andreæ, veniente in Adventu, nisì memorata Vigilia S. Thomæ veniat simul in *quatuor Temporibus*; tunc enim Commemoratio 1. in Missa Festi, & ultimum

cum in Missis privatis Evangelium fit de *Feria quatuor Temporum* Adventûs, & de *Vigilia* fit tantùm in ea Commemoratio secundô locô: in *Ecclesiis* autem *Collegiatis* & *Cathedralibus* tunc rursum dicuntur duæ Missæ Conventuales, una de *Festo*, post Tertiam, sine Commemorat Feriæ, ac *Vigiliæ*, sed Festi *simplicis* tantùm (siquod occurrat unà cum Festo duplici occurrente) cui tamen Commemorationi adjiceretur Oratio de B. V. *DEUS, qui de B. MARIÆ V. Utero &c.* si Festum in *Vigilia* occurrens fiet tantùm *semiduplex*: Altera post Nonam de *Feria quatuor Temporum Adventus*, cum Commemoratione Vigiliæ, & 3. Orat. de B. V. Excipiuntur tamen *quat. Vigiliæ* nempe *Nativitatis Domini*, & *Pentecostes*, item *Epiphaniæ*, & *Ascensionis Domini*, in quibus si occurrat *Festum duplex* 2. *Classis*, aut aliud 9. Lectionum, eôdem modô procedendum est, quô suprà §. 1. n. 13. dixi esse procedendum, si in aliqua illarum occurrat Festum *duplex* 1. *Classis*, nisi quòd in *Laudibus*, & *Missis privatis* faciendâ quoque sit simul Commemoratio *Festi simplicis* occurrentis, quando Festum duplex in *Vigilia Epiphaniæ*, aut *Ascensionis* occurrens non est duplex 1. sed tantùm 2. Classis. Et hæc de Occurrentia *Festorum duplicium secundæ Classis*:

nunc etiam

De Festorum duplicium 2. Classis Concurrentia.

SI Festum *duplex* 1. *Classis* in suis secundis Vesperis *concurrat* cum *Festo duplici* 2. *Classis*, non dicuntur hujus 1. Vesperæ de ipso, sed integræ dicuntur de *Festo duplici* præcedente 1. *Classis*, cum Commemoratione *duplicis* 2. *Classis*, cui superadditur Commemoratio *Dominicæ sequentis*, si quæ sequatur, aut etiam antecedentis (siquidem hæc posterior sit *Dominica major* 1. vel 2. *Classis*, & non tantùm *Dominica minor per annum*) aut *Feriæ majoris* Adventus, vel Quadragesimæ, si currat Tempus *Adventuale*, vel *Quadragesimale*, & non sit *Sabbatum*, vel *Dominica*. Hæc eadem *regulariter* sunt observanda, si *Festum duplex* 2. *Classis dignius* in suis secundis Vesperis concurrat cum *Festo duplici* 2. *Classis minùs digno*, nisi scilicet aliter suis locis notetur: quod additur propter Festa *SS. Stephani*, *Joannis Evangelistæ*, ac *Innocentium MM.* quorum primæ ac secundæ Vesperæ in mutuo eorumdem Concursu eô dicuntur modô, quô eas dicere jubet Rubrica suis notata locis. Si autem *Festum duplex* 2. *Classis* hodiernum in suis secundis Vesperis concurrat cum Festo sequenti alio duplici 2. Classis *æqualis dignitatis*, & *non privilegiato*, tunc dividunt Vesperas, ac proinde

 us-

usque ad Capitulum dicuntur de præcedente, à Capitulo autem de subsequente, nisì rursum (ùt circa 3. prædicta Festa *S. Stephani*, S. *Joannis Evangel.* & *Ss. Innocentium MM.* contingit) aliter eas dicere jubeat Rubr. propriò notata locô. Ad alias *Festorum duplicium* 2. *Classis* Concurrentias in *primis Vesperis* quod attinet

2. Festum *duplex* 2. *Classis* admittit in *primis suis Vesperis* Commemorationem 1. de *antecedente Dominica majore* tam 1. quàm 2. *Classis*, non item de *antecedente Dominica minore*. 2. De *antecedente duplici majore*, ac *minore per annum*, non item de antecedente *Festo semiduplici*, nec etiam de simplici subsequente : imò datur *Festum duplex* 2. *Classis* (unicum tamen) quod etiam Commemorationem *Festi duplicis minoris* à suis *primis Vesperis* excludit, nempe Circumcisio Domini, in cujus *primis Vesperis*, ùt ibi propria habet Rubrica, non fit aliqua Commemoratio in Ecclesia universali de S.Silvestro, ut ut ille sit *duplex minus per annum* in Ecclesia universali. 3. admittit in primis suis Vesperis Commemorationem de *die Octava* quacunque, tam præcedente, quàm subsequente, non item de *die infra Octavam non privilegiatam* occurrente : ad *privilegiatas* autem *Octavas* quod attinet, constat ex suprà dictis, de tribus Octavis fieri Commemorationem in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, quocunque Festo infra eas adveniente, nempe de *Octava Nativitatis Domini*, *Epiphaniæ*, & *Corporis Christi*, infra quarum *secundam* tamen non fit de *duplici* 2. *Classis*, sed tantùm de *duplici* 1. *Classis*; infra tertiam verò (nempe Corporis Christi) fit de Festo duplici occurrente, non autem de translato, nisì hoc sit 1. Classis: Octava autem Nativitatis Domini non excludit Commemorationem dierum aliarum Octavarum infra illam occurrentium, esto eam excludat ab ipsa *die Octava* Nativitatis Domini, ùt suô locô notatur. 4. admittit *Festum duplex* 2. *Classis* in *primis suis Vesperis* Commemorationem de *Feria majore qualibet Adventûs*, & *Quadragesimæ*, non autem de alijs *Ferijs*, nec etiam de præcedente *Vigilia*, nec de *S. MARIA in Sabbato*, utpote quarum *Officia* ad Nonam jam terminantur, uti ex Rubr. Gen. VI. & VIII. n. 3. constat, saltem regulariter, quod addo ob casum, de quo Rubr. Gen. XXXIV. n. 5. Et hæc de Concurrentia *Festorum duplicium* 2. *Classis* in 1. *Vesperis*.

Ad Concurrentiam verò eorumdem *Festorum duplicium* 2. *Classis* in 2. Vesperis quod spectat, observanda sunt sequentia. 1. Si Festum 2. *Classis* in ijs concurrat cum *sequenti Festo duplici* 1. *Classis*, aut etiam cum sequenti *Festo duplici* 2. *Classis*, attamen *digniore*, Vesperæ dicuntur integræ de sequenti; cum-

cum Commemoratione præcedentis.

3. Si autem Festum *duplex* 2. *Classis* in suis secundis Vesperis concurrat cum sequente *Festo duplici* 2. *Classis æqualis* dignitatis, tunc Vesperæ illæ regulariter usque ad Capitulum dicuntur de præcedente, à Capitulo verò de subsequente, adeoque dividunt Veſperas. Dixi *regulariter*; quia excipiuntur tria Festa superiùs memorata, nempe *S. Stephani*, *S. Joann. Evangel.* & *Ss. Innocentium*, de quibus Vesper. 2. dicuntur, ut ibi in propria notatur Rubrica.

3. Si Festum *duplex* 2. *Classis* in suis secundis Vesperis concurrat cum sequente *Festo duplici* 2. *Classis* minùs digno, aut cum *duplici majore*, vel *minore per annum*, aut cum *festo semiduplici*, aut etiam cum *simplici* subsequente, integræ Vesperæ dicuntur de Festo duplici 2. Classis præcedente, cum Commemoratione Festorum ejusmodi subsequentium, nisi respectu *Festi simplicis* alioquin quid obstet. Idem est, si postero die fiat Officium de *S. MARIA in Sabbato*; nam hujus quoque Commemorationem *admittit duplex* 2. *Classis* in secundis suis Vesperis; quod si verò postero illo die simul occurrat *Festum simplex*, Commemoratio de B. MARIA V. in Sabbato stante Commemorationem de illo *Festo simplici*. Tametsi autem *Festum* 2. *Classis* in secundis suis Vesperis admittat de se Commemorationem non modò subsequentium Festorum quorumcunque 9. Lectionum, ipsô inferiorum, sed etiam cujuscunque *Festi simplicis* subsequentis; si tamen præter *Festum simplex* subsequens sequatur simul aliud *Festum dupl.* 2. *Classis* minùs dignum *Festo duplici* 2. *Classis* antecedente, tunc in 2. Vesperis Festi præcedentis (integrè de ipso dicendis, cum Commemoratione duntaxat Festi duplicis 2. Classis subsequentis minùs digni) nihil fit de *Festo simplici subsequente*, & consequenter neque de *Dominica per annum antecedente*, in qua occurrerat Festum præcedens dignius 2. Classis: quia licèt *Festum sequens* 2. *Classis*, utpote minùs dignum, non habeat in ejusmodi casu pridianas Vesperas, ne quidem à Capite: sed tantùm Commem. in illis; habet tamen jus in ijs Vesperis, quæ suæ primæ essent, nisi occurreret eo die Festum magis dignum, excludendi Commemorationem Festi simplicis subsequentis, & Dominicæ antecedentis, etiam in hujusmodi casu, ità eum resolvente Gavanto *To. II. s.* 3. *c.* 11. *n.* 15. A fortiori, si post Festum primæ Classis minùs dignum sequatur aliud magis dignum (de quo proinde erunt integræ Vesperæ cum Commemoratione præcedentis) nulla fiet Commem: de Dominica, in qua Festũ præcedens minùs dignum occurrit.

4. Admittit præterea *Festum duplex* 2. *Classis* in secundis suis Ve-

speris Commemorationem *Dominicæ sequentis*, non modò *majoris* 1. & 2. *Classis*, sed etiam cujuscunque *Dominicæ minoris per annum*, si subsequatur; item Commemorationem de *Feria majore* Adventûs, & Quadragesimæ die illâ occurrente, non autem Commemorationem *aliarum Feriarum*, utì nec *Vigiliæ*, nisì *Vigiliæ Epiphaniæ*, utì cuique ex Rubricis est notum, & dictis suô locô.

5. Si Festum *duplex* 2. *Classis* in suis 2. Vesperis concurrat cum *die Octava* alterius Festi, Vesperæ dicuntur integræ de *Festo duplici* præcedente, cum Commemoratione *diei Octavæ*. Excipitur *dies Octava Nativitatis Domini*, quæ cùm sit Festum pariter duplex 2. Classis, & quidem dignius Festo præcedente, requirit integras Vesperas, cum Commemoratione tantùm Festi illius præcedentis 2. Classis. Secùs foret, si Festum præcedens (v. g. S. Silvester) foret duplex 1. Classis, de quo vide dicta 31. Dec. P. III.

6. In 2. *Vesperis* admittit *Festum dupl.* 2. *Classis* etiam Commemorationem de *die infra Octavam*, si tamen die sequenti (quod bene est advertendum) fiat de *ipsa die infra Octavam*, non autem de alio Festo 9. Lectionum fiat Officium: si enim die sequenti non fiat Officium de *ipsa die infra Octavam*, sed de alio quopiam Festo &c, tunc per Rubric. Genes. IX. Breviar. n. 6. etiam in secunda Vesperis *Festi duplicis* 2. *Classis* nulla fieri debet Commemoratio de *die infra Octavam*, nisì Octava illa, intra quam occurrit aut celebratur Festum *duplex* 2. *Classis*, sit una ex illis tribus Octavis, de quibus (ùt suprà dictum) quocunque Festo infra eas adveniente semper fieri debet Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus ac Missa: sunt autem istæ tres, nempe *Octava Nativitatis Domini*, *Octava Epiphaniæ*, & *Octava Corporis Christi*, quarum tamen 2. non admittit duplicia 2. Class.

In Laudibus *Festa duplicia* 2. *Classis* admittunt (juxta dicta de eorum Occurrentia) in *Officio* & *Missa* Commemorationem cujuscunque *occurrentis Dominicæ* (cum 9. Lectione in *Officio*, & ultimo Evangelio in *Missa*) ac *diei Octavæ*, item *Festi simplicis* (sed hujus in *Laudibus* & *Missis* privatis tantùm) eodem die occurrentis; non autem admittunt Commemorationem de *die infra Octavam*, nisì currens illa Octava sit una ex his tribus, nempe vel *Nativitatis Domini*, vel *Epiphaniæ*, vel *Corporis Christi*. De his enim quocunque Festô infra illas occurrente semper fieri debet in *Officio* & *Missa* Commemoratio juxta paulò ante & sæpius jam dicta.

§. III.

De Occurrentia, & Concurrentia Festorum duplicium majorum.

DUPLICIA MAIORA per annum quæ alijs *duplicibus minoribus* præferuntur, in Breviario Romano descripta reperiuntur sequentia : *Transfiguratio Domini* : *Exaltatio S. Crucis* : *Festum B. V. ad Nives* : *Visitatio B. MARIÆ* : *Præsentatio ejusdem in Templo* : *Festum S. Nominis MARIÆ* : *Apparitio S. Michaëlis Archangeli* : *Cathedra Romana S. Petri Apost.* : *Cathedra ejusdem Antioch.* : *Festum S. Petri ad Vincula* : *Conversio S. Pauli* : *Festum S. Joannis ante Portam Latinam* : *Festum S. Barnabæ Apostoli* : *Festa Ss. Patronorum minùs principalium* : queis adde (inquit Arnaud.) nunc dies Octavas *Epiphaniæ*, *Paschæ*, *Ascensionis*, & *Corporis Christi*; quamvis autem non omnia Directoria Romana (etiam satis recentia, ab anno 1700. à me inspecta) ita explicitè Ritum *duplicis majoris* adscribant, certum tamen est, *dies Octavas* 4. prædictorum Festorum esse sub modò privilegiatas, ùt in Rubricis. Nonnulli, Teste Lohnero Instr. 2. P. 5. Tit. 38. *duplicibus majoribus* annumerare olim contendebant quæcunque *Festa fori* (id est, habentia annexam obligationem *audiendi Sacrum*, & abstinendi *ab opere servili*) qualia alicubi in Germania sunt etiam *Festa Ss. Georgij*, *Martini*, *Magdalenæ*, *Nicolai &c*; eam ob rem Romam se scripsisse ait Pater Gobat Tr. 5. n. 85. indéque sibi re scriptum : nihil in Urbe sciri de hoc Ritu : & verò non *omnia Festa fori* esse eò ipsò *duplicia majora*, constat vel ex ipso Calendario ac Directorio Romano, in quo Festum *S. Silvestri Papæ* nonnisi inter *duplicia minora* (idem est de *Festo S. Annæ*) collocatur; cùm tamen utrumque Romæ sit Festum non modò in *Choro*, sed etiam in *foro* celebre. Quædam Breviariorum Tabulæ *duplicibus majoribus* annumerant etiam *dies Octavas omnes Festorum B.V.* at ijs repugnant unà cum *Directorio Romano Breviariorum* recentiorum, magisque probatorum Tabulæ (ùti alibi annotamus) esto in *Concursu* cum alio *duplici minore* huic *præferantur*, adeoque habeant *Vesperas* integras ex Decr. Sacr. Rit. Congreg. alibi cit. ubi etiam ostendimus, non esse eas propterea *duplicia majora*. Vide Rubric. Gen. XI. Brev. n. 2. in fin.

De

De Occurrentia Festorum duplicium majorum per annum.

1. SI *Festum duplex majus* incidat in *Dominicam*, aut *Feriam*, vel *Vigiliam privilegiatam*, hoc est, in *Dominicam majorem* 1. vel 2. *Classis* superiùs enumeratas, vel in *Feriam IV. Cinerum*, aut *Feriam quamcunque majoris Hebdom.* vel in *Vigiliam Pentecost.* vel in *Vigiliam Nativit. Domini*, Officium, & Missa dicuntur de *Dominica*, aut *Feria*, aut *Vigilia* ejusmodi *privilegiatâ*, Festum autem duplex maj: in ea occurrens transfertur in diem proximam Festo 9. Lectionum non impeditam. Quòd sit plura Festa duplicia majora sint transferenda, tunc priùs fit postmodum de *digniore*, quàm de *minùs digno* : quòd si sint quoad dignitatem *æqualia*, eo ordine sunt transferenda, quò fuerant celebranda in proprijs diebus, si illi non fuissent impediti, ità, ut etiam illud Festum, quod incidit in *Dominicam per annum*, quàm proximè sequitur *Feria II.* non impedita Festô aliquô, 9. Lectionum, ratione illius Dominicæ Feriam II. immediatè præcedentis non acquirat jus, ut ipsum ante alia antiquiora translata celebretur, sed cedere etiam ipsum his debeat, ùt notat Gavant. *Tom. 2. s. 3. c. 10. n. 7.* & decisum modò fertur à Sacr. Rit. Congregatione. Dixi autem: *in Dominicam per annum*; nã quoad *semiduplicia* incidentia in *Dominicam infra Octavam* observandum est ad Litteram, quod præscribit Rubrica Gener. I. Breviar. n. 5. post initium juxta ibi dicta, & dicendã.

2. Si *Festum duplex majus* incidat in diem, quô simul occurrit *Festum duplex* 1. aut 2. *Classis*, *Officium*, & *Missa* pariter dicuntur de isto 1. aut 2. *Classis*; Id autem, quod est tantùm *duplex majus*, tunc transfertur modô paulò antè dictô.

3. Si eadem die occurrant duo *Festa duplicia majora*, quorum unum est *dignius* alterô, tunc Translatô *minùs digno* Officium & Missa dicuntur de *digniore* : si autem sint *æqualis dignitatis*, & singulis annis concurrant eodem die, tunc authoritate Majorum alteri eorum assignanda est alia dies ut notat Arnaud. *Ephem. Tr. 2. P. 1. Tit. 10. n. 3.* Quinam autem sint illi *Majores*? an eorum Religiosi? non exprimit. Ex his autem, quæ alibi ex Pisano retulimus, colligi videtur, Religiosis attentibus Breviario Romano quoad esse Concessione seu Privilegio Sedis Apostolicæ, aut Sac. Rit. Congregation: simili illi, quod concessum utentibus Breviario Minorum de observantia; eò quòd facta ipsis hac in parte Concessio ex Declaratione Sac. Rit. Congregat. teste citato Scriptore, non extendatur ad non

non utentes Breviario dictorum FF. Minorum, sed aliô, quale est etiam Romanum.

4. Si *Festum duplex majus* incidat in *Dominicam minorem*, seu *per annum*, *Officium* & *Missa* dicuntur de *Festo*, de *Dominica* autem fit Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non etiam in secundis Vesperis, nisi sequatur *duplex* 1. aut 2. *Classis*, dicitúrque de eadem Dominica tunc etiam 9. Lectio in *Officio*, & ultimum Evangelium in *Missa*.

5. Si *Festum duplex majus*, & *Festum duplex minus* simul occurrant eodem die, *Officium* & *Missa* fit de primo, Translatio autem de secundo.

6. Si *Festum duplex majus*, & *Festum semiduplex* eodem die simul occurrant, *Officium* & *Missa* fit rursus de primo, Translatio verò de secundo.

7. Si *Festum duplex majus*, & *dies infra Octavam* simul occurrant, *Officium* & *Missa* regulariter quidem dicuntur de Festo, de *die* autem *infra Octavam* fit Commemoratio in *Officio* & *Missa* suis locis. *Excipitur* tamen 1. *Octava Epiphaniæ*, infra quam non fit de ullo Festo occurrente 9. Lectionum, nisi sit *Festum Patroni principalis*, aut *Titularis propriæ Ecclesiæ*, aut hujus *Dedicatio*, seu *Festum* 1. *Classis*. *Excipitur* 2. *Octava Paschæ*, ac *Pentecostes*, quarum utraque cùm sit *Octava privilegiata* 1. *Classis*, ideo non fit infra illas de ullo Festo 9. Lectionum, sed omne infra illas occurrens est transferendum. *Excipitur* 3. *Octava SS. Corporis Christi*, infra quam fit quidem de *Festo duplici* quovis *occurrente* (cum Commemoratione tamen *Octavæ* ubique in *Officio* & *Missa*) non autem de *Festo* ullo *duplici translato*, nisi illud sit 1. *Classis*, ùt præcedentib: §. Ss. dictum. *Excipitur* 4. illa *dies infra Octavam Nativitatis* B. M. V. in qua occurrit *Festum Nominis B. V.* nam ea die non fit Commemoratio de *Octava Nativitatis B. V.* ùt constat ex propr. Rubrica.

Si *infra Octavam aliquam*, unà cum *Festo duplici* occurrat simul *Feria major quatuor Temporum*, aut *Feria II. Rogationum*; tunc *Missa* ordinanda est juxta Rubric. General. 3. Missal. *n.* 2.

8. Si *Festum duplex majus*, & *dies Octava* alterius *Festi* simul occurrant, tunc, quoniam *Octava* transferri non potest, Officium & Missa fit de *die Octava*, Festum autem *duplex majus* transfertur in diem aliam *Festo* 9. Lectionum non impeditam. *Excipitur* 1. *Festum Nominis B. V. MARIÆ* pro casu, quô id occurrit in *die Octava Nativitatis B. V. MARIÆ* uti 1697. & 1709. ob specialem enim propriæ Rubricæ Dispositionem, faciendum tunc est *Officium* & *Missa* de *Nomine B. MARIÆ*, absque omni Commemoratione Octavæ Nativi-

tatis, sed solius *Dominicæ occurrentis* in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa &c, ùt suô locô notatum; secùs est, si *Festum SS. Nominis* MARIÆ incidat in *diem Octavam* Festi Ss. Angelorum Custodum, ubi hoc celebratur cum Octava Dominicâ I. Septembris : tunc enim etiam quoad hoc Festum procedit Regula General: de transferendo regulariter Festo 9. Lectionum, quod non est 1. aut 2. Classis, si id occurrat in *die Octava* etiam non privilegiata, ùt alibi dictum, & pluribus, ac solidè declarant Gobat Tract. 5. cas. 23. s. 3. n. 629. citans Gavantum To. 2. s. 3. c. 8. n. 12. item Lohnerus Instr. 2. P. 1. Tit. 3. n. 4. & P. 5. Tit. 10. n. 2. rectè id colligens ex Rubric. Gener. de Translatione Festor. &c. *Excipitur* 2. *Festum SS. Rosarij*, ubi est concessum, occurrens in die Octavæ alterius Festi, ob Rationem suprà P. I. Dominica I. Octobris allatam. *Excipitur* 3. *Si* quod aliud alicubi occurrat simile Festum, de quo per speciale Privilegium fas sit dicere *Officium*, & *Missam* in die *Octava* alterius Festi, cum Commemorta. *diei Octavæ* simul occurrentis, quale Privilegium, ùt suprà P. II. 2. Julij dictum, habet UrbsRhegium, ubi in *die Octava S. Prosperi* Patroni loci fit *Officium* & *Missa* de *Festo Visitationis B. V.* (eò quòd ibi sit *Festum fori*) de *Octava* autem tantùm Commem: ùt videre est apud Gav. To. 2. s. 3. c. 12. n. 20. & s. 7. c. 12. ad diem 1. Octobr.

9. Si *Festum duplex majus* incidat in diem, quô simul occurrit *Festum simplex*, Officium & Missa dicuntur de *duplici*, de *Festo simplici* autem fit Commemoratio in I. Vesperis, Laudibus, & Missa : Quod si simplex insuper propriam habeat Lectionem (unam, vel duplicem) dicitur etiam de illo 9. Lectio in *Officio*, nisi simul occurrat Dominica, vel *Vigilia*, vel *Feria major* habens proprium Evangelium; tunc enim omissâ pro illo anno, aut loco Lectione de *Festo simplici*, dicitur nona Lectio de Homilia in Evangelium occurrentis *Dominicæ*, vel *Vigiliæ*, vel *Feriæ* ejusmodi *majoris*; in *Festo* autem *simplici* fit eô annô in locis in *Officio* & *Missa* dumtaxat Commemoratio, attamen post Commemorationem de *Dominica*, aut *Feria majore*, aut *Vigilia*. De modo quo observanda sunt illa, quæ in præcedenti de Occurrentia dicuntur 2. *Classis n.* 9. ante fin. sunt annotata.

10. Si *Festum duplex majus* alicubi incidat in diem, quô alibi quin in Ecclesia universali fit de S. MARIA *in Sabbato*, aut de *Feria* alia qua *minore*, Officium & Missa fit de *Festo duplici majore*, nihil autem omnino illô annô, aut locô, de S. MARIA *in Sabbato*, aut *Feria minore*.

11. Si *Festum duplex majus* & *Feria major* eadem die simul occurrant,

rant, *Officium* & *Missa* circa utrumque ordinantur ùt suprà § 1. *n.* 12. De *Occurrentia Festi duplicis* 1. *Classis*, & *Feriæ majoris* est dictum.

12. *Si duplex majus* occurrat eodem die, quô simul occurrit *Vigilia*, Officium, & Missa ordinantur ut suprà §. 2. *n.* 12. in Occurrentia *Festi duplicis*, 2. *Classis* & *Vigiliæ* distinctè declaratur. Atque hæc de Occurrentia *Festorum duplicium majorum*, nunc etiam videamus

De Festorum duplicium maiorum Concurrentia.

1. SI *Festum duplex* 1. aut 2. *Classis* in suis *secundis Vesperis* concurrat cum *Festo duplici majore*, non dicuntur hujus primæ Vesperæ de ipso, sed integræ dicuntur de *Festo duplici* 1. vel 2. *Classis* præcedente, de *duplici* autem *majore* subsequente fit tantùm Commemoratio: cui superadditur Commemoratio *Dominicæ sequentis*, si quæ sequatur, aut etiam *Dominicæ antecedentis*, si quæ antecesserit, vel occurrentis *Feriæ majoris Adventûs*, aut *Quadragesimæ*, vel etiam *Festi simplicis* sequentis, nisi Festum præcedens fuerit *duplex* 1. *Classis*; nam *Festa duplicia* 1. *Classis* excludunt Commemorationem *Festi simplicis* non tantùm *à suis primis*, sed etiam *à suis secundis* Vesperis; *Festa* autem *duplicia* 2. *Classis* excludunt quidem Commemorationem *Festi simplicis* à suis *primis Vesperis*, non tamen *à suis secundis Vesperis*, si in Vesperis cum *Festo simplici* sequente concurrant: utrumque patet in Festo Nativitatis B. V. M. quod tanquam duplex 2. Classis excludit Commemorationem S. Adriani M. in suis 1. *Vesperis*, admittit verò Commemorationem de S. Gorgonio Martyr. in suis 2. Vesperis.

2. *Si Festum duplex majus* in *primis* suis *Vesperis* concurrat cum *Festo* alio *duplici majore*, tunc si unum sit *dignius* alterô, Vesperæ integræ dicuntur de *digniore*, cum Commemoratione *minùs digni*, v. g. in casu, quo Festum Nominis B. V. venit postridie Exaltationis S. Crucis; tunc enim Festum Nominis in pridianis suis Vesperis (quæ integræ dicuntur de Festo exaltationis S. Crucis tanquam digniore) habet nonnisi Commemorationem, cui subjungitur etiam Commemoratio de crastina *Dominica*. Idem patet in *primis Vesperis* Transfigurationis Domini; nam & hæ integræ dicuntur de *Festo Transfigurationis*, de Festo autem B. V. ad Nives (ut ut & ipsum sit *duplex majus*) præcedente, tanquam *minùs digno* fit tantùm Commemoratio; cui tamen etiam subjungitur Commemoratio de *Dominicâ* (si cras sequatur *Dominica*) nec non de sequenti *Festo simplici* Ss. Xysti

ti, & Socior. MM. ùt ibi. SI autem utrumque *Festum duplex majus* invicem concurrens sit *æqualis dignitatis* (ùt meô equidem judiciô, salvo meliore, contingere potest) tunc dividunt Vesperas, ac proinde usque ad Capitulum dicuntur de præcedente, à Capitulo autem de sequente, cum Commemoratione præcedentis, idque ob rationem suprà datam Tit. *de Concurrentia Festorum dupl. 1. & 2. Classis.* Vide dicta P. II. 20. Jun. *à. f.* 171.

3. Si cum *Festo duplici majore* in *primis* hujus *Vesperis* concurrat antecedens *Festum duplex minus*, Vesperæ integræ dicuntur de *Festo duplici majore*, cum Commemoratione de *Festo duplici minore* præcedente.

4. Si cum *Festo duplici majore* in primis hujus Vesperis concurrat præcedens *dies Octava* alterius Festi, *Vesperæ* illius *primæ* dicuntur regulariter de *Festo duplici majore*, de *die Octava* autem præcedente fit in illis regulariter tantùm Commemoratio. Dixi: *regulariter*; Excipitur enim *dies Octava* sequentiũ Festorum, nempe *Epiphaniæ*, *Paschæ*, *Ascensionis*, & *Corporis Christi*, *quorum dies Octava* si in secundis suis Vesperis cum sequente *Festo duplici* concurrat, de *Festo* fit tantùm Commemoratio, nisi istud fuerit *duplex primæ* vel *secundæ Classis*, seu *Patronus*, vel *Titulus*, aut *Dedicatio Ecclesiæ*; quia tunc de *Festo* fieret *Officium*, de *die* autem *Octava* in primis Vesperis sequentis Festi solummodo *Commemoratio*. Denique *die Octava Corporis Christi* in secundis Vesperis concurrente cum *die Octava S. Joannis Baptistæ*, Vesperæ integræ sunt de *Octava Corporis Christi*, cum Commemoratione *Octavæ S. Joannis*. Rubric. General. XI. *n.* 7.

5. Si *Festum duplex majus* in primis suis Vesperis concurrat cum antecedente *die infra Octavam*, Vesperæ dicuntur de *Festo*, & fit Commemoratio de *die infra Octavam*.

6. Si *Festum duplex majus* in *primis suis Vesperis* concurrat cum *antecedente Dominica quacunque*, aut cum *antecedente Festo semiduplici*, Vesperæ dicuntur de *duplici majore*, cum Comemoratione *Dominicæ*, aut *Festi semiduplicis* illius præcedentis.

7. In *primis* suis *Vesperis* admittit *Festum duplex majus* etiam Commemorationem *Festi simplicis* subsequentis, item occurrentis *Feriæ majoris Quadragesimæ*, & *Adventûs*, de quibus tamen facienda Commemoratio ante Commemorationem *simplicis*, si quod postera die sequatur. Non autem admittit in iis Commemorationem aliarum *Feriarum*, etiam *majorum*, nec de B. V. *in Sabbatis* (utpote quarum *Officium* jam hesterno integrè terminatum ad Nonam) nec etiam sequentis *Vigiliæ*, utpote quæ habet Commemorationem in solis Laudibus, exceptâ *Vigiliâ Epi-*

phanie, de qua fit semper Commemoratio quocunque duplici occurrente, non modò in *Laudibus*, sed etiam in pridianis Vesperis; eò quòd non habeat Ritum *simplicem*, sed *semiduplicem*.

Et hæc de Concursu Festi *duplicis majoris* in primis Vesperis.

1. In secundis Vesperis si Festum *duplex majus* cum *Festo duplici* 1. *Classis concurrat*, integræ Vesperæ dicuntur de sequenti, nihil autem in ijs fit (ne quidem Commemoratio) de *duplici majori* præcedente.

2. Si autem in *secundis Vesperis duplex majus præcedens* concurrat cum *duplici secundæ Classis* subsequente, rursus quidem integræ Vesperæ dicuntur de sequenti, fit tamen in iis Commemoratio de *duplici majore præcedente*.

3. Si *Festum duplex majus* in *suis secundis Vesperis* Concurrat cum sequente *duplici* alio *majore*, tunc, si sint in *dignitate*, aut *solemnitate inæqualia*, Vesperæ dicuntur integræ de *digniore*, & fit Commemoratio de *minus digno*, ut patet in *Festo B. V. ad Nives*, in secundis suis Vesperis Concurrente cum *Festo Transfigurationis Domini*, de quo posteriore, tanquam *digniore*, integræ dicuntur Vesperæ, cum Commemoratione B. V. ad Nives. Idipsum patet 2. in Festo *Exaltationis S. Crucis*, quod integras habet Vesperas, quando cum eo concurrit seu in primis, seu in secundis Vesperis Festum *SS. Nominis B. V. M.* quod habet in ejusmodi Concursu solummodo Commemorationem. Exempla hujus rei habuimus 1709. & 1711. Si verò in *dignitate* sint *æqualia*, tunc dividunt Vesperas, & usque ad Capitulum dicuntur de præcedente, à Capitulo verò de *subsequente*, cum Commemoratione *præcedentis*.

4. *Festum duplex majus* in *secundis suis Vesperis* Concurrens cum *duplici minore* integras habet Vesperas, cum Commemoratione de sequenti *duplici minore*.

5. *Festum duplex majus* in *secundis Vesperis* Concurrens cum *die Octava* similiter integras (regulariter loquendo) requirit Vesperas, & Commemorationem duntaxat de *die Octava* subsequente. Excipitur 1. *dies Octava Mativitatis Domini*, quæ cùm sit *duplex* 2. *Classis*, integras re requirit 1. Vesperas cum exclusione omnis Commemorationis, etiam Festi *duplicis præcedentis*, nisi istud sit *duplex* 2. *Classis*; si autem sit *duplex* 1. *Classis*, tunc Vesperæ pridie Circumcisionis dicuntur integræ de Festo duplici 1. Classis, & de sola *Octava Nativitatis* fit Commemoratio, ùt dictum 31. Decembr. *Excipitur* 2. *dies Octava Ascensionis*, & *Corporis Christi*, in cujus utriuslibet primis Vesperis totum Officium fit de *die Octava*, cum Commemoratione præcedentis Festi duplicis, nisi hoc fuerit

rit *Festum solenne principale*, vel *primæ*, vel *secundæ Classis*; tunc enim de Festo fieret Officium, & Commemoratio duntaxat de *die* illa *Octava*, ùt dicitur in *Rubr. de Concurr. & in Notand. ad Tab. Concurr.*

6. *Festum duplex majus* in suis *secundis Vesperis* concurrens cum *die infra Octavam* regulariter integras requirit Vesperas, cum Commemoratione de sequenti. Dixi : *regulariter* : nam in Casu, quô *Festum Nominis B. V.* ob occurrentem in Dominicâ ipsi alioquin assignatâ *diem Octavam* alicujus Festi particularis, transfertur in diem proximam non impeditam *infra Octavam Nativitatis B.V.* (utì in plerisque S. R. I. Diœcesibus contigit annô 1712. quô ob occurrentem *diem Octavam* Ss. Angelorum Custodum à die 11. Septembris, quæ erat Dominica 17. post Pentecosten, transferebatur Festum Nominis in diem 12. ejusdem) & nec in 1. nec in 2. Vesperis Festi Nominis fit tunc Commem. de *Octava Nativitatis B. M. V.* utì colligitur ex speciali Rubricâ, Festo Nominis B. V. præfixâ, vi cujus in ejusmodi occursu & concursu nulla fieri debet unquam Commemoratio diei infra Octavam Nativitatis B. M. V.

7. *Festum duplex majus* in *secundis* suis *Vesperis* concurrens cum *Dominica quacunque subsequente*, integras requirit Vesperas, simúlque Commemorationem de ejusmodi *Dominica subsequente*.

8. *Festum duplex majus* in *secundis* suis *Vesperis*, admittit etiam Commemorationem de *Feria majore Adventûs*, & *Quadragesimæ*, non tamen *aliarum Feriarum*, utì nec Vigiliæ, utpote quarum Officia ad Nonam jam terminantur. Excipitur *Vigilia Epiphaniæ*, de qua habente Ritum semiduplicem semper fit Commemoratio, quocunque duplici *occurrente*, aut *concurrente*, ùt suò loco.

9. *Festum duplex majus* admittit denique in *secundis* suis Vesperis etiam Commemorationem de Festo *simplici* sequente, item de *S. Maria in Sabbato*, nisi Festum duplex majus præcedenti Feriâ sextâ occurrat, fueric Festum ejusdem B. V. tunc nim juxta Rubric. VIII. Gener. Breviar. *n.* 3. nulla alia faciendâ ell. V. Commemoratio in secundis Vesperis illius Festi.

In *Laudibus*, & *Missa* admittit *Festum duplex majus* Commemorationem de *quacunque Dominica per annum* occurrente, de *die* quoque infra *Octavam* (exceptâ illâ, in quam incidit *Festum Nominis B. V.*) item de quacunque *Feria majore*, nec non de *Vigilia*, ac *Festo simplici*, ut constat ex suprà dictis de Occurrentia *Festorum duplicium majorum* : in Ecclesijs tamen *Cathedralibus*, & *Collegiatis* quoad Missam Conventualem observanda simul sunt ea, quæ Rubric. Gen. Missal. III. *n.* 1. & 2. prescribit.

§. IV.

§. IV.

De Occurrentia, & Concurrentia Festorum duplicium minorum.

Festa Duplicia Minora *per annum* sunt ac dicuntur illa, quæ cùm non sint *duplicia* 1. aut 2. *Classis*, nec etiam *duplicia majora per annum*, habent in Kalendario (seu *Universalis* seu *Particularis Ecclesiæ*) adscriptam vocem *plex*. Ijsdem accensendas contendit Arnaudus *Epit. Tr.* 2. *P.* 1. *T.* 5. dies Octavas Festorum habentium *Octavam non privilegiatam*, suprà non exceptas. Idem ibidem addit ea, quæ sequuntur, scil. 1. de Sancto, cujus habetur insignis Reliquia, si concedatur Officium, fit *duplex minus per annum*, ità decernente Sacr. Rit. Congregation 25. Nov. 1602. ac simul observandum ejusdem Sac. Rit. Congregat. Decretum de anno 1691. 19. Octobr. suprà *Tit.* 2. *f.* 26. & 27. adductum. 2. *Ritu* quoque *duplici* celebratur *Translatio Patroni Principalis loci*. 3. Festa Beatificatorum æqualia sunt Festis Canonizatorum, dummodo sint ejusdem ordinis: at observanda sunt pariter superiùs à nobis indicata.

De Occurrentia Festorum duplicium minorum per annum.

1. Si *Festum duplex minus* occurrat in die, quô simul occurrit *Festum duplex* 1. vel 2. *Classis*, aut etiam *duplex majus*, v. g. Festum Nominis B. V. die 10. Septembris in Festo S. Nicolai de Tolentino (quorum prius est *duplex majus*, posterius verò *duplex minus*) tunc translatô *duplici minore* in diem proximam aliâ non impeditam Festô 9. Lectionum, *Officium*, & *Missa* fit die illo de *duplici* 1. vel 2. *Classis*, aut de *duplici* illo *majore*. Idem est si Festum *duplex majus* incidat in *Feriam*, aut *Vigiliam* aliquam *privilegiatam* præcedenti §. *n.* 1. enumeratam.

2. Si *Festum duplex minus* occurrat in *Dominica majore* seu 1. seu 2. *Classis*, tunc ipsum pariter Transfertur in diem Festô 9. Lectionum, aut simili *Dominicâ*, vel *die privilegiatâ* non impeditam, Officium verò, & *Missa* dicuntur de *Dominica*.

3. Si *Festum duplex minus* occurrat in die, quô simul occurrit

Do-

Dominica minor, Officium & Missa fit de *Festo*, cum Commemoratione, & 9. Lectione, ac ultimô Evangeliô de *Dominicâ* suis locis, ùt supra §. 3. præcedent. n. 4.

4. Si *Festum duplex minus* incidat per accidens in diem, quô aliud *duplex minus* simul occurrit, proceditur pariter, ùt suprà §. 3. *præcedent. n.* 3. *f.* 126. Accidit Tolosæ (inquit Arnaudus *Epit. Tr.* 2. *P.* 1. *Tit.* 10. *n.* 3.) Casus particularis 1635. die 14. Jun: Occurrerunt enim eodem die tria *Officia duplicia*, nempe *diei Octavæ Corporis Christi*, dein *Translatio S. Exuperij*, & *Festum S. Basilij Magni* : Octavæ in hoc casu cessit *Translatio*, at *Translationi* utpote solenniori (Festum enim ibi Populi est, adeoque in *foro* celebre) cessit Festum S. Basilij : & quoniam singulis annis occurrunt duo Festa posteriora ibi eadem die, idcirco assignandus esset certus dies Festo S. Basilij authoritate majorum, ùt ibidem monet Arnaud.

5. Si *Festum duplex minus*, & *Festum semiduplex* simul occurrant *eodem die*, *Officium*, & *Missa* fit de primo, Translatio autem de secundo in diem proximam Festo 9. Lectionum, aliâve *die privilegiatâ* non impeditam : *Festi* autem 9. *Lectionum* nomine (ùt aliàs sæpe Gavanto teste) ità hîc quoque venit *Dominica*, non tantùm *major*, sed etiam *minor*, sive *per annum*, quæ respectu Festi, quod die suô propriô celebrari non potuit, est *dies* pariter *impedita*, quô minùs in eam Festum aliquod *semiduplex*, imò & *duplex* (regulariter loquendo) *transferri* possit; *dies* autem *infra Octavam* aliquam *non privilegiatam* occurrens quemadmodum respectu *Festi duplicis* translati nullo modô est dies impedita, ità etiam respectu *Festi semiduplicis* Translati non est saltem *simpliciter*, & *absolute*, seu pro *omni casu* impedita, sed tantùm respectu Translati ultra proximè sequentem diem juxta alibi dicta & dicenda : Unde si *Festum semiduplex* occurrat in Dominica infra Octavam non privilegiatam, & sequente Feriâ II. non fit faciendum de Festo alio 9. Lectionum (*seu duplici*, seu *semiduplici*, *occurrente*, vel *duplici* etiam *translato*) tunc poterit in illam Feriam II. transferri Festum *semiduplex*, non autem, si Feriâ illâ II. sit impedita Festô aliô 9. Lectionum *occurrente* (seu *duplici*, seu *semiduplici*) aut etiam *duplici translato* : tunc enim Festum semiduplex occurrens infra Octavam, utpote ultra *unum diem* proximè sequentem translatum; transferri debet post Octavam : à fortiori Transferri debent post Octavam Festa *semiduplicia* occurrentia *ante* Octavam, si die suo proprio ante illam celebrari non potuerunt. Hinc si *Festum semiduplex* occurrat *infra Octavam SS. Corporis Christi* (per Rubricam novam Mis-

Missalis Rom. excludentem *Festa semiduplicia* etiam *occurrentia*) illámque Octavam immediatè sequantur *Octavæ S. Joannis Baptistæ* & Ss. Apostolorum Petri & Pauli, aut insuper quædam adhuc alia particularia *Octava*, v. g. *Dedicationis Templi*, transferri id *Festum semiduplex* debet post omnes Octavas. Vid. P. Lohn. *Instr. pract.* 2. P. 1. *Tit.* 5. n. 1.

6. Si *Festum duplex minus*, & *sit infra Octavam* eodem die simul occurrant, *Officium* & *Missa* regulariter quidem dicuntur de *Festo*, de *die* autem *infra Octavam* fit Commemoratio in *Officio* & *Missa* suis locis. Excipitur tamen 1. *Octava Epiphaniæ* infra quam non fit de ullo Festo 9. Lectionum, nisi sit Festum *Patroni principalis*, aut *Titularis propriæ Ecclesiæ*, aut hujus *Dedicatio*, seu *Festum* 1. *Classis*. *Excipitur* 2. Octava *Paschæ & Pentecostes*, infra quas, utpote *privilegiatas* 1. *Classis*, non fit de ullo *Festo* 9. *Lectionum*, sed omne infra eas occurrens est transferendum. *Excipitur* 3. *Octava SS. Corporis Christi*, infra quam non fit de *Festo semiduplici*, sed omne tale Festum infra eam occurrens est pariter transferendum.

Si contingat, ut duo *Festa duplicia* occurrant eadem die *infra Octavam*, v. g. in Ecclesia aliqua particulari, quæ fortè celebret *Octavam* eorum *loci*, aut aliam, infra quam potest occurrere duplex ex Festis mobilibus unà cum duplici alio per annum in Calendario Romano descriptum, eo casu transferri debet *duplex per annum* minùs dignum in primam diem similiter non impeditam.

Quòd si *infra Octavam* aliquam *non privilegiatam* unà cum *Festo duplici* occurrat simul *Feria major quatuor Temporum*, aut *Feria II. Rogationum*, tunc Missa ordinanda est juxta Rubric. III. *Missal. n.* 2. In *Feriis Adventûs* autem ordinantur *Officium* & *Missa* Festorum *duplicium*, infra Octavas occurrentium, ut suprà *Tit. de Octavis num. VIII.*

7. Si *Festum duplex minus* incidat in diem, quò simul occurrit *Festum simplex*, Officium & Missa dicuntur de *Festo duplici minore*, de *Festo simplici* autem fit Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa: Quòd si Festum simplex simul occurrens habeat propriam Lectionem (unam vel duplicem) dicitur etiam de illo 9. Lectio in *Officio*, nisi simul occurrat *Dominica*, vel *Vigilia*, vel *Feria major* habens proprium Evangelium: tunc enim observanda sunt illa, quæ §. 3. præcedenti de Occurrentia Festorum *duplicium majorum* n. 9. in medium sunt allata. Vide etiam quæ dicta sunt suprà §. 2. *de Occur. Fester.* 2. *Classis n.* 9. ante, ac circa finem.

8. Si *Festum dupl. minus* in-

cidat alicubi in diem, quô alioquin in Ecclesia universali fit de *S. MARIA in Sabbato*, aut de *Feria* aliqua *minore*, Officium, & Missa fit de *Festo*, nihil autem omnino fit illô annô, aut locô de *B. M. in Sabbato*, aut *Feria minore*.

9. Si *Festum duplex minus*, & *Feria major* eadem die simul occurrant, Officium & Missa circa utrumque ordinantur ùt suprà §. 1. *num.* 12. *de Occurr. Festor. dupl.* 1. *Classis*, & *Feriæ majoris* est dictum.

10. Si *Festum duplex minus* occurrat eodem die, quô simul occurrit *Vigilia*, Officium & Missa ordinantur ùt suprà §. 2. *n.* 12. in occurrentia *Festi duplicis* 2. *Classis* ac *Vigiliæ* declaratur. Et hæc de Occurrentia Festorum *duplicium minorum*. Jam etiam videamus

De Concurrentia Festorum duplicium minorum.

1. SI *Festum duplex* 1. vel 2. *Classis*, aut *Festum duplex majus* in secundis Vesperis suis concurrat cum *Festo duplici minore*, non dicuntur hujus primæ Vesperæ de ipso, sed integræ dicuntur de *Festo* illo *duplici* 1. vel 2. *Classis*, aut Festo *duplici majore* præcedente, de *duplici* autem *minore* subsequente fit tantùm Commemoratio; cui superadditur Commemoratio Dominicæ sequentis, si quæ sequatur, aut etiam antecedentis, si quæ antecesserit, vel occurrentis *Feriæ majoris Adventûs*, aut *Quadragesimæ*, vel *Festi simplicis* sequentis, nisi Festum præcedens fuerit *duplex* 1. vel 2. *Classis*; tunc enim, ùt suprà dictum, non fit Commemoratio de illo *simplici*; eò quòd duplicia 1. Classis Commemoratione *Festi simpl.* non tantùm à suis *primis*, sed etiam *secundis* Vesperis excludant, à quibus tamen eam non excludunt, per se loquendo, duplicia 2. Classis.

2. Si *Festum duplex minus* concurrat in 1. *Vesperis* cum alio *duplici minore*, regulariter dividunt Vesperas, adeoque usque ad Capitulum dicuntur de præcedente, à Capitulo verò de sequente. Dixi: *regulariter*; nam si unum sit Festum B. V. non item alterum, tunc Vesperæ in *concursu duorum duplicium minorum* dicuntur integræ de B. V. tanquam digniore, cum Commemoratione alterius minùs digni, v. g. in casu, quo *Festum S. Mariæ de Mercede Redempt. Captivorum* (quod juxta Directorium Romanum, & Breviaria emendatiùs impressa, de facto in *Ecclesia universali* est tantum *duplex minus*) aliquando, aut alibi in Vesperis Concurrit cum alio *duplici minore*. Neque hoc est contra *Rubricas*, aut *Tabulam Concurrentiæ*; non contra *illas*, quia Rubrica de *Concurr. n.* 2. dum ait: duplicia

in primis Vesperis, si utraque sint ejusdem solemnitatis, seu Ritus, dividere Vesperas, ibidem expresse addit: id tantùm *regulariter* fieri, & *nisi aliter in proprijs locis annotetur*; non contra *Tabulam Concurrentiæ*; quia illa est potissimùm, ac ferè tantùm de ijs, quæ *regulariter* vi Rubricarum circa Concurrentiam Festorum solent, ac debent observari, non exprimendo omnes *Exceptiones*, ac *Dispositiones particulares*, præsertim novas, quæ tamen sicuti Rubricis Generalibus non uno in loco successu Temporis insertæ sunt (uti patebit conferenti Rubricas Generales *recentissimis* Breviarijs & Missal: præfixas cum præfixis Breviar: & Missalibus *minùs recentibus*) ità forsan etiam novæ Dispositiones, Exceptionesque à Communibus Rubricarum Legibus Successu Temporis Tabulam *Occurrentiæ*, quàm *Concurrentiæ* ad utriusque calcem superaddentur. Idem est, *si dies Octavæ B. V.* concurrat cum *Festo duplici minore* v. g. *dies Octavæ Assumptionis B. V.* cum *Festo duplici* S. Philippi Benitij; tunc enim pridie S. Philippi Benitij Vesperæ integræ dicuntur de B. V. de S. Philippo autem fit in Ecclesia universali tantùm Commemoratio; eo quòd ex Decretô Sacr. Rit. Congregation. de anno 1691. 11. August. (supra non semel allegatô) quæque *dies Octavæ B. V.* habere debeat integras utrasque Vesperas in Concurrentia cum *Festo duplici minore*: id quòd modò etiam Rubricæ XI. n. 7. insertum legitur in recentissimis Breviarijs. Econtra 1. & 2. *Vesperas* SS. Angelorum Custodum, ibi, ubi eorum Festum cum Ecclesia universali celebratur die 2. Octobris sub Ritu tantùm duplici *minore*, dividendas esse à Capitulo, si concurrat cum *Festo duplici minore*, aliqui decretum esse ajunt à Sac. Rit. Congregatione 1698. die 27. Septembr. Et ratio potest esse; quia licèt dignitas Personarum etiam quoad *Angelos*, & *Apostolos* attendatur quantùm ad ordinem faciendi de illis Commemorationem inter Suffragia v. g. Communia &c, in ordine tamen ad recitandum *Officium* non perinde ea attenditur quoad *Festa Angelorum*, & *Apostolorum* Festis alijs, quæ sunt ejusdem Classis, præferenda, ac eadem quoad hoc attenditur circa *Festa Christi* (quæ omnibus alijs præferuntur, & integras habent utrasque Vesperas) atque etiam circa Festa B. V. quæ Festis aliorum Sanctorum, dummodo hæc non sint *altioris Classis*, pariter præferuntur, id quod alibi annotavimus, non obstantibus ijs, quæ scribit Gav. *To. 2. s. 3. c. 9. n. 3.* Verùm his jamiam pro Typo descriptis incidi in Libellum, cui Titulus: Directorium Canonicum, à D. Henrico Pisart Ordinis Canonicor. Regular. S. Augustini conscriptum,

ptum, & 1713. in lucem editum, in quo *Propr. Sanctor.* §. 3. n. 1. asserit: extra ditiones Imperij celebrari *Festum Ss. Angelorum Custodum non nisi Ritu duplici minore*, sic tamen, ut in concursu cum *alio duplici minore* habeat *Vesperas integras*, additque, ità declarásse Sac. Rit. Congregat: die 12. Julij 1704. *cujus* declarationi standum erit, siquidem de ea authenticè constet. Vide interim dicta P. II. die 1. Octobr. *f.* 318. *&c.*

3. Si *Festum duplex minus* in I. Vesperis concurrat cum *antecedente Dominica* quacunque, aut *Festo antecedente semiduplici*, Vesperæ integræ dicuntur de sequente *duplici minore*, cum Commemoratione præcedentis *Dominicæ*, aut *Festi semiduplicis*. Excipitur Festum S. *Silvestri*; nam casu, quò Festum S. Thomæ Cantuarienſis, veniens in Dominica infra Octavam Nativitatis Domini, transfertur in diem 30. Decembris, Vesperæ primæ S. Silvestri dicuntur usque ad Capitulum de Nativitate Domini (sub *Ritu* tamen *duplici*, hoc est duplicando Antiphonas) Capitulum verò & reliqua tantùm dicuntur de S. *Silvestro*, cum Commemoratione S. Thomæ Cantuar. & 4. Octavarum, ùt ibi, & in propria Rubricâ, præfixâ Festo S. Thomæ Cant. Si autem dies proximè præcedens Festũ S. Silvestri fuerit Dominica, aut ipsũ Festũ S. Silvestri venerit in Dominica, tunc I. Vesp. & totũ Officium S. Silvestri, ordinatur modô, pro utroq; hoc casu à propriis Rubricis præscriptô in Brev. Rom.

4. Si Festum *duplex minus* in I. suis Vesperis concurrat cum præcedente *die infra Octavam*, Vesperæ dicuntur de *Festo*, & fit Commemoratio de *die infra Octavam*.

5. Si *Festum duplex minus* concurrat in I. suis Vesperis cum præcedente *die Octava non privilegiata*, Vesperæ regulariter usque ad Capitulum dicuntur *de die Octava*, à Capitulo verò de *Festo duplici* sequenti, cum Commemoratione *diei Octavæ*. Exemplum hujus rei suppeditat nobis Breviarium Roman. die 10. Novembris in Festo Dedicationis Basilicæ S. Salvatoris, cujus primæ Vesperæ dicuntur usque ad Capitulum de præcedente *die Octavæ omnium Sanctorum*, à Capitulo verò de sequenti *Festo Dedicationis* prædictæ Basilicæ, cum Commemoratione *Octavæ omnium Sanctorum*, & insuper Festi *simplicis* subsequentis, ùt ibi: Dixi autem: *cum die Octava non privilegiata*, item: *regulariter*. Ratio Limitationis est primò; quia in 2. Vesperis *diei Octavæ* Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis Domini, & Corporis Christi de sequenti duplici fit tantùm Commemoratio, nisi istud fuerit 1. vel 2. *Classis*, seu *Patronus*, vel *Titulus*, aut *Dedicatio propria Ecclesiæ*; quia tunc de Festo proprio recitaretur Officium, & de Octava Commemo-

moratio, idque ex præscripto Rubricæ extantis post Tabulam Concurrentiæ. 2. quia, ùt suprà dictum, quæcunque *dies Octava B. V. M.* integras habet utrasque Vesp. in *Concurrentia* cum Festo *duplici minore*.

6. Admittit præterea Festum *duplex minus* in 1. suis Vesperis etiam Commemorationem *Festi simplicis subsequentis*, item occurrentis *Feria majoris Adventûs*, & *Quadragesimæ*, de quibus tamen ferijs facienda est Commemoratio ante Commemorationem Festi *simplicis*, si quod istera die sequatur. Non autem admittit in ijs Commemorationem aliarum *Feriarum*, etiam *majorum*, nec de *B. V. in Sabbato* (utpote quarum Officium jam fuit terminatum ad Nonam) nec etiam Commemorat: sequentis Vigiliæ, utpote quæ habet Comemor: in solis *Laudibus*, exceptâ Vigiliâ *Epiphaniæ Domini*, de qua fit semper Commemoratio quocunque *duplici* occurrente, non modò in Laudibus, sed etiam in pridianis Vesperis. Cæterùm veniam mihi dabit benignus lector, quòd agens hôc Titulô ex instituto de Concurrentia Officij, tum hîc, tum alibi ex accidenti interseram nonnulla de Occursu (puta suprà dictarum Feriarum, &c) non confundendo utique cum concursu : quia id non ago Titulô *Concursûs*, sed *concomitanter*, sive ratione alicujus habentis *connexionem* hîc & nunc cum eo, quod cum alio in alterutris suis Vesperis concurrit, ob faciendam v. g. vel non faciendam de ipso Commemorationem &c; nec Supervacaneè, aut citra prudentem rationem id à me fieri existimandum est; tum quia 1. propositum hoc ipsum mihi fuerat, ut ostenderem, quòd sicuti juxta Rubr. XI. de Concurr. n. 9. *Feria* non potest *Concurrere* cum alio Officio in 2. Vesperis, ità neque possit esse juxta eandem Rubric: cum ea *concursus* in 1. Vesperis, sed, si aliquando, ùt ibidem in fine ejus numeri dicitur, in *Concurrentia* aliorum Officiorum fieri de ipsa debeat Commemoratio in 1. Vesperis, id non fiat ratione *Concursûs*, sed quòd eo die, quô Officium Feriarum majorum Quadragesimæ, aut Adventûs impeditur Officiô 9. Lectionum, illarum Commemoratio ratione *Temporis* expræcepto Ecclesiæ prætermitti non debeat, modô tamen ibi præscriptô; tum quia juxta alibi dicta propositum mihi fuerat non tantùm servire *Necessitati*, sed etiâ *Commoditati* Lectoris, minùs præsertim adhuc in re Rubricistâ eruditi, ac exercitati, non tantùm non nauseantis, sed gratum habentis, si ei omnia sub unum quodammodo simul & semel obtutum ponantur, quæ ad ordinandum in hac aut illa *Concurrentia*, vel *Occurrentia* congruenter Officium eum scire oportet, ac observare, neoperosè unum in hoc,

alterum in alio loco indagare cogatur. Et hæc ipsa est ratio, ob quam, agens de Occurrentia, & Commemorationibus, etiam incidenter egerim, ac agam de dicenda 9. Lectione de *Festo simplici*, aut *Vigilia*, vel *Feria majore*, in Festis 9. Lectionum non rarò occurrentibus, quantumvis ea Materia non ad eos Titulos, sed ad alium spectet per se loquendo. Ob eandem quoque denique Rationem pluries eadem pono, ac repeto, quæ jam alibi semel aut iterum in medium sunt allata; tum quia jam dicta in una parte, habent Connexionem cum ijs, quæ habentur in alia parte, vel vicissim; tum quia non semper recurrit memoria alibi dictorum, aut dicendorum; nec pauca etiam est reperire, quæ utrique parti sunt Communia, ac proinde valde Commodũ accidit Lectori, si eorum Resolut. reperiat, sive eam in hac, sive in alia hujus Libri *Parte*, aut *Tit.* investiget.

In II. Vesperis, si *Festum duplex minus* Concurrat cum sequenti *Festo duplici* 1. *Classis*, integræ Vesperæ dicuntur de sequenti, nihil autem in ijs fit (ne quidem Commemoratio) de præcedenti.

2. Si autem in 2. Vesperis *Festum duplex minus* præcedens concurrat cum *Festo duplici* 2. *Classis subsequente*, rursus quidem integræ Vesperæ dicuntur de sequenti, fit tamen in ijs Commemoratio de *duplici minore præcedente*, excepto Festo duplici minore in II. Vesperis concurrente cum *Festo Circumcisionis*; hoc enim, ut ut in Ecclesia universali sit tantùm *duplex* 2. *Classis*, in primis tamen suis Vesperis non admittit Commemorationem de Festo *dupl. minore præcedente*, nempe de S. Silvestro, uti constat ex propria Rubr.

3. *Festum duplex minus* concurrens in secundis Vesperis cum sequente alio *duplici minore*, regulariter dividit cum hoc Vesperas, ita, ut deque ad Capitulum dicantur regulariter de præcedente, à Capitulo verò de sequente, cum Commemoratione præcedentis. Excipiendum videtur Festum *S. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum*, de quo antequam digniore in Concursu cum *duplici minore* minùs digno fiunt integræ dicendæ in Ecclesia etiam universali, cum Commemoratione minùs digni ob Rationes alibi allatas. Quòd si unum *duplex minus* cum alio, quoad Ritum & dignitatem *æquali* concurrens sit *Festum fori*, alterum verò non sit Festum fori, tunc non obstante ea diversitate, ab extrinseco & per accidens intervenente, adhuc dividunt Vesperas, ut alicubi notat P. Gobat, allegans pro hâc suâ Doctrinâ Responsum quoddam Romanum: eamque confirmat praxis plurium Germaniæ nostræ Diœceseon, in quibus, non obstante, quòd Festum *S. Mariæ Magda-*

dena sit quibusdam in locis *Festum fori*, non item *Festum S. Apollinaris*, nihilominùs 2. Vesperæ S. Magdalenæ dicuntur de ipsa etiam ibi non nisi usque ad Capitulum, à Capitulo verò de *S.* Apollinare, cum Commemoratione præcedentis. Idem Contingit circa *Festum S. Basilij*, & *Festum S. Viti ac Soc.* ubi hoc posterius est *duplex minus*, attamen simul *Festum fori*, non item prius; nam etiam eò in locò S. Basilius vendicat sibi dimidium Vesperarum pridie S. Viti, & Socior: isti autem pro se non nisi alterum dimidium, cum Commemorat: præcedentis.

4. *Festum duplex minus* Concurrens in 2. Vesperis cum sequente *Festo semiduplici* integras de se requirit Vesperas (nisi occurrat infra Octavam Nativitatis Domini) cum Commemoratione de *Festo semiduplici* sequente : quæ quidem *Festi semiduplicis* Commemoratio juxta Rubric. de Ordine Commemorationum fieri debet ante Commemorationem de *die infra Octavam*, ante *Festum* verò *semiduplex* præmitti Commemoratio *Dominicæ*, si quæ hodie unà cum *Festo duplici* occurrat : tametsi enim alioqui *dies infra Octavam* in casu, quo *Festum semiduplex* cum ea concurrit, jus habeat (*regulariter* loquendo) ad Vesperas à Capitulo de se dicendas, ex *speciali* tamen *Dispositione* Rubricæ post *Tabulam Concurrentiæ* extantis Commemoratio *semiduplicis* ante Commemorationem *diei infra Octavam* est facienda, ùt patet in 2. Vesperis S. Thomæ Cantuarien. Et ratio est; quia *Festum semiduplex* est nobilius *die infra Octavam*, quæ est sola *Festi Continuatio*. Pisart in *Tit. IX. Rubr. Gener. n. 5.* Si autem *duplex minus* occurrat *infra Octavam Nativitatis Domini*, dicuntur Psalmi & Antiphonæ (quæ duplicantur) de Nativitate, & tantùm à Capitulo fit de *Festo duplici*, cum Commemoratione *Officij semiduplicis* sequentis, & Octavarum, &c, ùt ibi.

5. Festum *duplex minus* concurrens in 2. Vesperis cum sequente *Dominica* (seu *major* ista sit, seu *minor per annum*) regulariter loquendo exigit integras Vesperas cum Commemoratione *Dominicæ* sequentis. Dixi : *regulariter loquendo*; Nam infra Octavam Nativitatis Domini, *primæ* ac *secundæ* Vesperæ Festorum eò modò sunt ordinandæ, quò ibi præscribitur in Breviario.

6. Festum *duplex minus* concurrens in secundis Vesperis cum sequente *die infra Octavam*, regulariter loquendo pariter integras requirit de se Vesperas, de die infra Octavam autem solummodo Commemorationem. Dixi rursus : *regulariter loquendo*; Nam *infra Octavam Nativitatis Domini* primæ ac secundæ Vesperæ Festorum Ordinantur, ùt ibi.

7. Fe-

7. Festum *duplex minus* in 2. Vesperis concurrens cum sequente *die Octava* ejusdem Classis, sive Ritûs, regulariter loquendo dividit illas cum *die Octava* subsequente de qua proinde dicuntur à Capitulo, cum Commemoratione tamen Festi præcedentis. Dixi: *ejusdem Classis*, seu *Ritûs*; Item: *regulariter loquendo*. Excipitur enim 1. dies Octava Nativitatis Domini, de qua (utpote *duplici* 2. *Classis*) non modò integræ dicuntur Vesperæ, sed etiam nulla fit in ijs de præcedente Festo *duplici minore* (nempe S. Silvestro) Commemoratio. Excipitur 2. *dies Octava* Ascensionis, ac Ss. Corporis Christi, in cujus utriusque primis Vesperis totum Officium fit de *die Octava*, cum Commemoratione tamem præcedentis Festi *duplicis minoris*; dico: *minoris*; nam si foret duplex solemne principale, seu primæ, aut secundæ Classis, tunc de Festo fieret Officium, & Commemoratio tantùm de die ejusmodi Octava, ut dicitur in Rubrica extante post *Tab: Concurr:* quia licèt neutra dictarum duarum Octavarum tanquam *duplex majus*, aut certè *dignius* cedat *duplici minori*, imò nec *majori*, cedunt tamen ambæ *duplici* 1. & 2. *Classis*. Excipitur 3. quæcunque dies Octava B. V. utpote quæ ex Decreto Sac. Rit. Congregation: integras habere debet utrasque Vesperas in Concurrentia cum Festo duplici minore, non obstante, quòd alioqui *dies octava non privilegiata* dimidiet Vesperas in Concurrentia cum Festo *duplici minore*.

8. Festum *duplex minus* in secundis suis Vesperis admittit preterea Commemorationem de Festo *simplici sequente*, item de sequente *Officio S. MARIÆ in Sabbato*, cum quorum alterutro, aut etiam utroque simul si concurrat, in secundis Vesperis Festi ejusmodi *duplicis minoris* omnia dicuntur de *Festo duplici*, cum Commemoratione sequentis *Festi simplicis*, aut *Officij S. Mariæ in Sabbato* (nisi Festum *duplex*, præcedente Feriâ VI. occurrens, fuerit *Festum* ipsius *B. V.*) vel etiam utriusque simul, si in sequens Sabbatum, in quo fit de S. MARIA in Sabbato, simul incidat Festum *duplex*; sed tunc Commemoratio de S. MARIA facienda est ante Commemorationem de Festo simplici, nec postridie de hoc dicenda est ultima Lectio, sed de B. V. in Sabbato ibi. Nota hîc, quòd etiamsi pridie B. V. in Sabbato in 2. Vesperis Festi duplicis *minoris*, aut *majoris* facta sit tantùm Commemoratio de sequenti Officio B. M. V. in Sabbato, nihilominus Hymnus Completorij terminandus sit per Vesba; *JESU tibi sit gloria, qui natus &c.*

9. Festum *duplex minus* admit-

mittit denique in secundis suis Vesperis etiam Commemorationem de Feria *occurrente majore Adventûs*, ac Quadragesimæ, non autem de alia Feria, seu *majore* seu *minore*, ubi nec de *Vigilia*; quia enim harum omnium Officium jam integrè terminatur ad *Nonam*, non potest cum istarum Officijs concurrere in secundis suis Vesperis. Excipitur tamen *Vigilia Epiphaniæ*, de qua, habente *Ritum semiduplicem*, fit Commemoratio in secundis Vesperis Officij præcedentis, sed ante Commemorationem de S. Telesphoro, ùt ibi.

In Laudibus & Missa admittit *Festum duplex minus* Commemorationem de quacunque *Dominica occurrente per annum*, item de quacunq; die infra Octav. nec non de quacunque *Feria majore*, *Vigilia*, ac *Festo simplici*, si die, quô fit de Festo duplici minore, occurrant, ùt constat ex suprà dictis de Occurrentia & Concurrentia Festorum *duplicium minorum*. Nunc sit

§. V.

De Occurrentia, & Concurrentia Festorum semiduplicium.

FEsta SEMIDUPLICIA sunt ea, quibus in Kalendario, vel Proprio Sanctorum vox *semiduplex* apponitur, & interdum in aliquibus Locis ex Concessione Summi Pontificis etiam Festa illorum Sanctorum, de quibus Reliquiæ non insignes habentur. Distinguuntur *Festa semiduplicia* à *duplicibus* 1. quòd in posterioribus Antiphonæ in Matutino, Laudibus, & Vesperis *duplicentur*, hoc est, *ante* & *post* Psalm: ac Cantica integrè dicantur, non item in prioribus. 2. Quòd in *Duplicibus* Commemorationes *Communes*, seu Suffragia *Communia* non dicantur, dicantur autem in *Festis semiduplicibus*, nisi hæc occurrant infra *aliquam Octavam*, aut veniant infra illud Tempus, quod est ab *Adventu* usque ad *Octavam Epiphaniæ* inclusivè; vel illud, quod est à *Vesperis Sabbati ante Dominicam Passionis* usque ad *Feriam II. post Octavam Pentecostes*. 3. Quòd in *duplicibus* nullæ dicantur *Preces Dominicales* ad Primam, & Completorium, dicantur autem in *semiduplicibus*, nisi hæc veniant *infra* aliquam *Octavam*. A *simplicibus* verò Festis distinguuntur *Festa Semiduplicia*, quòd ista novem Lectiones, tres Nocturnos, & primas ac secundas Vespe-

speras de jure ac per se loquendo exigant (extra casus scilic. suprà exceptos, & infra excipiendos) non autem *simplicia*.

De occurrentia Festorum semiduplicium.

1. SI *Festum semiduplex* incidat in diem, quô simul occurrit quæcunque *Dominica* (seu *major*, seu *minor per annum*) vel qualecunque *Festum duplex*, tunc *Officium* & *Missa* dicuntur die illo de Dominica, aut *Festo duplici* occurrente; *Festum* autem *semiduplex* tunc transfertur in diem aliam proximam *non impeditam*: Dies autem *impedita* est 1. omnis *dies privilegiata*, id est habens jus ad aliud Festum, licèt dignius, excludendum: cujusmodi sunt v. g. *dies Cinerum*; *Vigilia Nativitatis Domini*; *Vigilia Pentecostes*, & *Feriæ* omnes *majoris hebdomadæ &c.* 2. Dominicæ omnes suo Tempore, ac *Ritu semiduplici* celebratæ; Nam eæ, quæ interdum anticipantur, ac *Ritu* tantùm *simplici* celebrantur, cedunt *Festis semiduplicibus*, etiam translatis, exceptâ Dominica II. post Epiphaniam in casu, quô Septuagesima immediatè venit post *Octavam Epiphaniæ*, Sabbatum autem primum post *Octavam Epiphaniæ* est impeditum Festo 9. Lectionum; tunc enim, ùt ibi dictum P. I. *Tit. 4. à f.* 10. cedit ei *Festum semiduplex S. Hilarij*, aut aliud sequens. 3. omnia *Festa duplicia*, & *semiduplicia*. Dico: *Festa*; nam dies *infra Octavam* propriè non sunt festa, prout nomen *Festi* hîc sumitur, sed tantùm *Continuatio Festi*, nec sunt dies impeditæ (loquendo de Offic. non privileg.) nisi respectu *Festorum semiduplicis* ad plures, quàm unum diem translati: si enim infra Octavam aliquam non privilegiatam occurrat *Festum semiplex*, & ea dies sit impedita (ob occurrentem v. g. *Dominicam*, aut ob *Festum* aliquod occurrens *mobile*, v. g. Ascensio Domini, aut ob Festi mobilis, v. g. Corporis Christi, occurrentem *Dominicam infra Octav.*) tunc, ob Rationem alibi allatas, sequenti die celebrari debet, si aliud Festum 9. Lectionum in eadem non incidat, aut celebrandum occurrat; quòd si autem proximè sequens dies Festô alio 9. Lectionum si impedita, transfertur *Festum* ejusmodi *semiduplex* post *Octavam*, imò ultra omne Officium 9. Lectionum, si fortè Octavam illam proximè seu immediatè sequantur aliæ Octavæ, v. g. Octava S. Joannis Baptistæ, & Octava SS. Petri & Pauli Octavam Corporis Christi, aliáve Festa novem Lectionum: (inquit Gav. Tom. 2. fest. p. c. 10. n. 4.) amissô jure Vicinitatis ad propriam diem, non est major Ratio, cur citiùs celebretur.

2. Si *Festum semiduplex* incidat in *diem infra Octavam non privilegiatam*, seu 4. Classis, h. e. Tabel-

in qua fit de *Festis occurrentibus*, fit de ipso Festo *Officium* & *Missa*; de *die infra Octavam* autem fit utrobique tantùm locis *Commemoratio*. Dixi: *infra Octavam non privilegiatam*: nam *Festum semiduplex* occurrens infra Octavam *Paschæ* & *Pentecostes* (quæ omnes sunt Octavæ 1. *Classis*) transfertur in diem proximam non impeditam post Octavam. Idem est de *Festo semiduplici* occurrente *infra Octavam Epiphaniæ*, & *infra Octavam SS. Corporis Christi*, quarum prior est Octava 2. *Classis*, posterior autem Octava 3. *Classis*; nam & utraque hanc pariter excludit *Festum semiduplex* infra illas occurrens. Quòd *Festum semiduplex* occurrat in *Dominica infra Octavam non privilegiatam*, h. e. admittentem *semiduplex Festum*, hanc istud juxta superiùs dicta, ac modò inferiùs §. 13. in *Corollarijs de Translat. Festorum* referendò, transfertur in sequentem *Feriam II.* Quòd & hæc sit impedita, transfertur ultra *totam Octavam*. Idem est, si die alia infra Octavam occurrat *Festum semiduplex*, & illa sit Festò aliò digniore impedita; tunc enim *Festum semiduplex* juxta ibidem dicta transfertur pariter in proximè sequentem diem, aut, si etiam hæc sit impedita, post *totam Octavam*, imò ultra omne *Officium* subsequens §. *Lectionum*. Quandocunque autem *Festum semiduplex* (in *Dominica infra Octavam non privilegiatam*, aut die infra talem Octavam *aliâ impeditâ* occurrens) non potest *die* immediatè *subsequente* celebrari, tunc in ejus Repositione observandus est ordo in Rubricis Tit. X. de Translat. n. 7. præscriptus, ità, ut priùs reponatur ac celebretur cæteris paribus id, quod *priùs* occurrerat, seu translatum fuit. Vide, quæ dixi P. I. Tit. *de Festo Ascensionis Domini*, & P. II. *die 26. Junij* f. 189. nec non Francisc: Monacelli *P. II. form. pract. Tit. 13. à n. 21. fol. 67.*

3. Si *Festum semiduplex*, incidat in diem, quô simul occurrit *dies Octava* alicujus *Festi*, *Officium*, & *Missa*, fit de die *Octava*, translatô *Festô semiduplici* in diem proximam non impeditam, qualis non est *dies infra aliam Octavam immediatè subsequens*, si nullum in ea Festum 9. Lectionum occurrat, juxta dicta *P. I. Tit de Festo Ascensionis &c.* f. 165.

4. Si *Festum semiduplex* incidat in diem, quô simul occurrit aliud *Festum semiduplex*, Officium, & Missa dicuntur eo die de *digniore*, seu *solemniori*, translatô eô, quod est *minoris solemnitatis*, uti habet Rubr. *Gen. X. de Translatione n. 6. solemnius* autem & *dignius* eô loco juxta P. Lohner censetur id, quòd in *Litanijs majoribus* ordine præcedit, exceptis Festis Sanctorum Veteris Testamenti à *S.* Joanne Baptista distinctorum; hunc enim solùm ex Veteris Testamenti Sanctis ex spe-

ciali privilegio Ss. *Apostolis* censet præferendum.

Quòd si *Festum semiduplex* incidat in Dominicam *per annum*, eámque talem, quâ nullâ simul currit Octava, observanda est ad literam Rubricæ de *Translat Festor.* pars 1. numeri 5. adeoque transferendum in primam diem Festô 9. Lectionum non impeditam juxta inferiùs dicenda in *Corollarijs de Occurrentia*, & *Concurrentia Festor:* ac dicta superiùs *Tit. de Octavis.*

5. Si eodem die occurrat *Festum semiduplex*, & simul *Festum simplex*, Officium ac Missa dicuntur de *semiduplici*, de *simplici* autem fit tam in *Missa*, quàm in *Officio* (h.e. 1. *Vesp.* & *Laudib.*) Commem. dicitúrque de eodem quoque nona Lectio, si *propriam* habeat, faciendo ex duabus unam, si duas habeat; si autem *propriam* non habeat, sed tantùm aliquam *de Communi* (qualem v. g. habet S. *Valentinus M.* & S. *Petronilla* V.) tunc nona Lectio non dicitur de Festo simplici in Festo occurrente 9. Lectionum, sed fit de eo tunc solummodo Commemoratio suis locis in *Officio*, & *Missa.* Dixi: *in Festo 9. Lectionum*; nam si officium non fiat de *Festo 9. Lectionum* (seu *occurrente*, seu *translato*) sed de ipso *simplici*, tunc Lectio illi assignata *de Communi* dicitur 3. loco in Officio, quod fit de *Festo simplici*, seu *3. Lectionum*, ut alio nomine vocatur in Rubricis.

6. Si *Festum semiduplex* incidat aliquando, aut transferatur alicubi in diem, quô alioquin in Ecclesia universali fit de S. *Missa in Sabbato*, aut de *Feria minore*, Officium ac Missa dicuntur de Festo *semiduplici*, & nihil fit ibi de S. *Maria in Sabbato*, aut *Feriâ minore.*

7. Si *Festum semiduplex* occurrat in *Feria* aliqua *majore*, & festa non sit una ex *diebus privilegiatis* contra quodcunque Festum 9. Lectionum (quales sunt *Feria IV. Cinerum*, & *Feriæ omnes majoris Hebdomadæ*, item *Vigilia Nativitatis Domini*, & *Pentecostes*) Officium & Missa dicuntur de Festo, cum Commemoratione *Feriæ majoris* occurrentis in *Officio*, & *Missa*, & siquidem habet proprium Evangelium (uti habent omnes & solæ *Feriæ Quadragesimæ* usque ad *Feriam III. majoris Hebdomadæ* exclusivè, item *Feria omnes quatuor Temporum*, & *Feria II. Rogationum*) dicitur in Officio Festi de eadem *Feria majore* 9. Lectio, & in *Missis privatis* ultimum Evangelium, nisi aliter notetur: Missæ autem *Conventuales* tunc ordinandæ sunt, prout præscribit Rubric. General. III. *Missal. in.* 1. & dicemus suo locô. Quòd si verò Festum *semiduplex* occurrat in *Feria majore privilegiata*, nempe vel *Feriâ IV. Cinerum*, vel *Feriâ quacunque majoris Hebdomadæ*, transfertur id in diem alium non impeditam.

§. Si

8. Si *Festum semiduplex*, & *Vigilia* simul occurrant, tunc, si *Vigilia* illa sit vel *Vigilia Nativitatis*, vel *Epiphaniæ Domini*, vel *Pentecostes*, nihil fit die illo de Festo semiduplici occurrente, sed transferendum est in diem aliam non impeditam; si verò Festum semiduplex occurrat in quacunque alia *Vigilia*, Officium & Missa ordinantur respectivè ùt supra §. 2. *n.* 12. in Occurrentia Festorum *duplicis* 2. *Classis*, ac *Vigiliæ &c.* Addendum tamen hîc, quòd si in *Vigiliam* incidat *Festum semiduplex*, tunc in Missis privatis Oratio 2. sit de *Vigilia* 3. *A cunctis*, non autem *Concede*, quæ alioqui (si nempe Officium 9. Lectionum non occurrat) 2. locò, 3. autem *Ecclesiæ*, vel pro Papa in *Vigilia* dici solet. Colligitur id ex Rubrica Missalis extante ad diem 19. Septembris post Missam ejus diei: nam ibi Commemoratio (sola) *Vigiliæ* non exigit orationem *Concede*, sed *A cunctis*: Idem ibidem olim adhuc clariùs die 20. Septembris habebatur, quando nempe *S.* Eustachius etiamnum erat *Festum semiduplex*; nam (ùti videre est in Missalibus paulò antiquioribus) Oratio 2. tunc in Missa Festi erat de *Vigilia*. 3. autem *A cunctis*. Secùs est, si *Festum semiduplex* celebretur *infra aliquam Octavam*: tunc enim Oratio 2. est de *Octava*. 3. *Concede*, non autem *A cunctis*. Quid autem porrò sit observandum, quando *Festum semiduplex* incidit in *Vigiliam*, vide infra de *occurrentia Vigiliæ*.

De Concurrentia Festorum semiduplicium.

1. IN *Primis* seu *pridianis* Vesperis sit de sequenti *Festo semiduplici* duntaxat Commemoratio, si pridie illius factum fuerit de quocunque *antecedente Festo duplici*, aut de *quacunque Dominica antecedente*, aut de die *Octava* itidem antecedente: adeoque in omnibus his tribus Casibus I. Vesperæ integræ dicuntur de *Præcedenti*, cum Commemoratione de *sequenti*.

2. Si *Festum semiduplex antecedens* in Vesperis concurrat cum alio *Festo semiduplici subsequente*, tunc *dividunt* Vesperas, adeoque usque ad Capitulum dicuntur de *Præcedente*, à Capitulo verò de *sequente*, cum Commemoratione *Præcedentis*. In Festo tamen *S. Thomæ Cantuarienſis* Vesperæ eô modô sunt dicendæ, quem præscribit ibi Rubrica propria ante ejus Festum.

3. Si *dies infra Octavam non privilegiatam*, de qua factum fuit Officium, in Vesperis Concurrat cum sequenti *Festo semiduplici*, tunc pariter dividunt Vesperas, dicuntúrque proin hæ pridie *Festi semiduplici*

bis tantùm usque ad Capitulum de *Præcedente*, nempe *de Octava* (etiam Ascensionis) à Capitulo verò de sequente *Festo semiduplici*, cum Commemoratione Octavæ.

4. *Festum semiduplex* in primis suis Vesperis (sive eæ integræ dicantur de ipso, sive tantùm à Capitulo) admittit Commemorationem de sequenti *Festo simplici*, eôdem, quô *Festum semid:* celebratur, die occurrente.

5. Si Dominica in 2. suis Vesperis *Concurrat* cum sequenti *die infra Octavam*, non excludentem celebrationem *Festi semiduplicis*, & simul cum *Festo semiduplici subsequente*, tunc Vesperæ integræ dicuntur de *Dominica*, cum Commemoratione primæ de Festo semidupl: & postea primùm de *die infra Octavam*.

Ad Vesperas secundas *Festi semiduplicis* quod attinet, si illud concurrat cum sequenti *Festo duplici* 1. vel 2. *Classis*, nihil fit de *Festo semiduplici*, sed integræ dicuntur de *sequenti*, absque Commemoratione *præcedentis*.

2. Si *Festum semiduplex* in II. Vesperis Concurrat duntaxat cum *Festo duplici majore*, vel *minore per annum* subsequente, Vesperæ integræ dicuntur de sequenti (extra *Octavam Nativitatis Domini*) cum Commemoratione de *Festo semiduplici* præcedente, cui tamen Commemorationi præmittitur Commemoratio de sequente *Dominica per annum* (si quæ cras simul occurrat) ei autem postponitur Commemoratio de *die* currente *infra Octavam*, & harum utrinque Commemoratio de *Festo simplici*, si quod cras occurrat. Quomodo autem dicendæ sint Vesperæ pridie & postridie *Festi S. Thomæ Cantuariensis*, si illud veniens in Dominica transferatur in *Feriam II.* seu *diem 30. Decembr.* habetur in propria Rubrica, ejusdem Festo præfixâ.

3. Si *Festum semiduplex* in secundis Vesperis concurrat cum sequente *Dominica* (seu *majore*, seu *minore per annum*) regulariter loquendo dividunt Vesperas, dicúntque proinde usque ad Capitulum de *Præcedente*, à Capitulo autem de *sequente*, cum Commemoratione de *Præcedente*. Dixi tamen: regulariter; quomodo enim dicendæ sint Vesperæ secundæ in *Festo S. Thomæ Cantuariensis*, quando id non venit in Dominica, & dies immediatè illud sequens non est Sabbatum declaratur in propria Rubrica, Dominicæ infra Octavam Nativitat. immediatè præfixa in Breviar.

4. Si *Festum semiduplex* in secundis Vesperis concurrat cum alio *Festo semiduplici* subsequente, dividunt Vesperas, adeoque usque ad Capitulum dicuntur de præcedente, à Capitulo verò de sequente, cum Commemoratione Præcedentis. Idem est, si Feria VI. occurrat

rat Festum semiduplex, & Sabbato subsequente fiat de B. V. Ritu *semiduplici*, v. g. ab habente privilegium Sabbatis non impeditis Officiô aliô propriô dicendi Officium *de Conceptione Immaculata B. V. M.* à Sac. Rit. Congregatione approbatum & concessum: nam etiam in tali casu Vesperæ illius Feriæ VI. usque ad Capitulum dicuntur de Festo semiduplici præcedente, & tantùm à Capitulo de Officio Sabbati subsequentis, non obstante quòd illud sit de B. V. eò quòd (ut notat Pisart ad Tit. 8. Rubr. Gener. n. 1.) Officium illius Sabbati, non sit Festum sed tantummodo aliqua *Commemoratio B. M.* Hymnus tamen Completorij terminabitur tunc Versu: *JESU tibi sit gloria, qui natus es &c.* Idem est de habente Privilegium seu Indultum dicendi Officium & Missam de Venerabil. Sacramento Feriis quinîs per annum non impeditis Officiô 9. Lectionum, aut aliô exceptô non impeditis.

5. Si *Festum semiduplex* in secundis Vesperis concurrat cum *die infra Octavam*, regulariter loquendo pariter dividunt Vesperas, dicunturque hæ proin, nisi aliter notetur, usque ad Capitulum de præcedente, à Capitulo verò de sequente, cum Commemoratione Præcedentis. Dixi autem: *regulariter loquendo*, & *nisi aliter notetur*. Excipitur enim 1. *Festum Ss. Joannis & Pauli MM.* in quo secundæ Vesperæ integræ dicuntur de Ss. Joanne & Paulo, de *die* autem *infra Octavam S. Joannis Baptistæ* fit in ijs duntaxat Commemoratio, uti habetur in propria Rubrica, non obstante, quòd Festum S. Joannis & Pauli sit tantùm *Festum semiduplex* in Ecclesia universali. Excipitur 2. *Festum S. Thomæ Cantuariensis*, quando id incidit in Feriam VI. tunc enim in secundis Vesperis S. Thomæ Cantuariensis *omnia* dicuntur, sicut in 2. Vesperis *diei Nativitatis Domini* (nisi quòd Antiphonæ non *duplicentur*) & post Orationem currentis Octavæ Nativitatis Domini fit Commemoratio S. Thomæ Cantuarienſ: deinde S. Stephani, & aliarum Octavarum, uti in Rubrica extante post Dominicam infra Octavam Nativitatis.

6. Si *Festum semiduplex* in 2. Vesperis concurrat cum *die Octava*, Vesperæ integræ dicuntur de die *Octava*, de *Festo* autem *semiduplici* fit tantùm Commemoratio, nisi *die Octava*, in crastinum subsequente, simul occurrat *Festum duplex* 1. aut 2. Classis; tunc enim Vesperæ juxta post dicenda integræ dicuntur de *Festo* ejusmodi 1. *vel* 2. *Classis*, de *die Octava*, autem (excepta *die Octava Epiphaniæ*, quæ perinde, ac *dies Octava Nativitatis Domini*, nulli cedit Festo) fit tantùm Commemoratio; de *Festo* verò *semiduplici* præ-

præcedente ne quidem fit Commemoratio in casu, in quo in subsequentem *diem Octavam*, admittentem de se alioqui *Festum duplex*, incidit *Festum* 1. vel 2. *Classis*. Quòd si in *diem Octavam* subsequentem incidat simul aliqua *Dominica* (seu *major* seu *minor*) fit etiam de *illa* Commemoratio, & quidem ante Commemorationem de *Festo semiduplici* præcedente. Quòd si Commemoratio *Festi semiduplicis* præcedentis per Festum duplex 1. aut 2. Classis, cras unà cum *die Octava* occurrens, excludatur, adhuc fieri debet (post Commemorarionem de die *Octavâ*) in hodiernis Vesperis de craftina Dominica Commemoratio.

Quòd si *Festum semiduplex* occurrat in Sabbato ante *Dominicam privilegiatam*, quæ est simul *dies Octava* Festi habentis Octavam, tunc in Vesperis illius Sabbati Antiphonæ & Psalmi erunt de *Festo semiduplici*, Capitulum verò & reliqua de *Dominicâ privilegiatâ*, post cujus Orationem fiet prima Commemoratio de *Festo semiduplici*, & postea secunda de *die Octava*, utpote quæ in toto suo Officio nihil eô annô habet, nisi meram Commemorationem (ut alibi dictum) adeoque dari potest casus, ùt notat Gav. *To.* 2. *f.* 3. *c.* 8. *n.* 22.) in quo *dies Octava*, quæ est *duplex*, cedat in concursu *Festo semiduplici*, quod habuit *dimidium Vesperar.*

7. Si *Festum semiduplex* in 2. Vesperis concurrat cum sequenti *Festo simplici*, Vesperæ integræ dicuntur de præcedente, cum Commemoratione subsequentis.

8. Si *Festum semiduplex* in 2. Vesperis concurrat cum B. *Maria Sabbato*, Vesperæ pariter integræ dicuntur de *Festo semiduplici*, de Officio autem cras dicendo de *S. Maria in Sabbato* fit Commemoratio, ùt ibi & quidem ante Commemorationem de *Festo simplici*, si in Sabbatô, in quo fit de *S. Maria in Sabbato*, simul incidat *Festum simplex*. Tametsi autem in casu, quô Feria VI. præcedente occurrit Festum 9. Lectionum, quod non est 1. Classis, in ejus 2. Vesperis fiat de *S. Maria in Sabbato* duntaxat Commemoratio, adhuc tamen Hymnus Completorij (non tamen etiam Hymnus illarum Vesperarum, etiam in casu, quô fit ejusdem metri cum Hymno Completorij) terminandus est per Clausulam : *JESU tibi sit gloria, qui natus es &c.*

Pari modo (ùt ex Gavant. *To.* 2. *f.* 5. *c.* 6. *n.* 15. etiam alibi annotavimus) in *Officio semiduplici de B. V.* quòd à Regularibus nonnullis ex Privilegio fit per annum in Sabbato, v. g. de Conception. Immacul. B. M. V. juxta Formulam à Sac. Rit. Congregation. approbatam, si in *primis Vesperis* non dicatur saltem Capitulum de B. V. sed in

is fiat solùm Commemoratio de il-
, tunc quidem in Hymno Com-
letorij dicitur in fine : *JESU tibi sit*
oria, qui natus es &c, non item in
Hymno Vesperarum, esto sit ejusdem
metri cum Hymno Completorij ,
reibi gratiâ in casu, quò integræ
Vesperæ pridie ejusmodi Officij dictæ
fuerunt de Festo duplici occurren-
, at verò de B. V. in ijs facta fuerit
rorum Commemoratio : nam tunc
per Vers: *JESU tibi sit &c* terminatur
quidem Hymnus Completorij, non
nem Hymn. illarū *primar. Vesperar:*
to sit ejusdem metri cum Hymno
Completorij. Si autem in *secun-*
dis Vesperis ejusmodi Officij fiat de B.
V. etiam solummodo Commemo-
ratio (ob subsequens v. g. Festum
duplex) Hymni omnes usque ad
Completorium inclusivè concludendi
sunt per Verba : *JESU tibi sit gloria*
&, etiam Hymnus illarum II. *Ve-*
sperarum, si sit ejusdem metri cum
Hymno *Completorij*. Quòd si deni-
que in *primis Vesperis* saltem Capi-
tulum dicatur de B. V. tunc non
modò Hymnus Completorij, sed e-
tiam illarum Vesperarum (si sit ejus-
dem metri cum Hymno Completo-
rij) terminatur per verba : *JESU ti-*
bi sit gloria &c. uti Teste Gav. loc.
cit. habetur in Libello Officiorum
PP. Discalceatorum , à Sac. Rit.
Congregation. approbatò, & Romæ
nep. impressò. Si verò nulla fiat
in Vesperis Commemoratio de B.
V. (uti contingit in casu, quò v. g.
postridie Visitationis, aut Præsen-
tationis B. V. occurrit *duplex 1. Clas-*
sis) nec etiam de currente aliqua ejus
Octava, tunc nec in Completorio, nec
etiam in Vesperis variatur finis Hy-
mni. Atque hæc eadem servanda
sunt quoque juxta Gavantum loc.
cit. & Arnaud Tr. 2. P. 1. Tit. 15.
in *Officio semiduplici* de *SS. Sacramen-*
to in Feriis quintis (nullò Festò
9. Lectionum, seu *occurrente*, seu
translatò, nec etiam aliter impedi-
tis) à quibusdam Regularibus, aut e-
tiam alijs per Sedis Apostolicæ *Pri-*
vilegium, aut *Indultum* recitari solito.
Addidi autem paulò antè : *nec etiam*
de currente aliqua ejus Octava; nam
(uti Gav. s. 5. c. 6. cit. n. 14. ob-
servat) Conclusio Hymnorum sem-
per fit vel ratione *Temporis*, vel ra-
tione *Octavæ*, quamvis in Officio
nulla fiat de *Tempore*, vel de *Octava*
Commemoratio, ea ratione, quâ di-
citur in Missa Præfatio de *Tempore*,
aut de *Octava* in Festo, quod pro-
priam Præfationem non habet, e-
tiam tunc, quando in Missa non
fit Commemoratio de *Octava non*
privilegiata : pari ergo ratione si in-
fra Octavam B. V. fiat de aliquo
Festo sine Commemoratione illius
Octavæ, adhuc Hymni illius alte-
rius Festi terminandi erunt per
Verba : *JESU tibi sit gloria, qui natus*
es &c.

In *Laudibus* & *Missa* admit-

tit *Festum semiduplex* Commemorationem de *die infra Octavam non privilegiatam* occurrente, item de *quacunque Feria majore*, præterea de *Vigilia*, ac denique de *Festo simplici*, si die, quô fit de *Festo semiduplici*, occurrat, uti constat ex suprà dictis de Occurrentia *Festorum semiduplicium* in hujusmodi diebus: observanda tamen simul erunt ea respective, quæ quoad *Missas Conventuales* præscribit Rubrica General. 3. *Missæ* n. 1. & 2.

§. VI.

De Occurrentia, & Concurrentia tum dierum infra Octavam, tum etiam ipsarum dierum Octavarum.

QUid sit observandum, & quomodo ordinandum sit Officium, & Missa, si eodem die, quô occurrit *dies infra Octavam*, aut ipsa *dies Octava*, occurrat simul *quodcunque Festum*, seu *novem*, seu *trium Lectionum*, aut *dies Octava*, vel *dies infra Octavam* alterius Festi, vel denique *Feria major*, vel *Vigilia*, non modò fusè & accuratè declaratum invenies, suprà Tit: 4. *De Octavis Festorum*, sed etiam ex dictis, & dicendis hoc Titulo facilè licebit colligere.

Idem est de Concurrentia tam *dierum infra Octavam*, quàm etiam ipsarum *dierum Octavarum* in 1. & 2. Vesperis cum *Officijs* [illegible] *dierum*, ac *Festorum*; quæ pariter Titulô *eôdem* satis supérque explanata reperies; sed & ex ijs, quæ hoc Titulô Paragraphis quinque præcedentibus hucusque dicta sunt, ac porrò in quatuor mox sequentibus §. 5. dicentur, utcunque sufficienter colligi poterunt. Sit igitur

§. 7.

§. VII.

De Occurrentia, & Concurrentia Dominicarum.

DOMINICÆ *Dividuntur* 1. in *Vacantes*, & *Non-vacantes*. *Vacantes* dicuntur, de quibus nihil omnino fit in *Officio* currentis diei, uti contingit, quando Festum *Nativitatis*, aut *Circumcisionis*, vel *Epiphaniæ Domini*, vel *Festa*, aut *Octavæ Ss. Stephani*, vel *Joannis Apost.* aut *Innocentium MM.* vel denique *Vigilia Epiphaniæ* in *Dominicam* cadunt: tunc enim, quia nihil fit in *Officio* ejusmodi *Festor.* vel *dierum* de *Dominica*, in qua occurrunt, ne quidem Commemoratio, ideo *Dominica* eò ipsò *vacare*, seu *Dominica Vacans* dicitur. *Non-vacantes* dicuntur, quæ vel totum *Officium*, vel saltem *Commemorationem*, & *Lectionem Evangelij*, de suô Officiô habent. *Dividuntur* 2. in *vagas*, & *fixas*. *Vagæ* dicuntur, quæ nec certum cum aliis *ordinem*, nec certum *Introitum*, nec alia determinatè necessaria (puta determinatũ *Offertorium*, *Grad.* & *Communionem*) in Missa habent: tales autem sunt tantùm *tertia*, *quarta*, *quinta*, & *sexta* post *Epiphaniam*, utpote quæ subinde *post Epiphaniam*, aliquando autem longè *post Pentecosten*, celebrantur, habéntque alium *Introitum*, aliud *Offertorium*, & aliam *Communionem* si celebrentur, seu suppleantur post Pentecosten, quàm habeant, si celebrentur post Epiph: ad quod dum haud pauci non attendunt, fœdè equidem errant. Reliquæ verò omnes ob Rationem contrariam *Dominicæ fixæ* dicuntur, nisi prioribus addere velis etiam Dominicam 23. post Pentecosten; eò quòd & ipsa proprium in *die Dominico* aliquando locum non habeat; id quod contingit tunc, quando post Pentecosten usque ad Adventum numerantur nonnisi 23. Dominicæ: tunc enim, quia ultima illarum *Dominicarum*, quæ sunt post Pentecosten usque ad Adventum, semper debet esse juxta Rubric. *Tit. de Dominicis* illa Dominica, quæ in ordine est XXIV. ideo Offic. Dominicæ XXIV. ponitur tunc locò Dominicæ XXIII. Officium autem Dominicæ XXIII. tunc ponitur in *Sabbato*, Dominicam illam ultimam post Pentecosten immediatè præcedente, dummodo id non sit impeditum Festo 9. Lectionum, alioquin

in alia præcedenti die similiter non impeditâ, Sabbato tamen illi proximè vicinâ, in qua fieri debet Officium de *Feria currente*, ùt in Psalterio, cum *Commemoratione* Festi *simplicis*, si quod occurrat. Lectiones autem tres legi tunc debent de Homilia Dominicæ XXIII. post Pentec. omissis, aut translatis (si sint Initium aliquod) tunc Lectionib. de Script. illius Feriæ, utì & omissa Lectione *Festi simplicis*, si quod occurrat habens propriam Lectionem. Dicuntur tamen Responsoria illius Feriæ, & Sabbatô quidem dicitur Responsorium septimum Dominicæ præcedentis primô locô, nempe: *Laudabilis Populus*; secundô verò, & tertiô locô Responsorium 2. & 3. Feriæ II. nimirum: *Angustiæ mihi &c.* &: *Misit Dominus &c.* Laudes pariter dicuntur tunc de *Feria currente*, attamen cum Antiphona ad *Benedictus*, Versu, & Oratione de Dominica XXIII. post Pentecosten, de qua Dominica etiam dicitur Missa, sed Ritu feriali, idest, sine *Glor.* & *Cred.* ac cum *Benedicamus* in fine. In *Officio* quoque ad *Laudes* fit tunc Commemoratio de Cruce, cum Consuetis Suffragijs. Quòd si verò tota illa Hebdomas sit impedita *Festis 9. Lectionum*, seu *occurrentibus*, seu etiam *translatis*, vel aliquâ *Octavâ*, tunc in Sabbato præcedente Dominicam ultimam post Pentecosten legenda est in Officio illo 9. Lectionum nona Lectio de Homilia Dominicæ XXIII. post Pentec. & de eadem Dominica facienda Commemoratio in *Laudibus* tantùm, & *Missa currentis Festi*, vel *Octavæ*, cum Antiphonâ, Versu, & Oratione propria Dominicæ illi XXIII. Cujus etiam Evangelium legendum tunc est in fine *Missæ*, ùt suprà P. I. suô locô dictum. Simili modo procedendum est, si aliqua ex suprà dictis quatuor *Dominicis* rapi (nempe vel *tertia*, vel *quarta*, vel *quinta*, vel *sexta* post Epiphaniam) aliquando supersit, & illa nec poni possit ante Septuagesimam (eò quòd Tempus, inter *Epiphaniam*, & *Septuagesimam* interjacens, non sit illô annô sex Hebdomadarum) neque etiam poni possit post Pentecosten; eò quòd Dominicæ post Pentecosten usque ad Adventum non sint tot superstites ut ponendis omnibus ijs, quæ post Epiphaniam superfuerunt, supersit locus: tunc enim pariter Officium de ejusmodi *Dominica exclusa* (Ritu *tamen*, ut dixi, solùm *simplici*, ac *feriali*) fit ultimô Sabbatô ante Dominicam Septuagesimæ, non impeditô Festo 9. Lectionum, alioquin in alia Sabbatum illud omnium proximè præcedenti *Feriâ*, aut *Festo simplici*, in qua, aut quo *Officium* tunc fieri debet de Feria currente, ùt in Psalterio, & in fine Nocturni illius ferialis legendæ sunt 3. Lectiones de Homi-

milia *Dominicæ exclusæ*, attamen cum Responsorijs de Feria occurrente, & in Sabbato sumendis ex Feria IV. ut suprà, nisi tria prima Responsoria *Dominicæ* præcedentis nondum sint illò annò recitata, adeoque locò Responsoriorum Feriæ currentis in tali Officio sint ponenda juxta Rubricam novam 27. Brev. de Responsorijs n. 7. In *Laudibus* autem (de reliquo pariter recitandis de Feria currente) tunc dicuntur Antiphona ad *Benedictus*, Versus, & Oratio de eadem Dominica, cum Commemoratione *Festi simplicis*, si quod occurrat, & alijs, ùt suprà, ac suò locò: *Missa* verò dicitur de ipsa *Dominica exclusa* à sua propria Sede, sed sine *Gloria*, & *Credo*, cum Commemoratione *simplicis* occurrentis, & cum *Benedicamus*, ac Evangel. S. Joannis in fine. *Col. Vir.* Quòd si non modò Sabbatum, sed tota illa Hebdomas sit impedita Officijs 9. Lectionum, seu *occurrentibus*, seu etiam *vacatis* (esto inter *occurrentia* sit etiam aliquod tantùm *ad libitum*) tunc, Sabbatò ultimò ante Dominicam Septuagesimæ legi saltem debet in Officio *Festivo* illius diei Sabbatini nona Lectio de Homilia *Dominicæ* à sua Sede exclusæ, & fieri *ejusdem* (etiam in casu, quo tali Sabbato occurrit Festum duplex 1. Classis) Commemoratio in *Laudibus*, ac *Missa* tantùm, & in hujus fine dici ultimum de eadem *Dominica* in Missa Festiva Evangelium; pro Commemoratione autem in *Laudibus* sumi Antiphona, Versus, & Oratio ex eadem Dominica. Dici etiam debet in *Missa* (siquidem illa unà cum Officio fiat Ritu feriali de Dominica à sua sede exclusâ) penultimò locò Oratio *Fidelium*, si ea nondum est dicta ratione mensis, adeoque ante Commemorationem de *Festo simplici*, si quod occurrat, & dicuntur non nisi 3. Orationes. Quòd si Feriâ illâ, quâ celebratur Ritu prædicto feriali Dominica exclusa, quis dicat Missam Votivam, in fine hujus non est legendum Evangelium Dominicæ (esto fieri debeat de ea Commemoratio) in fine Missæ Votivæ, sed Evangel. S. Joannis. Quid sit observandum circa Responsoria nondum primo posita, quando fit de hujusmodi *Dominica vaga* in *Sabbato*, aut Feria proximè antecedente Dominicam Septuagesimæ, insinuatum est suprà, & dicetur infrà suò locò &c. Cæterùm rectè hîc Arnaudus notat 1. Si Sabbatum, Dominicam Septuagesimæ proximè antecedens, non sit impeditum Festò 9. Lectionum, necessariò in illo, non autem pro libitu in aliqua alia Feria anteriore similiter non impeditâ, faciendum esse de ejusmodi *Dominica exclusa*. Notat Idem

2. Neque *simplex Officium B. V. M. in Sabbato*, neque *Festum simplex* in eodem, aut Feriâ aliâ an-

teriore occurrens, impedire, quô minùs in *Sabbatô*, aut (si Sabbatum Officiô 9. Lectionum sit impeditum) in ejusmodi *Feria anteriore* fiat modô suprà dictô Officium de ejusmodi *Dominicâ anticipatâ*, seu *exclusâ*; eòquòd juxta Rubric. solùm Officium 9. Lectionum, non autem trium Lectionum sit impedimento. Quòdsi autem Sabbatum Festô 9. Lectionum sit impeditum, curandum esse, ùt, quoad fieri potest, fiat de *Dominica* Officium modô prædictô in Feria ad Sabbatum illud omnium proximè intra illam Hebdomadam accedente. Quid agendum in casu, quô *Festum ad libitum* (v. g. S. Canutus) incidit in Dominicam vagam, constat ex dictis P. I. *à fol.* 31.

Ad Dominicas *fixas* quod attinet, etiam illarum aliquæ quandoque anticipato celebrantur, aut more alio, quàm aliàs solitô. Nam

1. Si *Dominica prima* post Epiphaniam, quæ alioquin est infra hujus Octavam, fuerit ab *Octava die* Epiphaniæ impedita (uti contingit, quando *Festum Epiphaniæ* incidit in *Dominicam*) celebranda illa est in Sabbato Dominicam illam præcedente; vel si hoc fuerit impeditum per *Festum Patroni*, aut *Titularis*, aut *Dedicationis Ecclesiæ*, tunc facienda de illa Commemoratio in *Officio* & *Missa* Festi, nec non de eadem in Officio dicenda 9. Lectio, & ultimum Evangelium in *Missa*, ut suô locô dictum.

2. Quia de *Dominica* II. post Epiphaniam semper fieri debet Officium ante Septuagesimam, ideo si Septuagesima venerit, ùt fieri potest, in prima Dominica post Octavam Epiphaniæ, tunc in prima Sabbato post Octavam non impedito Festô 9. Lectionum, vel hoc impediatur Festô aliquô 9. Lectionum de *præcepto*, non autem merè *ad libitum*, tunc primâ die post Octavam, *Festo duplici* non impeditâ, Officium dici debet de dicta Dominica II. post Epiphaniam, attamen *feriali*, ac P. I. Tit 4. *à fol.* 11. & II. à fol. 32. nec non in Rubrica Dominicæ I. post Epiphaniam præfixâ, descripto: *Festum* verò *semiplex* die illâ *primâ* post Octavam Epiphaniæ alioquin celebrari solitum transferri tunc debet in aliam primam diem similiter, non impeditam intra illam Hebdomadem. Quod si autem non modô *Sabbatum* Festô aliquô 9. Lectionum de præcepto (idest, non merè *ad libitum* tali) fieret impeditum, sed reliqui quoque dies omnes post Octavam Epiphaniæ Hebdomade illâ occurrentes essent impediti *Festis duplicibus*, tunc in Sabbatô prædictô fieri debet Commemoratio illius *Dominicæ* II. post Epiphan: in *Laudibus*, & *Missa* cum 9. de eadem Lectione in Officio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſcio, & ultimo Evangelio in *Miſſa*, ut ſuò locò.

3. Si *Dominica infra Octavam Nativitatis* alicubi per Feſta duplicia occurrentia impediatur eo die, quò Univerſalis Eccleſia illam celebrat, nunc facienda eſt de illa eo die Commemoratio in Officio & Miſſa, cum nona de eâdem in illo Lectione, & ultimò in hac Evangeliò, ùt rurſum ſuò locò ſuprà declaratum.

Dividuntur Dominicæ 3. in *ſolemnes*, ſeu *privilegiatas*, & in *Communes*, ſeu *Non-privilegiatas*; vel (ùt alij appellant) in *Majores*, & in *Minores*, ſive in *Dominicas per annum*. Dominicæ *Privilegiatæ*, ſeu *majores* ſunt, quæ vel nulli, vel nonniſi Feſto duplici 1. Claſſis cedunt : Dominicæ *Non-Privilegiatæ*, ſeu *minores*, aut *Dominicæ per annum* dicuntur, quæ cùvis *Feſto duplici*, non autem *ſemiduplici*, niſi *Vigiliæ Epiphaniæ*, cedunt, ut ibi. Quando autem in hujuſmodi *minoribus Dominicis per annum* fit *Officium duplex*, ſemper in *Officio* dici debet de *Dominica* (niſi ſit una de *Vacantibus*) 9. Lectio, & ultimum Evangelium in *Miſſa* Feſti occurrentis; fieri item de eadem *Dominica* Commemoratio tam in *Miſſa*, quàm in *Officio*, niſi quoad ſecundas Veſperas obſtet alicubi, aut aliquando concurſus cum ſequenti *Feſto duplici* 1. aut 2. *Claſſis*; ſiquidem in utriuſque horum *primis Veſperis* non fit Commemoratio de *Dominica minore* præcedente, ſed tantùm de *Dominica majore*, 1. aut 2. Claſſis. Eædem *Dominicæ minores*, ſi de ijs fit Officium, admittunt etiam Commemorationem de *die occurrente infra* aliquam *Octavam*, item de *Feſto ſimplici*, de quo etiam dicitur 9. Lectio (ſi propriam habet) in *Officio* talis *Dominicæ minoris*.

Dominicæ Privilegiatæ, ſeu Majores ſubdividuntur in duas Claſſes, nempe in Dominicas *majores* 1. & in *Dominicas majores* 2. *Claſſis*. Dominicæ *majores* 1. Claſſis ſunt ſequentes 8. jam ſuprà enumeratæ, nempe *Dominica I. Adventus* : *Dominica I. Quadrageſimæ* : *Dominica Paſſionis* : *Dominica Palmarum* : *Dominica Paſchæ* : *Dominica in Albis* : *Dominica Pentecoſtes*, & denique *Dominica SS. Trinitatis*, non quatenus eſt *prima Dominica poſt Pentecoſten* (cùm *quà talis* in 2. Veſperis concurrens cum ſequenti *Feſto duplici ſolemni* 1. vel 2. *Claſſis* amittat jus ad faciendam de ſe Commemorationem) ſed quatenus eſt ipſum *Feſtum Trinitatis* in *Dominicam cadens*, & ob hunc poſteriorem reſpectum Privilegium *Dominicarum* 1. *Claſſis* participans, vi cujus omnis *alterius Feſti* celebrationem à ſe excludit, ùt pluribus *Tom. 2. ſ. 6. c. 19. n. 2.* declarat Gavantus, ubi ait : *Feſtum SS. Trinitatis* interdum *Dominicam* (quia in *Dominica* ſemper occurrit) interdum verò abſolutè *Feſtum* vocari *SS. Trinitatis* ;

tis : cùm ergo (ut observat Lohnerus) ex Speciali Privilegio participet cum Dominicis 1. Classis in hoc, quòd nulli alteri Festo cedat; ex altera verò parte in *Laudibus*, & *Missis privatis* Commemorationem *Festi simplicis* admittat, si quod in ea occurrat (eò quòd Festum SS. Trinitatis in eadem Dominica occurrens habeat in Ecclesia universali nonnisi *Ritum duplicem* 2. *Classis*) ideo meritò ob diversum hunc respectum idem Festum inter *Dominicas* 1. *Classis*, & simul inter Festa *duplicia* 2. *Classis* ponitur : ob quam causam fortè (inquit idem Lohnerus) tum in *Rubricis*, tum in *Officio* de SS. Trinitate, quatenus est Dominica propriè dicta, de qua fit Commemoratio, non vocatur *Dominica Trinitatis*, sed *Dominica prima post Pentecosten*, ut indicetur, distinctionem esse inter *Dominicam Trinitatis*, & inter *Dominicam primam post Pentecosten*, *quà talem*. Cæterùm

Vocantur hæ Dominicæ, *Dominicæ majores* 1. *Classis*; quia ipsæ, earúmque *Officia*, ità sunt privilegiata, ut nunquam omittantur propriô suô die, sed ipsis occurrentibus cedere debeat quodcunque *Festum*, & *Officium* aliud novem Lectionum atque adeò in aliam diem non impeditam hoc transferri : imò quibusdam illarum, nempe *Dominicæ* 1. *Adventus* : *Dominicæ I. Quadragesimæ* cum *prævia Feriâ IV. Cinerum* : *Dominicæ Palmarum* cum *tota majore Hebdomadæ* : *Dominica Resurrectionis* cum *duobus sequentibus diebus* : & denique Dominicæ Pentecostes, itidem cum *duobus diebus immediate subsequentibus*, illud quoque competit privilegij, ut in illis nè ibi quidem ubi est *Titulus Ecclesiæ*, vel *concursus Populi ad celebrandum Festum*, quod *transferri debet*, cantari possint duæ Missæ, una de *die*, altera de *Festo* per modum *votivæ solennis* juxta Rubric. General. VI. Missalis recepti, id ipsum extendentem etiam ad *diem Nativitatis Domini*, *Epiphaniæ*, *Ascensionis*, & *Festum Corporis Christi*, nisi fortè alicubi (ùt in Æde Sacra Lauretana) pro aliquibus dictarum Dominicarum, seu dierum speciale habeatur Privilegium, aut Permissio Sac. Sed. Apostolicæ.

Dominicæ majores 2. *Classis* sunt 9. sequentes, pariter jam suprà enumeratæ, nempe : *secundæ* : *tertiæ* : & *quartæ Adventus*; dein *Dominicæ Septuagesimæ* : *Dominica Sexagesimæ*, & *Dominica Quinquagesimæ* : denique *Dominica II. III. & IV. Quadragesimæ*.

Dicuntur hæ Dominicæ, *Dominicæ majores* 2. *Classis* : quia hoc in *Occursu* excludant *Festa duplicia* 2. *Classis*, & his inferiora, non tamen perinde, ac priores, excludunt omne omnino Festum in ipsis occurrens, quò minùs celebrari in eas *Dominica* possit : cedunt enim Festis

tis 1. Classis, scilicet 1. *Patrono principio loci* 2. *Titulari Ecclesiæ.* 3. *Dedicationi Ecclesiæ propriæ*, ità tamen, ut semper de *occurrente* hujusmodi Dominica fieri Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa ejusmodi Festi 1. Classis dicatur, necnon de eadem Dominica loci 9. Lectio in Officio, ac ultimum Evang. in Missa. Festa autem quæcunque alia novem Lectionum etiam *duplicia* 2. *Classis*) in *Dominicis majoribus* 2. *Classis* occurrentia, etiam quæ hæ Dominicæ excludunt, eoque transferri ea debent in diem aliam proximam, ùt suprà, non impeditam : unde saltem hôc Titulô Nomen *Privilegiatarum* merentur. Dixi autem : *Festa alia 9. Lectionum* : nam loquendo de *Festis duplicibus* non modò *Dominicæ majores* 2. *Classis*, sed etiam pleræque *Dominicæ majores* 1. *Classis* admittunt Commemorationem de *Festo simplici* in 1. *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa*, si quod in ipsis occurrat. *Excipitur* 1. *Dominica Palmarum*, in cujus *Missa* non fit Commemoratio de *Festo simplici* occurrente, esto de eo facta fuerit omnino debuerit in ejus Officio, nempe in 1. Vesperis, ac Laudibus illius Dominicæ, ùt notat Arnaudus *Tract.* 1. *P.* 1. *Tit.* 7. *n.* 1. *Excipitur* 2. *Dominica Paschæ*, & *Pentecostes*, cum duobus primis sequentibus diebus, in quibus nec in Officio, nec in *Missa* fit aliqua Commemoratio de *Festo simplici.*

Omnes Dominicæ hactenus enumeratæ etiam majores (exceptis *Dominicâ Resurrectionis*, & Dominicâ *Pentecostes*, ac Dominicâ *in Albis*, quæ habent *Ritum duplicem*; exceptis item ijs Dominicis, quæ quandoque ob causam suprà indicatam *anticipantur*, habéntque Ritum duntaxat simplicem, nihílque de primis, ac secundis Vesperis) celebrantur, quando in ijsdem Festum, cui cedunt, non occurrit, sub *Ritu semiduplici*, ità tamen, ùt in *Occursu* alijs *Festis* ac *Officijs semiduplicibus* præferantur, exceptâ *Vigiliâ Epiphaniæ*, quæ licèt habeat *Ritum* tantùm *semiduplicem*, si tamen in *Dominica* occurrat, & non simul incidat *Festum duplex*, fit Officium ac *Missa*, de *Vigilia*, nihílque de *Dominica*, utpote *vacante* : dicitur tunc tamen non modò *Gloria in excelsis*, sed etiam ratione Dominicæ *Credo* in Missa illius *Vigiliæ.*

Si Dominica concurrat cum sequenti *die infra Octavam*, admittentem celebrationem Festi semiduplicis, & simul cum *Festo semiduplici*, subsequente, Vesperæ integræ dicuntur juxta dicta Tit: de Occurrentia & Concurrentia *dierum infra Octavam*, necnon *Festorum semidupl:* integræ de Dominica, cum Commemoratione *Festi semiduplicis*, & postea etiam *diei infra Octavam.*

Quid porrò præter hactenus dicta sit observandum tam circa Oc-

Occurrentias, quàm *Concurrentias Dominicarum* (seu *majores*, seu *minores* illæ sint) pariter constat tum ex dictis præcedentibus §. §. de Occurrentia & Concurrentia Festorum in utriusque generis Dominicis : atque etiam annoratum suis locis, tum P. I. & II. tum etiam Parte hac III. hujus Ephemerologij erit reperire.

§. VIII.

De Occurrentia, & Concurrentia Festorum simplicium.

Festa Simplicia (ità dicta, quòd *simplici*, seu *minùs solenni* Ritu celebrentur) alio nomine etiam *Festa trium Lectionum* vocantur, quòd *unum* tantùm *Nocturnum*, & *tres* duntaxat in suo Officio habeant *Lectiones*, quarum prima tantùm est de Sacra Scriptura, si Sanctus secundam & tertiam propriam habeat; si autem is unam tantùm habuerit (vel *propriam*, vel ex Communi Sanctorum *assignatam*) tum *prima* Lectio & *secunda* erit de Scriptura, *tertia* de *Sancto*. Fit autem Officium, & Missa de *Festo simpliçi* eô die, quô cadit, nisi eodem die occurrat fieri Officium 9. Lectionum, vel de S. *Maria in Sabbato*, vel de *Feria majore*, aut de *Vigilia*; quandoquidem *Festum simplex* his omnibus cedit, non tamen propterea transfertur, sed vel totum omittitur, si die illo occurrat *Festum duplex* 1. *Classis*, vel, si tale non occurrat, fit de ipso saltem Commemoratio, ut infrà. Modus verò, quô fit de illo, ex suprà dictis per Decursum est iste : ad Matutinum dictis *Invitatorio*, & *Hymno* de Festo ut in Communi Sanctorum, dicitur *Nocturnum* Feriæ occurrentis cum Antiphonis, & 12. Psalmis, ut in Psalterio : ijs subjungitur Versus de Festo, ùt in qualibet Feria notatur, desumptus ex eo Nocturno, qui in *Communi Sanctorum* Feriæ currenti correspondet : Idem est de *Absolutione*, quæ, si Festum simplex incidat in Feriam II. aut V. est : *Exaudi Domine &c*: si in Feriam III. aut VI. tunc : *Ipsius pietas &c*: si denique in Feriam IV. est *A Vinculis &c*. Benedictio autem 1. semper est : *Ipsi le nos benedicat &c*. 2. *Cujus*, vel *quarum*, vel *quorum Festum Colimus &c*. 3. *Ad Societatem &c*. Postea dicuntur 3. *Lectiones*, ùt suprà, una scilicet vel duæ de Scriptur: occurr. reliq. de

de *Sancto*, aut *Sanctis*, de quo, aut quibus fit Officium : *Responsoria*, quæ dic: post 1. & 2. Lectionem, sumuntur regulariter (nisi scil. aliud assignetur) de Communi Sanctorum, secundùm Ferias, id est, Feriâ II. & V. ex I. Nocturno de *Commun. Sanctor.* addendo in fine secundi Responsorij *Gloria Patri &c*, cum Repetitione Partis Responsorij. Feriâ III. & VI. ex II. Nocturno, itidem addendo in fine secundi Responsorij *Gloria Patri*, cum Repetitione partis Responsorij. Feriâ denique IV. ex III. Nocturno, ùt ibi. Post tertiam Lectionem dicitur *Te DEUM Laudamus*. Ad Laudes & per Horas omnia dicuntur de *Festo* eò omnino modò, quò in *semiduplicibus* illius Temporis usque ad Nonam inclusivè, quâ terminatur Officium *Festi simplicis*, eo die occurrentis. In Missa dicuntur *Glor.* sine *Cred.* orationes verò tres, vel quinque, vel septem, aut etiam plures, dummodo impares, eas tamen priùs, seu ante alias, ac necessariò dices, quæ in Rubricis pro Qualitate Temporis Occurrentis assignantur pro Oratione 2. vel 3. Præf. pariter dicitur de Temp. curr. Præterea, si *Festum simplex* occurrat *primâ die Mensis*, Officio 9. Lectionum extra Adventum, Quadragesimam, & Tempus Paschale non impediâ, aut *Feriæ II.* similiter non *impeditæ* extra Quadragesimam, ac Tempus Paschale, tunc observanda sunt ea tum in *Ecclesijs Cathedralib*: & *Collegiatis*, tum etiam in alijs quoad *Missas* tam *Conventuales*, quàm etiam *privatas*, quæ præscribit Rubr. Missal. V. *n.* 1. & 2. nominatim circa dicendam Orationem *Fidelium*, de quibus Nos quoque, quantum satis est, alibi.

His præmissis, ad Occurrentiam *Festorum simplicium* quod attinet, constat ex paulò antè, ac suprà dictis

1. Si *Festum simplex* incidat in diem, quò occurrit fieri de *Festo duplici* 1. *Classis*, nec in Officio, nec in Missa fieri aliquid de *simplici*, ne quidem aliquam Commemorationem (exceptâ solâ S. Anastasiâ Martyr: de qua in Festo 1. Classis Nativitatis Domini fit Commemoratio, attamen in sola secunda illius Missa) & quoniam *Festum simplex* non transfertur, ideo etiam deinceps, seu die alio, nil ampliùs fit de illo per *Rubr. Gen. X. Breviar. n.* 8. Unde etiam si alicubi celebretur Festum *Patroni principalis*, aut *Titularis Ecclesiæ*, & ille in *Kalendario Romano* cum alio aut alijs Sanctis sit descriptus tanquam *Festum simplex*, in ea tamen Ecclesia fit tantùm de *Patrono*, vel *Titulari*, absque Commemoratione Socij, vel Sociorum; eò quòd solus *Patronus* (idem est de *Titulari Ecclesiæ*) sit *duplex* 1. *Classis*, non item ejus Socius, vel Socij, ut ponitur, sed hi retineant *Ritum simplicem*, &

quia *simplex* non transfertur, etiam deinceps nil ampliùs fit ibi de Socio, vel Socijs.

2. Si *Festum simplex* incidat in diem, quò occurrit fieri de Festo *duplici* 2. *Classis*, fit de illo Commemoratio in *Laudibus*, & *Missis privatis* tantùm : legitur tamen de illo in tali Festo etiam *nona Lectio*, si propriam habeat (faciendo ex duabus unam, si duas habeat) in *Officio*, dummodo non occurrat simul *Dominica*, aut *Vigilia*, vel aliqua *Feria major* proprium habens Evangelium; tunc enim 9. Lectio in *Officio*, & ultimum Evangelium in *Missa* dicuntur de *Dominica*, aut de *Vigiliâ*, aut de *Feriâ* ejusmodi *occurrente*, de *Festo* autem *simplici* simul occurrente fit tunc solummodo Commemoratio, & quidem post Commemorationem de *Dominica*, aut *Feria majore*, vel *Vigiliâ*, attamen in *Laudibus*, ut dixi, ac *Missis privatis* tantùm talis Festi.

3. Si *Festum simplex* occurrat eodem die, quò simul occurrit *duplex majus*, aut *minus*, aut *Festum semiduplex*, aut *dies infra Octavam*, vel ipsa *dies Octava*, fit de eo in *Officio*, & *Missa* Commemoratio, ùt suprà §. 3. 4. 5. & 6. ubi de ejusmodi *Festorum*, & *dierum* in *Festis simplicibus* Occurrentiâ singillatim tractavimus.

4. Si *Festum simplex* occurrat in *Dominica* (seu *majore*, seu *minore*) & fiat de ea *Officium*, fit regulariter de occurrente *Festo simplici* Commemoratio in 1. Vesperis, *Laudibus*, ac *Missa* Dominicæ, ùt suprà dictum. Dixi autem : *regulariter*; Nam *Excipitur* 1. Dominica Palmarum, in cujus Missa, ut ibidem diximus, non fit Commemoratio de *Festo simplici*, in illa Dominica occurrente, quantumvis facta sit in 1. & jusdem Vesperis, ac Laudibus. *Excipitur* 2. Dominica Paschæ, & Pentecostes cum duabus sequentibus diebus, in quibus nec in toto *Officio*, nec in *Missa* fit Commemoratio de *Festo simplici*.

5. Si *Festum simplex* occurrat eo die, quò fit de *S. Maria Sabbato*, fit de *Festo simplici* Commemoratio in pridianis Vesperis (nisi illæ fuerint de *Festo duplici* 1. *Classis*) nec non in *Laudibus*, ac *Missa* B. MARIÆ in Sabbato, sine Lectione de illo simplici, etiamsi proprium alioquin habeat. Quòd si prima illius Sabbati, quò fit de *S. Maria in Sabbato*, factum fuerit de *Festo* 9. *Lectionum*, tunc in pridianis illis Vesperis Commemoratio de S. MARIA pro Officio sequentis Sabbati facienda est ante *Festum simplex* in Sabbato occurrens, nisi pridianæ illæ Vesperæ fuerint de *Festo duplici* 1. *Classis*; nam quia Festum duplex 1. Classis etiam in II. Vesperis excludit omnem *Officij simplicis* Commemorationem, ideo tunc nec *S. Maria in Sabbato*, nec *Festi* alterius *simplicis* pri-

pridianis illis Vesperis facienda esset Commemoratio. Quòd si occurrens Festum simplex hebeat propriam Lectionem (seu unam, seu duplicem) omittitur illa juxta paulò antè dicta, eô annô, quò occurrit in tali Sabbato. Quòd si duo *Festa simplicia* occurrant eodem die, quò fit de *S. Maria in Sabbato* (utì contingit quandoque die 1. Septembris, vel die 7. Octobris incidente in *Sabbatum*) fit de utroque tam in *Officio*, quàm in *Missa* S. MARIÆ in Sabbato, prædictô modô Commemoratio. Quòd si in *Missa* de B. MARIA in Sabb. ratione Mensis dicenda sit Oratio *Fidelium*, tunc si simul occurrat *Festum simplex*, & quidem unum tantùm, secunda Oratio erit *Fidelium*. 3. de *simplici*, nisi forte libeat plures dicere Orationes (modò impari numero) quàm tres; tunc enim secunda Oratio erit de *simplici*, penultima verò *Fidelium*. Quòd si in *Missa* de *B. M in Sabbato* dicenda sit ratione Mensis Oratio *Fidelium*, & simul facienda Commemoratio de duobus *Festis simplicibus* occurrentibus, tunc vi Rubricarum dicendæ ad minimum sunt 5. Orationes, hoc Ordine : 1. de B. M. in Sabbato. 2. de primo Festo simplici occurrente. 3. De secundo Festo simplici occurr: 4. *Fidelium*. 5. De S. Spiritu, *DEUS, qui corda Fidelium &c*, & ità practicare solet ipsum Directorium Romanum. In *Ecclesijs* autem *Cathedralibus*, & *Collegiatis* Observanda sunt ea, quæ præscribit Rubric. General. V. Missal. *n.* 1.

6. Si eodem die occurrant duo *Festa simplicia* (v. g. S. Ægidius Abbas, & Ss. 12. Fratres 1. Septembris, vel S. Marcus Pap. & Ss. Sergius, ac Socij MM. 7. Octob.) tunc, nisi occurrat fieri de Festo 9. *Lectionum*, vel de *S. MARIA in Sabbat.* vel de *Vigilia &c*, Officium fit de primo, nonnisi Commemoratio autem de secundo in 1. Vesperis (nisi hæ sint *de duplici* 1. *Classis*) nec non in *Laudibus*, & *Missa*; in qua si ratione *Mensis*, vel *Feriæ II.* dicendum sit *Fidelium*, Oratio 2. erit *Fidelium*. 3. de *Festo simplici secundo*, ùt suprà *n.* 5. *præced:* & ità rursum habet praxis Romana.

7. Si *Festum simplex* occurrat in *Feria* aliqua *majore* non impeditâ Festo 9. Lectionum, *Officium*, & *Missa* fit de *Feria majore*, de *Festo simplici* autem fit tantùm Commemoratio (sine aliqua de eo Lectione, etiamsi alioqui propriam habeat) in pridianis Vesperis (nisi istæ fuerint de *duplici* 1. *Classis*) nec non in *Laudibus*, & *Missa* : in qua si facienda sit quoque Commemoratio de occurrente aliqua *Vigilia*, Commemoratio *Vigiliæ* præcedere debet Commemerationem *Festi simplicis*, non tamen dicendum tunc est ultimum Evangelium de *Vigilia* in

Missa *Feriæ majoris*, sed Evang. S. Joan.

8. Si *Festum simplex* occurrit in *Vigilia*, quæ *jejunatur*, & non occurrat Festum 9. Lectionum, tunc extra *Dominicam*, *Adventum*, & Quadragesimam, Officium fit de *Vigilia*, Commemoratio autem (sine Lectione) de *Festo simplici* occurrente in Officio & Missa: quòd si simul in *Vigilia* occurrat aliud *Festum simplex*, vel dicenda sit ratione mensis, aut Feriæ II. Oratio *Fidelium*, tunc observanda sunt ea, quæ suprà *n.* 5. hujus §. & simul ea, quæ præscribit Rubr. Gen. V. Missal. *n.* 1. & 2. tam pro *Missis privatis*, quàm *Conventualibus* Ecclesiarum *Cathedral.* & *Collegiatar.* Quòd si *Vigilia* cum *Festo simplici* occurrens in *Dominica* ex Rubricarum Præscripto transferatur, seu anticipetur ad præcedens Sabbatum, non perinde transfertur etiam *Festum simplex*, sed de isto fit in ipsa *Dominica*, ac proprio die, non quidem *Officium*, attamen ei competens Commemoratio: at verò in *Missa Vigiliæ*, ad præcedens Sabbatum anticipatæ, tunc Oratio 2. extra Adventum est *Concede.* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap.. *Excipitur* 1. Vigilia Omnium Sanctorum, in cujus Missa Oratio 2. est de S. Spiritu. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa. *Excipitur* 2. Vigilia Nativitat: Domini, quæ occurrens etiam in Dominica non transfertur, sed celebratur ut ibi, cum unica Oratione in *Officio*, & *Missa*. Quod si eadem die occurrant *Festum simplex*, *Vigilia*, & *dies infra Octavam*, tam *privilegiatam*, quàm *non privilegiatam*, observanda erunt tum dicta superiùs Tit. de *Octavis*, tum ea, quæ præscribit Rubrica Breviar. Gener. VI. n. 1. & Rubrica General. Missal: *n.* 2. Si *Festum simplex* occurrat in *Vigilia* Tempore *Adventi*, attamen extra *quatuor Tempora* (uti quandoque contingit quoad *Vigiliam S. Andreæ*, & aliquando contingere potest etiam quoad *Vigiliam S. Thomæ Apostol.*) tunc de *Festo simplici* fit Commemoratio in *Officio* (dicendo nisi occurrat fieri de *Festo* 9. lectionum, de *Feria Adventûs*, ut ibi fit Commemoratione Vigiliæ, utpote non veniens in Adventu nihil habet in *Officio* (exceptâ tamen *Vigilia Nativitatis Domini*) ne quidem Commemorationem: Missa autem tunc dicitur de *Vigilia*, cum Commemoratione primâ de *Feria Adventus* ex Dominica præcedente, & 3. Oratione de *Festo simplici* occurrente; ac simul observanda tunc erit Rubrica Missal. *V. n.* 2. Si autem *Vigilia*, in qua Festum *simplex* occurrat in Adventu, incidat in aliquam Feriam *quatuor Temporum* (uti non raro incidit *Vigilia S. Thomæ*) tunc in officio illius diei, dicendo (nisi occurrat fieri de Festo 9. Lectionum de Feria occurrente quatuor Temporum nihil fit de *Vigilia*, bene tamen Commemoratio de *Festo simplici* cu-

currente, sine aliqua de illo Lectione; in *Missa* verò, quæ tunc non dicitur de *Vigilia*, sed (nisi occurrat Festum 9. Lectionum) de Feriâ quatuor Temporum, fit prima Commemoratio de *Vigilia*, secunda autem de simplici, si quod alicubi occurrat. Simili modo ordinatur *Officium, & Missa*, si Festum simplex incidat in Vigiliam *S. Mathiæ Apost.* in Quadragesima.

9. Si Festum *simplex* incidat in Vigiliam, quæ non jejunatur (quales sunt duæ, nempe *Vigilia Epiphaniæ*, & in Ecclesia nniversali *Vigilia Ascensionis Domini* fit de eo Commemoratio in *Officio & Missa*, ubi.

10. Si Festum 9. Lectionum (in quo de *Festo simplici*, unà secum occurrente alioqui fieri solet Commemoratio, aut etiam nona Lectio dici) ob proprium diem impedium transferatur, non perinde cum festo transfertur etiam Festum simplex, sed de hoc fit semper proprio die, saltem ei competens Commemoratio, nisi à Festo solenniori impediatur: nam si in eundem diem incidat Festum *duplex* 1. *Classis* nihil de simplici, ne quidem Commemoratio in *Officio*, & *Missa*; si autem in eundem diem incidat Festum *duplex* 2. *Classis*, fit quidem de eo alicubi Commemoratio, attamen nonnisi in *Laudibus*, ac *Missis privatis*.

Et hæc de Occurrentia Festorum simplicium.

AD eorundem *Festorum simplicium Concurrentiam* verò, quod attinet, Rubricæ præscribunt sequentia:

1. Si cum *Festo simplici* subsequente in 2. suis Vesperis concurrat Festum 9. Lectionum, & illud non sit *duplex* 1. *Classis*, tunc integræ quidem Vesperæ dicuntur de præcedente, fit tamen Commemoratio de Festo simplici sequente, nisi cras simul occurrat Festum 1. aut 2. *Classis*: si enim vel hodie factum fuisset de *Festo duplici* 1. *Classis*, aut cras fieret de *Festo duplici* 1. vel 2. *Classis*, tunc nullam in pridianis Vesperis Commemorationem de Festo simplici subsequente permitterent Rubricæ.

2. Si cum *Festo simplici* subsequente in secundis suis Vesperis concurrat quæcunque dies *Octava*, aut *Dominica*, & cras non occurrat Festum *duplex* 1. vel 2. *Classis*, rursus integræ Vesperæ dicuntur de Præcedente, & fit Commemoratio Festi simplicis subsequentis.

3. Festum *simplex* nunquam primas Vesperas integras habet, sed medias ad summum duntaxat, nempe à Capitulo tantùm, idque in duplici casu: primus est, quando pri-

die

die Festi simplicis factum est extra Adventum & Quadragesimam de Feria; quia enim Officium Feriæ præcedentis juxta Rubricas tunc terminatur primùm ad Capitulum Vesperarum, & inde primùm incipiunt Vesperæ Festi simplicis sequentis, ideo in eo casu Vesperæ illius diei, quæ Festum simplex præcedit, dicuntur usque ad Capitulum de Feria tunc currente, ut in Psalterio; à Capitulo verò de Festo simplici sequente, absque ulla deinceps Commemoratione *Feriæ*, atque etiam de *Cruce* (nisi currat Tempus Paschale; tunc enim in *Vesperis*, & *Laudibus* Festi simplicis fit etiam Commem. de Cruce, omissis tamen tunc Suffragijs Sanctorum, verùm propria illius Temporis, ùt ibi) attamen cum consuetis Suffragijs Sanctorum. Secundus casus est, quando unum Festum simplex immediatè sequitur post aliud, de quo pridie posterioris factum est Officium : tunc enim, quia prioris Officium jam terminatum fuit ad Nonam, posterioris autē Vesp. pridianæ primùm incipiunt à Capit. ideo pridie posterioris Psalmi cum Antiphonis sumendi sunt in Vesperis de *Feria* occurrente, à Capit. autem primùm hæ dicendæ de Festo simplici subsequente, sine Commemoratione Feriæ, ac Festi simplicis præcedentis. Unde si tria Festa simplicia v. g. in Feriam II. III. & IV. non impeditam inciderent, pridie primi fieret in Vesperis pridianis Dominicalibus solummodo Commemoratio; pridie autem secundi, & tertij Vesperæ dicerentur usque ad Capitulum de *Feria occurrente*, ùt in Psalterio, à Capitulo autem de Festo simplici sequente, sine Commemoratione præcedentis Festi simplicis, aut Feriæ, quia, ùt dictum, Officium simplex præcedens terminatur ad Nonam; posterioris autem Vesperæ incipiunt primùm à Capitulo; consequenter usque ad Capitulum occupat eas *Feria occurrens*, utpote à nullo Festo eò usque prætendibiles. Quòd si Feriâ V. subsequente nullum ponatur occurrere Festum, tunc Feria IV. præcedens integras, sibi vendicabit illius diei, seu Feriæ IV. Vesperas; quia Festum simplex utpote terminatum jam ad Nonam, secundas Vesperas non habet. Unde ulteriùs si duo *Festa simplicia* in Feriam II. & III. ante diem Cinerum inciderent, tunc *Feria III.* ante Cineres ob eandem Rationem *primas* quidem *Vesperas* exigeret solummodo dimidias (quatenus Feria II. præcedente Psalmi & Antiphonæ usque ad Capitulum deberent esse *Feriales* de Feria II. currente, à Capitulo autem de *Festo simplici* subsequente) *secundas* verò *Vesperas* Feria illa 3. sibi integras vendicaret : quia *Feria IV. Cinerum Officium* juxta Rubric. Generalem V. *n.* 2. primùm incipit à Ma-

Matutino. Idem est de alijs *Festis majoribus*, atque etiam *Vigilijs*, quarum omnia *Officia* cùm pariter incipiant à *Matutino*, & non à *pridianis Vesperis*, ideo si Feria IV. aut VI. quatuor Temporum Septembris, aut *Feriâ IV. Cinerum*, aut in aliqua *Vigiliâ* occurrat *Festum simplex*, de quo fieri debet Commemoratio, tunc præcedenti die (nisi fuerit Festum 9. Lectionum) Vesperæ integræ dicuntur de Feria Currente, ùt in Psalterio, sine precibus ferialibus, cum Oratione *Dominicæ præcedentis*, necnon cum Commmemoratione *Festi trium Lectionum*, in sequenti Feria occurrentis.

4. Festum *simplex* non potest cum alio concurrere in *secundis Vesperis* (licèt cum ipso possit esse concursus in primis Vesperis) quia non habet *secundas Vesperas*, sed ejus Officium jam terminatur ad Nonam, & deinceps nihil fit ampliùs de eo, nec Commemoratio: unde si sequatur aliud Festum *simplex*, Psalmi & Antiphonæ in pridianis hujus Vesperis erunt de Feria currente, à Capitulo autem erunt Vesperæ illæ pridianæ de Festo simplici sequente, sine Commemoratione *Festi simplicis* præcedentis. Idem est, si Feriâ VI. præcedente factum fuit de *Festo simplici*, & *Sabbato sequente* occurrat fieri de *S. Maria in Sabbato*; tunc enim Feriâ VI. præcedente Psalmi Vesperarum unà cum Antiphonis pariter sunt *feriales*, à Capitulo autem fit de *B. M. in Sabbato*, sine Commemoratione *Festi simplicis* præcedentis, bene tamen cum Commemoratione Festi simplicis sequenti Sabbato occurrentis, si quod sequenti eô Sabbatô occurrat: cui Commemorationi subjunguntur Commemorationes Communes de Apostolis &c (si currat Tempus, quô dicuntur) Tempore verò Paschali Commemoratio Paschalis de Cruce.

Si autem postridie illius diei, quô factum est de *Festo simplici*, sequatur Officium novem Lectionum, integræ Vesperæ erunt de sequenti, sine ulla Commemoratione *Festi simplicis* præcedentis.

Si denique post Festum *simplex*, v. g. hodie celebratum, cras nullum sequatur Festum, subintrat Officium de Tempore, adeoque hodiernum Vesperarum Officium totum tunc erit de *Feria currente*. *Rubr. Gen. XI. n. 8.*

§. IX.

De Occurrentia, & Concurrentia (Passiva) Officij S. MARIÆ in Sabbato.

OFFICIUM de S. MARIA In Sabbato non fit toto tempore Adventûs : Licèt autem tunc Officium non fiat de illa, dicitur tamen tunc ex Præscripto *Missal*: *Missa Principalis* seu *Conventualis* de ipsa (cum Commemor. de Adventu ex Missa Dominicæ præcedent: & 3. Oratione de S. Spiritu) nisi fuerint quat. Tempora, vel *Vigilia*. Quæ tamen Rubrica intelligenda est de Missa Conventuali tantùm, non de *Missis privatis*, quæ non præscribuntur vi suprà dictæ Rubricæ, licèt non excludantur, imò Teste Gav. P. I. Tit. 4. concedantur : unde, si dies 16. Decembris incidat in Sabbatum, quô fit Officium de ea (uti contigit annô 1713.) non tantùm *Missa Principalis*, sed etiam Convenienter *Missa privatæ* dicentur de S. MARIA, ùt in fine Missal. ab Adventu usque ad Nativitat. Domini, cum *Glor.* sine *Cred.* Orat. 2. de Fer. Advent. & 3. de S. Spir. Præf. de B. V. Et te in Venerat. in fine *Ite*, & Evangel. S. Joann. Quòd si in tale Sabbatum simul incidat *Festum simplex* (v. g. S. Sabbæ Abbatis, uti contingit hôc annô 1716. 5. Dec.) tunc 2. Orat. in Missa de B. V. in Sabbato erit de *Feria* : 3. autem de *simplici*. Cal. Ill. Ratio autem Permissionis est; quia *Missa Votiva privata* dici possunt quocunque die *Officium* non est *duplex*, aut *Dominica*, nec incidit aliqua solarum dierum, quibus prohibentur *Officium duplex*, aut *Miss. Votiv.* de quibus suprà *Tit. de Miss. Vot.* Illorum

2. Non fit Officium de S. *Maria in Sabbato* in *Quadragesima*, nec infra *Octavam Paschæ*, & *Pentecostes*, nec etiam in Sabbato, in quo occurrit fieri de *Vigilia*, nec in ullo Sabbato *quatuor Temporum*, nec in Sabbatô, in quo fieri debet Officium de *Feria* propter Officium aliquando *Dominica* aliquando infra Hebdomadam ponendum, juxta dicta superiùs §. 7. *post init.* nec denique in Sabbato quocunque per annum, in quo fit *Officium* 9. *Lectionum* de aliquo Festo (seu *occurrente*, seu *translato*) aut de currente aliqua *Octava*. Cùm verò suprà dictis diebus non

non potest Officium de *S. Maria*, nulla etiam fit Commemoratio de illa propter *Sabbatum*, sed tantùm in *semiduplicibus* (quando ejus parvum Officium non dicitur in Choro) fit consueta ejus Commemoratio per annum cum alijs Suffragijs positis in Psalterio post Vesperas Sabbati, dicendisque juxta *Rubricam General.* Brev. XXXV. modò in eadem præscriptò.

3. Extra *Adventum* autem, *Quadragesimam*, ac modò *enumeratos dies* in *omnibus Sabbatis* fit *Officium*, & *Missa* de *S. Maria*, eò modò, quò fit de *Festo simplici*, præscribitúrque ad finem Breviarij post Commune Sanctorum in proprio loco, nec non in Rubric. General. VIII. ejusdem Breviar n. 4 & 5. Missalis autem Rubric. Gener. *IV. n.* 1. & 2.

4. Incipit Officium B. Mariæ *in Sabbato* Feriâ VI. præcedente, ad modum Festi simplicis, & quidem vel à Capitulo (si ille dies est *Ferialis*, aut Festi simplicis) vel per Commemorationem, si eo die est Festum 9. *Lectionum*, quod non sit 1. Classis, saltem regulariter; terminatur autem ad Nonam sequentis Sabbati: quòd si igitur Feriâ VI præcedente non fuerit factum Officium 9. Lectionum, Vesperæ illius diei dicentur usque ad Capitulum de Feria VI. Current: ùt in Psalterio, à Capitulo verò de B. MARIA in Sabbato, ùt ibi post Commune Sanctorum. Si autem Feriâ VI. illâ præced. occurrat. Officium 9. Lectionum, tunc in Vesperis secundis illius diei fit de sequenti Officio *B. Mariæ in Sabbato* tantùm Commemoratio, cum Antiphonâ, Versu, & Oratione, quæ habentur in Officio ejus in Sabbato, nisi illud Officium 9. Lectionum fuerit vel *duplex qualecunque* 1 Classis (hoc enim etiam in 2. suis Vesperis Commemorationem de *S. Maria in Sabbato*, ac de quocunque *Festo simplici* excludit) vel fuerit Officium 9. Lectionum de ipsa *B. Maria*; tunc enim nulla alia *Commemoratio de B. V.* est facienda pro sequenti ejus *Officio Sabbatino* (v. g. in casu, quò Festum Purificationis venit in Feria VI.) nè de eodem fiat Festum, & Commemoratio, ùt notat Gav. Unde addidi suprà: *saltem regulariter*. Eadem de causa, & nè bis fiat explicita mentio de eodem, etiam Commemoratio Communis de S. MARIA non fit cum alijs Sanctorum Suffragijs tunc, quando dicitur ejus *Officium parvum*, nec quandocunque fit Officium de illa, esto dicantur reliqua *Sanctorum Suffragia*, puta de *Apostolis*, &c.

5. De *Festo simplici* in Sabbato *occurrente* fit tantùm Commemoratio, eáque in pridianis Vesperis (nisi hæ fuerint de *Festo duplici* 1. *Classis*) nec non in *Laudibus*, & *Missa* Officij de *B. V. M. in Sabbato*: quæ

Commemoratio de simplici facienda est suis locis in *Officio* ante Commemorationes consuetas de *Apostolis*, de *Patrono*, de *Titulari*, & de *Pace*, atque etiam Tempore Paschali ante Commemorationem Paschalem de *Cruce*, alioqui Temporibus, ac diebus à Rubrica Gener. XXXV. Brev. præscriptis faciendas in fine *Vesperarum*, ac *Laudum* Officij *B. M. in Sabbato* post Orationem diei : quæ Oratio in Officio B. MARIÆ in Sabbato est varia pro varietate Temporis, ùt ibi.

6. Si pridie B. MARIÆ in Sabbato ob occurrens Festum 9. Lectionum de aliqua *Sancta* in hujus secundis Vesperis dictus fuerit Versus : *Diffusa est gratia &c*, tunc (nè idem Versus secundò repetatur) pro Commemoratione B. Mariæ in Sabbato locò prædicti Versus dicendus est Versus : *Benedicta tu in mulieribus &c* ex Laudibus Officij de B. M. in Sabbato. Si autem pridie B. M. in Sabbato inter Suffragia Communia sit facienda etiam Commemoratio de *aliqua Sancta*, tanquam *Patrona*, tunc pariter, nè Versus : *Diffusa est &c*, (utpote jam dictus pro Officio B. V. sequente) in pridianis illis Vesperis repetatur, ipsius locò dicendus erit Versus : *Specie tua &c*, ex 1. Vesperis de Communi unius Sanctæ. *Rubric. General. IX. n. 8.*

7. In *Completorio* Feriæ VI. quamvis Officium illius diei tocum fuerit de Festo 9. Lectionum, de B. MARIA autem pro sequenti ejus Officio facta fuerit in Vesperis illius diei solummodo Commemoratio, Beatissima Virgo tamen ratione hujus factæ de se Commemorationis jam acquirit jus, ut in fine sequentium deinceps Hymnorum, qui sunt ejusdem metri, dicatur in ejus Officio : *JESU tibi sit gloria, qui natus &c*, nisi Festum illud 9. Lectionum aliunde habeat propriam claudulam omnibus ejus Hymnis destinatam, uti habet *Festum Transfigurationis Domini*. Secus esset, si ob præcedens Festum duplex 1. Classis nequidem Commemoratio facta esset in Vesperis de sequenti Officio B. M. in Sabbato : Constat utrumque ex Gavant. *To. 2. s. 5. c. 6. n. 15. suprà cit.* atque ex ipsis etiam Rubricis *Tit. 20. n. 4.*

8. Quòd si *prima dies Mensis* non impedita Festò 9. Lectionum in eadem cum illa, in qua fit de B. *Maria in Sabbato*, tunc *Missa privata*, & *Conventuales* in *Ecclesijs*, *Cathedralibus*, & *Collegiatis* eò modò sunt celebrandæ, quem præscribit Rubr. General. V. Missal: n. 1. ac etiam Nov. suis locis exponimus. Vide quæque dicta *§. 8. præced. n. 5.*

9. In *Nocturno* Sabbati, quo fit de B. V. in Sabbato, omittitur Psalmus : *Jubilate*, & pro eo dicitur Psalmus : *Bonum est Confiteri Domino*

mino &c. è Laudibus Sabbati; tum, nè prior tunc bis dicatur (nempe in *Matutino* simul, & *Laudibus*, quæ contra Communem Rubricistarum opinionem unam Horam Constituunt) tum, nè posterior per Hebdomadam omittatur : ideo igitur fit Commutatio.

10. Tempore *Paschali* in hoc quoque Officio Invitatorio, Antiphonis, Responsorijs, & Versibus additur *Alleluja*, ùt in alijs Festis simplicibus illius Temporis.

§. X.

De Occurrentia, & Concurrentia Feriarum.

Feria Nomine latiùs acceptæ denotatur certa quædam cujuscunque Hebdomadæ dies, & sic accepta dividitur in *Feriam primam, secundam, tertiam &c*: Cum enim primi Fideles, ùt P. I. Tit. 6. est annotatum, horrerent dies Hebdomadæ à Gentilium Dijs nominare *diem Solis*, *diem Lunæ*, *Martis &c.* Nomen Feriæ substituerunt, & ipsam quidem *Dominicam* alio nomine Feriam *primam*, reliquos verò deinceps Hebdomadæ dies *Feriam secundam*, *tertiam*, *quartam &c* nominarunt, solò *Sabbati* nomine retento, quòd hoc nihil Gentile sonaret : cur autem *Feriarum* nomine potius, quàm aliò, placuerit eos insignare, ac compellare, dictum est eodem. Hic verò Feriæ Nomine strictiùs acceptæ intelligitur dies, in quam nullum *Officium* de *Sancto*, aut alicujus *Festi Octava*, nec de *Dominicâ*, Ritu *duplici*, aut *semiduplici* celebratâ, nec denique de *Vigilia*, aut de *B. V. in Sabbato* recitandum cadit. Hoc sensu accepta Feria

Dividitur in *majorem*, & *minorem*. Differunt inter se, quòd *Feriæ* cuicunque *majori* non modò cedat quodcunque *Festum simplex*, sed etiam de tali Feria semper fieri debeat in *Officio*, & *Missa* (saltem *privata*) cujuslibet Festi occurrentis Commemoratio, neutrum autem horum conveniat *Feriæ minori* : quòd ideo ab Ecclesia constitutum existimat P. Lohner, ut majorem Nobis Sacri *Adventûs*, *Quadragesimæ*, ac *quat. Temporum &c* reverentiam, pietatémque ingeneret.

Feriæ majores, de quibus

sem

semper fit Commem. suis locis, aut *Officium*, sunt 1. *Feriæ omnes Advent.* 2. *Feriæ omnes Quadragesimæ.* 3. *Feriæ omnes quat. Temporum.* 4. *Feriæ II. Rogationum.* Reliquæ autem sunt, ac dicuntur *minores.* Utræque celebrantur, si non impediantur Officiô aliquô ex suprà dictis, regulariter Officiô ac *Ritu ferialí* hoc est, *simplici de Tempore*, prout in Psalterio, ac propriô locô habetur, dicendo ad *Matutinum* regulariter nonnisi unum Nocturnum cum 12. Psalmis, secundùm Ordinem Feriarum in eodem Psalterio, & cum tribus Lectionib. ùt in Proprio de Tempore. Dixi: *regulariter.* Excipiuntur enim Feriæ tres ultimæ *Hebdomadæ Sanctæ*; item Feriæ *Octavarum Paschæ*, & *Pentecostes*: in his enim dicitur Officium eô modô, ac Ritu, quem Rubricæ in Propriô locô præscribunt.

Feriæ majores subdividuntur in *Privilegiatas*, & *Non-privilegiatas.* Privilegiatæ sunt, quæ nulli alteri *Officio*, aut *Festo* cedunt. Tales sunt sequentes, nempe 1. *Feria IV. Cinerum.* 2. *Feriæ omnes majoris Hebdomadæ.* 3. *Feriæ omnes infra Octavam* tam *Paschæ*, quàm *Pentecostes*; nam & *dies infra utramque* hanc *Octavam* occurrentes ab ipso Breviario Romano non tantùm in *Proprio de Tempore*, sed etiam in Rubricis Gen. *Tit. V. de Fer. n. 4. Feriæ* appellantur. Hæ igitur omnes quodcunque aliud *Officium*, ac *Festum* in ijs occurrens, etiam 1. Classis, excludunt, faciuntque id transferri saltem in Choro; nam in *foro*, seu quoad *Obligationem audiendi Sacrum*, & *abstinendi ab operibus servili*, regulariter *Festa fori* in huiusmodi *Ferijs*, ac diebus privilegiatis occurrentia non transferuntur, nec etiam, ùt monet Gavant. sunt transferenda, sed quoad executionem utriusque hujus obligationis eô, quô alioqui cadunt die, per se loquendo celebranda, seclusâ Sedis Apostolicæ Licentiâ, aut consuetudine legitimè præscriptâ. Excipitur tamen ex parte Festum Annuntiationis B. V. M. quod occurrens in *Feria VI. Paraſceves*, aut *Sabbato Sancto*, tam *in foro*, quàm in *Choro* transfertur; attamen in solo *Choro*, quando *alijs diebus*, aut *Ferijs privilegiatis* occurrit, ùt suô locô declaratum. Cæteræ Feriæ majores, quæ ipsis *duplicibus*, aut etiam *semiduplicibus* ijs occurrentibus cedunt (excepto *Missis eorum privatis*, si in *diem infra Octavam* v. g. Conceptionis B. V. M. incidat *Feria major quatuor Temporum*) dicuntur *Non-privilegiatæ*, intelligendo spectu Festorum 9. Lectionum; enim *Festis simplicibus*, ac *Vigilijs* etiam hæ non cedunt, saltem quoad *Officium*, quod addo, quia si *Vigilia* occurrat in *Feria majore Adventus*, etiam extra *Feriam quatuor Temporum* simul occurrentem, Officium quidem fit eorum de *Feria*, sine Commemoratione *Vigiliæ*, Missa tamen tunc dicitur de

Vi-

Vigilia, cum Commem. *Feriæ Adventûs.*

Feriæ minores per annum (qualis est etiam *Feria III. Rogationum*) cedunt cuicunque Festo, non modò novem, sed etiam *trium Lectionum*, ita, ut neque de *Feria III. Rogationum* in Officio occurrentis in ea *Festi simplicis* fiat Commemoratio de ipsâ, sed tantùm de Cruce, ùt ibi: In Missæ tamen tam *privata*, quàm *Conventuali*, tunc procedendum modò supra P. I. à f. 151. declaratò. Eædem *Feriæ minores per annum* cedunt etiam *Officio B. M. in Sabbato*, item *Vigilijs*, ac non *diebus infrà Octavam*, ac à fortiori ipsis *Octavis*.

Officium *Feriæ* in *Adventu*, *Septuagesimæ*, *quatuor Temporibus*, & *Feriâ II. Rogationum* incipit à *Matutino*; in aliis verò diebus per annum inde fit de Feria, ubi desinit Officium præcedentis diei, ità, ùt si præcedenti die fuerit *duplex*, vel *semiduplex*, Officium *Feriæ* subsequentis incipiat sequenti primùm die à *Matutino*; si autem præcedenti die fuerit *Festum simplex* celebratum, tunc de *Feria* subsequente fiat à Vesperis illius præcedentis diei inclusivè. Similiter etiam, quando in *Feria IV. vel VI. quatuor Temporum Septembris*, vel in *Feria IV. Cinerum*, vel in *Vigilia* aliqua occurrit aliquod *Festum simplex*, de quo in ejusmodi *Feria* vel *Vigilia* fieri debet Commemoratio, tunc præcedenti die (nisi illa fuerit celebratum *Festum 9. Lectionum*) in Vesperis fit de *Feria*, ùt in Psalterio, attamen sine *Precibus ferialibus*, & cum *Oratione Dominicæ præcedentis*, nec non cum Commemoratione *Festi trium Lectionum in sequenti Feria*, aut *Vigiliæ* occurrentis, non quòd sequens Feria habeat *primas Vesperas* (alioqui dicendæ forent *Preces feriales*, & *Oratio* ipsius *Feriæ* in pridianis Vesperis) sed quia, cùm *Festum simplex* in sequenti die non habeat Officium ob ejusmodi *Feriam majorem*, aut *Vigiliam* in eo occurrentem, etiam non convenit, ut ipsum habeat *primas Vesperas* die præcedente. Terminatur autem Officium *de Feria*, si quidem sequatur *Festum duplex*, vel *semiduplex*, ad *Nonam*; si autem subsequatur *Festum simplex*, de quo die postero fieri debeat *Officium*, tunc ad *Capitulum Vesperarum*; quia inde fit de *Festo simplici* absque ulla deinceps Commemoratione Feriæ. *Rubr. Gener. V. tota*, & *XI. n. 8. 9. ac 10.*

Ad Missam quod attinet, *Missa* de *Feria* dicitur, quando non occurrit *Festum*, vel *Octava*, vel *Sabbatum*, in quo fiat *Officium de B. Maria*. Porrò in *Ferijs minoribus per annum* repetitur Missa *Dominicæ præcedentis*, attamen extra Tempus Paschale sine *Gloria* & *Credo*, & in ejus fine dicitur extra Tempus Paschale *Benedicamus &c*: Tempore Paschali verò dicitur Missa *Dominicæ præcedentis*, cum *Gloria*, sine *Credo*, & in ejus

ejus fine tunc dicendum : *Ite missa est.* In *Ferijs* autem *majoribus* dicitur *Missa* prout suô locô notatur : & siquidem *Ritu simplici* celebrentur (quod addo propter Ferias quatuor Temporum Pentecostes) sine *Gloria*, & *Credo*, necnon cum *Benedicamus* in fine : in ijsdem *Ferijs majoribus* (idem est de *Vigilijs*) semper dicitur Præfatio Communis, præter quam in *Missis Litaniarum majorum* & *minorum*, quæ Paschalem Præfationem habent, sed eam, quæ cum suo cantu dicitur in *Diebus ferialibus*. Arnaud. *Epit. Tract.* 1. *P.* 1. *Tit.* 3. *n.* 6.

Si in *Ferijs* majoribus *Quadragesimæ*, aut *quatuor Temporum*, aut *Feria secunda Rogationum* occurrat *Festum duplex*, aut *semiduplex*, aut *dies Octava* alicujus Festi habentis Octavam, tunc juxta Rubric. General. III. Missal *n.* 1. *Officium* & *Missæ privatæ* dicuntur de *Festo*, cum Commemorat. Feriæ : sed in *Ecclesijs Cathedralibus* & *Collegiatis* cantantur tunc duæ *Missæ Conventuales*, una de *Festo* post Tertiam, alia de *Feria* post Nonam, ut suô locô pluribus declaratur. Cæterùm quando in Missa facienda est Commemoratio *Feriæ quatuor Temporum*, pro Feriæ illius Commemoratione sumenda est ea Oratio, quæ est *prima*, h. e. illa, quæ ante *primam Lectionem* extat in Missa, habente *plures Lectiones* seu *Prophetias*, utpote Concordans cum Officio.

Si *Feria* major *quatuor Temporum*, aut *secunda Rogationum*, non veniat in ipsa die Octava, sed die sequa *infra Octavam*, tunc juxta eandem Missalis ultimò recogniti Rubricam *n.* 2. & Sac. Rit. Congregationis Declarationem, allegatam ab Arnaud. in Epit. P. 1. Tr. 1. Tit. 3. n. 1. & 2. Missa etiam principalis dicitur de *Feria illæ majore* cum Commemoratione *Octavæ*, siquidem de illâ Officium fiat de currente Octava, ac proinde tunc *Missa* discordat ab *Officio*; sin autem die illa Officium non fiat de *die infra Octavam*, sed de festo (seu *occurrente*, seu *transeunte* intra illam Octavam) tunc *Missa* sumenda legatam Rubricam dicenda est de *Festo*, cum Commemoratione Octavæ, & *Feriæ majoris* ejusmodi, intra illam occurrentis. Vid. Arnaud. *loc. cit. n.* 2. & 3.

Si extra Adventum, Quadragesimam, & Tempus Paschale in *primam diem Mensis* non impedi-tam Festô 9. Lectionum incidat Feria, quæ *propriam* habet *Missam*, ut *talis*, in qua, *resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis*, quæ fuit impedita, ac infra Hebdomadam illam non occurrat alius dies, in qua sumi possit, tunc juxta Rubr. General. V. *Missal. n.* 1. in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicendæ sunt duæ Missæ, una pro *Defunctis*, post Primam, aut, ubi dicuntur mane post Maturinum diei eorum Officio.

ctis hujusmodi Vigilijs cum Laudibus; Alia de *Feria* post Sextam: at verò in *Ecclesijs Non-Cathedralibus*, nec *Collegiatis* dicenda tunc est Missa de die, cum Commemoratione generaliter pro Defunctis.

Præterea juxta eandem Rubricam, extra *Quadragesimam*, ac extra *Tempus Paschale*, quavis *Feria II.* non impedita Officiô 9. Lectionum, & in qua Officium fit de Feria, dici potest *Missa principalis* pro Defunctis; cum hac tamen Exceptione, ut, si Feria illa habuerit *propriam Missam*, vel *resumenda* sit *Missa Dominicæ præcedentis*, quæ fuerit impedita, & infra Hebdomadam non occurrat alius dies, in quo ea resumi possit, tunc in *Missa de die* fiat solummodo Commemoratio generaliter pro Defunctis per Oratiornem: *Fidelium &c.*

Atque hæc hactenus de Occurrentia *Feriarum*. Jam verò ad Concurrentiam quod attinet, constat ex Rubr. Gen. XI. Breviar. *n.* 9. Feriam non posse *Concurrere* cum alio in *secundis Vesperis*, neque etiam posse esse *Concursum* cum ipsa in *primis Vesperis*. Ratio est: quia ejus Officium incipit, & desinit, ubi desinit, & incipit quodcunque aliud Officium. Quamvis propriè (si ita dandum est principium) sequente Feria post aliam Feriam ejus Officium incipiat à *Matutino*, & terminetur sequente alia Feriâ ad *Completorium*: & ideo, si Feria sequatur aliam Feriam, in Vesperis præcedentis Feriæ nihil fit de sequenti quoad ea, quæ in sequenti Feria huic sunt propria: Verbi gratiâ, si in Vesperis Feriæ III. ante Feriam IV. Cinerum fiat de *Feria*, dicitur Oratio *Dominicæ præcedentis*, non autem ea, quæ est propria sequenti Feriæ IV. Cinerum; nec ante Orationem illan dicuntur *Preces*, quæ dicendæ sunt in feriali Officio sequentis *Feriæ IV. Cinerum.* Hoc ipsum etiam est observandum, quando *Feria per annum* præcedit *Feriam majorem quat. Temporum*, aut aliquam *Vigiliam.* Eadem de causa juxta superiùs dicta non potest propriè ullum *aliud Officium* cum *Feriâ* concurrere, nihilque fieri de *Feriâ præcedente*, adveniente *aliô Officiô*, etiam duntaxat *simplici.* Quòd autem aliquando fieri debeat etiam de *Feria* Commemoratio in Vesperis (nempe in *Adventu* & *Quadragesimâ*) id non fit ratione *concursus*, sed quia eo die, quô Officium Feriarum *Adventus*, & *Quadragesimæ* impeditur, ejusmodi Feriarum Commemoratio *ratione* Temporis ex *Præcepto Ecclesiæ* prætermitti in tali Occurrentia non debet *Rubric. General. XI. n. 9.*

Pari modô quando occurrit, ut *Festum simplex* veniat in *Feria IV. Cinerum*, aut in *Feriâ IV.* vel *VI. quat. Tempor.* aut in *Vigilijs*, quæ jejunan-

tur, tunc pridie harum Feriarum, si Festum 9, Lectionum non occurrat, non dicuntur Vesperæ de sequente *Festo simplici*, sed de *Feria Communi* per annum, cum Commemoratione tamen *Festi simplicis* cras occursuri; hoc autem rursus non ideo, quòd sequens *Feria*, aut *Vigilia* habeat primas Vesperas, sed quia, cùm *Festum simplex* in sequenti die non habeat Officium proprer prædictam Feriam aut Vigiliam in eo occurrentem, etiam non conveniat, ut habeat primas Vesperas de præcedente juxta sæpius jam allegatam *Rubricam XI. n.* 10.

Eadem de causa, quia in casu, quò Festum simplex occurrit Feria V. in Cœna Domini, nulla fieri debet juxta Rubricas de eo in die Cœnæ Domini Commemoratio, etiam nulla juxta antè cit. Rubricam fit de eo Commemoratio in Vesperis Feriæ IV. præcedentis.

§. XI.

De Occurrentia Vigiliarum.

VIGILIÆ in Kalendario Ecclesiastico vocantur profesti quidam dies, quibus olim Christiani ante quædam Festa Sanctorum &c *interdiu* quidem *jejunare*, de *nocte* autem *Vigilare*, ac *Psallere* solebant; tum, ut Festum sic illud præveniendo solennius redderetur; tum, ut temporali Sanctorum angustiæ Compatiendo per *pridianam abstinentiam*, ac *Orationem* purificati Fideles tantò aptiores redderentur ad sequentis Festi Lætitiam dignè celebrandam. Licèt autem *Nocturnæ* ejusmodi *Vigiliæ* ob varia incommoda ab Ecclesia successu Temporis sublatæ sint (uti videre est apud Gav. Tom. 1. P. 4, Tit. 13. n. 1. & segq.) retinuêre tamen dies illi adhuc Nomen *Vigiliæ*, simúlque *Jejun. depraep.* plerisque illorũ jam tunc annexum, etiamnum ijsdem affixum remanet. Dixi : *Plerisque*; quia enim aliqui ejusmodi *profesti dies*, seu *Vigiliæ* non habent annexum *Jejunium Ecclesiasticum de præcepto*, habent tamen adhuc *proprium* suum *Officium*, & Missam, ideo

Vigiliæ dividi possunt in eas, quæ non *jejunantur* (h. e. celebrantur sine *jejunio*) & in eas, quæ *jejunantur*, ùt Rubricistæ loquuntur. Prioris Generis in Ecclesia tur. Prioris Generis in Ecclesia universali sunt tantùm duæ, nempe *Vigilia Epiphaniæ*, & *Vigilia Ascensionis* De-

Domini : de quarum neutrâ præviô jejuniô celebrandâ Lex extat aliqua Ecclesiastica (saltem universalis) ob lætitiam scilic. *Natalis Domini*, & ejusdem *Resurrectionis* : & has ipsas ob causas etiam non jejunatur (Gav. Teste) pridie S. Joannis Apost. & Evangelist: nec pridie Ss. Apostolorum Philippi & Jacobi ; eò quòd non deceat Lætitiam illorum Temporum, ex Nativitate, & Resurrectione Christi exortam, *Jejuniô* temperare. Posterioris verò generis sunt reliquæ *Vigiliæ* omnes ; quæ quia annexam habent obligationem servandi *Jejunium* (cujus finis est *Carnis mortificatio*, ac *castigatio*, non autem *restauratio*, ut apud Cardin. Bona *l.* 1. *c.* 21. *§.* 6. *Rer. Liturgic.* notat Zonar.) ideo ad hoc designandum Ecclesia in ijs utitur *colore Violaceo*, qui *pallidus*, & quasi *lividus* est, ut caro nostra per *Jejunium* macerata ejus Livoribus conformetur, *cujus Livore sanati sumus.*

Dividi possunt 2. in *majores*, & *minores*. Majores dicuntur, quæ sub *Ritu semiduplici* (utì *Vigilia Epiphaniæ*, & *Pentecostes*) vel omnino sub *Ritu duplici*, utì *Vigilia Nativitat. Domini* (saltem à Laudibus inchoata) celebrantur. Minores autem, quæ nonnisi Ritum *simplicis* habent.

Officium *Vigiliæ* (quod incipit à *Matutino*, & terminatur ad Nonam ; eò quòd Vesperæ illius diei, quâ ipsa celebratur, regulariter sint semper de *sequenti Festo*) fit totum, nisì *sit Vigilia major*, *Ritu simplici* de Feria occurrente, ùt in Psalterio, præterquam quòd in fine Nocturni tres Lectiones legantur de Homilia in *Evangelium Vigiliæ* ex Proprio, vel Communi Sanctorum, prout in proprijs notatur locis, cum tribus Responsorijs de Feria occurrente, ordine in Rubrica de Responsorijs descriptô : dicuntúrque Preces *Feriales* ad *Laudes*, & per *Horas*, nec non Commemorationes Communes (etiam de Cruce) extra Adventum in ijsdem *Laudibus*, aliáque omnia de cætero, ùt in Ferijs Adventus, Quadragesimæ, ac quatuor Temporum. *Col. Viol.* in Officio, & Missa, quæ aliquando est propria, aliquando verò assignatur de Communi Sanctorum : dicitúrque sine *Glor.* & *Cred.* cum Præfatione Communi (etiamsi currat Octava propriam habens Præfationem) & cum *Benedicamus* in fine. Oratio 2. in ea extra Advent. est *Concede*, exceptâ *Vigilia omnium Sanctorum*, in qua 2. Oratio est de S. Spiritu (essétque etiam in Vigilia Assumpt: B. V. nisì ibi facienda esset alia duplex Commemorario) 3. Ecclesiæ, vel pro Papa, nisì ratione Mensis, aut Feriæ II. dicendum sit *Fidelium*, vel occurrat *Festum simplex* ; tunc enim extra Adventum 2. Oratio est de *simplici*, aut *Fidelium* :

3. de B. V. *Concede*. In Adventu autem in Missa *Vigiliæ* Oratio 2. est de *Feria Adventus*. 3. de *Festo simplici*, si quod occurrat, alioquin autem de B. V. *DEUS qui de B. M. V. &c*, ùt ibi. Si factô Officiô de *Vigilia* dicatur *Missa Votiva*, quæ non sit de B. V. oratio secunda erit de Officio Vigiliæ 3. *Concede* Gav. Rubr. Gen. IX. Missal. n. 14. & 15.

Dixi autem 1. *Nisi sit Vigilia major*; nam excipitur 1. Vigilia *Pentecostes*, quæ licèt sit una ex illis, quæ *Jejunantur*, celebratur tamen *Officiô semiduplici*, ac cum tribus Nocturnis, aliisque ei proprijs, ùt ibi: in eadem dicitur *Missa* cum unica tantùm Oratione, & in Paramentis Sacerdotalibus rubris, cum *Gloria*, fine *Credo &c*, prout notatur suô locô. Excipitur 2. *Vigilia Nativitatis Domini*, in qua, licèt & ipsa sit una ex ijs, quæ *Jejunantur*, dicitur tamen solum illius Nocturnum de *Feria curr*: ac *Ritu simplici*, cum Invitatorio, Versu, Lectionibus, ac Responsorijs proprijs; ad *Laudes* verò déinceps, ac per *Horas* fit Officium *duplex* unà cum *Missa*, utì notatur in proprio loco. Excipitur 3. *Vigilia Epiphaniæ*, & *Ascensionis Domini*, in quibus *Officium* & *Missa* dicuntur (& quidem in priore *Ritu semiduplici*) prout in proprijs notatur locis. Hisce hîc prænotatis

1. Si *Vigilia* occurrat in *Dominica*, transfertur ejus *Officium* (si occurrat Tempus, quô ei id competit) unà cum *jejunio de præcepto*, ac *Missa* in Sabbatum proximè antecedens, dummodo hoc non sit impeditum *Officio novem Lectionum*: tunc enim de *Vigilia* veniente cum *Adventum*, & *Quadragesimam*, fit tantùm Commemoratio in Officio ac *Missa* Festi, cum 9. de eadem Lectione in *Officio*, & ultimô Evangel. in *Missa*. *Excipiuntur Vigilia Nativitatis Domini*, & *Epiphaniæ*, quæ cùm veniant in Dominica, fit nihilominùs de ijs eâdem, quâ occurrunt, die, utì in proprijs notatur locis, & tunc in utraque illarum Vigiliarum in *Missa* dicitur *Credo* ratione *Dominicæ*, esto Dominica, in qua altera illarum occurrit, tunc vacat. Olivant. To. 1. P. 1. Tit. 11. lit. m. 2. item P. Tit. 3. n. 14. conformiter Instr. Gener. XI. Missal:. Cæterùm Officium *Vigiliæ Nativitatis Domini*, ut *Festum*, tunc separatur à *Jejunio*, quod eo casu fit in *Sabbato* Dominicam illam *præcedente*, nè *jejunemus* in *Dominica*, quod prohibetur C. *Ultimam*, 11. Dist. 76. & c. *Jejunium* 14. de *Consecr.* D. 3.

2. Si *Vigilia minor* occurrat in *Festo solemni alicujus loci*, altiore *Festo duplici* 1. *Classis* (v. g. in cujus quô Vigilia S. Joann. Baptistæ occurrit in Festo SS. Corporis Christi) nihil prorsus sit de *Vigilia* in *Officio* & *Missâ* illius diei, ne quidem Commemoratio, nè scilicèt (inquit Gav.) solennitas imminuatur: imò expedi-

fieret juxta eundem Gavantum, auctoritate Majorum eo casu anticipari *jejunium Vigiliæ* S. Joan. Baptistæ, quando in illam incidit *Festum SS. Corporis Christi*, sicut alicubi ob Festum S. Christinæ Patronæ Principalis *jejunatur* pridie illius Festi ratione Vigiliæ S. Jacobi Apost. de quo nos suprà die 23. Jul. & 31. Octobr. imò & de Expediente Gavanti jam esse provisum ab Urbano VIII. pro casu, quo memorata Vigilia incidit in Festum SS. Corporis Christi (ut contigit 1707.) tum ibi, tum alibi ostendimus. *Officium* tamen *Vigiliæ* in hujusmodi casibus non penitus esse anticipandum, sed penitus tunc omittendum tradit hîc idem Gav. fuitque ità observatum 1707. etiam Romæ, cùm annô illô in Vigiliam S. Joann. Baptistæ incidisset Festum SS. Corporis Christi, quô annô ibi & alibi *jejunatum* quidem fuit 22. Junij, de Vigilia autem nec illâ, nec propriâ ipsius die fuit quidquam factum in *Officio*, ac *Missa* illarum dierum. Dixi autem: *Vigilia minor*: nam ad *majores* quod attinet, *Vigilia Epiphaniæ* est ità privilegiata, ut de eadem in I. Vespertis, *Laudibus*, ac *Missa* fieri debeat Commemoratio, ac nona dici Lectio in *Officio*, in *Missa* verò ultimum Evangelium, quocunque duplici in ea occurrente.

3. Si *Vigilia minor* incidat in aliud Festum 9. Lectionum (quod scilicet non est duplex 1. Classis, sed Ritûs inferioris) aut in *diem Octavam* alicujus Festi, tunc juxta Gavant. nixum auctoritate Rubricæ *De Vigil. Officium* ac *Missa* dicuntur de Festo, in diem illum seu *incidente*, seu *Translato*: de *Vigilia* tamen fit Commemoratio in *Laudibus*, & *Missis privatis*, dicitúrque de eadem *Vigilia* etiam 9. Lectio in *Officio*, ac ultimum Evangelium in ijsdem *Missis*: in *Ecclesijs* verò *Cathedralibus*, & *Collegiatis* cantantur tunc duæ *Missæ Conventuales*, una de *Festo* post Tertiam, Altera de *Vigilia* post Nonam, utì habetur *Rub. Gen. III. Missal.* n. 1. & *XV. n.* 2. Idem est, si *Vigilia* incidat in *diem Octavam* alicujus Festi; tunc enim pariter fit *Officium* cum *Missis privatis* de *die Octava*, cum Commemoratione, nona Lectione, ac ultimo respectivè Evangelio de *Vigilia* ùt paulò antè. Dixi autem: *in diem Octavam*; quia Rubrica modò allegata (ùt post Gav. rectè notat Arnaud) non est intelligenda de *die infra Octavam*, sed solùm de *ipsa die Octava* (exceptô casu paulò pòst referendô) & ità post diligentem Discussionem declaratum fuisse à Sacr. Rit. Congregat. ait idem Auctor:

Ad *dies* enim *infra Octavam* occurrentes quod attinet, in Vigilijs, quæ veniunt *infra Octavas*, Officium quidem dicitur de *die infra Octavam* (si non occurrat fieri de Festo

sto 9. Lectionum) cum Commemoratione *Vigiliæ in Laudibus*, & nona de eadem Lectione; at verò *Missa* (etiam *Conventualis*) juxta eandem *Rubric. III. Missal. n.* 2. dicitur de *Vigilia*, cum Commemoratione *Octavæ*, siquidem *Officium* fuerit de *currente Octava*; & *Color Altaris* in Missis privatis tunc sequitur *Officium*, at verò *Color Paramentorum Sacerdotalium*, & *Calicis* debet esse conformis *Missæ*, adeoque esse *Violaceus*, imò & altaris illius, in quo fit *Missa solennis*; Si autem Officium *die infra Octavam occurrente* non fuerit de *currente Octava*, sed de *Festo 9. Lectionum*, tunc etiam *Missa* dicitur de *Festo*, cum Commemoratione Octavæ,& *Vigiliæ*. A priore tamen parte de *Vigilia minore* (veniente diebus infra Octavam) suprà assertorum excipitur *Octava SS. Corporis Christi*; nam si *Vigilia S. Joannis Baptistæ*, vel *Vigilia Ss. Apostolorum Petri & Pauli* venerit *infra Octavam SS. Corporis Christi*, non tantùm *Officium* sed etiam *Missæ privatæ* dici debent de Octava, cum Commemoratione Vigiliæ in *Laudibus*, & *Missis privatis*, nec non cum 9. de eadem Lectione in *Officio*, ac ultimo Evangelio in ijsdem Missis; in *Ecclesijs* verò *Cathedralibus*, & *Collegiatis* cantantur in eo casu juxta Rubricam novam Missalis recogniti duæ *Missæ Conventuales*, una de *Octava* post Tertiam, alia de *Vigilia* post Nonam, absque Commemoratione *Vigiliæ* in priore, & vicissim absque Commemoratione *Octavæ* in posteriore, sed cum Orat. 2. *Concede*, & 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa in utráque, nisi *occurrat simplex*; tunc enim in priore Oratio 2. est de simplici. 3. de B. V. in posteriore autem non fit de illo *simplici* Commemoratio, sed dicuntur Orationes ùt paulò antè : In priore dic. Præfatio de Nativit. Domini, in posteriore Præf: Communis; in prior *Col. Alb.* in poster: *Col. Viol.* in fine autem utriusque dicitur Evangl. S. Joannis.

A posteriore autem parte paulò antè Assertorum de *Vigilia infra Octavam occurrente*, excipitur casus, quô *Festum S. Leonis Pap. & Confess.* venit *infra Octavam Nativit. S. Joann. Baptistæ* die 28. Junij; tunc enim juxta Rubricam Festo S. Leonis immediatè præfixam *Officium*, & solæ *Missæ privatæ* dicuntur de festo, cum Commemoratione Octavæ S. Joann. & *Vigiliæ*, aliisque ùt suprà : In *Ecclesijs* autem *Cathedral.* & *Colleg.* cantantur tunc pariter duæ Missæ *Conventual.* una de *Festo* post Tertiam, cùm Commemorat: de *Octava S. Joann.* & 3. Oratione *Concede*, de B. V. Altera de *Vigilia*, cum Oratione 2. *Concede* de B. V. & 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa. Cæterùm

Notare hôc locó juvat 1. Missam *Vigiliæ* censeri propriam si-

gilia, licèt sumatur de Communi, ac proinde non omittendam in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis*, uti observat Arnaudus Epit. Tract. 1. P. 1. Tit. 7. 4. 2. Quòd quando præscribuntur cantandæ duæ Missæ Conventuales, una de *Festo*, alia de *Vigilia*, aut de *Feria* aliqua *majore*, si in *Officio* facta fuerit quædam Commemoratio de *Festo simplici*, aut de *die infra Octavam*, fieri quidem illa etiam debeat in Missa *de Festo*, non autem in *Missa de Feria*, aut *Vigilia* in *Officio* : si verò faciendæ sit Commemoratio *Feriæ*, aut *Vigiliæ* in *Officio*, tunc illa quoque fieri debeat in Missa de *Feria*, aut *Vigilia*, non autem in Missa de *Festo*. 3. In Missa *Vigiliæ minoris* nunquam dici *Gloria*, neque *Credo*, etiamsi in Officio dictum sit *Te DEUM* (v. g. in casu, quò *Vigilia minor* venit *infra Octavam*, quia *Missa* ejusmodi Vigiliæ non concordat cum *Officio*) semper autem dici in Missa ejusmodi *Vigiliæ* Præfationem Communem (etiamsi currat *Octava*, propriam habens Præfationem) & in fine *Benedicamus*. Gav. Arnaud. & Lohner Instr. 1. P. 4. Tit 4. n. 1. & 6. qui cum ijsdem ibidem n. 2. rectè observat, si in *Vigiliam minorem* extra Octav. incidat Festum semiduplex, 2. Orationem esse tunc in Missis privat. de Vigilia, tertiam verò à Dominica III. post Pentecost. usque ad Adventum de Tempore, puta *A cunctis*, non autem *Concede*, quæ alioqui 2. locò dicitur in Vigilia. Constat id ex Rubr. Missal. ad diem 19. Septembris extante post Missam illius diei : idem ibidem habebatur die 20. Septembr. cum S. Eustachius etiamnum esset *semiduplex*, uti videre est in paulò antiquioribus Missalibus. Dixi autem : *extra Octavas*; nam per *Octavas*, quando in jis occurrit *semiduplex*, id non procedit; tunc enim, si non occurrat *Vigilia*, 2. Oratio est de Octava. 3. *Concede* ; si verò occurrat simul *Vigilia*, 2. Oratio est de Octava. 3. de Vigilia.

4. Si *Vigilia* extra Adventum, Quadragesimam, & Tempus Paschale incidat in primam diem Mensis non impeditam Officiò 9. Lectionum, post Laudes diei dicitur (cum pridianis Vesperis) Officium Defunctorum, ùt suis locis; Missæ quoque tum *privatæ*, tum *Conventuales* in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis*, tunc pariter ordinandæ sunt, ut suò locò declaratur, ac præscribit Rubrica Missalis *Generalis V. n. 1.*

5. Si *Vigilia* extra Quadragesimam, ac Tempus Paschale incidat in Feriam II. non impeditam Officiò 9. Lectionum, tam in *Missæ principali*, quam *Missis privatis* faciendæ est Commemoratio Generaliter pro Defunctis per Orationem *Fidelium*, semper penultimò locò (etiam

tiam in casu, quò simul occurrit *Festum simplex*) dicendam. Ità præscribente Rubric. Gen. V. Missal. *n.* 2. ubi Verba illa : *in qua fit Officium de Feria*, comprehendunt nomine *Feriæ* etiam *Vigiliam* ; & ità observatum fuit quoque Romæ 1710. (utì & annô 1704.) cùm *Vigilia Ss. Simonis & Judæ* incidisset in Feriam II. siquidem utroque eô annô Directorium Romanum in Missa *Vigiliæ* pro 2. Oratione præscribebat Orationem *Fidelium.*

6. Si *Vigilia minor* incidat in *Feriam majorem Adventus*, non impeditam Officiô 9. Lectionum, *Officium* fit de *Feria Adventus*, & nihil prorsus in *Officio* fit de *Vigilia*, ne quidem aliqua Commemoratio : at verò *Missa* fit tunc de *Vigilia* (dummodo Feria illa, in qua occurrit, non sit *Feria quatuor Temporum*) ùt suprà, non obstante, quòd *Officium* non sit factum de *Vigilia*, cum Commemoratione *Feriæ Adventûs*, per Orationem Dominicæ præcedentis, & postea primùm Festi simplicis, si quod occurrat, alioquin 3. Oratio erit de B. V. DEUS, *qui de B. M. &c.* In fine dicitur Evangelium S. Joannis, non autem *Feriæ Adventûs.*

Dixi verò : Si *Vigilia minor* : nam de *Vigilia Nativitatis Domini*, quacunque Feriâ aut die ea occurrat, fit *Officium*, & *Missa*, ùt suô locô notatur.

Quòd si in *Vigilia Adventûs* occurrat alicubi Festum 9. Lectionum etiam tunc in *Officio* nihil fit de *Vigilia*, sed Commemoratio de sola *Feria Adventûs* (sine Lectione tam de *hac*, quàm de *Vigilia*) & *Festi simplicis*, si quod occurrat ; attamen in Missa illius Festi 9. Lectionum (dummodo non sit 1. Classis) fit Commemoratio tam de *Vigilia*, quàm de *Feria Adventûs*, sed priùs de *Feria Adventus*, quàm de *Vigilia*, uti ad Rubric. General. III. Missal. notat Gavant. *To.* 1. *P.* 1. *Tit.* 3. *n.* 4. & cum eo Arnaudus, id colligens ex Rubric. *General.* 7. *Missal. n.* 3. *&* 4. juxta quam Oratio 2. semper fit de eo, de quo fit *Officium* : quia (inquit Gav.) de Missa *Vigiliæ* alius sit ordo, in Missa tamen, quæ non dicitur *de Vigilia*, sed de die, dignior est Oratio, quæ dicitur in Officio, illâ Oratione, quæ nullum in *Officio* locum habet, uti plane non habet *Vigilia* occurrens in *Adventu.* Exemplum simile habemus in *Festo S. Leonis Pap.* 28. Junii, in cujus *Missa* Commemoratio de Vigilia Ss. Petri & Pauli est posterior Commemoratione de Octava *S. Joann. Baptistæ*, licèt *Missa Vigiliæ*, quando hæc venit in Sabbato, præferatur *Missæ de Octava S. Joannis Baptistæ*, ut ibi. At Peres hîc, an, quando occurrit *Festum* 9. *Lectionum* in *Vigilia minore* Adventûs (adeoque Missa non dicitur de *Vigilia*, sed de *Festo*, cum Commemoratione *de*

de Adventu, & secundâ de *Vigilia*, nisi Festum illud sit 1. Classis) an, inquam, tunc in Missa talis Festi dicendum sit ultimum Evangelium de *Vigilia*? Et. cum Gav. loc. cit. non non esse legendum Evang. de Vigilia in fine ejusmodi Missæ; quia nec in *Officio* legitur aliquid de illâ, neque etiam legitur in fine Missæ quat. Tempor. ejus Evangel. quando in eam Feriam incidit Vigilia. Quòd si *Festum illud 9. Lectionum*, in quod incidit Vigilia occurrens in Adventu, *sit duplex 1. Classis*, tunc non modò in *Officio*, sed etiam in *Missa* tanti Festi nihil omnino fieri de *Vigilia*, nè quidem Commemorationem (esto fieri in Missa tunc debeat Commemoratio de *Feria Adventûs*) uti nec de *Festo simplici*, ex suprà dictis constat, idque paulò antè insinuavi verbis illis: *dummodo non sit duplex 1. Classis.*

Quòd si alicubi in Adventu in *Vigilia* S. Thomæ Apostoli extra quatuor Tempora occurrat *Festum 9. Lectionum*, cantandæ sunt duæ Missæ, una de *Festo* post Tertiam, altera de *Vigilia*, post Nonâ (ut suprà, & suò locò) in *Ecclesijs Cathedr.* & *Collegiatis*; Commemoratio autem *feriæ Adventus* juxta ibidem dicta, tunc non est facienda in Missa de Festo, sed in Missa de *Vigilia* (eò quòd *Feria*, & *Vigilia* sint *ejusdem rationis*) ac in ea tertia Oratio tunc fiat, quæ aliàs 2. locò diceretur. Gav. *P. 1. Tit. 7. n. 2.* litt. h. At verò non esse cantandas duas Missas in *Ecclesijs* etiam *Cathedralib.* & *Collegiatis*, quando non simul occurrente aliquò Festò *Vigilia* aliqua incidit in *Feriam Adventûs*, vel *Quadragesimæ*, vel *quatuor Temporum*, colligitur ex Rubr. Vigiliæ S. Andreæ adscripta: aliter tamen est discurendum de Vigilia Ascensionis incidente in Feriam IV. Rogation. juxta propriam Rubricam.

7. *Si Vigilia minor* incidat in *Feriam majorem Quadragesimæ*, aut in *Feriam majorem quatuor Temporum* (quorum prius contingit aliquando *Vigilia S. Matthiæ*, posterius verò *Vigilia S. Thomæ*) tunc in *Officio* nihil omnino fit de *Vigilia*, in Missa autem (dicendâ de Feria illa, nisi occurrat *Festum 9. Lectionum*) fit de Vigilia solummodo Commemoratio, nec legitur in fine Missæ Evangelium *de Vigilia*, sed *Evangel. S. Joan.* ut suprà ex Gavant. ostensum.

8. Tempore Paschali non fit *Officium*, aut *Missa* de *Vigilia*, nisi in *Vigilia Ascensionis*, & *Vigilia Pentecostes*, quarum tamen prior non *jejunatur*, cedítque tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam* Festis 9. Lectionum, sed modò ibi descriptò; posterior verò jejunatur, sed nulli omnino cedit Festo, unde quælecunque in ea occurrens transferri debet post Festum SS. Trinitatis.

9. *Vigilia* (perinde ac *Festum simplex*, & *S. Maria in Sabbato*) non *Concurrit* cum aliquo Officio in *secundis Vesperis*; quia cùm ejus *Officium* terminetur ad Nonam (utpote *Feriale*) ideo Vesperæ illius diei, in quo occurrit, sunt regulariter de sequenti Festo; sed neque cum ipsa potest esse *Concursus* in *primis Vesperis*; quia *Vigiliæ Officium* incipit ad *Matutinum*, non autem in pridianis Vesperis, ùt suò locò dictum.

§. XII.

Corollaria ex hactenus Dictis de Occurrentia, & Concurrentia Festorum.

EX Dictis *hôc Titulô* de Occurrentia, & Concurrentia *Festorum &c.* duplicis Generis COROLLARIA deducuntur: quorum *Priora* regulandæ *Festorum*, ac *Officiorum Translationi*; *posteriora* verò regulandis Comemorationibus, in *Officijs*, ac *Missis Festorum* occurrentium & concurrentium faciendis deserviunt.

Corollaria pro regulanda Festorum Translatione.

EX dictis de Occurrentia Festorum colligitur 1. quænam *Officia*, ac *Festa* possint, ac debeant *transferri*, nempe ex *Festis* sola *Festa duplicia*, & *semiduplicia de Præcepto*, suô die celebrari impedita; ex *alijs* verò *diebus* quoad *Officium*, & *Missam* (non autem quoad obligationem audiendi Sacrum, & abstinendi ab opere servili) etiam *Dominicam* (si nempe juxta Rubricas, ùt aliquando contingit, ad diem aliquam precedentis Hebdomadæ quoad *Officium*, & *Missam* sit anticipanda) ac etiam *Vigilias minores*, si ipsæ in *Dominicam*, Festa verò illa, quorum sunt Vigiliæ, in *Feriam II.* incidant, &c: vicissim nunquam transferri *diem Octavam*, nec *Feriam*, nec *Festum simplex*, sed de istis, si die suo celebrari *Officiô* non possint, vel solam fieri Commemorationem suis locis, si dies, aut Festum occurrens id permittat; vel, si ratio diei, vel Festi occurrentis neque hanc permittat, omnino tunc omitti pro eo anno, aut loco: unde fieri potest (ut supra ex Gav. notavimus) ut alicubi nusquam quid fiat de *Festo simplici*, neque *Officium* scilicet, neque Com-

mo-

meratio, v. g. in Ecclesijs S. *Augustini*, aut S. *Jacobo majori* dicatis, in quorum prioris *Patrocinio* nunquam fit aliquid de S. *Hermete Mart.* neque aliquid de S. *Christophoro* in Festo Patrocinij posterioris. Non ampliùs quoque *transferri* posse *Festa duplicia*, aut *semiduplicia merè ad libitum*, si die suo celebrari non possint, seclusô speciali Indultô Sedis Apostolicæ, constat ex suprà dictis *Tit. 5. de Festis ad libitum*, nec non P.II. die 5. Septembris.

Colligitur 2. Non modô *quando*, sed etiam in *quem diem* facienda sit Translatio Festi, quod suô propriô celebrari non potuit, & capax est Translationis, nempe universim loquendo in *diem proximam non impeditam* : *diem* autem *impeditum* esse 1. omnem *diem privilegiatam*, idest, habentem jus ad aliud Festum, etiam dignius, excludendum; cujusmodi *dies privilegiatæ* sunt sequentes, nempe *dies Octava Epiphaniæ*; *Feria IV. Cinerum*; *Feriæ* omnes *majoris Hebdomadæ*; *Vigiliæ Nativitatis Domini*, & Pentecostes, plurésque aliæ de quibus §. §. præcedentibus : quarum aliquæ tam Officium, quàm Missam (etiam Votivam solennem) de Festo in illis occurrente excludunt; aliæ verò excludunt quidem *Officium* de Festo occurrente, illúdque faciunt transferri in diem proximam non impeditam, permittunt tamen, ut in ijs Ecclesijs, in quibus alioquin eo die vel celebratur *Titulus Ecclesiæ*, vel magnus est populi concursus ad celebrandum Festum, quod ratione ejusmodi diei privilegiatæ transferri debet, cantari queant duæ Missæ, una de die, altera de Festo transferendo, modô ac Tempore alibi declaratô, & declarandô, juxta Rubric. VI. & XV. Missal. novi. 2. Dies *impeditæ* sunt omnia *Festa duplicia*, ac *semiduplicia* diem sibi competentem vi Rubricarum occupantia. 3. Dominicæ suo Tempore ac Ritu sibi proprio, nimirum ad minimum *semiduplici* celebratæ : nam si anticipentur, tunc quia Ritu *simplici* seu *feriali* tantùm celebrantur (ideſt cum 3. duntaxat Lectionibus de Homilia Dominicæ anticipatæ) cedunt Festis Translatis, exceptâ ex parte Dominicâ II. post Epiphaniam, quando Septuagesima Venerit in prima Dominica post Octavam Epiphaniæ : tunc enim ordinatur Officium Dominicæ anticipatæ ùt in Rubrica præfixa Dominicæ I. post Epiph. 4. *dies impeditæ* sunt etiam *dies infra Octavam*, verumtamen nonnisi respectu *Festi semiduplicis ad plures, quàm unũ diem, translati*; nam quia *dies infra Octavam* propriè non sunt *Festa*, prout hîc sumimus, sed *continuatio Festi*, ideo respectu *Festorum duplicium* dies *infra Octavam* (nisi *Octava* sit etiam contra hæc *privilegiata*) non sunt *dies impeditæ*, imò neque respectu *semi-*

miduplicis solummodo *ad unum diem translati*; Nam si *Festum semiduplex* occurrat in Dominicâ infra Octavam non privilegiatam (h. e. talem, quæ admittit *Festum etiam semiduplex*) tunc, si sequens Feria II. non est impedita *Festô 9. Lectionum*, in illam transfertur Festum etiam *semiduplex*, cum Commemoratione Octavæ juxta Rubric. General. X. Brev. *n. 5.* modô inferiùs pluribus declarandô. Idem est de *Festo semiduplici* occurrente in *Festo duplici infra Octavam non privilegiatam*; tunc enim pariter non esse id transferendum post *Octavam*, quando dies immediatè sequens aliô *Festô duplici*, vel *semiduplici* impedita non fuerit, sed faciendum tunc esse de eo *Officium* die immediatè sequenti, tradit cum alijs Gavant. *To. 2. f. 3. c. 8. n. 3.* quem (idipsum ibidem asserentem ac concedentem de *Festo semiduplici* occurrente in *Festo Ascensionis Domini*) annô 1710. secutum est Directorium Romanum, quô Festum *semiduplex* Ss. Joannis, & Pauli, occurrens in die *Octava SS. Corporis Christi*, transtulit in proximè sequentem Feriam Sextam, quæ erat *dies quarta infra Octavam Nativitatis S. Joan. Baptistæ*. Gavanto, & Directorio Romano suffragatur Sac. Rit. Congregatio apud Pisartum, suptà cit. die 26. Junij, ubi stabiliuntur modò dicta, uti & P. I. *Tit. de Festo Ascensionis.*

Quòd si autem *dies infra Octavam*, immediatè sequens *Festum duplex*, aut *Dominicam infra Octavam non privilegiatam*, in quo vel qua occurrit *Festum semiduplex*, sit impedita Festô 9. Lectionum, tunc juxta paulò antè allegatam Rubricam transferri id debet ultra seu post Octavam (ob rationem alibi ex Gav. s. 3. cit. c. 10. n. 4. datam) si quidem plures Octavæ se proximè invicem consequantur (ut fieri potest, si *Octava SS. Corporis Christi* misceatur Octavæ S. Joann. Bapt. & hæc Octavæ Ss. Petri & Pauli) tunc ultra omnes Octavas. Antiquiori transferri debent *post Octavam* illa *Festa semiduplicia*, quæ ante illam Occurrentia propriô suô die celebrari non poterant. *Gav. s. cit. c. & n.* Cæterùm rectè observat Pisart Director. Can. Tit X. Reflex VI. in fine, quòd si Festum semiduplex, occurrens in *Dominica infra Octavam non privilegiatam*, aliquando ob Feriam II. proximè sequentem Festô aliô 9. Lectionum occurrente impeditam, transferri debeat post Octavam, tunc rursus servandum esse ordinem Occurrentiæ & Translationis à Rubrica Gener. X. n. 7. præscriptum, ità, ut priùs celebretur ex Festis Translatis id, quod priùs occurrit, seu translatum fuit. At

Petes: an etiam *Festa ad libitum* inter dies *impeditos* censeri de-

beant?

beant? v. g. an si Feriâ II. occurrat Festum *ad libitum*, Dominicâ verò præcedente privileg: occurrerit Festum aliquod duplex, quod propter ea sit transferendum, huic *Festum ad libitum* cedere debeat, ac proin illò annò omitti, aut certè transferri? 3. *Festa ad libitum* non quidem esse respectu Festorum transferendorum eo sensu *dies impeditos*, quasi ea die, quâ occurrit *Festum ad libitum*, Festum translatum absolutè celebrari non possit (cùm hoc ipso, quòd Festum ad Libitum pro illo die, quô occurrit, sit *Festum ad libitum*, h.e. tale, quod celebrari, vel non celebrari pro libitu potest, simpliciter omitti possit, saltem sub eo Ritu, sub quo est ad libitum, quò locus detur celebrando alicui alteri Festo translato, eò quòd utì Privilegijs huiusmodi nemo teneatur) posse tamen & ipsa eô sensu dici *dies impeditas*, quatenus non datur obligatio omittendi in gratiam præcisè Festi alicujus translati (ùt præcedenti Titulo 5. vidimus) sed fas est illa etiam in hujusmodi casibus celebrare, & Festum antecedenter translatum ulteriùs transferre in diem aliam non impeditam, ità permittente ac decernente Sac. Rit. Congregatione annô 1682. 24. Januar. utì videre est in Decreto *Festis ad libitum* in appendic. Breviarij summariè præfixo, & apud P. Gob. *Tr. 5. n. 650. Append. 4.*

Colligitur 3. *quo ordine* Festa Translata, & *quo Tempore* quodlibet illorum sit celebrandum; observandum nimirum esse inter plura translata hunc ordinem, à Rubr. X. General. n. 7. præscriptum, ùt scilicet si plura Festa 9. Lectionum transferenda sint, eáque sint diversæ Classis, seu, quoad Ritum inæqualia (v. g. unum *duplex*, aliud verò, vel alia tantùm *semiduplicia*) priùs celebretur illud, quod est Classis seu Ritus altioris, adeoque duplex ante *semiduplex*, etiam in casu quo duplex post aliquod semiduplex fuit translatum, ità, ut etiam tunc priùs de illo, quàm de hoc *Officium* dicatur: inter plura duplicia autem priùs transferatur seu celebretur illud quod est magìs *solemne*: si verò Festa transferenda sint *æqualia*, aut omnia *ejusdem Classis*, ac *Ritus*, tunc saltem regulariter, & secluså specialì Sedis Apostolicæ Dispositione (qualis modò extat pro Festo Annuntiationis, incidente in *Feriam VI. Parasceves*, aut in *Sabbatum Sanctum*, ut ibi dictum & paulò post dicetur) unum ante aliud transferatur, ac celebretur eo ordine, quô alioquin erant celebranda in proprijs locis, ac proinde illud priùs tunc celebretur, quod Tempore priùs fuit translatum, ità, ùt etiam illud Festum *semiduplex*, quod occurrit in *Dominica*, quam immediatè sequitur *dies non impedita* Festo 9. Lectionum, cedere de-

debeat Festo anteriori translato, non modò *duplici*, sed etiam *semiduplici* (nisi hoc, ut quidam ob Rationem paulò pòst referendam limitant, in *Dominica* aliqua *infra Octavam* occurrat) uti monet Gav. *s.* 3. *c.* 10. *n.* 7. Quòd ipsum, ut Francisc. Monacelli Formular. Legal. Pract. P. 2. Tit. 13. fol. 67. allegans Decretum Sac. Rit. Congregation. de anno 1695. 11. Jul. & 1696. 22. Decembr. advertit, etiam de quocunque alio Festo ejusdem Ritus ac Dignitatis, cujus est antiquius translatum, est intelligendum, quando dies, in qua occurrit, est impedita (ob *Dominicam* v. g. *privilegiatam*, aut *diem Octavam Festi mobilis &c*) non item est impedita dies immediatè sequens: tametsi enim Festum die immediatè præcedenti, sibi alioquin proprio, occurrens, adeoque tantùm ad *unum diem* translatum, videatur antiquiori translato, quoad Ritum tamen æquali, præferendum; eò quòd eô ipsô die, in quo occurrit, possit adhuc de se habere primas Vesperas, vel saltem Commemorationem, nihilominus etiam in hujusmodi casibus servandam esse Rubric. General. X. n. 7. & die illa immediatè sequenti non impeditâ adhuc faciendum esse de *Antiquiori translato*, apud prædictum Auctorem Sac. Rit. Congregatio decrevit (non obstantibus Decretis aliàs emanatis) secuta Sententiam Gavant. loc. cit. item Goyeti in *Heortol. l.* 4. *c.* 7. Bissi *de Sacr. Ritibus Litt. O n* 127 *§.* 4. Excipiendus tamen mihi videtur esse casus, quô Festum *semiduplex* incidit in *Dominicam infra Octavam*; tunc enim, si Octava illa non sit una ex privilegiatis, & Feria 2. immediatè subsequens non sit alio Festo *duplici* vel *semiduplici occurrente* impedita, *Festum semiduplex*, in tali *Dominica infra Octavam non privilegiatam* occurrens, videtur omnino in diem illam *immediatè subsequentem* transferendum, adeoque præponendum (per se loquendo) cuicunque alteri *anteriori translato*; tum quòd id præscribere pro *tali casu* id videatur Rubrica Gener. X. parte 2. Numero 4. tum etiam idipsum præcipi à Sac. Rit. Congregatione contendat Henricus Pisart, qui in *Direct. Can. Tit. X. de Translat: Festor. Reflex. VI.* in hunc modum scribit: *Occasione Rubricæ* X. n. 5. *Dubium fuit S. Congregationi propositum sub hac verborum forma*:

" Cùm annô 1704. dies Festus A-
" scensionis Domini nostri JESU
" Christi incidat *in alterum quidam*
" *Festum*, nempe Ss. Apostolorum
" Philippi, & Jacobi, cùmque præ-
" ter alios dies Festos, nempe S.
" Athanasij, Inventionis S. Crucis,
" & Dominicæ infra Octavam A-
" scensionis, Officium eorundem Ss.
" Apostolorum ultra prædictam Do-
" minicam infra Octavam Ascen-
" sionis

" nis veniat transferendum, P. Ab-
" bas Hector Gironda Ordinis Cæ-
" lestinorum, cùm in dictam diem
" Dominicam infra Octavam, quæ
" erit 4. Mensis Maij occurrat e-
" riam dies Festus S. Monicæ Vi-
" duæ, demissè Sac. Rit. Congre-
" gationi supplicavit declarari, an
" in Feria II. immediatè sequenti
" Dominicam infra Octavam Ascen-
" sionis, sit recitandum Officium
" Ss. Apostolorum Philippi & Ja-
" cobi, vel potiùs alterum S. Mo-
" nicæ prædictæ? & S. eadē R. Con-
" gregatio, auditis Cæremoniarum
" Magistris, juxta aliàs Decreta,
" sub die 22. Decembris 1696. edi-
" ta, Officium in Feriâ II. prædi-
" ctâ de S. Monica recitandum es-
" se censuit. Et ità declaravit die
" 16. Sept. 1702. *Adest* (✠) *Sigillum.*
" Subscripti *Emin. Cardinalis Carpineus.*
" Et *B. Inghirami Sac. Rit. Congreg. Se-*
" *cretar.* Sequitur dein Decretum an-
" ni 1696. ità sonans: Urbis & Or-
" bis Decretum Generale. " Cùm
" nonnullorum, non ritè sensum
" Generalis Rubricæ Breviarij Ro-
" mani cap. X. n. 7. de Translatio-
" ne Festorum percipientium, ob-
" repserit opinio, quòd de Festo
" transferendo, quod potest in se-
" quentem diem immediatè trans-
" ferri, sit recitandum Officium an-
" te alia æquales Ritûs priùs trans-
" lata, Sac. Rit. Congregatio ad
" relationem Eminentiss. & Reve-
" rendiss. D. Cardin. Petruccij suprà
" dictam Generalem Rubricam o-
" mnino servandam, & quocunque
" aliô Decretô in contrarium non
" obstante, in casu proposito (ser-
" vato Ordine Calendarij) Offi-
" cium de primo translato priùs re-
" citandum esse Declaravit: ità ta-
" men, ut per hanc Declarationem
" nihil penitùs circa semiduplicia
" in Dominicis infra Octavas oc-
" currentia veniat immutandum:
" pro quibus prædictam Generalem
" Rubricam cap. 10. n. 5. pariter
" omnino observandam esse censuit,
" & ità declaravit, decrevit, & serva-
" ri mandavit die 22. Decembris
1696. *A. Episc. Ostiens. Card. Cybo.*
Locô (✠) *Sigilli. B. Inghirami S. Rit.*
Congregat. Secret. Romæ typis Rever. Ca-
meræ Apostolicæ 1701.

Insistens igitur huic gemino Sac. Rit. Congregat. Decreto Pisar-tus locô citatô rectè distinguere vi-detur inter casum, quô *Festum semi-duplex* incidit in *Dominicam infra Octavam*, & inter casum, quô incidit in *aliam Dominicam per annum*, & in hoc posteriore quidem casu ob-servandam esse ad Litteram Rubri-cam General. de Translat. Festor. num. 7. in priore verò eandem Rubr. n. 5. adeoque rectè inferre ex addu-cto à se Sac. Rit. Congregat. gemi-no Decreto, suppositâ authenticâ eorumdem ab hac emanatione, fa-ctâque sufficienti utriusque pro-

mul-

mulgatione, aut saltē intimatione : qualis tamen an exeunte anno 1703. saltem circa eorum recentius (editum nempe 1702. 16. Septembr.) reipsa jam intervenerit, dubium moveri potest ex eo, quòd Directorium Romanum annô 1704. Festum S. Monicæ, incidens eô annô *in Dominicam infra Octavam Ascensionis Domini*, non transtulerit in Feriam II. immediatè subsequentem (utì jubet allegatum à Pisarto Decretum) sed in illam Feriam II. transtulerit Festum Ss. Apostolorum Philippi & Jacobi, at verò Festum S. Monicæ in diem 30. Maij. Porrò Festa *ejusdem Classis* hîc esse censentur, quæ intra eandem Speciem *semiduplicium*, vel *duplicium (majorum, minorum &c)* continentur, licèt alioquin in ordine ad Commemorationes faciendas se mutuò dignitate superent; nam hæc posterior majoritas dignitatis hôc locô non attenditur. Hinc si sint simul transferenda Festa *S. Marci Evangel.* & *Ss. Apostolorum Philippi & Jacobi*, priùs reponendum est *Festum S. Marci*, quàm *Festum* dictorum *Apostolorum*, id quod observatum etiam fuit Romæ, cùm annô 1707. Festum *S. Marci* incidisset in Feriam II. Paschæ, *Festum* autem *Ss. Philippi & Jacobi* in Dominicâ in *Albis*; quorum prius in diē 5. Maij, posterius autē in 11. ejusd: etiam ibi fuit translatum, non obstantibus ijs, quæ habet Gavant. *To. 2. s. 3. c. 9. n. 3.* Contrarium enim à Sac. Rit. Congregat. 1666. 18. Septembr. fuisse decisum, apud P. La Croix *Tom. 4. l. 4. n.* 1268. testatur Mothier. Quemadmodum verò in Repositione duorum, vel plurium Festorum, Ritum habentium eumdem, at *die* occurrentium *diversâ*, attendenda est universaliter Prioritas Translationis, ita attendenda sit *major dignitas* [à nobis alibi descripta] ità quoque, si plura sint transferenda Festa, quæ *eodem die* occurrunt, & quibus non convenit Ratio *majoris* invicem dignitatis, attendendus est in eorum Repositione *major Apparatus*, vel *Populi concursus*, ex quo vocatur etiam *major solennitas*, suppositō, quòd sint eiusdem Ritûs. Cæterùm

Regula & Rubrica *de celebrandis eô ordine*, quô alioquin cadunt, *Festis translatis*, quoad Ritum æqualibus, *die proximâ non impedità*, videtur equidem pati Exceptionem quoad *Festum Annuntiationis B. V.* casu, quô illud incidit vel in *Feriam sextam Parasceves* [utì annô 1711.] vel in *Sabbatum Sanctum* : quandoquidem in utroque hoc casu juxta Decretum Authoritate Innoc. XII. 1692. 14. Junij emanatum, Festum illud in *Foro*, & *Choro* in Feriam II. post Dominicam *in Albis* juxta dicta ac suô locô dicta transfertur, non obstante, quòd Feria illa II. aliquibus aut aliquando sit *impedita* Festô alio du-

duplici occurrente, aut quòd Festum S. Josephi [quòd æquè est *Festum* duplex 2. Classis, ac Festum *Annuntiationis*] sit *antiquius* translatum, quàm *Festum Annuntiationis*, quando hoc cadit in *Sabbatum Sanctum*, & illud in *Dominicam Palmarum*. Verùm dici potest, cùm Feria II. post Dominicam in *Albis* sit pro ejusmodi casibus *dies fixa* pro *Festo Annuntiationis* celebrando, ideo non ipsum inter Festa *translata* tunc propriè esse numerandum, sed ea, quæ Feriâ illâ II. occurrunt, nisi sint duplicia 1. Classis (his enim eo die alicubi occurrentibus cedit *Annuntiatio*, ubi non etiam ipsa est duplex 1. *Classis*) utì & ea, quæ ante, & post ipsam die suo celebrari non poterant.

Si Festum alicujus S. Confessoris transferatur in diem ab ejus obitu immediatè sequentem non est mutandus tertius Versus in Hymno: *iste Confessor*, sed dicendum: *meruit beatas*, dummodo I. Vesperæ de eo potuerint dici saltem à Capitulo, juxta alibi dicta; & ità decisum esse à S. R. C. die 13. Jun. 1682. Pisart Dic. Can. Tit. 10. Resl. 11. testatur.

Colligitur 4. *Quo Ritu* Festa *translata* sint celebranda, nempe celebranda esse, in quantum sunt *translata*, eodem Ritu, quò fuissent celebrata, si translata non essent; intellige tamen per se loquendo, & siquidem sint Festa vel singularium Sanctorum, hoc est, non habentium *Socium*, aut *Socios*, vel plurium quidem, sed sub una ratione Festi in Kalendario Romano Breviarij simul descriptorum, quin tamen aliquis, aut aliqui illorum sit, aut sint alicubi *Patronus loci*, aut *Titularis Ecclesiæ*, adeoque quin habeat altiorem ibi Ritum, quàm Socius, vel Socij.

Dixi autem 1. in *quantum sunt translata*: nam quia Festa in diem impeditam incidentiâ (v. g. in *diem*, aut *Dominicam privilegiatam*) transferuntur in *Solo Choro* non autem etiam in *foro*, seclusâ speciali Dispositione Ecclesiæ (qualis modò habetur pro Festo Annuntiationis B. V. M. cùm incidit in *Feriam VI. Parasceves*, vel in *Sabbatum Sanctum*) aut Sedis Apostolicæ speciali Concessione, prout requirit Gavantus apud Gobat Tr. 3. n. 227. vel denique legitimè alicubi præscripta consuetudine, ideo etiamsi Festum aliquod Translatum celebretur die illô, in quem transfertur, eodem Ritu in *Choro*, quô alioqui celebratur die sibi propriô, non tamen tunc etiam celebratur cum *obligatione assistendi Sacro*, & *abstinendi ab opere servili*, regulariter loquendô, hôc ipsô, quòd Festa translata in *Choro*, non perinde transferantur in *foro*, seu *quoad præfatam Obligationem*, sed hæc regulariter affixa manet illi diei, quô occurrunt Festa

Translata, etiam in casu, quò ea veniunt in *Dominica*, aut *infra Octavam Paschæ*, vel *Pentecostes*, quocunque die, aut etiam *infra majorem Hebdomadem*, exceptò *ultimò* hujus, *viduò*, in quo solo si veniat *Festum Annuntiationis B. V.* id juxta dicta in Ecclesia universali transfertur non modò in *Choro*, sed etiam in *foro* in *Feriam II.* post Dominicam in *Albis*, non autem, si veniat alijs diebus majoris Hebdomadæ, aut subsequentis Octavæ Paschalis quibuscunque.

Dixi 2. *per se loquendo*; nam juxta alibi dicta, si Festum aliquod occurrens *Tempore Paschali* transferatur ad *Tempus Non-Paschale*, aut è converso Festum aliquod occurrens *Tempore Non-Paschali* transferatur ad *Tempus Paschale*, faciendum est de eo in priori casu, prout Tempore Non-Paschali, in posteriore verò, prout *Tempore Paschali*, modò scilicet suis locis annotatò : constátque ex ibi dictis, dari Festa, quæ aliam habeant *Missam* (imò & *Officium*, saltem ex parte) *Tempore Paschali*, & aliam *Tempore Non-Paschali*, utì v. g. *S. Hermenegildus* 13. Apr. & *Ss. Nereus* ac *Socij* 12. Maij &c, de quibus suò locò.

Dixi 3. *& siquidem sint Festa vel singularium Sanctorum*, h.e. non habentium *Socium vel Socios, vel plurium quidem &c*: Nam si aliquis, vel aliqui illorum, qui sub ratione unius Festi in Kalendario Romano sunt simul descripti, vel sit, vel sint *Patronus loci*, aut *Titularis propria Ecclesiæ*, non item Socius, vel Socij (e. g. tantùm S. Sebastianus, non verò etiam S. Fabianus &c) tunc juxta Rubricam post Tabulam occurrentiæ extantem, & à Gav. *To.* 2. *s.* 5. *c.* 10. *n.* 11. ac seqq. declaratam, in eo loco, aut Ecclesia, in quo, vel qua unus vel alter tantùm ex pluribus est *Patronus*, aut *Titularis*, die propriò non impeditò de illo, vel illis, solummodo fit *Officium* & *Missa* tanquam de *Festo duplici* 1. *Classis*, qui est, vel sunt *Patronus loci*, aut *Titulus Ecclesiæ*, non autem fit aliquid (saltem eo die) ne quidem Commemoratio, de illo Socio, vel Socijs, qui non est, aut non sunt *Patronus loci*, aut *Titulus Ecclesiæ* : ad hujusmodi Socium, vel Socios enim quod attinet, attendendum est juxta Rubricam modò allegatam, sub quo Ritu Socius vel Socij in Kalendario Romano sint descripti : si enim omnes sub *Officio*, ac Ritu *duplici*, vel *semiduplici* in eo sunt descripti, tunc Socij illius *Patroni*, vel *Titularis Sancti* transferuntur in primam diem Officiò 9. Lectionum non impeditam, & de eis fit *Officium* tantùm *semiduplex*, nisi tamen sint de *majoribus Festis* (h. e. 1. vel 2. Classis; quia tunc de *Translato* quoque *Socio* fieri *Officium duplex*, ac si proprio die celebraretur : si ve-

rò

pò in Kalendario Romano omnes
int tanquam *Festum simplex* descri-
pci, nihil in eô locô, vel Ecclesiâ
it de Socio, vel Socijs; non eô i-
pò die, quô fit de *Patrono* seu *Titu-*
lari; quia *Festum simplex* occurrens
in *Festo* 1. *Classis* nec ipsum celebra
n, nec aliqua de ipso fieri Comme-
moratio ibi potest; non etiam alio
die; quia *Festum simplex* juxta Ru-
bricas non *transfertur*: ergo nihil
unquam fit de Socio vel Socijs in
hujusmodi casu, qualis v. g. datur
2. Junij in Ecclesia solis *Ss. Marcelli-*
ni, & Petro dicatâ, in qua *S. Erasmus*
eorum Socius nihil habet unquam,
ne quidem Commemorationem, in
Officio aut *Missa*: secùs est de *S. Fa-*
biano respectu Ecclesiarum, quarum
Patronus, seu *Titularis* est solus *S. Se-*
bastianus; cùm enim uterque horum
Sanctorum sub una ratione Festi *du-*
plicis minoris sit descriptus in Kalen-
dario Romano, ideo licèt in ea Ec-
clesia in qua *S. Sebastianus* est *Patro-*
nus, eo die, quô cadit S. *Fabianus*,
nihil fiat de isto, sed solùm de illo,
nempe de *S. Sebastiano*, tanquam Fe-
sto 1. Classis, fit tamen de *S. Fabia-*
no Ritu saltem *semiduplici* juxta suprà
dictam Rubricam *Officium* & *Missa*
die aliâ post Octavam, in quam
transfertur. Idem est, si alicubi
occurrant duo Sancti (e. g. *Ss. Cos-*
mas, & *Damianus*) uno eodémque
die sub ratione unius *Festi semidu-*
plicis in Kalendario Romano descri-
pti, & tamen unus tantùm illorum
(v. g. solus S. Cosmas) sit *Patro-*
nus, vel de eo solo habeantur *Reli-*
qua insignes: siquidem in tali quo-
que casu fit illo die, quô occurrunt,
de solo *S. Cosma* sub *Ritu duplici*, *S.*
Damiani verò Officium transfertur
in diem proximam non impedicam,
quâ etiam de ipso fit, sed Ritu tan-
tùm *semiduplici*; & siquidem de ipso
fiat primùm post totam Octavam S.
Cosmæ, Oratio utrique est acco-
modanda in singulari; si verò ce-
lebretur intra Octavam S. Cosmæ
(ubi hic est *Patronus*) v. g. die im-
mediatè sequenti, nempe 28. Se-
ptembr: tunc ad varietatem debet
sumi diversa ex *Communi un. Mart.*
ùt suprà annotavimus. Confirman-
tur modò dicta ex Decreto Sac. Rit.
Congregat annô 1633. 12. Februar.
apud Gavant. in Indice Decreto-
rum, ejusdem II. Tomo præfixo
decernentis: *In Ecclesia Ss. Nazarij*
& Celsi fieri Officium debere de Ss. eo-
rum Socijs Victore & Innocentio simul
post Octavam, ut in Communi plurim.
Mart. Cur autem, quando ij, qui
dividuntur, non nisi sub Ritu *du-*
plici minore vel *semiduplici* in Kalen-
dario Romano sunt descripti, in eo-
rundem divisione de Socio, aut So-
cijs Festum ac Officium celebretur
Ritu duntaxat *semiduplici*, Gavantus
dat hanc Rationem: quia (inquit)
non transfertur Festum, nisi sit sal-
tem semiduplex: ex altera autem

parte Divisio Ritus duplicis Festi pluriũ Sanctor. visa est fieri satis Congruè, si Socius, aut Socij gaudeant *Ritu* saltem *semiduplici*, nisi (ùt suprà cum Rubrica excepimus) sint *altioris ordin*: nam si ij, qui dividuntur, sunt altioris ordinis & *Classis* (nempe 1. vel 2.) tunc de eo solo, qui est *Patronus*, aut *Titularis* (v. g. de solo S. Philippo Apost. in propria hujus Ecclesia) fiet quidem ea die, quâ occurrunt Ss. Philippus & Jacobus, *Officium dupl.* 1. *Classis*, de *Socio* tamen *translato* nempe [de *S. Jacobo minore* in dato casu] juxta alibi dicta perinde fiet Offic. die proximâ non impeditâ sub Ritu duplici 2. Classis, ac si suô propriô die fuisset celebratus; quia est unus de XII. Apostolis, quorum Festa veniunt in numerum *Festorum* 2. *Classis*: prædictâ autem separatione *Patroni*, aut *Titularis* à Socio vel Socijs factâ curandum erit, ùt *Oratio*, *Lectiones*, & *Evangelium* cum *Homilia* congruant Festo, ità, ut de uno, non de pluribus *Officium* fiat, si tantùm unus sit *Patronus*, non autem hujus Socius; & ut deficientibus *proprijs* recurratur ad Commune Sanctorum, reservatâ Oratione propriâ *Patrono* potiùs, quàm *Socijs* ejus, in numero singulari eidem accomodatâ, pro *Socijs* autem sumatur de Communi, ut sit varietas, siquidem de Socijs contingat infra Octavam *Patroni*, aut *Tituli Officium* fieri; si enim de ijs fiat primùm post Octav: non ità urgebit necessitas variandi Orationem. De quibus omnibus etiá suprà suis locis.

Colligitur 5. Quòd si eodem die non impeditô occurrant duo, aut etiam plura Festa ejusdem Classis, seu Ritum habentia omninò æqualem, illud esse transferendum, quod est *minùs solenne*, seu minùs nobile, aut *celebre*. Quòd si dies, in qua occurrunt, sit *privilegiata*, tunc utrumque transfertur, & ambo ordine superiùs descripto, reponuntur die proxima respectivè non impeditâ. Ulteriùs

Si occurrerint, vel fuerint transferenda duo Festa *ejusdem Ritus*, quæ *eodem die* occurrebant, quorum unum sit *universale*, alterum verò tantùm *particulare* alicujus Dioecesis, vel Religionis seu Ordinis, prius faciendum est de *Universali*, & positea primùm de *Particulari*, nisi obstet ratio *majoris dignitatis*, aut *majoris Ritus* (puta si posterius sit *duplex*, aliud *semiduplex &c*) aut *Privilegium*, vel *consuetudo* legitimè præscripta; tunc enim præferendum est id quod est majoris Ritus, & alterum transferendum; id quod expresse decisum esse à Sac. Rit. Congregatione anno 1698. 27. Septembr. testatur Pasart in *Dir. Can. Reflex.* 2. *in Tit. Brevic.* 10. *Brev.* Utrum autem alteri in sequentibus Casibus particularibus sit præferendum, si nempe eodem die occurrant *Patronus Principa-*

lis

ti loci, & *Titularis Ecclesiæ Regularium in propria* horum *Ecclesia*; vel *Dedicatio propriæ Ecclesiæ*, ac simul *Festum Patroni*, aut *Titularis*, vel *Festum Ss. Apostolorum Petri & Pauli* occurrens in *Dominica*, & simul *Festum Dedicationis* in *eadem Dominica* occurrens, &c, dictum est suprà Titulô de Patronis, & Tit: *de Dedicatione &c*, ubi alia plura huc pertinentia.

Quòd si contingat, ut infra aliquam Octavam occurrant eodem die duo *Festa duplicia* (ùt in Ecclesia aliqua particulari, aut apud Regulares ratione *Patroni*, aut *Dedicationis* facilè contingere potest) tunc transferendum juxta Rubr. X. Gen. n. 3. erit illud, quòd est *minùs celebre* in diem primum non impeditum.

Si stabiliter, seu singulis annis duo *Festa homogenea*, h. e. *ejusdem Ritus*, in eundem diem incidant, convenit, ut minus solemni sua quoque *dies fixa* authoritate majorum assignetur, Exemplo Eccles. universalis. *Gob. tr. 5. n. 657.* & *Arnaud.* Non posse autem inconsulta Sede Apostolica, seu sine hujus Permissione diei ejusmodi fixæ dessignationem fieri, nec passim eam fieri, aut concedi, patebit ex postea dicendis. *f. 196.*

Si *Festum semid: ad libitum* non portuerit celebrari (eò quòd inciderit in *Dominicam*, aut in diem *Festi mobilis*, vel *Octavam particularis Festi &c*) & tamen habeat simul etiam *Ritum simplicem de præcepto* (quale modò in Ecclesia universali est *Festum S. Remigij*) eô annô non penitùs est omittendum, sed celebrandum suo die *Ritu simplici* h. e. faciendo de illo Commemorationem suis locis, & legendo de eodem etiam 9. *Lectionem* in Officio diei (si propriam, unam, vel duplicem habeat) nisi ubi simul occurrit *Festum duplex* 1. *Classis*; hoc enim juxta sæpius jam dicta excludit *simplicis Festi* omnem Commemorationem &c.

Festum particulare 9. Lectionum, alioquin alicubi occurrens die 25. Februar. annô bissextili, est transferendum ad diem primam non impeditam, nisi sit 1. Classis; tunc enim translatô S. Mathia ipsum die illo ibi est celebrandum. *Sac. Rit. Congregat. 7. Sept. 1680. apud Pisart in Tit. X. de Translat. n. 8.*

Officia Sanctorum, quæ alicubi supersunt de Mense Decembri, transferri posse in annum sequentem, constat ex alibi jam dictis, & ità declaratum esse à Sac. Rit. Congregat. die 27. Septembr. itémque die 7. Decembr. 1698. scribit cit. Pisart.

Festum duplex occurrens ante *Octavam non privilegiatam* non est transferendum post Octavam, sed infra eam celebrandum prima die non impedita. Ità apud Pisart Sac. Rit. Congr. de anno 1679. 30. Septembr.

Festis translatis tam *semiduplicibus*, quàm *duplicibus* cedunt ac cedere debent Officia concessa à Sede Apostolica quibusdam Congregationibus, Religionibus, aut Ecclesijs, vel Nationibus, ut semel vel pluries in singulis hebdomadis, vel mensibus per annum diebus Festo duplici vel semiduplici non impeditis dici possint v. g. de SS. Sacramento, aut Sanctis; ità enim decrevit *S. R. C. die* 20. *Martij* 1706. apud Franc. Monacelli *To.* 2. *Formular. legal. pract. Tit.* 13.

Translatô Festô, in cujus die conceditur Indulgentia, non transferri etiam *Indulgentiam*, nisi ex Speciali Concessione Sacræ Sedis Apostolicæ, videtur hodie esse extra controversiam, postquam ità semel iterúmque, ut ajunt, responsum est à S. R. C. nempe 30. Sept. 1670. & 10. Jun. 1690. Pisarro Teste. Hinc pro casu, quô Festum S. Francisci Xaverij incidens in Dominicam I. Adventûs (contra quodcunque Festum occurrens privilegiatum) ex Præscripto Rubricarum transfertur, & quidem per Bullam Clementis XI. annô 1703. editâ, in Fer. 2. ab eo determinatam, Societas JESU ab eodem Sanctissimo petijt ac impetravit, ut unà cum Festo etiam Indulgentiæ plenariæ, à Greg. XV. pro eodem concessæ, in eandem diem 4. Decembr. simul transferrentur, ut suô locô dictum.

Petes: An Rubrica X. Coner. n. 7. disponens, ut, *quando plura Festa 9. Lectionum æqualia* (h. e. ejusdem Ritus ac solennitatis) *sunt transferenda, tunc unum ante aliud transferatur eo ordine, quô erant celebranda in proprijs diebus*, non tantùm intelligenda sit de *Festis per æquum*, sed etiam de *Festis Stabiliter*, seu *in perpetuum* impeditis, quô minùs de suo proprio queant celebrari? Eam de utrisque (*per se*, ac regulariter loquendo) procedere: quam (ut Pisarrus in Direct. suo Canon. Tit. X. Reflex 14. observat) æquè hanc ac illa, inter *translata* eadem ratione numerat; nec Rubrica in illo Titulo inter *Stabiliter*, & *non Stabiliter* impedita facit Distinctionem. *Hinc* (inquit ibidem Pisarrus) *Sac. Congr. die* 28. *Augusti* 1706. *statuit, non licere Patribus Capucinis, nec alijs cujusvis Ordinis Regularibus, quibus non est concessum uti Breviario Patrum Observantium, in usum deducere Rubricam in dicto* (PP. Observantium) *Breviario num.* 15. *his verbis expressam*: Quando plura Officia de Præcepto eadem die in aliquibus locis ita contingunt occurrunt, ut Translatio alicujus seu aliquorum sit perpetua, tunc prima dies proximè non impedita assignata censeatur in perpetuum pro die propria Festi translati respectivè. *Si quidem Concessio facta nostris Breviariô Minorum Observantium non extenditur ad non utentes eodem.*

Ita

tà cit. Auctor. cujus Doctrinam Confirmat Noſtrorum Praxis Romana, qui [ut nuperrimè à P. quodam hâc tranſeunte, eodémque Collegij Romani per plures annos Inquilino accepi] Feſta Stabiliter proprio ſuo die in Societate impedita [cujuſmodi ſunt Feſtum S. Agathæ incidens in diem 5. Februarij, quâ ſub Ritu duplici majore in Societate JESU celebratur Feſtum 3. BB. MM. Japonenſium, & Feſtum S. Cajetani Conf. incidens in diem 7. Auguſti, quâ in eâdem Societ. JESU celebratur dies Octava S. Ignatij Fundatoris] non celebrant aliò in perpetuum fixò die, ſed illa eò modò ac Ordine transferunt, & celebrant, quò alia Feſta translata ſtabiliter non impedita, ſed tantùm per accidens.

§. XIII.

COROLLARIA

Pro regulandis Commemorationibus, quæ in Officijs, ac Miſſis Feſtorum Occurrentium, ac Concurrentium juxta Rubr. Gen. IX. & XXXV. Breviarij, nec non VII. & IX. Miſſalis Romani ſunt facienda.

COMMEMORATIONES, quæ aliquando in Officio diei Currentis ad utraſque, aut ſaltem alterutras Veſperas, nec non ad Laudes, & reſpectivè ad Miſſam poſt *Orationem diei* ex Præſcripto Rubricarum ſunt faciendæ, duplicis ſunt generis, nempe *Speciales*, & *Communes*. Speciales conſiſtunt in ijs Orationibus, quæ ratione *alterius Feſti*, aut *Officij Occurrentis*, vel *Concurrentis*, Orationi *Feſti*, aut *diei Currentis* in hujus *Officio*, & *Miſſa* prædictis locis ſunt Superaddendæ. Communes ſunt [quæ alio nomine Suffragia Sanctorum, à majori illarum parte deſumptâ Denominatione, dicuntur] ſunt illæ, quæ unà cum ſuis *Antiphonis*, & *Verſibus* ſub Titulo Commemorationum Communium, ſeu Suffragiorum Sanctorum, extant in Pſalterio poſt Veſperas Sabbati immediatè ante *Completorium*, fiúntque in fine *Veſperarum*, & *Laudum* ab Octava Epiphaniæ uſque ad Dominicam

Paſ-

Passionis exclusivè, & ab Octava Pentecostes, usque ad Adventum exclusivè diebus postea referendis. Ad Priores quod attinet

An, quando, de quo, & qualis facienda sit in Officio, ac Missa cujuslibet diei Currentis Commemoratio Specialis suis respectivè locis, non tantùm colligitur ex dictis in Superioribus §. §. de Occurrentia, & Concurrentia *Officij*, sed etiam [quantùm ad eas, quæ faciendæ, vel non faciendæ sunt in Officijs, ac Missis Ecclesiæ *universalis*] suis locis à Nobis dictim est annotatum. Ex quibus habetur I. In *Festis duplicibus* 1. Classis nullam fieri Commemorationem alicujus *diei infra Octavam*, nisi trium currentium Octavarum privilegiatarum [nempe *Nativitatis Domini*, *Epiphaniæ*, & *Corporis Christi*] nec etiam fieri in ijsdem Commemorationem *Festi simplicis*, nisi quòd in *secunda Missa* Nativitatis Domini fiat Commemoratio S. *Anastasiæ Mart.* fieri tamen etiam in *Festis duplicibus* 1. *Classis* Commemorationem *Occurrentis* cujuscunque *diei Octavæ*, item *Occurrentis* cujuscunque *Dominicæ*, & cujuscunque *Feriæ majoris* [sed ùt infrà] ac demum *Vigiliæ Epiphaniæ*, non autem aliarum Vigiliarum. Habetur 2. *In Festis duplicibus* 2. *Classis*, præter Commemorationes, quæ juxta modò dicta fiunt in *duplicibus* 1. *Classis*, fieri etiam Commemorationem [sed in *Laudibus*, ac *Missis privatis* tantùm] occurrentis *Festi simplicis*, uti & occurrentium *Vigiliarum*, non tamen fieri Commemorationem *diei infra Octavam non privilegiatam*, nisi in secundis eorum Vesperis, neque etiam in his nonnisi tunc, quando die sequenti fit Officium de ali die infra Octavam, uti expressè additur in Rubricis General. Tit. II. n. 6. Cur autem, non obstante, quod dies infra Octavam altiorem habet Ritum, quàm *Festum simplex*, fiat de hoc, & non de illa Commemoratio in Festis 2. Classis in horum Laudibus, & Missa, Gav: dat hanc, quia *de Octava* sæpiùs fit Officium, non autem de *simplici*; cum hæc nunquam transferatur. Dicit autem : *Dici infra Octavam non privilegiatam*; nam de 3. *Octavis*, scilicet *Nativitatis*, *Epiphaniæ*, & *Corporis Christi*, utpote *privilegiatis*, fit juxta quæ antè dicta Commemor: quocunque Festô infra eas occurrente : atque speciali quoque Privilegio fit Commemoratio Octavæ S. Stephani, & Joannis Apost. & Ss. Innocentium in *Festis* etiam 2. *Classis*, excepto die Festo Circumcisionis, quod Festum licèt, ubi non est Titulus, sit tantùm *duplex* 2. *Classis*, excludit tamen Commemorationem tam in Officio, quàm in *Missa* dierum *infra Octavam* cujuslibet illorum Festorum; licet autem idem Festum excludat in 1. Vesperis Commemorationem de die

pri-

plici minore præcedente, admittit tamen in secundis suis Vesperis Commemorationem *diei Octavæ S. Stephani*, ut ibi. Habetur 3. Quod in Festis semiduplicibus *infra Octavam* post Pentecosten occurrentibus 3. Oratio in Missa de Festo semidupl. non sit *A cunctis*, sed ea, quæ alioquin in Missa *de die infra Octavam* est secunda, nempe *Concede, &c*, uti constat ex Rubric. Gener. IX. Missal n. 7. & 9. è contra verò, si *Festum semiduplex* occurrat in aliqua *Vigilia*, quæ jejunatur, & in ea non simul occurrat *dies infra Octavam*, tunc in Missa de *Festo semiduplici* 2. Oratio sit de *Vigilia*. 3. verò Oratio non sit *Concede*, aut ea, quæ alioquin in Missa infra Octavam est secunda, sed Oratio *A cunctis*; quia *Festum semiduplex* prævalet *Vigiliæ*: in Ecclesijs autem Cathedralibus, & Collegiatis dicantur tunc duæ Missæ Convent: una de Festo, in qua Oratio 2. *A cunctis*. 3. ad libit. nisi facienda sit Commemoratio de Festo occurrente simplici; tunc enim 3. est *A cunctis*: altera verò Missa dicitur de Vigilia, cum Oratione 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa. Habetur 4. In *duplicibus* alijs, & *semiduplicibus* faciendam suò locô Commemorationem cujuscunque Occurrentis Feriæ privilegiatæ, itemque cujuscunque Vigiliæ, præterea diei infra Octavam, & Festi simplicis. An verò de hactenus enumeratis non tantùm facienda sit Commemoratio, quando *occurrunt* eadem die, sed etiam, quando vel ipsa, vel alia cum ipsis *Officia* in 1. aut 2. Vesperis *Concurrunt*; an item, & de quibus in *Laudibus*, ac *Missa* tantùm, vel etiam tam in *primis*, quàm *secundis Vesperis* facienda sit Commemoratio, id ex suprà dictis de Occurrentia ac Concurrentia Officiorum peti debet, & quoad Commemorationes in universali Ecclesia fieri solitas pariter à Nobis dictum est annotatum. Illud tantùm circa Commemorationes *Feriarum privilegiatarum*, seu *majorum*, nec non *Vigiliarum*, quæ jejunantur, ex Rubrica extante post *Tab. Occurrent.* universè hîc adnoto: De *Feriis Adventûs*, & *Quadragesimæ*, quando de eis non fit Officium, fieri Commemorationem in *utrisque Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa* cujuscunque *Festi* (nisi, ut in Ecclesijs Cathedr. & Collegiatis, dicatur insuper alia Missa de ipsa ejusmodi *Feria majori* occurrente; tunc enim in Missa Conventuali, quæ in ejusmodi Ecclesia dicitur de *Festo*, non fit Commemoratio *Feriæ*) de *quat. Temporib.* verò, ac *Feria* 2. *Rogat.* nec non de *Vigilijs minoribus*, quæ jejunantur, fieri eam in *Laudibus*, & *Missis* Festi tantùm; ità tamen, ut si aliqua *Vigilia* occurrat in *Adventu*, *Quadragesimæ*, & *quatuor Temporibus*, vel in *Festis duplicibus* 1. *Classis*, sive *Patroni*, vel *Ti-*

tuli, aut *Dedicationis Ecclesiæ*, de Vigilia nihil fiat in *Officio*, nec etiam in *Laudibus* : quoad *Missas* verò tam *privatas*, quàm etiam *Conventuales* (in *Ecclesijs*, *Cathedralibus* & *Collegiatis*) tam *Vigiliarum*, quàm dictarum *Feriarum majorum* observanda sunt ea, quæ in Rubricâ General. III. à n. 1. usque ad 6. præscribuntur, ubi inter alia habetur : si *Vigilia* (*minor*) occurrat in die alicujus *Festi* ex *majoribus* 1. *Classis*, non modò in *Officio*, sed etiam in *Missa* nullam fieri de ea Commemorationem. Dixi : *minor &c*: Excipitur enim *Vigilia Epiphaniæ*, de qua quocunque Festo Occurrente fit Commemoratio in 1. *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa*, ùt ibi. Si *Festum simplex* occurrat *Feria IV. Cinerum*, aut *Feriâ IV.* vel *VI. quatuor Temporum*, aut in aliqua *Vigilia*, tunc, quia *Festum simplex* in ejusmodi *Feria*, aut *Vigilia* occurrens non habet *Officium*, sed tantùm Commemorationem, idcirco etiam pridie in Vesperis Feriæ, si quæ illud præcesserit, habet tantùm Commemorationem, ità, ut pridie integræ dicantur tunc de Feria *Currente*, non autem à Capitulo de *Festo simplici*, ùt alioqui dicendæ forent, si postridie ipsum Officium diceretur de *Festo simplici*. Quòd si *Festum simplex* occurrat in *Cœna Domini*, tunc in Vesperis Feriæ IV. præcedentis nè quidem fit Commemoratio de *illo simplici*; eò quòd postridie, nempe in Cœna Domini, nihil omnino fiat in *Officio*, aut *Missa* de *Festo simplici* juxta suis locis dicta.

Quando contingit fieri in *Officio* plures Commemorationes Diversorum, Servandus est juxta Rubricas, & Arnaud. Epit. Tr. 2. P. 1. Tit. 9. n. 33. hic Ordo, ut nimirum fiat Commemoratio de duplici ante diem Octavam, de die Octava ante Dominicam, de Dominica ante Festum semiduplex, de semiduplici ante diem infra Octavam (etiam in casu quô Festum semidupl. in Vesperis de duplici occurris concurrit cum *die infrà Octavam*) de die infra Octavam ante Feriam majores Adventûs, quatuor Temporum, & secundæ Rogat: nec non ante Feriis *Vigiliarum* : de modò dictis Feriis majoribus, ac Vigiliâ, aut & de B. MARIA in Sabbato (quando in secundis Vesperis Festi 9. Lectionum, Feriâ VI. celebrati, de ea fieri debet Commemoratio pro Officio sequentis Sabbati) ante Commemorationem Festi simplicis eòdem Sabbatô occurrentis : de Festo denique simplici fiat Commemoratio ante Suffragia Sanctorum, seu Commemorationes Communes de Officio (quæ tamen locum solummodo in *feriali Officio* habet) de S. MARIA, de Apostolis, & de Pace, nec non ante Commemorationé cujuscunque *Tituli*, vel *Patroni Ecclesiæ*, aut *Ordinis*, inter prædictas Commemoratio-

nes

tes Communes pariter faciendam, aut etiam ijsdem respectivè præponendam (si ità ejus dignitas requirat) non tamen præponendam illi, quæ in *feriali Officio* est *de Cruce*; hæc enim, licèt postponenda sit Commemorationi *Festi simplicis*, cuicunque tamen Commemorationi Communi (etiam illi, quæ est de SS. Trinitate) juxta dicta, ac dicenda præponitur, quando de ipsa facienda est Commemoratio, utì facienda est in Officio feriali.

Si autem sint faciendæ Commemor: plurium Festor: *ejusdem Gradus*, tunc Festum *dignius* est præferendum *minùs digno*: Ordo autem dignitatis quoad faciendas Commemorationes hôc ferè modô Constituitur, ut scilicet primô locô ponantur Festa *CHRISTI*, tum Festa *B. Virginis*, dein *Ss. Angelorum*, postea *S. Joannis Baptistæ*, deinceps *Ss. Apostolorum*, *Martyrum*, *Confessorum Pontificum*, *Confessorum Non-Pontificum*, *Virginum Martyrum*, *Virginum-Non-Martyrum*, *Non-Virginum*. Gavantus *To.2.s.5.c.18.n.7.* putat, de Sanctis *Veteris Testamenti* faciendam quidem esse Commemorationem post *Apostolos* (tametsi hos in Litanijs *Ordine Temporis* præcedant) attamen post Apostolos ante alios Sanctos Novi Testamenti statim illos esse collocandos; verùm cùm nullum hujus Prælationis fundamentum ex Rubricis habeatur (utì tamen habetur pro S. Joanne Baptista *Apostolis* præferendo, & de S. Michaële Archangelo præferendo *S. Joanni Baptistæ*) ideo censet Lohnerus *Instruct.II.P.2.Tit.2.§.10.n.2.* inter *Veteris*, ac *novi Testamenti Sanctos* eumdem, quem dixi, promiscuè Ordinem esse observandum. Hactenus de Ordine, quo faciendæ sunt in Officio Commemorationes Speciales. Jam verò

Ad Modum eas faciendi in eodem *Officio* quod spectat, servandus est iste: post Orationem diei dicitur *Antiphona* (seu *propria*, si talem habet, seu de *Communi*) conveniens *Officio* illius, de quo facienda est Commemoratio, eique ad *Magnificat* assignata pro primis, aut secundis Vesperis, si quidem in *Vesperis* sit de eo facienda Commemoratio; aut ei assignata ad *Benedictus*, si in *Laudibus* sit de eo facienda Commemoratio. Post modò dictam Antiphonam dicitur *Versus*, inde sumendus (nisì coincidat cum jam dicto) unde sumpta est Antiphona, & ante hanc extans post Hymnum Vesperarum, ac Laudum: Versui subjungitur *Oremus*, & Oratio ejus, de quo fit Commemoratio, non tamen claudenda per clausulam ordinariam, nisì sit ultima. Porrò si Oratio illius, de quo facienda est Commemoratio coincidat, seu sit eadem cum Oratione principali, hoc est, cum Oratione illius, de quo

 sit

fit Officium, tunc Oratio Commemorationis mutanda est in aliam de Communi, quæ non sit eadem. Quia verò in Communi Abbatum pro Abbatibus nonnisi unica habetur Oratio, ideo si in Festo, vel Octavâ alicujus Abbatis facienda sit Commemoratio (seu *Specialis*, seu *Communis*) de alio Abbate, v. g. de S. Hilarione, tunc Oratio pro secundo in *Officio* & *Missa* sumenda est ex Commmuni Confessor: Non-Pontif: v.g. proximè præcedens, nempe: *Adesto Domine &c*, vel: *Deus, qui &c*, additô verbô: *Abbatis.* Quòd si autem, ùt sæpe contingit, etiam *Antiph.* vel *Versus* alicujus Commemorationis (seu Specialis, seu Communis) alioqui faciendæ, & tali Commemorationi in *Vesperis* aut *Laudibus* conveniens, sit similis *Antiphonæ*, aut *Versui* jam antecedenter dictæ, vel dicto, tunc, nè eadem *Antiphona*, aut idem *Versus* iterum, seu bis, aut sæpius dicatur in ijsdem Vesperis, aut Laudibus, pariter horum quoque facienda est Variatio, & in Vesperis quidem locô Antiphonæ, aut Versûs, aut etiam utriusque in ijsdem Vesperis, aut Laudibus jam semel dictæ, aut dicti, sumenda est Antiphona (idem est de Versu jam dicto simili) pro ulteriore facienda Commemoratione in Vesperis quidem, tam primis, quàm secundis, ex *Laudibus*, & è Converso in Laudibus sumenda sunt ex *primis Vesperis*, nisi aliter in proprijs locis notetur, ùt monet Rubr. de *Comemorat. n.* 8. hoc ultimum obtenta propter Festum S. Hilarij (ubi id 14. Jan. cum Ecclesia universali celebratur) siquidem in hujus secundis Vesperis res aliter se habet, dum in illis locô Versus jam dicti dicitur Versus ibi assignatus: *Elege eum Dominus &c*, non autem ille, qui habetur in *Laudibus* Confessoris Pontificis, ut nimirum iste serviat pro Commemoratione de sequenti Festo simplici S. Mauri Abbatis faciendâ; cùm *Antiphona*, & *Versus* ei alioquin in primis Vesperis Conveniens jam dictus sit in eadem Vesperis, de S. Paulo Eremita à Capitulo dictis. Quòd si contingat, ut non modò duorum, sed trium, vel quatuor eorum, de quibus in *Vesperis*, aut *Laudibus* facienda est mentio, *Antiphona*, aut saltem *Versus*, ad *Magnificat*, aut ad *Benedictus* alioquin dicendi, coincidant seu invicem sint similes, tunc *Antiphona* in 1. Vesperis pro tertio sumitur ex 2. Vesperis Officij Convenientis tali Sancto; pro quarto autem adhiberur illa *Antiphona*, quæ est prima Nocturni primi ejusmodi Officij, & sic deinceps: Idem est de *Versu*, ut nimirum pro tertio sumatur pariter ex secundis Vesperis, pro quarto autem ex 1. Nocturno, & sic deinceps, dummodo Versus illi secundarum Vesperarum aut

aut Nocturnorum sint diversi à Versibus jam antecedenter dictis; quia verò *Versus* secundarum Vesperarum, alicui Officio Convenientium, saltem Ordinariè coincidit, idémque omnino est cum Versu *Laudum*, & Versus I. Nocturni pariter coincidit, idémque omnino est cum Versu primarum Vesperarum, adeoque in hujusmodi casibus Ordinariè jam antecedenter est dictus pro secundo, ideo pro tertio sumendus tunc est in primis Vesperis ex 2. Nocturno, & pro quarto ex tertio Nocturno. In secundis autem Vesperis in ejusmodi casibus (in quibus scilicet plurium, quàm duorum, *similes* habentium *Antiphonas*, vel *Versus*, facienda in Vesperis est mentio) *Antiphona* sumitur pro secundo ex *Laudibus*, pro tertio ex primis Vesperis, pro quarto sumitur illa, quæ est prima in primo Nocturno : Ad *Versus* verò in 2. Vesperis dicendos in hujusmodi casibus quod attinet, eòdem modò per se loquendo esset procedendum, sed quia Versus *Laudum* Ordinariè est ille ipse, qui adhibetur in 2. Vesperis pro illo, de quo sunt *secundæ Vesperæ*, adeoque pro secundo, utpote jam dictus, adhiberi in hujusmodi casu non potest, ideò Versus pro secundo in 2. Vesperis Ordinariè sumendus est in talibus casibus ex primis Vesperis; pro tertio autem sumendus quidem esset ex primo Nocturno, sed quia hic regulariter coincidit cum Versu primarum Vesperarum, ac proin hic quoque jam dictus est in tali casu pro secundo, ideo pro tertio in tali casu sumi debet regulariter ex II. Nocturno, & sic deinceps. Quando denique in Laudibus de pluribus, habentibus similes *Antiphonas*, aut *Versus* faciendæ sunt Commemorationes, tunc pro secundo (nisi aliter in proprio loco notetur) juxta regulam Generalem suprà datam *Antiphona*, & *Versus* sumi debent ex primis Vesperis; pro tertio autem ex secundis Vesperis; quòd si harum *Antiphona*, aut *Versus* jam priùs dictis sint similes, tunc Antiphona pro tertio sumi debet ex I. Nocturno ante 1. Psalmum posita, & ex eodem Nocturno sumi deberet etiam Versus, sed quia iste Ordinariè est similis Versui primarum Vesperarum, & iste in tali casu jam dictus seu adhibitus est pro Commemoratione secundi, ideo pro Commemoratione tertij adhibendus tunc erit Versus II. Nocturni. Quòd si & quarta facienda fuerit Commemoratio, tunc pro illa adhibenda erit I. Antiphona I. Nocturni, si hæc nondum fuerit dicta, si autem hæc jam fuerit dicta, adhibenda erit Antiphona II. ejusdem I. Nocturni, Versus autem sumendus pro quarta Commemoratione erit is, qui in Nocturnis positus nondum est dictus, nempe positus

ante Lectiones III. Nocturni. *Gav. To. 2. ſ. 3. c. 11. n. 30.* Arnaud: *Tr. 2. P. 1. Tit. 9. n. 27.* Cæterùm nil refert (ut notat cit. Gav. n. 28.) ſi contingat, eumdem Verſum dici pro Commemoratione alicujus in *primis Veſperis*, & poſtea eumdem rurſus dici in *Laudibus* pro ejusdem Commemoratione, utì antehac contingebat, quando in Feſtum S. Donati M. transferebatur Inventio S. Stephani, tanquam diem nullo Feſto duplici tunc impeditam: ſiquidem tunc pro Commemoratione S. Donati in 1. Veſperis Verſus ſumi debebat de *Laudibus* unius Martyris nempe: *Juſtus ut Palma &c*, (eo quòd Verſ: *Gloria, & honore &c*, S. Donato alioqui in I. Veſperis conveniens, jam fuerit dictus pro Inventione S. Stephani, de qua erat prima Commemoratio) & tamen idem ipſe Verſus: *Juſtus, ut Palma &c* in Laudibus ſequentis diei rurſum adhibebatur pro eodem S. Donato; quia in Laudibus ceſſabat ratio variandi Verſum, cùm in Laudibus Inventio S. Stephani gaudeat proprio Verſu, ac proinde Verſus, S. Donato de Communi unus Martyris in Laudibus de ſe conveniens, non ampliùs coinciderit cum Verſu alio jam dicto in ijsdem Laudibus. Notandum quoque eſt, ſi in Laudibus Officij, quod dicitur de Confeſſore Pontifice, facienda ſit ſimul Commemoratio de Confeſſore Non-Pontifice, aut viciſſim in Laudibus Officij, quod dicitur de Confeſſore non Pontifice, facienda ſimul ſit Commemoratio de Confeſſore Pontifice, non eſſe variandas Antiphonas utrique eorum in Communi Sanctorum ad *Benedictus* aſſignatas; quia licèt ſint ſimiles quoad Initium, ſunt tamen diverſæ in fine; hoc autem ſufficit ad varietatem, non modò teſtatur Gavantus, ſed etiam comprobat Praxis ac uſus Eccleſiæ, quæ, dum Feſtum S. Henrici etiamnum erat *ſimplex*, ac celebrabatur in Feſto S. *Bonaventuræ* (tanquam die ſuo proprio) neutrius variabat Antiphonas, ad *Benedictus* dici ſolitas in *Laudibus* de Confeſſ. Pontifice, & in Laudibus de Confeſſ. Non-Pontif. utì videre eſt apud Gav. n. 29. in *Tit. de Commem.*

Tempore Paſchali tam Antiphonis, quàm *Verſibus* cujuſvis Commemorationis additur unum Alleluja, tam in *Laudibus*, quàm in Veſperis, niſì jam adſit. Ex dictis Reſolves 1. quid agendum, quando in Officio de uno Martyre fieri debet Commemoratio de alio Martyre, & inſuper inter Suffragia facienda eſt Commemoratio de Patrono ejusdem Martyre? Quid item in caſu quo in Officio de uno Confeſſore, facienda eſt ſimul Commemoratio de duobus, aut pluribus alijs Confeſſoribus? Adhibendæ nimirum ſunt Antiphonæ, & Verſus ne-

dum

dum dicti, attamen *modò*, ac *ordine* paulò antè descriptò. Resolves 2. si in 2. Vesperis S. Agathæ, aut alterius Sanctæ, habentis *Officium 9. Lectionum*, fieri debeat Commemoratio B. MARIÆ pro ejus Officio in sequenti Sabbato celebrando, pro hujus Commemoratione locò Versus : *Diffusa est Gratia &c*, utpote jam dicti, dicendum esse Versum : *Benedicta tu &c*, desumptum ex Laudibus Officij B. MARIÆ in Sabbato. At

Petes : quid agendum, si eodem die, quò fit Officium 9. Lectionum de pluribus Virginibus simul & Martyribus, occurrat quoque Festum simplex eiusdem qualitatis, de quo facienda sit Commemoratio in eodem Officio? R. Non deesse, qui dicant, in tali casu eandem Antiphonam : *Istarum est enim &c* cum suo Versu : *Adducentur Regi &c* in ijsdem Vesperis, ac Laudibus etiam pro Commemoratione simplicis esse adhibendam, eò ipsò, quòd non perinde, ac in alijs Officijs, diversæ, sed eadem omnino pro Vesperis, ac Laudibus Antiphona, atque etiam versus assignetur : & pro hac Resolutione allegant Decretum S. R. C. an verò authenticum illud sit, dicere non habeo.

Si facienda sit Commemoratio de Tempore, id est, de *Dominica*, aut de *Feria* (quo Nomine hîc etiam venit *Vigilia*) *Antiphona* & *Versus* ante Orationem eodem modò sumuntur ex Proprio de Tempore, si pro ea Antiphona propria, aut Versus assignetur; alioqui de Psalterio. Oratio itidem sumitur ex Proprio de Tempore, ùt ibi.

Porrò, quando fit Commemoratio de *Dominica*, aut *Feria majore*, quæ habent propriam Homiliam, nona Lectio in Officio diei novem Lectionum dicenda est de Homilia illius *Dominicæ*, aut *Feriæ*, aut *Vigiliæ*, quæ proin nona Lectio erit vel prima de Homilia, vel omnes tres simul in unam Lectionem conjunctæ de eadem Homilia. Idem est de *Vigilia*, si de ea fieri debeat Commemoratio in Laudib: nam quando non fit Commem: de Vigilia in *Officio* (utì contingit, si Vigilia occurrat in Adventu, vel *Quadragesima*. vel *quatuor Temporibus*, aut in Festo duplici 1. Classis) nec etiam dicitur tunc de ea *9. Lectio*, etiam in casu, quo fit de illa saltem *Missa*, ùt fit in Adventu.

Quod dictum paulò antè de *Dominicis*, & *Ferijs majoribus* (ùt scilicet de ijs legatur nona Lectio in Officijs 9. Lectionum, quando de ijs in Officio fieri debet Commemoratio, & proprium habent Evangelium) Gavantus *To. 2. f. 3. c. 11. n. 32.* extendit etiam ad *diem Octavam Ss. Petri, & Pauli*, si in ea occurrat *Festum nobilius* ; cùm enim

etiam

etiam *dies* illa *Octava* habeat Homiliam cum proprio Evangelio, ideo ſicut in *Miſſa* propter Commemorationem *Dominicæ*, vel *Feriæ majoris*, vel dictæ *diei Octavæ* (ùt ibi ſupponit) legitur Populo in fine Miſſæ earum Evangelium, nè ſit aliquod Evangelium in Miſſali, quod non aliquando legatur Populo, ità convenit, inquit, ut etiam in Choro exponatur illud idem Evangelium per Homiliam in fine Officij illius Matutini, in quo paulò antè per aliam Homiliam declaratum eſt Evangelium principale Feſti, & Officij : Ità ferè Gav. qui tamen *n.* 37. excipit caſum, quò in *die Octavæ Ss. Apoſtolor. Petri, & Pauli* non tantùm occurrit *Feſtum Nobius* (v. g. *Titulus Eccleſiæ*, aut aliud 1. vel 2. *Claſſis*) ſed ſimul etiam *Dominica*; tunc enim, non obſtante, quòd *dies Octava* ſit dignior *Dominicâ* (cùm illa ſit *duplex*, hæc autem tantùm *ſemiduplex*) adeoque de *die Octava* facienda ſit Commemoratio in Officio & Miſſa de Feſto ante Commemorationem de *Dominica*, cenſet Gavantus locò cit. tam *nonam Lectionem* in *Officio*, quàm *ultimum Evangelium* in *Miſſa*, dicendam eſſe de *Dominica*, non autem de *die Octava*, ut ut & iſta propriam alioquin habeat Homiliam in ſuo Officio, ac proprium Evangelium in ſua Miſſa : *Neque enim*, inquit, *vacare permittitur aliqua Dominica per annum, quin de ea, ſaltem in Sabbato præcedenti, fiat Commemoratio* (ut locò ibi à ſe citatò probat) *& hæc fit ratione Evangelij, ut legantur Populo per annum in Miſſa omnia Evangelia Dominicalia : ſi verò in Miſſa eſt legendum, ergo & in Officio.* Hæc Gavantus, non deſunt tamen (teſte Arnaudo *Tract.* 2. *P.* 1. *Tit.* 9. *n.* 32.) qui cenſeant, etiam in hoc caſu dicendam potiùs Homiliam, ac Evangelium de *die Octavæ*, quàm de *Dominicæ*; tum quia Officium *Octavæ* dignius Officiò *Dominicæ*; tum quia Evangelium *proprium* illius *diei Octavæ* non poteſt legi alio die, poteſt autem legi Evangelium Dominicæ ſequenti aliquo alio Hebdomadem die. Mihi tamen, hac duplici Ratione non obſtante, magis fundata, & meritò, ac Praxi Eccleſiæ Conformior videtur in hac parte Gavanti Sententia juxta alibi dicta.

Quando de *die infra Octavam* fit Commemoratio in aliqua *Dominica*, aut *Feſto aliquo 9.* Lectionum, non dicitur de illa nona Lectio in *Officio*, nec ultimum Evangelium in *Miſſa*, quantumvis habeat in Breviario, & Octavario Romano propriam Homiliam, & Evangelium proprium pro qualibet die; imò neque tunc dicitur, quando habet in illa m Octavam Evangelium divinum ab Evangelio Feſti, id quod accidit infra Octavam Ss. Apoſt. Petri &

& Pauli, ac conceditur in Octavario Roman. ante Notationem 4. ad Tit. VII. de Octav. *Rubrica*, & *Gavant: hic.*

Si denique in die, in quo fit *Officium* novem Lectionum, fiat Commemoratio de Festo *simplici*, seu *trium Lectionum*, tunc extra casus mox excipiendos dici debet in *Officio* nona Lectio de Festo illo trium Lectionum, siquidem propriam habeat, & si duas habeat, ex duabus fieri debet una, quæ sit nona in Officio illo 9. Lectionum. Dixi autem : *Extra casus mox excipiendos*; item : *siquidem propriam habeat* : *Imprimis* enim non legitur *nona Lectio* de aliquo Sancto, quando fit de eo Commemoratio in *Dominicis*, quæ habent *nonum Responsorium*, seu in quibus non dicitur *Te DEUM laudamus*, quales sunt *Dominica Septuagesima*, *Dominica Sexagesima*, *Dominica Quinquagesima*, ac omnes *Quadragesimæ*, & *Adventus*. Si autem Festum simplex occurrat in *alijs Dominicis* per annum, nempe *minoribus*, in quibus, non dicitur nonum Responsorium, sed Hymnus : *Te Deum Laudamus*, tunc, si fiat Officium de tali Dominica, & non de Festo duplici in ea occurrente, non tantùm fit Commemoratio Festi simplicis, sed etiam legitur de eodem nona Lectio (si propriam habeat) in Officio talis Dominicæ, saltem regulariter. Ratio Disparitatis juxta Gav. est : quia Responsorium nonum, quod dicitur in *Dominicis majoribus* vice Hymni : *Te DEUM*, non bene quadraret Lectioni de *Sancto*, sed bene Lectioni *Homilia legi Cœpta*, ac proinde de *ista*, & non de *Sancto*, etiam nona Lectio dicitur Convenienter : secùs res se habet quoad *alias Dominicas*, in quibus cùm de Sanctis, qui propriam Lectionem habent (unam, vel duplicem) de Vita & Gestis ipsorum convenienter legatur aliquid ad Instructionem Cleri, Lectionem illam congruentissimè etiam sequitur Laus divina per Hymnum : *Te DEUM*. Ulteriùs non dicitur nona Lectio de Festo simplici, seu *trium Lectionum* tunc, quando fit de eo Commemoratio in Festo 9. Lectionum, quod occurrit, ac celebratur in aliqua *Dominica*, aut in aliqua *Feria majore* (idem est de *Vigilia*) quæ propriam habet Homiliam : tunc enim 9. Lectio Officij illius Festivi (uti & Evangelium in *Missa*) dici debet de *Dominica*, aut *Feria illa majore*, aut de *Vigilia* simul occurrente, de *simplici* autem tantùm fieri Commemoratio (utpote minùs dignô) etiamsi alioqui propriam habeat Lectionem : imò si Festum illud 9. Lectionum in *Dominica*, aut *Feria majore* occurrens sit 1. *Classis*, tunc ne quidem Commemoratio fit de Festo *simplici* : idem est de *Vigilia minore*, quæ

jejunatur, si in eam incidat Festum 1. Classis, tunc enim etiam de *Vigilia* hujusmodi nihil omnino fit tam in *Offic.* quàm in *Missa* ejusmodi Festi 1. Classis, ùt pluries jam alibi dictum. *Tertiò* non dicitur nona Lectio de *Festo simplici* in Officio illarum *Feriarum*, ac *dierum*, in quarum *Officio* leguntur solummodo 3. *Lectiones*, utì contingit, si *Festum simplex* incidat in *Feriam majorem*, vel *Vigiliam*, in qua fit de ea, aut veniat *infra Octavam Paschæ*, vel *Pentecostes*, vel occurrat in *Sabbato*, in quo fit Officium de *S. MARIA in Sabbato*, aut incidat in talem *Feriam*, quâ juxta Rubr. Gen. 4. *de Dominicis n.* 4. 5. *&* 6. faciendum est infra Hebdomadam de *Dominica* : siquidem *Officium* Omnium modò *dictarum dierum* sibi vendicat *omnes tres Lectiones* eidem proprias, suóque locô assignatas : imò aliqua dictarum dierum Officia non modò *Lectionem*, sed etiam Commemorationem de *Festo simplici* excludunt; utì patet, si Festum simplex incidat in primum Triduum Paschæ, aut Pentecostes. *Quartò* non dicitur nona Lectio in Officio 9. Lectionum de *Festo simplici* occurrente, quando propriam non habet, esto habeat aliquam ei appropriatam de Communi Sanctorum pro casu, quô fit Officium de ipso *Festo simplici*, & non de Festo alio 9. *Lectionum*, utì habent v. g. S. Margarita V. & M. 20. Julij, & S. Petronilla V. 31. Maij, ac S. Valent. 14. Febr. Exemplum habemus *primò* in *Ss. Nabore*, & *Felice* 12. Julij, de quibus non dicitur 9. Lectio in Officio duplici eo die nunc occurrente, esto eo Tempore, quo S. Joannes Gualbertus nondum erat Festum 9. Lectionum, quando fiebat *Officium simplex* de illis memorato die 12. Julij, tertia Lectio erat: *Quotiescumque &c*, de Communi plurimorum MM. utì videre est in antiquioribus Breviarijs. *Aliud* Exemplum habemus in *S. Hermes*, de quo pariter non dicitur 9. Lectio in Festo S. Augustini; tum quia, ut notat Gav. *propriam* non habet *Laudem*, si de Communi sumatur; tum quia ità expressè præscribitur *Gen. X. n.* 9. & IX. *n.* 10. *item* XXVI. *n.* 3. ubi expressè dicitur : *Si propriam de Festo Sancti habuerit Lectionem.* *Quarto* non dicitur 9. Lectio de *Festo simplici* in Officio 9. Lectionum, si veniat infra Octavas Nativit. Domini, Epiphan. & Corporis Christi; nam diebus infra has Octavas occurr. fit pariter de simplici solummodo Commemoratio, sine Lectione de illo, nisi infra Octavam Corporis Christi fiat *Officium duplex* de alio Sancto; tunc enim, si *simplex* propriam habeat Lectionem, non modò post Commemorationem de *Octava Corporis Christi*, fit etiam Commemoratio de Festo simplici simul occurrente, sed etiam dicitur de eo 9. Lectio (perinde, ac dici soler in assi-

De-

Dominicis, *Octavis*, ac *Festis* 9. *Lectionum*) ùt alibi dictum, dummodo die illa infra Octavam Corporis Christi non fiat Officium duplex 1. Classis: nàm tunc juxta ibidem dicta nec dici ultima Lectio, nec fieri etiàm Commemoratio potest de *Festo simplici*. Et hæc de *Specialibus Commemorationibus* in *Officio* faciendis.

Quando autem, *de quibus*, & *quo Ordine* faciendæ universim sint *Commemorationes Speciales* etiam in *Missis*, tam *privatis*, quàm *Conventualibus*, & nominatim, *Ecclesiarum Cathedralium*, ac *Collegiatarum*, traditur in Rubrica Gen. VII. Missal. juxta quam 1. de *Festo simplici* fit Commemoratio in *Missa*, quando de eo in Officio facta est Commemoratio in primis Vesperis. Excipitur *Dominica Palmarum*, & *Vigilia Pentecostes*, in quibus nulla fit tam in *Missis privatis*, quam *solemnibus* Commemoratio de *Festo simplici* occurrente, tametsi ea facta sit in *Officio*, eò quòd utriusque *Missa* unam tantùm requirat Orationem, ità, ut in neutra illarum dici possit alia Oratio, etiam indicta a-liquin ad Tempus à Superiore Ecclesiastico, v. g. Episcopo, ùt P. I. dictum. Quando autem de *Festo simplici* fit in *Officio* Commemoratio solummodo ad *Laudes* (uti in *Festis* 2. *Classis*) tunc fit quidem de eodem Commemoratio etiam in *Missis privatis*, non tamen in *Missa solemni*. 2. de *Dominica non vacante* fit Commemoratio in *Missa* tunc, quando in Dominica fit Officium de *Festo duplici*. 3. De *Octava* fit Commemoratio in *Missa* tunc, quando infra Octavam celebratur aliquod Festum, quod non est de exceptis suprà, & in Rubric. IX. Breviarij de Commemorationibus; item tunc, quando infra Octavam fit de *Dominica*. 4. De *Ferijs Adventus*, *Quadragesimæ*, *quatuor Temporum*, utì & de *Rogationibus*, ac *Vigilijs* fit Commemoratio in *Missa* tunc, quando illis Temporibus *Missa* dicenda est de *Festo* in ijs occurrente: sed in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis*, ubi plures Sacerdotes quotidie celebrant, in *Ferijs*, quæ *Missas* habent *proprias*, uti & in *Rogationibus*, & *Vigilijs*, dicuntur duæ Missæ, una de *Festo* post Tertiam, altera post Nonam de *Feria* ejusmodi, aut *Rogationibus*, aut *Vigilia* absque ulla utrorumque Commemoratione, sed cum Orationibus, & alijs respectivè, ùt ibi: unde si v. g. Feria II. Rogationum incidat in Festum duplex (uti contingit hôc annô 1712. quo ea occurrit in Festo S. Athanasij) in *Missa solemni de Festo* non fit Commemoratio *Feriæ Rogationum*, nec in *Missa solenni Rogationum* fit Commemoratio *Festi*, sed in hac posteriore 2. Oratio est *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa. Quantum tamen ad *Vigilias*, si *Vigilia minor*, quæ jeju-

na-

natur, occurrat in *Festo duplici* 1. *Classis*, nihil fit de *Vigilia* occurrente, ne quidem Commemoratio, tam in *Officio*, quàm in *Missa*. Si autem in *Vigilia Ascensionis* occurrat Festum 9. Lectionum, non tantùm fit de ea Conmemoratio in *Officio*, & *Missis privatis* (in quibus tunc 2. Oratio de Vigilia. 3. De simplici, si quod occurrat, 4. Rogationum, cum Evangel. Vigiliæ in fin.) sed in *Ecclesijs*, *Cathedralibus*, ac *Collegiatis*, cantantur tunc *tres* Missæ *Conventuales*. Prima de *Festo* post Tertiam. *Secunda* de *Vigilia* post Sextam, quia non jejunatur. *Tertia* de *Rogationibus*, post Nonam. *Prima* illarum dicitur cum *Gloria*, & secundâ Oratione de *simplici tantùm*, siquidem aliquod occurrat, & Festum 9. Lectionum in hac Vigilia occurrens sit *duplex per annum*; si enim sit Festum semiduplex, tunc 3. Oratio est *Concede*; quæ si Festum simplex non occurrat, in *Missa* de *Festo semiduplici* erit secunda, & tertia *Ecclesiæ* vel pro Papa. *Secunda* dicitur pariter cum *Gloria*, sine *Credo*, & in ea Orat. 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. Præf. Pasch. *Col. Alb. Tertia* denique dicitur sine *Glor.* & *Cred.* & in ea Orat. 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Pap. Præf. Paschal. attamen cum cantu feriali. *Col. Viol.* In fine autem cujuslibet dictarum Missarum dicitur Evangel. S. Joannis.

Ubi verò Feriâ IV. Rogationum extra prædictas Ecclesias *dua* (ob *Processionem*) cantantur *Missæ* in ejusmodi casu, quò nempe in *Vigilia Ascensionis* occurrit Festum 9. Lectionum (una scil. de *Festo* post Tertiam, altera de *Rogationibus* post Nonam) ibi in Missa de *Festo* dicitur *Glor.* 2. Oratio verò de *Vigilia*. 3. de *simplici*, si quod occurrat; si autem nullum occurrat, & Festum occurrens 9. Lectionum sit *duplex*, Oratio non dicitur; si verò sit *semiduplex*, & *Festum simplex* non occurrat 3. Oratio erit *Concede*. In Missa vero de Rogationib. 2. Orat. erit *Concede*, *Ecclesiæ*, vel pro Pap. etiam in casu quò occurrit *simplex* : quia ista suprà allegatam Rubricam, quando præscribuntur *duæ Missæ* cantandæ, una de *Festo*, alia de *Feria*, si in *Officio* facta fuerit quædam Commemoratio de *simplici*, aut de *infra Octav.* fiet quidè illa etiam in Missa de *Festo*, sed non in Missa de *Feria* : si verò facienda sit Commemoratio *Feriæ*, aut *Vigiliæ*, fiet hæc in *Missa* de *Feria*, & non in Missa de *Sancto*. 5. Quando fit Commemoratio de *Feriâ* IV. aut Sabbatò 4. Temporum, pro Feriæ Commemoratione dicitur omnium Prima Oratio, hoc est, posita immediatè ante primam Lectionem seu Prophetiam, utpote concordans cum *Offic.* &c. Quando infra Hebdomadâ dicenda *Missa Votiva*, non *solemnis*, post primam Ora-

Oration. semper quoque dicitur Oratio ejus, de quo fit *Officium*. 7. In faciendis Commemorationibus in Missa servandus de reliquo idem Ordo, qui in *Breviario*, atque adeò facienda Commemoratio de Dominica ante diem infra Octavam, de die infra Octavam ante Ferias majores, & Vigilias : de Ferijs præditis, & Vigilijs ante Festum simplex : de Festo simplici ante Orationes, quæ secundô vel tertiô locô alioquin dicendæ assignantur : hæ autem dicantur ante Orationes Votivas, hoc est illas, quæ ultra præscriptas (numero tamen impari) ex libera devotione assumuntur : in his verò dicendis servanda deinde est *dignitas Orationum*, ut scilicet Oratio Votiva de SS. Trinitate, de Spiritu Sancto, de SS. Sacramento, de S. Cruce dicatur ante Orationem Votivam de B. MARIA : Oratio quoque Votiva de *Ss.* Angelis, aut S. Joanne Baptista dicatur ante Orationem Votivam de Apostolis, & sic de alijs. Notandum tamen hic *primò*, quòd, licèt in Festis *simplicibus*, ac *Ferijs per annum* liceat plures dicere *Orationes Votivas*, sive *ad libitum*, v. g. universim quinque, aut septem, aut adhuc plures, dummodo impares, hoc tamen non sit intelligendum eo sensu, ut quascunque, aut quomodocunque velis, dicas, sed eas priùs, quæ in Rubricis assignantur pro 2. vel 3. & tunc primùm ultra istas, quæ tibi magis placent, insuper supperaddere possis, cum debitô tamen non minùs *Ordine* (paulò ante declaratô) quàm cum debitô, ut dixi, etiam *numerô*. Notandum *Secundò*, Non licere relinquere eas Orationes, quæ notantur 2. vel 3. locô dicendæ, & alias in harum locum sufficere. Notand. *Tertiò*, quòd sicut in *Festis duplicibus* juxta Rubr. IX. Missal. n. 1. nonnisi una dicenda est Oratio, nisi faciendа sit aliqua Commemoratio, aut ex Præscripto Superioris Ecclesiastici superaddenda illi sit aliqua alia Oratio pro *publica Necessitate* (pro avertendo v. g. *bello*, aut *peste &c*) ità etiam juxta eamdem Rubr. in *Festis semiduplicibus* ex causa, seu prætextu privatæ tantùm Devotionis non plures esse dicendas tunc Oration. quàm tres, in Missa ; nisi pariter faciendа sit vel aliqua Commemoratio, aut Oratio quæpiam extraordinaria (v. g. *DEUS Refugium nostrum &c*, vel alia) pro publica Necessitate &c à Superiore Ecclesiastico, qualis est Ordinarius Loci, sit præscripta ; & tunc (ùt rectè monet Gav. To. 1. P. 1. Tit. 9. n. 16. lit. I.) Oratio ejusmodi supernumeraria vel dicitur locô tertiæ ad libitum, vel huic addi potest ùt Commemoratio in *duplicibus*, *semiduplicibus*, ac *Dominicis*, ità verò addenda est, inquit idem Gavantus, ut nulla omittatur ex ijs, quæ in Missali cuique Missæ

singillatim assignatur, v. g. 2. aut 3. locô dicenda : in ijs tamen Missis, in quibus tertia Oratio est ad libitum, potes eam, ut dixi, vel locô hujus dicere, vel illi, quæ est ad libitum superaddere, verumtamen hac ratione (sunt iterum verba Gavanti) ut serves *debitum numerum*, dicendo videlicet in tali casu nonnisi quatuor in *Dominicis*, & *Festis semiduplicibus*; quinque verò, aut Septem in *simplicibus*, Missisque *ferialibus*, & *Votivis* : Hæc eadem Regula servanda est in Missis, quæ dicuntur ratione Confraternitatum. *Arnaud. Epit. Tr. 1. P. 1. Tit. 9. n. 9.* Tametsi autem *Orationes* hujusmodi *supernumerariæ*, à locorum Ordinarijs &c ad Tempus præscriptæ, ad modum Commemorationis dicendæ etiam sint in Festis *duplicibus minoribus*, ac *majoribus per annum*, Sacra tamen Rituum Congregatio die 28. August. 1627. apud Gavant. loc. cit. decrevit, omittendam esse regulariter ejusmodi Orationem in *Festis* 1. *Classis* : Insigniorum quoque Ecclesiarum Urbis Romæ usus habet (eodem Gavanto Teste) ut ejusmodi Oratio neque in *duplicibus secundæ Classis* dicatur in *Missis* tam *privatis*, quàm etiam *solenni*, à qua solâ alioqui Commemoratio *Festi simplicis* excluditur in ejusmodi Festis : & quia hanc Urbis Romanæ Consuetudinem placere sibi ibidem ait Gav: eam sequi tu quoque poteris.

Notandum *quartò*. Quòd, si Festum *simpl.* in *Feria maj.* aut in *Vigilia*, aut in *Sabbato*, in quo fit de S. Maria occurrat, ac ratione *Mensis*, vel Feriæ *II.* dicendum sit *Fidelium*, Oratio *Fidelium* præponenda sit Commemorationi de *Festo simplici*, si tamen dicantur 3. Orationes. & Quandocunque de Sancto, qui *Titulum* est *Solemnitatis*, de quo tamen non recitatur *Officium*, sed *Missa* tantùm dicenda, ad *ejus Altare* in *die* Festo illius, 2. Oratio in *Missa* debet esse de eo, de quo factum est *Officium*, 3. autè de eodem quo in eodem *Officio* facta est Commemoratio, siquidem de aliquo in eodem sit facta Commemoratio, si enim non sit facta aliqua in Officio Commemoratio, tunc in tali Missa 3. Oratio erit illa, quæ alioquin locô erat dicenda : Huic Missæ convenit *Hymnus Angelicus*, seu non Symbolum, seu *Credo*. Arnaud. loc. cit. *n.* 10. 9. Si plures de pluribus ejusdem Classis in Missa sunt faciendæ Commemorationes, ratio in ijs faciendis attendenda, servandaque, ut suprà, est *Dignitas* eorum, de quibus sunt faciendæ, ut omnium de B. V. fiat Commemoratio ante *Angelos*, de his ante *S. Joannem Baptistam*, de *S. Joanne Baptista* ante *Apostolos*, & sic deinceps. Quòd si duo *simplicia* occurrant, quorum unum sit Commune *totiEcclesiæ*, alterum verò *Ecclesiæ* tantùm *particulari*, in illius ante hoc facienda est Com-

mc-

memoratio. 10. Quando facienda est Commem. pro Defunctis in Miss. Vivor. penultimô semper locô ea est facienda, ut suprà dictum : ubi etiâ quando & quomodo in *Ecclesijs Cathed.* & *Collegiatis*, præter Missam illi dicenda sit *Missa* (quotidiana) *pro Defunctis* juxta Rubr. Gen. *V. Miss.* n. 1. 11. In *Missis Defunctorum* nulla fit Commemoratio pro *vivis*, neque *pro vivis & Defunctis simul*, dicendo v. g. Orationem, seu Collectam : *Omnipotens sempiterne DEUS, qui Vivor.* &c. Nam hîc *Commemor.* omittentis nomine non intelligitur illa Deprecatio, quæ fit in primo *Memento* pro solis Vivis, & in secundo *Memento* pro solis Defunctis (hæc enim utraque Commemoratio, seu Commendatio fit etiam in Missis de *Requiem*, perindo ac in alijs) sed intelligitur Orat. seu Collecta vocalis, quæ aliàs Orationi illi primæ, quæ est propria *Missæ*, tanquam primariæ superadditur. 12. Quando in Festo duplici 2. Classis occurrit Festum *simplex*, nulla de hoc in *Missa solenni* fieri debet Commemoratio (etiamsi ea in *Laudibus* Officij sit facta) sed tantùm in *Missis privatis* juxta *Rubr. suprà cit.* 13. Si *Missa Votiva* quæcunque *solemniter Cantetur* pro re *gravi*, aut *publica Ecclesiæ causa*, per se loquendo nulla omnino in ea etiam *Festi occurrentis*, aut Dominicæ, facienda est Commemoratio (quia unitas Orationis spectat ad solennitatem) nec etiam dicendum in fine illius Evangelium Dominicæ, si in *Dominica* cantetur, sed semper Evangelium S. Joann. *Quibus* autem *diebus*, & *quibus ex causis* cantari possit *Missa Votiva solemnis*, dicetur infrà, utì etiam, *an* & *quando* cum *Gloria*, & *Credo* sit cantanda. 14. Quandoque in Missa celebri, seu solenni, prima, & secunda Oratio dicuntur sub una Conclusione, ut unica videatur Oratio : accidit id in Missis, quæ juxta Pontificale Romanum solenniter cantantur in collatione Ordinum, Consecratione Episcoporum, Virginum, Ecclesiarum, & Altarium : item in Benedictione Abbatum, Abbatissarum, & Cœmeterij, nec non in Consecratione, & Coronatione Regum, ac Reginarum : in quibus omnibus Missa cantatur de *die currente* cum Oratione *diei*, cui Orationi *Ordinans*, vel *Consecrans*, aut *Benedicens* subjungit aliam *Actui* convenientem sub una *per Dominum nostrum &c* ut ibi. Idem est de *Missa solenni pro Gratiarum Actione* : nam si *Missa Votiva solennis* cantetur pro *Gratiarum Actione*, etiam ipsa admittit duas Orationes, in fine Missæ Votivæ de SS. Trinitate à Missali Romano præscriptas, attamen pariter per modum unius, seu sub una Conclusione dicendas : in *Missis* verò *privatis* pro Gratiarum Actione, Oratio propria illi Missæ, quæ dicitur in Gratiarum Actionem,

seu

(seu de SS. Trinitate, seu de B.V. &c) & Oratio pro Gratiarum Actione in Missali assignata, juxta probabiliorem mihi Gav. Sententiam, à *P. Lohner Instr. I. P. 2. Tit. 11. n. 5.* contra Paulum Mariam Quarti stabilitam, non sunt dicendæ sub una Conclusione, sed sub diversis, ut in alijs Votivis privatis; eò quòd Ritus Orationum plurium sub una Clausula sit proprius Missar. solennium: ac proinde in *Missis privatis* Gratiarum Actorijs juxta Gav 2. Oratio erit de Officio diei currentis, 3. autẽ locô dicetur illa, quæ alioquin esset secunda in Missa diei, nisi occurrat simplex: tunc enim tertia erit de simplici juxta Rubric. Gener. *Missal. 9. n. 16.* & quarta pro Gratiarum Actione, cui addetur quinta, juxta Votum celebrantis eligenda, ità tamen, ut, si dicendum sit *Fidelium*, id ponat penultimô locô juxta Rubr. Gener. *Missal. VII. n. VI. 15.* Quando dicuntur plures Orationes, & una illarum est eadem cum aliâ ibidem dicendâ, tunc illa, quæ est eadem (non autem alia) Commutari debet cum aliqua alia de Communi, vel de *Proprio*, quæ sit diversa, attamen conveniens, ut alibi diximus, ac etiam exemplificavimus: mutari autem ex duabus similibus debet illa, quæ est posterior, prior autem manere. Porrò mutatio Orationis de *Dominica*, aut de *Feria*, aut de *ijs*, quæ sunt ad *libitum &c*, fiet regulariter in proximè sequentem: v. g. si fiat Officium de S. Martino Episc. in Dominica 22. post Pentecosten, in qua Oratio Secreta Dominicæ coincidit cum Oratione Secreta, quæ dicitur in Missa Festi tunc occurrentis, Secreta Dominicæ 22. post Pentecosten mutari debet in Secretam Dominicæ 23. post Pentecosten proximè sequentis, atque adeò ex hujus Missa sumi, & sic de alijs. Dixi autem: si plures dicantur Orationes, illam tantùm esse mutandam, quæ est *eadem*, seu *coincidens cum alia*, non verò *alias*, quæ non sunt eadem; ità enim expressè Rubrica Gen. *Missal. n. 8.* habet. Hinc si primum tùm Oratio sit eadem, & Secunda diversa, nulla est Ratio mutandi Secretam: idem dicendum est de *Communione*. Dixi 2. regulariter; nam quandoque pro salvanda distinctionum congrua diversitate mutandum est ad Missam proximè precedentem, aut aliam, quàm proximè subsequentem. 16. Cùm plures in *Missa* dicuntur Orationes, attende primam & secundam tantùm dicitur: *Oremus*: ante primam dicitur etiam: *Dominus vobiscum*: ad earum *Terminationem* autem quod attinet, quando dicuntur plures Orationes, Ordinariè prima tantùm & ultima cum sua consuera conclusione terminantur: porrò in Omissione Orationum juxta Rubric. Gen. 12.

M. Missal. n. 17. hic servandus est modus : Si Oratio dirigatur ad DEUM Patrem, concluditur sic : *Per Dominum nostrum &c.* si ad *Filium sic* : *Qui vivis & regnas cum DEO Patre &c.* Si in principio Orationis fiat mentio Filij, concluditur sic : *Per eumdem Dominum nostrum &c.* si autem in fine Orationis fiat mentio illius, sic : *Qui tecum vivit, & regnat &c.* Si facta sit mentio *Spiritus Sancti*, in conclusione dicitur : *In Unitate ejusdem Spiritus Sancti &c.* De reliquo, quando non dicitur : *Dominus vobiscum* ante aliquam Orationem, tunc abbreviatur conclusio, dicendo tantùm v. g. *per Christum Dominum nostrum*, vel (si in principio Orationis facta fuerit mentio Christi) *per eumdem Christum Dominum nostrum, Amen* : aut, si Oratio dirigatur ad ipsum Christum eodemmodo : *Qui vivis & regnas in omnia sæculorum. Amen.* Quid porro in casibus, & occurrentijs nonnullis particularibus circa faciendas, vel non faciendas in Missa Commemorationes sit observandum, suis locis à Nobis annotatum reperies. Atque hæc hactenus de Commemorationibus Specialibus, in Officio & Missa respectivè faciendis & non faciendis. Jam verò

§. XIV.

Ad Commemorationes Communes, ac Suffragia Sanctorum quod Spectat,

fiunt illæ, quantùm ad Officium, juxta superiùs insinuata in fine *Vesperarum*, ac *Laudum* ab *Octava Epiphaniæ*, usque ad 1. Vesperas *Dominicæ Passionis* exclusivè, & ab *Octava Pentecostes* usque ad 1. Vesperas *Dominicæ 1. Adventûs* exclusivè in omnibus *Dominicis*, *Ferijs*, & *Festis*, nisi *Officium* sit *duplex*, vel *currat* aliqua *Octava* : nam *infrà Octavas* (etiamsi Officium non sit de *Octava*, aut *Duplici*, sed de *Dominica*, vel *semiduplici* infra eam occurrente) nec dicuntur Suffragia Sanctorum, seu Commemorationes Communes, nec *Preces Dominicales* ad Primam & Completorium. Eædem Commemorationes Communes (ùt notat Gav. To. 2. *f.* 3. *c.* 8. *n.* 13.) etiam non dicuntur tunc, quando *dies Octava* cadit in *Dominicam privilegiatam*, licèt de *Octava* eo casu fiat tantùm Commemoratio : idémque etiam est de Precibus Dominicalibus ad Primam & Completorium, quæ in ejusmodi casu similiter non dicuntur. *In Feriali Officio* (etiam eo, quod dicitur de *Vigilia*) præponitur *Commemorationibus Communibus* quibuscunque, si dicantur, Commemoratio de Cruce, extans in Psalterio post Laudes Feriæ II. nec non post Vesperas Sabbati.

Commemorationibus Communibus, quando dicuntur, semper adjungitur etiam Commemoratio de *Patrono Diœcesis*, vel *Ordinis*, uti & de *Titulari*, seu *Titulo propriæ Ecclesiæ*, ante vel post Commemorationem

pe S. MARIA, & ante, vel inter, aut post Apostolos, Pro *dignitate* scilicet illius; adeoque de Titulo SS. Trinitatis, Spiritus Sancti, & Corporis Christi fit inter Commemorationes Communes Commemoratio ante S. MARIAM : de S. Salvatoris verò Titulo juxta alibi dicta non fit, quando in Officio feriali fit Comem. de Cruce; quia juxta Gav. & Arnaud. æquipollent : de Angelis, & S. Joanne Baptista fit ante Apostolos, de Ss. Veteris Testamenti autem post Apostolos, non obstante, quòd in Litanijs præcedant Apostolos; quia ibi, ùt alibi dictum, Servatur Ordo *Temporis*, non *dignitatis*. In Ecclesiâ quoque Omnium Sanctorum nomine dicatâ fieri debet Commemoratio de *Apostolis* ante Commemorationem de *Omnibus Sanctis*, utì fit in Officio parvo B. MARIÆ, in quo Oratio *Apostolorum* præponitur Orationi *Omnium Sanctorum* : neque inconveniens est fieri de eodem bis mentionem, semel apertè, & semel latenter; cùm ità fiat infra Octavam Omnium Sanctorum, infra quam fiunt Commemorationes de Sanctis occurrentibus (v. g. Ss. Vitale, & Agricola) non obstante, quòd in Oratione principali jam implicitè de ijs facta sit mentio. *Gav. To. 2. s. 5. c. 18. n. 9.* horum omnium reddens rationem. De *Patrono loci* (cui æquiparatur *Patronus Ordinis*, & ijsdem, quibus ille, gaudet Privilegijs) fit Commemoratio ante *Titularem*, si sint *æqualis dignitatis*; si verò sint *inæqualis*, servatur Ordo *Dignitatis*, qui colligendus ex alibi dictis.

De B. V. ex Decreto Sac. Rit. Congregat. de anno 1604. 10. Jan. alibi à Nobis allegato, non fit Commemoratio inter Suffragia (nisi in propria Ecclesia, tanquam de *Titulari*) tunc, quando dicitur in Choro ejusdem *Officium parvum*, aut quando *ipsum Officium* diei fit de illa. Ubi autem est *Patrona*, seu *Titularis Ecclesiæ* sibi dicatæ, sufficit illa Communis : *Sancta MARIA succurre* cum Oratione : *Concede nos &c.* aut *Deus, qui salutis æternæ* (pro qualibet Temporis) neque alia facienda est. Teste Gav. To. 2. s. 5. c. 18. n. 10. de ipsa, præter illam. Par ratio est de *Commemoratione consueta de Apostolis*, præstante inter Suffragia Sanctorum, præter quam nulla alia est facienda illo, ubi Ss. Petrus & Paulus sunt Patroni Ecclesiæ. Porrò Oratio de *Patrono*, ac *Titulari Ecclesiæ* sumenda est ex die Festo eorumdem (non autem ex *Vigilia*, aut *Octava* illorum, ùt gratis quidam dicunt) mutando Verbô *Nativitatem*, aut *Natalitia* in Verbum : *Commemorationem*, quæ mutatio sicubi satis congruè fieri nequeat, sumenda est alia *Collecta*, seu *Oratio* de Communi Sanctorum &c; qua de re, utì & alijs huc pertinentibus vide dicta suprà P. I. [illegible]

14. Jan. f. 19. & P. I. post Dominicam II. post Epiphaniam f. 20. & 187. Cæterùm si *Patronus*, aut *Titularis Ecclesiæ* habeat *Vigiliam*, tunc in Officio *Vigiliæ* omittitur eorum Commemoratio inter Suffragia.

Si facienda sit Commemoratio alicujus Festi occurrentis, etiam simplicis, semper ea fieri debet ante ipsa Suffragia consuera; etiam ante Commemorationem de Cruce.

Tametsi autem *Festi* etiam tantùm *simplicis* Commemoratio ob *Titulum Festivum*, & tanquam *Specialis*, fieri debeat ante quæcunque Suffragia, seu *Commemorationes Communes*, puta de Cruce, de S. Maria, de Apostolis, ac de Pace, nec non ante Commemorationem cujuscunque *Patroni*, vel *Tituli Ecclesiæ*, etiam SS. Trinitatis (Suffragijs prædictis Ratione suæ *Dignitatis* alioqui præponendam) inter ipsa tamen Suffragia, seu Commemorationes Communes primum semper locum habere debet in *Feriali Officio* Commemoratio *de Cruce*; cùm enim hæc facienda sit *propter Feriam*, ideo in *Feriali Officio* semper omnibus præponitur, etiam Commemorationi de ipsa SS. Trinitate: Quòd si de S. Cruce, tanquam de *Titulo Ecclesiæ*, facienda sit Commemoratio, tunc ex Decr. Sac. Rit. Congregat. 30. Mart. 1621. in feriali Officio sufficit illa ipsa, quæ dicitur *de Cruce* ratione Officij ferialis (nempe: *Per signum Crucis &c*) & alijs omnibus, ut dixi, Commemorationibus *Communibus* præponitur.

Etsi intra Adventum, & illud Tempus, quod est à Dominica Passionis usque ad Dominicam SS. Trinitatis inclusivè, adeoque toto *Tempore Paschali* Suffragia Sanctorum, seu Commemorationes Communes non dicantur, etiam illis diebus, quibus non occurrit *duplex*, aut *dies infra Octavam*, fit tamen Tempore Paschali à Feria II. post Dominicam in Albis usque ad Ascensionem Domini in *Laudibus*, & *Vesperis* quædam alia Commemoratio *de Cruce* tam in *Officio* de *Tempore*, quàm de *Sanctis* (nisi sit duplex, aut infra Octavas) extans in Proprio de Tempore memoratâ Feriâ II. post Dominicam in Albis, omissis alijs Commemorationibus Communibus. Ità *Rubric. General. XXXV. hic, num. 2.*

Quando contingit, ut *Antiphona*, aut *Versus* alicujus *Commemorationis Communis*, in *Laudibus*, aut *Vesperis* faciendæ, sit similis alicui *Antiphonæ*, aut *Versui* pro Commemoratione (seu *Speciali*, seu *Communi*) jam antecedenter adhibitæ, vel adhibito, tunc facienda est Variatio, h. e. hujus posterioris in aliam, vel alium dissimilem Commutatio, eô omnino modô, quô suprà diximus esse faciendam, quando

do plurium *Commemorationum Specialium* Antiphonæ, aut Versus coincidunt. Hinc ijs annis, quibus in 1. & 2. Vesp. S. Elisabethæ Reg. Portug. die 7. & 8. Jul. fiunt Comemorationes Commun. seu Suffragia Ss. debet in utrisque illis Vesp. in Suffragio pro Commem. B.V.M. locô Versûs: *Ora pro nobis &c*, dici Versus: *Diffusa est &c*, & Vesp. Officij illius in Sabb. vel (ut nonnemo existimat) Vers: *dignare me &c* ex Festo B. V. ad Nives.

Si quæ sunt alia ad Rubricam, seu Titulum *Commemorationum Communium*, certis Temporib. ac Diebus in Officio faciendarũ, pertinentia, petenda illa sunt ex dictis, ac dicendis locîs paulò superiùs allegatis.

Quantum verò ad illas *Commemorationes Communes* attinet, quæ in *Missis* tam *privatis*, quàm *Conventualibus*, præter *Speciales* occurrentium subin Festorum, aut *Dominicarum*, vel *Feriarum*, pro Diversitate Temporum sunt faciendæ, vel non faciendæ, quid circa illas sit observandum tam in *Festis*, quàm in *Dominicis*, ac *Ferijs* per annum, satis superque suis locis expressum invenies. Et hæc hactenus de ordinandis *Officijs*, & *Missis* quorumcunque respectivè Festorum, ac Profestorum, seu Vigiliarum, in quibuscunque respectivè *Occurrentijs* & *Concurrentijs*, quantùm attinet ad *Praxin*. Ad *Eruditiones* autem varias circa *Festorum*, ac *Profestorum* (tam in genere quàm in *Specie* spectatorum) antiquitatem, Originem, Institutionem, Nomenclaturam, Causam finalem, Differentias, ac varias Divisiones quod spectat, videri possunt Soter Tom. 1. de Relig. l. 2. de Fest. c. 1. 2. & 3. Azor. Tom. 2. l. 1. tot. Tolet. l. 4. c. 24. &c. Laymann l. 4. Tr. 7. c. 1. &c. Gav. Tom. 1. P. 4. Tit. 13. & Tom. 2. s. 3. & c. 2. necnon sect. 7. c. 1. & seqq. item s. 8. totâ. Carol. Guyet in *Hierologia*. Dominicus, & Carolus Macrus in Hierolexico *V. Festus &c.* ac cit: ab eo Baronius & Bellarm. &c.

TITULUS. VII.

De Missis Votivis, tam privatis, quàm etiam solennibus in genere, & in specie.

I. MISSÆ VOTIVÆ (itâ dictæ, quôd non ex Ecclesiæ, aut Rubricarum Præscripto hîc & nunc de *die currente*, sed ut plurimùm ex *Voto* seu *arbitrio* Sacerdotis de alio quodam aut Sancto, aut *Festo &c*, cum permissu tamen Ecclesiæ, & juxta Fot-

Formulam ab ea præscriptam ac approbatam celebrentur) in *triplici* sint *Differentiæ*. *Primi generis* Votivæ sunt, quæ post Commune Sanctorum & Dedicationis Ecclesiæ in Missali Rom. pro singulis per Hebdomadam diebus assignantur, súntque earum *octo*, mox nominandæ. Circa has id venit præmonendum: quòd non modò pro *privata* Sacerdotis *devotione* quacunque die per Hebdomadem, quâ aut *Dominica* aut *festum duplex*, aut *dies*, quô de *duplici* fieri nequit, non occurrit, dici possint hujusmodi Missæ, sed insuper quocunque die infra Hebdomadam, quô Officium sit de *Feria minore*, & in ea non est *Vigilia*, nec *anticipanda Missa Dominicæ sequentis* (ut in Rubricis) neque *resumenda Missa Dominicæ precedentis*, quæ fuerit impedita, possit juxta *Rubr. General. Missal. tit.* 3. etiam locô *Missæ principalis*, seu *Conventualis* dici aliqua ex 8. illis *Missis Votivis* extantibus locô allegatô in fine Missalis, attamen (nisi dicatur Missa de *Requiem*) cum debita Commemoratione illius *Feriæ*, de qua factum est *Officium*, ac observando Ordinem *dierum* ibidem singulis ejusmodi *Missis* assignatum, nempe hunc, ut scilicet Feriâ II. dicatur, vel *Missa quotidiana pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus*, & *Aliis* (nisi currat Tempus Paschale) de in Missali post Missam *De Anniversario* Defunctorum, cum 3. Orationib: ùt ibi, necnon cum Præfatione Communi, & *Col. nigro*; vel *Missa de Sancta Trinitate*, obtinens inter Votivas locum primum in Missali, dicenda autem sine *Glor.* & *Cred.* In ea Oratio 2. diei curr. 3. illa, quæ alioquin esset 2. in Missa diei currentis. Præfatio propr. ex Festo SS. Trinitatis. In fine: *Benedicamus*, & Evangel. S. Joannis. *Col. Alb.* In Missa de SS. Trinitate toties inclinandum esse caput, quoties nominatur Trinitas, apud P. Gob. *Tr.* 3. *n.* 731. *litt. e.* tradit P. Didac. de Avendanno.

Feriâ III. *Missa Votiva de Ss. Angelis*, ùt in fine Missal. cum *Glor.* sine *Cred.* Oratio 2. diei curr. 3. illa, quæ alioquin esset 2. in Missa diei cur. Præf. Commun. In fine: *Ite Missa est*, & Evang. S. Joan. *Col. Alb.*

Feriâ IV. *Missa Votiva de Ss. Apostolis Petro & Paulo*, extra *Tempus Paschale*, ùt ibidem in fine Missal. sine *Glor.* & *Cred.* Oratio 2. diei currentis. 3. illa, quæ alioquin esset 2. diei currentis: illo tamen Tempore, quô dicitur Orat. *Acunctis* dici debet in hac Votiva locô *à Cunctis* alia Oratio de S. MARIA, nempe *Concede &c* (ne scilicet bis fiat explicita mentio in Orationibus *Ss. Petri* & *Pauli*) & P. Lohner quidem *Instruct. pract. l. P. 2. T. 11. n. 8. fin.* assignat illud *Concede*, quod inter *Orationes ad Diversa*, sive *ad libitum* in Missali obtinet primum;

mum locum, ac incipit : *Concede quæsumus &c*: licèt Is autem Rationem hujus suæ assignationis, nec *extrinsecam*, nec *intrinsecam* addat, mihi tamen, ut verum fatear, nisì *Rubrica Gener. IX. Missal. n.* 15. expressè assignaret Orationem *Concede nos Famulos &c*, extantem post Dominicam in *Albis &c*, summopere probaretur P. Lohneri Sententia; tum quia Oratio illa *Concede quæsumus* habet sibi præfixum eumdem Titulum, quem sibi præfixum habet Oratio *A cunctis*, quæ ei substituitur nempe : *Ad poscenda Suffragia Sanctorum*; tum, quia eadem Oratio *Concede quæsumus &c* est magis homogenea Orationi *A cunctis* (alioquin in Missis Votivis *illius Temporis* tertiô locô dicendæ, atque etiam in hac *Votiva*, nisì *explicitam* SS. Apostolorum *mentionem* contineret) quàm illud aliud *Concede nos famulos &c*; unde non absque fundamento suspicio alicui posset suboriri, an non fortè per aliquam inadvententiam aut errorem Curatorum typi in Missalium ultimò recognitorum Editione addita ibi in præcitata Rubrica sint Orationi *Concede* hæ voces : *Nos famulos*? verùm quia etiam à Gavanto hoc posteriori modô citatur ea Oratio, ideo non P. Lohneri, sed Rubricæ in Missali defacto extantis Auctoritas in Praxi hac in parte erit sequenda, ùt alibi diximus. Et hæc de *Orationibus* hujus Votivæ. *Præfatio* in ea dicitur de Apostolis; in fine autem : *Benedicamus*, & Evangelium S. Joan. *Col. Rub.*

Tempore Paschali verò locô hujus Votivæ dicitur Feriâ IV. Missa Votiva de Ss. Apostolis Petro & Paulo, ùt in Festo S. Marci Evangelistæ 25. Aprilis, excepto Orationibus, Epistolâ, & Evangelio, quæ etiam tunc sumuntur ex Missâ eorumdem Votivâ, *extra Tempus Paschale præscriptâ*, uti ponet Rubrica in fine hujus *Missæ Votivæ*, pro Feria IV. præscriptæ. Cæterùm etiam *Tempore Paschali* dicitur sine *Glor.* & *Cred.* cum Præfat. de Apostolis : & in fin. *Benedicamus*, & Evang. S. Joan. *Col. Rub.*

Feriâ V. vel *Missa Votiva de S. Spiritu* (extans post 3. præcedentem in fine Missalis) sine *Glor.* & *Cred.* Oratio 2. diei currentis. 3. illa, quæ alioqui foret 2. Præfat. propr. ut in Pentecoste, omissis tamen extra Tempus Pentecostes verbis illis : *hodierna die*. In fin. *Benedicamus*, & Evang. S. Joann. *Col. Rub.* Porrò circa 1. Orationem hujus Missæ notandum, quòd, si Missa Votiva de S. Spiritu (seu *solennis*, seu *privata*) in Ordine ad *postulandam S. Spiritus gratiam* dicatur, tunc locô Orationis : *DEUS, qui corda Fidelium*, dicenda sit in *Missa Votiva de S. Spiritu* Oratio : *DEUS, cui omne cor patet &c.* quæ cum correspondente sibi

gresta, & *Postcommunione* habetur in fine ejusdem Missæ Votivæ de S. Spiritu.

Notandum 2. Si Missa Votiva privata de S. Spiritu dicatur in Sabbato, quò non occurrit Festum, sed fit *Officium* de S. MARIA in Sabbato, tertiam Orationem in Missa Votiva de S. Spiritu non esse dicendam de S. Spiritu, sed *Ecclesiæ*, vel pro Papa, nisi simul occurrat Festum simplex, tunc enim 2. Oratio sit de B. V. in Sabb. 3. de simplici. Notandum 3. Si Missa Votiva de S. Spiritu dicatur eo Tempore, quò in Missis de Tempore dici solet *A cunctis*, tertiam Orationem etiam in *Missa votiva de S. Spiritu* debere esse *A cunctis* : non autem aliam de B. V. locò illius. *Joann. Petr. Casanova in Collectan* : *ex Decret. Sacr. Rit. Congreg.*

Vel *Missa Votiva de SS. Eucharistiæ Sacramento* (extans in Missali post Missam Votivam præcedentem de S. Spiritu) sine *Glor.* & *Cred.* Oratio 2. diei curr. 3. illa, quæ alioquin esset 2. diei curr. Præfat. eadem, quæ in Festo Nativitatis Domini, sed sine hujus *Communicantes*. In fin. *Benedicamus*, & Evang. S. Joann. *Col. Alb.* In Missa de *Venerab. Sacramento* inclinandum esse caput ad illa verba Collectæ : *DEUS, qui nobis sub Sacramento &c*, apud P. Gobat *Tr.* 3. n. 731. *lit. e.* tradit P. Didacus de Avendanno, ob Rationes ibi allatas. Quomodo eadem hæc *Missa* dicenda sit ab ijs, quibus ex Indulto Sedis Apostol: licet facere de Venerab. quavis Feriâ V. per annum non impeditâ Officiò 9. Lectionum, aut aliò exceptò, Vid. suprà Tit. 5. ante fin. *à f.* 100.

Feria VI. Vel *Missa Votiva de S. Cruce* (extans in fine Missal. post *Missas Votivas* præcedentes) sine *Glor.* & *Credo*. Oratio 1. *extra Tempus Paschale*, ùt ibi (*Tempore* verò *Paschali* illa, quæ habetur in fine ejusdem Missæ Votivæ de S. Cruce) Oratio 2. diei curr. 3. ea, quæ alioquin esset 2. diei curr. Præfat. de Cruce. In fin. *Benedicamus*, & Evangel. S. Joan. *Col. Rub.*

Vel *Missa Votiva de Passione Domini* (extans ibidem post Missam præcedentem) sine *Glor.* & *Cr.* Oratio 2. de die curr. 3. illa, quæ alioquin esset 2. diei current. Præf. de Cruce. In fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joannis. *Color Violaceus.*

Notandum, quòd, si *Missa de Passione* dicatur in Feria, quâ resumenda est Missa *Dominicæ in Sexagesimæ*, tunc Secreta secunda sumi debeat ex *Dominica Quinquagesimæ*; quia Secreta Missæ prioris coincidit cum Secreta Missæ Votivæ de Passione. *Gavant. Tom.* 1. *P.* 1. *Tit.* 7. *num.* 8. *lit. q.*

Sabbato *Missa Votiva de S. MARIA*, pro Diversitate Temporum diversa, ùt in fine Missalis : ubi alia assi-

assignatur pro Tempore *Adventûs*; alia pro Tempore, quod est à *Nativitate Domini* usque ad *Purificationem*; alia ab *hac* usque ad *Pasch*: alia à *Pasch*: usque ad *Pent.* alia à *Pent.* usque ad *Adventû*. Circa has Votivas de S. MARIA *Notandum est* 1. In *Sabbatis* non impeditis Festô *duplici*, aut *semiduplici*, nec aliquâ *Octavâ*, aut *Vigiliâ*, nec *Feriâ* aliquâ *majore Quadragesimæ*, vel *quat. Temporum*, nec denique *Officiô* alicujus *Dominicæ*, quæ superfit, in præcedens Sabbatum *translatô*, juxta Rubr. Gen. IV. *Miss. n.* 1. & 2. dici Missam de S. MARIA secundùm Varietatem Temporum, ùt in fine Missalis juxta paulò antè dicta ponitur: in Adventu autem, licèt *Officium*, non fiat *de S. Maria in Sabbato* (etiam in casu, quô Festum 9. Lectionum non occurrit) sed de *currente Feriâ Adventûs*, dici tamen nihilominus etiam tunc *Missam principalem* de B. MARIA, nempe eam, quæ inter ejus Votivas est prima (cum Commemoratione Adventûs) nisi fuerint *quatuor Tempora*, vel *Vigilia*, ùt suprà; tunc enim Missa Principalis non dicitur de *S. MARIA*, sed de *Feria quat Temp.* aut *Vigilia*, ùt suô locô.

Dicturus in Adventu Missam Votivam de VII. v.g. Doloribus B. V. M. à Sede Apostolica tamen approbatam) 2. Collectam seu Orationem assumet de Officio diei currentis, de Festo v. g. semiduplici, si tale eo die occurrat. 3. verò de Adventu. Si verò fuerit tunc eo die Officium de Feria, tunc 2. Oratio in ejusmodi Missa Votiva de B. V. erit de Adventu. 3. de S. Spiritu. 4. (si dicatur) erit Ecclesiæ, vel pro Pap. 5. ad libitum Celebrantis. *Pisart Sac. Evang. P.4. Tit.1.*

Notandum est 2. In *Missis festivis B. MARIÆ* tunc solùm dicitur Hymnum Angelicum *Gloria in excelsis* (attamen sine *Credo*, etiam in Missa cantata Principali) quando eæ dicuntur, aut cantantur in Sabbato, non autem, si dicantur, aut cantentur *extra Sabbatum*: tunc enim seclusô speciali Privilegio, dicuntur sine *Glor.* & *Cred.* nisi propter *vi*, aut *publicâ Ecclesiæ causâ* cantentur *solenniter* cum unica Oratione pro modum *Missæ Votivæ solemnis*; tunc, quocunque die cantentur, cantantur cum *Gloria*, & *Credo* ut exta pòst dicenda. Licèt autem per Rubricam General. Missal. VIII. n. 4. in Votivis B. M. V. in Sabbato (etiam illô, quô occurrit Feria major Adventûs, aut quatuor Temporum, aut aliqua Vigilia, aut Festum aliquod semiduplex) semper dicatur *Gloria*, & in fine *Missa est*, ac Evangelium S. Joannis; cave tamen sub Missis Votivis B. M. V. comprehendere *Missam Vigiliæ Assumptionis B. MARIÆ*, in Sabbatum incidentis. *Pisart P. 1. Sacerd. Evangel. Tit. 8. observ. 4.* Vide etiam de

ta suprà P. I. Tit. 2. *de Sabbatis post Octavam Epiphan. usque ad Septuages. ante fin.*

Notandum 3. Tametsi, quando *Missa Votiva* de B. V. privatæ dicuntur in *Sabbato*, dicantur cum *Gloria*, non tamen dici etiam tunc in iis *Credo*, extra modò dictum casum, quò dicuntur *solenniter pro gravi, vel publica Ecclesiæ causa, cum unica Oratione.* Gob. Tr. 3. *n.* 722.

Notandum 4. Quando in Sabbato factum est *Officium* de S. *Maria in Sabbato*, tunc licèt Missa, quæ dicitur de S. MARIA in ejusmodi Sabbato, sit una ex suprà dictis 5. Votivis de S. Maria, Tempori currenti conveniens; quia tamen tunc non dicitur per modum *Votivæ*, utpote concordans cum *Officio diei*; ideo nec Oratio 2. est de Spiritu Sancto, verò *Ecclesiæ tuæ*, vel pro Papa, prout ambæ notantur in fine Votivarum *de S. MARIA* in recentioribus Missalibus, nisi in ejusmodi Sabbato occurrat *Festum simplex*, aut ratione Mensis dicendum sit *Fidelium*; tunc enim 2. Oratio est de *simplici*, aut *Fidelium* 3. autem de S. Spiritu, nisi & hæc per aliquam ulteriorem faciendam Commemorationem extrudatur, utì contingit, quando in Sabbato, quò fit de S. Maria in Sabbato, duo Festa simplicia occurrunt, aut præter Commemorationem faciendam de simplici simul ratione Mensis dicendum est *Fidelium*, de quo suò locò. Quando autem sive in Sabbato, sive alio infra Hebdomadem die dicitur de B. V. una ex suprà dictis 5. Missis Votivis *per modum Votivæ* (v. g. in *Festo semiduplici*, aut in *Vigilia*, vel *Feria majore non privilegiatâ*) secunda Oratio semper dicitur de *Officio* illius *diei*, tertia verò est de *Spiritu Sancto*, nisi propter faciendam aliquam Commemorationem, locò hujus extrusæ ponenda sit alia, utì fieri potest, si *Missa Votiva* dicatur in *Festo semiduplici*, & in eodem simul occurrat *Festum simplex*, vel *Vigilia*, aut *Feria major*.

Notandum 5. In Missis tam propriè *Votivis*, quàm *Non-Votivis de S. Maria in Sabbato* dictis, dici Præfationem de B. V. *Et te in veneratione &c.* ac in earum fine: *Ite Missa est*, & Evangel. S. Joan. *Col. Alb.* At verò in Missis Votivis B. M. V. *extra Sabbatum* dictis, dici quidem eandem Præfationem (*& te in veneratione*) nec non in fine earum pariter Evangel. S. Joannis, non tamen: *Ite Missa est*; eò quòd *extra Sabbatum* etiam illæ Votivæ, quæ dicuntur de B. V. dicantur sine *Gloria* & *Credo*, nisi in casu, quò cantatur de illa *Missa Votiva solennis*, modò suprà declaratò.

Notandum 6. Quòd si quis in Sabbbato, quò fit *Officium de B. M. in Sabbato*, celebrare velit Votivam de *alio Sancto* (v. g. de S. Francisco,

cisc. Borgia Patrono contra noxios terræ motus) is in Missa sua Votiva Commemorationem quidem facere debeat de *B. MARIA in Sabbato* & 3. locô dicere Orationem de S. Spiritu (nisi dicendum sit 2. locô *Fidelium*, aut tertiô facienda Commemoratio de simplici occurrente) non tamen dicere debeat in ea *Gloria in Excelsis*, uti nec Præfationem de B. V. sed *Communem*, vel de *Tempore*, si currat v. g. *Tempus Paschale &c*, nisi ipsa votiva, quæ dicitur in tali Sabbato propriam habeat, ut si dicatur v. g. de Apostolo : in fine quoque talis Missæ Votivæ de aliquo Sancto in Sabbato dictæ dicitur *Benedicamus*, & Evangelium S. Joannis : quod S. Joannis Evangelium juxta Generalem Regulam dicitur in fine cujuslibet *Missæ Votivæ*, tam *privatæ*, quàm etiam *solennis*, etiamsi hæc in *Dominica*, aut *Feriâ majore*, aut in *Vigilia* cantetur.

Notandum 7. Missam assignatam *Festivitati Conceptionis* B. M. V. non esse dicendam in Sabbatis, ut *Votivam* : id quod Decretum ferunt à Sac. Rit. Congregat. 1679. 30. Septembr. licèt item in ijs Ecclesijs, in quibus adest inveterata consuetudo cantandi Missam Votivam de B. V. singulis diebus Sabbati, possit hic pius usus, seu Populorum devotio continuari etiam in Sabbatis Festo duplici impeditis, non est tamen omittenda *Missa Conventualis*, ut pariter Decretum ajunt 1684. 11. *Decembr.* Plura de *Missis Votivis de B. V.* celebrandis, dicentur paulò pòst : interim circa Missas Votivas *primi generis* universim consideranda ulteriùs

Observandum est 1. Ordinem dictarum Votivarum, in Missali Romano pro singulis infra Hebdomadem diebus præscriptum servandum quidem esse, si locô *Missæ concordantis* cũ *Officio* ijs diebus, quibus id permittit Rubrica IV. Missæ dicatur *Missa principalis Votiva*; non tamen debere illum necessariò observari in *Missis privatis*; quocumque istæ infra hebdomadem die absque non prohibito dicantur, ut constat ex eadem Rubrica, quæ ait : *Missæ privatæ concordantis cum Officio dici posse Missam privatam Votivam* (seu sit una ex 8. prædictis, seu alia) pro arbitrio & Devotione celebr. Sacerdotis, *quocunque die, quo duplex vel Dominica in foro celebris, aut alia excepta non occurrit, dummodo ea fiat Commemoratio ejus, de quo festum est Officium, uti & Festi simplicis, si de aliquo occurrat eo die fieri quid Officio.* Quia tamen addit Rubrica : ne id *passim fiat*, nec *rationabili de causa*, sed curandum, *quoad fieri potest Missæ* etiam *privatæ* (nam de his ibi in fine loquitur) *cum Officio conveniant*, ideo, quòd liqui passim, & merè pro suo placito Missas Votivas, aut discordantes ab

ab *Officio* dicant, non probatur.

Observandum est 2. Per hoc, quòd infra Hebdomadam, quando Officium fit de *Feriæ minore*, & in ea non occurrit *Vigilia*, nec *resumenda* est *Missa Dominicæ præcedentis*, quæ fuerit impedita, *neque anticipanda Missa Dominicæ sequentis* (ùt in Rubricis) loco *Missæ principalis* dici possit vi Rubricarum aliquæ ex suprà dictis Octo *Missis Votivis* (secundùm ordinem tamen dierum in fine Missalis assignatum, & cum Commemoratione *Feriæ*, de qua factum est *Officium &c*) modò hactenus declarato, nequaquam contraveniri Decreto Sac. Rit. Congreg. de anno 1611. 15. Jun. & 1612. 28. Jan. apud Arnaud. decernentis: teneri omnino Canonicos ad Cantandam Missam Conventualem de *die*, ad hoc, ut lucrentur *Distributiones*; quia Decreta illa intelligenda sunt *salvâ Rubricâ Missalis*, ejusmodi Missam Votivam (adeoque discordantem ab *Officio*) vel *præscribente*, vel *permittente* secundùmmodum in ea expressum: nam quotiescunque (ùt notat cit. Auctor) præscribitur, vel conceditur Missa *Conventualis* discordans ab *Officio*, sive pro *Defunctis*, sive alia *quæcunque*, tunc talis Missa censetur *Missa de die* &c. sic adhuc satis fit *Cap. cum Creatura, de celebrat. Missar.* juxta quod aliqui *Missa Conventualis* semper, nisi in casibus per Rubricas exceptis, concordare debet cum *Officio*: & quia utitur verbô: *mandamus*, obobligat ad mortale (sicut Communis habet DD. Sententia) ea Missæ Conventualis cum Officio diei currentis concordia.

Observandum 3. si *Missæ Votivæ* prædictæ (par ratio est de alijs) dicantur *Tempore Paschali*, tunc in fine *Introitus* ante Psalmum dicenda esse duo *Alleluja*, unum item in fine *Offertorij*, ac denique unum *Alleluja* in fine *Communionis*, ubi non habetur; nam si ipsius Missæ, quæ dicitur, *Introitus*, vel *Offertorium*, vel *Communio* jam antecedenter annexum sibi habent *Alleluja* (unum, vel multiplex) nullum aliud juxta Rubricas est superaddendum, tam in *Missa*, quàm etiam in *Officio*, ad hujus *Antiphonas*, ac *Versus*, quibus alioqui adjicitur. Et hæc de *qualitate*, ac *Ritu* celebrandarum *Missarum Votivarum Primi Generis*: ad *Tempus*, seu *Horam* eas *decantandi* quod attinet, cantantur in Choro eo Tempore, quô alioqui cantanda esset *Missa Conventualis* de *die*, nempe post Sextam; eò quòd tales Missæ Votivæ censeantur *Missa de die*.

Missæ Votivæ *secundi Generis* juxta Andream Piscaram Castaldum in *Praxi Cæremon. l. 2. s. 6. c. 4.* sunt illæ, quæ de quolibet Sancto, aut *quacunque* Festivitate, per anni circulum juxta Rubricas Missalis celebrari solitâ, Die vel Tempore non suô, nec

nec tamen etiam per Rubricas prohibitô, juxta Petentis, aut Celebrantis *Votum*, seu *arbitrium* dicuntur. Atque pro his ordinariè (non tamen semper, ùt mox videbimus) assumitur illa, quæ in ipso *die Festo* habetur, siquidem propriam habeat Sanctus, de quo eam dicere intendis, accommodando ejus Orationes seu Collectas, aliáque, sinecesse sit, Tempori præsenti, quod fiet, si, ubi in Festo habetur *Nativitas*, vel *Festivitas*, aut *Festuum*, vel *Natalitia*, tu substituas : *Commemoratio*, vel *Memoria &c*, omittendo item, ubi habetur, Tò *hodie*, vel *hodierna die*, nec non etiam *Gloria*, & *Credo*, nisì dicatur de ejusmodi Sancto *Missa Votiva solennis* pro *Re gravi*, aut *pro publica Ecclesiæ causa*, vel *Missa Votiva* (seu *privata*, *seu solennis*) *de Ss. Angelis*, aut de B. V. in ipso *Sabbato*; nam in *Missa Votiva solenni de Sancto* semper dicitur *Gloria* & *Credo*, & in *Missa Votiva de Ss. Angelis* (etiam *privatâ*, & *quacunque die dictâ*) semper dicitur *Gloria*, esto non dicatur *Credo*, si sit tantùm *privata*. Idem est de *Missa Votiva privata de B.V.* dummodo hæc posterior ipsa *die Sabbati*, & non aliâ infra Hebdomadem dicatur; quia pro *solo die Sabbati* id Privilegij *Missis Votivis privatis de B. V.* juxta superiùs dicta à Rubricis conceditur, non autem pro *alijs diebus* (etiamsi dicantur in Altari, vel Ecclesia ipsi dicata) seclusô speciali privilegiô, quale datum esse Sanctæ Ædi Lauretanæ (ut scilicet in omnibus Missis B. V. ibi dicendis sit *Gloria &c.*) afferunt nonnulli apud Gav. *To.* 1. *P.* 1. *Tit.* 3. n. 4. *lit. b.*

In omnibus Missis Votivis, quæ non sunt de *Requiem*, dicitur Psalmus *Judica*, ac *Gloria Patri* cantatur ad Introitum, quàm etiam in Missis Psalmi *Lavabo*, etiam in illis, quæ dicuntur *Tempore Passionis* ante Hebdomadem majorem, etiamsi cantur tunc de *Passione Domini*, aliàs in *Colore Violaceo*, v. g. *Tempore Belli*; aut pro *vitanda mortalitate*. Ratio est: quia Psalmus *Judica*, & *Gloria Patri* ad Introitum, necnon ad finem Psalmi *Lavabo*, solùm in *Missis de Tempore* (h. e. illis, quæ sunt de *Dominica*, aut *Feria* ... non autem in Missis de *Festis*, aut *Votivis* (nisì hæ sint de *Requiem*) *Tempore Passionis* omittuntur; eliqué etiam tunc in Missâ Votivâ eo Tempore dictâ Oratio 2. de eo, de quo fuit *Officium*, & 3. illa, quæ ... quin esset secunda.

Si celebranda sit *Missa* ... de Sancto, aut Sancta, cujus Missa in Festo incipit ab Introitu : *Gaudeamus omnes &c* (ubi incipit *Missa Festiva S. Annæ*) tunc juxta Gerlacum Vinitorem *P.* 1. *Tit.* 4. *Annot.* 2. ... cô horum Verborum : *Diem Festum celebrantes* dicendum est : *Memoriam celebrantes*, & locô Verbi : ...

sennitate dicendum : *memoriâ*, vel *Commemoratione* : at verò juxta alios (quibus favet Gavantus infrà citandus) locò Introitûs *Missæ Festi-* dicendus est alius Introitus, desumptus ex Communi Sanctorum, Missæque illi, & Sancto, vel Sanctæ, conveniens; ac proinde juxta hos AA. pro Missa Votiva *de S. Anna* Introitus petendus est ex Missa *Cognovi* de Communi *nec Virg. nec Martyr.* in Collecta autem vox *solennia* mutanda in Tò *Commemorationem*. Quòd ipsum observandum pariter erit circa *Votivas* aliorum Sanctorum, quorum Missæ Festivæ incipiunt à verbis : *Gaudeamus omnes &c*; uti & circa eorumdem *Collectas*, quibus si insint hæc, aut similia verba, nempe : *Festum*, vel *Natalitia*, aut *solennia &c*, substituenda erit vox : *Commemoratio*, vel *Memoria*, ùt suprà.

In Missis Votivis (etiam illis, quæ dicuntur *Tempore Paschali*, aut infra *Octavas*) nunquam dicitur *Gloria*, & *Credo* :

Excipe 1. Nisi *solenniter* dicantur pro *Re gravi*, aut *publica Ecclesiæ causâ*; nam in his tam *Gloria* dicitur, quàm *Credo*, modò Missa Votiva non sit talis, quæ dici debeat in *Paramentis Violaceis*; si enim *Missa Votiva*, etiam *solennis*, dicatur in *Paramentis Violaceis* (cujusmodi v. g. est illa, quæ inter Votivas tertij Generis intitulatur : *Pro quacunque Necessitate*) etiam in illa nec *Gloria* dicitur, nec *Credo*, nisi decantetur in *Dominica*; quia tunc ratione *Dominicæ* dicitur quidem *Credo*, non tamen *Gloria in Excelsis*, uti habetur tum in propr. Rubricâ, *Missis Votivis* in fin. Missal. præfixâ, tum etiam in Rubr. Gen. Missal. *Tit. XI. in fin.*

Excipe 2. *Missam Votiv. de Angelis*, in qua semper dicitur *Gloria in Excelsis* (eò quòd sit *Hymn. Angel.*) non tamen *Credo*, nisi dicatur *solenniter* pro *Re gravi*, aut *publicâ Ecclesiæ causâ*.

Excipe 3. *Missam de B. V. in Sabbato*, in qua pariter dicitur *Gloria in Excelsis* (sed sine *Credo*) non modò, si de ea factum sit *Officium*, sed etiam tunc, quando de ea non est factum *Officium*, adeoque est *merè votiva* sive dein *solennis*, sive *privata*. Dixi autem : *in Sabbato*; nam si *Missa Votiva de B. V.* dicatur *extra Sabbatum*, nec *Gloria* in ea dicitur, nec *Credo* (ùt sæpiùs jam dictum) nisi sit *Missa Votiva solennis* pro *Re gravi*, aut *publica Ecclesiæ Causa*.

In Missis Votivis, quæ *solenniter* dicuntur pro *Re gravi*, vel pro *publica Ecclesiæ causa*, dicitur tantùm una Oratio (eò quòd unitas *Orationis* dicat & significet *solennitatem*, ùt in duplici patet) exceptâ *Missâ Votivâ*, quæ dicitur *solemniter* pro *gratiarum actione*, vel de *SS. Trinitate*, vel de *S. Spiritu*, vel de *B. MARIA*; nam Orationi propriæ tali Missæ gratiarum actoriæ solenni additur qui-

quidem ad huc quædum alia Oratio gratiarum actoria (quæ incipit : *DEUS, cujus misericordiæ non est numerus &c.*, & exstat in fine *Missæ Votivæ de SS. Trinitate*) attamen sine distinctione à prima, sed sub una, eademque cum ea conclusione dicenda, ità, ut ex duabus fiat una ad solemnitatem, id quod tradit Gav. *To.* 1. *P.* 1. *Tit.* 9. *n.* 14. & priùs *Tit.* 7. *n.* 7. *lit. n.* ubi pro sua Sententia (quam etiam sequitur Lohnerus) non modò usum Capellæ Papalis, sed Lectiones quoque solidas ex Rubricis Missalis sub Urbano VIII. recogniti adducit.

In *Missis* autem *Votivis privatis*, seu non *solemnibus* 2. Oratio ordinariè est de eo, de quo fit *Officium*. 3. verò quæ alioquin 2. locô dicitur in Missa de Officio seu die currente. Dixi : *ordinariè* : Excipiuntur enim 1. *Missæ Votivæ privatæ pro gratiarum actione*; nam in his juxta Gav. *To.* 1. *Tit.* 9. *cit. n.* 14. *in fin.* & *Tit.* 7. *cit.* ac Arnaud. *Tr.* 1. *P.* 1. *T.* 9. *n.* 8. 2. Quidem Oratio est pariter de eo, de quo fit *Officium* : 3. verò locô juxta citat. AA. dicitur Oratio pro *gratiarum actione*, nisi (ùt ego addendum censeo) facienda sit simul Commemoratio de *Festo simplici occurrente*; tunc enim Oratio *pro gratiarum actione* in Missis *Votivis privatis* pro gratiarum actione dicenda erit 4. locô & ei addenda etiam quinta. Cùjusmodi additio quintæ Orationis tunc quoque erit facienda, quando nisi deretur quinta vel omitti debeat una de Orationibus præscriptis pro Missâ diei currentis, vel Numerus Orationum in *Missa Votiva privata* (debente *Ritum simplicem*) non foret impar. Vide tamen dicenda infra num. XII. in fine, *de Missis Votivis generis*. Excipiuntur 2. *Missæ Votivæ de B. V.* nam in his (quando non dicuntur in die, quo fit Officium de *S. MARIA in Sabbato*, sed de alio) Oratio est de *Officio illius diei*, non verò de *S. Spiritu*, nisi hæc per Commemorationem de *Festo simplici* facienda extrudatur. Quando autem ipsum Officium fit de S. MARIA in Sabbato, tunc in Missa de B. V. utpote concordante in ratione cum *Officio*, secunda Oratio de S. Spiritu. 3. verò *Ecclesiæ* seu pro Pap. nisi facienda sit simul Commemoratio de *Festo simplici*, aut propter da ratione Mensis penultimo loco Oratio *Fidelium*; tunc enim prædendum est, ùt suprà, ac suò loco. Denique Missa *Votiva de S. Spiritu* catur in Sabbato, in quo fit Officium de B. MARIA in Sabbato, tunc Oratio in Missa illa *Votiva de S. Spiritu* quidem ùt aliàs de die currente, nempe de B. V. in Sabbato, at Oratio tunc non est de S. Spiritu (utpote jam dicta 1. locô) sed *Ecclesiæ*, vel pro Papa, ùt suprà monui.

Si Tempore Passionis, &c

die infra Octavam, tertiam Orationem alioquî non admittente, dicatur *Missa Votiva* (esto ea sit de *S. Cruce*, aut *Passione*) dicendæ sunt in ea jura Gerlacum P. 1. T. 9. §. 8. & 14. & Lohner. P. 2. T. 11. n. 7. tres Orationes, aut plures, modò impares; quia non sunt Missa *de Tempore*, sed *Votiva*.

Si *Missa Votiva* dicatur eo Tempore, quo alioqui post Epistolam seu Lectionem dicendum in Missa est *Graduale*, vel post *Graduale Tractus*, vel omissô Graduali *duo Versus cum quatuor Alleluja*, Missa autem illa Votiva, quæ dicenda est, horum aliquô careat, tunc *Graduale*, vel *Tractus*, vel *Versus* illi cum *quat. Alleluja* desumi pro ea debent de Communi Sanctorum, v. g. in casu, quô Missa Votiva de S. P. N. Ignatio dicenda est Tempore Paschali: tunc enim locô Gradualis, quod alioquin in *Festo* ac *Missa* hujus Sancti post Lectionem Epistolæ dicitur, dicendi sunt illi duo Versus cum *quatuor Alleluja*, qui in Missa *Os Justi*, de Communi Confessoris *Non-Pontificis* pro Tempore *Paschali* præscribuntur. Idem est de *Tractu*; quia enim Missa, quæ dicitur in Festo S. Ignatij adscriptum sibi non habet *Tractum*, ideo si illa per modum *Missæ Votivæ* dicatur eo Tempore, quo post *Graduale* omissô *Alleluja*, & *Versu sequente*, dicendus etiam in *Festis*, ac *Missis Sanctorum* est Tractus (nempe post cœptam Septuagesimam) tunc *Tractus* pro illa sumendus est de dicto Communi Confess. Non-Pontific.

Si *infra* ipsam *Octavam Paschæ* pro *Re gravi*, aut *publicâ Ecclesiæ* causâ cantanda sit *Missa Votiva solennis*, censet cum Petro Ruiz hîc Gavantus non esse in ea dicendum *Graduale*, sed *quāt. Alleluja cum 2. Versibus*; eò quòd *Graduale* conveniat quidem Missis illius *Octavæ Paschalis*, non tamen *Missæ Votivæ Paschali*, quæ infra illlam dicitur. Addit Gavantus: *Neque in fine dicendum* tunc esse *Alleluja* ad *Ite Missa est* in ejusmodi Missa Votiva.

In *Missis Votivis* quæ dicuntur *Tempore Adventûs*, etiam in *Colore violaceo*, post *Graduale* non debet omitti Versus sequens cum suo *Alleluja*, esto tunc omittantur in *Missis de Tempore*, seu ferialibus; quia *Missæ Votivæ* non sunt *Missæ de Tempore*, & participant aliquid de *Festis*, quorum sunt Votivæ, in his autem post *Graduale*, id est *Lamentum*, decet extra Septuagesimam audiri *Alleluja*, ad exprimendam *aliqualem lætitiam*, ut pluribus Gav.

Quòd si Sanctus, de quo dicenda est *Missa Votiva*, vel nullam habeat *Missam* in Missali Romano sibi assignatam, vel ibi assignata non satis ei quadret pro *Votiva*, tunc tota *Missa Votiva* dicenda est de Communi Sanctorum, Ritu tamen, quem Ratio *Temporis* (nempe *Paschalis*, vel

Non-

Non-Paschalis) ac Sancti conditio requirit: nam Tempore Paschali in *Missis* etiam quibuscunque Votivis in fine *Introitus* adduntur ante Psalmum duo *Alleluja*, unum item in fine *Offertorij*, ac unum in fine *Communionis*, ubi non habetur, ùt suprà.

In Missis Votivis, quæ propriam habent Præfationem, dicitur Præfatio propria, nisi dicantur infra Octavam *Nativitatis Domini*: nam infra hanc Octavam in Missis etiam Votivis, non aliam Rubricæ permittunt dicere Præfationem, nisi de *Nativitate Domini*, cum ejusdem *Communicantes*, exceptis tamen Missis de *Requiem*: in his enim semper dicenda est *Præfatio Communis*, & Ordinarium *Communicantes*. Quòd si *Missa Votiva* habens propriam Præfationem dicatur infra Octavam Ascensionis, habentem propriam Præfationem, & proprium *Communicantes*, in Missa illa Votiva dicetur Præfatio propria illi Missæ Votivæ, *Communicantes* autem dicetur de *Ascensione*, etiam in casu, quô nulla facta fuerit Commemoratio de Octava Ascensionis, adeoque dabitur casus, in quo separari debet *Communicantes* à sua *Præfatione*: id quod etiam contingit, si Festum Ss. Philippi & Jacobi occurrat *infra Octavam Ascensionis*; tunc enim Præfatio pariter est de Apostolis, *Communicantes* autem de Ascensione, licèt in Missa nulla fiat Commemoratio *de Octava*: atque ità fieri debere in hujusmodi casibus Sac. Rit. Congregatio 28. Augusti. 1627. apud Arnaud. Tr. 1. P. 1. Tit. 11. n. 6. decrevit. Vicissim datur casus, in quo Præfatio *Missæ Votivæ* separatur à suo *Communicantes*, si nempe Votiva habens propriam Præfationem dicatur extra illud Tempus, quô alioqui *Communicantes* simul cum illa Præfatione dici solet, ùt contingit quando extra illud Tempus, quod est à Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, dicitur *Missa Votiva de Venerabili* SACRAMENTO; licèt enim tunc in ea dicatur Præfatio *de Nativitate Domini* (Missis de Venerabili propria) non tamen non etiam dicitur *Communicantes de Nativitate*. Idipsum contingit, quando infra Octavam SS. Corporis Christi dicitur Missa de *die infra Octavam*, ùt ibi.

In Missis autem Votivis, quæ propriam Præfationem non habent dicitur Præfatio de *Tempore* (nempe vel *Quadragesimali*, vel *Paschali*) aut extra hæc Tempora *Præfatio Communis*, sive aliqua in Ordine Missæ, nisi currat aliqua *Octava*; nam si *Missa* aliqua *Votiva* non habens propriam Præfationem quocunque Tempore dicatur infra aliquam *Octavam*, tunc (nisi Votiva illa sit Missa *de Requiem*) Præfatio etiam *Missæ Votivæ* infra illam Octavam dictæ dicenda est de

flava : quòd si *Festum*, cujus *Octava* celebratur, habeat insuper proprium *Communicantes*, vel etiam proprium *Hanc igitur*, etiam hæc dicenda erunt in *Missa Votiva*, si quæ infra talis Festi Octavam dicatur, modò, ùt dixi, Votiva illa non sit Missa de *Requiem*; nam in Missis *Defunctorum* nunquam (NB.) alia dicitur Præfatio, nisi *Communis*, sive ultima, nec aliud *Communicantes*, aut *Hanc igitur*, nisi Commune.

Quando *Missa* aliqua *Votiva* pro *Re gravi*, aut *publica Ecclesiæ causa*, ideoque *solenniter*, celebratur, dicitur competens ei Præfatio, ùt in Duplicibus, in *Cantu* seu *Tono solenni*, qui nimirum assignatur Festis SS. Trinitatis, S. Spiritûs, S. Crucis, S. MARIÆ &c, demptis tamen verbis, quæ non congruunt Missæ Votivæ, ùt in Præfatione solemnis Votivæ de *Spiritu Sancto* omittenda sunt ea verba in cantu : *hodierna die* (imò etiam in Præfatione *Missæ Votivæ privatæ*) quia conveniunt tantùm Festo *Pentecostes*, hujúsque Octavæ, non autem *Missæ Votivæ*, extra id tempus dictæ, aut decantatæ.

Missas quascunque *Votivas* (imò & *Festivas*) quæ infra Octavam *Nativitatis Domini* dicuntur, non habere aliam *Præfationem*, nec aliud *Communicantes*, quàm de ipsa *Nativitate Domini* (nisi sint Missæ de *Requiem*) jam antea ex Gav. Tom. 1. in Rubricam *XII. Missal.* n. 4. lit. q. monui : ubi advertit, quòd Verba : *Præfatio de die*, idem sonent, quod *Præfatio de Tempore* in ea Rubrica. Unde suprà quoque jam monui, si in *Sabbato*, quô alioqui sit *Officium*, & *Missa* diei de *B. MARIA in Sabbato*, dicatur *Missa Votiva* de aliquo alio Sancto, aut Sancta, in *Missa* illa *Votiva* nec *Gloria* debeat dici, nec *Præfatio de B. V.* sed *Communis*, nisi Missa illa Votiva habeat propriam Præfationem.

In *Missis Votivis*, in quibus dicitur *Gloria* [uti dicitur in ijs, quæ cantantur *solemniter* in Paramentis nec *Violaceis* nec *nigris* : item in *Missis Votivis Ss. Angelorum* quocunque die dictis, ac *Missis Votivis B. V.* si hæ de ipsa dicantur *in Sabbato*] dicitur in fine : *Ite Missa est*; at verò in omnibus ijs, in quibus *Gloria in Excelsis* non dicitur, & non sunt *de Requiem*, dicitur in fine : *Benedicamus Domino &c.*

In fine quarumcunque Missarum Votivarum [tam *privatarum*, quàm *solemnium*] semper dicitur Evangelium S. Joannis : *In principio erat Verbum &c.*

Color Votivarum est idem, ac Festorum : In Missa de S. Cruce & S. Spiritu *Rubeus* : in Missa de Passione *Violaceus* : in Missa de SS. Trinitate, Venerabili Sacramento, & B. V. ejúsque VII. Doloribus *Albus*.

Circa celebrandas *Missas Votivas*

tivas II. Generis, atque etiam ex parte I. & III. Generis [de quarum prioribus *suprà*, de posterioribus verò *infrà*] Notanda sunt insuper sequentia:

I. Non est Conveniens, ut *infra Octavas Festorum B. V.* in gratiam alicujus, Petentis de illa dici *Votivam*, dicatur una ex 5. Missis Votivis suprà assignatis in Missali de illa, sed, si fiat *Officium* de *die infra ejus Octavam*, locò ejusmodi *Votivæ privatæ* [secùs tamen est de Missâ *Rorate*, in quibusdam Ecclesijs quotidie in Adventu decantari solita] dicatur *Missa Festiva*, conveniens *Officio diei*, cum *Gloria* & *Credo*; si verò *Officium* infra talem Octavam fiat de aliquo alio Sancto, tunc locò Votivæ de B. V. dicendæ pariter dicatur *Missa Festiva de B. V.* at non *Ritu Festivo*, sed sine *Gloria*, *& Credo*, ac cum Commemoratione Festi, *infra Octavam* illam occurrentis &c, & cum *Benedicamus* in fine, nisi sit Sabbatum; tunc enim dicetur *Gloria*, sine *Credo*, & in fine : *Ite missa est &c.*

Hoc idem cum proportione observandum est circa *Missas Votivas* aliorum Sanctorum habentium *Octavam*; adeoque si etiam infra horum Octavas dici Missas Votivas de ipsis aliqui desiderant, dicenda est *Missa Festiva* de *die currente infra Octavam* [si Festum 9. Lectionum non occurrat] cum *Gloria* [atque etiam cum *Credo*, si hoc in Festo extra Dominicam sit dictum] conveniens *Officio*; si verò *die* ejusmodi infra *Octavam* faciendum sit Officium de alio *Festo* 9. Lect. tunc pariter dicatur *Missa Festiva* illius Sancti, cujus celebratur *Octava*, cum Commemoratione Festi alterius occurrentis, verumtamen *Ritu Votivo*, ideſt sine Gloria (nisi sit Missa *de Angelis*, aut de B. V. in *Sabbato*) ac sine *Credo*, & cum *Benedicamus* in fine. Hinc in casu quò quispetit, ut infra Octavam Nativitatis S. Joannis Baptistæ in Festo S. Leonis Papæ 28. Junij dicatur *Missa Votiva* de S. Joanne Baptista, dici debet Missa de Octava S. Joan. Baptistæ, at Ritu Votivo, adeoque sine *Gloria*, attamen cum Commemorat: Festi occurrentis ac 3. Orat. de *Vigilia Ss. Apostolor. Petri & Pauli*, & cum *Benedicamus* in fine, nec non ultimo Evangelio S. Joannis. *Arnaud. Tr.* 1. *P.* 1. Tr. 4. c. 6.

Ex quibus ulteriùs

Infertur : Quòd si *infra Octavam Pentecostes* dicenda sit *Missa Votiva solemnis* pro Re gravi, & occurratur de Spiritu Sancto, dicenda sit illa, quæ competit diei occurrenti, & non alia. *Arnaud ibidem*, ac etiam *suprà P. I. citatus.*

II. Si quis exigat dici *Missam Votivam* de Assumptione B. V. aut de ejus Nativitate, vel aliam similem extra hujusmodi Festor. B. V. Octavas, censet Gav. & Arnaud contra nonnullos apud Gob. Tr. 3. à n. 73.

non esse dicendam *Missam* de *hujusmodi Festo*, sed unam ex quinque illis Votivis B. Virgini pro Diversitate Temporum à Missali Romano accommodatis, cum Intentione honorandi ejus *Assumptionem*, aut *Nativitatem &c.*: eò quòd non deceat dicere: *Gaudeamus omnes in Domino, diem Festum &c.*; nec etiam verba illa in *Commemorationem*, mutare, ac insuper ob alia, quæ sequerentur, incommoda: neque *Laicorum cautè* (addit Gavantus) *violandæ sunt Rubricæ*. An verò horum Scriptorum Authoritate, ac Ratione non obstante, in casu, quô prægnantes Mulieres petunt pro felici partu tres Missas dici, unam nempe in honorem *Nativitatis Christi*, alteram in honorem *Nativitatis B. M. V.* & 3. in honorem *Nativitatis S. Joannis Baptistæ*, quis possit, aut etiam debeat dictas 3. Missas ex ipsis prædictis Festis (mutatis mutandis) desumere, an verò alias ad prædictam Intentionem legere? Rationes pro, & contra adducit Lohnerus *Instr. pract. I. P. 4. Tit. 2. §. 2. num. 2.* quem vide.

III. Quia *Missa SS. Rosarij* (idem est de *Missa B. V. de monte Carmelo*) non conceditur *omnibus*, sed *certis* tantùm *Regularibus*, aut *locis*, ùt constat ex Decretô Sac. Rit. Congreg. Missali præfixô, atque superiùs in medium adductô, ideo, si quis habet onus celebrandi *Missam de Rosario*, aut Missam *B. V. de monte Carmelo*, debet Is juxta Decreta ejusdem Sac. Rit. Congreg. allegata à Gav. *To. 1. P. 4. Tit. 17. n. 9.* & Arnaud. *Tr. 1. P. 4. Tit. 17.* dicere locô illius Missæ unam ex *5. Votivis* de B. V. in fin. Missal. pro Diversitate Temporum assignatis, & satisfaciet. His scriptis intelligo, de utraque hac *Missa* & *Officio* (nempe *Rosarij*, ac B. V. de *monte Carmelo*) editum esse novum quoque Decretum ab eadem Sac. Rit. Congreg. 1710. 22. Martij, quod nondum ad meas manus pervenit; si ità est, mos ei erit gerendus, vel maximè autem illi, quod itidem, post Tractatum hunc pro typo jam descriptum, annô 1716. 3. Octobr. emanavit de celebrando deinceps sub *Ritu duplici maiore* per totam Ecclesiam *Festo Rosarij*, ùt infrà Tit. ult. V. *Festum Rosarij &c.* & suprà P. II. fol. 477.

IV. Qui vult, aut tenetur dicere *Missam Votivam* de *SS. Trinitate*, aut de *Ss. Angelis*, aut de *S. Spiritu*, aut de *Venerabili Sacramento*, aut de *S. Cruce*, aut de *B. V.* aut de *Ss. Apostolis Petro & Paulo extra* cujuslibet horum Festorum *Octavam*, non debet dicere eam, quæ dicitur *in* cujuslibet horum *Festo*, sed debet pro *Votiva* assumere illam, quæ horum cuivis in fine Missalis sub nomine *Missæ Votivæ* assignatur: quomodo autem earum singulæ sint recitandæ, declaravi paulò antè, cùm agerem de *Missis*

sis Votivis primi generis. Hîc autem hucusque dictis addenda sunt ulteriùs sequentia :

V. Missæ Votivæ *de Tempore*, & de *Festis mobilibus* universalis Ecclesiæ non celebrantur. *Castald. loc. suprà cit.* Hinc (Teste Diana, & Gav.) haud permittendum, ut Sacra de *Passione longâ*, de *Pentecoste*, de *Festo Corporis Christi* dicantur extra dies, in quos incidunt hujusmodi celebritates; eò quòd jam sint designatæ propriæ Missæ Votivæ hujusmodi Mysterijs respondentes. Vide Gob. *Tractat.* 3. *à n.* 723. & 724. ubi de *Missa Resurrectionis Domini &c.*

VI. Si sit dicenda Votiva ad *postulandam gratiam S. Spiritûs*, dicitur quidem *Missa Votiva de S. Spiritu*, in fine Missalis pro Feria V. 1. locô assignata, sed mutantur Orationes, dicuntúrque tunc eæ, quæ habentur in fine ejusdem Missæ Votivæ de Spiritu Sancto, ùt suprà in Missis Votivis 1. generis jam monui.

VII. Quando petitur *Missa Votiva de S. Petro*, aut de *S. Paulo*, dicitur Missa Votiva *Communis utrique Apostolo*, cum intentione venerandi Apostolum, cujus Missa Votiva petitur; nunquam enim *separandi* sunt ij, quos Ecclesia *conjungit*, ùt monet Gav: *To.* 1. *P.* 4. *Tit.* 17. *n.* 6. ubi ad simile Quæsitum : An scilicet *in Votiva Conversionis S. Pauli facienda sit Commemoratio S. Petri, qui in Officijs & Missis Festivis de S. Paulo nunquam ab isto separatur*, sic respondet : *Nisì vice illius Missa dicatur Votiva Communis utrique Apostolo, cum intentione ad venerandam Conversionem S. Pauli, quod mihi arridet, omnino nunquam separandi erunt ij, quos* Ecclesia conjungit : *& licèt in Sexagesima videatur eosdem separare in Collecta solius S. Pauli, latentur ibi tantùm id facit, ob Stationem in Ecclesia S. Pauli, dum tacito Nomine proprio Doctorem Gentium appellat.* Videtamen etiam paulò pòst dicenda *n. XI.*

VIII. Si dicenda sit *Missa Votiva* de *alijs Apostolis*, quàm de Ss. Petro & Paulo, dicitur (*Ritu tamen Votivo* suprà descriptô) Missa propria ipsorum, & si aliquid ratione Temporis illi desit, v. g. *Tractus* post Septuagesimam, aut *Versus cum quatuor Alleluja* Tempore Paschali, tunc *Tractus* quidem desumi poterit ex *Missa Votiva Ss. Petri & Pauli*; *Versus autem* cum *quat. Alleluja* Tempore Paschali, imò verò etiam *Introitus* cum *Accessorijs*, ex Festo S. Marci Evangelistæ 25. April. ùt in simili casu præscribitur in fine Missæ Votivæ Ss. Apostolorum Petri & Pauli : est enim eadem Ratio. *Gav. loc. cit.* Porrò Missæ omnes *Votivæ* de *Apostolis* dicuntur in *colore rubro*, exceptâ *Missâ Votivâ de S. Joanne Apost. & Evangelista*, quæ dicitur in *Paramentis Albis*, ùt in ejus Fe-

Festo 27. Decembris. In omnibus quoque *Missis Votivis Apostolorum* dicitur Præfatio de Apostolis, nisi *infra Octavam Nativitatis Domini* (v. g. in Festo semiduplici S. Thomæ Cantuariensis) dicantur : nam *infra illam Octavam* in quibuscunque *Missis* tam *Votivis*, quàm *Festivis*, dicitur Præfatio de *Nativitate Domini*, cum hujus *Communicantes*, ùt superiùs jam dictum.

IX. Tametsi ea Missa specialis *de quindecim Auxiliatoribus*, quæ impressa est olim Venetijs, rejecta à Sacr. Rit. Congregatione, utì & *Missa de Patre æterno* Madriti edita, ac demum *Missa S. Gregorij* intitulata : *Pro Vivis & Defunctis*, ùt constat ex Decreto ejusdem Sac. Rit. Congreg. extante ad initium Missalis, ità, ut neque retineri possint in calce Missalis sub pœnis Librorum prohibitorum; idémque etiam sit de alij Missis non approbatis, non tamen absolutè prohibitum esse dicere *Missam Votivam* de 14. (ùt Germani numerant) *Ss. Auxiliatoribus* suprà nominatis, *Instr. Pract.* 1. P. 4. Tit. 2. §. 2. n. 3. censet P. Lohnerus ob Rationes itidem superiùs f. 25. & 26. relatas; ac proinde, si specialis Devotio Petentium Missam de prædictis Sanctis requirat, posse Missam de pluribus Martyribus ex Communi Sanctorum legi; tum quia (inquit) plures ex his Sanctis Martyriò Coronati sunt, atque adeò *major* Pars *minorem* ad se trahit; tum, quia cùm nullus in ijs Apostolus contineatur, proximi dignitate sunt ipsi Martyres, atque adeò ex hoc capite meritò de ipsis potiùs, quàm Confessoribus, vel Virginibus *Missa* legitur, maximè, cùm pro *pluribus Martyribus* Missæ in Missali descriptæ, extent non item pro *pluribus Confessoribus* in eo extantes reperiantur.

X. In Missa de Sancto, de quo nec recitatur *Officium*, nec in isto fit *Commemoratio* de eo, sed Missa tantùm die illo, quo in Calendario, aut Martyrologio notatur, celebratur die ejus Festo ad ipsius Altare, dicuntur tres Orationes, nempe 1. de illo Sancto. 2. De eo, de quo die illâ fit Officium. 3. quæ aliàs 2. locò dicenda erat : est enim hæc Missa, ùt suprà dictum, ex Ritu *Votivo* & *Festivo* mixta : ex Votivo quidem; quia *discordat* ab *Officio*, ex *Festivo* autem; quia eo die obijt Sanctus, de quo *Missa*, & ideo dicitur in ea Hymnus Angelicus, at Symbolum (id est *Credo*) non dicitur, nisi fiat in Dominica. Gav. To. 1. P. 1. Tit. 8. n. 4. lit. b. & Tit. 9. n. 16. fin. Tametsi autem hæc Missa ex eo, quòd dicatur eo die, quo obijt Sanctus, de quo dicitur Missa, quasi in ejus Festo, esto non dicatur de eo *Officium*, aliquam habere *solennitatem* Gavanto videatur, non tamen videtur ex mente ejusdem Gavanti inter *solemnes recensenda*, aut *Ritu solenni* dicenda,

da. Quod tamen dicit idem Gavantus de 3. Oratione in hujusmodi Missa dicendâ non probatur Pisarto *Sacerd. Evang. P. 1. Tit. 8. n. 8. Non enim*, ait, *talis Missa videtur Ritu semiduplici dicenda, sed ad minus Ritu duplici.* E contra Lohnerus Instr. I. P. 2. Tit. 11. n. 11. contendit, totam Missam esse simpliciter festivam, sed simplici tantùm *Ritu* celebrandam, attamen cum *Gloria*, ùt Tit. præced. tradit.

XI. Quando dicitur *Missa Votiva* de Patrono, aut Titulari, cujus Nomen proprium alioquin in Oratione : *A cunctis* litterâ N. est exprimendum, non est necesse eo Tempore, quô dicitur Oratio *à cunctis*, huic aliam Orationem substituere, sed satis est in eo casu vel tacere in Oratione : *A cunctis* Nomen Patroni, aut Titularis (nè de eodem bis fiat mentio in collectis tam inter se propinquis, & non purè *accessorijs*) vel nominare poteris locô *Patroni*, vel *Titularis* tunc quemdam alium Sanctum pro tua Devotione. *Gav. To. 1. P. 1. Tit. IX. n. 15. lit. h. fin.* Qui tamen P. 4. Tit. 17. n. 27. simul advertit, Regulam illam Generalem Missalis : Ne de *eodem* (sive sit *Festum*, sive sit *Votivum*) *fiat bis in Missa, semel scilicet per modum Principalis, & semel per modum simul Commemorationis*, solummodo verificari ac habere locum in Commemorationibus quà talibus in *sensu formali*, hoc est, dicentibus ordinem ad *Officium* (id quod in Collectis ordinariè non accidit ultra Commemorationem tertiam in Missa) non autem habere locum in collectis purè *accessorijs*, & remotioribus à prima, nec etiam in ijs, quæ juxta Rubricas Missal. Tit. IX. de Orationibus n. 12. addi possunt usque ad quinque, vel septem : utramque huius suæ Assertionis Partem tum ipse locô citatô, tum etiam Arnaudus Tr. 17. suprà allegatô de *Rubricis Missæ Votivar.* probat, ac prior eandem Assertionem pluribus exemplificat, exinde concludens, nil obstare, quò minùs ultra collectas Orationi principali Viciniores (quæ propriè sapiunt *Commemorationem*, & debent esse diversæ à primâ Collectâ) accedant aliæ, in quibus tanquam purè accessorijs ac remotioribus à prima, de novo fiat mentio eorum, qui in primâ, vel alterâ collectâ fuerunt nominati.

XII. Quæ *Missa Votiva* dicenda sit *pro gratiarum Actione*, & quo modô, ac cum *quot Orationibus* Ord. dictum est suprà, ubi securus sum Sententiam Gavanti *To. 1. P. 1. Tit. 7. n. 7. lit. n.* & *Tit. 9. n. 14.* à qua ex parte dissidet Arnaudus *Tr. 1. P. 1. Tit. 7. n. 7.* & *P. 4. Tit. 17. n. 14.* dum iste in *Missa solenni Gratiarum actoria* vult dici duas Orationes (nam Missæ Votivæ, quæ dicitur, propriam, & alteram pro *gratiarum actio-*

actione) & utramque sub conclusione diversa, seu distincta à conclusione alterius; Gavantus autem (quem etiam sequitur Lohnerus) contendit ac probat ex Missali recognito, Orationem illam, quæ cum correspondente sibi *Secretâ*, ac *Post-Communione* extat in Missali post *Missam Votivam de SS. Trinitate*, in *Missa Votiva solenni pro gratiarum actione* sub una eadémque conclusione cum prima Oratione esse recitandam, ità, ut ambæ unica esse videantur Oratio in *Missa celebri* : negat autem idem Gavantus ibidem, quòd etiam in *Missis privatis* sub una conclusione dicendæ sint illæ duæ Orationes, ùt contendit Paulus Maria Quarti *P. 1. Tit. 7. dub. 4.* ob Rationes à P. Lohnero *Instr. pract. 1. P. 2. Tit. 11. n. 5. relatas*, ac solutas. Itaque in *Missis privatis pro gratiarum actione* procedendum est modò superiùs à me jam declaratò, cùm agerem de Orationibus *Missarum Votivarum*.

Sententiæ tamen Pauli Mariæ Quarti Suffragari videtur recentissima Praxis Romana : siquidem Eminentiss. D. Card. Caracciolus, SS. D. N. in alma Urbe Pro-Vicarius General. die 3. Sept. curr. anni 1716. de ejus mandato ordinavit, ut Sacerdotes omnes tam Sæculares, quàm Regulares Dominicâ II. Septembris (quâ in Basilica S. MARIÆ Majoris solemnes DEO gratiæ Romæ agebantur pro parta contra Turcas ad Petrowaradinum à Christianis ipso B. MARIÆ ad Nives festo die Victoria in paucis memorabili) Orationi Missæ illius Dominicæ sub *eadem conclusione* subjungerent *Orationem pro Gratiarum actione*.

XIII. *Tres* illæ *Missæ Votivæ* (nempe una de *S. Spiritu*, altera de S. MARIA, & 3. *de Requiem*, nempe Quotidiana pro Defunctis) quas *Neomystis*, h. e. *novis Sacerdotibus* in eorumdem *Ordinatione* post celebrationem Primæ eorumdem Missæ celebrandas Episcopus ordinans præscribit, non necessariò debent, nec etiam semper possunt statim ac immediatè post ipsorum Primitias dici, ùt quidam sibi perperam persuadent, sed juxta Regulas aliarum *Missarum Votivarum* sunt celebrandæ, juxta quas, proin, ùt mox videbimus, non possunt dici in diebus, quibus prohibentur aliæ *Votivæ privatæ*, hoc est, in *Dominicis*, atque *duplicibus*, necnon *ijs diebus, quibus prohibetur fieri de Festo duplici* : cùm utique absonum foret post celebratas v. g. in *Natali Domini* Primitias tribus sequentibus diebus Festis prædictas Missas Votivas, & quidem unam illarum de *Requiem* dicere. Hinc verò etiam ulteriùs sequitur, quòd non liceat dicere *Gloriâ*, & *Credo*, tam in Missa ejusmodi Votiva de S. Spiritu, quàm in Missa illa altera Votiva de *B. Mariâ*, nisi hæc posterior dicatur in *Sabba-*

to : Missa autem Neomystis præscripta pro *Defunctis* debet esse illa, quæ intitulatur : *Quotidiana*, cum 3. Orationibus consuetis. *Gerlac. Vinit. Compend: Sac. Rit. P. 1. Tit. 4. annotat. 21.* Qui *num. seq. 22.* addit : Quòd *Missa prima* Sacerdotis novi, si celebretur in *duplici*, aut in *Dominica*, aut in *die privilegiato*, debeat celebrari de ijsdem *Festis*, aut *Diebus*, occurrentibus, non verò de *Spiritu Sancto*, aut alia Votiva. Verùm loquendo de ijs *Missis primis*, quæ *solemniter* à Neomystis dicuntur, non putem in Praxi id observari, nisi sint *Festa*, aut *dies privilegiati* illorum ex numero, de quibus fit mentio in Rubrica Gener. VI. Missalis Rom.

XIV. In *Susceptione Habitus*, aut *Professione Monialium* juxta citatum Gerlac. Vinitor. annot. 24. (citantem pro se Castaldum in *Praxi Cæremon. l. 2. sect. 8. c. 3. n. 6.*) præsertim *diebus Dominicis*, & *Festis*, non est dicenda *Missa Votiva* de *S. Spiritu*, aut *alia*, sed *Missa* de *Officio diei currentis*, in qua Orationi de *die*, seu *Officij* addenda est Oratio de *Spiritu Sancto*, vel alia pro eisdem præscripta : & ambæ sub una eademque conclusione dicendæ, ità, ùt unica videatur Oratio in *Missa celebri*, seu *solenni* : cùm enim in *Consecratione Episcopi*, in *Ordinationibus Generalibus*, in *Benedictione Abbatis*, item *Abbatissæ*, necnon *Virginum*, ac *cœmeterij*, atque etiam in *Consecratione* tum *Imperatoris*, tum Regum & *Reginarum* juxta Rubricas Pontificalis Romani Tit. de *Consecrat. Electi in Episcopum*, aliisque, id observetur, ac Missa dicatur de *Die*, aut *Festo currente*, hujusque Orationi sub una, eademque Conclusione addatur alia, ùt ibi, quibus (inquit Gerlac) in illis mutatis momenti Actibus idem sit observandum ?

Quæres : *Quibus diebus* possint dici, regulariter loquendo, Missæ Votivæ, tam *solennes*, quàm non *solennes*, seu *privatæ* ?

Rp. 1. Per se loquendo *Missa Votiva solennis* pro *Re gravi*, aut *pro publica Ecclesiæ causa* potest quamque die, etiam *Dominicâ* & *festis* (dummodo non sit *duplex 1. Classis*, nec *dies* alia *excepta* in Rubrica Generali VI. Missalis de *Translatione festorum*) decantari post decantatam in Choro Nonam, decantatâ tamen priùs post Horam congruentem quoque *aliâ* Missâ de *Officio diei occurrentis*, in *Ecclesijs* saltem *majoribus*, seu *Cathedralibus* & *Collegiatis*, modò suprà *Tit. De Occurrentia Festorum* 1. *Classis* in fine declaratò ex Bauldry mox citando, & Gav. To. 1. P. 1. Tit. 6. ante fin. *Castald. Præm. Cærem. l. 2. s. 6. c. 3. & 4.* Gerlac. Vinit. *P. 1. T. 4. Annot. 17.* item *Tit. 6. Annot. 1.* & 3. Bauldry *Man. P. 3. c. 7. Tit. 8.* iterúmque Gav. *To. 1. P. 1. Tit. 4. 3. lit. O.* In ea verò dicitur regulariter Oratio Unica (sine Commemorat.

morat: *Dominicæ*, aut *Festi &c occurrentis*) item *Gloria*, & *Credo*, cum Præfatione competente, in *Tono* seu *cantu solenni*, ac cum *Ite Missa est* in fine, si sit talis, in qua utimur *Colore non Violaceô*, sed *Albô*, aut *Rubrô*; at verò sine *Gloria*, & *Credo*, ac cum Præfatione in Cantu seu Tono non solenni, atque cum *Benedicamus* in fine, si dicatur in *Colore Violaceo*, nisi hæc dicatur in *Dominica*; tunc enim etiam in *tali* Missa *solemni* dicitur *Credo*, non autem *Gloria in Excelsis*, nec *Ite Missa est* in fine, sed *Benedicamus*: verumtamen tam in istâ, quàm in illâ dicitur Evangelium S. Joan. in fine. An detur casus, in quo in *Festo* 1. aut 2. *Classis*, aut in *Dominica privilegiata* 1. *vel* 2. *Classis* in *Ecclesijs* illorum *Collegiatis* decantari possit *Missa Votiva solennis*, vide apud Gav. To. 1. P. 2. *Tit.* 14. *n.* 4. infrà citandum, & Pisart P. 1. *Sacerd. Evang. Tit.* 4. *n.* 6. Circa *Tempus* verò, quô tam *Missa*, quàm *Missa Conventualis* de *Officio hui currentis* est decantanda, observandum est id, quod alibi ex eodem Gav. To. 1. P. 1. Tit. 6. in fine annot. & præscribit Rubr. Gen. XV. n. 2. & 5.

Quid autem nomine *rei gravis*, ac per *publicam Ecclesiæ causam* intelligatur, h. e. sufficientem ad hoc, ut eâ subsistente *cantari Missa Votiva solennis* etiam in *Dominicis* & *Festis non majoribus*, id est talibus, quæ non sunt 1. Classis (qualia sunt Festum Paschæ, Ascensionis, aliáque similia, nomine *Festorum majorum* hîc venientia) modô suprà dictô possit, dicetur inferiùs.

Nr. 2. Cùm Gavanto *To.* 1. *P.* 2. *Tit.* 14. *n.* 2. *& seqq.* quando pro *Comprecatione* 40. *Horarum &c*, publicè exponitur in Altari Venerabile Sacramentum, & eapropter cantanda est de eo *Missa Votiva* (utì, si aliunde nil obstet, cantari omnino debet) assumi debet ea *Missa*, quæ extat inter *Votivas* ad finem Missalis, non autem *Festiva SS. Corporis Christi* (nisi infra ipsam *Octavam Festi Corporis Christi* casus accidat) & *Tempore* quoque *Paschali* addendum suis locis *Alleluja*, utì fit in alijs *Missis Votivis*: in eadem *Missa Votiva solenni* dicenda quoque est *regulariter* una tantùm Oratio, cum *Gloria*, *Credo*, & Præfatione de *Nativitate Domini*, at fine hujus *Communicantes*, utì & fine Sequentia: *Laudæ Sion Salvatorem &c* (nisi *infra* ipsam *Octavam Corporis Christi* locô *Missæ Votivæ solenn.* dicatur *Festiva*) ac denique in fine hujus *Missæ Votivæ solennis* dicitur quoque *Ite missa est* (in Tono solenni) ac Evangelium S. Joannis, non autem *Dominicæ*, aut *Festi occurrentis. Col. Alb.*

Quòd si accidat, ut vel in *Festo duplici* 1. aut 2. *Classis*, vel in *Dominica* aliqua *privilegiata* 1. *aut* 2. *Classis* (ut fit in Templis PP. Soc. JESU in *Triduo antecinerali*) instituatur hujusmodi coram exposito Venerabili

Sacramento 40. horarum Oratio, tunc juxta eumdem Gavantum loc. cit. n. 4 ac Sac. Rit. Congreg. Decretum de anno 1666. 13. Februarij, in *Ecclesijs Collegiatis* vel duæ cantantur Missæ, una *de* ejusmodi *Festo*, seu *Dominica*, post *Tertiam*, cum solitis tantùm Orationibus; altera *Votiva* de Venerab. Sacramento, sine Commemoratione, post Nonam; vel, si aliter fieri non potest, una tantùm cantetur *de die*, cum Com̃emoratione SS. Sacramenti (nisi sit *Festum* 1. *Classis*) sub una conclusione, & in ejus fine fit Processio in Paramentis albis, nisì hæc sit differenda; ità enim Teste eodem Gav. fit Romæ in Capella Papæ in *I. Dominica Adventûs*, & in alijs *diebus Festis solennibus* in *Ecclesijs majoribus Urbis*: quod posterius omnino ibi est practicandum, ubi *una* tantùm fit *Missa*; ubi verò plures, & aliquæ earum de *Festo* vel *Dominica* dicuntur, poterit *Missa solennis* de Venerabili, sine Commemoratione *Festi*, aut *Dominicæ*, cantari, ùt ex eodem Gav. colligit Lohnerus: in *Missis* tamen *privatis* facienda omnino est ordine seu locô à Rubrica præscriptô de Venerabili Sacramento in hujusmodi casibus *Commemoratio*, quæ tamen est omittenda in Festis 1. & 2. Classis, quod utrumque locô inferiùs citandô probat Franc. Monacelli (nempe *P. 2. Formularij Legal. pract.* mihi pag. 46. & 51.) tum ex *Instructione*, auctoritate S. D. N. Clemen. XI. 1705. Romæ editâ de servando *ibi* Ritu in *Expositione* Venerab. Sacramenti; tum ex Responso Sac. Rit. Congregat. dato ibidem 1684. die 2. Decembr. vide Arnaud. Tr. 1. P. 1. Tit. 7. n. 6. & Tit. 9. n. 9. item Bauldryum P. 3. c. 7. Tit. 7. & 9. ubi habetur, quòd dicta Commemoratio facienda sit ultimò locô, adeoque post omnes Orationes pro die curr. præscriptas, prout jubet Rubr. VII. Missal. n. 5. nisi 3. Oratio sit ad libitum; tunc enim potest eâ locô poni: illud quoque rectè fit monet ex Rituali Romano antè citatus Lohnerus, quòd quando in hujusmodi 40. *horarum Comprecationibus* utì & aliàs, datur Populo Benedictio cum ipso Ven. Sacramento, eam dare formare cum eo debeat Crucem, nihil dicens, qua de re mox iterum.

Quæ autem porrò sint observanda in *Missis Votivis* & *alijs*, quæ *Coram exposito Ven. Sacramento* dicuntur, aut cantantur, vide apud cit. Gav. item apud Gerlac. Vin. in *Compend. Rit. P. 4. Tit. 5.* P. Lohner *Instr. pract.* 1. *P. 4. Tit.* 1. Mich. Bauldry in *Manual Sacr. Cærem.* de novo edito & aucto *P. 3. c. ult. à fol.* 197. usque ad 200. ubi n. 21. enumerat distinctè ac speciatim omnes *Genuflexiones* ac *Reverentias*, quæ tam in Missa *solemni*, quàm in *privatis*, Coram SS. Sacramento dictis observari debent: item *P. 4. c. 16. art.* 11. 12. ac 13. *à fol.* 282. usque ad 287. ac denique P.

Hip-

Hippolytum à Portu Vicentino in *Opere Liturgicomorali de cultu DEI & Hominum* P. 3. c. 7. & 8. in quorum posteriore agit de *Missa solemni*; in priore autem de *privata* coram *exposito Venerabili* celebranda : ubi tamen advertit hujusmodi *Missas*, coram *exposito* nimirum *Venerabili* celebrari solitas (*privatas* præsertim) absolute quidem non prohiberi ab Ecclesia hodiernis Temporibus; *tolerari* tamen potiùs, quàm *approbari*, allegans in hanc rem Verba Cæremonialis Episcoporum l. 1. c. 12. sic loquentis : *non incongruum, sed maxime decens esset, ut in Altari, ubi SS. Sacramentum situm est, Missæ non celebrarentur, quod antiquitus observatum esse videmus*; & hinc inferens in Altari, in quo Sacratissima Hostia sit exposita, celebrari per se loquendo, & citra necessitatem non debere. Quid verò universim tam quoad *Missas*, quàm etiam quoad *alia* sit observandum in Venerab. Sacramento pro 40. *Horarum Comprecatione &c* publica Expositione, videri potest apud Francisc. Monacelli supr. cit. P. 1. *Formularij Legal. pract. Tit.* 13. *à fol.* 44. ubi *Instructionem*, ac *Ordinationem* de mandato S. D. N. Clem. XI. 1705. hac super re pro Urbe Romana Italicè editam refert, cùm nonnullis alijs Summorum Pontificum, & Sacr. Congregat. Cardinalium Decretis : inter quæ dicitur esse utum de anno 1684. 2. Decembr. de non celebranda Missa de *Requiem* durante Expositione SS. Sacramenti etiam pro adimplenda mente Testatoris, aut satisfaciendo Anniversario, licèt currat Officium ejusmodi Missam alioquin admittens. Eadem Sac. Rit. Congreg. prohibuisse fertur recitationem Symboli, seu *Credo*, in *Missis privatis* ob solam Rationem expositi SS. SACRAMENTI. Quando autem in fine alicujus Comprecationis, aut Processionis &c datur Benedictio cum Venerabili, Sacerdos eam daturus præmissis præmittendis ascendit ad Altare, genuflectit, & velatis manibus accipit Monstrantiam (quam Rituale Romanum & Rubricistæ *Tabernaculum*, & *Ostensorium* appellant) & vertens se ad Populum per latus suum dexterum, ùt alioquin ad *Dominus Vobiscum* solet, tenet manu dextrâ ejus Nodum, sinistrâ verò Pedem, sicque stans ante Populum, eandem Monstrantiam, tenet ante pectus, facie S. Hostiæ ad eumdem Populum versâ, quem Benedicturus decenti morâ elevat Monstrantiam, non equidem super caput, sed tantùm ad oculos, & eôdem modô eam demittit infra pectus; mox iterum rectà attollit usque ad pectus, & deinde ad sinistrum humerum ducit, & reducit ad dextrum, & hinc rursum ante pectus reducit, nihil dicens, ibique aliquantulùm sistit, quasi porrecta ad omnes Partes mundi Cru-

ce, eam etiam venerandam omnibus præbeat, tum *gyrum* seu *circulum* integrum perficiens vel per se, vel Diaconum, si adsit, deponit super Altare, aut in ipsum Tabernaculum majus eandem reponit: *Bauldry Man. Sac. Cærem. P. 4. c. 16. art. 3. an. 29. & 34.* ubi inter alia etiam advertit, in quibusdam Ecclesijs non observari eum omnino modum, quem circa dandam cum ipso SS. *Sacramento benedictionem Rituale Romanum* præscribit &c. Quod autem suprà dictum *de integro perficiendo circulo*, quando datâ Benedictione reponenda est in suum locum Monstrantia, intelligendum videtur, nisi super eodem Altari prostet in alia Hostia aut vase SS. Sacramentum, uti colligitur ex ijs, quæ præscribit Rubrica Missalis Feriâ V. in Cœna Domini. imò Pisartus *Sacerd. Evang. P. II. ante fin. in Append. ad Tit. 14. n. 5.* existimat, etiam extra hunc casum per has voces Gavanti : *Gyrum perficiens* non designari, quòd Sacerdos datâ jam *Benedictione*, & factô transitu de sinistro latere in dextrum, in eodem existens vertere se debeat ad Altare, ut Sacramentum in eo reponat : ait enim : *aliud* esse *Gyrum*, & aliud *Circulum* : at si Lexica consulo, non aliud inter *Gyrum* & *Circulum* reperio discrimen, quàm quòd unius Nomenclatio sit *Græca*, alterius verò *Latina*, significatum verò utriusque idem : unde & *perficere Gyrum*, & *perficere Circulum* ex Communi aliorum sensu idem sonare videntur.

§. 3. Quia Missæ votivæ non correspondent *Officio*, ideo, si celebrentur *solenniter* pro re *gravi*, vel pro *publica* Ecclesiæ *causa* cum populi frequentia, dicendæ sunt post Nonam per *Rubric. General. XV. Missal.* n. xi.

§. 4. Tametsi juxta superiùs num. I. hôc Titulô dictum, quando *Officium* fit de *Feria minore*, & in ea non occurrit *Vigilia*, nec reponenda est Missa *Dominica præcedenti*, quæ fuerit impedita, neque *anticipanda* est *Missa Dominicæ sequentis*, ùti in Rubricis, possit locô *Missæ Conventualis de Officio* dici Missa votiva, *Feriæ occurrenti* à Rubricâ in fine Missalis exprimate assignata (nempe *Feria II.* dicatur *Missa quotidiana* pro Defunctis, *Missa votiva* de *SS. Trinitate*, *Feria III.* de *Ss. Angelis*. *Feria IV.* de S. Joseph, *Petro & Paulo Ap.* *Feria V.* de Sacramento, vel de *SS. Sacramento*. *Feria VI.* de *S. Cruce*, vel de *Passione Domini*. Sabbatô de *S. Maria*, cum suis Præfationibus in cantu *Communi*) extra prædictos tamen Casus, seu Dies non licet Canonicis *Ecclesiarum Collegiatarum*, ac *Cathedralium* pro *Missa Concordante cum Officio* cantare *Votivam*, nec pro *Missa votivâ*, pro *duplici Divino* ac *Feriis minoribus* permissâ & assignatâ, cantare insuper *Votivam aliam*, diversam ab ea, quæ, *ejusmodi Divino* seu *Feriâ minori* currente à Rubricâ cantari permittitur. Ratio autem est;

est; quia ejusmodi Canonici tenentur ad Cantandam *Missam principalem*, seu *Conventualem de die*, vel *quasi de die* (hoc est, vel *concordantem cum Officio*, vel *Votivam* quidem, attamen non nisi eam, quæ in prædictis ac pro prædictis Ferijs permittitur, & assignatur à Rubr. Missalis, eò quòd ejusmodi Missa censeatur *Missa de die*) ad hoc, ut lucrentur *Distributiones*, ùt constat ex Decretis S.R.C. die 25. Junij 1611. die 28. Januarij 1612. die 16. Januarij 1627. & die 12. Julij 1628. editis. Neque posse introduci consuetudine Ritum Contrarium eadem Sac. Rit. Congregatio decrevit apud Gav. T. 1. P. 1. *Tit.* 4. *in fine*, ubi subjungit: *Conventualis* igitur Missa erit semper vel de die, vel in festiuli Officio votiva, ùt suprà, secundùm Ordinem dierum assignatam in fine Missalis, non autem *Votiva ad libitum Cleri*, aut *Laicorum &c.* Idem tamen ibidem P. 3. *Tit.* 11. *n.* 4. 11. & 12. sapienter advertit, quòd, quando ex præscripto Rubricarum Missalis *Tit.* 3. *&* 5. *&c.* in *Ecclesijs Collegiatis*, & *Cathedralibus* cantandæ sunt duæ Missæ *Conventuales* seu *Principales*, ità, ut ne quidem ob celebrationem Capituli Canonicorum, alteriúsve Negotij quantumvis Capitularis necessariam Tractationem, omitti illarum altera possit ex Definitione Sac. Rit. Congregationis de anno 1626. & 1627. *Regulares* tamen *vi Rubricarum* non teneri ad *plures Missas* ejusmodi diebus cantandas; eò quòd horum *Ecclesiæ Collegiatæ*, ùt loc. cit. probat, minùs propriè sint *Collegiatæ*, sed *Conventuales*, onus autem de cantandis *duabus Missis Conventualibus*, seu *Principalibus*, solummodo *Collegiatis*, quæ sunt propriè Canonicorum, non autem *Convent. Regular. ex ù n Creatura*; *& Clem. I. de Celebrat. Missarum* ex *Concilio Vienn.* imponatur: cúmque Regulares ad *Horas canonicas*, & *Missam in Choro* non *ex stipendio* [ut Canonici sæculares] teneantur ad leges Pontificias in Choro servandas, sed *vi Regulæ* tantùm, & *consuetudinis*, interpretantis Regulam, inferri videtur, Præceptum quoque de concordia Missæ Conventualis (saltem unius) cum *Officio* secundùm se *solas* afficere *Ecclesias Cathedrales*, & *Collegiatas Sæculares*, nisi consuetudo aliud introduxerit. Tametsi autem hoc ità sit, congruum tamen est (ut notat Pisart) ac decens, ut Regulares ad Chorum obligati legant saltem alteram Missam Officio convenientem, prout & laudabiliter id observari testatur. *Praxis* autem inquit, *est, quod legatur præsente Choro sub Prima.* Vide Gerlacum P. 1. Tit. 7. Annotat. 1. 2. & seqq. ubi ex Gav. & Castaldo pluribus demonstrat gravitatem obligationis prædictæ de decantandis *duabus* Missis *Conventualibus* in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis*, in quibus plures Sacerdo-

tes quotidie celebrant diebus in Rubrica Gen. III. Missalis Romani specificatis, simúlque *Modum* necessariò observandum ad hoc, ut eidem obligationi satisfiat, rectè admonens inter alia 1. ambas eas Missas *cantandas* esse *Choro præsente*, nec sufficere, si altera tantùm earum legatur, multò minùs si dicatur privatim absente Choro, ùt ibidem cum Gavant. ex Rubricis probat. 2. quòd, quando præscribuntur *duæ Missæ Conventuales* cantandæ, una de *Festo*, altera de *Feria*, aut de *Vigilia*, & in Officio facta sit quædam Commemoratio de *simplici*, aut de *die infra Octavam*, hæc Commemoratio facienda sit in Missa de *Festo*, & non in Missa de *Feria*, aut *Vigilia*; si verò facienda sit Commemoratio *Feriæ*, aut *Vigiliæ*, ea fiat in Missa de *Feriâ*, aut *Vigilia*, & non in *Missa* de *Sancto*. 3. In illis Ecclesijs, in quibus in Festis *Sanctorum una* tantùm celebratur *Missa* diebus illis, in quibus Rubrica III. & VII. Missalis præscribit alioqui *duas Missas Conventuales* cantandas (unam de *Festo*, alteram de *Feria majore*, aut *Vigilia* absque ulla utrorumque Commemoratione) *Missam Conventualem* esse debere de Sancto, eámque celebrandam esse post Tertiam, & in eadem faciendam esse Commemorationem *Feriæ*, vel *Vigiliæ* (nisi hujus posterioris Commemorationi obstet ratio *Festi duplicis* 1. *Classis*) cum ultimo de eadem Evangelio : quia respectu *talis Ecclesiæ cel*... Ratio Rubricæ Missas 2. Conv... tuales (unam de *Festo*, alteram de *Feria* absque ulla utrorumque Commemoratione) præscribentis ; id quod ipsamet Rubr. VII. satis ... pérque insinuat, dum *n.* 2. dicit : in *Ecclesijs Cathedralibus*, ... *legiatis*, ubi *plures Sacerdotes* ... *lebrant*, in *Ferijs majoribus*, & ... occurrente Festo 9. Lectionum ... Missas Conventuales (unam de ... *sto*, alteram de *Feria*, absque ... trorumque Commemoratione ... celebrandas. 4. Occurrente ... *duplici in Dominica* nunquam ... *Missas Conventuales* (unam de ... teram de *Dominica*) ut in Ferijs ... *vilegiatis*. Ratio est ; quia Missa Dominicæ *resumi* potest infra Hebdomadem, non item Feriæ ... privilegiatæ. Accedit, quòd utraque dicenda foret post Tertiam, quod esset inconveniens.

¶. 5. *In Sabbatis Adventus* ... cèt *Officium* non fiat de S. Maria in *Sabbato*, sed (nisi occurrat Festum 9. *Lectionum*, aut *dies infra Octavam*) de *Feriâ Adventûs*, *Missa* tamen Principalis dici omnino debet de S. Maria (ùt in Votivis de B. V. Tempore Adventûs) cum *Gloria in Excelsis*, & Commemoratione *Feriæ Adventus* ; nisi fuerint quat. Tempora, vel *Vigilia* ; tunc enim *Missa* saltem *Principalis* concordare cum *Officio* debet per Rubr. Gener. IV. Missal. n. 2.

Gav.

Gavant. *To.* 1. *P.* 1. *Tit. eodem*, & *To.* 2. *l.* 8. *c.* 6. *n.* 1. *Missæ* autem *privatæ*, ac *Non-Conventuales* dici de B. V. in *Adventu* possunt in omnibus Sabbatis non impeditis Festô duplici, exceptâ *Vigiliâ Nativitatis Domini*, si ea incidat in *Sabbatum*.

Bz. 6. In *Ferijs Adventûs, Quadragesimæ, quat. Temporum*, ac *secunda Rogationum* (utpote *majoribus*) necnon in *Ferijs Vigiliarum* non potest locô *Missæ Conventualis*, seu *Principalis* cantari *Missa Votiva* etiam *primi generis*; sed tunc omnino de *Feria* ejusmodi *majore* aut *Vigilia* occurrente (modô suis locis præscriptô) est decantanda per Rubr. Gener. IV. Missal. *n.* 3. Gav. *To.* 1. *P.* 1. *Tit.* 4. *n.* 3. & *P.* 3. *Tit.* 11. *n.* 7.

Bz. 7. *Missæ Votivæ privatæ* (idem est de *Missis privatis de Requiem seu Defunctorum*, etiam cùm præsens sit Corpus, seu funus) per Rubricas, & Sac. Rit. Congreg. Decreta, à Summis Pontificib. Alexandr. VII. Clem. IX. Clem. X. & Innoc. XI. approbata, non possunt dici *primo* in Dominicis, ùt ex Rubric. Gener. IV. Missal. *n.* 3. rectè colligit Gav. *To.* 1. *P.* 1. *Tit.* 4. *n.* 3. *lit.* o. & expressiùs id tradit ipsum Missale Romanum in Rubrica posita inter *Missas Votivas* in fin. Missal. post Missas Votivas de B. V. Accedit Decretum Sac. Rit. Congregat. de anno 1627. 28. Aug. Quòd Clemens Papa X. non modò confirmavit, sed etiam districtè præcepit, ut in posterum ab omnibus & singulis Sacerdotibus, tam *Sæcularibus*, quàm *Regularibus*, cujusvis ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam necessariò exprimendi, hac quoque in parte Rubricæ Missalis Rom. omnino, & exactè observentur, & nequaquam *Missæ privatæ Votivæ*, etiam *de Requiem*, etiam præsente corpore *diebus Dominicis*, utì & *alijs* mox *enumerandis* dicantur. Porrò (ùt rectè loco. cit. observat Gavantus) per *Dominicas Missarum Votivarum privatarum* exclusivas hîc intelliguntur tantùm illæ, quæ ab *ipso Populo celebrantur*, puta Auditione Missæ, & *Cessatione ab opere servili*, *&c.* non autem illæ, quarum Missa suô locô celebrari impedita, infra Hebdomadem Feriâ non impeditâ *resumitur*; neque illæ, de quibus, post *Epiphaniam*, aut post *Dominicam* 22. *post Pentecosten*, aut *infra Octavam Nativitat. Domini* ad Sabbatum diem Dominicalem præcedens, vel, hôc impeditô, ad Feriam aliam ejusmodi diem Dominicalem alterius rationis antecedentem *anticipatis*, fieri quandoque debet juxta Rubricas & alibi dicta & *Officium*, & *Missa* in die *Feriali*, ac *Ritu feriali*, modô suis locis declaratô. Si proin contingat, ut infra Hebdomadem vel *resumenda* sit Missa alicujus *Dominicæ præcedentis*, suô locô celebrari impeditæ, vel faciendum

sit

sit Officium die *feriali* de aliqua *Dominica anticipata*, per se non erit prohibitum de illa locô *Missæ de Dominica*, dicere *Missam Votivam privatam*, cum Commemoratione tamen Dominicæ, & Oratione tertia, ùt suprà. Dixi tamen: *Missam Votivam privatam*; nam, quando Missa *Dominicæ*, quæ suô propriô die celebrari impedita fuit, juxta Rubricas est *resumenda*, aut alicujus sequentis Dominicæ *Officium* cum suâ *Missa* est *anticipatò ponendum*, non posse locô *Missæ principalis* seu *Conventualis* celebrari *Missam Votivam*, sed concordare illam tunc debere cum *Officio diei*, constat ex suprà dictis. *Secundò* nequeunt dici *Missæ Votivæ privatæ*, etiam de *Requiem*, ac etiam præsente funere, in Festis duplicibus. Constat ex Rubrica utraque Missal: paulò antè allegatâ, nec non ex Decretis Sac. Rit. Congreg. à suprà memoratis Pontificib. confirmatis. *Tertiò* nequeunt dici Missæ Votivæ privatæ, etiam de *Requiem* (Argumentô à fortiori sumptô) illis diebus, in quibus *prohibetur* fieri de *Festô duplici*, utpote contra quodcunque *Festum*, ac *Officium* à suo diversum privilegiatis, nempe 1. *infra totam Octavam Epiphaniæ*. 2. *Infra totam Octavam Paschatis*. 3. *Infra totam Octavam Pentecostes*. 4. *In Feria IV. Cinerum*. 5. *In tota Hebdomade majori*. 6. *In Vigilia Nativitatis Domini*, & 7. ex Decreto novo Sac. Rit. Congregat. anno 1714. 29. Septemb. emanato, *infra totam Octavam ejusdem Nativitat*: utì constat ex *Directorio Romano* currentis anni 1717. ad diem 24. Decembr. in fin. 8. *In Vigilia Pentecostes*. Ità Sac. Rit. Congregat. *ubi suprà*, & *arg. Rubr. Missal. ibidem allegat. &c.* *Quartò* denique itidem ex Decreto novo Clement. X. de die 21. Jun. 1670. nequeunt dici *Missæ Votivæ privatæ*, etiam pro Defunctis præsente Corpore, *infra Octavam SS. Corporis Christi*. Vide Gav. To. 1. recentioris edictionis P. 4. Tit. 12. n. 11. in fin. ubi hæc leguntur: *infra hanc Octavam* (*SS. Corporis Christi*) *non celebrantur Missæ Votivæ neque de Requiem ex ante Decret. Sac. Rit. Congr. sub die 21. Junij 1670.* Tametsi autem infra hanc Octavam prohibeantur Missæ Votivæ privatæ, ac de *Requiem*, permittitur tamen in die Obitûs seu Depositionis, insepultò, ac præsente Corpore Defuncti in Ecclesia, Missa solemnis de *Requiem*; si verò expositum sit publicè SS. Sacramentum, nec talis potest cantari, sed cantanda est Missa de Officio occurrente. Idem est de currrente Octava Paschæ, ac Pentecost. post primum utriusque Triduum.

Ex quibus *Infertur* 1. Nec illas tres Missas Votivas (1. de *Spiritu Sancto*; alteram de *B. Virgine*, & tertiam de *Requiem*) quæ Presbyteris in eorum Ordinatione post Celebrationem primæ suæ Missæ dicendæ jura

ta Pontificale Romanum præscribuntur, posse modò recensitis diebus celebrari, sed etiam ipsas sequi Leges aliarum Votivarum, ùt alibi ex Gav. *To.* 1. *P.* 1. *Tit.* 4. notavimus, præsertim, cùm juxta Valentiam, Palaum, plurésque alios apud Gobarum *Alphab. Sacrif. n.* 713. non sub Obligatione *Peccati*, sed solùm ex *congruitate*, ac *decentia* quadam injungantur.

Infertur 2. Si quis Sacerdotum vel ex Institutione Capellaniæ, vel aliô Titulô sit forsan obligatus dicendam *Missam Votivam* aliquorum antè enumeratorum, satisfacturum suæ Obligationi dicendo tunc *Missam de die*; sin minus (id est, si non sit obligatus ad eam *statim* dicendam, sed *transferri* ea queat) tunc Votivam illam, ad quam se obligavit, celebrabit die alio non impedito, h. e. tali, quô fas est dicere Votivas etiam solummodo *privatas*. Ratio Resolutionis quoad 1. partem est, quia in hujusmodi casu, ut notat Gerlac. Ecclesia disponit, & corrigit Intentionem ejus, qui tales Missas Ordinavit; & fructuosior enit Devotionis effectus, si Ordinatio ipsius Ecclesiæ servetur; præsertim si ejusmodi *Votivæ* in proximos dies, utpote impeditos, transferri nequeant. Ut autem cognoscas, quinam sint dies non impediti, & quinam impediti respectu dicendarum *Missarum Votivar.* etiam *privatar.* ideo

§. 8. *Missæ Votivæ privatæ tam primi, quàm secundi generis* per Rubr. Gener. IV. Missalis *n.* 3. dici possunt (cum Commemoratione tamen *ejus*, de *quo* factum est *Officium*, atque etiam cum Commemoratione *Festi simplicis*, si de aliquo eo die occurrat fieri Commemorationem in *Officio*) pro Arbitrio Sacerdotum, nullo impedimentô Canonicô, aut Juris divini laborantium, quacunque die, nisi ea fuerit vel *Dominica celebrata à Populo*, aut una *ex Privilegiatis* paulò antè enumeratis (in qua scilicet vel occurrat fieri *Officium*, *duplex* aut *prohibeatur* fieri *Officium de Festo duplici*, aut *Missam* ab *Officio* discordantem) dummodo rationabilis supperat causa *Votivam* potiùs dicendi *Missam*, quàm *concordantem* cum *Officio diei*: licèt enim Rubrica novissimè citata dicat: *Miss. votiv. priv. pro diversis rebus* dici *posse quacunque die, nisi fuerit Dominica, vel Officium duplex &c.* addit tamen: id *passim*, ac citra *rationabilem causam* non esse practicandum, sed *quoad fieri potest*, curandum, ut *Missa* quoque *privata* (nam de hac ibi loquitur) cum *Officio* conveniat. Rectè quoque notat Pisart P. 1. Tit. 4. n. 8. *fol.* 18. tametsi nec *dies infra Octavam Nativitatis Domini*, in qua Officium fit vel de *Dominica*, vel de *Octava Nativitatis*, nec etiam *Vigilia Epiphaniæ* veniens extra Dominicam, hactenus numerentur inter dies, quibus prohibentur Missæ:

Votivæ, conveniens tamen esse, ut, nisi detur obligatio, aut specialis Ratio modò dictis diebus Missam *Votivam privatam* dicendi, in ijs *Missa Votiva privata* non dicatur, nec etiam Missa privata de *Requiem*; eò quòd in illis solemne Mysterium recolatur, &c. Vid. etiam Prohibition. supr. f. 246. Porrò pro *causa Rationabili* à Sac. Rit. Congreg. apud Jo. Petrum Casanova non agnoscitur ea præcisè, ut *brevior Missa* celebretur; neque quodlibet arbitrium Laicorum, sed vel Pia Defunctorum *Voluntas*, vel *Necessitas*, aut *Pietas Vivorum* Missas Votivas postulantium, & ejusmodi. Hinc autem infert Gerlacus *P. I. Tit. 4. Annotat. 19.* Si Sacerdos quispiam ideo solummodo, ut se citò expediat, vel simili aliqua levi ratione permotus *Missam currentem* in *Votivam* mutaret, utique contra Rubricam facturum, & consequenter peccaturum.

Idem Gerlacus ibidem Annotat. 22. ulteriùs *infert* 2. Cùm *Missa Conventualis* juxta superiùs dicta semper debeat esse vel *de die*, vel *quasi de die* (scilicet in casu, quò infra Hebdomadem occurrente *Feria minore* permittitur locò ejus *Missa Votiva*, attamen secundùm ordinem dierum assignatum in fine Missalis decantanda) quòd etiam *Missa prima* novi Sacerdotis, si celebretur in *Festo duplici*, aut *die privilegiato*, aut in *Dominica*, debeat celebrari de *ijsdem Festis*, aut *diebus*, non verò de *Spiritu Sancto*, aut *alia Votiva*. Quod tamen, nisi *Missa Conventualis* ab ipsomet Neomysta decantetur, non videtur *universaliter* in Praxi esse receptum, practicandum tamen omnino illis *Festis*, & *diebus*, quorum fit mentio Rubricâ Gener. VI. Missalis.

Infert Idem 3. In *susceptione* quoque *Habitus*, ac *Professione Monialium*, præsertim diebus Dominicis, & *festis*, non esse dicendam Missam *votivam solennem de S. Spiritu*, aut *aliam*, sed *Missam de Officio*, in qua addatur Oratio de Spiritu Sancto, vel alia pro ejsdem præscripta: tum quia in *Consecratione Episcopi*, nec non in *Ordinationibus Generalibus*, seu *Collatione Ordinum*: *Benedictione* item Abbatum, Abbatissæ, & Virginum, atque etiam in *Consecratione Regum*, & *Reginarum &c.* juxta Rubricas Pontificalis Romani Oratio tantum aliqua Actui Conveniens additur *Missæ Occurrenti de die* (attamen sub una Conclusione) *quidni*, inquit Gerlacus P. I. Tit. 4. Annot. 24. citans pro se Castaldum, in illis *minoris momenti Actibus* idem sit *observandum*, prout jam suprà alia occasione ex eodem retulimus: licet autem hoc concedat pro *Missa* hujusmodi Actuum *solenni*, negat tamen P. I. Tit. 7. Annot. 8. id esse permissum in alijs *Missis privatis*, sub ijsdem Actibus fortè celebrandis: *Non enim* (inquit) *datur casus, quoties Mis-*

Missis privatis dicantur duæ Orationes sub una Conclusione. Vide tamen dicta superiùs de *Missa Votiva* pro *Gratiarum actione.*

n. 9. Non obstantibus hactenus dictis sentire Aliquos post Navarrum, per *Consuetudinem* (maximè, si ea à Sede Apostolica fuerit approbata) introduci posse, ut quotidie *Missa votiva* v. g. de B. V. legatur : siquidem P. Gobat *Tr.* 3. *cas.* 11. *n.* 720. testatur, defacto in Ecclesia Cathedrali Constantiensi quotidie post *Horas matutinas*, etiam in die Paschatis *Officium Missæ* de B. V. cantari; eámque consuetudinem fuisse legitimè introductam probat Laymann *L.* 5. *Tr.* 5. *c.* 1. *n. ult.* Tametsi autem ejusmodi *Statutum* (ut nempe quotidie fiat sacrum de B. V.) cum Navarro & Laymanno valere sentiat cit: Gobat, Numerô tamen sequente cum ijsdem negat: valere Statutum, ut unus idémque Sacerdos quotidie id faciat : cùm ejusmodi Statutum corrigatur cap. *Significatum, de præbend.* Quia saltem unus dies vacuus in hebdom. debet relinqui Sacerd. ob infirmitates humanas. Præterea licèt in illis Eccl. in quibus adest inveterata consuetudo cantandi *Missam votivam* de B.M.V. singulis diebus Sabb. possit *hic usus* seu Populor. devotio continuari etiam in Sabbatis Festo duplici impeditis: non est tamen omittenda Missa Conventualis; & ità respondisse fertur *S.* R. C.

Addit Gobatus *Tr.* 3. *à n.* 701. *&* 708. cum Henriquez *L.* 9. *c.* 23. Tannero *To.* 4. *in* 3. *Part. d.* 5. *q.* 10. *n.* 5. *n.* 6. & Alijs apud Lohner *Instr.* 1. *P.* 4. *lit.* 2. *§.* 1. *n.* 6. Tametsi, per se loquendo, illud sacrum sit legendum, quod Rubricæ præscribunt (cùm hæ ad minimum vim *Consilij* valde prudentis, ac pij habeant, cui meritò se quivis conformare debeat) pro *Re* tamen *gravi*, si causa sit *publica*, posse non obstante Decreto Sac. Rit. Congregat. extante apud Gav. *To.* 1. *P.* 1. *Tit.* 4. *lit. O.* etiam in *Festis Duplicibus*, saltem *Non majoribus* (ùt addit Gavantus loc: cit:) *cantari* Missas votivas, cantatâ tamen simul alterâ Missâ de Die : *Si* autem causa non sit publica, censent ijdem A. A. seclusâ *speciali Prohibitione*, ac *Scandalo*, probabile quoque esse, ob *causam rationabilem* licere pariter *Missas votivas privatas* etiam in *Festo duplici*, saltem *non-majori*, legere; eò quòd cum Suarezio, Dicastillo, Bonacina, Reginaldo, ac Pace Jordano existiment, prædictas Rubricas sub nullo præcepto, atque adeò nec sub aliquo peccato, si scandalum absit, & Contemptus, obligare : cùm nec ulla Lex scripta, nec consuetudo, nec alia Authoritas queat allegari, per quam ejusmodi Obligatio sit introducta, dictáque Prohibitio sit adeò rigidè facta, ut propter rationabilem Causam etiam in suprà exceptis Diebus *Missam votivam* dicere

non liceat; neque etiam obstare videatur Bulla S. Pij V. vetans alio Ritu, quàm Missale Romanum præscribit, Missam celebrare: cùm Bulla illa explicari possit de alijs *Formis Missalium*, ùt in simili de *Breviario* respondent Auctores. Pro *rationabili* autem *causa* cit. Gob. à n. 709. & alij Apud Lohnerum agnoscunt esse sequentes. 1. juxta multos ut satisfiat *Fundationi*. 2. Juxta Jordanum & Alios *Promissio*, & Stipendium acceptum pro certa missa. 3. Malum publicum, vel privatum avertendum, bonúmve procurandum. 4. Quando Sacrum Ordinarium est valde longum, & nequit sine notabili incommodo vel Sacrificantis, vel Audientis id dici. Sic Tambur. *l.* 2. *c.* 6. §. 1. *n.* 12. permittit mutationem Missæ, in qua legitur Passio, in *Missam Votivam de Passione Domini*, casu quo Audiens, vel Sacrificans debilitate capitis, oculorúmve, aut pedum, vel dolore viscerum laborat. 5. *Singularis Devotio* facturi, vel Audituri Sacrum; dico: *singularis*; si enim vulgaris sit, meliorem esse Conformationem cum Rubricis, rectè monent cit. DD. quia per subjectionem gratius DEO obsequium præstatur: cùm (ùti Gerlacus loc. suprà cit. *Annot.* 18. cum Castaldo ratiocinatur) gratior utique futura DEO illa existimanda sit Pietas, quæ Ecclesiastico Ritui Congrua, & ab Ecclesia, dilecta DEI Sponsa, juxta Dies, & Tempora ordinata, ac proinde, si cum Officio *Divino* etiam *Missa privata* concedat, acceptabilius quoque munus ipsi DEO sit offerendum. Sed, quid quid sit de *Missis votivis privatis*, ut paulò antè relatorum DD. circa eas hodie Sententiâ, cùm per superius dicta saltem *Missam votivam* solemnem pro *Re gravi*, aut *publicâ Ecclesiæ causâ*, etiam in *Dominicis*, & *Festis duplicibus* (dummodo, saltem regulariter loquendo, non sint 1. Classis, ut ex *Gav. P.* 1. *Tit.* 4. *lit.* o. notat Lohner. nec de exceptis in Rubrica Gen. VI. Missal. Rom.) fas sit decantare; ideo circa *Missas Votivas* 2. generis illud adhuc quæri potest: quid per *Rem gravem*, ac *publicam Ecclesiæ causam* in illa Concessione intelligatur? Respondent ex Gav. Dominicus Bellus, & Joan. Petrus Calanova, allegantes Decr. Sac. Rit. Congregat. de anno 1607. 19. Maij *Rem gravem* esse, pro qua Episcopus (incertum ubi hic reperitur) cum toto Clero ac Populo convenire solet, ùt si Votum, pro gravi malo avertendo factum, sit exolvendum; aut Gratia pro accepto aliquo grandi beneficio solenniter agendæ &c. *Causam* item *publicam* quoque dici eam, ob quam fit Oratio, seu Comprecatio solennis 40. Horarum per Gyrum, & quando fiunt *Comitia* seu Generalia seu *Provincialia* Regularium pro electione Officialium &c. Plura vi-

ib

rò de his, & universim de *Missis Votivis* vide apud *Gob. Tr. 3. cit. cas. 21. à n. 699. & à n. 708.* item apud Dianam *P. 9. Tr. 8. Resolut. 53.* & Pisart Sac. *Evang. P. 1. Tit. 4. n. 7.* ubi ait : *Res gravis in hac materia est imprimis publica Ecclesiæ causa, Victoria publica contra Infideles; deinde Commune alicujus Patriæ, aut Religionis Bonum : qua ratione etiam huc spectat (ut mihi quidem apparet) Electio alicujus Episcopi, Generalis Ordinis, Abbatis, aut Prioris.* His consona habet P. Felix Poresтas Ord. minor. de Observant. P. 1. Examinis Ordinandor. c. 2. n. 247. ità scribens : *Graves causæ* (ob quas scil. in *diebus Dominicis*, & *Festis duplicibus, exceptis Festis majoribus Paschatis, Ascensionis, & Sti Nicolai*, celebrare fas est *Missas Votivas* modò hactenus declaratò) sunt : "Necessitas Pluviæ, Belli, aut cujus"libet mali Communis, & quæ"libet Necessitas Bonum Commu"ne respiciens. Huc reducuntur "Expositio Sanctissimi, tam in die"bus Bacchanalium, quàm in Ora"tione 40. Horarum; Salus summi "Pontificis, Episcopi, aut magni "Principis periclitantis; Comitia "Regularium, tam Generalia, quàm "Provincialia, & Gratiarum actio"nes pro gratia Communi; quo"niam Spectant ad Bonum Com"mune, & sicut pro hujusmodi po"test institui *Processio*, ità & *Missa*. Atque hæc hactenus de *Missis Votivis* (tam *solemnibus*, quàm *privatis*) *Primi* ac *Secundi generis*. Nunc etiam de *Missis Votivis tertij generis*.

Missæ Votivæ Tertii Generis sunt modò *quatuordecim*, quæ habentur in fine Missalis, videlicet *Prima Pro eligendo Summo Pontifice* Sede vacante. *Secunda In die Creationis*, & *Coronationis Papæ*, ejusdémque *Anniversario*. *Tertia in Anniversario Electionis*, & *Consecrationis Episcoporum*. *Quarta ad tollendum Schisma*. *Quinta pro quacunque Necessitate*. *Sexta pro Remissione peccatorum*. *Septima ad postulandam gratiam bene moriendi*. *Octava contra Paganos*. *Nona Tempore belli*. *Decima* pro *Pace*. *Undecima* pro *vitanda mortalitate*, vel *Tempore pestilentiæ*. *Duodecima* pro *Infirmis*, habens tamen aliam Orationem, si dicatur pro *Infirmo sanitati restituendo*, & aliam (extantem in fine Missæ) si dicatur pro *Infirmo morti proximo*. *Decima tertia* pro *Peregrinantibus*, vel iter *agentibus*: *Decima quarta* pro *Sponso* & *Sponsa*.

Harum Missarum *prima*, *secunda*, *tertia*, & *Ultima*, dicuntur Votivæ, quia non sunt *de die*; non tamen dici possunt quocunque Tempore, sed illarum *primâ* Sede vacante tantùm : *secunda*, & *tertia* post primam vicem in Anniversario, quolibet die Creationis & Coronationis sedentis Papæ, vel Episcopi tantùm : *ultima* denique non-

nisi in Nuptiarum Benedictione.

Missa pro *eligendo summo Pontifice Sede vacante* dicitur vel de *Spiritu Sancto*, vel uti notatur primô locô inter *Votivas tertij generis* & incipit : *Suscitabo mihi &c* adhibetur verò ad utramque *Color Rubeus* per *Rubr. Gener. XVIII. Missal.* in neutra tamen dicitur *Gloria*, aut *Credo*, nisi dicantur solenniter. In priore dicitur Præfatio, ùt in Pentecoste, omissis tamen Verbis : *hodierna die*; in posteriore verò dicitur Præfatio de *Tempore*, vel de *Octava*, infra quam celebratur, alioqui *Communis*. Quòd si *Votivæ* hæ duæ *solenniter* celebrentur, dicuntur earum Præfationes in *cantu* seu *tono solenni*, ùt in duplicibus : idem est de Præfatione duarum sequentium, & aliarum *Votivarum*, quæ *solenniter* dicuntur in *Colore rubeo*, aut *albo*, non autem illarum, quæ *solenniter* cantantur in *Colore Violaceo*.

Missa, quæ inter *Votivas Tertij generis* assignatur in Missali secundô locô, nempe pro die *Creationis*, & *Coronationis Papæ*, nec non ejusdem *die* Anniversario, dicitur ùt in Cathedra S. Petri 18. Januarij, cum Oratione : *DEUS omnium Fidelium Pastor &c*, uti hæc notatur post ultimam Votivam de B. V. attamen omissis Orationibus de Ss. Petro & Paulo. In ea dicitur *Gloria* & *Credo*; potéstque primâ vice eadem Missa dici etiam in *Dominica*, & *Festo duplici*, tam in *Creatione*, quàm *Coronatione Papæ*, mutatâ tantùm Collectâ de Apostolis in Collectam prædictam : *DEUS omnium Fidelium Pastor &c.* Gav. To. 1. P. 4. Tit. 17. n. 18. secus est de die Anniversario incidente in *Dominicam*, aut *Festum duplex*, tunc enim de Anniversario tantùm Commemoratio, ut infra, licèt de cætero eadem quoque Missa dicenda sit in *Anniversario Creationis*, & *Coronationis Papæ*, quæ dicitur in ipsa die *Creationis*, & *Coronationis*, nempe ùt in Cathedra S. Petri, mutatâ Collectâ, ùt antè, & præter cum *Gloria*, & *Credo*, ac *Ite*.

Circa *Tertiam Votivam Tertiæ generis*, assignatam pro die Anniversario *Electionis*, ac *Consecrationis Episcopi* notat Gavantus loc. cit. in Rubrica ei præfixâ Particulam *seu* semper tantùm disjunctivè, sed etiam collectivè pro &, id quod apertè demonstrat ex Rubrica de Symbolo circa fin. nec non ex Rubr. *De Coloribus Paramentorum n. 2.* præter circa fin. juxta quas tam *Anniversarius dies Electionis*, quàm *Consecrationis Episcopi* potest celebrari : quòd alter eorum tantùm celebretur, *Consecrationis* potiùs, quàm *Electionis dies anniversaria* juxta eumdem Gavantum erit celebranda : & ita dem *dies anniversaria* seu *Electionis* seu *Consecrationis Episcopi* celebretur die non Festivo, Missa dicetur (in Paramentis albis) uti notatur in

Missali

Missali Romano tertiô locô inter *Votivas tertij generis*, hunc habens Introitum : *Sacerdotes tui Domine &c*, cum *Gloria in Excelsis*, & *Credo*, nec non unicâ Oratione, & Præfatione Communi : si autem dies anniversaria, seu *Electionis*, seu *Consecrationis Episcopi* veniat in die *Festivo de præcepto* aut in *Dominica*, Missa juxta Cæremoniale Episcoporum emendatum l. 2. c. 25. dicetur de *Festo*, aut *Dominica*, cum Commemoratione anniversarij Electionis, aut Consecrationis Episcopi, per Orationem seu Collectam extantem in prædicta Missa : in qua Collectâ, eique Correspondente *Secreta*, ac *Post-Communione* non modô exprimendum litterâ N. est Nomen *Episcopi*, sed etiam Nomen *Civitatis*, seu *Diœcesis*, cui præest; quia (ùt notat Gav.) vox *Ecclesia* sine additamento posita significat *universalem Ecclesiam*, non verò *particularem*. Cur autem in Missa hac, utì & præcedentibus duabus dicatur *Credo*, ingeniosam, ac eruditam Rationem dat Gav. *To* 1. *P.* 1. *Tit.* 11. *lit. I. & L.* Quòd si ipse Episcopus celebret in Anniversario suæ *Electionis*, aut *Consecrationis*, dicere debet in Oratione : *Me indignum famulum, quem huic Ecclesiæ tuæ &c*, utì Michaël Bauldry in Manual. Sacrar. Cæremon. Edit. novæ P. 5. ex l. 2. Cærem. Episc. c. 35. monet, ubi & hactenus dicta his ex eo Verbis Confirmat : *Singulis annis in diebus anniversarijs Electionis, & Consecrationis Episcopi Missam solennem vel per ipsum Episcopum, vel per aliquam Dignitatem, vel Canonicum* (modô antè descriptô) *ipso præsente celebrari convenit &c.*

Reliquæ X. *Missæ Votivæ tertij generis*, quæ deinceps sequuntur in Missali, dici possunt (sed omnes in *Colore* tantùm *Violaceo*, exceptâ ultimâ, cui convenit *Color Albus*) qualibet die, exceptis diebus *Dominicis*, & *duplicibus* (nisì aliquæ earum dicantur *solenniter* pro *Re gravi*, aut *publica Ecclesiæ causa*) necnon exceptis *diebus privilegiatis* suprà relatis.

Verùm circa septimam illarum (cui Titulus : *Ad postulandam gratiam bene moriendi*, & incipit : *Illumina oculos meos &c*) Notandum hîc est, eam primùm 1706. (quô Tempore plurimi repentinæ mortis casus tam in Urbe, quàm alibi, contigerunt) pro universali Ecclesiæ à Sac. Rit. Congr. approbatam, & ad *petendam à Deo gratiam bene moriendi* de mandato SS. D. N. Clem. XI. Missali Romano insertam fuisse, utì videre est in Decreto, Missæ illi novæ appresso : in quo jubetur poni in Missali post Missam *Pro Remissione peccatorum*, & in Rubricis Generalibus in Titulo *de Coloribus Paramentorum*, sub *Colore Violaceo*; ac præterea in Gradualibus ad Cantũ Chori eodem Cantu & Tono, qui in antiquis habetur Feriâ IV. Domini-

cæ

eæ primæ, & Sabbatò Dominicæ tertiæ in quadragesima, & in Dominicis quartâ, sextâ, decimâ sextâ, vigesimâ, & vigesimâ primâ post Pentecosten.

Circa *ultimam* denique, seu *decimam quartam Missarum Votivarum tertij generis* (quæ est *pro Sponso & Sponsa*) hîc quoque illud Notandum venit : Eam (siquidem *Benedictio* sit facienda) præsente Sponso & Sponsa posse (in *colore albo*) celebrari quâlibet die, exceptis *diebus Dominicis*, & *duplicibus* : nam si *Benedictio Nuptiarum* facienda sit *die Dominicâ*, vel *Festo duplici*, tunc juxta Missale, & Rituale Romanum *Tit. de Matrim.* dicitur Missa de *Dominica*, vel *Festo*, cum *Gloria in Excelsis*, & *Credo*, si illa Missa id requirat, cum Commemoratione tamen Missæ *pro Sponso, & Sponsa*, ac reliquis, quæ pro eorum Communione, ac Complemento Benedictionis in eadem Missa habentur in Missali, quod inter alia monet, in fine *Missæ Dominicalis*, aut *Festivæ* dicendum tunc esse pro more Evangelium S. Joannis : Color autem ad Missam tunc adhibetur *Dominicæ*, vel *Festo* illi *duplici*, aut *diei privilegiato* conveniens. Quæ autem porrò sint observanda in Praxi circa *Benedictionem Sponsorum*, vide apud Gav. To. 1. P. 4. Tit. 17. à n. 23. usque ad 26. inclusivè : ubi asserit 1. Dum Celebrans ante *Libera nos &c* stans in Cornu Epistolæ versus Sponsum & Sponsam, ante Altare genuflexos dicit Orationes in Missali præscriptas, Librum ante eum tenendum est a Ministro : dum verò vel accedit ad medium Altaris, vel ab eo recedit, semper genu flectendum Coram SS. Sacramento. 2. Benedictionem, quam, antequam Benedicat Populo in fine Missæ nuptialis dare debetur Sponsis, dandam ab eo esse in Cornu Epistolæ, ante Altare, uti suprà, genuflexis, ut in vicino Libro eam commodè legere queat. 3. denique Aspersionem Aquam Sponsorum, quæ fit cum aquâ benedictâ, ùt ibi faciendum esse cum Aspergillo nec non cum aquâ & Signô crucis super eos, eo modô, quô fieri jubetur in Rituali Romano in Benedictione *Mulieris* post Partum, & aliarum Personarum. Dixi autem suprà : *Missam pro Sponso & Sponsa* in Missali assignatam dicendam esse diebus non impeditis, *siquidem Nuptiarum Benedictio facienda* ; si enim hæc in Nuptiarum solennitate non interveniat, non est dicenda *Missa pro Sponso & Sponsa*, uti contingit, si *vidua* est Sponsa, esto vir nunquam habuerit uxorem : si verò uxorem habuerit vel *Virginem* duxerit, tunc, ubi usus viget Consuetudo, poterunt Nuptæ perinde *benedici*, ac si ipse uxorem non habuisset, dicendo *Missam pro Sponso & Sponsa*, ut suprà ; cum

ea-

expresè in tali quoque casu permittat Rituale Romanum Pauli V. antè cit. Ex quibus patet: secundas Nuptias nunquam esse benedicendas: illæ autem Nuptiæ Censentur hîc *secundæ* (ut non benedicantur) quæ sunt secundæ ex parte *Fœminæ*, quamvis sint primæ ex parte Viri: nec refert, an ipsa vidua secundò nubens sit *Virgo*, vel non, sed an semel jam sit *benedicta*: unde, quæ semel nupsit, sed ante Benedictiones receptas facta est vidua, dum postea iterum nubit, omnino fit *benedicenda*: è contra verò, quæ semel est *benedicta*, non iterum est *benedicenda*. Quòd si proin mulier non Benedicenda Tempore Contrahendi Matrimonij peteret Missam pro felici Conjugio, nequaquam dicenda foret Missa *pro Sponso & Sponsa*, sed de Tempore occurrente, vel alia Missa Votiva, nisi sit dies Dominica, aut *Festum duplex &c.* Cæterùm in Missa *pro Sponso & Sponsa* non esse dicendum *Gloria in Excelsis*, nec *Credo*, colligitur ex eo, quòd in ea Missa juxta Missale dicendum sit in fine *Benedicamus &c.* Et hæc de Missis Votivis. De quibus Gav. *To.* 1. *P.* 4. *Tit.* 17. Lohner Instr. pr. 1. P. 4. Tit. 2.

APPENDIX

De Diebus ac Festis, in quibus cantandæ sunt plures Missæ Conventuales, seu Principales.

IN Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis datur, ac à Rubr. Gener. Missal. Tit. 3. n. 1. & 2. Tit. 5. n. 1. Tit. 7. n. 2. adstruitur, & alijs undecim ad minimum locis (nempe ante Vigil. Ascension. Domini, item die 25. Apr. 28. Jun. 9. & 23. Aug. 15. 16. 19. & 20. Sept. 2. Nov. & 15. Dec.) ne oblivioni tradatur, inculcatur, eáque juxta ipsius S. R. C. Decreta, rigorosa obligatio dicendi subin plures Miss. Convent: nam

In Ferijs Quadrages. quatuor Temporum, Rogat. & Vigil. si Festum occurrat *dupl.* vel *semidupl.* vel *dies Octavæ* alicujus Sancti, vel etiam *dies infra Octav. SS. Corpor. Christi*, in Ecclesijs Cathedralib. & Collegiatis cantantur *duæ Missæ*, una de *Festo* post Tertiam, alia de *Feria* post Nonam. In Vigil. verò Ascension. si occurrat Festum *dupl.* vel *semidupl.* dicuntur *tres Missæ*, 1. de *Festo*, post *Tertiam*. 2. de *Vigil.* post *Sextam*. 3. de *Rogat.* post *Nonam*. *Prima* quoque *die* cujusque Mensis (extra Advent, Quadrages. & Tempus Pasch.) non imped. Offic. *dupl.* vel *semidupl.* si occurrat *Festum simplex*, vel *Feria*, *habens propr. Missam*, vel *resumenda sit Missa Dominicæ præcedent.*

dent. quæ fuit impedita, nec alia die resumi possit, pariter dicuntur duæ Missæ: 1. de Defunctis post Primam. 2. de Festo simplici, vel de Feria prædicta, post Sextam. In Commemor. Omnium Fidelium Defunctorum duæ rursus dicuntur Missæ: 1. de Octava Omnium Sanctorum post Tertiam; altera de Defunctis, post Nonam, servata lege uniuscujusque Missæ. Quæ omnia, ut ut suprà P. I. & II. hujus Libri proprijs suis locis sint annotata, hîc tamen ea simul in compendio referre, & sub unum quasi aspectum cum Directorio recentissimo Romano proponere in gratiam Lectoris placuit. Qui plura de hoc desiderat, videat Gav. To. 1. P. I. Tit. 3. n. 1. & 2. & P. 3. Tit. 11. à n. 7. usque ad 12. (ubi de obligatione cantandi 2. Missas Conventuales in dictis Ecclesijs) ac denique P. 4. Tit. 15. totô, ubi à n. 3. Ordine Mensium servato singillatim enumerat Festa, in quibus eæ cantari debent, quô tamen locô n. 3. Mense Decembri addenda quoque modò est dies Octava Immaculatæ Conceptionis B. V. M. quando ea incidit in Feriam quatuor Temporum, postquam nempe Festum dictæ Conceptionis de mandato Innocent. Papæ XII. celebrandum deinceps est in tota Ecclesia cum Octavâ. Ad Ritum verò decantandi prædictas Missas Convent. quod attinet, observanda sunt sequentia. I. Quælibet illarum celebranda est Horâ à Rubr. General. Missal. Tit. XV. Statuit, & quidem in suo proprio Colore, etiam Pallij Altaris, absque alterius illarum Commemoratione, cum Evangelio S. Joannis in fine. II. Si quæ de Festo simplici, aut de die infra Octavam facienda fuerit Commemoratio, fieri ea debet in Missa de Festo &c. III. Si autem facienda fuerit Commemoratio de Vigilia occurrente in Quadragesima, aut quatuor Temporibus, fieri ea debet in Missa de Feriâ, addita 3. locô ea Oratione, quæ aliàs in tali Missa 2. locô dici deberet. IV. Dicuntur autem in Missa de Feria Orationes tres pro diversitate Temporis, ùt in Semidiebus, tunc occurrentibus: possunt tamen etiam dici 5. vel 7. ad libitum. V. In Missa de Vigilia dicuntur pariter tres, nempe 2. de S. MARIA (exceptâ Vigiliâ Omnium Sanctorum, in qua Oratio 2. est de S. Spiritu) 3. Ecclesiæ, vel pro Papa. VI. Utraque autem hujusmodi Missa, nempe tam de tali Feria, quam de Vigilia, dici debet sine Gloria & Credo & cum Præfatione feriali Communi, vel feriali de Tempore, & cum Benedicamus Domino in fin. VII. Missa denique pro Defunctis, si dicenda est, Principalis dicitur Generaliter pro Defunct. Sacerdotibus, Benefactoribus, & Alijs, seu Missa quotidiana, prout extat in fine Missalis cum Præfatione Communi, & s

Ora-

Orationibus, ùt ibi, præterquam in Commemoratione *Omnium Fidelium Defunctorum*, in qua dicitur *Prima Missa*, cùm unica Oratione, ùt ibidem.

TITULUS. VIII.

De Ritibus, ac Cæremonijs Obſervandis in Miſſis quibusvis, tam ſolennibus, quàm privatis, non modò à Celebrante, ſed etiam ab ejus Miniſtris quibuſcunque.

QUid Obſervandum ſit 1. In *Miſſis*, quæ vel *privatim*, vel *ſolenniter* dicuntur Coram Expoſito Venerabili, vide apud noſtrum P. Hippolytum à Portu Vicentino in *Tractatu de Cultu DEI &c. Venetijs edito* 1705. *P.* 3. *c.* 7. necnon ejusdem capitis Append. 1. & 2. *f.* 357. *item apud P. Lohner Inſtruct.* 1. *P.* 4. *Tit.* 1. Gerlacum Vinitorem *Compend. Sac. Rit. P.* 4. *Tit.* 5. Michaël Bauldry *in Manual. Sac. Caremon. Edit: nov. P.* 3. *c.* 20. *à fol.* 197. Caſtaldum in Prax. Cærem. l. 3. ſ. 10. c. 3. & Gavant. *To.* 1. *P.* 2. *Tit.* 14. addictis ijs, quæ præcedente Titulô 7. *De Miſſa Votiva SS. Sacramenti*, ejúſque in 40. *Horarum Comprecatione* publica Expoſitione nos ſuprà *à f.* 239. diximus, & infrà Tit. ult. dicemus. Apud eosdem AA. vide etiam obſervanda in facienda ſeu diſtribuenda Sacra Communione tam *generali*, quàm *particulari*, tam *Clericorum*, quàm *Laicorum*, tam *extra* quàm *intra Miſſam*, eámque tam *ſolennem*, quàm tantùm *privatam*, nominatim apud Gavantum *To.* 1. *P.* 2. *Tit.* 10. *à n.* 6. Arnaud. *Tr.* 1. *P.* 2. *Tit.* 10. *à n.* 14. & 32. Caſtaldum *l.* 2. *ſ.* 5. *c.* 3. *à n.* 2. *ac* 4. & *ſ.* 14. *c.* 7. & 8. item *l.* 1. *ſ.* 3. *c.* 2. & 3. Mich. Bauldry *Man. P.* 3. *Tit.* 10. *in Notis ad Rubr.* 10. *Miſſal. de Rit. celebr. Miſſ. n.* 6. *f.* 152. item *c.* 8. & 11. *artic.* 10. Gerlac. Vinitor. *P.* 2. *T.* 10. *in Annotationibus* 2. *generis*, *à f.* 210. & *P.* 4. *Tit.* 4. P. Lohnerum *Inſtruct. pract.* 1. *P.* 2. *Tit.* 26. & *P.* 6. *Tit.* 10. *n.* 6. &c. ac P. Hippolytum à Portu Vicent. *Tr. de Cultu DEI P.* 1. ad *Tit.* 10. *Miſſal. de Ritu celebrandi Miſſam*, *in Annotationibus ad Rubricam* 6. *illius Tituli à fol.* 130. item *in Appendice ejusdem Tituli ac Rubricæ fol.* 135. ubi agit de diſtributione *S.* Euchariſtiæ immediatè, vel antè, vel poſt Miſſam. Vide etiam Joannem Clericatum in Deciſionibus de Virt. & Sacram. Pœnitent.

rent. Decis. 15. *n.* 4. ubi ex Bisso in Hierurgia Litt. C. Verb. *Communio &c.* asserit : *Confiteor* recitari semper debere ante Administrationem S. Eucharistiæ, sive in Missa, sive extra Missam, exceptô, quando in Missa Communicandus sit aliquis Episcopus, vel Cardinalis, aut alius Prælatus, etiam Regularis; tunc enim non dici *Confiteor*, neque *Misereatur*, neque *Indulgentiam*, sed omnibus his omissis porrigi prædictis S. Synaxin, dicendo : *Corpus Domini nostri &c.* Sic ille.

Quid Observandum 2. In *Prima Missa* novi *Sacerdotis*, tam *privatâ*, quàm *solenni*? vide pariter apud Michaël. Bauldry in *Man. Sacrar. Cæremon. edit. nov. P.* 3. *fol.* 160. *c.* 10. Gerlac. Vinitor. *Compend. Sacr. Rit. P.* 2. *Tit.* 15. totô. P. Lohner *Instr.* 1. *P.* 4. *Tit.* 5. Ex quibus duo priores Rem hanc non nihil fusiùs pertractant.

Quid Observandum 3. Facienti *Missam privatam* coram Prælato tam existente *in loco suæ Jurisdictionis*, quàm *extra illum*, vide apud Michaël. Bauldry *Man. cit. P.* 3. *fol.* 159. *c.* 9. & Gerlacum Vinitor. *P.* 2. *Tit.* 14. P. Hippolyt. à Portu Vicentin. in *Tr. de Cultu DEI &c. P.* 3. *c.* 4. *à fol.* 328. Sacerdoti autem Missam novam celebranti fas esse oblationes accipere, modò non discedat ab Altari, responsum ajunt Româ à Sac. Congregat. 1601. 1. Octob.

Quid Observandum 4. Celebranti *solenniter* coram summo Pontifice, aut *Cardinale*, aut coram Legato *Sedis Apostolicæ* intra fines suæ Legationis, vel coram *Patriarcha* in locis suæ *Jurisdictionis*, aut coram Archi-*Episcopo* in tota ejusdem Provincia, vel denique coram *Episcopo* in sua Diœcesi, in Ecclesijs etiam Regularium, & Exemptis, vide apud Gav. *To.* 1. *P.* 2. *Tit.* 3. *à n.* 2. Caldum in Cæremoniali l. 2. *c.* 9. & 7. P. Hippolyt. à Portu. P. 3. c. 4. P. Lohner *Instruct. Præt.* 4 *Tit.* 6. & Gerlac. Vinitorem *Tit.* 10 ubi ex Cærem. *Episcoporum Rubric. Missal.* Rem hanc accurate exequitur. Vide etiam Michael. Bauldry *Man. Sac. Cærem. P.* 5. *fol.* 357. (ubi de Missa, quæ *sine cantu* celebratur *coram Episcopo*, in locis suæ Jurisdictionis) & eadem *P.* 5. *à fol.* 357. ubi ex *II. Libro Cæremonialis Episcoporum Cap.* 9. *artic.* 1. & 2. agit de Observandis in *Missa solenni*, quæ *coram Episcopo* celebratur in Ecclesijs Cathedralibus, & Non-Cathedralibus.

Quid Observandum sit 5. Ipsismet Episcopis, & *alijs* Ecclesiæ Prælatis, nec non Utrorumque Ministris in *Missis tam Vivorum*, quàm *Defunctorum*, iisque tam Pontificaliter seu *solenniter*, quàm non *solenniter* & *sine cantu* celebratis, nec non in *alijs Functionibus*, ab ijsdem Ecclesiæ Prælatis *Pontificaliter* peragi solitis (ut

(ùt cùm *solennes* decantandæ sunt Vesperæ, aut post *Missam Pontificalem* pro Defunctis decantatam facienda ab ipsis est Absolutio *solennis* circa *Castrum*, ut vocant, *Doloris &c.*) accuratè traditur in Cæremoniali *Episcoporum* constante duobus Libris, jussùque Clementis Pap. VIII. edito & approbato, nec non ejusdem, ac Innocentij X. auctoritate recognito; atque etiam ex eodem pluribus edisserunt Castaldus l. 2. s. 9. c. 3. & 6. Michaël Bauldry in *Man. Sac. Cærem. Rationis novæ* P. 5. *totâ*, *ejúsque Appendice*. Gerlac. Vinitor. Compend. Sac. Rit. P. VII. per viginti & octo Titulos: in quorum ultimo exponit, quid observandum in Missa, quæ *sine cantu* ab *Episcopo* celebratur. Notandum verò inter alia hic venit ex Sac. Rit. Congregat. Decreto à Nonnullis allegato, septimum Candelabrum adhibendum solummodo esse in Missis solemnibus Episcopi, sed non Defunctorum.

Quid Observandum sit 6. Cuicunque alij Officiatori, ejúsque quibuslibet Ministris in *Missa* tam *solenni*, quàm *minùs solemni* quacunque aliâ; & quomodo supplendæ sint *vices Clericorum absentium* in *utraque* harum *Missarum*, accuratè post Gav. *To.* 1. declarant Josephus Cabrinus in Epitome Sacr. Rit. Venetijs impressa unà cum eidem præfixo utilissimo *Directorio* Ordinandorum 1691. Bauldry *Manual.* P. 1. *totâ*, præsertim autem *c.* 5. *&* P. 3. *à fol.* 161. ac seqq. usque ad finem illius Partis ac Titulor. Gerlac. Vinitor. *P.* 4. *Tit.* 1. 2. 3. 11. 12. 13. 16. *& seqq.* nec non additis ijs, quæ idem habet *P.* 1. *Tit.* 17. P. Hippolyt. à Portu in Tractatu mox citando *P.* 2. *c.* 1. 2. *&* 3. P. Lohner *Instruct Pract.* 1. *P.* 2. *&* 3. *totâ*. Hìc illud tantùm adverto, quòd, cùm rogata fuisset Sac. Rit. Congregatio, an Sacerdos celebrans *Missam Conventualem*, in qua Chorus cantare tenetur *Symbolum*, & quidem integrum, possit illam prosequi eo Tempore, quò à Choro prædictus Cantus perficitur? Sac. Congregatio die 17. Decembr. 1695. Responderit: *Non posse.*

Quid Observandum sit 7. In *Missis privatis tum à Celebrante*, tum etiam à *Ministro Missæ privatæ*, rursus post Gavantum *To.* 1. *totô*, & *Castaldum in Praxi Cæremon. l.* 1. *s.* 4. *c.* 1. *& l.* 2. *s.* 6. tradunt exactè Michaël Bauldry *P.* 3. *à cap.* 2. *usque ad* 9. & *P.* 1. *c.* 17. *&* 18. Josephus Cabrinus loc. suprà cit. Gerlacus Vinitor *P.* 2. *totâ*, quibus adde, quæ idem habet *P.* 1. *&* 3. P. Lohner *Instruct. Pract.* 1. *P.* 2. *totâ*, item *P.* 3. *Tit.* 9. *& P.* 6. *Tit.* 14. *totô. à fol.* 266. P. Hippolyt. à Portu Vicentin. *Tr. de Cultu DEI* P. 1. in suis eruditissimis Adnotationibus ad Rubricas *Missæ privatæ* faciendæ, ubi plura ab alijs omissa, aut dissimulata; & denique Auctor Libelli, cui Tituli: Cæremoniale Missæ privatæ &c.

&c. impressum juxta Exemplar Romanum Augustæ Vindelicor. 1706. additis pauculis hinc inde claritatis & consuetudinis in Germania legitimè introductæ gratiâ, ut in ejus fine dicitur.

TITULUS IX.

De Celebratione Missarum in Oratorijs privatis.

QUia plures abusus irrepserant in Usum Indultorum habendi *Oratorium privatum*, eos paucis abhinc annis S. C. Concilij Tridentini Interpretum (Sanctiss. D. N. Clem. XI. approbante) Decretô Generali, emanatô 15. Decembr. 1703. at publicatô 8. Januar. 1704. eliminare curavit, quod de Verbo ad Verbum refert Francisc. Monacelli *P. II. Formularij legalis practici* fol. 72. & seqq. ac ità sonat: " Quoniam Sancta Sanctè sunt tractanda, ac præsertim tremendum " incruenti Sacrificij Mysterium, " quod omni Religionis cultu, & " Veneratione peragendum est; propterea super observandis, & evitandis in Celebratione Missarum in " Sacrosanctis Oecomenicis Concilijs, ac præsertim Tridentino sub " Cap. unico sess. 22. inter cætera " statutum est, ut tantum Sacrificium solummodo in Ecclesijs, aut " Oratorijs divino tantùm cultui dicatis celebrarentur, præcipiendo " Episcopis, & Locorum Ordi- " rijs, ne privatis in Domibus, aut " omnino extra Ecclesiam pos- " paterentur; ac subinde Sacra Con- " gregatio Eminentissimorum ac " Reverendissimorum Sac. Rom. Ec- " clesiæ Cardinalium ipsius Concil. " Tridentini Executioni, & Interpretationi præpositorum sanctè- " pius per opportuna Decreta pro- " pentes abusus eliminavit. Ne- " dernis tamen Temporibus acci- " tuit Sanctissimo Domino Nostro " quòd nonnulli Episcopi sub præ- " xtu Privilegiorum Cappellis Epi- " scopalibus Competentium & con- " plures Regulares, sub prætextu " Privilegiorum, quæ ipsis à Sanctâ " Sede Indulta noscuntur, per abu- " jusmodi Privilegiorum dilatatio- " nem, seu potiùs excessum, & abu- " sum in nonnullis Diœcesibus, " præsertim Regni Neapolitani, " in ipsa Neapolis civitate, ea sibi " licere putant, quæ permissa non " sunt, quinimò prohibita; hoc " dem

"dem nonnulli Episcopi, etiam in a-
"liena Diœcesi, & extra Domum pro-
"priæ habitationis in privatis Laicor.
"Domibus erigi faciunt Altare, ibi-
"que per unum, aut plures ex suis
"Cappellanis vivificam Christi Ho-
"stiam immolare; Regulares verò
"in quibusdam Magnatum, seu a-
"liarum Nobilium Personarum pri-
"vatis Oratorijs, quæ certis quan-
"doque ex causis à S. Sede Apo
"stolica concedi solent, celebrare
"audent, vel plures Missas, quàm
"in ipsis celebrare sit indultum, vel
"absque præsentia Personarum,
"quarum Contemplatione gratiosa
"concessio emanavit, vel extra de-
"bitas horas, & post meridiem, vel
"illis etiam diebus, quibus per con-
"stitutiones Diœcesanas, aut etiam
"per Decreta Sacræ Congregatio-
"nis Concilij celebrari prohibetur,
"aut quæ in ipsismet Indultis Apo-
"stolicis excipiuntur, quominùs in
"iis celebrari possit, aut etiam Alta-
"ri portatili uti non verentur in
"Sanctarum Sanctionum contem-
"ptum, ac Sancti Sacrificij irreve-
"rentiam.

" Quamobrem ad abusus hu-
"jusmodi eliminandos, & ad instau-
"randam Venerationem tremendo
"Ministerio debitam, idem SS. Do-
"minus Noster ex unanimi voto S.
"Rom. Eccles. Cardinalium Con-
"cilij Tridentini Interpretum, in-
" hærendo declarationibus, aliàs
" hac de re editis, expresè decla-
" rat, Episcopis, & his majoribus
" Prælatis etiamsi Cardinalatûs di-
" gnitate fulgentibus, neque sub
" prætextu Privilegij Clausi in Cor-
" pore Juris, neque aliô quocunque
" Titulô, ullô modô licere extra
" Domum propriæ habitationis in
" Domibus laicis, etiam in propria
" Diœcesi, quod fortiùs intelligitur
" in aliena, etiamsi Diœcesani con-
" sensus adhiberetur, erigere Altare,
" ibique Sacrosanct. Missæ Sacrificiũ
" celebrare, seu celebrari facere, ac pa-
" ri modo in Oratorijs privatis, quæ
" per S. Sedem Concessa fuerint, non
" licere Regularibus cujusvis Ordi-
" nis, aut Instituti, seu Congrega-
" tionis, etiam Societatis JESU, aut
" etiam cujuscunque Ordinis Mili-
" taris, etiam S. Joannis Hierosoly-
" mitani, aut alijs quibuscunque
" Sacerdotibus; etiamsi essent Epi-
" scopi, in ijs celebrare in diebus
" Paschatis Sanctissimæ Resurre-
" ctionis, Pentecostes, Nativitatis
" Domini Nostri JESU Christi, a-
" liisque anni Festis solemnioribus,
" ac diebus in Indulto exceptis. In
" reliquis verò diebus prædictis Re-
" gularibus, seu Sacerdotibus qui-
" buscunque, etiam Episcopis, in
" præfatis Oratorijs celebrare non
" licere, ubi etiam unica Missa, quæ
" in Indulto conceditur, celebrata
" fuerit, super quo celebraturus re-

" nea-

" neatur diligenter inquirere, & de " eo se optimè informare; atque il- " la etiam in casibus permissis cele- " brari nequeat post meridiem, de- " mandando propterea ulteriùs, ac " declarando in Omnibus hujusmo- " di casibus, Personas quascumque " dictas Missas audientes nullatenus " Ecclesiæ Præcepto satisfacere : " quo verò ad Altare portatile ite- " rum inhærendo Declarationibus " suprà dictis censuit licentias, seu " privilegia concessa nonnullis Re- " gularibus in *cap. in his de privileg.* " & per aliquos summos Pontifices " Regularibus Communicata, uten- " di dicto Altari portatili, in eóque " celebrandi absque Ordinariorum li- " centia in Locis, in quibus degunt, " omnino revocata esse per idem " Sacrum Concilium, & propterea " eosdem Regulares prohibendos, " nè illis utantur, ac mandandum, " prout præsentis Decreti tenore " mandatur Episcopis, aliisque Or- " dinarijs Locorum, ut contra " quoscunque Contravenientes, " quamvis Regulares, procedant e- " etiam tanquam Sedis Apostolicæ " Delegati, ad pœnas præscriptas " per idem Sacrum Concilium in " dicto Decreto *Sess.* 22. usque ad " censuras latæ sententiæ, tributa " etiam eisdem facultate perhoc " Decretum, ità procedendi perinde, " ac si per *S.* Sedem Specialiter con- " cessa fuisset. Et ità Sanctitas " sua declarat, & servari manda- " Romæ hac die 15. Decembris 1703. &c.

Occasione hujus Decreti Fran- cisc. Monacelli loc.cit.n.33. observat, non modò externos non satisfacere *Præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacrificio* bus *Dominicis*, ac *Festis*, sed nec omnes *Familiares* Indultarij (quorum appellatione veniunt, qui actu inservium, & vivunt expensis Domini, qui gaudet Indulto. Barbos. in pellat. 96. num. 1.) tam sani, quam infirmi, sed eos tantùm quoad hoc Indultò, Domino Domûs comitati gaudere, qui in ipso actu Celebrationis Missæ Servitio Domini sunt necessarij; quódque contrarius usus seu consuetudo sit corrupta, & malus abusus contra expressam Pa- pæ Intentionem. Colligit id ex Clausulis, quibus concedi solent *Oratoria privata*, quæ Regulariter sunt istæ :

Volumus autem, quòd Familiares, Servitijs tuis tempore dictæ Missæ actu non necessarij, ibidem Missæ hujusmodi interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus Festis de Præcepto minimè liberi censeantur.

Pro Infirmo autem etiam Nobili :

Sibi, ut etiam diebus, ut præfertur, exceptis, si in illis ob infirmitatem Domo egredi non poteris, in dicto Oratorio prædictam unicam Missam celebrari fa-

re, ac illam cum una Persona, Servitijs tuis necessaria, dumtaxat audire liberè, & licitè valeas. Vel :

In tuâ, ac unius Personæ, Servitijs tuis necessariæ, dumtaxat præsentiâ celebrari facere liberè, & licitè possis & valeas. Volumus autem, quòd alij præter suprà dictam Personam Missæ hujusmodi ibidem intereſſentes ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus Festis de Præcepto, minimè liberi censeantur.

Et pro Oratorio rurali.

In tua, ac Familiæ, & Hospitum Nobilium tuorum præsentiâ celebrari facere liberè, & licitè possis. Volumus autem, quòd Familiares Servitijs tui tempore dictæ Missæ actu non necessarij, ibidem Missæ hujusmodi intereſſentes ab obligatione audiendi Missam in Ecclesijs diebus Festis de Præcepto minimè liberi censeantur. Plura de hoc argumento vid. apud cit. Auctor.

Quantùm autem attinet ad Clausulam illam, tum in suprà relato Decreto Pontificio positam, tum etiam in Indultis Oratorij privati Episcopalibus exprimi solitam : *exceptis solennioribus Festis*, Sac. Rit. Congregat. die 17. Novembris 1607. dèclarâsse fertur : in Altari privati Oratorij, cui conceditur ex privilegio Apostolico celebratio Missæ (*exceptis solennioribus Festis*) non posse in eo celebrari in Natali Domini, Epiphaniâ, Paschate, Pentecoste, Annunciatione, Assumptione B. Virginis, Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli, & omnium Sanctorum. Ità testatur Joan. Clericatus in *Decisionibus de Sacros. Miss. Sacrific. in princip.* Rubricæ autem General. Breviarij Rom. *Tit. 9. num. 5.* Festis solemnioribus, & quidem primi Ordinis, annumerant etiam Festum *Ascensionis Domini, & Corporis Christi*, item *Festum Nativitatis S. Joan. Baptistæ*, nec non *Festum Dedicationis propriæ Ecclesiæ*, uti & *Patroni principalis*, ac *Titularis*. Verùm in his posterioribus licitum esse in ejusmodi Oratorio ùt suprà celebrare (utì & in Feria II. ac III. Paschæ & Pentecostes) apud P. La Croix To. 6. n. 271. docet Quarti : additque ibidem P. La Croix, quòd quando tale Oratorium concessum est propter *Infirmitatem*, tunc non sit opus ratione *Personæ infirmæ*, quæ Ecclesiam accedere non potest, excipi ullos dies solenniores. At notandum pariter est, non deesse moderni Temporis Scriptores, qui allegent Decretum Sac. Rit. Congreg. de anno 1690. 11. Febr. & 11. Martij, quò prohibeantur in *Sabbatò Sanctò*, quæcunque *Missæ privatæ*, etiam post Pulsationem Campanarum in *quacunque Ecclesia*, aut *Oratorio privato*, non obstante contraria consuetudine. Plura de *Oratorijs privatis*, Missarúmque in illis prohibita vel permissa celebratione, post Decretum

tum præsertim Clem. XI. (quod & ipse num. 258. magna ex parte cit. Tom. 6. refert) vide apud eumdem P. La Croix ibidem *à n.* 262. vide etiã P. Illsung agentem de loco Sacrificij Missæ. Porrò memorato S. D. N. Decreto accommodanda quoque sunt illa, quæ fusè tradit de Oratorijs privatis Gob. Tr. 5. à n. 342. Idem P. La Croix Tom. eod. à n. 255. & 256. universim agit de Locis, in quibus *licitum*, & non *licitum* est celebrare ex Ecclesiæ, ac *Theologorum* (quos refert) Doctrina. Idem facit Gob. Tr. 3. cas. 8. à n. 237. ostendens, Communiter non licere celebrare, nisì in Ecclesia, eáque consecratâ, vel saltem benedictâ, & non violatâ, vel execratâ, nec interdictâ &c. ac proinde mortaliter peccare, per se loquendo, illum, qui extra certos quosdam casus in loco profano celebrat, etiam honesto.

Ad Tempus verò (quô, ubi ubi demum, fas vel non fas est celebrare tam *Missas privatas*, quàm etiam *Conventuales*, ac *Principales*) quod attinet, agit de eo idem La Croix *To. 6. cit. à n.* 223. & 224. Item Gav. *To.* 1. *P.* 1. *Tit.* 15. *ad Rubric. Gener. XV. Missalis de Hora celebrandi Missam.* Arnaud. *Tr.* 1. *P.* 1. *Tit.* 15. Gerlac. Vinitor. *P.* 1. *Tit.* 15. Lohner. *Instr. pract.* 1. *P.* 2. *Tit.* 36. Quibus adde, quæ dicta sunt suprà P. 1. & nos dicemus hîc infrà *Tit. sequenti §.* 2. *n.* 3. *&c.* Item, quòd ex Decreto Sac. Rit. Congregat. Nonnullis allegato non permittatur celebratio ad Altare majus, dum dicuntur in *Choro Matutinum*, & Hora. Quòd non sit celebrandum in Altari, in quo eâ die celebravit proprius Episcopus in suâ Diœcesi, nisi de expresso ejusdem consensu, si haberi possit, vel tacito in casu aliquo necessitatis, habetur in Concil. Antisiodor. ap. Gav. To. 1. P. 1. Tr. 20. ubi idem asserit à fortiori de Altari, in quo Papa celebravit, item de eo, ad quod celebravit Legatus à latere intra fines suæ legationis. Quòd item in Cathedrali recitandum sit Matutinum manè, non autem Vesperi (saltem regulariter) pro die sequenti : quod in Ecclesia *Collegiata* possint Divina civilis persolvi, quàm in *Cathedrali* : quòd intra clausuram Monialium prohiberi omnino debeat *celebratio Missæ*, etiam ad Communicandas Infirmas, non obstante antiquissima consuetudine : quòd in eodem Palatio nonnisi unum concedatur *Oratorium privatum* : quòd tamen nomine *Domûs privatæ* non comprehendatur *Palatium Episcopi* in Decr. Concil. Trid. de observand & evit. in celebr. Miss. vid. Gav. loc. cit. ante fin. ubi plura de Orator. priv. ibid. tradit, ac probat 1. Quantumvìs Icon Altaris, ad quod celebratur, principalis præseferat imaginem Crucifixi (seu depictam, seu sculptam) insuper tamen aliam in-

inter Candelabra, ùt ibi, esse collocandam, & quidem cum imagine Crucifixi in eâ, ipsâque Candelabra cum sua Imagine superantem. 2. Sacras reliquias hinc inde vel inter candelabra, vel in gradu superiori exponi solitas, ità esse collocandas, ut nunquam supra locum SS. Sacramenti, præsertim, si exponatur Populo pro Oratione publica, ponantur, citans Cærem. Ep. l. 1. c. 12.

TITULUS X.

De Officio, & Missis Defunctorum.

TAm de *Officio*, quàm de *Missis* Defunctorum erudita suo more tradit Gavantus (de *Istis* quidem *To.* 1. *Thesaur. Sac. Rit. P.* 1. *Tit.* 5. & 15. præcipuè verò *P.* 4. *Tit.* 18. De *Illo* autem *tom.* 2. *s.* 9. *c.* 2.) Ex quibus ea, quæ practica sunt, hîc ego in compendio referam. Sit igitur

§. I.

De Officio Defunctorum.

TAmetsi juxta Bullam Pij V. (hôc annô 1712. die 22. Maij à Clemente XI. in Sanctorum Catalogum relati) non detur ampliùs (excepta Commemoratione *Omnium Fidelium Defunctorum*) stricta Obligatio recitandi hoc *Officium*, saltem universaliter, ac quantum est, ex vi Præcepti Ecclesiæ; juxta Rubricam tamen propriam huic Officio præfixam dicendum hoc omnino est in *Choro* ab ijs, qui ad hunc Obligantur, extra *Tempus Paschale*, *Adventum*, ac *Quadragesimam*, *primâ* cujusque Mensis *die* non impeditâ Festô, aut Officiô 9. Lectionum; alioquin aliâ sequenti die ejusmodi Festô vel Officiô 9. Lectionum non impeditâ; in *Adventu*, & *Quadragesimæ* verò omni & solâ *Feriâ secundâ* cujuslibet Hebdomadæ similiter non impeditâ, præterquam in majori Hebdomadâ, & Vigiliâ Nativit. Domini, si hæc cadat in Feriam II. ùt postea dicetur.

Quòd si omnes dies Mensis (extra Quadragesimam, Adventum & Tempus Paschale) usque ad diem ultimam alicujus mensis exclusivè, aliquando sint impediti Officijs 9. Lectionum, adeoque sola dies ultima mensis sit libera ab Officio 9. Lectionum, adhuc dici die illa in *Choro* debet cum pridianis Vesperis *Officium Defunctorum*, quantumvis die mox subsequente, Officiô 9. Lectionum non impeditâ, sit iterum

rum id recitandum pro menſe ſubſequente. Modum autem id recitandi in *Choro* in ejuſmodi Ferijs tam quoad *Veſperas*, quàm *Matutinum*, & *Laudes* vide ſuprà P. II. die 9. & 10. Novembr.

Intra *Adventum*, & *Quadrageſimam* nulla habetur ratio *Menſis*: quamobrem ſi in *Adventu*, & *Quadrageſimæ Officium Defunctorum* non queat Menſe *Decembri*, aut *Martio* dici in *Ferijs ſecundis* (utì contingit reſpectu Adventûs, quando Dominica I. *Adventûs* occurrit die 25. Novembris; reſpectu autem Quadrageſimæ, quando Feria IV. *Cinerum* occurrit die 28. Februarij) eo in caſu, non eſt id recitandum in alijs Ferijs, ùt rectè contra Caſtaldum probat Gav. To 2. ſ. 9. c. 2- n. 12. &c.

Tempore autem *totô Paſchali* nec ratione *Menſis*, nec ratione *Feriæ II.* dicitur in Choro *Officium Defunctorum.*

Occurrente quoque Vigiliâ *Nativitatis Domini* in *Feria II.* Hebdomadæ *quartæ* Adventûs non eſt recitandum in Choro *Officium Defunctorum*, nec etiam pridie illius Vigiliæ recitandæ ſunt *Veſperæ* illius Officij, utì rurſum contra Caſtaldum demonſtrat Gav. *l. c. n.* 14.

Ad *Horam*, quâ recitandum eſt diebus non impeditis hoc Officium, quod attinet, juxta Rubricam ei præfixam *in Choro* dicendum eſt poſt *Officium diei*, id eſt, Veſperæ poſt Veſperas, & Matutinum poſt Laudes diei (niſi alia ſit conſuetudo Eccleſiarum) dictô *Benedicamus Domino*, & omiſſo Verſu: *Fidelium animæ &c*; *extra Chorum* verò dicitur hoc Officium pro opportunitate Temporis.

Non habet Veſperas ſecundas hoc Officium, ſed tantùm primas, unde ejus Veſperæ in Choro ſemper recitandæ ſunt pridie diei non impeditæ Officiô 9. Lectionum, ideoque poſt Veſperas diei præcedentis, etiamſi iſta ſit *duplex*, vel etiam *Feſtiva de præcepto*, utì Sac. Rit. Congregat. die 25. Maij 1603. apud Arnaud. *Epitom. Tr.* 2. *in append. breviar. Tit.* 2 definivit. Quòd ſi *Matutinum* fortè præſente corpore omittendum dicatur, eo caſu omittendæ ſunt Veſperæ; quia Matutinum Tempus non eſt Tempus primarum Veſperarum. *Gav. l. c. n.* 6.

Tametſi juxta *Communia Epiſcopor. l.* 2. Epiſcopis conceſſum, ut in *die Feſto Omnium Sanctorum* non modò *Veſperas*, ſed etiam *Matutinum* & *Laudes* Officij Defunctorum poſſint poſt *Completorium diei* præſequenti *die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum* in ſuis Eccleſijs cum ſuo Choro recitare (ut ſequenti ſcilicet manè ſint liberiores ad Miſſam pro Defunctis ſolenniter cantandam) alijs autem Sac. Rit. Congregatio de anno 1607. die 1. Septembris id facere prohibuerit, ne bene

bens, ut *Laudes*, & *Matutinum* Officij Defunctorum recitent ipsa *die Commemorationis*, non autem *pridie*, uti videre est apud Gav. *l. c. n.* 16. Prohibitione tamen hac non obstante, subjungit hic idem Auctor numero mox subsequente, Consuetudinem illam Regularium recitandi *Matutinum* Defunctorum Vesperi post Completorium pro die sequente non videri improbandam, si de Officio *ex vi Regulæ* agatur; neque etiam *ex vi Rubricarum*, utpote in quibus dicatur : *Nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum.* Quod ipsum proin censet Bauldry *P.* 4. *c.* 18. *n.* 12. de consuetudine quarumdam quoque aliarum Ecclesiarum; eò quòd nec illa pugnet contra Rubricas Breviar. Vide dicta superiùs ad diem 1. & 2. Decembr. simúlque AA. ibi citatos.

Tametsi pro adimplenda Voluntate Testatorum concedatur, ut, quò ejusmodi Obligationi satisfiat, etiam in *Festis 9. Lectionum* dicatur in Choro *Officium Defunctorum* (dummodo separatim dicatur ab *Officio diei*) etiamsi sint Festa de *Præcepto*, *sive fori*, uti constat ex Decreto Sac. Rit. Congregat. de anno 1628. 12. Jun. apud Arnaudum & Gav. non tamen id permittendum in *Festis* 1. & 2. *Classis*; neque in *ultimo Triduo majoris Hebdomadæ*. Gav. *l. c. n.* 20. & Arnaud. *n.* 19. qui addunt, si accidat alicubi, ut sit necessitas hujusmodi Obligationes ex causa rationabili reducendi, aut commutandi, vel eas moderandi, sive ad Tempus, sive in perpetuum, declarâsse Sacram Tridentin. Concil. Congregationem Sess. 25. c. 4. posse Episcopos in Synodo, & Regularium Superiores in Capitulis Generalibus circa hæc Officia decernere quid quid magis expedire judicaverint, ea commutando in Missas &c, si ante Concilium ea fuerint imposita, non autem post, ût patet ex Decr. de celebrat. Missarum edito sub Urbano VIII. 1625. cujus summa extat apud Gav. *Manual. Episcopor. P.* 2. *fol.* 219. & *seqq.*

Ad Modum dicendi *Officium Defunctorum* quod spectat, ad *Vesperas* absolutè incipitur ab Antiphona : *Placebo Domino &c*, quæ, uti & reliquæ omnes ante & post Psalmos ac Cantica, tam in Vesperis, quàm in reliquo Officio, integræ dicuntur, quando Officium dicitur *Ritu duplici*, uti in *Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum*, & *die Depositionis Defuncti &c.*

In fine omnium Psalmorum, & Canticorum (puta *Magnificat* : *Ego Dixi* : & *Benedictus*) locò *Gloria Patri &c.* dicitur Versus : *Requiem æternam dona eis Domine &c.* qui dividitur in fine Psalmorum, ac Canticorum, uti & in Precibus, tam in *Vesperis*, quàm in *Matutino*, & *Laudibus*, esto non dividatur in Responsorijs :

sorijs : quando autem dicitur ad Psalmos, & ad Canticum *Magnificat*, atque ad *Benedictus*, dicitur in eo : *Dona eis Domine* in plurali non autem *ei* in singulari, etiam tunc quando tantùm pro *uno* dicitur Officium. *Gav.*

Psalmus *Laudâ anima mea &c*, & Psalmus *De profundis &c* (quorum prior extat in fine *Vesperarum*, posterior autem in fine *Laudum*) non dicuntur, sed omittuntur in die *Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum*, uti & in *Depositione Defuncti*, si tres Nocturni dicantur, & quotiescunque Officium Defunctorum fit duplex : dicitur tamen nihilominus etiam tunc *Pater Noster*, & Versus : *A porta inferi &c*, ac Reliqua, ùt aliàs in fine, cum competente Oratione, cui subjungitur Versus : *Requiem æternam*, & Versus : *Requiescant in pace &c.*

Versus, qui dicuntur post Psalmum *Lauda anima mea &c*, ac *De profundis*, si pro uno tantùm fit Officium, dicuntur in Numero singulari, sicut & Oratio sequens : reliqua verò in toto Officio non mutantur, neque etiam Versus post Orationem. In die tamen Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, & quando dicitur in fine solummodo Oratio : *Fidelium*, terminatur ista per Verba : *qui vivis, & regnas cum DEO Patre, in unitate &c*, ùt ibi.

Si autem ea Oratio cum duabus præcedentibus Orationibus jungatur, tunc Oratio *Fidelium* brevirem habet conclusionem, & Communem tribus, quæ dirigitur ad DEUM Conditorem & Redemptorem, diversam à conclusione illa, quæ habetur in *Missa*, Majoribus dà volentibus, qui diversimodam sequit suprà citatus Gavantus) conclusionem Orationum assignavêre in *Missali*, *Breviario*, & *Rituali Romano*, ob Rationes ab eodem ibi *n.* 2. adductas.

In fine *Vesperarum*, & Laudum dicuntur preces semper flexis genibus, etiam quando omittuntur Psalmi : *Lauda anima mea &c*, ac *De profundis &c.* idque etiam *Tempore Paschali.*

Episcopis tamen l. 2. *Ceremonial. Episcopor. c.* 10. præscribitur, ut eas *stantes* dicant, quod cum pro eorum Dignitate præscribatur, non debet esse Commune reliquo Clero, ùt notat Gav.

In *Vesperis*, & *Laudibus* tam Verba : *Pater noster*, quàm Verba : *Et ne nos inducas in tentationem &c.* dicuntur alta voce, reliqua autem secretò. Gav. *n.* 2.

Versus : *Requiescant in pace* dicitur in fine Officij omnibus respondentibus tam in *Vesperis*, quàm *Laudibus* hujus Officij, nisi alia sit consuetudo. *Id. l. c. n.* 4.

Regulariter non præmittitur Oratio Dominica secretò, neque ali-

aliquid aliud, etiam tunc, quando *Vesperæ*, aut *Matutinum Defunctorum* dicuntur seperatim ab *Horis Canonicis*, sive extra Chorum, sive in Choro. *Arnaud. supra cit. ex Gav. n. 5.*

Si *Matutinum* Officij Defunctorum aliquando dividatur à *Laudibus*, eo in casu in fine *Matutini* dicendæ sunt preces (attamen sine Psalmo) ùt in Vesperis, cum Oratione, vel Orationibus, competentibus saltem in Choro, ut sic congruo fine id terminetur.

Ad *Matutinum* (quod ab Alnino Vigiliæ nuncupatur) dicitur Invitatorium: *Regem cui omnia vivunt &c.* cum Psalmo *Venite exultemus Domino &c.* solummodo in die Commemorationis *omnium Fidelium Defunctorum*, & in die *obitûs*, seu *Depositionis Defuncti* (etiamsi unum tantùm dicatur Nocturnum, ùt habetur in Rituali Romano) item in die Tertio, Septimo, & Trigesimo *Depositionis*, nec non in die hujus *anniversario*, ac denique, regulariter loquendo, quotiescunque dicuntur *tres Nocturni* hujus Officij; eò quòd (ùt notat hîc apud Gavantum Durandus) *ad solennius Officium*, quale est, cùm dicuntur 3. Nocturni, *invitandi sunt plures*; at verò per annum non dicitur *Invitatorium*, sed omittitur; quia in hoc Officio, *Exequias* CHRISTI, in Paraseeve fieri solitas, imitamur, quô Tempore, pariter omittitur Invitatorium in Officio, ùt rursus notat Durandus, & cum eo Walafridus, & Alcuinus, quorum Prior ait: *Inchoationes*, & *Expletiones* hujus Officij non fieri ùt in Horis Canonicis, ad denotandam scilicet *Tristitiam*; posterior verò, *simili*, inquit, *modò celebramus hæc Officia* (nempe *Defunctorum*) quô ea celebrantur in *ijs diebus*, *quibus* CHRISTUS *ad inferna descendit.*

In *Die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum*, & in *die Depositionis*, seu *Obitûs Defuncti* (nisi aliud impediat) nec non in die *Septimo*, *Tertio*, *Trigesimo*, & *Anniversario Depositionis*, dicuntur tres Nocturni (in quibus juxta Alcuinum ante cit: *significantur Officia* illa *Nocturnalia*, *quæ in morte Domini celebrantur*) & Antiphonæ Officij *duplicantur*, hoc est, integræ dicuntur ante & post Psalmos, etiamsi fortè ex causa in *die Depositionis*, seu *Obitûs* nonnisi unicum diceretur Nocturnum, utì expresè monet Rituale Romanum, jussu Pauli V. editum: alijs verò Temporibus dicitur (in Choro) tantùm unum Nocturnum unà cum Laudibus, hoc ordine: *Feria II. & V. primum* Nocturnum: *Feria III. & VI. secundum* Nocturnum: *Feriâ IV. & Sabbato tertium* Nocturnum, ùt in *Breviario*, nec *duplicantur* Antiphonæ.

Lectiones (quarum in modò memoratis *ferialibus diebus* nonnisi tres dicuntur, cum tribus tantùm Psal-

Psalmis, seu uno *Nocturno*, & *Laudibus*, ad repræsentandam, ùt est apud jam pluries cit. Alcuinum, *Triduanam Christi Sepulturam*) leguntur semper sine *Absolutione*, sine *Benedictionibus*, & sine *Titulo*; nec in illarum fine additur: *Tu autem Domine &c*, aliáve conclusio, sicut nec in Triduo mortis CHRISTI, ùt rursum observat Durandus.

Post ultimam Lectionem *tertij Nocturni* Responsorium longius *Libera me Domine de morte æterna &c* dicitur solummodo in *die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum*, & quandocunque pro Defunctis dicuntur tres Nocturni, seu novem Lectiones, *ùt ibi*.

Antiphona nona: *Sitivit anima mea ad DEUM vivum &c* ità legenda est, licèt in Psalmo dicatur: *ad Deum fortem* (non *fontem*) *vivum*, ùt rectè sæpe cit. Gav. monet hîc *n.* 2.

Orationes tres, quæ dicuntur *diebus ferialibus per annum* in hoc Officio, dicuntur sub una conclusione aliô modô, quàm in *Missa*: in *hac* enim *prima* Oratio concluditur, & duæ aliæ per modum Commemorationis adduntur; at verò in *Officio Defunctorum* Commemorationes non sunt, cùm non habeant *Antiphonas*, & *Versus*, & ideo unius Orationis rationem habent, ad quam totum Officium ordinatur, concluditúrque tunc Oratio: Fidelium Clausulâ illâ breviore: *Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum.*

§. II.

De Missis de Requiem, seu Defunctorum, quâ solennibus, quâ Non-solennibus, seu privatis.

1. PRimâ *die* cujusque mensis, nec impedità Officiô *duplici*, vel *semiduplici*, dicitur (extra *Adventum*, *Quadragesimam*, & *Tempus Paschale*) juxta Rubr. V. Missæ n. 1. *Missa Principalis* Generaliter pro *Defunctis Sacerdotibus*, *Benefactoribus*, & *Alijs*, ùti ea notatur in fine Missalis post *Missam de Anniversario Defunctorum*, sub Titulo *Missa quotidiana Defunctorum*, cum 3. Orationibus, ac sine Sequentiâ, ùt ibi: si verò die illa fuerit *Festum simplex*, vel Feria, quæ propriam habet *Missam* (quam censetur etiam esse illa, in qua fit *Officium de Vigilia* alicujus Sancti, cessto *Lectiones*, ac *Missa* sumanetur de *Communi Sanctorum*) vel *Festum duplex* sit *Missa Dominicæ præcedentis*, quæ fuerit impedita, & infra Hebdomadam non occurrat alius dies, in quam resumi possit; aut denique *antiquissima* sit Missa *Dominicæ sequentis*, ùt alias quandò contingit, tunc in *Ecclesiis Cathedralibus* & *Collegiatis*, dicenda sunt

sunt duæ *Missæ Conventuales*, una pro *Defunctis* post *Primam*, vel, ubi manè post *Matutinum diei* dicuntur *Defunctorum Vigiliæ*, immediatè post dictas unà cum *Laudibus* ejusmodi Defunctorum *Vigilias* (h. e. post Matutinum & Laudes Defunctor.) adeoque ante *Primam*; altera verò de *Festo simplici*, post *Sextam*, vel de *Feriâ illâ* habente *propriam Missam*, post *Nonam*, cum Orationibus & alijs, ut suô locô: in *Ecclesijs* autem nec *Cathedralibus*, nec *Collegiatis*, utì & *Regularium*, dicatur tunc Missa etiam principalis de die, cum Commemoratione Generaliter pro Defunctis, per Collectam seu Orationem *fidelium*, secundô seu penultimô locô ponendam, juxta *Rubr. Gener. V. Missal n.* 1. & *VII. n.* 6. nec non *XV. n.* 2. & 3.

II. *Feriâ II.* cujuscunque Hebdomadæ, in qua *Officium* fit de *Feria*, *Missa principalis* dici potest pro Defunctis, ut in quotidianis Defunctorum, cum 3. Orationibus, ac sine Sequentiâ, ut ibi, omissâ tunc eâ Missâ, quæ cum Officio concordat: si autem fuerit *propria Missa* de *Feria*, vel de *Festo simplici*, vel *resumenda* sit *Missa Dominicæ præcedentis*, quæ fuerat impedita, nec reassumi ea possit aliô die infra Hebdomadam, aut *anticipanda* sit Missa Dominicæ sequentis, tunc in *Missâ* (*de curr. die dicendâ*) fit de Defunctis suô locô (nempe *secundô*, seu *penultimô*) solummodo Commemoratio, ut Numerô præcedente, per Orationem: *Fidelium &c.* Excipitur à Dictis hôc, & præcedente Numerô, *Quadragesima*, totum quoque *Tempus Paschale*, & quando per annum *Officium* est *duplex*, vel *semiduplex*, etiam translatum, utpote quibus Temporibus ac diebus juxta allegatam Rubricam *n.* 2. non dicitur *Missa Conventualis* pro *Defunctis* (nisi in die *depositionis Defuncti*, & in *Anniversario* pro Defunctis) neque pro ijs fit Commemoratio in illa. Dixi autem: *Missa Conventualis*; nam quæ hôc, & præcedenti numerô sunt dicta, intelligenda sunt de *Missa Conventuali* (ut rectè hîc monet Arnaudus) non autem de *Missis privatis*, sive præscribatur *Missa*, sive solùm *Commemoratio*: nam *privatæ Missæ* pro Defunctis dici possunt quocunque die, quô dici possunt *Missæ Votivæ privatæ*, quotiescunque nempe (ut ibi dictum) non occurrit fieri vel de *Dominica* in foro celebri, vel de *Festo duplici*, vel *de aliquo* illorum *Dierum privilegiator.* in quibus etiam de Festo duplici fieri *Missam*, aut *Offic.* vel dici Votivâ prohibetur, de quibus ibidem, & rursus paulò pòst. Si occurrat *Anniversarium*, vel aliud *Officium pro Defunctis* in Feria aliqua, in qua juxta antè dicta pro *Missa Conventuali* dicitur Missa Generaliter pro Defunctis, cantantur eo casu duæ *Missæ funebres*, una, quæ dicitur *quasi de*

die, pro *Defunctis Generaliter*; Altera pro *Anniversario*, vel *Officio &c.* Ità *Casanova in Collectan.* Ex dictis hoc, & præcedente num.

Colliges 1. In *Adventu, Quadragesima*, & *Tempore Paschali* nullam haberi rationem suprà dictæ *diei primæ Mensis* respectu *Defunctorum*, idque ob Rationes à Gav. assignatas, etiam in *Ecclesijs Collegiatis &c.* Colliges 2. In *Quadragesima*, & *Tempore Paschali* nullam quidem pariter haberi rationem *Feriæ 2. non impeditæ Officiô 9. Lectionum*, in ordine ad faciendam *Missam*, aut *Commemorationem* de *Defunctis*; haberi tamen rationem *Feriæ* ejusmodi II. in *Adventu*, quô Tempore eôdem modô quoad hoc est procedendum in *Ecclesijs* saltem *Collegiatis*, ac *Cathedralibus*, quô extra Adventum, ùt constat ex Rubric. Missal. 5. *n.* 2. Dixi : In *Ecclesijs* saltem *Collegiatis &c:* nam P. Lohnerus *Instruct.* 1. *P.* 4. *Tit.* 3. *n.* 3. ea, quæ Rubricæ Missal. *Tit. V. n.* 1. & 2. præscribunt de facienda *Missa principali pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus*, & *Alijs*, aut facienda saltem *Commemoratione*, ùt suprà, *Generaliter pro Defunctis primâ die Mensis*, & quâvis *Feriâ II.* si *Festô duplici*, aut *semiduplici* non sint impeditæ, & respectivè Tempora Adventûs, Quadragesimæ, ac *Paschale* non currant, intelligenda solummodo esse existimat de *Missa Conventuali*, & *Principali*, nullô autem modô de *Missis privatis*, ac proinde admitti ea posse sine culpa, sive prescribatur *Missa*, sive solùm *Commemoratio*; citátque pro se Arnaud. Tr. 1. *P.* 1. *Tit.* 5. *n.* 1. & 2. verùm, si attentè legantur, quæ ibi dicit Arnaudus, in alio sensu verificari videntur de *Missis privatis*, quàm eo, in quo memoratum Auctorem intelligere videtur Lohnerus, siquidem puter, eum locô citatô sentire, quantùm ad *Missas privatas*, diebus ibi descriptis ne quidem faciendam esse saltem *Commemorationem* pro *Defunctis* per Collectam *Fidelium* in *Missis* ejusmodi *privatis* de *die currente*, aut festo simplici dictis : etiamsi enim prima *die Mensis*, ac quavis Feria 2. non impeditâ ùt ibi, non sit necessarium, ut *Missæ* etiam *privatæ* dicantur determinatè pro *Defunctis*, aut in *Festis semiduplicibus* non dicantur *de Requiem*, faciendam tamen esse *Commemorationem pro Defunctis* etiam in *Missis privatis* ejusmodi dierum, de quibus locis citatis loquitur Rubrica Gen. V. Missalis (nisi locô *Missæ de die currente* dicatur ipsa Missa *de Requiem*, adeoque per modum Votivæ privatæ, aliunde requirentis Orationem *Fidelium*) satis indicare videtur ipsa Rubrica in fine Numer. 1. & 2. eámque pro *Missis* etiam *privatis* Communiter præscribunt Directoria Diœcesana, ac etiam Directorium Romanum.

Censeo itaque Arnaudum lo-

cô

cò citatò aliud non velle, quàm quòd nos tum suprà Tit. *de Miss. Votiv.* & P. 1. Tit. de Fer. post Dominicam II. post Epiph. occurrentibus de obligatione concordandi *Missam Conventualem* cum *Officio* Diei currentis, non omnes æqualiter afficiente, tum etiam paulò antè tradidimus de libertate *Missas privatas* hoc sensu *aliter* dicendi; quàm *Conventualem* vi dictarum Rubricarum, quatenus Feriâ illâ, quâ Vi Rubricæ *Missa Conventualis* seu *Principalis* determinatè dicenda est *generaliter pro Defunctis*, ùt ibi *n.* 1. & 2. non perinde etiam *Missæ privatæ* necessariò ac *determinatè* debent esse *De Requiem*, sed possunt esse vel *de Requiem*, vel *de Die* seu *Feria currente*, aut locò harum dici potest aliqua *Votiva* cum *Commemoratione* tantùm (suò locò) generaliter pro *Defunctis*, & vicissim Die illâ seu Feriâ, quâ *Missa Conventualis* seu *Principalis* vi Rubricæ V. Missal. n. 1. & 2. *primâ Die Mensis*, aut *Feriâ* aliquâ II. non est dicenda pro *Defunctis*, sive de *Requiem*, sed de die, aut *Feria currente*, cum *Commemoratione* tantùm *Generaliter* pro *Defunctis*, ùt ibi, *Missæ privatæ* possunt integræ dici seu esse de *Requiem*; vel locò *Missæ concordantis cum Officio* dici potest Missa privata Votiva de aliquo *Sancto*, aut aliquo *Mysterio*, v. g. de SS. Trinitate, aut Passione Domini, addendo tamen suò locò Collectam *Fidelium*.

III. Tametsi *Missa Principalis Defunctorum* dici debeat per se loquendo post *Primam*, vel, ubi manè post *Matutinum diei* dicuntur Defunctorum *Vigiliæ*, immediatè post dictas unà cum Defunctorum *Laudibus* hujusmodi *Vigilias*, in die tamen *Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum Missa Conventualis* dicenda est post Nonam; quia eo die est *principalis*. In *die* quoque *Depositionis Defuncti*, uti & *Tertio*, *Septimo*, *Trigesimo*, ac *Anniversario* illius solenni; in quo fit concursus Populi, poterit similiter Missa *de Requiem* dici ultimò locò, post *Nonam*. *Rubric. Gener. Missal. XV. n.* 3. *Missa* autem *Convent.* ac *solennis* de die *currente* juxta eamdem Rubricam n. 2. universaliter loquendo sequenti ordine dici, seu decantari debet: In *Festis duplicib.* & *semiduplicibus*, necnon *Dominicis*, ac *infra Octavam*, dictâ in Choro Horâ Tertiâ; in *Festis simplicibus*, & *Ferijs minoribus per annum* dictâ Sexta; in Adventu autem, Quadragesima, quatuor Temporibus (etiam illis, quæ veniunt *infra Octavam Pentecostes*) ac ijs Vigilijs, quæ jejunantur, quamvis sint *dies solennes*, Missa Conventualis de *Tempore* cantari debet post Nonam. Excipiuntur tamen ab hoc Ordine dicendi Missam Conventualem 1. *Missæ Nativitatis Domini*, quarum *prima* dicitur post mediam noctem, finitò *Te DEUM laudamus &c* in *Matutino*. *Secunda* in Aurora, di-

dictis *Laudibus*, & *Primâ*. *Tertia* verò in die post *Tertiam*. 2. Illæ, quæ ex Dispensatione Apostolica (attamen post Concilium Tridentinum, non autem ante illud impetratâ) alicubi *alijs*, quàm suprà memoratis *Horis* celebrantur. 3. *Missæ Votivæ*, quæ, quia non correspondent *Officio*, ideo, si *solenniter* celebrentur pro *Re gravi*, vel *publica Ecclesiæ causa* cum *Populi frequentia*, dicendæ sunt post *Nonam*. *Rub. cit. n.* 4. Rationes autem & *Congruentias mysticas*, ob quas Ecclesia prædictum *Temporis Ordinem* in decantandis *Missis Conventualibus*, tam *Vivorum*, quàm *Defunctorum*, omnino observandum in suis Rubricis præscribit, pulchrè ac eruditè deducit Gav. *To.* 1. *P.* 1. *Tit.* 15. *totô*.

IV. *Missæ de Requiem*, seu *Defunctorum privatæ* per Rubricas *Missalis*, & Sacr. Rit. Congregat. Decreta, à Summis Pontificibus Clem. X. Alexandr. VII. & Clem. IX. ac XI. respectivè approbata, non possunt, etiam *præsente Corpore Defuncti*, celebrari *primò* in *Dominicis* à Populo celebratis. *Secundò* nec *in Festis duplicibus*, etiam *Translatis*. *Tertiò* neque illis *diebus*, quibus prohibetur fieri de *Festo duplici*, utpote contra quodcunque *Festum*, ac *Officium*, diversum à suæ diei, privilegiatis, nempe 1. *infra totam Octavam Epiphaniæ*. 2. *Infra totam Octavam Paschatis*. 3. *Infra totam Octavam Pentecostes*. 4. *In Feria IV. Cinerum*. 5. *In tota Hebdomada majore*. 6. *In Vigilia Nativitatis Domini*, & (ex Decreto novo de anno 1714. 29. Septembr. suprà cit.) infra totam hujus Octavam. 7. *In Vigilia Pentecostes*. *Quartò* denique Decreto Clement. X. de anno 1670. die 11. Jun. prohibentur quoque *Missæ privatæ de Requiem* (etiam præsente Corpore, seu *funere*) *infra totam Octavam Corporis Christi*. Quòd si *Missæ* ejusmodi de *Requiem*, ex obligatione ex Benefactorum Præscripto celebrandæ, incidant in aliquod *Festum*, aut *diem aliquem ex prædictis* (quò nempe prohibentur *Missæ privatæ de Requiem*) tunc minimè transferuntur Missæ Defuncto aut Defunctis applicandæ in diem aliam non impeditam, nè Dilatio Animabus Suffragia exspectantibus sit detrimento, sed dicantur in tali casu de Festo, aut *die occurrente*, prævia applicatione Sacrificij juxta mentem eorumdem Benefactorum &c, in Decretis videre est in Sac. Rit. Congreg. Decreto hac super re edito, & à pro respectivè Pontificibus, mox referendis, confirmato, ac approbato; nec propterea Illis, qui vel ex *Professione*, vel ex *Fundatione &c* habent obligationem dicendi pro *Defuncto*, vel *Defunctis Missam* de *Requiem*, ullus est timendum, nè vel non satisfaciant suæ obligationi, vel per Missam in *tali casu* de *die currente*, non autem *de Requiem*, ad Altare privilegiatum à se dictam Defunctus,

ctus, pro quo celebrant, Indulgentiæ plenariæ per modum Suffragij compos non fiat, eò quòd in Concessione seu Indulto Papali Altaris, vel in *perpetuum*, vel ad *Tempus* privilegiati, expressa fiat mentio de dicenda *Missa funebri*, sive de *Requiem*; non primùm, quia in Promissione etiam jurata, quâ Sacerdos se obligat offerenti stipendium ad dicendas *Missas Votivas*, aut de *Requiem*, includitur tacita conditio : *salvo Ritu & Rubricis*; non secundum, quia etiamsi antehac Indulgentiæ ejusmodi nonnisi per *Missam de Requiem* ad Altare Privilegiatum obtineri potuerint, posteaquam tamen Sac. Rit. Congregat. tum annô 1627. die 28. August. tum etiam anno 1662. 5. August. decrevit, non posse *Missas privatas Votivas*, neque *pro Defunctis*, sive de *Requiem*, etiam *præsente Corpore* celebrari in diebus suprà dictis, Alexand. VII. die 22. Jan. 1667. & Clemens IX. anno 1669. 23. Septembris, ac denique Innoc. XI. 1688. die 4. Maij declarârunt, *Missas*, quæ *illis diebus*, quibus prohibentur *Missæ de Requiem*, in Altaribus, seu in *perpetuum*, seu ad *Tempus solummodo determinatum privilegiatis*, ex obligatione, aut etiam ex sola Fidelium Devotione celebrantur de ejusmodi Festo, aut die *currente*, ijsdem gaudere Indulgentijs, quibus gaudent *Missæ de Requiem*, quando diebus non impeditis ad eadem Altaria privilegiata dicuntur, uti ad oculum patebit inspecturo paulò antè memoratum Innocent. XI. Decretum, quod duo anteriora Alexand. VII. & Clem. IX. Complectitur, ac per extensum ponitur in *Formulario Legali Practico* Francisc. Monacelli *P. II. à fol.* 330. *Tit.* 16. ac proinde nulla supperit ratio prædictis diebus in Altaribus etiam privilegiatis dicendi Missam privileg. de *Requiem* potiùs, quàm Officio concordè. Quòd si miretur Populus, vel etiam murmuret vulgus imperitum, in sepulturis aut exequijs Fidel. Defunctor. ijs diebus, quibus prohibentur Missæ Votivæ, non dici *Missas de Requiem*, instruatur datâ opportunitate, & cessabit omnis admiratio ac Querela, id quod non unius loci experientiâ ipse didici, ac etiam notat Pisart: in Sacerd. Evang. Idem est de Altaribus Privileg. si miretur in ijs non dici *diebus prohibitis* Missas *de Requiem*.

Dixi autem 1. *Illis diebus, quibus probibentur Missæ de Requiem*; nam diebus, quibus non est prohibitum dicere *Missas Votivas privatas*, etiam de *Requiem*, omnino dicenda est *Missa de Requiem*, si Altare pro *Missis* tantùm de *Requiem*, & non pro *alijs* quoque *Missis* indiscriminatim est alioqui privilegiatum. Dixi 2. quæ in *Altaribus privilegiatis celebrantur*; nam licèt non sit necesse dicere Missam de *Requiem* ad Altare, pro Missis tantùm de *Requiem* alioqui privilegiatum, illis die-

diebus, quibus *Missæ de Requiem* prohibentur, sed possit, imò debeat tunc dici *Missa de Festo*, aut die *currente privilegiato*, dici tamen etiam talis Missa tunc debet in Altari illo privilegiato, in quo alioqui diebus non prohibitis dicenda est *Missa de Requiem*, ad obtinendam Indulgentiam Altaris privilegiati. Vide Lohnerum *Instruct. Pract.* I. P. 4. *Tit.* 3. §. 1. *n.* 1. & Dianam *locô ibi citatô*. Obiter autẽ hîc nota 1. Quòd si exspiraverit Privilegium alicui Altari concessum, id debeat significari ijs, qui stipendium offerunt, ut ibi celebretur, alioqui fit ipsis injuria. Nota 2. eum, qui accipit duos v.g. Solidos, ut unam Missam legat, non posse eam curare legi ab alio dando ei tantùm unicum solidum, alterum verò sibi occultè retinendo, ut constat ex Propos. 9. 1665. ab Alex. VII. damnata.

V. Ad *Missas Defunctorum solennes* quod attinet, quando per annum est *Officium* 9. *Lectionum* de *Sancto*, non dicitur *Missa Conventualis* pro *Defunctis* (nisi in die *Depositionis Defuncti*, & in *Anniversario pro Defunctis* ut infrà) neque pro eis fit *Commemoratio*. Idem observandum est in *Quadragesima*, & *Tempore Paschali*, si Festum 9. Lectionum occurrat. Constat ex suprà dictis. Porrò

In die *Depositionis*, & *Anniversario* ità dici potest ac debet *Missa Conventualis de Requiem*, seu pro *Defunct.* ut tamen non omittatur Missa altera de die, ratione cujus Canonici lucrantur Distributiones, ex Decreto Sac. Rit. Congregat. 29. Junij 1611. suprà allegato.

VI. In *Paraseeve* non potest cantari *Missa* pro *Defunctis*. In *Sabbato* autem *Sancto* posse, attamen peractis *Officijs de die*, & ibi tantùm, ubi mos, ut olim (teste S. Augustino) sepeliendi Defunctos cum Missa tradebat suo Tempore Joannes Petrus Casanova *in Collectaneis*: attamen hodie *Missas* quascunque *privatas*, etiam post Pulsationem Campanarum, in quacunque *Ecclesia*, aut *Oratorio privato*, non obstante Contraria Consuetudine, eo die prohibitas fertur Sac. Rit. Congregat. idem

VII. In *die Paschæ* non convenit cantari Missam *de Requiem* etiam præsente Corpore, sed differendæ sunt potiùs exequiæ in aliam sequentem diem non impeditam, si alioqui *Missa* requiritur. *Casanova* cum Gav. loc. cit.

VIII. In alijs *Dominicis* & *Festis de præcepto*, præsente Corpore Sac. Rit. Congreg. de anno 1603. 23. Maij, uti & Rituale Romanum Tit. *de Exequijs* concedit *Missam solemnem*: Porrò per *Festa* intelliguntur hîc locô *Festa de præcepto* in Populo, seu *celebria in foro*, attamen æqualia *Dominicis* non privilegiatis, non autem *Festa*, quæ *majoris* sunt *celebritatis*, aut *solennitatis*, puta 1. *Classis*: nam in Fe-

Festis & Dominicis privilegiatis 1. Classis etiam præsente Corpore *Missa solennis de Requiem* non conceditur, uti habetur *in eodem Rit. Rom.* & notat Pisart *Sac. Evang. P. 1. Tit. 5. n. 14.* ubi citans Gav. ità scribit : " In Dominicis & Festis Missam Defunctorum in sepulto Corpore concessit Sac. Rituum Congregatio. " Festa hôc locô intelliguntur de " præcepto æqualia Dominicis, non " tamen magnæ celebritatis, ut utar " verbis Ritualis Romani; puta 1. " Classis, & esse debet præsens Corpus in Ecclesia; sed & Rubrica " loquitur de *Missa solenni*, non autem *de privatis*, quæ etiam insepulto, hoc est, præsente Corpore, in " Ecclesia non possunt dici in Dominicis, neque in Duplicibus. " Post hæc ex Gav. exscripta idem Pisartus ità pergit : " Per Dominicas " hîc intelligendæ veniunt Dominicæ, per annum, non autem privilegiatæ 1. Classis, sed & æquum " videtur, ut & 2. Classis Festa de " præcepto in Populo, & Dominicæ excipiantur. Imò & mihi saltem decentius apparet, ut, si quis " sepeliendus sit in quacunque Dominica per annum in aliquo Pago, vel Monasterio, Missa Parochialis, vel Conventualis fiat de " eo, de quo factum est Officium : " aliter tamen facientes arguere nolim. Quoad Ecclesias Cathedrales & Collegiatas res expedita est : quia in his sit Missa *de* " *Requiem* in Altari Parochiali, & alia insuper Missa cantatur Officio " conveniens. Hæc Pisart. loc. cit. *n. 15. & 16.* Qui postmodum *n. 21. & 22.* superaddit sequentia : " Ex " Verbis Rubricæ V. Missal. n. 2. " habetur etiam Anniversarium in " duplicibus fieri posse. At hoc intellige de Anniversario solemni " cum concursu Populi, ùt dicitur " in Rubricis Tit. 15. n. 3. Item " de ipsa die anniversaria : quia agitur de casu, quô Missa pro Defunctis est principalis, & post Nonam dicitur. In Anniversarijs autem non solemnibus (prout in " Religiosis Ordinibus varia extra " diem annuum servantur) dicitur " Missa cum 3. Orationibus, quarum prima est : *DEUS Indulgentiarum &c*, altera *DEus veniæ*. Tertia : *Fidelium*. Missæ autem privatæ fiunt, ùt in quotidianis, cum " 3. Orationibus, quarum 2. similiter est : *DEus veniæ*. Tertia : *Fidelium &c*: Prima autem erit variæ " pro ratione Personæ, pro Defuncto Sacerdote, vel Episcopo, pro " Defuncto, vel Defuncta. Parùm, " aut nihil reluctarer, si quis prætenderet ,etiam summam Missam in " dictis Anniversarijs (scilicet non " solemnibus) rectiùs dici, ùt in " Quotidianis, præsertim, quando " magnus est à die annuo Recessus. Hæc Pisart. At P. Felix Potestas

Exam.

Exam. Ordin. P. 1. *n.* 244. non prohiberi *Missas solennes*, aut *Anniversarias de Requiem* cum *Cantu*, etiamsi dies Anniversaria incidat in Festum *Ritus duplicis majoris* probat ex Decret. Alexandr. VII. 22. Jan. 1667. &. Clem. IX. 1669. 23. Septembr. approbantium Sac. Rit. Congregat. Decretum, quô hæc 22. Novembr. 1664. declaraverat : Anniversaria & Missas Defunctorum cum cantu ex Dispositione Testatorum quotannis recurrente ipsorum obitûs die esse celebrandas, tametsi dies obitûs hujusmodi in *Festum Ritus duplicis majoris* incideret. *Infra Octavam Paschæ* (etiam post primum Triduum) *Missæ Defunctorum*, exceptô *die obitûs* seu *Depositionis* præsente Corpore, juxta Castaldum *l.* 3. *s.* 9. *c.* 2. *n.* 6. dici non debent; &, si ex Institutione, vel quacunque ex causa Anniversarium pro Defunctis sit celebrandum, transfertur post Octavam : *Non enim*, inquit, *decet his diebus, quibus occurrens* duplex *etiam ex* Majoribus *transfertur, pro Defunctis celebrare; & cùm Ecclesia his diebus in Lætitia Dominicam celebret Resurrectionem, luctuosa miscere non debent.* Idem ibidem addit : *Defunctorum pariter Cadavera sine necessitate, & superiorum licentia in ipso die Paschæ sepeliri non debent, sicut nec Feria. V. in Cœna Domini, nec in die Natalis Domini, prout ex majorum Institutione satis rationabiliter à Peritis* traditur. Idem libro 2. s. 6. c. 5. n. 1. ait : Tametsi *Missæ pro Defunctis* in Dominicis, ac *Festis duplicibus*, non dicantur, & multô minùs in *Feria IV. Cinerum, ac tota majori Hebdomada*, necnon in *Vigilia Nativitatis Domini*, ac *Pentecostes*, nec denique *infra Octava Epiphaniæ, Paschæ*, ac *Pentecostes*, tamen tamen *Exequiarum* dici posse in *die obitûs* & Depositionis *Missam solennem*, nisi fortè (ùt ibidem admittat) *Festivitas* sit ex *solennioribus*; nam talis *Missam funebrem* etiam *solennem*, etiam in *die obitûs*, ac præsente *Corpore*, excluderet.

IX. Si dies *Anniversaria*, vel *Tertia*, vel *Septima*, vel *Trigesima Depositionis* incidat in *Festum de præcepto*, id est *in foro celebre*, non admittitur *Missam solemnem de Requiem*, transferatur Missa solennis *de Requiem* in sequentem, seu meliùs (ne patiantur animæ) in præcedentem dies *Sac. R. C.* 1608. 27. *Septembr.* & 1614. 19. *Maij*. Quòd si agatur de mutatione longiori ad Tempus, vel etiam perpetuâ, consulantur illi, qui possunt *ultimas* Commutationes *voluntates* (de quo Gav. *To.* 1. *P.* 1. *Tit.* 5. *n.* 2. *lit. y.* & Pisart. *loc. cit. n.* 2.) ait, id ad solum Spectare Romanum Pontificem, nisi quod illud quandoque etiam committatur Episcopis, tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, de quo Concilium Tridentinum *Sess.* 25. *de Reformat. c.* 4. & observentur, quæ præscribuntur in De-

Decreto editô sub Urbano VIII. *de celebrat. Missar.* quæ videri possunt apud eumdem Gav. *P. 2. Manual. Episcop.* Quod autem paulò antè hôc numerô dictum de *die Anniversaria, tertia &c,* incidentibus in diem Festum impeditum, intelligendum quoque est de alijs *Missis Defunctorum* certo die dicendis, ut scilicet, eô per Rubricas impeditô, dictô modô transferantur. Gerlac. Vinit.

X. Non sunt ampliùs admittendæ Fundationes, in quibus *Missa pro Defunctis* in *Festis* etiam *solemnibus* legi ordinatur; & sicubi admissæ sunt, erunt corrigendæ, ac *Missa pro Defunctis*, siquidem talis fieri debeat, in aliam diem non impeditam transferenda. *Missal. Colon. in. Rubr. General. c. 8. n. 3. & 4. apud Gerlac.* Cùm primùm habita fuerit Notitia de obitu alicujus Personæ, cantari poterit *Missa de Requiem* etiam in Festo duplici, quod tamen non sit *de præcepto*, id est *in foro celebre*; nam in posteriori hoc casu, prædictam Missam esse differendam, Decretum ajunt à Sac. Rit. Congr.

§. III.

Communia Missæ tam Solenni, quàm privatæ Defunctorum.

1. ANTIPHONA: *Ne reminiscaris &c,* cum *Psalmis Præparatorijs ad Missam*, qui extant initiô *Missalis*, & in fine *Diurnalium*, à celebraturo *Missam funebrem* congruentiùs omittuntur. *Casanova cit. hìc n. 1.* Quòd si dicantur, debet in fine Psalmorum dici *Gloria Patri*, & *Tempore Paschali* Antiphonæ illi addi: *Alleluja*; sicut etiam dici debet *Gloria Patri* in fine eorumdem Psalmorum *Tempore Passionis*, exceptô ultimô triduo: quia hujusmodi preces (ùt notat noster P. Hippolytus à Portu Vicentin. *P. 1. Adnotat. 1. ad Tit. 1. Rubr. 1. Missal. n. 3.*) *Officium* sequuntur, non *Missam*; si tamen hæc *Ritu duplici* dicatur, tunc quoque Antiphona: *Reminiscaris &c* ante & post Psalmos præparatorios ad Missam (siquidē hos cum solitis alioquin precibus dicere placeat) debet duplicari ùt monet loc. cit idem P. Hippolyt. à Portu: addiqueque Orationes illas præparatorias ad *Missam* nullo unquam Tempore dicendas esse à Sacerdote jam Sacris Vestibus parato.

Quòdsi prædicti Psalmi cum precibus alioquì dici solitis pro Præparatione Sacerdotis omittantur (utì omnino dici prohibentur ab Episcopo ante *Missam Defunctorum* in *Cæremoniali Episcoporum l. 2. c. 11.*) non tamen omitti debent oscula Crucis in Amictu, Manipulo, & Stola induendis. *Gav. P. 2. Tit. 130. n. 1.*

2. In *Missis de Requiem* non di-

dicitur unquam Psalmus : *Judica &c:* Versus autem : *Requiem æternam dona eis &c* semper dicitur in numero plurali, etiamsi pro uno tantùm *Missa de Requiem* celebretur. *Casanova n. 2 in Collect. hic.*

3. Ad *Introitum* Missæ *de Requiem* non signat *se* Sacerdos, sed *Librum*, faciendo super illum manu dextrâ signum Crucis, sinistrâ interim super *Librum positâ.*

4. Non dicitur *Gloria in Excelsis* in Missis de *Requiem.*

5. Oratio unica in Missis *de Requiem* juxta Arnaudum Tr. 1. P. 1. Tit. 5. n. 7. dicitur 1. Quandocunque solemniter pro Defunctis celebratur. 2. juxta Rubricas *Missalis recogniti* (in *Missis* etiam *privatis*) in *Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum*; in *die Obitûs seu Depositionis Defuncti*, nec non in die *Tertio*, *Septimo*, *Trigesimo* (in quibus dicuntur Orationes prout notantur in fine Missæ de die Depositionis) & in Anniversario ejusdem. Si Anniversarium fiat pro uno dicuntur Orationes illius Missæ in Singulari.

Si *Missa de Requiem* dicenda sit inter Tertium, & Septimum, vel inter Septimum & Trigesimum diem Depositionis, tunc *Missa quotidiana* Defunct: non autem una ex suprà dictis dici debet.

6. Nunquam nominatur dies *quartus*, *quintus*, *sextus*, *nonus*, & alij deinceps intra *Trigesimum* in Oratione Missæ funebris, & omnis Consuetudo contraria est abolenda. *Arnaud. Tr. 1. P. 1. Tit. 5. n. 9.* Peculiare tamen quid habent Exequiæ Papales. Vide Gav. *To. 1. P. 4. Tit. 18. à n. 9.* & Cæremon. Episcopor. ubi de Exequijs.

7. Quando plures dicuntur Orationes, puta 2. locô pro *Patre* aut *Matre Sacerdotis*, vel pro *Benefactoribus &c* ultima semper Oratio est, ac debet esse *Fidelium*, quæ nunquam Generalis pro *Omnibus Defunctis*, cæteras Collectas Speciales ultimô locô dicta quodammodo colligat.

8. *Oratio* pro *Patre*, aut *Matre Sacerdotis*, non dicitur pro *Alterum Patre*, aut *Matre* : quandocunque autem dicitur pro eorum altero tantùm, sive *Patre*, sive *Matre Sacerdotis*, semper tamen dicitur initio Collectæ : *Qui nos Patrem, & Matrem honorare præcepisti &c.*

9. In *Missis de Requiem* nunquam dicitur *Oratio* seu *Collecta* pro *Vivis*, neque etiam talis, quæ sit *Communis Vivis* & *Defunctis* simul : per hæc autem non excluditur Oratio illa privata, quæ pro Vivis, & quidem his tantùm, sub primo *Memento* fit etiam in *Missis Defunctorum*. Vide P. à Portu *P. 1. in Adnot. ad Tit. 8. Rubr. 3. num. 5. & num. 6. fol. 85. & 86.*

10. In *die Depositionis*, &

Anniversario Summi Pontificis, imò & die *Tertiô*, *Septimô*, & *Trigesimo* à Depositione illius dicitur prima Missa ex ijs, quæ *pro Defunctis* assignantur in fine *Missalis*, exceptis *Orationib.* propriis, quæ dicuntur, uti notantur post *Missam ultimam*, seu *quotidianam Defunctorum* primô locô inter Orationes diversas pro Defunctis. Arnaud. *Tr.* 1. P. 4. *Tit.* 18. Pro Defuncto *Episcopo* pariter dictis diebus dicitur prima Missa ex ijs, quæ assignantur *pro Defunctis*, exceptis rursum *Orationibus*, quæ dicuntur, uti notantur 2. vel 7. loc. inter *Orationes diversas pro Defunctis*. Arnaud. *loc. cit.* Pro Defuncto *Episcopo Cardinale* eadem dicitur Missa, quæ pro *Episcopo tantùm*, sed non eædem Orationes, sed pro illæ notantur 3. loco inter *Orationes diversas pro Defunctis* in *Missali*.

Eadem 1. Missa etiam dicitur dictis diebus juxta cit. Arnaudum pro Defuncto *Presbytero Cardinali*, item pro Defuncto *Diacono Cardinali*, attamen cum ijs respectivè Orationibus, quæ in Missal. cit. extant 4. & 5. loco.

Pro Defuncto autem *Sacerdote* nec Episcopo, nec Cardinale, dicitur in die *Depositionis* seu *Obitûs*, uti & in die *Tertio*, *Septimo*, *Trigesimo*, ac *Anniversario Depositionis* illius secunda Missa, adeoque non diversa ab illa, quæ dicitur modò dictis diebus pro *Laicis*; dicuntur tamen in Missis, quæ dictis diebus pro Sacerdotibus celebrantur, aliæ Orationes, quàm pro *Laicis*, nempe illæ, quæ inter *Orationes diversas pro Defunctis* extant in sæpiùs citat. Missali sexto, vel Octavo loco, sub Tit. *Pro Defuncto Sacerdote*; neque refert (ut notat Arnaud.) in Orationibus pro Defuncto Episcopo, aut Sacerdote Defuncto dicendæ Missæ non fieri mentionem de die tertio, septimo, trigesimo, & anniversario; nam eadem Oratio, quæ in Obitu Papæ dicitur, dicitur quoque juxta Missale in die Anniversario ejusdem, nulla facta mentione Anniversarij. Vid. Gav. *To.* 1. *P.* 4. *Tit.* 18. *& Castald. l.* 2. *s.* 6. *c.* 5. *totô.*

Quòd si Missa celebranda sit pro pluribus *Sacerdotibus* dicuntur Orationes illæ in Numero plurali.

Tametsi in die Obitûs, seu Depositionis, nec non Tertiô, Septimô, Trigesimô, & Anniversariô Defuncti *Papæ*, aut *Cardinalis*, aut *Episcopi*, aut *Sacerdotis*, die eadem dicatur Oratio, quæ pro ijs dicitur in die *Depositionis*; in die tamen *Tertio*, *Septimo*, ac *Trigesimo Depositionis* aliorum Defunctorum dicuntur Orationes, prout notantur in fine Missæ *secundæ Defunctorum* ante *Missam* de *Anniversario*. Quòd si *Anniversarium* fiat tantùm pro *uno*, tunc Orationes, quæ in ipsa *Missa de Anniversario Defunctorum* extant in Missali, dicendæ sunt in Numero *Singulari*, uti monet Rubric. in fine ejus-

dem Missæ. Porrò dies *Tertius*, *Septimus*, *Trigesimus*, & *Anniversarius* Defuncti numerantur à die Obitus, vel à die Depositionis seu sepulturæ, quâ potiori jure Defunctus subjacet Ecclesiasticæ curæ. *Arnaud.*

11. Orationes, extra *diem Depositionis*, hujúsque *Tertium*, *Septimum*, *Trigesimum*, ac *Anniversarium*, dicendæ pro Defunctis nec *Sacerdotibus*, nec *Episcopis*, nec *Cardinalibus*, extant post *ultimam Missam Defunctorum* in Missali sub Titulo : *Orationes diversæ pro Defunctis* locô nonô, & seqq. ubi Oratio una pro *uno Defuncto*, item alia pro *una Defuncta*; præterea Oratio pro *Patre*, & *Matre Sacerdotis* (muranda, ùt ibi, si tantùm pro *Patre*, vel *matre* tantùm dicatur) nec non una pro Defunctis *Fratribus*, *Propinquis*, & *Benefactoribus*; & alia pro his, qui in *Cœmeterio requiescunt*, ac demum duæ pro *pluribus Defunctis* assignantur.

12. Littera N. in *Orationibus pro Defunctis* posita exigit Nomen proprium Defuncti, si est Persona *Nobilis*, vel *insignis*, vel si sit *consuetudo* nominandi *omnes*.

13. Si in Missa *pro Defunctis* dicendæ sint plures Orationes, tunc, si Missa dicatur pro *Sacerdote*, primô locô dicenda erit Oratio : *Præsta quæsumus*; si verò pro alio Defuncto, tunc Oratio : *Inclina Domine &c*, si pro pluribus, tunc vel Oratio : *Animabus &c*, vel : *DEUS, cui proprium &c*; secunda verò & tertia Oratio in Missis, in quibus dicuntur plures Orationes, semper sunt illæ, quæ secundô, & tertiô locô extant in Missa *quotidiana Defunctorum* : circa quas notandum, quòd Oratio *Fidelium* semper dicenda sit ultimô loco in hujusmodi Missis *Defunctorum*, in quibus dicuntur *plures Orationes*; at verò in alijs Missis, quæ scilicet non sunt de *Requiem*, semper dicenda sit penultimô locô (nempe in quartô, vel Sextô) quando in Missis *de Vivis* per modum *collectæ*, ita *Commemorationis* est dicenda, idque etiam in casu, quô simul faciendi est Commemoratio de occurrente *Festo simplici*, ùt constat ex Dictis suprà *Tit. de Commemorationibus*, item ex Dictis die 1. Septembr. & 7. Octobr. Cæterùm, an etiam tunc in Festis semiduplicibus posita sit Commemoratio pro Defunctis per Orationem *Fidelium*, aut alium de Defuncto, secundô locô ponendam, quando alioquì tertia Oratio est ad libitum, nonnulli revocant in dubium apud P. Lohner *Instruct. mor. l. P. 4. Tit. 3. §. 2. n. 4.* ob Rationem ibi in Contrarium allatam; verùm eâ non obstante rectè ibidem Sententiam affirmativam propugnare videtur, cui etiam Communis Suffragatur Praxis; juxta quam, 3. Oratio est alioquin ad libitum post 2. ponitur *Fidelium*, & 3. locô *Defunctis* in ejusmodi Missis. At

Pars

Petes : Quænam, & quo ordine dicendæ sint *Collectæ*, si quis velit Missam privilegiatam de *Requiem* pro omnibus Fidelibus Defunctis extra diem Animarum dicere. Ad hoc Quæsitum Respondet Pisart: cùm juxta Rubricas in Missis privatis pro Defunctis per annum dici debeant plures Orationes, ut in Ferijs, & Simplicibus, non videri etiam hoc casu primô locô dicendam Orationem *Fidelium*, sed (salvo meliori) dicendas judicat Orationes Missis privatis assignatas, scilicet; *DEUS, qui inter Apostolicas.* 2. *DEUS veniæ largitor.* Deinde 3. *Fidelium DEUS*; vel fortè etiam 1. loco dici posse Collectam pro Patre, & Matre, vel aliam similem.

14. Palaus (quem apud Gobat Tr. 3. n. 717. sequitur Reding.) censet: obligatum Sacrum facere *pro vivo*, satisfacere per Missam *Defunctorum*, Orationes tamen quæ pro Defunctis in ea dicuntur, non debere referri, ad vivum, sed alium Defunctum.

15. *Epistolæ*, & *Evangelia* Missarum de *Requiem* juxta *Rubricam* Missalis extantem in fine Missæ *quotidianæ pro Defunctis*, sunt ad libitum, ità, ut *Epistolæ*, & *Evangelia* posita in una Missa pro Defunctis (v. g. in primâ) poni etiam possint in alia Missa pro Defunctis; decet tamen ea dici, prout in Missali sunt distributa. *Casanova in collectan. n.* 12.

16. *Epistolæ* & *Evangelium* primæ Missæ Defunctorum dicuntur juxta superiùs insinuata in Missis pro *Papa*, *Cardinali*, *Episcopo*, & *Prælatis*, etiam *Regularium*, Epistolæ verò & Evangelium *secundæ Missæ Defunctorum* Congruentiùs dicuntur in Missis pro Sacerdote inferioris ordinis.

17. *Sequentia* : *Dies iræ &c.* juxta Rubricam novam Missalis dicenda est post Tractum in Missis de *Requiem*, quotiescunque in ejusmodi Missa dicitur tantùm unica Oratio, adeoque etiam in *Anniversario Defuncti* : in alijs verò Missis de *Requiem*, in quibus dicuntur plures Orationes, *Sequentia* : *Dies iræ &c* juxta eandem Rubricam dicitur ad libitum seu arbitrium celebrantis. At verò Sequentia, quæ incipit : *Audi Tellus &c* nullibi ampliùs est usurpanda, etsi alioquin ex Fundatione fuerat dicenda, utpote, Teste Gerlaco, severè hodie prohibita. eique proin substituenda Sequentia : *dies iræ*, *dies illa &c* in Missis illam requirentibus, vel admittentibus, attamen sine Initiô illô, seu prævijs illis Versiculis : *Quid post mortem sim futurus &c*, quos apud Gavantum *To.* 1. *P.* 4. *Tit.* 18. *n.* 5. refert Stephanus Prohystinus.

18. Ante *Evangelium* dicitur quidem : *munda Cor meum &c*; non tamen petitur Benedictio per Verba : *Jube Domine benedicere &c* quæ

proinde in Missis *de Requiem* sunt omittenda, uti & Osculum *Libri* in fine Evangelij cum Verbis : *Per Evangelica dicta &c*, alioqui dici solitis. At verò in Principio Evangelij tam *Librum*, quàm *Seipsum* pollice dextræ manûs signat Sacerdos, ùt aliàs.

19. In Missis *de Requiem* non dicitur *Credo*; neque Minister osculatur Ampullas, quas celebranti porrigit, neque à Sacerdote benedicitur aqua in Calicem fundenda; etsi verò omittatur illius Benedictio efformatione Crucis alioqui fieri solita, dicitur tamen nihilominus Oratio : *DEUS, qui humanæ substantiæ &c.*

20. In fine Psalmi *Lavabo* omittitur *Gloriæ Patri &c.* neque vice illius dicitur *Requiem æternam.*

21. In Missis *de Requiem* semper dicitur Præfatio *Communis*, seu *ultima*, uti & Commune *Communicantes*, & *Hanc igitur* Commune, etiamsi Missæ ejusmodi de *Requiem* dicantur *Tempore Paschali*, aut *Quadragesimæ*, vel *Passionis*, aut *infra Octavas* habentes *propriam Præfationem*, aut etiam *Communicantes*, vel *hanc igitur* proprium.

22. Ad *Agnus DEI* (quod in his Missis dicitur conjunctis ante pectus, non autem positis super Altare manibus) omittitur Percussio Pectoris, ac locô verbor: *Miserere nobis*, dicitur *dona eis Requiem*, quibus tertia vice locô verborum : *Dona nobis pacem*, additur : *sempiternam.*

23. Quòd si fiat Communio Populi intra Missam (quod Communiter fieri non oporteret juxta Gerlac. Vinitorem *P. 2. Tit. 10. Annot. poster.* 21. & alios) nulla dari debet *Benedictio. Gavant. To. 1. P. 2. Tit. 13. n. 1. lit. u.* eò quòd infra Missam non detur Benedictio, nisi ab Episcopo ubi moris est.

24. Dictô *Agnus DEI* omittitur prima Oratio *Domine JESU Christe &c*; neque datur Pax in Missis *de Requiem.*

25. In fine earundem loco *Ite &c* semper dicitur *Requiescant in Pace*, non autem : *Requiescat*, etsi pro *uno* tantùm fiat Officium Missæ, nec illud dicitur versus *Populum*, sed versus Altare, factâ priùs Cruci competente reverentiâ.

26. Non datur Benedictio in fine Missarum *de Requiem*, sed dictô *Placeat* Celebrans Osculatur Altare, & dicit more solito Evangelium S. Joannis, quod semper dicitur in fine harum Missarum, factâ priùs Cruci competente reverentiâ. *Col. nig.*

27. *Canticum*, & Psalmus post Missam pro Gratiar. actione dicuntur cum *Gloria Patri &c* in hujus fine, ut aliàs, & siquidem Missa dicta fuit cum una tantùm Oratione, adeoque *Ritu duplici*, duplicatur Antiphona

Trium

Trium puerorum &c. & *Tempore Paschali*, additur quoque in ejus fine *Alleluja.*

28. Qualis dicenda sit Missa celebrantibus in Templo alieno in casu, quô v. g. in *Ecclesia Cathedrali*, vel *Collegiata* juxta Romanum, aut etiam proprium Kalendarium factum est Officium de duplici, at verò Regulares quidam, eo die celebrantes *Festum* aliquod *Semiduplex*, invitantur, ut eo ipso die Missam celebrent in prædicta Ecclesia, possint ibid: pro Defuncto de *Requiem* facere; item in casu, quô vicissim certi Regulares celebrant *Festum duplex*, alij verò apud quos celebrant, solummodo *Festum Semiduplex*, an, inquam, in tali casu Regulares possint, aut etiam teneantur se conformare *Ecclesiæ*, & *locô*, in quo celebrant, colligere utcunque licebit tum ex ijs, quæ dicta sunt suprà *Tit.* 2. *à f.* 45. *ante fin.* tum etiam ex Rubricis ac Decretis hoc, & præcedentibus Tit: adductis.

29. In *die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum* debent quidem juxta Doctrinam Gavanti (cujus Sententiæ tanquam magis piæ præter Arnaudum, & Gerlacum Vinitorem subscribunt etiam alij, & favere videtur Directorium quoque ipsum Romanum in Annotat: ad diem 2. Novembr. ùt ibi dictum) Sacrificia quæcunque applicari omnibus *Fidelibus Defunctis* ex Intentione Ecclesiæ, ac consequenter cessant eo die juxta dictos Scriptores omnes aliæ obligationes diei annexæ pro particularibus Defunctis. At verò alijs ob Rationes non contemnendas, imò in Brevibus, ut vocant Apostolicis, ac Sac. Rit. Congregat: Declaratione fundatas ejusmodi Obligatio sine sufficienti fundamento eô die celebrantibus imponi videtur, præsertim, cùm ne quidem sit obligatio (per se loquendo) celebrandi illo die. Vide dicta P. II. die 2. Novembr.

30. Prohibitæ sunt à Sacr. Rit. Congreg. die 8. April. 1628. eæ *Missæ*, quæ Titulum habent: *Missæ S. Gregorij pro vivis*, & *Defunctis*; non tamen sunt prohibitæ, sed permissæ ab eadem Sac. Rit. Congreg. die 28. Octobris ejusdem anni *Missæ triginta S. Gregorij Magni*, ùti suprà ex Gav. ostendimus: dici tamen debent (ùt ibidem ex ipsomet S. Gregorio *l.* 4. *Dialogor. c.* 55. retulimus) per 30. Continuos dies, sive dein ab uno, sive à pluribus successivè Sacerdotibus; recitari quoque debet Missa de *Requiem* diebus illis, quibus *Missæ Votivæ privatæ* non prohibentur, alioqui Missa de *die*, aut *Festo currente*: tametsi autem 30. hæ Missæ Gregorianæ fieri debeant 30. Continuis diebus (intellige remotâ superstitione, de qua Tridentin. *Sess.* 22. in Decr. de *observand.* & *evitand. in celebr.* Missar.) non tamen

discon-

discontinuantur per ultimum Triduum majoris Hebdomadæ, si intra eos 30. dies occurrat Paraſceve cum Sabbato Sancto, imò etiam Feria V. Cœnæ Domini : eò quòd Eccleſia prohibeat celebrationem omnis Miſſæ in *Paraſceve*, privatarum autem in *Sabbato Sancto*, & denique *Feriâ V. Cœnæ Domini* imperet Communionem *Sacerdotum* in unica Miſſa ſolenni. Compenſandus tamen poſtmodum eſt numerus Miſſarum omiſſarum illô triduô, & numerus 30. Miſſarum eô elapsô immediatè complendus : ijtamen, qui celebrârunt in *Feriâ V.* & *Sabbato* illius Tridui (cantando v. g. tunc *Miſſam ſolennem*) non niſi ſolum *diem Paraſceves* (in quo nullum ſit propriè *Sacrificium*) tenentur compenſare. Quòdſi infra Tempus celebrandis 30. illis Miſſis deſtinatum occurrat *Natalis Domini*, ſufficit eo die unam tantùm Miſſam Titulo miſſarum S. Gregorij pro defuncto facere, alias autem duas (ſiquidem ter placeat ſacrificare) licebit die illo facere pro quibus lubuerit. *Caſanova n.* 72. & 74. Atque hæc de 30. *Miſſis propriè Gregorianis.* Quòd ſi 30. Miſſæ uno die dicantur, vel *totidem* pluribus *diſcontinuatis* diebus pro aliquo Defuncto, proderunt huic quidem, ſed non ex Inſtitutione S. Gregorij M. de qua in ejus Dialogis loc. cit. ùt notat Gav. *To.* 1. *P.* 1. *tit.* 5. *n.* 3. *lit. d.* ac ex eo Caſanova *n.* 73.

31. De *Miſſis* tam de *Requiem*, quàm etiam alijs (quando priores prohibentur) *ad Altare privilegiatum*, ut vocant, dicendis vide P. Gob. *Tr.* 3. *caſ.* 19. *à n.* 637. & 640. ubi deſcribitur Forma Brevis dari ſoliti petentibus *Altare privilegiatum*, & ſingulæ ejus *Clauſulæ* declarantur; item P. La Croix *To.* 6. l. 6. P. 2. à n. 518. & 525. ubi ait: Propoſitô, ac diſcuſsô dubiô in Sac. Congregatione *Indulgentijs* & *Sac. Reliquijs* præpoſita : An attentis vebis, quæ in *Brevibus Indulgentiarum* apponi ſolent (nempe his : *Pro tribus ad Septennium tantùm valituris ad ſeptennium* à die *Publicationis*, aut vero à die *Gratiæ Conceſſæ Romæ* (in quibusdam putabant) ſit incipiendum? Sac. Congregationem die 18. *Maij* 1711. declarâſſe, non *à die publicationis* (quam juxta Trident. Seſſ. 22. c. 9. de Reform. præcedere debet *Approbatio*, ſeu *Recognitio* Epiſcopi) ſed à Die datæ Brevis Tempus ſeptennij incipere. Poſſe autem omnibus diebus, quibus juxta Rubricas *Miſſa Defunctorum* celebrari non poſſunt, etiam per Miſſam de *die currente*, ad Altare privilegiatum celebratam, obtineri Indulgentias Animabus Purgatorij de Sedis Apoſtolicæ Conceſſione applicabiles, conſtat ex confirmatione Decreti circa Altaria privilegiata *perpetua* ſub Alexand. VII. nec non circa Altaria privilegiata quoque *Temporanea*, ſub Clem.

Clem. IX. editis facta ab Innocent. XI. 1688. die 4. Maij. suprà citat. Porrò sub Generali Indulgentiarum suspensione, quæ fit annô Jubilæi, non comprehendi Indulgentias *Altarium privilegiatorum*, nec alias Indulgentias pro *solis Defunctis* concessas tradunt aliqui, sed hac in parte attendendus erit Tenor *Bullæ Jubilæi*, illique standum; in dubio autem ad Sedem Apostolicam pro Declaratione recurrendum. Denique tradunt quoque Nonnulli, declaratum esse à Sac. Rit. Congr. Clausulâ illâ Brevibus Indulgentiarum apponi solitâ : *Volumus autem, ut, si alias Christi Fidelibus, dictam Ecclesiam visitantibus, aliqua aliæ Indulgentiæ perpetuæ, vel ad Tempus nondum elapsum duraturæ, concessæ fuerint, præsentes litteræ nullæ sint*, non comprehendi Indulgentias Altarium privilegiatorum pro Defunctis concessas : an autem hæc Declaratio authentica sit, nec ne, mihi hactenus non constat.

§. IV.

Propria Missarum Privatarum pro Defunctis.

1. COnvenit, ut *primâ die* cujusque Mensis (extra *Adventum*, *Quadragesimam*, ac *Tempus Paschale*) non impedita *Officiô duplici*, vel *semiduplici*, fiat saltem Commemoratio Generalis pro Defunctis per Orationem : *Fidelium* in Missis privatis de *Festo simplici*, aut Feriâ dictis; item in *Feriis secundis* respectivè (extra Tempus tamen Quadragesimale, & *Paschale*) in quibus non fit *Officium duplex*, vel *semiduplex*, modô suprà declaratô juxta Rubric. *Gen. V. Missal. n.* 1. & 2.

2. *Missæ privatæ de Requiem* dici possunt quacunque die, præterquam in *Dominicis*, ac *diebus* suprà à Rubricis & Summis *Pontificibus exceptis*, in quibus etiam *præsente Corpore*, seu *funere*, dici prohibentur etiam ad Altare privilegiatum, ùt ibi : In *Festo* tamen *duplici*, quod non est de *Præcepto* (hoc est, *celebre in foro*) posse aliquando celebrari Missas de *Requiem*, ut *impleantur voluntates Defunctorum*, olim declaravit Sac. Rit. Congreg. die 1. Septembr. 1617. & 20. Jun. 1626. apud Casanovam *n.* 68. ubi tamen rectè advertit, Sacram Congregationem signanter dicere : *ut impleantur voluntates Defunctorum*, non verò : *Ad arbitrium vivorum : Neque Tolerantia* (inquit idem ibidem) *fieri Lex debet, aut Consuetudo nimia contra Leges Ecclesiasticas*; nec denique Voluntas Missam celebrari Petentis *Legi*, *ac Ordinationi Ecclesiasticæ prævalere*, *sed Institutioni Ecclesiæ conformari, ut Petitio ejus, ac Devotio sit rationabilis*, atque conveniens.

3. Si quis longè à Nobis absens moriatur, potest, si proximè obierit, *Missa de Requiem* die non impedito pro eo dici primâ vice ut suprà in die *Tertio Depositionis*, omissô tamen Verbô : *Tertium*. Gav. To. 1. P. 4. Tit. 18. n. 15.

4. Quando omissô *Sacrô funebri* celebratur *Festivum fori* pro *Defuncto*, non est opus, ut collecta, seu Oratio funebris inseratur, etiam *præsente Corpore*; imò ne licere quidem id in *Duplicibus*, contra Navarrum docent Gavantus & Fraxinellus apud P. Gob. in *Alphab. Sacrif.* (quod est Tr. 3. To. 1.) n. 625. eò quôd Rubricæ non permittant ijs diebus (si non sit facienda aliqua Commemoratio) plures Orationes, nisi pro *Re gravi* : unde qui ordinariè id factitaret, censeretur inducere novum Ritum contra Prohibitionem Clem. VIII. in Bulla Missali præfixa. Ex quo fundamento apud P. Lohner citatus Gob. P. 3. *cit.* n. 626. etiam reprobat Praxin illorum, qui in omnibus duplicibus per annum Orationi de Festo collectam pro *Defunctis* eo fine subjungunt, ut obtineant *Indulgentias* in Suffragium animarum à Gregorio XIII. ipsis Concessas, si ad Altare privilegiatum *collectam pro Defunctis* dicant : Cui resolutioni Gobatianæ haud obscurè favet Decretum Sac. Rit. Congreg. de anno 1627. 24. April. apud Gerlac. Vinit. P. 1. Tit. 5. Annot. 3. uti & Clementis X. aliáque superiùs relata. Addit tamen citatus Gob. n. 628. si in aliqua Ecclesia legitimè introducta sit Consuetudo, ut in *Dominicis*, ac *Festis non Summus præsente Corpore* collecta pro Defuncto inseratur (prout Constitutiones Synodales Diœcesis Constantiensis P. 1. Tit. 9. n. 12. permittunt) posse eam *Permissionem* ob suam Antiquitatem, ac Circumstantiæ considerabilitatem tutò usurpari.

§. V.

Propria Missarum Solemnium pro Defunctis.

PRæter superiùs jam annotata hôc Titulô §. 2. & 3. observanda in harum celebratione sunt insuper sequentia :

1. Quandocunque fit *Missa* pro *Defunctis solenniter*, dicitur una tantùm *Oratio*, etiam extra diem *Depositionis*, *diem Tertium*, *Septimum*, *Trigesimum*, & *Anniversarium*. Dicit *solenniter*, id est, cum *Apparatu*; repugnet Rubrica contra Rubricam, uti fieret, si Nomine *Missæ solemnis* etiam veniret *Conventualis*, quæ juxta Rubr. Gener. V. Missalis n. 1. & 2. statutis Temporibus *primâ die mensis*, aut *Feriâ II.* Hebdomadæ non impeditis Officiô 9. Lectionum, cantari debet ; in hac enim dici debeat

bent tres Orationes, ùt in Missali suò locò.

2. In *Missa solemni* de *Requiem* non incensatur Altare, nisì ad Oblata post horum Incensationem, nec quidquam aliud, nisì solus Celebrans. *Rubr. Missal.*

3. Subdiaconus non osculatur manum celebrantis, nec benedicitur, neque tenet Patenam, neque defert Librum osculandum celebranti; ministrat tamen isti, cùm incensat, & manus lavat; dum autem Sacramentum elevatur, ipsemet hoc incensat.

4. Diaconus non petit Benedictionem, nec osculatur celebrantis manum, nec incensat Librum, nec celebrantem in fine Evangelij.

5. Acolythi non portant Luminaria ad Evangelium, neque Thuribulum; tenent tamen, ùt alias, medium Subdiaconum sustinentem Librum Evangeliorum.

6. Nullus Ministrorum, cùm aliquid porrigit celebranti, ejus manum, aut Rem, quam porrigit, osculatur.

7. In Choro genuflectunt omnes ad Confessionem, ad Orationes, & dictò per Celebrantem *Sanctus* usque ad *Pax Domini*, & ad Orationes post Communionem: in reliquis sedent, aut stant, ùt in alijs Missis.

8. Si distribuendæ sint Candelæ (quæ deberent esse ex *cera Communi*, seu *flava*, nisì ùt apud P. de Portu *P.3.c.6.f.* 350. *in adnot. ad Rubr.* 3. animadvertit Castaldus, Voluntas Hæredum, aut Eorum, ad quos spectat, magis inclinaret in ceram albam) distribuendæ sunt clero post Epistolam, ità tamen tempestivè, ut omnes sint accensæ Tempore debito, nempe ad Evangelium, ab hujus principiò usque ad finem ejus; item ad Elevationem *SS. Sacramenti*, usque ad Communionem inclusivè; ac denique post Missam, dum fit Absolutio.

§. VI.

De Sermone habendo, ac facienda Absolutione circa Feretrum, aut Castrum Doloris.

1. SI habendus est Sermo, habeatur finitâ Missâ ante Absolutionem, ante ipsum verò celebrans depositâ Planetâ, & Manipulò (quem cum eo etiam Ministri deponunt) induit *Pluviale*, vel cum *Stolâ* remanet in *Albis*, at Pulpitum nigrò pannò Cooperitur. Concionator autem non petit *Benedictionem*, nec recitat *Orationem Dominicam*, aut *salutationem Angelicam*; bene tamen facit sibi imprimendo signum S. Crucis. *P. à Portu, & Alij apud ipsum loc. cit.*

2. Si

2. Si finitâ Missâ facienda est Absolutio (idest, dicendæ Preces, ac peragendæ Cæremoniæ Exequiales circa *Tumbam*, vel *Tumulum*, aut *Lecticam* seu *Feretrum Mortuorum*, vel, ut vulgò appellant, *Castrum Doloris*) in *die Depositionis primo*, aut etiam *Tertio*, *Septimo*, ac *Tricesimo*, ejúsque *Anniversario*, tunc observanda sunt ea, quæ præscribit Missale & Rituale Romanum, illud quidem, ubi post Rubricas Generales agit *De Ritu servando in celebratione Missæ Tit. XIII. n. 4.* hoc verò *Tit. De Exequijs &c*; additis ijs, quæ præclarè ac practicè in rem hanc tradunt Gav. *To. 1. P. 2. Tit. 13. n. 4.* lit. f. & seqq. Michaël Bauldry in *Manual. Sacrar. Cæremoniar. Editionis novæ Venetæ P. 3. c. 14.* (reipsa autem 17.) *à fol. 191.* Gerlac. *Compend. Sac. Rit. P. 4. Tit. 9.* P. Lohner Instr. pract. *1. P. 4. Tit. 3. §. 3.* P. Hippolyt. à Portu Vicent. *P. 3. c. 6. Annot. ad Rubr. 4.* Præcipuè verò observanda hac in parte sunt sequentia : 1. Subdiaconus ità gestet Crucem, ut Crucifixus sibi semper terga vertat. 2. Idem sistat se inter Lecticam mortualem & Portam Ecclesiæ, si Lectica seu Feretrum est inter Altare majus, & Portam, si autem alibi, eandem servet Proportionem, & juxta eum Ceroferarij cum Candelabris accensis hinc inde consistent 3. celebrans (ubi Planetâ, & manipulò depositij, assumpserit *Pluviale*, si habet & gestans Biretum in Capite, descenderit de Altari) sistet se inter Altare & Lecticam, aliquantum versus Cornu Epistolæ, & propè ipsum à sinistris Diaconus, & Acolythi cum Aquâ benedictâ, & Incenso. 4. Incensum benedicitur, & imponitur in Thuribulum circa finem Responsorij. 5. Antequam aspergat vel incenset, celebrans cum Diacono à dextris faciat reverentiam Altari, ùt in Missa; itemque Cruci subdiaconi, dum circuit Lecticam (celebrans quidem caput tantùm inclinato, Diaconus autem flexo genu) & ter à dextris, ac ter à sinistris eam aspergat, & incenset. 6. Diaconus tenet Librum, celebrans orat manibus junctis, & in fine facit manu dextrâ Signum Crucis super Lecticam, dicens : Requiem *æternam &c*; cantores verò dicunt : *Requiescant* (non *Requiescat*) *in Pace &c*, licèt pro uno tantùm fiat Absolutio. *Casanova in collectan. à n. 78.* & Alij.

Quomodo autem facienda sit Absolutio à Sacerdote, qui non sit Episcopus, aut Prælatus, in *die Commemorat: omnium Fidelium Defunctorum*, tradit Gav. *To. 1. P. 4. Tit. 15. n. 19.* breviter etiam Gerlac. *P. 4. Tit. 27. n. 4.* exactissimè verò, ac fusiùs Michaël. Bauldry Man. P. 4. c. 18. à n. 17. Vide etiam dicta superiùs die 1. & 2. Novembr.

Idem

Idem Bauldry Man. P. 5. à fol. 361. ex *Lib. 2. Cæremonial. Episcopor.* non minùs exactè capite 10. & seqq. agit I. de Observandis ab Episcopo in *Vesperis*, & *Matutinis* pro *Defunctis*, nominatim in *Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum.* 2. *De Missa Pontificali* pro Defunctis per *Episcopum* celebranda, & de *Sermone* ab eo habendo post Missam. 3. *de Absolutione solemni*, ab *Episcopo*, & aliis Prælatis facienda circa Castrum Doloris. 4. De Observandis à celebrante Missam pro Defunctis *coram Episcopo* : *à folio* autem 399. *cap.* 36. & *seqq.* agit 1. de *Anniversario Episcopi* proximè defuncti. 2. De *Anniversario omnium Episcoporum*, & *Canonicorum* Ecclesiæ Cathedralis Defunctorum.

3. De Ægrotatione, Morte, Funere, & Exequijs Episcopi, nec non de Supplicatione instituenda ad DEUM pro opportuna novi Episcopi Electione impetrandâ. Qui cateni Manuali Bauldry recèns impressô, consulant super prædictis ipsum *Cæremoniale Episcoporum l.* 2. & quoad prima tria Puncta etiam Gerlacum *P. 7. Tit. 24. 25. 26. & 27.* Vide insuper hìc dicenda Tit. ult. V. *Absolutio*, & V. *Episcopus*, nec non *Pontificale Roman. P. 3. Tit. antepenult.* ubi de *Exequijs Defunct*: Cardinalis, Archi-Episcopi, Episcopi propriæ Diœceseos, Imperatoris, Regis, ac Magni Ducis.

Quid verò sit observandum in *Exequijs*, ac *Sepultura*, tam *solemni*, quàm *minùs solemni* aliorum, seu *Laicorum*, seu *Clericorum*, etiam *Regularium*, post Rituale Roman. Tit: *De exequijs*, *& sepult.* declarat pariter sæpe memoratus Bauldry *Manual. P. 3. cap. antepenultimô*, quod reipsa (nam erratum in numerô ei adscriptô) est Caput 18. illius Partis; ubi etiam in fine, quid sit agendum, si sepeliendus sit mortuus *Tempore Interdicti*, cui tota Parochia, vel etiam Provincia est suppositus. De omnibus verò prædictis fusè, ac practicè agit Castald. in *Prax. Cærem. l. 2. sect. 9. c. 5. 6. 7. & 8.* necnon *l. 1. sect. 7. cap. 2. num. 9. 10. ac 11. & cap. 6. à num. 1.* Item eodem *l. 1. sect. 8. cap. 12. num. 5. & 6. ac cap. 13.*

TITULUS XI.

De Ritibus, ac Cæremonijs, in Recitatione Cujuscunque Officij Divini, necnon Singularum Horarum Canonicarum, tam privata, quàm publica ac solenni observandis.

QUinam Ritus, ac Cæremoniæ, tam in *privata*, quàm *publica* Officii Divini, seu Horarum Canonicarum *Recitatione* ex Præscripto Rubricarum, tam *Generalium*, quàm *Specialium Breviarij Romani* ultimò recogniti universim sint observandi, tum à quocunque celebrante seu Officiatore, tum etiam ab ejus Ministris, exactè declarant Gavantus *To.2.s.10.totâ.* Arnaud. *Tract. 2. P. 2. Tit. 1. 2. & 3.* Josephus Cabrinus in Epitome Sacr. Rituum. Bauldry *Man. Sacr. Cærem. P. 2. c. 11. 12. & 13.* additis ijs, quæ habet *P. 1. de Ministris*, seu *Officialibus* Ecclesiæ, tum generatim, tum etiam singillatim, & *P. 5.* ex *Lib. 2. Cæremon. Episcopor.* nec non in *Appendice 5. Partis.* Ceccoperius *de Canonicis.* Gerlac. Vinitor. *P. 5. totâ*, ac nominatim in 22. Annotationibus ad 6. Titulos illius Partis, extantibus in hujus fine. P. Lohner *Instruct. Pract. II. P. 2. 3. & 5. itidem totâ* : ipsúmque etiam Cæremoniale Episcoporum Lib. 1. præsertim à c. 5 & 18. necnon lib. 2. totô, ac denique Andreas Castaldus in *Praxi Cæremoniar.* quibus hic aliquid velle superaddere supervacaneum omnino foret. Inter alia tamen Notandum 1. Ad omnes *Horas*, quæ recitantur in Choro, ardere debere in Altari duas saltem Candelas. 2. *Solemniter consuevisse fieri Officium* significare *Festum Populi* aut Cleri, cum *Apparatu.* 3. Monialibus in Confessor nequaquam dicendum *Tibi Mater*, nec *Vobis sorores*, sed uti in Breviario. 4. Hebdomadarium in decantandis *Horis Canonicis* non debere uti Stolâ. Quid autem præterea, tam universè, quàm Speciatim in decantandis solenniter *Missis*, & *Horis* quibuscunque *Canonicis*, nec non *Officio Defunctorum*, eidem, aut cuivis alteri *Officiatori* sit observandum exactè tradit sæpè cit Bauldry P. 1. citat. præsertim c. 5. apud quem c. 8. ac P. 5. c. 28. uti & in Cæremoniali Episcopor. l. 1. c. 28. videri potest Qualiter, & qui-

quibus Temporibus adhibendus sit usus Organi in decantandis Horis & Missis solennibus.

Quid denique ex Præscripto Rubricarum Ecclesiasticarum Breviar. sit observandum in Recitatione Officij Parvi B. M. V. tam in *Choro*, quàm extra *Chorum*, rursus exequitur accuratè Gavantus Tom. 2. s. 9. c. 1. Arnaud. *Tr.* 2. in Appendicibus Brev. Tit. 1. P. Lohner *Instruct. Pract. II. P.* 4. §. 7. Vide etiam de his Omnibus, ac alijs ad Disciplinam Rubricisticam spectantibus Titulum ultimum hujus III. Partis.



TITU-

TITULUS ULTIMUS.

MISCELLANEA Rubriciſtica, Ordine Alphabetico ad Modum Indicis ac Repertorij digeſta.

MAjuſculæ I. II. III. denotant Partes hujus Ephemerologij, nempe *I. Primam* : *II. Secundam* : *III. Tertiam* : *Ciphra* autem prima cuilibet earum appoſita *Titulum* illius Partis, Secunda *Paginam* ejusdem Partis, Tertia, ſi apponatur, *Columnam* ejusdem Paginæ deſignat. Character *&c* (ſeu *hujus Libri*, ſeu etiam *alterius Auctoris Citationi* ſuperadditus) denotat, locô ibi citatô plures alios reperiri *Auctores*, qui *de eodem Argumento* tractent. Littera *V.* denique idem ſignificat, quod *Vide*, vel *Verbô*.

A.

ABBAS. *Abbatis* Electio, Benedictio, &c quo *Ritu*, ac quibus *Cæremonijs*, ſit facienda, tradit D. Andreas Piſcara Caſtaldus Congreg. Cler. Reg. Theatinor. Presbyter, in Praxi Cæremoniar. l. 1. ſ. 9. & reſpectivè *Pontificale Romanum*, juſſu Clement. Pap. VIII. reſtitutum, ac annô 1596. Romæ in folio majore editum, paucis verò abhinc annis in forma Octava Antverpiæ pro majori eô utentium commoditate cum nonnullis in fine additis reuſum.

ABBATISSA. Hujus Benedictio &c quando, ubi, & quomodo facienda ab Epiſcopo, aut ejus Delegato, traditur à Pontificali Romano P. 1. Tit. 22. à fol. 170. & à Caſtald. l. 2. ſ. 12. c. 8.

S. ABRAHÆ *Feſtum* quomodo (ubi eſt conceſſum) ſit celebrandum. *III.* 2. 33. 1. item Gav. *Tr.* 1. *ſ.* 5. *c.* 12. *n.* 22.

ABSOLUTIO à Cenſuris Excom-

munications, *Suspensionis*, & *Interdicti* quô *modô*, ac *Ritu* sit facienda tam in *foro interiori*, quàm etiam *exteriori*, tradit *Pontificale* Romanum P. 3. Tit. 11. & 22. &c. item Rituale *Rom.* jussu, & Auctoritate Pauli V. editum Tit. *De Sacram. Pœnitent. à f. 58. usque ad f. 63.* item Sacerdotale seu Rituale nostrum *Brixinense* P. 1. dist. 4. c. 7. à f. 147.

Absolutio ad *Tumulum Defuncti*, & *Lectlicam Mortualem*, seu *Feretrum*, ac *Castrum*, ùt vocant, *Doloris*, quô *Modo*, ac *Ritu*, nec non *Apparatu* sit facienda post Missam Funebrem, aut in fine *Sepulturæ*, vel *Exequiarum*. III. *Tit.* 10. *§.* 6. *f.* 289. & seqq. & Castald. *l.* 1. *s.* 7. *c.* 2. *n.* 9. & 10. & *c.* 6. *n.* 4. item *s.* 8. *c.* 12. *n.* 5. & 6. ac *c.* 13. & *l.* 2. *s.* 9. *c.* 5. 6. 7. & 8. ac denique etiam ipsum *Pontificale Roman.* P. 3. Tit. 32. à f. 681. & Rubricæ Missal. de Rit. in celebrat. Missarum servand. Tit. 13. à n. 3.

Agnorum DEI *Benedictio* Vid. V. *Benedictio. f.* 298.

Altaris *Titulus*, ejúsque *Dedicatio* an possit, vel etiam debeat *Ritu duplici* 1. *Classis*, ac cum *Octava* celebrari. III. 1. f. 7. & 21. In Altari, in quo aut *Papa*, aut ejus *Legatus à latere* intra fines suæ legationis, vel Cardinalis, aut etiam *proprius* celebravit *Episcopus* in suâ Diœcesi, alius Sacerdos eo die ne celebret, nisi de ejus licentia, quæ tamen (inquit Bauldry) *tacita* sufficit, quando necessitas urget, ne v. g. aliqui die Festo nequeant audire Sacrum, aut quando Consecrandæ sunt Hostiæ pro Infirmis, aut alia Ratione III. 9. f. 264.

Altaris *Privilegiati* Indulgentiæ quando exspirent, & quomodo petendæ, quibúsque Missis, possint obtineri. III. 10. *§.* 2. *num.* 4. *&* *§.* 3. *n.* 30. *à f.* 274. & 286.

Anniversaria dies *Defunctorum quorumlibet* quomodo celebranda III. §. 2. & 3. à f. 276. quomodo item Anniversaria dies *Electionis*, & *Consecrationis* Episcopi: item *Creationis* & *Coronationis* Papæ *III.* 7. *à f.* 251. necnon Castald. l. 1. s. 10. c. 4. n. 41.

Annuntiatio B. V. M. quomodo celebranda *II.* 3. *à f.* 90. Quando ejus Festum incidit in *Dominicam privilegiatam* ante Palmas, transfertur in *Choro* (id est, quoad *Officium*, & *Missam*) in diem proximam non impeditam per Rubr. tam *Breviarij*, quàm *Missalis* Romani, non autem transfertur tunc *in foro*, hoc est, quoad *Præceptum*, seu *obligationem audiendi Missã*, & *abstinendi ab opere servili*, sed *quoad hæc* celebrandum tunc est Festum Annuntiationis eo ipso die, in quem incidit. *ibidem.* Idem est, si incidat in *Dominicam Palmarum*, aut in *Feriam II.* aut *III.* aut *IV.* aut etiam *V. majoris Hebdomadæ*, aut in Hebdomadam Paschalem, hoc est, *infra Octavam Paschæ*; nam & in hujusmodi Casibus quoad

Præceptum, seu *obligationem audiendi Missam*, & *vacandi ab opere Servili* non transfertur, sed quoad hæc (adeoque in *foro*) observandum est proprio suo die, nempe 25. Martij, in quem incidit; in Choro autem, seu quoad *Officium*, & *Missam* de eo recitanda, juxta Rubricas Breviarij, ac Missalis Romani (eidem Annuntiationis Festo præfixas) transferri debet in diem post Dominicam in Albis Officio 9. Lectionum proximam non impeditam, utì factum hoc annô 1717. quô *Festum Annuntiationis* occurrens in ipsa *Feria V. Cœnæ Domini*, ex Decreto universali Sac. Rit. Cengreg. translatum quidem est in *Choro*, id est, quoad *Officium*, & *Missam* juxta Rubricam *General. X. Breviarij* nec non specialem ejusdem Breviarij, ac *Missalis* Romani ex ipsius Sacr. Congregationis Decreto in diem proximam post Dominicam in Albis Officio 9. Lectionum non impeditam (quæ erat Feria III. post Octavam Paschæ incidens eô annô in diem 6. Aprilis) at verò in *foro*, hoc est, qnoad *præceptum*, seu *obligationem audiendi Missam*, ac *Vacandi ab operibus Servilibus*, non fuit translatum, sed servandum fuit ipsâ *Feria V. majoris Hebdomadæ*, uti anno 1693. in simili occurrentia *Festum S. Josephi* pariter incidens in *Feriam V. Cœnæ Domini*, sub Innocent. XII. Pontific. Max. *I. Tit.* 20. *§.* 1. *f.* 95. & 96. *II. Tit.* 3. *à f.* 91. junctis tamen ijs, quæ habentur *ibidem Tit.* 12 in Addendis *f.* 475. *col.* 1. & 2. Simili modo in simili occurrentia erit proccdendum anno 1723. Quando verò *Annuntiationis B. V.* Festum incidit in *Feriam VI. Parasceves*, aut in *Sabbatum Sanctum*, tunc de Mandato Alexandri Papæ VIII. ac Dispositione Sacr. Rit. Congregat. 11. Mart. 1690. id non modò in *Choro* (hoc est, quoad *Officium*, & *Missam*) sed etiam in *foro*, id est, quoad *Præceptum*, seu *obligationem audiendi missam*, & *vacandi ab operibus Servilibus*, transferendum est in *Feriam II. post Dominicam in Albis*, translatô ad aliam diem *Festo* [illegible] *cunque aliô in ea* forsan *occurrente*, [illegible] si hoc fuerit *altioris Ritûs*; si enim Festum eâ *Feriâ II. occurrens* fuerit *altioris Ritûs*, id est, 1. *Classis*, tunc Festum *Annuntiationis* occurrens in *Parasceve*, aut *Sabbato sancto* adhuc quidem in *Foro* celebrandum est Feriâ illâ II. post *Dominicam in Albis*, at tamen in *Choro*, seu quoad *Officium* & *Missam* cedere debet Festo altioris Ritûs Feriâ illâ II. *occurrenti*, adeoque transferri in Choro ejusmodi in loco ulteriùs in aliam diem proximam Officiô 9. Lectionum non impeditam. Dixi autem *occurrenti*: nam Festis solummodo *translatis*, seu ejusdem, seu etiam *altioris Ritûs*, h. e. 1. *Classis*, non cedit, sed his omnibus, etiam *priùs translatis*, præponitur in ejusmodi occurrentia

cursu. ll. *Tit.* 3. *à f.* 91. *usque ad* 95.

Annuntiationis **B. V. Festo** incidente in eos Dies, qui occurrunt à *Dominica Palmarum* usque ad Feriam III. Paschatis inclusivè, poterat olim vi Rubricarum antiquarum Missalis P. 1. de **Translat. Festorum** Tit. 6. Ratione *Tituli Ecclesiæ*, vel *Concursûs Populi*, ultra *Missam Correspondentem Officio* cantari insuper alia Missa de *Festo* (utì videre est apud Gav. To. 1. P. 4. Tit. 15. n. 5.) at verò ex nova Rubrica Missalis recogniti *Tit. eodem* id illis diebus non ampliùs licet, bene tamen alijs Quadragesimæ, utì & cæteris infra *Hebdomadem Paschalem* diebus, utì videre est *Tit.* 3. *cit. à f.* 91. Regulares Commorantes in Diœcesi, in qua *anticipatur* hoc Festum, incidens in Hebdomadem *majorem*, aut *Hebdomadem Paschalem*, non possunt quidem illud ampliùs anticipare pariter in *Choro*, tenentur tamen & ipsi illud servare anticipativè *in foro*. ibidem f. 95. Annuntiationis *Festum* est unum ex illis, in quibus illi, quibus alioquin (exceptis solemnioribus Festis) conceditur ex privilegio Apostolico celebratio Missæ in Altari privati Oratorij, nequeunt eô uti. lll. Tit. 9. f. 63. Item Gav. To. 1. P. 1. *Tit.* 20. *lit. f. ante finem illius Tit.* Si simul sint transferenda *Festum S. Josephi*, & *Festum Annuntiationis*, priùs reponenda est *Annuntiatio*, & deinde *S. Josephi* ex Decret. Sac. Rit. Congreg. de anno 1692. 14. Jun. non obstante Decreto edito in Contrarium 1682. 13. Jun. ll. 2. *à* f. 93.

ANTIPHONÆ in Officio & *Missa à* quo inchoandæ, ac intonandæ sint in *Choro*, Vid. Cæremonial. Episcopor. l. 2. c. 1. & 2. Item Castald. l. 2. f. 3. c. 2. à n. 10. Quando eædem coincidunt cum initio Psalmi, quomodo intonandæ, & quomodo tunc Psalmi tam intra, quàm *extra* Chorum sint prosequendi Vid. eumdem *ibidem n.* 13. & Gavant. To. 2. f. 5. c. 7. n. 12.

Antiphonæ unde cum suo *Versu* sint sumendæ, quando posterior cum priore jam dictâ ob similitudinem est Commutanda Vid. V. *Commemoratio.*

AQUAM unà cum *Vino* adhibendam esse in Pollicum ac Indicum Ablutione super Calicem post hujus Purificationem in fine Missæ, manifestum est ex Rubrica Missal. de Rit. servand. in celebrat. Miss. Tit. 10. n. 5. contra quam proinpeccant, qui illam *solo Vino*, vel *solâ Aquâ* faciunt, *quod non licet* Teste P. Hippolyt. *à* Portu Vicentino *absque Pontificio Privilegio.*

B.

BEATUS, & BEATIFICATIO. *Beati* nondum *Canonizati* quomodo colendi, & quatenus *Officio*,

Missâ, *Altarium Erectione*, *Reliquiarum* Expositione &c. III. Tit. 2. f. 29. Eorum *Nomina* non inserenda *Litanijs*, etiam privatim dictis II. Tit, 4. die 25, April. f. 113. *Beatificati tantùm* in eo differunt *à Canonizatis*, quòd isti possint Officiò à Sede Apostolica approbatò *ubique* coli, non item illi. Gav. To. 2. f. 3. c. 2. n. 8. Aliud inter *Beatificationem*, & *Canonizationem*, discrimen Vid. apud P. Georg. Gobat. *To.* 1. *Tr.* 3. *n.* 696. *Append.* 1. *lit. b. Beatificationis* Festum seu solennitas prima vice quomodo celebranda, Vid. V. *Canonizatio.*

Benedictio Sacra. Benedictiones Candelarum, Cinerum, Cerei Paschalis, ac Palmarum quomodo, & quando faciendæ, traditur suis locis P. I. & II. &c. *De Benedictione Sponsorum* autem Vid. P. III. Tit. 7. f. 254. &c. De *Benedictionibus* alijs quà *Rerum* diversarum, quà *Personarum*, & *Locorum &c*, tam *Invocativis* quàm *Constitutivis*, iisque tam *Sacerdotalibus*, quàm *Pontificalibus* (exstantibus, unà cum suis Rubricis partim in fine *Missalis*, partim in *Rituali Romano* Tit. *De Benedictionibus*, partim verò in *Pontificali Romano*) Vid. Castald. l. 2. s. 11. & 12. Item Gav. To. 1. P. 4. Tit. 19. & Lohner Instruct. 1. P. 5. Tit. 1. ubi de earum *Cæremonijs*, nec non *Habitu* Benedicturi Sacerdotis &c, monèntque, in Principio cujuscunque *Benedictionis* dici debere Vers: *Adjutorium Nostrum in Nomine Domini &c.* Et ante Orationem seu Collectam Vers: *Dominus Vobiscum &c.*

Benedictio cum Venerabili Sacramento (cujus nimiam Frequentiam, uti & *Expositionis* ejusdem *SACRAMENTI*, improbant AA.) quo modo danda Vid. III. Tit. 7. f. 241. Si danda est *Communicantibus* cum SS. Sacramento, tunc conveniens esse, ut detur potiùs post *Communionem*, quàm antè, colligitur ex Rituali Romano.

Benedictio Mensæ Quando recitetur, annotatur suis locis P. I. & II.

Beneficiatus. Quo Ritu debeat celebrare Festum Sancti, cujus Altare est *Titulus Beneficij.* III. *Tit.* 1. *f.* 21. An item, & quo *Ritu Titularem Ecclesiæ* dirutæ ad illud Altare translatæ. *ibidem.* An etiam absens seu non residens apud eam Ecclesiam, quæ est *Titulus* sui *Beneficij &c.* ibidem. Habens Capellaniam, vel Beneficium in Ecclesia Regularium, quale teneatur dicere *Officium*, & *Missam. III. Tit.* 2. *à f.* 45. Item absens à loco sui Beneficij ibidem Tit. 1. f. 21. Item duplex habens Beneficium ibidem Tit. 2. *f.* 39. An habens plures Beneficiorum aut Ecclesiarum Titulos teneatur totidem *Commemorationes* facere II. 1. à f. 24.

Biretum nec *Sacerdos*, nec *Minister* aut *Sacristanus* deponere debent.

unquâ aut supra Calicẽ, aut supra *Missale*, aut etiam supra *Altare*. Delatus ad Altare, antequam huic, aut Imagini Crucifixi desuper positæ, præscriptam à Rubricis exhibeat Reverentiam, *Biretum* Ministro porrigere debet; in Recessu autem ab Altari non nisi facta *Altari*, aut *Cruci* desuper Collocatæ competente Reverentiâ accipere Biretum à Ministro; ità enim expressè præscribit Rubrica Missalis *Tit. 12. de Rit. Servand. in celebrat. Miss. n. 6.* Alia huc pertinentia Vid. infrà V. Caput.

C.

CÆREMONIÆ in Recitatione cujuscunque *Officij Divini*, tam *Privatâ*, quàm *Publicâ*, ac *Solemni* quæ tam sint observandæ (quando nimirum, aut quoties *flandum*, *genuflectendum caput inclinandum*, *Signum Crucis adhibendum* ad quascunque *Horas* intra, & extra Chorum) declaratur III. Tit. 11. à f. 292.

Cæremoniæ similiter in *Missa* tam *Privata*, quàm *Solenni quacunque* observandæ declarantur III. Tit. 8. à f. 259. & apud AA. ibi cit.

Candelabra quot supra Altare ponenda Tempore Rei Divinæ, Vide infrà V. Crux.

Candelæ quomodo à comitantibus Processionem sint deferendæ II. Tit. 2. f. 49. Idem est de *Palmis*. ibid. & I. 19. f. 87.

Canonicus. *Canonicorum Munus*, *Ordo*, *Habitus*, ac *Cæremoniæ* in *Choro &c* declarantur à Castald. l. 1. s. 8. per 13. capita. Eorumdem ad Cantandam Missam *de die*, vel *quasi de die* Conventualem, eámque quandoque duplicem &c, declaratur I. Tit. 5. f. 26. & III. Tit. 7. f. 255. &c.

Canonizatio, & *Canonizatus*. *Canonizatio* alicujus *Sancti* quomodo differat ab ejus *Beatificatione*, Vide suprà V. *Beatificatio*. De *Sancto Canonizato* non potest fieri *Officium* sine novo Sacr. Rit. Congregat. Decreto extra propriam Ecclesiam Teste Gavant. *To. 2. s. 2. c. 2. n. 30.* III. *Tit. 2. f. 34.* & *f. 47.* An, & cujus Auctoritate fas sit Recitare *Officium* aut dicere *Missam* de quolibet *Canonizato*. Vid. III. Tit. 2. f. 24. &c. *Canonizationis* Festum Quomodo primitus sit celebrandum tradit Castald. *l. 3. s. 12. c. 4. n. 16.* ubi ità scribit: "Cùm primùm juxta Ecclesiasticos Ritus à Romano Pontifice aliquis in Sanctorum numerum "fuerit relatus, præter Solemnem "Festivitatem, quæ ei in propria "Ecclesia debetur die Natalis ejusdem, *Canonizationis Festum* solemniter celebrari consuevit cum "Processione, in qua defertur Vexillum cum Imagine *Sancti Canonizati*, & *Reliquijs*, procedendo ordine supr. l. 2. s. 10. c. 4. aliàs "præscripto. Officium erit solemne primæ Classis cum Octava, "de-

" desumptum ex Communi juxta " Gradum, ac dignitatem Sancti, " & in Oratione (nisì *propria à Sede* " *Apostolica assignetur*) locô *Natalitia* " dicetur : *cujus Canonizationem coli-* " *mus* : ipsius etiam Laudes Virtu- " tum, ac Miraculorum, à Concionatoribus ad id electis Populo an- " nuntiantur, quò Sancti cogni- " tis meritis pio affectu omnes " ad venerationem, ac singuli ad e- " jus imploranda suffragia exciten- " tur. Itâ Castaldus, sequentia insuper ibidem subjungens : *Eadem* (*inquit*) *respectivè observari poterunt in particularibus Ecclesijs, cùm alicujus Beatificatio Solemniter celebratur, intellige*, cum proportione, & nisì aliter in Decreto Beatificationis à Sede Apostolica ordinetur, aut præscribatur Vid. II. *à f.* 476.

Capella, & *Capellanus*. Capellæ *Titulus*, aut *Patrocinium*, ejúsque *Dedicatio* an, & quo Ritu celebrand. III. 1. *f.* 7. *&* 21. item *Tit.* 3. *f.* 57. Quale Officium dicendum Capellano *Episcopi*, item *Monialium*, ac aliorum Regularium &c. III. 2. f. 38. 46. & 47.

Caput. *Capite Cooperto* facere competentem Reverentiam (hoc est *Genuflexionem*) Versùs illud *Altare*, aut eum *Locum*, in quo asservatur *Venerab. Sacramentum*, jubet quidem Rubrica Missal. *Roman. De Rit. Servand. in celebrat. Miss. Tit.* 2. *n.* 1. *Sacerdotem paratum*, quando ante alterutrum eorum transit, ex speciali tamen Sedis Apostolicæ concessione Praxis in Germania habet, ut caput in ejusmodi casu aperiatur, seu detegatur, tum ad contestandam contra Hæreticos de Reali CHRISTI in Venerab. Sacramento Præsentiâ fidem, tum etiam ad cavendum eorumdem, atque ipsorummet quoque Fidelium in his locis scandalum, uti observat, & testatur Lohnerus Instruct. 1. P. 6. Tit. 2. lit. b. Atque (utì habetur in Consuetudinibus Nostræ Provinc. c. 3. n. 1.) ex Declaratione Clement. VIII. pro his Partibus factâ. Quòd si Venerabile Sacramentum in Altari summo non asservetur, tunc transeunt ante illud Sacerdos non quidem facere debet *genuflexionem*, facere tamen nihilominus debet Versùs illud *profundam* (medij Corporis inclinatione) reverentiam, & quidem juxta Rubricam Missal. antea allegatam, pariter *tecto*, seu *Cooperto Capite*, nisì, ubi (ùt in *Germania*) ob majorem Populi ædificationem introducta etiam est Consuetudo eam faciendi Capite *detecto*, ùt idem Lohnerus Instruct. cit. P. II. Tit. 4. n. 1. advertit.

Cardinales. De Horum Functionibus intra, & extra Capellam Papalem, aliísque ad eos Pertinentibus Vid. præter Missal. Roman. de Ritu servand. in Celebrat. *Missar. Ceremoniale Episcoporum l.* 1. *&* 2. per

nop

non Castald. l. 1. s. 10. & l. 2. s. 2. 9. 10. 12. ac l. 3. sparsim &c.

Cereus Paschalis, quando, & quoties accendendus I. f. 115. & 127. *Cerei* ad Missam ardentes non ante finitum ultimum Evangelium juxta Rubric. Missal. sunt extinguendi, & priùs quidem ille, qui est ex parte Evangelij.

Circumcisionis Festum celebrandum quidem in propria Ecclesia sub Ritu duplici 1. Classis II. 1. l. 1. attamen *sine Octava*; tum, quia juxta Rubr. Gen. *VII. Breviar.* n. 1. in fin. à die 17. Decembr. usque ad Festum Epiphaniæ suspenduntur *omnes Octavæ particulares*. II. 12. f. 435. tum, quia id Festum spectat ad *Octavam Nativitatis Domini*, ùt notat Castald. *l.* 3. *f.* 12. *c.* 2. *n.* 4. De celebratione hujus Festi tum Romæ in Capella Palatij Apostolici, tum etiam alibi, Vid *eumdem l.* 3. *f.* 2. *c.* 6. *n.* 9. & 10.

Clausulam Hymnorum Propriam quænam habeant *Festa*, ac *Officia*, & qualem, Vid. Rubr. Gener. 20. Breviarij à n. 4. usque ad Octavum inclusivè. Item infrà V. Hymnus.

Color Paramentorum Celebrantis, Altaris, & *Ministrorum* debet (regulariter loquendo) juxta Rubric. General. 18. Missal. n. 1. Convenire *Officio*, & *Missæ* diei Currentis secundùm usum Romanæ Ecclesiæ, quæ quinque coloribus uti consuevit, *Albo*, *Rubrò*, *Viridi*, *Violaceò*, & *Nigrò*, quorum singulis utitur prout in eadem Rubrica, atque etiam à me suis annotatur locis, utì etiam, quibusnam in Casibus Color Paramentorum celebrantis discrepet à Colore *Pallij*, seu *Antependij* Altaris. Quoniam autem *Color Aureus*, sive *Croceus*, æquivalet *omni Colori* (quia omnes, Teste Maria Quarti ad illum concurrunt) ideo in omnibus *Festis solemnibus* uti licet *Colore Croceo* seu *flavo*, ac quovis alio, qui Auro pretioso est intertextus. *Gerlac. Vinitor. P. 1. Tit. 18. in Annotat.* Mutatio Colorum, quando facienda est, fieri debet in *Primis Vesperis Festi*; si autem Vesperæ non dicuntur integræ de aliquo, sed tantùm à Capitulo, tunc initiò *Vesperarum* ille *Color* est adhibendus, qui Festo, de quo Capitulum dicitur, congruit.

Commemorationes quà *speciales*, quà *Communes*, sive *Suffragia Sanctorum*, ac *Commemoratio de Cruce* quando, quomodo, quo ordine, & sub quanta obligatione &c in Officio sint faciendæ I. 31. à pag. 187. II. 1. 19. 2. & seqq. Item III. Tit. 6. §. 13. à pag. 197. & §. 14. à f. 215. &c.

Communio Quomodo tam *intra*, quàm *extra Missam*, seu *solemnem*, seu etiam *Privatam*, sit distribuenda, Vide III. Tit. 8. à f. 257.

Comprecatio 40. Horarum &c quomodo instituenda III. Tit. 7. à f. 239. & Tit. 8. f. 257. Additis ijs, quæ habentur P. I. Tit. 11. §.

5.

5 à f. 55. Vid. & Gav. To. 1. P. 2. Tit. 14. Castald l. 2. s. 2. c. 7. Vin. P. 4. Tit. 6. & 7. ejúsque annotat. *Bauld.* P. 4. c. 16. artic. 7. & seqq. ubi etiam de Processionibus, quæ sub eadem fieri solent. Non potest indici Auctoritate Magistratus Sæcularis sine Requisitione, & Consensu Episcopi Diœcesani ex Constitutione Clement. VIII.

Concurrentia in *Officio* quid sit, ac quotuplex, & quænam ejus Regulæ III. 6. à f. 104. per 11. §. §. usque ad f. 184.

Confiteor, quando, quomodo, & à quo dicendum respectivè in *Officio* (id est ad Primam, & Completorium) nec non in *Missa*, ac ante Distributionem S. Eucharistiæ, Vide Rubr. Gener 15. Breviar. n. 2. & 3. Missal de Rit. celebrand. Miss. à n. 7. Gav. To. 1. P. 2. Tit. 3. à n. 7. & To 2. s. 5. c. 17. à n. 11. item supr. III. Tit. 8. f. 258. Non licet ei sine licentia Papæ addere Nomen *Patroni*, aut alterius *Sancti*, nec *Monialibus* illud in Officio aliter dicere, quàm dicitur à viris. Gav. ibidem.

Cordis JESU *Festum* juxta suprà insinuata P. I. Tit. 32. f. 209. celebratur alicubi Feria VI. post Octavam SS. Corporis Christi ex Indulto Sedis Apostolicæ, ac decantatâ solummodo *Missâ Votivâ solemni de Venerab. SACRAMENTO* : nam Missa : *Gaudeamus &c.* alicubi impressa, & aliquando circumferri Solita, non est à Sac. Rit. Congr. approbata (saltem hactenus) uti rescriptum huc Româ.

Credo in *Missa Conventuali* debet integrè cantari, nec licet celebranti Missam prosequi eo Tempore, quô illud decantatur III. Tit. 8. f. 259.

Crux cum *Imagine Crucifixi* collocanda est super Altare, in quo Celebratur, in medio Candelabrorum cum Cereis accensis, quæ item debent esse *duo* juxta Rubr. Gener. Missalis, de Præparatione Altar. & Ornam. Tit. 20. Dixi: *item*; Nam in *Solemnioribus Missis* regulariter *sex* in recta linea sunt adhibenda: *quatuor* etiam in *minus Solemnibus* solent adhiberi pro Dignitate Missarum; Non sufficere autem, ut sola ipsius Altaris Principalis Icon (seu Picta, seu Sculpta) referat *Christi Crucifixi imaginem*, sed debere insuper collocari in eo alteram quoque *Crucem* cum *Imagine Crucifixi*, & quidem etiam in eo Altari, in quo SS. Eucharistiæ Sacramentum constanter asservatur in Tabernaculo Altaris, contendit, ac probat Gavant. To. 1. P. I. Tit. 20. à lit. U. Imò etiam super Altare, in quo SS. Sacramentum *expositum* est, Crucem cum Imagine Crucifixi apositâ esse Collocandam S. R. C. die 14. Maij 1707. Magistris Cæremoniarijs Metropolitanæ Ecclesiæ Sonensis Respondit. I. Tit. 31. f. 190.

D.

D.

DEDICATIO ECCLESIÆ, tam *propriæ*, quàm etiam *Cathedralis*, ac utriusque Anniversaria dies quomodo celebranda. *III. Tit. 3. à f.* 48. Quomodo item in eo loco, in quo ejus Anniversarius occurrit in Festo SS. Innocentium MM. ibid. f. 63. & II. Tit, 12. à f. 465. An Festum Dedicationis propriæ Ecclesiæ in occursu cedat Festo Sancti Joannis Baptistæ, ac SS. Petri & Pauli; An item Festo Assumptionis B. V. ac denique Festo Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, &c. III. Tit. 3. à f. 60.

Defunctorum Officium, ac *Missæ*, tam *Solemnes*, quàm *Privatæ*, quomodo ordinandæ. III. §. 1. & sequentib. à f. 265. & f. 270.

Diaconus. Diaconorum in Missa Solemni, aliisque functionibus Ecclesiasticis Officium. III. Tit. 8. f. 259.

Digiti. Tam *Pollices*, quàm *Indices* manuum ad *Hanc igitur* debent *supra*, non *infra* Manus, super oblata expansas, juxta probabiliorem plurium Sententiam apud P. de Portu Vicent. teneri, qui ità Romæ fuisse decisum f. 88. n. 6. P. 1. sui Libri ex Antonino Diana &c refert. Debere autem *Pollicem dextrum* supra sinistrum poni constat ex Rubric. Missal.

Dominicarum Divisio, ac Variæ Classes III. Tit. 6. §. 7. à f. 153. Earumdem *Occurrentia*, & *Concurrentia* quomodo ordinanda. Ibidem.

Domnus Quid significet, & cui tribuendum hoc Nomen. I. Tit. 27. f. 149. & II. Tit. 4. die 25. Apr. à f. 113. &c.

Duplicium Festorum diversæ Classes, Occurrentiæ, & Concurrentiæ, &c. III. Tit. 6. §. 1. à f. 105.

E.

ECCLESIÆ *Titulus*, ac *Patronus Titularis* quid, & quomodo ejus Festum celebrandum: III. Tit. 1. à f. 1. *Ecclesiæ Dedicatio*, & *Consecratio*. Vid. V. Dedicatio. An *Dedicationi* propriæ Ecclesiæ cedat Festum *Patroni*, & *Titularis*. III. Tit. 1. à f. 15. Celebrans in *Ecclesia aliena* quale possit, aut etiam debeat dicere *Officium*, & *Sacrum*. III. Tit. 2. à f. 45. *Ecclesiæ Cathedrales*, & *Collegiatæ* tenentur ad decantandas Missas Conventuales *de die*, vel *quasi de die currente*, unam vel plures I. Tit. 5. à f. 26. Item III. Tit. 7. f. 255.

Ecclesiæ Novæ exædificandæ *Primarium Lapidem* Benedicendi, eúmque ponendi *Ritum*, utì & *Ecclesiam Novam* Dedicandi, seu Consecrandi, unà cum ejus Altaribus, Sacrisque Vasis, Ornamentis, ac

Cœmeterio, nec non Ecclesiam post ejus Consecrationem pollutam seu exsecratam &c denuo reconciliandi, tradit Pontificale Roman. P. 2. & ex parte etiam Rituale Rom. atque ex ijsdem Castald. l. 2. s. 13. totâ.

Episcopus. De hujus Electione, Nominatione, Consecratione, Habitu, Functionibus, aliisque ad ejus Munus respectivè Spectantibus agunt *Pontificale Roman.* ac Cæremoniale Episcoporum libris duob: nec non accuratè Castald. l. 1. s. 10. totâ, ubi etiam Capite. 10. & 11. de *Patriarchis, Primatibus,* & *Archiepiscopis,* ac *Episcopis Papæ assistentibus,* & capite 12. ejusdem Sectionis de Infirmitate, Obitu, & Exequijs Episcopi &c.

S. Eucharistiæ tam intra quàm extra Missam administratio, seu distributio. Vid. V. Communio. & V. Venerabile &c.

Exequiæ, ac *Sepulturæ* quorumlibet Fidelium Defunctorum (tam *Solemnes,* quàm *minùs Solemnes*) quô Modô celebrandæ. III. Tit. 10. §. 1. à f. 267. & §. 6. à f. 289.

Expositio Venerabilis in Comprecatione 10. aut 40. Horar. nec non infra Octavam SS. Corporis Christi &c, Quomodo facienda. Vid. V. Comprecatio.

F.

FERIA quid, & quotuplex, I. Tit. 5. f. 16. item III. Tit. 6. §. 10. à f. 171. quid circa earum *Occurrentias,* & *Concurrentias* sit observandum &c. *Ibidem.*

Festum. *Festi* Nomine intelligi etiam *Dominicam* definivit apud Gav. Sacr. Rit. C. 12. Martij 1618. Festorum *Translatio, Occurrentia,* & *Concurrentia,* quid sit, & quomodo circa eas procedendum. II. Tit. 6. à f. 104. Quomodo, & à quibus celebrandum *Festum Dedicationis,* item Festum *Patrocinij, seu Patroni Templi,* aut *Titularis Ecclesiæ,* seu *Invocationis.* II. Tit. 1. f. 7. & 8. item III. Tit. 1. 2. & 3. à f. 1. & 48. *Festa ad libitum* quæ, & quomodo celebranda. III. Tit. 5. à f. 94. Quomodo, & à quibus *Festa Patronorum Principalium,* ac *minùs Principalium eorum,* ac Diœceseon, necnon Ordinum Regularium. III. Tit. 5. & 2. Quomodo Festum *Patroni,* habentis *Socium,* vel *Socios,* pro eodem die in Calendario Romano, attamen cum *inferiori Ritu,* descripros. III. Tit. 1. à f. 13. & Tit. 6. §. 12. à f. 192. &c. Quomodo Festum *Inventionis, seu Translationis Reliquiarum* alicujus Sancti III. Tit. 1. f. 5. Col. 2. Quomodo Festum recèns *Beatificati,* aut *Canonizati.* Vid V. *Beatificatio,* & *Canonizatio.* Quomodo *Festum Reliquiarum.* I. Tit. 49. f. 255. & Tit. 50. f. 256. Festum Rosarij sub Ritu duplici *majore de Præcepto* modò ubique est celebrandum. II. f. 477. Festum

B. Joannis Franciſci Regis ſub Ritu *duplici majore* die 24. Maij ex Indulto Apoſtolico celebratur in Societate JESU, ac alijs nonnullis Galliæ locis. II. à f. 476. Feſtum Lanceæ, Clavorum, & Armorum Paſſionis CHRISTI alicubi celebratur Fer. VI. poſt Dominicam in Albis I. Tit. 23. à f. 139. & III. Tit. 5. à f. 103. Quid ſentiendum de hoc *Feſto*, ac utrùm ſit transferendum, quando Feria illa VI. eſt impedita Feſtò *altioris* Ritûs. *ibidem. Feſtorum Mobilium* Publicatio facienda in Feſto Epiphaniæ II. Tit. 1. *f.* 5. Plura huc ſpectantia Vid. infra V. Officium. De Feſtis Patrocinij B. V. item exſpectationis Partus ejusdem, aliiſque Particularib. Feſtis alicubi Conceſſis Vid. I. & II. Proprijs ſuis locis, uti & ibidem de quibuſcunque alijs Feſtis.

G.

GERMANIA. Celebrantes in *Germania* Sacerdotes non Cooperiunt Biretô Caput, ſed aperiunt ſeu detegunt id Coram Altari, in quo aſſervatur Sacra Euchariſtia, dum, ei, aut Cruci deſuper poſitæ ante Miſſam faciunt reverentiam, aut ante illud tranſeunt, ſdque ex Sedis Apoſtolicæ Indulto. Vid. ſuprà V. Caput.

H.

HEBDOMADARIUS. *Hujus Officium*, ſeu *Munus*, ac *Functiones* in Ordine ad quæcunque in *Choro* ab eo obeunda declarat Caſtald. I. 1. ſ. 7. c. 11. item I. 2. ſ. 4. c. 2. nec non c. 3. 4. 6. & 7. Bauldry P. 1. Manual. c. 5. à f. 15. Vide & Gav. To. 2. ſ. 10. c. 1. 2. & 3.

Horæ Canonicæ quâ *Horâ* ſeu *Tempore* recitandæ in Eccleſ: Cathedral. & Collegiat. III. Tit. 9. f. 264. Horarum 40. Comprecatio Vid. V. Comprecatio.

Hymnus. Hymnorum Variatio quando in fine ſit facienda declaratur generatim Rubricâ Generali 20. Breviar. à n. 4. necnon à Gavanto To. 2. ſ. 5. c. 6. à n. 12. uſque ad fin. in particulari autem ſuis à me locis I. II. & III. In Hymno: *Iſte Confeſſor Domini* non eſt mutandus tertius Verſus, quando Feſtum S. Confeſſoris celebratur die immediatè ſequenti diem Obitûs, dummodo I. Veſperæ dictæ ſint ipſo *die obitûs* de ipſo ſaltem à Capitulo. II. f. 219. & 397. &c. item III. f. 191. Quando, & quomodo Hymnus Veſperarum jungendus ſit Hymno Matutini ſub una eadémque concluſione, declaratur ſuis locis. II. die 30. Januar. item die 13. April. & 18. Maij.

I.

JEJUNIUM *Vigiliæ* S. Mathiæ an poſſit anticipari ab Epiſcopis, ſi ea Vigilia incidat in Feriam II. aut

III. ante Cineres, aut, si eadem incidat in Feriam V. ante Quinquagesimam, an eadem transferri queat in Sabbatum sequens. II. Tit. 2. à f. 73. An Jejunandum in Litanijs *majoribus*, & *minoribus* l. 27. à f. 150. II. 4. à f. 115. An abstinendū à Carnib. *ibid.*

B. Joannes Franciscus Regis Societatis JESU Sacerdos in Numerum Beatorum Solenni Ritu relatus Romæ annô 1716 24. Maij à SS. D.N. Clem. XI. concedente in Bulla Beatificationis (continente Laudes hujus Beati) ut die aliqua, ab Ordinarijs respectivè constituta, eo anno Officio, & Missâ, sub Ritu duplici majore illius Beatificationis Solemnia in Ecclesijs Societatis JESU, nec non in Ecclesijs Oppidi de Foncowerte (in quo natus est) itémque in Pago Laloveſci (ubi ad Cælos ejus Anima evolavit ; Venerabile autem ejus Corpus requieſcit) ac denique in Civitate Anicienſi (in qua plurium Annorum ſpatiô, & penè uſque ad ſuum Obitum habitare conſuevit) modô in eadem Bulla *Viros Glorioſos &c* expreſsô celebrari queant ; reliquis autem deinceps annis ejusdem *Beati Feſtum* 24. Maij (niſi ob occurrens Feſtum altioris Ritus, aut diem, vel Octavam privilegiatam, v. g. Corp. Chriſti, ſit transferendum) in prædictis Eccleſijs ſub eodem Ritu, pariter, ùt ibi, celebrari poſſit *II.* f. 476. Vid. etiam ſuprà V. Beatificatio.

L.

LAPIDEM *primarium* pro eſtruenda Æde Sacra *Benedicendi* ac *ponendi Ritum* Vid. ſupr. V. Eccleſia, nec non in Pontificali Roman. P. 2. Tit. 1. ac Rituali Roman. Tit. de *Benedictionibus.*

Litaniæ, quæ ex Præſcripto Breviar. ac Miſſal. Rom. recitari debent 25. April. in Feſto S. Marci, niſi hoc incidat in Dominicam Paſchæ (tunc enim una cum *Proceſſione* transferuntur in Feriam III. poſt Paſcha) dicuntur *majores*, eæ verò, quæ in *Triduo Rogationum*, Vocantur *minores*, & cur l. Tit. 27. à f. 148. An recitandæ ſub Obligatione gravi, & utrùm licitè Veſpere præcedente queant recitari *ibidem*, & *II.* Tit. 4. à f. 114. Quid in ijs ad *Proceſſionem* decantandis obſervandus ſit Modus. l. Tit. 27. citat. f. 149. & II. Tit. 4. à f. 111. In ijs *Sede Pontificia Vacante* occurrenda ſunt illa Verba : *Domnum Apoſtolicum*, unà cum Verſu illo poſt Plurium in Precibus : *Pontifice N.* in Oratione pro Papa : *Omnipotens ſempiterne &c.* l. Tit. 20. f. 113. column. 1. item *ibid.* Tit. 27. f. 149. & II. Tit. 4. f. 113. *Quæ* Litanijs inſerenda, ac ſubjungendæ ſint Preces in *Proceſſionibus* ad *petendam Pluviam* : ad poſtu-

postulandam serenitatem; ad *repellendam Tempestatem*; item Tempore *Penuriæ & famis*; Tempore *Mortalitatis* & *pestis*; Tempore *Belli*, ac nominatim contra *Turcas*, & *alios Infideles*, vel *Hæreticos*, ac denique in quacunque Tribulatione, v.g. *Terræmotûs &c*, Vid. *II. Tit. 4. f.* 113. & in *Ritual. Roman. Tit. de Processionib. à f.* 292. *usque ad* 307. præter illas autem nullam aliam fieri debere ad *Litanias Omnium*, ut vocant, *Sanctorum*, *Additionem* inconsulta S. Sede Apostolica, nec etiam *Patronorum loci*, præsertim, quando dicuntur Litaniæ ex Præscripto Breviarij Romani (ùt in Rogationibus, & in *Ferijs Sextis Quadrāgesimæ*) probat Gav. To. 2. f. 9. suprà cit. c. 4. n. 10. ex Bulla S. Pij V. & Sac. Rit. Congreg. Decreto die 22. Mart. 1631. eidem Sac. Rit. Congreg. supplicitèr interogata, an *Regulares* absque speciali Privilegio, sed Sola Communicatione Privilegiorum aliarum Religionum possint addere Nomen S. *Fundatoris* in Litanijs & *Confiteor*, itémque recitare *Officia* & *Missas* concessas alijs Religiosis, Respondit Negativè 20. Martij 1706. ùti videre est apud Francisc. Monacelli. P. 2. Tit. 13. f. 68. &c. Multò minùs (inquit rursum Gav. *l. c.*) invocandi erunt in Litanijs ij, qui *nondum* sunt *Canonizati* ex Gloss. in c. unic. de Reliq. & Vener. Sanctor. in 6. §. *Sedes Apost.* (quam apud eumdem sequitur Bellarminus) etiam in privata earum recitatione, ùti docet Sanch. l. 2. Summ. c. 37. n. 5. &c.

Locus, in quo licitè celebretur *Missa*, quis. III. *Tit. 9. fol.* 264.

M.

MARTYROLOGIUM *Roman*: S. Gregor. XIII. Correctum juxta Rubric. General. 15. n. 3. in *Choro* quotidie per annum (exceptis 3. ultimis *Sanctæ* Hebdomadæ diebus) legendum est ad *Primam* post Orationem *Primæ*, vel, si dicatur *Officium* B. M. V. post hujus Orationem, dictò *Benedicamus*, modò ac Ritu à Gav. *To. 2. f. 5. c. 21. à n. 8.* & Castald. *l. 1. f. 7. c. 11. n. 8. ac l. 2. f. 4. c. 3. n. 3.* descriptò : ex Regulis autem eidem Martyrologio præfixis potissimùm observandæ sunt sequentes : *Primò* omnium (regulariter loquendo) pronuntiandæ sunt Kalendæ & Lunationes *sequentis diei*, deinde Nomen *Sancti*, de quo sequenti die *Officium* celebrandum est juxta Locorum consuetudinem, etiamsi ejus Nomen non sit in *Martyrologio*, dummodo habeat *Officium* à Sede Apostolica approbatum. Quòd si tamen in Crastinum incidat *dies*, aut *Festum mobile* (cujusmodi initiò Martyrologij recensentur novem, dicta *mobilia*, quòd incertam habeant Sedem) tunc illud quoque die præcedente à Lectore

Martyrologij pro die subsequente est denuntiandum, & quidem immediatè post Kalendarum ac Lunæ pronuntiationem, ante omnes alios Sanctos primô locô, exceptô Festô Paschatis, quod quia juxta Regulas Martyrologij non *pridie*, sed ipso die Sancto Paschæ annuntiatur, ideo eo die, antequam legantur *Kalendæ*, ac *Sancti* sequentis diei, ejus Annuntiatio est facienda, & postea primùm legendæ *Kalendæ*, ac *Sancti* sequentis diei, ùt ibi, & *l. Tit. 21. f.* 123. *Secundò* : si *dies*, aut Festum mobile annuntiandum non occurrit, tunc primô locô (atque adeò ante alios Sanctos alioquin in Martyrologio expressos) legenda sunt etiam illorum *Sanctorum* Nomina, qui identidem adduntur, auctoritate Sedis Apostolic. Breviario Romano etiam eorum, quorum Officium ad libitum potest recitari, si illud recitandum sit in Choro. *Gav. l. c. n.* 12. Alij autem Sancti, de quibus quidem non fit *Officium*, si tamen nullum de eorum *Sanctitate* sit dubium, *nominari* saltem in eo possunt, ac *pronuntiari suis locis*, nempe *Martyres* post *Martyres*, *Confessores* post *Confessores*, *Virgines* post *Virgines &c, eo fine* (inquit Gav.) *ut in proprijs locis, ubi meritò coluntur, quotannis recolantur saltem in Martyrologio.* Dixi autem : *nominari possunt, ac pronuntiari*; non autem *describi*; quia *describi non possunt, nisi separatim, non autem in ipso Martyrologio Romano*, uti his ipsis verbis n. 8. monet idem Gav: *non illa conceduntur in Regulis Martyrologij, approbatis in Bulla Gregor. XIII. hæc autem prohibentur in eadem &c.* Gav. n. 8. *Tertiô* Translatô *Festô* alicujus *Sancti*, non fit Translatio de eodem etiam in *Lectione Martyrologij*, nisi in Casibus in ipso Martyrologio expressis, ut idem Gav. ibidem n. 9. declarat. *Quartò* : translatâ quoque *Vigiliâ* alicujus Festi in Sabbatum antecedens (ùti contingit, quando Festum unius, aut plurium Sanctorum, gaudentium *Vigiliâ* cum *Jejunio*, incidit in Feriam II.) non propterea anticipatur etiam *Lectio* de tali *Vigilia* ad illud Sabbatum in Martyrologio, esto ad illud anticipetur ejus *Officium cum Jejunio*, aut differri tradit Gav. n. 11. Quòd si opponas : in anno bissextili transferrur *Vigilia S. Mathiæ* in diem 24. Februarij, ejûsque Annuntiatio in Martyrologio pariter transfertur, ergo *translatô* aliorum quoque Sanctorum *Festô*, transferri etiam debebit eorum Nominatio in Martyrologio, idemque etiam erit de *Vigilia*, respondet Gavantus n. 10. negando Consequentiam & paritatem; nam pro *Festo* & *Vigilia S. Mathiæ* habetur pro anno bissextili (quô Februarius supponat uno die intercalari numerum dierum suorum Ordinarium) Exceptio & Lex certa in ipso Martyrologio ac Kalendario Romano, secùs ac de

de alijs *Festis* & *Vigilijs*, de Via saltem ordinaria, ùt ibi pluribus declarat *Gav.* Porrò *Formulæ* pronuntiandi dictas novem *Celebritates*, ac *Festa mobilia* suis Temporibus, traduntur Regulâ sextâ Martyrologij, ad quæ hodie aliquô modô accedunt *Festum SS. Nominis* MARIÆ, & *Festum SS. Rosarij*, item alicubi *Festum Patrocinij* ejusdem, de quibus P. I. & II. suis locis.

Mensæ Benedictio. Vid. V. *Benedictio*, & Gav. *To.* 2. *f.* 9. *c.* 6. Arn. *in App. Tit.* 6. Bauld. P. 2. c. 21. ubi de observandis circa eam ab adstrictis ad Chorũ: ubi tamen ea, quæ habet n. 6. (de dicendo versu: *Christus factus est obediens* ante & post Comestionem meridianam non tantùm *Feriâ V. & VI.* sed etiam *Feriâ IV.* majoris Hebdomadæ) nec Praxi, nec aliorum sensui, aut etiam ipsi Breviatio videntur satis congruere.

Mensuræ Aræ & Altaris, tam *majoris*, quàm *minoris*, & universim *Supellectilis Sacræ*, declarantur à Gavanto To. 1. P. 5. post Tabell. & Bauldry in Append. Manual. àf. 420.

Ministrorum Missæ, tam *Privatæ*, quàm *Solemnis*, tam *Pontificalis*, quàm *Non-Pontific.* aliarúmquen Functionum Ecclesiasticar. in Choro nominatim etiã subVesperis &c, obeundarum, declarant AA. P. III. *Tit.* 8. à f. 257. à me relati, atque etiam Cærem. Episcopor. l. 1. c. 5. & seq. necnon c. 28. item Lohner Instr. 2. P. 3. Tit. 3. totô.

Missa. *Missas* quas dicere liceat, & non liceat tam in *propria*, quàm *aliena Ecclesia. III. Tit.* 2. à *f.* 23. & nominatim an Missas nuncupatas *S. Gregorij pro vivis & Defunctis*, *Missas* 15. *Auxiliatorum*, *Missam de Patre æterno* ibidem *f.* 24. & 25. item 235. An *Missas* 30. *S. Gregorij M.* vulgò *Gregorianas* per 30. continuos dies dicendas pro Defunctis. *Ibidem f.* 25. item 235. & 285. Quo Ritu & Modo hæ dicendæ *ibidem* & *Tit.* 10. *f.* 3. à *f.* 285. An prohibitũ sit dicere ullam Missam de 14. Auxil. III. Tit. 2. cit. à f. 25. item f. 535. Missæ quibusdam Regularibus tantùm concessæ non possunt ab alijs celebrari, etiam in ipsorum Ecclesijs, in quibus si de Festo ipsorum ibi celebrent, debent locô Missæ, cujus dicendæ privilegiô ipsi non gaudent, dicere Missam in Missali Romano extantem, eámque accipere de Communi Sanctorum, si propria in eo non extet. *ibidem. f.* 25. & 45. An, quando, & quibus licitum sit dicere Missam de aliquo *Sancto*, cujus habetur *insignis Reliquia.* ibidem f. 26. 27. & 28. An & qualis dicenda sit de *Beatis* nondum *Canonizatis*: ibidem f. 29. item 47. & 48. vid. etiam supr. V. *Beatificatio*, & *Canonizatio.* Qualis dicenda, & quo Ritu Missa de Sancto, qui *Titulus* est seu *Patronus Altaris*, de quo tamen in die Festo illius non recitatur Officium, ob occurrens v. g. eô annô ac die

Offi-

Officium aliud privilegiatum. *ibidem f.* 28. *c.* 2. & *f.* 235. Qualis & quomodo dicenda de Venerab. Sacramento ab illis, qui infra annum Ferijs V. non impeditis dicendi de illo *Officium* & *Missam*, Indultô gaudent Apostolico. *III. Tit.* 5. *à f.* 102. Quando, & quomodo dicendæ Missæ Votivæ, tam *privatæ*, quàm etiam *solennes*. *III. Tit.* 7. *à f.* 218. in specie autem Missa Votiva de *SS. Trinitate*. *f.* 219. Votiva de *Ss. Angelis*. *ibidem*. Votiva de *Ss. Petro* & *Paulo*. *ibidem*. Votiva de *alijs Apostolis*, uno vel pluribus. *ibidem f.* 234. Votiva de *S. Spiritu*. *ibidem à f.* 220. Votiva de *SS. Eucharistia*. *ibidem f.* 221. Votiva de *S. Cruce*, item de *Passione Domini*. *ibidem*. Votiva de *B. V. MARIA*. *ibidem à f.* 221. Votiva de ejusdem *Septem Doloribus*. *ibidem f.* 222. Quando, & quomodo tres illæ Votivæ, quæ *novis Sacerdotibus* in eorum Ordinatione injunguntur. *ibidem à f.* 246. Qualis in *Susceptione Habitus* ac *Professione Monialium*. *ibidem à f.* 248. item *f.* 238. Quomodo Votiva pro *Gratiarum Actione*. *ibidem f.* 227 & 228. item 236. & 237. de Missis Votivis, & alijs, quæ Coram *exposito Venerabili* dicuntur. *ibidem f.* 239. 240. & 241. item *Titul.* 8. *à fol.* 257. *Missa Conventuales* seu *Principales* plures unâ quibus diebus ac Festis sint dicendæ, ac quali sub obligatione. *III. Tit.* 7. *f.* 225. & 255. *Missa Prima novi Sacerdotis* quæ, & qualis dicenda *ibidem* 238. item *Tit.* 8. *f.* 258. *Missæ Defunctorum* tam *Solennes*, quàm *privatæ*, quando & quomodo dicendæ. *III. Tit.* 10. *f.* 3. *à f.* 279. *Missæ* quæcunque *aliæ*, tam *solemnes*, quàm *privatæ*, quibus *diebus*, ac *Cæremonijs* sint dicendæ. *III. Tit.* 8. *à* f. 257. Quibus diebus, ac quibus ex causis, dici possint *Missæ Votivæ*, tam *Solemnes*, quàm *privatæ*, & quibus *utræque*, aut saltem *privatæ* sint proibitæ III. Tit. 7. *à* f. 238. & 246. ac 247. locô Missæ *Commemoratæ* seu *Principalis* potest juxta Rubricas General. 4. *n.* 3. & 5. Missal. *n.* 4. aliquando dici *infra Hebdomadam* etiam in *Ecclesijs Collegiatis*, ac *Cathedralibus Missa de Requiem*, aut *aliquibus illis Votivis* quæ extant in fine Missalis, attamen cum Commemoratione (inhisce posterioribus) *Festi*, de qua factum est Officium, ac juxta *Ordinem* seu *Dierum* in Rubricâ ipsis præfixâ ibidem assignatum, nec non cum exceptionibus, de quibus Rubric. 4. & 5. paulò ante cit. *I. Tit.* 5. *f.* 22. 23. 24. Missa quotidie dicenda Capellanis Monialium *III. Tit.* 2. *f.* 46. An celebrantes Sacerdotes *exteri* in *Regularium Ecclesijs* aut *hi* vicissim in *illorum* Templis, formare se possint, aut etiam debeant quoad *Missam*, hujusque *Locum*, aut saltem quoad *Colorem Paramentorum* illi Ecclesiæ, in quâ celebratur *Officium duplex*, proprium illi Ecclesiæ, vel fit de *Dominica* in

fra Octavam, non item in sua Ecclesia, in qua vel fit de *alio Festo*, vel de *Dominica per annum*, aut *Missa de Requiem*. III. Tit. 2. à f. 45. & Tit. 10. §. 3. f. 285. Missam celebrare in *Oratorijs privatis* quando, & quibus liceat, & num omnes, qui diebus *Dominicis*, aut *Festis* ibi sacro intersunt, satisfaciant Præcepto audiendi Sacrum. III. Tit. 9. à f. 260. & 263. Intra *Clausuram Monialium*, etiam ad Communicandas Infirmas, celebratio Missæ est illicita. ibidem f. 264. Missa qualis, ubi, & quando dicenda in Expositione SS. Sacramenti pro Comprecatione 40. Horarum &c. I. Tit. 11. §. 5. à f. 55. item III. Tit. 7. à. f. 221. *Missæ Defectus* qui, & quomodo corrigendi, tradit imprimis ipsum Missale Roman: Titulo sæpiùs relegendo: *De Defectibus in celebratione Missarum occurrentibus*: item Gav. To. 1. P. 3. per 10. Tit. Gobat. Tr. 3. Cas. 23. à n. 765. Illsung. Tr. 6. d. 5. Lohner Instruct. 1. P. 2. Tit. 35.

Moniales non debent in *Confiteor* mutare verba *Tibi Pater* & *te Pater* in verba *Mater*, & *Matrem*, nec verba: *vobis fratres*, *vos fratres* in verb: *Sorores*, sed eôdem modô loqui nomine Ecclesiæ, ac si essent viri, ex Decreto Sac. Rit. Congregat. 18. Aug. 1629. apud Gav. To. 2. s. 5. c. 17. n. 12. *Capellanus Monialium*. Vid. V. Missa &c.

N.

NOVI SACERDOTIS *Primitiæ* quomodo celebrandæ. III. Tit. 8. f. 258. &c.

O.

OCCURRENTIA quorumlibet *Festorum*, *Dominicarum*, *Vigiliarum*, ac *Feriarum* quid, & quæ universim ejus Regulæ &c. III. Tit. 6. à f. 104. usque ad f. 197. per 12. §§.

Octava. De Modo, ac Ritu celebrandi *Octavas Festorum* (quarum aliæ sunt *privilegiatæ*, aliæ *non privilegiatæ*, ac universim ad quatuor revocantur Classes) agitur fusè III. Tit. 4. à f. 68. usque ad f. 94.

Officium Divin. *Officia* quæ, & quorum *Sanctorum*, ac *Beator*, seu *intra*, seu *extra* propriam Ecclesiam dicere liceat, & non liceat, &c. III. Tit. 2. à f. 23. An de *omni Sancto*, cujus insignis habetur Reliquia, *ibidem*. Officia, uni loco, aut Ecclesiæ specialiter à Sede Apostolica concessa, nequeunt propriâ, aut etiam Ordinarij ipsius solummodo auctoritate extendi de loco ad locum, aut universaliter concessa ad altiorem Ritum attolli. ibidem 23. Quale Officium recitet Peregrinus, Viator, absens à sua Diœcesi, Beneficio, Monasterio &c ibidem à f. 38. Casus, in quibus licet, & aliquando præceptum est

jungere Partes *diversorum Officiorum* ibidem *à f.* 40. &c. *Officia duplicia, semiduplicia* ac etiam *simplicia*, per anni decursum occurrentia, & Concurrentia, quomodo ordinanda ac regulanda, traditur suis locis I. & II.

Officium Defunctorum quando, quo *Ritu*, ac *modo* sit dicendum &c. II. Tit. 11. *à* f. 354. item III. 10. §. 1. & 6. *à* f. 265. & 290.

Officia Singulorum Ministrorum ac Officialium Ecclesiæ accuratè declarant *Caremonial. Episcopor.* l. 1. c. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 28. item Bauldry l. 1. per 18. capita, Aliúque III. Tit. 8. *à* f. 257. *à* me relati.

Orationes (à Rubricistis *Collectæ* appellari solitæ) *quæ*, *quot*, *quomodo*, & *quo Ordine* dicendæ sint *quovis Tempore*, & sub *quali obligatione* in qualibet *Missa*, Vid. I. Tit. 5. *à* f. 20. item Tit. 8. 38. item II. Tit. 2. 53. & seqq. ubi etiam utroque in loco quænam sint observanda circa Orationem *A cunctis* quoad inserendum Nomen Patroni litterâ N. item circa Orationem : *DEUS Refugium*, ac similes, nec non de observandis circa numerum Orationum : item III. Tit. 6. §. 13. & 14. *à* f. 197. & f. 215. ac seqq.

Orationes duæ *similes* si in *Missa*, aut in *Officio* coincidant, tunc, ne eadem Oratio bis dicatur, sunt mutandæ, & quidem, regulariter loquendo, *posterior.* I. 59. 274. item II. Tit. 11. die 11. Novembr. f. 37. sumendo in hujusmodi casibus alteram Orationem vel de Communi Sanctorum, vel ex alia Missa proxima simili, v. g. in casu, quò Festum S. Agathæ V. & M. ob occurrens 5. Februar. *Festum Patroni* transfertur alicubi in diem 9. ejusdem Mensis, quâ in Ecclesia universali occurrit Festum simplex S. Apolloniæ, de qua dicenda tunc est Lectio, & facienda Commemoratio in Officio S. Agathæ; tunc enim in 1. *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa* S. Agathæ pro facienda Commemoratione de S. Apollonia non est dicenda Oratio : *DEUS, qui inter cætera potentiæ tuæ &c* (utpote jam dicta ratione Officij S. Agathæ) sed dicenda est Oratio : *Indulgentiam nobis &c* ex Missa 2. de Communi Virginum Martyrum, ut ibi. Oratio pro se *ipso Sacerdote* non est dicenda coram proprio Prælato, seu Principe. I. 8. *à* f. 38. *Oratio Fidelium &c* quando, & quò loco sit dicenda, uti & aliæ *pro Defunctis* I. f. 22. &c. & III. Tit. 10. §. 1. *à* f. 280. Quid observandum circa *Orationes indictas à superiore* I. 8. f. 38. & 41. *&c. Orationes ad libitum* quænam dici possint, ac nominatim, an etiam de *aliquo Sancto*, aut *Oratio Fidelium*, vel Oratio *pro Infirmo*, aut *pro moriturο &c.* I. 8. *à* f. 39. Non licet *omittere* ullam earum Orationum, quæ

quæ à Rubricis secundô, aut tertiô locô in aliqua Missa dicendæ præscribuntur, iisque *substituere* aliam, nec illam quidem, quæ à Superiore ad *Tempus*, seu extra *Ordinem* præscribitur; sûntque universim *Orationes Votivæ*, seu *supernumerariæ* omnibus à Missali *præscriptis* postponendæ, ac in ijs dicendis servandus *Ordo dignitatis*, ac insuper *Numerus*, à Rubricis præscriptus, non excedendus. l. Tit. 8. fol. 40.

Orationem Contra Paganos, aut aliam ejusmodi non esse dicendam in ijs Missis, in quibus dicitur Oratio *A cunctis*, vel *Ecclesiæ tuæ &c*, decretum Quidam esse ajunt à S. R. Congreg. 1688. 16. April. (utì l. Tit. 8. f. 40.) eò quòd sufficienter una contineat, quod altera. Excipiendus tamen erit casus, quô *Oratio contra Paganos* non habet præcisè rationem *Orationis ad libitum*, aut *Orationis merè Votivæ*, sed ob specialem *Ecclesiæ persecutionem* ea nominatim etiam eo Tempore, quo Orationum dictarum alterutra in suis respectivè Missis dici solet, à supremo v. g. Ecclesiæ Pastore præscribitur: utì factum anno superiore 1716. quô exitiale à Turcis *Bellum* toti Christianitati imminebat; atque ità fieri debere, non obstante quocunque Cong: Rit. Decretô, post modò dicta à me jam exarata responsum est Româ Mense Martio currentis anni 1717. in hæc ferè verba: *Ex Voluntate* SS. D. N. *omnes Sacerdotes in suis Missis (exceptis duplicibus* 1. *&* 2. *Classis) debent cæteris Collectis addere binas Collectas: DEUS Refugium*, & *contra Paganos, etiam, quando aliàs jam dici debet Oratio A cunctis*, vel *Ecclesiæ tuæ, non obstante quocunque Decreto &c.* Et Ratio videtur esse: quia nullam continet de se inconvenientiam *eandem rem* per *diversas* in eadem Missa (ex gravi præsertim causa) *Orationes* petere; cùm ejus rei Exempla identidem occurrant in Missis, in quibus dicuntur plures Orationes, in quarum posteriore sæpius idipsum petitur, quod jam petitum fuit in aliqua præcedentium, id quod in *Orationibus* præsertim *Secretis*, & ijs, quæ *Post-Communio* in Missali dicuntur, contingere potest. Non posse autem Nomen *Paganorum* mutari in Nomen *Turcarum*, *Hæreticorum &c*, quando dicitur, aut præscribitur *Collecta*, vel Missa *contra Paganos*, constat itidem ex dictis l. Tit. 8. f. 40. & Sac. Rit. Congreg. Decreto de anno 1689. die 29. Jul. ibidem cit.

Orationum Clausula, seu *Conclusio* in *Officio* & *Missa* juxta Rubricas Brev. & Missal. est *Varia*, pro earum *qualitate*; nam, si *Oratio* dirigatur ad *DEUM Patrem*, concluditur per Verba: *Per Dominum nostrum*; si ad *Filium*, tunc per Verba: *Qui vivis, & regnas cum DEO Patre*. Si in principio Orationis fiat men-

 tio

tio *Filij*, dicitur in fine Orationis : *Per eumdem &c*; si verò fiat mentio *Filij* solummodò in fine Orationis, tunc in hujus fine dicitur : *Qui tecum vivit & regnat &c*; si denique in Oratione fiat mentio *Spiritûs Sancti*, dicitur : *In Unitate ejusdem Spiritûs Sancti &c.*

Oratio 40. *aut* 10. *Horarum* Vid. V. Comprecatio.

Oratoria Privata hodie nonnisi cum certis restrictionibus, ac limitationibus conceduntur ad mentem Concilij Tridentini. III. Tit. 9. à f. 260. Non licet in ijs celebrare diebus in Indulto exceptis, Festisque nonnullis celebrioribus. *ibidem f.* 262. & 263. Nec omnes ibi audientes Sacrum Satisfaciunt Præcepto audiendi Missam diebus Dominicis, ac Festis de Præcepto. ibidem à f. 262.

Ordinarij Locorum, seu sæculares, seu Regulares, non possunt propria auctoritate *Officia* uni loco, aut Ecclesiæ concessa extendere ad alium locum, neque mutare Ritum, quem habent in Kalendario Romano Festa de se universaliter concessa. *III. Tit. 2. à f.* 23.

P.

PARAMENTA non debent Sumi de Altari pro celebratione Missarum; cùm id competat solis *Episcopis*, sive *solenniter*, sive *privatim* celebrent, *Inferioribus* verò habentibus usum Pontificalium nonnisi quando *in Pontificalibus* celebrant. *Missal. Rom. auctoritate Urban. VIII. reformat:* ac ità declaravit Sac. Rit. Congreg. 1612. ex cujus Declaratione ea pro solis *Episcopis* & *Cardinalibus* ponenda sunt in *medio Altaris*, in quo Missa est facienda; pro aliis verò, qui Privilegiò non gaudent, collocanda, & assumenda sunt in ipsa *Sacristia*, aut hac deficiente in *Mensa separata*; quòd si & hæc deficiat, tunc in eodem Altari eidem, in quo celebrabunt, sed non in hujus *medio*, neque in *Cornu Evangelij* sunt Collocanda, ut ex Gavant. notat P. Hippol. à Porta Vincent. Quæ usui ampliùs non sunt comburi debent, ut apud Gav. To. 1. P. 3. Tit. 10. n. 1. tradunt Summistæ. Triplicis potissimùm generis ad *Missam* requiruntur, nempe 1. *Altare* convenienter Ornatum 2. *Vestes* debitô modô præparatæ. 3. Calix ritè instructus, de quibus post Gav. P. Lohner Instr. 1. P. 1. Tit. 3. P. La Croix locis To. 9. V. *Paramenta &c f.* 652. & 653. ab eo allegatis. De eorumdem *Qualitate* ac *Quantitate*, h. e. *Materia*, *Forma*, ac *Figura* agunt Gav. To. 1. P. 5. & Bauldry in *Append. Manual. Tit. De Mensuris sacra supellectilis &c*, & quidem ordine Alphabetico, quem Statuunt sequentem: *Abacus*, seu *Credentia* : *Acerra* sive *Navicula Incensi* : *Alba* : *Altare* [illegible]

Alta-

Altare minus : *Amictus*, vulgò *Humerale* : *Ara ex Lapide* : *Bursa Corporalium* : *Calix* : *Candelabra* : *Cingulum* : *Conopeum Tabernaculi majoris* : *Corporale* : *Crux Altaris* : *Dalmatica* : *Gradus Altaris majoris*, & *minoris* : *Hamulæ*, vulgò *Ampullæ* seu *Urceoli* : *Manipulus* : *Manutergium* : *Mappæ Altaris* : *Mappæ pro Communione* : *Missale* : *Pallæ* (de qua Gav. P. 2. Tit. 1. lit. m. & p.) *Pallium Altaris*, vulgò *Antependium* : *Patena* : *Pelvicula Hamularum*, h. e. *Urceolorum*, seu *Ampullarum* : *Planeta*, vulgò *Casula* : *Pluviale* : *Pulvinar pro Missali* : *Purificatorium* : *Pyxis*, vulgò *Ciborium* : *Stola* : *Superpelliceum*, quod alio etiam nomine *Cotta* dicitur : *Tabella Pacis gestatoria*, seu *Instrumentum Pacis* : *Tabellæ Secretarum* : *Tabernaculum SS. Eucharistiæ* : *Tela Stragula Altaris* : *Thuribulum* : *Tintinnabulum* : *Tunicellæ Subdiaconales* : *Vas Hostiarum* : *Vas pro abstergendis calicibus* : *Velum Calicis* : *Velum pro portanda SS. Eucharistia* : *Velum Pyxidis* seu *Ciborij* : *Velum Subdiaconale* : *Umbellæ* seu *Conopeum Altaris*, vulgò *Baldachinum* : *Umbellæ* alia cum *Hastilibus* pro deportando Vener. SACRAMENTO in Processionibus. Quibus omnibus deinde subjungunt *Paramenta* seu *Indumenta Episcopalia* (eo ordine, quò illà induit Episcopus) eorúmque *Formam*, ac *Mensuram*, uti & *Modum* tam *horum*, quàm *illorum*, ac universæ *Supellectis Sacræ Nitorem*, ac *Munditiam* conservandi, ac reparandi, de quo etiam aliqua in Sacerdotali seu Rituali nostro Diœcesano Brixinensi *Distinct.* 1. *c.* 2. *n.* 7. 8. & 9. & in Constitutionib. Synodalibus *ibi vit. Significationes* verò eorumdem *Paramentorum*, tam *Sacerdotalium*, quàm *Episcopalium*, mysticas, h. e. *anagogicas*, *allegoricas*, ac *tropologicas*; seu *morales*, exponit Gav. To. 1. P. 2. *Tit.* 1. *à f.* 72. & sparsim in toto suo Opere Rubricistico. Paramentorum Sacerdotalium Color quandoque discrepat à Colore *Paramentorum Altaris*. l. & ll. suis utrobique locis. Vide etiam V. Color.

Patrocinium & *Titulus Templi* sunt quidem quandoque idem, non tamen semper, ac convertibiliter. *III. Tit.* 1. *à f.* 2. sic etiam *Festum Patrocinij*, ac *Festum Titulare Templi. ibid.*

Patronus quid, quotuplex, & quomodo *Patronorum Festa* sint celebranda, *III. Tit.* 1. *à f.* 1. *Patronus Ecclesiæ*, & *Titulus Ecclesiæ* sæpe quidem, non tamen semper sunt idem. *ibidem f.* 2. & 3. *Patronos loci*, & *Patronos Titulares* seu *propriæ Ecclesiæ* pariter non semper esse idem, sed sæpissime inter se diversos, ostenditur in Exemplis *ibidem*. *Patronorum* alij sunt ac dicuntur *Principales*, alij *minùs Principales*, ac *secundarij*. *ibid. à f.* 3. Dantur *Patroni* unius *Civitatis*, & simul *unius Provinciæ*. ibid. Dantur etiam

tiam plures *Patroni loci*, ex quibus licèt regulariter unus tantùm soleat esse *Principalis*, probabiliùs tamen possunt etiam esse plures. *ibidem.* Varia de *Patronis locorum*, ac *Titulorum*, eorúmque Festis, Octavis, occurrentijs, & Concurrentijs &c Quæsita ac Resolutiones V. *ibidem à f. 5.* Quibus adde, quæ habentur ll. Tit. 1. f. 7. 8. 11. & seqq. & infrà V. *Solemnitas*, vel *Solenniter.*

Pileolô uti nemo audeat in Celebratione Missarum sine expressa licentia Sedis Apostolicæ, non obstante quacunque contraria Consuetudine sunt verba Missalis Romani ex Registro Decretorum Sac. Rit. Congreg. jussu Urbani VIII. eidem præfixa. Simili Decretô (alicubi laudabiliter publicatô) usum *Berrucæ* seu *Capillitij ficti*, ac *Comæ* adscititiæ prohibuit Innocent. XI. uti videre est apud P. La Croix Tomul. 6. P. 1. n. 401. *Præfationes* quæ per anni decursum in quibuslibet *Missis de Tempore* & *Festis mobilibus*, cum proprio respectivè *Communicantes*, & *Hanc igitur &c* sint dicendæ, habetur P. l. Quæ autem in *Cæteris Festis*, & per eorum *Octavas* P. ll. Quæ denique in *Missis Votivis*, & *Defunctorum*, P. lll. habetur suis locis expressum.

Primitiæ V. Lit. N.

Processio quid sit, & quænam tum universim, tum etiam in particulari in ijs tam ordinariè, quàm extraordinariè instituendis sint observanda, fusè tradit Rituale Roman. *Tit. de Processionib. à f.* 26 f. &c integro Tractatu exequitur Paulus Maria Quarti post Gav. *To. 1. P. 1 Tit.* 19. n. 3. lit. *e*, item Castald. *lib. 2.* 10. *per* 10. *Capita* : & Bauldry *Man. P. 2. c. 14. & seqq. usque ad cap.* 20. & *P. 4. c. 3. artic. 3.* item *c. 6. art.* & *c. 9. artic. 3.* necnon *c.* 10. *artic.* item *c.* 11. *artic. 2. & c.* 12. ac denique *c.* 16. *artic. 2. & sequentibus* usque ad *cap.* 17. Quibus in locis ambo exactissimè tradunt 1. Generalia in omnibus Processionibus observanda. 2. observanda in Processione Festi Purificationis. 3. in ea, quæ fit in Dominica Palmarum, seu non Feriâ V. in Cœna Domini, Feria VI. in Parasceve, & Sabbato Sancto ad locum novi ignis. 4. in ijs, quæ fiunt in *Litanijs majoribus* in *Festo S. Marci*, & *minoribus* in Triduo *Rogationum.* 5. in ijs, quæ fiunt in Festo SS. Corporis Christi, ac infra hujus Octavam, tam in Ecclesijs *majoribus* (aut præsente quoque Episcopo) quàm etiam in *minoribus.* 6. in ea, quæ fit in Comprecatione 40. Horarum, necnon in Confraternitatibus SS. Sacramenti cum Venerab. Sacramento. 7. in ea, quæ fit in Translatione Sacrar. Reliquiarum, Sanctarúmque Imaginum. 8. in ea, quæ fit in Gratiarum actionem, aut publicæ Lætitiæ causâ. 9. in ijs, quæ fiunt Tempore Jubilæi

proces-

10. in ijs, quæ fiunt ad recipiendum processionaliter Prælatum, vel Legatum; item Imperatorem, Regem, magnæ potentiæ Principem, necnon Imperatricem, ac Reginam. Quibus adde ex Rit. Rom. suprà citat. quid observandum ulteriùs in ijs, quæ instituuntur ad petendam pluviam; ad postulandam serenitatem; item Tempore mortalitatis & pestis, necnon in quacunque Tribulatione, (v. g. *Terræmotûs*) ac quænam tunc *Preces* Litanijs, sub ejusmodi Processionibus decantari solitis, inserendæ, ac subjungendæ: de quo Vid. etiam superiùs Dicta V. Litaniæ, & locis ibi citat.

Psalmi Pœnitent. & *Gradual.* quando, & quomodo recitandi. l. Tit. 11. §. 6. f. 60. & 63. item Gavant. To. 2. s. 9. c. 3. & 4. Arnaud in Append. Tr. 2. Tit. 3. & 4. Quando Antiphona aliqua sumitur ex *Principio Psalmi*, vel *Cantici*, quomodo tam *intra*, quàm *extra* Chorum tunc sit procedendum in *Psalmi*, vel *Cantici* prosecutione, Vid. supra V. *Antiphona*, & apud Gav. To. 2. s. 5. c. 7. n. 12. Castald. l. 2. s. 3. c. 2. n. 13. & 14.

Purificatio. Vide V. *Aqua.*

Q.

QUADRAGINTA *Horarum Oratio*, & *Processio* sub eadem instituenda. Vid. V. *Congregatio*, & & V. *Processio.*

Qualitas & Quantitas. h. e. *Figura*, ac *Magnitudo*, seu *Mensura Paramentorum*, ac *supellectilis Sacræ* quæ. Vid. V. *Paramenta &c.*

R.

S. RAPHAELIS Festum sub Ritu dupl. major. celebrandi Indultum, alicubi pro Dominica III. post Pascha, alicubi verò pro die 24. Octobr. concessum, non licet ad *alia loca* extendere *I. Tit* 25. à f. 143. Neque hactenus est pro tota Germania concessum, *ibidem*, & patet ex Directorio Viennensi currentis anni, in quo neutro die ponitur.

Reconciliatio Ecclesiæ, ac *Cœmeterij* quomodo facienda. Vid. V. *Ecclesia*: item *Pontificale Roman.* P. 2. hoc Tit. à f. 474. & 489. nec non Castald. lib. 2. s. 13. c. 3.

Reductio Onerum Missarum à quo facienda, Vid. apud. Gav. To. 1. P. 3. Tit. 12. & in ejusdem Gavanti *Manualis Episcoporum* P. 2. Additione 12. & 13. à f. 219.

Regulares an, & quænam Festa Diœcesana, aut Locorum, in quibus morantur, & sub quo Ritu teneantur celebrare. III. Tit. 1. f. 6. 7. &. 16. ac 22. &c. item Tit. 2. f. 24. & 37. item Tit. 3. f. 58. & 59.

Reliquiæ Sanctorum ubi in Altari sint collocandæ, exposito præsertim SS. Sacramento *III. Tit. 9. f. 265.* Quomodo asservandæ. *Castald.* lib. 1. s. 2. c. 1. *n.* 4. Earum Festum an, & quarum, ac quomodo celebrandum. l. Tit. 49. f. 255. & 256. item III. *Tit. 2. f. 24. item 26. & seqq. Reliquiæ insignes quæ. ibidem f. 24* Observanda in *Processione* Translationis earum. Vid. V. *Processio.*

Ritus Observandi in Celebratione *Missæ* tam *privatæ*, quàm *solemnis* (seu sit de *Tempore*, seu de *Festo*, sive de neutro, sed *Votiva*, aut *Defunctorum*, vel de *Requiem*) à quocunque *Celebrante*, ac hujus quibuscunque Ministris observandi traduntur imprimis ab ipso *Missali Romano* in Rubricis *De Ritu servando in celebratione Missæ* per 13. *Titulos*, necnon ab Auctoribus à me suprà III. *Tit. 8. à f. 257. & 259. & Tit. 10. §. 2. 3. & 4. à f. 270.* relatis, nominatim Gavant. To. 1. P. 2. totâ. Lohner Instruct. 1. P. 1. Tit. 2. §. 1. & P. 2. 3. 4. & 6. totâ. P. Hippolyt. à Portu Vicentin. P. 1. 2. & 3. Vide etiam dicta superiùs V. Cæremonia.

Ritus tam in *privata*, quàm in *publica*, ac *solenni Horarum Canonicarum* Recitatione, tum *intra*, tum *extra* Chorum, observandi quinam sint. Vid. *III. Tit. 11. à f. 292.* & apud AA. ibidem allegatos. Vide etiam suprà V. Cæremonia.

Rochetti Usus, excepti ijs, quibus de jure competit, cæteris omnibus prohibetur, & insuper statuitur ac declaratur, Nemini licere inservire aut assistere in celebratione Missarum, aut Divinorum Officiorum cum *Rochetto*, neque cum *Cotta* (h. e. *superpelliceo*) habente *manicas angustas* ad instar *Rochetti* : & idem servandum est in Concionibus ità *Missal. Romain.* ex Decreto Sac. Rit. Congreg. ab Urbano Pap. VIII. approbato. Pro Rochetti nomine hîc venit vestis *linea*, in hoc à Communibus aliorum Clericorum *superpelliceis* distincta, quòd *manicas* habeat *angustas*, ut manus sint expeditiores, ut tradit Gavant. To. 1. P. 2. *Tit. 2.* lit. *Z.*

Rosarij B. V. Festum olim ex Decreto Gregorij XIII. nonnisi in ijs Ecclesijs, in quibus adest *Altare*, seu *Capella Rosarij*, fit Ritu *duplici majore* cum Officio & *Missa* celebrari permissum I. *Tit.* [illegible] *f. 252.* & II. *Tit. 10. f. 315.* [illegible] 1. nunc ex Decreto SS. D. N. Clementis XI. de anno 1716. die 30 Octobr. celebrandum est sub Ritu *duplici majori de præcepto* in tota Ecclesia, uti *II. Tit. 12. à f. 477.*

Rubricæ quid sint, & quotuplices &c. Gav. To. 1. *instit.* P. 1. Lohner *Instr.* 1. P. 1. *Tit. 2. f. 2.* & 3. S.

S.

SABBATUM. *Sabbatisne* omnibus, in quæ incidit *Jejunium de præcepto*, *standum* sit ad signum *Salutationis Angelicæ*, quod datur in meridie? Vid. V. *Salutatio Angelicæ*. Si Sabbato in Albis alicubi ex Fundatione ac privilegio, pro singulis diebus Sabbati concesso, decantetur Missa Votiva de B. V. cantanda illa est cum *Glor.* propter Sabb: & cum Commemorat: Octavæ, & 3. Oratione de S. Spiritu (nisi occurrat simplex) Præfat. de B. V. sed *Communicantes* & *Hanc igitur* de Octava, at in fine *Ite &c*, sine *Alleluja*. Ità P. Herisonius Ord. Min.

Sacerdos formans manu dextrâ (sinistrâ posità super Altare) signum Crucis super *Oblata* ad Verba illa : *Et benedic hoc Sacrificium*; item ad illa : *Benedictam, adscriptam, ratam &c*, an ad efformandam *transversam* Crucis partem *transversâ* quoque manu uti debeat, an verò *rectâ*, controvertitur inter Rubricarum Interpretes : adhibendam esse manum *transversam* digitis ad rem benedictam *inflexis* tenent Gavantus, & cum eo Arnaudus, Bauldryus, Cabrinus, &c, negant verò Castaldus L. 2. s. 7. c. 3. n. 5. Premolus P. 3. c. 9. & Angelus duplicem Sac. Rit. Congregationis Decisionem adducens apud P. Hippol. à Portu P. 1. in Adnotationibus ad Tit. 7. Rubric. 5. n. 16. f. 69. ubi & ipse sententiam posteriorem amplectitur ità scribens : *Puto adhibendam esse manum directam, dummodo leniter extendatur, ac molliter; siquidem in formandis hujusmodi Crucis figuris non est attendenda tota manus, quæ signat, sed ultima parvi digiti extremitas, &, ut quasi dicam, punctum, quod Veluti signum exarat; ideoque talem extremitatem ad rem benedicendam convertimus : ex quo fit, quòd primam lineam non delemus.* Eamdem hanc Sententiam etiam tradit *Cæremoniale Missæ privatæ* juxta Exemplar annô 1702. Romæ editum recusum Augustæ annô 1706. c. 9. §. 3. n. 4. cui cum pluribus alijs tanquam probabiliori etiam ego subscribo. *Defectus & Abusus Sacerdotibus* in Celebratione Missæ evitandos, sat tamen apud non paucos hodie Communes, enumerat Cabrinus in Epitome Sacr. Rit. c. 13. & adhuc plures *Cæremoniale Missæ privatæ* paulò antè allegatum c. 9. & 10. Quales (ut aliquos tantùm hìc referam) sunt 1. Dicere Orationem secretam : *Oramus Te Domine &c*, antequam manus superimponantur Altari; vel ante eam completè dictam accedere Versus Cornu Epistolæ. 2. Incipere *Kyrie eleison* statim adhuc in cornu Epistolæ, vel antequam stans in medio Altaris Cruci de super positæ competentem fecerit reverentiam. 3. Dicenda aut peragenda *in Cornu Altaris* (uti sunt infun-

infundere Vinum & Aquam pro oblatione calicis; extergere manus ad Psalm. *Lav. &c)* non facere, aut dicere in ejus *Cornu*, sed in spatio, inter *medium* Altaris, & hujus Cornu interjecto, collocato aut retracto Versus medium Altaris unà cum Cussino Missali: quò etiam spectat Orationes in Cornu Epistolæ in principio & fine Missæ dicendas, non ibi completè dicere, seu integrè absolvere, sed in reditu ad medium Altaris. 4. In Ablutione digitorum supra Calicem in fine Missæ non adhibere etiam Aquam, sed solum Vinum contra expressam Rubricam alibi citatam. 5. Accipere Biretum post Missam à Ministro, antequam solitam *Genuflexionem*, vel *Inclinationem* fecerit Versus Altare unà cum Ministro; item tenere Biretum supra Bursam &c. Tametsi Celebrans Sacerdos, quando ab Altari, ad Principium Missæ faciendum, descendit, bis facere reverentiam à Rubrica Missal. jubeatur, semel scilicet, quando ab Altari descendit in planum, & iterum, quando infrà in plano consistens ad Altare se vertit, quando tamen dictô post Psalmum *Judica &c Oremus* ad Altare iterum ascendit, non novam ei facere debet *reverentiam*, aut *genuflexionem*, etiamsi in eo prostet Venerabile, ùt monet Lohner *Instr. 1. P. 2. Tit. 7. n. 5.*

SS. SACRAMENTI

Expositio in 40. Horarum Comprecatione quomodo facienda. Vid. V. Comprecatio. Non debere illum esse nimis frequentem, nec unquam sine debito, ac condecente apparatu, ostendit Vinitor P. 4. Tit. 5. in Annotationib. ex Cærem. Episcopor. l. 1. c. 12. *Officium* & *Missam* de Venerabili Sacram: Feriis quinquefra annum recitandi Indultum habentibus quid observandum Ill. n. 5. à f. 100. Quibus adde, solos Hymnos *Primæ*) ad quam in Resp. sor. Brevi dicitur: *Qui natus ex M.V.) Tertia, Sexta*, ac *Nona* terminados esse per Verba: JESU tibi sit gloria &c, non autem Hymnum Laudeò quòd hic propriam habeat clausulam in hoc *Officio*, uti notat Cas. To. 2. s. 5. c. 6. n. 13. ac proinde tum est hac quoque in parte Libellisde hoc Officio antea & ampliùs annos Venetijs ac Neapoli impressis.

Salutatio Angelica.

Signum Salutationis Angelicæ, quod datur in meridie, *standum* est extra Tempus Paschale in *solis Quadragesimæ Sabbatis*, non autem in aliis, etiamsi in illa incidat *Jejunium à præcepto*, uti v. g. in Sabbata quat. Temporum, aut alicujus Vigiliæ, à cur? I. Tit. 11. §. 7. à f. 46.

Sanctus habens Socium.

Socios æqualis secum Ritûs in Ecclesia universali, attamen inferio-

ris

ris secum Ritûs in Ecclesia aliqua particulari, quomodo separandus, ejúsque Socius aut Socij facta separatione sint celebrandi. *III. Tit.* 1. *à f.* 13. item *II. Tit.* 5. *à f.* 125.

Semiduplex in quacunque *Occurrentia* & *Concurrentia* quomodo quoad *Officium* & *Missam* sit celebrandum &c. *III. Tit.* 6. §. 5. *à f.* 143. & §. 6. à f. 152. item P. I. & II. suis locis.

Sermo habendus in Exequijs. De hoc Vid. III. Tit. 10. §. 6. f. 289. & 291.

Signum Angelicæ Salutationis. Vid. V. *Salutatio Angelica.*

Signum Crucis quomodo formandum super Oblata &c. Vid. V. Sacerdos, & V. Crux.

Simplex Festum in quacunque *Occurrentia*, & *Concurrentia* quomodo quoad *Officium* & *Missam* sit celebrandum. III. *Tit.* 6. §. 8. *à f.* 160. item P. I. & II. suis locis.

Solemniter non debere idem Patroni Festum *eadem die* celebrari in duabus Ecclesijs vicinis, sed à minore Ecclesia (auctoritate majorum) eligendum esse alium diem, ne solemnitas majoris Ecclesiæ diminuatur, decretum esse à quadam Congr. Romana 19. Mart. 1581. & postmodum rursus 20. Nov. 1684. ab ipsa S. R. C. scribit Nonnemo, Vid. etiam III. Tit. 10. §. 5. f. 288.

Subdiaconus. De hujus Officio ac Munere in quibuscunque *Missis* ac *Vesperis Solemnibus*, aliisque *Functionibus Ecclesiasticis* Vide apud Auctores P. III. Tit. 8. f. 257. 258. & 259. item Tit. 11. à f. 292. à me relatos, nominatim Castald. *l.* 1. *s.* 7. *per* 4. *Capita.* Bauldryum *P.* 1. *c.* 13. *artic.* 1. 2. *&* 3. *à f.* 37. item *P.* 5. *ad lib.* 1. *Cæremonial. Episc. c.* 10. *à f.* 307. Lohner *Instr.* 1. *P.* 3. *Tit.* 3. item *Instr.* 2. *P.* 3. *Tit.* 3. §. 2. Gerlac. Vinitor. *P.* 4. *Tit.* 18. 19. *&* 20. item *P.* 7. *Tit.* 10. & 11. Hippolyt. à Portu *P.* 2. *&* 3. *&c.*

Suffragia Sanctorum, quando, quo Ordine, ac modô sint dicenda, Vide. V. *Commemorationes Communes.*

Supellectilis Sacræ *Qualitas* (quatenus nempe attinet ad ejus *Materiam*, *Formam*, ac *Figuram*) ac *Quantitas*, seu *Mensura* quænam debeat regulariter esse, Vid. V. Paramenta, ac Gavantum, & Bauldryum ibid. citatos.

Sycomorus Vox Græca, & modò in *Recto*, modò in *Obliquo*, in Lectionibus tertij Nocturni in *Anniversario Dedicationis Ecclesiæ*, ac infra hujus Octavam occurrens, an rectiùs ab ijs pronuntietur, qui penultimam ejus Vocalem corripiunt, quàm ab ijs, qui eam producunt, controvertitur; eam Corripientes

nituntur auctor. Gav. To. 2. f. 10. c. 3 f. 153. in *Notulis Lection. Brev.* quam secuti videntur, qui Missalia ac Breviaria Typis mandârunt; pro eam Producentibus verò stat Prosodiæ, & Linguæ Græcæ peritorum, quin & ipsorum Ss. Patrum auctoritas: siquidem Vox *Sycomorum* ex cap. 19. S. Lucæ Vers. 4. desumpta ibi non significat Arborem, quam Dioscorides, & quidam alij Medici ob intercedentem inter *Ficum*, & *Morum* mediam quamdam similitudinem *Sycomoron*, hoc est *Ficomorum*, appellant (in qua significatione accepta cùm Vox *Morus* Græcè scribatur per Omicron, h. e. O breve, utique corripienda esset penultima ab eam pronuntiantibus) sed significat *Ficum fatuam* à GræcoSyki, quod significat *Ficum*, & voce (itidem Græca) *moræa*, quæ idem significat, quod *fatua*, & scribitur per O mega, h. e. O Longum, utì inspicienti Textum Græcum Evangelij, paulò antè allegati patebit, & passim in suis Homilijs posteriorem hanc significationem vocis *Sycomorus* Ss. Patres supponunt, unde & ego cum posterioribus sentio.

T.

TITULUS ECCLESIÆ, & *Titularis Patronus* an sit idem, & quomodo celebrandus. III. Tit. 1. à f. 1.

Thuriferarij munus quod? Vid. apud AA. P. III. Tit 8. à f. 257. & Tit. 11. supr. à f. 292. allegatos.

Thurificandi, ac *Incensandi* Ritum ac Cæremonias SS. Sacramentum, item Sanctorũ Reliquias ac Altare, necnon Celebrantem, aliásque Personas, utì & Funus, ac Castrum Doloris in Exequijs tradunt Castald. l. 2. s. 2. c. 2. Baldry P. 2. c. 9. per 5. artic. Gavant. Vinit. P. 4. Tit. 3. *à n.* 7. Lohner *Instr.* 1. P. 2. Tit. 8. *additis ijs, quæ habet in Additamentis ante Indicem ipsius Instructionis*, quæ quidem, postea Editiones, jam pridem suis locis inseri debuerant. item P. Hippolyt. à Portu Vicentin. P. 2. & 3.

Translatio Festorum quo ratione facienda? III. Tit. 6. s. 2. & 12. à f. 105. & 184.

V.

VASORUM Sacrorum *Benedictio & Consecratio*. Vid. V. Benedictio, & ibi citat. AA. nominatim Missale, Pontificale, & Rituale *Romanum*, item Castald. l. 2. s. 12. c. 1. & 2. Lohner Instruct. 1. P. 1. Tit. 3. s. 3.

Velandum esse Calicem à Celebrante *totaliter*, aut saltem in Parte anteriori (si fortè ob ejus brevitatem nequeat contegi etiam in parte posteriori) & quidem non tantùm in *principio* Missæ usque ad Offertorium, sed etiam in ejus progressu post sumptionem, ac exercitionem Ca-

calicis, cum Gavanto P. 2. Tit. 2. n. 2. lit. l. & Tit. 10. n. 5. in fin. &c tenet, ac egregiè contra Paulum Mariam Quarti, & Angelum probat P. Hippolytus à Portu Vicent. P. 1. Tit. 10. Rubr. 5. n. 18. f. 128. ubi etiam eorum solvit Rationes in contrarium.

Velum Calicis, item *Velum Subdiaconale*, ac *Velum* pro *portando Venerabili in Hierotheca &c*, cujus Materiæ, Formæ, Figuræ, ac Magnitudinis esse debeant, Vid. V. *Paramenta*, & AA. ibi citatos.

Venerabile Eucharistiæ SACRAMENTUM non est distribuendum in *Paramentis Nigris* ex Decr. S. R. C. 22. Jan. 1701.

Versus tertius in Hymno : *Ille Confessor &c* probabiliùs non est mutandus non modò in *primis*, sed neque in *secundis Vesperis*, ac *Matutino* tunc, quando Festum S. Confessoris celebratur die *immediatè* sequenti *diem Obitûs* illius Sancti. II. à f. 397. Vid. & V. *Hymnus*. Quando fit aliqua *Commemoratio* in *Officio* currentis diei, semper post Antiphonam ejus, de quo fit *Commemoratio*, dicendus est ille *Versus* (additò utrique ejus Parti Tempore Paschali uno *Alleluja*) qui in proprio ejus Officio ponitur respectivè post Hymnum *Vesperarum*, aut *Laudum*, nisi aliter notetur, aut nisi *Versus* ille concurrat cum *Versu* antecedenter jam dicto in ijsdem *Laudibus*, aut *Vesperis* ; tunc enim ad *Varietatem* procedendum est juxta Rubr. General. 9. Breviar. n. 8. ùt suprà V. *Commemorationes Communes*, & III. Tit. 6. §. 13. & 14. à f. 202. & 217. &c. ubi inter alia habetur 1. Quòd illis annis, quibus in 1. & 2. Vesperis *S. Elisabethæ Reginæ Portugall.* die 7. & 8. Jul. fiunt *Commemorationes Communes* seu *Suffragia Sanctorum*, debeat in utrisque illis Vesperis in *Suffragio* pro Commemoratione de B. M. V. locô Versus : *Ora pro nobis &c* dici Versus : *Diffusa est &c* ex Vesperis Officij illius in Sabbato, vel (ut nonnemo alius existimat) Versus : *Dignare me &c* ex Festo B. V. ad Nives 5. Augusti. 2. Quòd, quando contingit, ut in 2. Vesperis alicujus Virginis, aut Non-Virginis fieri debeat Commemoratio de eadem B. M. in Sabbato, tunc pro Versu : *Diffusa est gratia &c* (utpote jam antecedenter dicto) dicendus sit Vers: *Benedicta Tu &c* ex Laudibus de B. V. in Sabbato. Tempore *Paschali* Versibus *Responsorium Matutini* non additur in fine *Alleluja*, uti nec Versibus *Precum*, quæ Tempore *Paschali* in *Officio* ad *Primam* ac *Completorium*, necnon in *Litanijs majoribus*, & *minoribus* dicuntur, ob Rationes à Gav. To. 2. s. 5. c. 10. n. 4. & 5. annotatas : excipit tamen Castald. l. 2. s. 3. c. 4. n. 4. eos *Versus*, qui etiam eo Tempore ad certas preces dicuntur *Cau-*

sâ *latitiæ*, videlicet pro Gratiarum Actione post Electionem Prælati, vel in Adventu Prælati, aut Principis, & tunc non *genuflexo* (utì aliàs Versus *precum* dici solent) sed à stantibus ij dici debent, *Cantoribus* scilicet inchoantibus Hymnum *Te DEUM*, ad Versum verò post Hymnum additur eo Tempore *Alleluja*, præterquam ad Versum: *Domine exaudi orationem meam*, & Vers: *Dominus vobiscum*. Versus, qui *Responsorijs* seu *brevibus Horarum*, seu *Longioribus Matutini* interponuntur, à Cantoribus dici debent, utì & *Versus*, qui dicuntur post Psalmos *Nocturnorum*, *Vesperarum*, ac *Laudum*, nec non in *Commemorationibus*, ac *Suffragijs*; Versus verò, qui dicuntur ad *Preces Feriales*, non à *Cantoribus*, sed ab *Hebdomadario* pronuntiantur. *Castald. l. 2. s. 3. c. 3. n.* 13. Qui dein c. 4. subsequente nominatim tradit, quid ab eodem *Hebdomadario* observandum sit universim in dicendis *Precibus*, tam *Dominicalibus*, quàm *Ferialibus* Breviarij, utì & *Officij Defunctorum*, *Psalmorúmque Graduálium*, ac *Litaniarum*, necnon in *Suffragijs Sanctorum*, ac *Orationibus* Officij dicendis: Libro autem 1. s. 7. c. 11. & l. 2. s. 4. c. 2. & 3. totum, quà latè patet, Hebdomadarij munus exactè exponit, utì & eodem Libro 1. sectione 7. cit. Officia *Diaconi*, ac *Subdiaconi*, necnon *Assistentium* in *Missis*, ac *Vesperis solennibus*, utì & in Processionibus SS. Sacramenti; sectione verò 4. ejusdem Libri Officium *Ministri Missæ privatæ*, ac denique omnium ac singulorum, ad *Horas*, & *Missas solemnes* Ministrantium, pariter accuratè exequitur, quod tiam locis alibi à me citatis facien Bauldryus, & Lohnerus, ex quibu aut aliquo eorum si quis Hebdo darij, Cæterorúmque prædictorú nistrorum *Officia*, ac *Functiones* i *paratos* transferet *Libellos*, eorúm singulos per modum *Instructionis* pis mandari, ac pretio parabili num proponi curabit, nec operā lum suæ, nec sumptûs in eam m facti, meo equidem judicio pen bit, simúlque rem præstabit a pl rimis jam diu expetitam.

Vestes Sacræ, tam *Pontifi les*, quàm *Sacerdotales*. Vid *V. Pare* menta, & AA. ibi cit.

Vigilia Quid, ac Quot plex; quomodo item in quacunq *Occurrentia* sit celebranda. *III. Tit.* 6. §. 11. à f. 176. Quomodo pos dendum *Vigiliâ* incidente in *Feria V.* ante Dominicam Quinquagesim aut in *Feriam* II. vel III. post Do minicam Quinquages: vel denique in diem Cinerum. *II. Tit.* 2. *s.* 7 *& seqq.* Quomodo item *Vigilia* Nativitatis S. Joan. Bapt. incidens in diem *infra Octavam* SS. Trinitatis (bi hæc est *Titulus Templi*, ac pro habet *Octavam*) & simul in diem

infra

infra Octavam Corporis Christi. II. Tit. 6. à f. 180. Quomodo denique in casu, quô modò dicta *Vigiliâ* Nativitat. S. Joannis Baptist. incidit in ipsum Festum *Theophoriæ*, h. e. *SS. Corporis Christi. I. Tit.* 31. *f.* 192. *&c. An Vigiliâ* incidente in *diem infra Octavam*, quâ *Officium*, & *Missa* sunt de Festo 9. Lectionum, semper dicendæ sint 2. *Missæ Conventuales* in Ecclesijs Cathedralibus & Colleg. *II. Tit.* 8. *à f.* 254.

U.

USUS ORGANI. ORGANA (quæ alioquin juxta Cæremonial. Episcoporum l. 1. c. 28. decenter in Ecclesia in *Omnibus Dominicis*, & *Festis fori*, per annum occurrentibus, cum Musicorum cantu adhibentur) silent in *Dominicis Adventûs*, & *Quadragesimæ*; exceptâ *Dominicâ tertiâ Adventûs*, & Dominicâ *Quartâ* Quadragesimæ; exceptis item *Festis* & *Ferijs* infra *Adventum*, aut Quadragesimam occurrentibus, quæ cum Solemnitate celebrantur, ut in die *Annuntiationis* (idem est de die Immaculat. Conceptionis &c) necnon *Feriâ V.* in Cœna Domini, Sabbato Sancto, & similibus, uti & quandocunque occurrit celebrari solemniter, & cum lætitia pro aliqua Re gravi, ut in eodem *Cæremoniali.*

ATQUE hîc Finis esto *Tituli Ultimi* tripartitæ hujus meæ Lucubrationis, *MISCELLANEA Rubricistica* Ordine Alphabetico aliquammulta in se complexi; plurima equidem alia ijs à me inspergi, ac superaddi suis locis potuissent, simúlque ea, quæ hactenus hîc retuli, haud paulò fusiùs pertractari; & verò etiam superaddita, ac utraque prolixiori calamo pertractata utique fuissent (utpote ingenti jam jam numerô à me Conscripta, & sat fusè simul pertractata) at quoniam deprehendi non modò hunc *Titulum*, sed *Librum* ipsum in nimiam, ne dicam justô majorem, excreturum molem, si utrumque, aut etiam solummodo alterutrum illorum exequerer hôc locô, mutavi Consilium, & fusiorem tam eorum, quæ hîc minùs fusè proposita sunt, quàm etiam illorum, quæ porrò superaddi potuissent, Tractationem isthic omitto. Quòd si intellexero ampliorem aliquam desiderari à non paucis Miscellaneorum hujusmodi Rubricisticorum, Ordine Alphabetico digestorum Exegesin, curabo (si DEO, ac Superioribus placuerit) ut ea cum *Problematis Rubricisticis*, tanquam Pars IV. huic meo *Operi* accedat, illúdque ex *Tripartito* evadat *Quadripartitum* sub eodem hoc Titulo: MISCELLANEA RUBRICISTICA, *Ordine Alphabetico digesta.*

Omnia ad Majorem DEI Gloriam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corrigenda & Addenda in III. Parte.

Pagina.	Columna.	Linea.	
6.	2.	13.	pro *tract.* 1. lege *tract.* 5.
15.	1.	2.	pro *habeat* lege *habet*
30.	1.	18.	pro *Quæritur.* 6. lege *Quæritur* 7.
38.	2.	5.	pro *Quintanadvenaus* lege *Quintanadvennas*
39.	2.	13.	pro *tenua* lege *tenuia*
42.	2.	11.	pro *prohibilius* lege *probabilius*
44.	1.	7.	pro *&* lege *at*
ibid.	2.	1.	pro *errori, d* lege *error, id*
ibid.	2.	36.	pro *Sebbato* lege *Sabbato*
ibid.	2.	37.	pro *habantibus* lege *habentibus*
75.	2.	26.	pro *III.* lege *II.*
92.	2.	13.	pro *quaque* lege *quoque*
124.	1.	26.	pro P. III. lege P. II.
126.	1.	17.	pro *quòd fit*, lege *quòd ſi*
133.			per errorem ponitur numerus paginæ 33. pro 34. & numerus paginæ ſequentis 34. pro 33.
151.	2.	4. & 18.	pro *de currente* lege *curras*
168.	2.	16.	pro *ſuprà* lege *infrà*
218.	1.	10.	pro *&* lege *ex*
228.	1.	14.	pro *Lectiones* lege *Rationes*
277.	1.	8.	pro *in ſepulto* lege *inſepulto*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN